

E . I . 77




Ex Libris
Joannis Michaelis Perini I.V.D.ris





RAPSODIÆ

historiarum Enneadum Marci Antonii Coccii Sabellici Ab orbe condito Pars prima quinq; cõplectens Enneades: Præmissis earundem Repertoriis auctis & recognitis ab Ascensio cum authoris Epitomis.



Vænundatur in Parrhisiorum Academia ab Ioanne Paruo, & ipso qui impressit Ascensio.




IODOCVS BADIVS Ascensius longe verendo, & cũ primis obseruãdo Magistro nostro Guilielmo Paruo, Theologo sacri Prędicatorũ ordinis doctissimo, fidei ad hoc inquisitori generali, & regię confessionis auditori prudentissimo, cum debita obseruantia. S.



Olent plęriq;, Pater sapientissime, ex Persico (vt reor) instituto, quum summũ magistratum, aut amplissimũ honorem recens aggressos salutaturi, aut ipsis gratulaturi primũ cõueniunt, muneris aliquid pręferre, quo videlicet significent, illos tametsi maximis honoribus auctos, maioribus tamen augendos. Quodquidẽ institutũ quum ipse mecũ tacitus reputarẽ, anxius disquirere cœpi, quonã munusculo pręstantia tua non indigno, te post tanti honoris, non minus tamẽ oneris, aggressionem conuenire possem. Noui etenim q̃ sit mihi curta supellex, nec ignoro quo tua excellentia sit honore ampliata. Nã si magnũ est regis amplissimi, atq; eiusdem Christianissimi naturalem esse patrem, quãto maius erit spirituale fieri? atq; eum qui interioris hominis, totiusq; (vt aiunt) cõscientiæ sit moderator & arbiter? Enimuero quum Antigono se Alexãdrinus ille exercitus dedidisset, visa est illi ea deditionis species pulchrior, q̃ innumerę Alexandri victorię fuissent, q; quũ ille oriẽtem vicisset, ipse eos a quibus oriens victus fuerat, armis subactos, ac sibi deditos videret. Verũtamen in isto regis, confessionis suæ auditoris delectu, plus miror illius prudentiam, q̃ tuam pater meritissime, felicitatem. Nam cum in tanta regni gubernatione, prudentia quadã diuina superiores vicerit reges, in Confessario (vt ita dicam) eligendo pene seipsum vicit. Elegit enim longe absentem, nihilq; tale cogitantem, quum tamen non pauci sese obtulissent, te hominem (absit verbo inuidia) inter Parrhisieñ. theologos facile principẽ, inter prædicatores ac diuini verbi declamatores facundissimũ, inter fidei inquisitores oculatissimũ, inter eos qui ex multa rerũ lectione humanorum casuum peritiores facti sunt, multo peritissimũ, & quod oĩm maximi facio, ab assentatione, vulgata illa regiarum pernicie, abhorrẽtissimum. Quocirca vt occœperam dicere anxie mecum disquisiui quidnam muneris afferrem. Nec exitum inuenisset nostra modicitas, nisi viam muniuisset, tua pater in Ioannem Paruum Bibliopolam Parisiensem optimũ, & in me ante honoris istius aditionem collata munificentia. Quum etenim nobis animus esset M. Antonii Sabellici Rapsodiæ Historiarum ab orbe condito in hæc fere tempora nostris characteribus imprimendæ & repertoriis illustrandę, atq; exemplum haberemus, occurrit tua largitas, exẽplumq; honestissime apparatum suffecit, non tam vt nobis q̃ vt toti rei literariæ tantũ cõmodi faceret. Nouerat enim prudentia tua (vt quæ totum diligentissime perlegerat) quantum artis, fidei, ac eruditionis bonæ in eo esset opere. Artis quidẽ q; nemo proximus ad lacteã Titi Liuii eloquẽtiã accessisse credatur: quũ tamẽ hũc apertius paulo dixisse prędicent. Quamobrẽ si immortalẽ ille laudem in vnius Po. Ro. rerum perscriptione meruit, nimirũ hic multo maiorem si non diuturniorem in totius orbis gestorum descriptione meruerit: pręsertim cũ non minore spiritu res gestas vnus enarrasse videatur, q̃ eas totus mundus gessisse. Adde q; ex diuersis authoribus & fere cũ ipsorũ nominũ expilatione excerpta, ita orationis stilo diluerit: vt non prius ab innumeris scripta, sed ex vnius ore dictata excepisse videatur. Vsqueadeo, vt non immerito toti compositioni Rapsodię nomen indiderit. Fidei autẽ seruandæ (quæ prima in historia lex est) tã anxie studuit, vt siquid aut in historia variatum, aut ab historiographis erratum sit, lectorem sic admonuerit, vt veritati adiuratũ verissime censeat. Poterit tamẽ in recẽtibus rebus narrãdis in suos indulgẽtior videri, cũ illis plus ęquo tribuat, verit⁹ forte ne si Gallos Italis formidatos prędicasset, audctiores ad reditũ fecisset. Neq; tamẽ pauca ęqui pẽsitauit lance. Porro eruditionis bonę tantũ inest operi, vt nulla sit vitę pars, nullaq; hoĩm cõditio, quę nõ abunde vel qđ sequatur, vel qđ deuitet multiiugis edificat exemplis. Quibus de causis, pater spectatissime, cũ prudentissimi regis moderatio secundum deũ in manu tua sit, illiusq; loco totius mundi cursum, vno fere obtutu, in hoc opere spectare possis, ne ob eius absentiam quippiã memoratu dignũ memoria tua labat: ipsum indicibus nostris seu tabulis alphabeticis diligenter a nobis collectis illustratum, & nõ negligenter impressum, tuoq; faustissimo nomini nuncupatum & addictũ, remittimus, orantes boni consulas, sinasq; tuo fultum pręsidio mortalibus ceteris impertiri. Tantum exoratum volui. Vale dulce decus ac pręsidium nostrum. Ex officina nostra literaria in academia Parrhisieñ. ad Decimum Calendas Ianuarias Anno ab Natali Christiano. M.D.IX.

Sequitur index rerum & verborum insigniũ in quinque prioribus Enneadibus huius rapsodię, diligentius & copiosius opera Ascensiana recollectus.



¶Finis tabulę literario in ordinē collectæ. In qua si pro digiosorum quid recitatur, vide prodigium.

¶ Iodoci Badij Ascensij vocabulorũ quorũdã obiter inter legendum annotatorum Explanatio.



Ametsi Sabellicus noster p̃ter ceteros historiographos duob⁹ primatus historię luminib⁹ studuisse cõptus est, & rerũ veritati & verbo℞ claritudini, vsqueadeo vt vrbiũ locorũq̃ noĩa q̃ min⁹ docte ab rudi sęculo immutata nouit, & splẽdidi⁹ ac cultius dici nõ ignorauerit, maluerit ea noris q̃ splẽdẽtibus vocabulis enũciare. Tamẽ qa nõ oĩa possumus oẽs, cũ sint ad altiores facultates alij nati. alij ad literariã non satis feliciter addicti, admonitus sum vt voculas quas inter legẽdũ dep̃hẽderẽ nõ oib⁹ obuias & primaria lectione cognitas, paucissimis explicarẽ. Q d eqdẽ lubens feci ,ppterea q᷑ sane q̃ paucę eiusmodi occurrerũt, q̃q̃ sunt quę alios fortassis adhuc suspensos tenebunt.



Erum id primũ lectorem admonitũ velim, multa quæ subobscura videri possint, ab authore ipso suis locis explanari: quocirca operæprecium fuerit aut totam Rapsodiam legere, aut per indicem quę dubitarit inquirere, aut repertoria maiora vocabulorum emere.

¶ Deinde q̃q̃ lucidus est, tritam tamen & peruulgatam illam historiographorũ figuram, qua verbũ infinitiui modi pro imperfecto indicatiui ponunt, & sępe & feliciter vsurpare: Quocirca siquãdo infinitiuum sine verbo finito deprehenderit: meminerit pro finito poni.

¶ Tum a vocabulis proprijs & quasi sacris quæ immutari nolunt non abhorrere. Vnde Vestalem capi, Magistrum equitum dici, Cõsulem creari & similia hic quoq̃ comperies. ¶ Neq̃ vero cultus p̃sertim Liuianis aliený esse, vsqueadeo vt qui Liuiũ sine hęsitatione legere possit: hũc cursim legendo perceperit.

¶ Gręcanica autẽ vocabula, ab latinis olim iã recepta, & quę latinis ipsis propriũ quid significant licet Gręcis cõia sint, minime refugere: vnde nõ p̃bẽ eos q angelos, apostolos, baptistas, patriarchas, p̃phetas, Ephoros, stratagemata, Rhapsodian, & id genus alia cũ vix latine explicari possint, latine dicere malunt nuncios, missos, tinctores &c. Verum ne quis in eiusmodi hallucinetur ea paucissimis explicabo.

Amplio. ¶ Ampliare reum est eum neq̃ absoluere neq̃ damnare, vtpote cuius causa est amplius discutienda.

Appeto. ¶ Appetere notũ est de rebus etiã nõ honestis dici, vt de cibo imodico & de venere, cũ expetant honesta verũ in hoc authore frequẽter ponit̃ p̃ eo qd est appropinquare, vt appetẽte vere, appetẽte iudicij die &c.

Appello. ¶ Appellere similiter notũ est, & authore Valla in Raudẽsi actiuũ est, vt in principio Terẽtij. Poeta quũ primũ animũ ad scribendũ appulit. tamen legetur hic subinde absolute, vt classis appulit. i. appulsa est.

Bene habet. ¶ Bene habet. subaudit se. i. feliciter agitur &c.

Capere. ¶ Capere Vestalem. est quod nũc diceremus eligere & addicere deo monialem. Capere oculis est priuare, capere rem locabilem aut mensurabilem est eam continere. capere vrbem est expugnare.

Dãnat⁹ voti ¶ Damnatus voti, est qui tenetur votũ persoluere, eo q᷑ conditio euenit sic reus voti.

Dico. ¶ Dicere diem, est postulare, & ad certum diem in ius vocare. Dicere causam, est se purgare. Dicere ius est iudicare, dicere magistrum equitum est dicendo efficere.

Dies atri. ¶ Dies atri, sunt infausti ab atro colore lapillorum quibus Thraces eos notabant dicti.

Eleuo. ¶ Eleuare sępe est diminuere & minoris iudicare, tractũ a trutina, in qua res minoris põderis eleuatur.

Ephorus. ¶ Ephorus apud Lacedęmonios q apud Romanos tribunus plebis erat. **Genius.** ¶ Genius interdũ dicit̃ angelus ad exercẽdã indolem datus, interdũ virtus generatiua & felicitas loco assignata, vt Genius vrbis &c.

Hallucinor. ¶ Hallucinor. i. capior oculis vt cęcutiã & nõ satis videã. **Haruspex.** ¶ Haruspex qui exta quasi ex hara inspicit.

Fœciales. ¶ Fœciales sunt sacri magistratus; fœderibus feriendis & bellis indicendis præfecti.

Indico. ¶ Indicere est denunciare per sacrum magistratum, vt indicere festum. Indicere bellum &c.

¶ In ordinem redigere, est priuare magistratu quasi coacte, abire magistratu, sponte.

Interrex. ¶ Interrex est qui fungitur officio regis solio vacãte, & interregnum spatium temporis quod est inter regem defunctum & successorem nondum creatum.

Lacedæm. ¶ Lacedęmon est vrbs Peloponẽsi clarissima q̃ & Sparte dicit̃. Lacedęmonij sunt ei⁹ ciues viri, q & Lacones & Spartani dicunt̃. Lacenę sunt mulieres q̃ & Spartanę. ¶ Lectisternia sunt strati lecti in teplis dijs quasi sint i illis cubituri. ¶ Metũ facere est alijs icutere metũ. **Miles.** ¶ Miles est qcũq̃ militat sed p̃cipue pedes.

Numen. ¶ Numen accipit author interdum pro deo eo q᷑ nutu quæ vult facit & influit.

Omen. ¶ Omen est futuri euentus acceptio voluntaria quasi ex ore aut ostento aliquo oblata.

Patauium. ¶ Patauium vrbs in Venetis, nunc Padua dicitur: eius conditio habetur fo. lij.

¶ Postridiani dies, sunt proxime sequentes, vt post Idus, Nonas, & Kalendas.

Profligo. ¶ Profligatum dicitur finitum sed cum profligatione & exitio alterius partis.

Quęstor. ¶ Quæstor qui vulgo receptor dicitur. ¶ Quęsitor. i. inquisitor.

Rhapsodia. ¶ Rhapsodia dicit̃ coaptatio & cõpositio a verbo ῥαψῳδέω qd est canto & describo: est enim quasi concinnatio variarum rerum in vnũ codicem. vnde eo vocabulo aptissime vtitur author noster.

Remitto. ¶ Remittere notũ est quid sit: sed author frequenter vtitur absolute, aut passiue. nisi intelligi dicas se, vt remittente febre, & ardore pugnę. **Reus voti.** ¶ Reus voti qui votũ debet eo q᷑ conditio obuenit.

Rogationes ¶ Rogationes si ad leges aut plæbiscita spectant sunt propositiones legum ferendarum & percontationes an perferri mereantur. Rogationes autẽ quas nos dicimus, latine supplicationes dicuntur.

¶ Scytala quæratur per indicem. ¶ Syssitia sunt conuiuia. ¶ Sisathia tabularum absolutio. Suffragiũ. i. ius eligendi magistratũ. **Stratagema** Stratagema gestũ militare: consilium & ars capiendi hostis.

Visigothi. ¶ Triremes naues trib⁹ ordinib⁹ remigũ. sic biremes, quinqueremes &c. ¶ Visigothi corrupte eo q᷑ barbarũ est. nã barbaro℞ lingua diceret̃ vvistgothi. i. occidẽtales gothi eo q᷑ vvist aut vvest occidẽs illis dr. Siliter ostrogothi corrupte poostgothi. Nã oost oriẽs est. Hęc sũt q̃ nũc occurrerũt. boni cõsule lector & Vale.

Vest · oost ·

M·ANTONIVS SABELLICVS, AVGVSTINO BARBADICO SERENISSIMO VENETIARVM PRINCIPI ET SENATVI FELICITATEM.





RAT VRBS VESTRA AVGVSTINE DVX inclyte, & Patres amplissimi, mille & ampliꝰ annos nata: florebatq; Venetũ nomen multa celebritate & opulentia, lateq; imperitabat: neq; adhuc scriptorum defectu, tantæ rei principium, prosperiq; successus, externis erãt gentibus satis noti: multiq; mortales, vt credere par est, iniquo ferebant animo, res gestas eius ciuitatis in obscuro esse: quam ob stupendum vrbis situm, famæq; immortalitatem iam vbiq; partam præter cætera, humanæ gentes in terris mirarentur. Sed quo alii consilio hanc laudem neglexerint, suæq; ipsorum famæ non minus q̃ vestrę inuiderint, difficile est iudicare. Ego non quia plus potui q̃ quiuis alius, sed ꝙ multo plus volui omnium externorum, quod dicere liceat primus audaci quidem conatu, sed euentu, vt arbitror nihil pœnitendo, res vestras a primordio vrbis perscripsi ad nostrorum vsq; temporum memoriam: simuq; lucubratione illa id assecurus, vt qui vrbem mediis fluctibus natam, magna auctam indole, legibꝰ stabilitam, fama tantum nouerant, literarum testimonio cognoscerent: & qui rem tãtam animo concipere nequiuerant, velut ex insigni tabulæ figuratione oculis intuerentur. Et multi per hęc princeps & patres optimi, cum Venetæ felicitatis, tum virtutis vestræ, maiorumq; vestrorum, haud iniucunda relatione lectitant, quæ vos, quæ illi, domi forisq;, terra ac mari, tam sapienter q̃ feliciter gessistis. Cæterum ne non semper apud me aliquid vobis, velut in nummaria officina, cuderetur: ecce dum res vestræ alibi leguntur, domi alterum recens, multoq; maiorum vigiliarum opus est vobis natum, ita ab initio destinatum, vt vestro, non alterius nomine in apertum referretur. Sunt quæ nunc vestro nomine inscribuntur, Enneades septem: sic enim (nec temere) partiri placuit: tris & sexaginta libros, quibꝰ a prima mundi origine, ad Rom. imperii inclinationem, in quæ tempora, auspicatissimus vestræ vrbis ortus incidit: omnem sacrarum prophanarumq; rerum sum seriem complexus, rem quidem operosam, laborisq; propemodum inexhausti: sed quæ, quum rerum varietate multum delectare possit, tum optimorum multitudine exemplorum supra q̃ dici queat legẽtibus prodesse. Verum fuerit ne operæprecium id facere alii æquius iudicabunt: ego ex tam longa lucubratione, satis mihi consecutus videbor, si dum reliqua pars instituti operis ad nostram vsq; texitur ætatem, per hæc meum vobis probabitur studium, ꝙ qui res Venetas per me antea legerunt: hæc quæ aliarum sunt gentium, Veneto nomine legere incipient.

Sequuntur Quinq; priorum Enneadum argumenta.

ARGVMENTA ENNEADIS.I.

EX LIBRO PRIMO.



A QVÆ DE MVNDI ORIGINE tam pie q̃ vere traduntur cum 1.
iis quæ primis est diebus Deus operatus primo libro continentur. Protoplastus ex rubenti terra formatus Adami nomen tulit: Euæ mulier, quæ ex huius latere deprompta est. Ambo lege aberrãtes terrestri sunt paradiso deiecti. Cainus Abelem fratrem occidit. Caini exilium & reprobatæ sobolis incrementa. Tubal musicen inuenit: ærariam Tubalcaim. Qui mortalium primi cælestium rerum naturam indagarunt. Vetus de de mundi consummatione opinio. Ex qua materia geminæ columnæ sint ob id ipsum a primis mortalibus constitutæ. Noe prædicatio & oraculum de futuro cataclysmo. Arca fabricata est. Qui cum Noe in arcam ingressi sint, & quæ cum his sint animalia seruata. Gigantes sunt diluuio extincti. Quæ

de gigantibus ethnici scriptores tradiderint. Vbi arca post diluuium consederit,& quod nomen loco ab re manserit.Noe primus vitem coluit.Chami calamitosum exilium.Qui mortaliũ primi sint deos commenti.Vbi terrarum sidera primum mortales venerati sint. Vnde primę coloniæ profectæ,primiq; terrarum incolæ. Cur Græci Iudaicam historiam non scripserint. Cur Noe & aliis ab initio tam longa vita contigerit. Irriti Nembroti conatus in altissima turri statuenda. Vexores & Thanais primi regum procul suis finibus bellarunt. Ægyptiorum & Scytharum vetustas.Scythię situs,& qui olim mores gentis ritusq; fuerint.Asia Scytharum vectigalis facta.Bactriani & Parthi a Scythis oriundi. Prima Nini regis expeditio. Zooastres a Nino victus mortem occubuit.Ninus Niniuem vrbem cõdidit.Semiramidis ortus,& eius alimẽta propemodũ fabulosa.Semiramis primo Menoni mox Nino in Bactriana expeditione nupsit. Ninus fato extinctus insigniter tumulatus est. Semiramidis consilium in filiũ persona assimilanda:Babylonis cõditio,& stupẽdus vrbis apparatus. Semiramidis expeditio & vana in operibus ostentatio. Indiæ situs ritusq; & mores gentis.Indica Semiramidis expeditio. Quo genere nauiũ Indi vsi sint.Indi fluminis ortus & crementa.Naualis Semiramidis victoria.Semiramis terrestri prælio victa,& in Assyriam reuersa a filio interfecta est.

EX LIBRO SECVNDO.



II. Odomitani belli causa,& res circa Sodomam gestæ secundo libro referuntur. Iordanis flu.ortus,& eius decursus.Asphaltitis lacus natura.Pulchrum Habraami facinus in Assyrios.Habraami & Melchisedechi congressus.Numerosa soboles Habraamo cælesti oraculo promissa. Circuncisionis ratio,& cuius sit gentis id proprium.Sodomę & circũiectarum vrbium excidium.Habraamus est e cælo filium immolare iussus. Verissima de Iouis ortu & interitu explicatio. Vbi Iuppiter sepultus,& quot Ioues fuerint. Prima mortalium iniuria a Phœnicibus orta est.Quæ celebres forma mulieres,& a quibus raptæ.Iacob Rebechę matris vsus consilio a patre hæres constitutus est. Eiusdem profectio in Mesopotamiam. Quid Laban sit cum Israele pactus.Lyia pro Rachele Israeli supposita est. Duæ Labanis filiæ Israeli matrimonio cesserunt. Prima iubilei mentio.Diluuium quod sub Ogyge fuit.Occulta Israelis ex Mesopotamia profectio.Dina a Sicimitis rapta est ad stuprum. Dinæ iniuria magna Sicimitarum clade est a fratribus vindicata.Israelis filii Iosippum fratrem Ismaelitis vendiderunt.Memorabile castitatis exemplum in Iosippo. Quæ Pharaoni regi sunt per quietem obseruata,& quæ in his explicandis fuerit Iosippi sagacitas.Israelis filii frumentandi causa in Ægyptum profecti sunt. Q; varię Iosippus fratres versauerit quoad sit ab illis agnitus. Israel cum filiis & nepotibus in Ægyptum migrauit.Quæ fuerint Israelitarũ in Ægypto incrementa,ac quædam inibi de Nilo atq; Æthiopum vetustate,ritu & moribus.Omnes Ægypti reges Pharaones dicti.Pharaonis edictum ad omnem Iudæorum progeniem extinguendã.Moses infans indubitata numinis prouidentia seruatus est.Moses ætate adulta Ægyptiorũ dux factus Æthiopicum bellum gessit. Idẽ ex Æthiopia reuersus in exiliũ abiit. Quæ postremo signa sint Mosi diuinit⁹ oblata,dum Bathuelis oues circa Synam pasceret.

EX LIBRO TERTIO.



III. Egypti situs moresq; & ritus gentis primo loco habentur,atq; ibi quędam de Nili ortu & incrementis. Vnde Athenæ dictæ.Quæ prodigia sunt ibi a principio sub Cecrope facta. Moses in Ægyptum reuersus a rege petiit vt populum relaxaret.Miracula quæ in Mosis virga extiterint,& quibus sit cladibus Ægyptus paucis diebus cõcussa.Iudæorũ numerus qui Mosis ductu ex Ægypto est egressus.Mare Iudæis miraculose patuit. Pharao cum numeroso exercitu medius obrutus est fluctibus. Primus hexametri carminis apparatus. Manifesta rerum miracula,per quæ populus Arabiæ deserta peragrauit. Regionis descriptio,& Arabum mores,& quædam de Nabatheis memoratu digna.Iudæi Arabum gentem ingenti prælio vicere. Victor populus ad Synam montem processit.Moses diuinas leges tulit populo, adiecta & sacrorum ratio,cum tabernaculi dedicatione.Qui dies Azymorum fuerint & Pentecostes. Quæ Iubilei anni ratio.Obtrectatio populi & fremitus in Mosen. Q; miraculose sint Iudæorum desideria leuata coturnicũ allapsu.Cananeę terrę exploratio.Moses & Aaron inuidia premi cœpti sunt.Dathas & Abyrus impietatis pœnas luerunt,sacerdotiumq; est Aaroni stabilitum.

EX LIBRO QVARTO.



Egati ab Idumeis nihil pacati renũciarũt. Amorrei & Moabitę a Iudęis prelio IIII.
victi sunt. Balaami vaticinatio. Iudæi in peregrinarũ mulierum congressu gentili instituto aberrarunt. Phineus Samariam in Madianę fœminæ complexibus obtruncauit. Dira Iudęos pestilẽtia afflixit. Moabitæ iterum victi sunt. Moses Israelitarum gẽti leges tulit. Danaus ex Ægypto pulsus Pelopõnesum tenuit. Dardanus ex Arcadia in Samothraciã migrauit: inde ex Samothracia in Phrygiam. Lacedæmonis conditio, & cum his ea quæ de Perseo & Gorgonibus q̃ verissime tradi potuerunt. & quis Busyris fuerit. Quis Dionysius qui primus vini monstrauit vsum. Ericthonius mortalium primus quadrigas iunxit. Triptolemus triticum Atticæ inuexit, cuius inuentrix Ceres fuit. Quid sit cur vetustas Neptuno maris imperium assignauerit, Plutoni inferna, cœlum Ioui. Iordanis aquæ in muri speciem stetere Iudæis illum vadantibus. Manna cadere desiit. Populus in deserto natus circuncisus est. Iudæi Hiericuntem diruerunt. Acharus lapidib⁹ obrutus est sacrilegii cõuictus. Iudęi Adanim vrbẽ diruerũt. Iidem immensum Cananeorũ exercitum vna acie profligarunt, Cananeaq́ꝫ sunt terra potiti. Decem Israeliticæ tribus totam inter se Cananeam terram partitæ sunt. ac plura inibi de Palæstinæ finibus, Syrię, Phœnicumq́ꝫ & Tyriorum vetustate memoratu digna. Vbi Balsamum nascatur. Bezecus rex bello victus interfectus est. Hierosolymę captæ diripiuntur. Israelitarũ res intestina discordia vehementer afflictæ sunt. Duæ Israelitarum tribus, quæ trans Iordanem agrum acceperant, bello a finitimis victæ, seruitii iugũ accepere. Vbi literæ ortæ sint: & per quos in plures gentes propagatæ. Insulę Cretæ situs: & qui mortalium eam primi tenuerint, quiq́ꝫ fuerint Insulanorum ritus. Quæ Lini fuerint & Amphionis inuenta.

EX LIBRO QVINTO.



Etus Iudæorum disciplina cum re paulatim collapsa est. Aiothus Moabitarum rege interfecto suos in libertatem restituit. Quę de Orithyia, Zeto & Calai sunt vere ꝑdita. Et mox quę de Phryxo & Helle memorata sunt, deq́ꝫ Heroici carminis & oraculorum origine. Delphicum oraculum quo casu cõditum. Sicyonii regni origo. Troianorum regum vetus stemma. Ilii conditio & Ganymedis raptus. Bellerophontis in Lyciam expeditio. Tam breuis q̃ vera de Cadmo & eius progenie explicatio. Iudęi Delborę vaticinio & Barachi ductu in libertatem afferti sunt. Iahelis Hebraicæ fœminæ in hostium ducem memorabile facinus. Recens Israelitarum victoria Iabino Assori rege in acie perempto. Thebani Herculis ortus, qui in Theloboici belli tempora incidit: & qui Theloboi fuerint. Herculis tyrocinium & cætera eius gesta. Quibus est Iasonis in Colchidem nauigatio inserta. Qui Colchi fuerint & vnde oriundi. Quid aureum vellus. Qualis Iasonis reditus, & quibus ille casibus iactatus vsq́ꝫ ad vitę exitum. Quibus Medea erroribus sit agitata post natorum cædem. Amazonum origo & ritus gentis, & quemadmodum fuerint ab Hercule bello superatę. Amazonum expeditio in Europam. Quæ Hercules in Libya gessit, cum Aphricanarum rerum relatione. Quis fuerit Antheus & quæ eius regia. Herculis transfretatio in Hispaniam, & quas extra terram rerum a se gestarum metas fixerit, & quæ vere dictæ sint columnæ Herculis. V.

EX LIBRO SEXTO.



ERCVLES VICIT GERIONEM in Hispania. Et quis Gerion fuit: &, cur VI.
triceps dictus. Cacus in Latio ab Hercule oppressus est. Et quædam inibi verissime de Caco dicta. Ara maxima quæ fuerit, qui Potitii & Pinarii. In ora Cãpaniæ, aduersus iniurios locorũ accolas Hercules feliciter dimicauit in Phlegreis campis, insertaq́ꝫ his quædam de Vesuuii montis natura: de Lucrino & Auerno, & vetusta Cimmeriorum gente. Hercules Ericem cæstibus peremit. Siciliæ descriptio & qui mortaliũ primi eam terrã coluerint. A quo Hercules acceperit Astrorum scientiam. Thesei gesta qui Herculis æqualis fuit & æmulus maternoq́ꝫ propinquus genere. Et in his quædam in fidẽ afferta quæ de Labyrintho, Minotauro, Ariadna & Dędali casu traduntur. Ægeus se ex alta specula præcipitauit. Attica ciuitas a Theseo instituitur. Vbi & quãdo primus nummus percussus est. Amazones in Atticã irruperunt. Hippolytus ab equis distra

ctus periit. Theseus & Pirithous ex iniuria amicitiam iniuerunt. Lapithæ Centauros vlti sunt. Et ibi qui Centauri fuerint ostenditur. Theseus Helenam raptam apud matrem Aphidnis deposuit. Pirithous ab Adoneo Molossorũ rege Cerbero cani laniandus obiectus est. Theseus in vincula coniectus Herculis est interuentu liberatus. Castor & Pollux in sororis vltionem Atticam populati sunt. Aphidnis captis recepta Helena Ethram in seruitutem abducunt. Theseus hostis iudicatus in Scyro periit. Cætera Herculis gesta, quib⁹ inserta sunt, quæ de Meleagri & Althcæ casu sunt memoriæ prodita. Hercules periturus in Oetha monte rogum conscendit. Gedeon Iudæos seruitio pressos in libertatẽ vindicauit. Abimalech⁹ vndeseptuaginta occidit fratres. Iudæi cum Philisteis feliciter dimicarunt. Heraclidæ Trachina eiecti ab Atheniensibus recepti sunt. Iidem Euristheo in Attica interfecto Argos obtinuerunt. Sansonis gesta & interit⁹, vltimo loco referuntur.

EX LIBRO SEPTIMO.

VII. 
Edipus Lao patre interfecto ex Iocasta matre quam ignotam duxit vxorem liberos extulit. Polinices ab Ætheocle fratre fraudatus, regno Adrasti regis auxilio bellum Thebanis intulit. Nemæi ludi in Archemori memoriam conditi. Adrastus fugienti similis Argos reuersus est. Thebani bello ab Epigonis repetiti vrbem deseruerunt. Paris ex Peloponneso rapuit Helenam, atq; inibi multiplex sermo de iis quæ gesta sunt ad Troiam. Æneas ex Ilio profectus Siciliã tenuit, & ex Sicilia Latium. Qui fuerint veteris Latii fines, & qui hominum ipsam terram ab initio tenuerint. Latinus & Æneas inter se fœdus & affinitatem iunxere. Latinus aduersus Rutulos dimicans prælio occubuit. Troiani & Aborigines Latini dici cœperunt. Æneas incerto casu periit. Ascanius Hetruscos bello superauit: mox & Albam condidit. Antenoris & Henetorũ in Italiam accessus. Patauiiq; conditio, & cum his varii errores eorum qui ad Troiam militarunt. Iudæi a Philisteis victi arcam fœderis amiserunt: in qua postmodum vindicanda manifesta extitit numinis assertio. Iudæi Samuelis ductu Philisteos superãt. Saulus primus rex Iudęorum creatus est.

EX LIBRO OCTAVO.

VIII. 
Vando apud Sicyonios fit regnari desitum. Qui post Ascanium Albæ regnũ tenuere. Dores Atheniẽsibus bellũ intulerũt. Memorabilis Codri regis interitus. Varius sermo de Homeri poetæ ortu deq; natali solo. Iudæi ab Ammonitarum rege victi omnes altero oculo priuati sunt. Atrox Sauli edictũ. Ammonitæ rege in pugna amisso, insigni clade affecti sunt a Iudęis. Ionathas Sauli fili⁹ Philisteorũ castra noctu ingressus ingẽtis victorię suis præbuit materiã. Saulus de filio sumpturus fuit supplicium, q contra edictum suum fauum mellis comedisset, nisi exercitus supplicium ab eo deprecatus esset. Amalechitæ bello petiti sunt, quorum regẽ captum quia Saulus seruasset a Samuele propheta increpitus est. Dauid rex occulte a Samuele inungitur. Idem adolescẽs adhuc Goliadem immanis staturæ virum singulari certamine prostrauit: quo perempto ingens victoria secuta est. Saulus Dauidem sibi generum asciuit, ascitum capitaliter insectatur. Dauid exilio solum vertit. Abimelechus sacerdos a rege occisus est: quia Dauidem hospitio excepisset. Nobeanorum. CCC. pari crudelitate interfecti. Nobea incensa, ciues ad vnum atrocissime necati. Dauid regi reconciliatus Philisteos vicit. Saulus Dauidem iterum capitalibus petiit insidiis. Dauid Abigailem sibi matrimonio iunxit. Idem quum Saulum obtruncare potuisset cęde abstinuit. Amalechitæ ob Sicelechum vicum direptum a Dauidica cohorte occidione occisi sunt. Saulus cum tribus filiis ad Gelbonem montem interficitur. Dauid rex salutatus est. Isbosethus Sauli filius & ipse a Iuditarum tribu rex creatus est: per quæ diuisum est Hebræorum regnum. Habner a Ioabo interfectus est. Isbosethi cædes, regnumq; Dauidi stabilitum.

EX LIBRO NONO.

IX. 
Vbia Hierosolymorũ cõditio, cui vrbi captę Dauid arcẽ imposuit. Idẽ Palæstinos plio victos fuga disiecit. Arca fœderis Hierosolymã delata est. Hebraicarũ rerũ successus. Dauid Ammonitas qa cõtra ius gentiũ legatos violassent bello adort⁹ facile vltus est. Assyrii & ipsi prælio victi sunt: in qua pugna Dauid hostiũ ducẽ obtrũcauit. Bersabea Vrię cõiunx a Dauide adulterata est: & mox Vrias ipsius opera interfect⁹. Post viri cædẽ Bersabea Dauidi nupsit. Da

uidis liberi ex coniugibus & concubinis nati. Ammon Tamarę sorori stuprum intulit: quod flagitium est eius cęde vindicatum. Absalon patrem regno deturbauit. Dauidis pietas in Absalonem. Dauidici duces Absalonem interfecere. Dauid in regnū restitutus in nouam seditionē incidit: quae haud multo post sedata est. Censa sunt in Iudęorum gente vndecies centum milia virorum qui arma ferrę poterant. Salomon volente patre rex creatus est, oraculoq; patri successor constitutus. Dauidis interitus, & qui cum eo viri illustres vixerint. Qui hominum primi & vbi philosophari coeperint. Carthaginis conditio & in ea relatione, quaedam de Tyriorum vetustate, Sychei caede, & Elisae cõiugis effugio. Memorabilis Elisae exitus a poetico diuersus. Salomon sapientię nomine illustratus est nouo iudicii genere. Quae Salomon literarum monumentis tradiderit. Eleazari facinus in Dęmone eiiciendo. Salomon templū Hierosolymis condidit, conditum rite dedicauit. Condidit & regiam domum. Quid Pharaonis nomen significet: & quando Ægyptii reges Pharaones dici desierint. Salomon iudicum cõmercium instituit. Saba Æthiopum regina Hierosolymam venit. Balsami surculus quando primum Syriae illatus. Immēsę Salomonis opes cum eius interitu postremo loco referuntur.

ARGVMENTA ENNEADIS.II.

EX LIBRO PRIMO.



OBOAS populi fauorē superbo a se alienauit responso. A duabus tribubus rex Roboas salutatus est, caeterę illi imperium abrogarūt. Hieroboas qui a .X. tribubus rex creatus est populū ad Idololatriam traxit. Dextera regis manus contabuit qua prophetam percusserat. Iadā propheta a leone laniatus est. Roboas plures in Syria vrbes condidit. Hierosolymitanum templum & regia direpta est a Sesacho Ægyptiorum rege. Hieroboas bellum Abiae intulit. Abiani egregie vincunt acie. Vtrunq; Hebreorum regnum per varios bellorum casus aliqādiu est iactatum. Helias & Heliseus prophetica praedicatione per id tempus claruerunt. Modica Iudaeorum manus Michee prophetica praedicatione freta, ingētes Syrorum copias ad Hierosolymam strauit. Micheę & Sedechiae prophetarum cõtentio de Achabi regis exitu. Moabitae Arabes, qui aduersus Iosaphatum ad Aphaltitem lacum consederant, castrensi seditione deleti sunt. Enochis & Helię incertus exitus. Ioras rex cum duobus sociis regibus, Moabitas bello adortus: quia Moabitarū rex filium in murorum fastigio immolasset misericordia motus, pacem reddidit genti. Quid memorabile circa Heliseum acciderit. Ioras arcta obsidione pressus, in miserabilem duarum mulierum litem incidit. Syri ex Helisei praedicatione sua sponte turbati caesiq; sunt. Azabel oraculo fretus Adagum Damasci regem necauit. Arabes Palęstinā populati sunt. Hieus Iorā & Ochoziam occidit. Hiezabelis & totius Acabi familiae crudelis exitus. Baali sacerdotes Hiei iussu interfecti sunt. Athalia, occupato Hierosolymorum regno, omnes ex Dauidis familia interfici iussit. Ioas, Athalia interfecta, in regnum restitutus est. Iacobus Ioe filius a Syrorum rege sibi pacem redemit. Lycurgus leges Lacedaemoniis scripsit. Laconum praeterea ritus & mores & Lycurgi exitum habet hic liber. X

EX LIBRO SECVNDO.



Elisei prophetae celebris praedictio de futura Ioę regis potentia. Amasias rex Moabitas, Idumeos & Gabaonitas vicit: mox deserto patriae pietatis cultu ab Ioa Samariae rege victus, in triumphum est ductus. Regia domo & vrbe a Samaritis direpta, ipse inglorius reliquum vitę egit. Ionas propheta triduo in cetus vtero fuit. Palęstini & Hammonitę ab Ozia bello victi sunt. Hierosolymorum moenia instaurata: ipse lepra infectus e medio excedere coactus est. Arbaces Medus, Sardanapalo ad mortem compulso, summam imperii ab Assyriis ad Medos traxit: atq; inibi quaedam de Mediae situ, & ritu gentis, & de Magorum scientia, philosophandiq; ratione. Iudaei pacem sibi ab Assyriis redimunt. Macedonicum regnum conditur. Numitor Albanorum rex regno spoliatus est a fratre. Ilia Numitoris filia vestalis capta est. Olympiadum ratio qñ inita, & qs illarū auctor. Lydorum regnum eodē tēpore cõstitutū. Qui fuerint ei⁹ mores, qui viuēdi rit⁹. Ioathas Hāmonitas tributarios sibi fecit. Rhea Ilia vno nixu geminos peperit. Romus & Rhemus infantes expositi memorabili casu seruati sunt. Quę ī vtroq; fuerint primae ętatis rudimēta. Albanū, Amulio īterfecto Numitori restituitur. Romus & Rhem⁹ colonos ab XI

auo acceperunt ad vsum condendæ vrbis. Rhemus orto inter fratres de situ vrbis certamine ictus occubuit:& cum eo Faustulus & frater. Quo die Roma condita sit,& in quæ tempora inciderit origo vrbis. Achamus in Iudæa a Phaceiæ præfecto magno prælio victus est. Idem Hierosolymitanũ templum claudi iussit:sacra fieri vetuit. Romulus Romæ Senatum constituit:leges aliquot nouę ciuitati dedit. Asylum aperuit. Romani Sabinas virgines vi rapuerunt.

EX LIBRO TERTIO.

XII. 
N Palæstina Ezechias rex templum aperuit.sacrorum ritum instaurauit. Osias Samariæ rex ab Assyriis victus cum.X. Iudæorum tribubus est in Mediam traductus. Qui hominum Cuthei fuerint,& qua perfidia in Iudæos accolas vsi. Messenii plures annos a Spartanis obsessi sunt. Partheniæ,Phalanti ductu: Tarentum instaurarũt. Romulus ex Acrone rege prima spolia opima retulit. Tẽplum Feretrio Ioui dedicauit. Antẽnates & Crustumini victi sunt:& in vtrasq; vrbes Coloni ex vrbe missi. Sabini T. Tatii ductu Romanã arcem noctu occuparunt. Romuli acies ad palatium vsq; fugata est. Curtius in paludem pręcipitatus. Romani Sabiniq; mulierum interuentu pacem inter se iungunt. Vnde comitiũ & Quirites dicti. Tatius rex a Laurẽtibus occisus est. Fidenæ a Romulo captæ & Cameria direpta. Romulus Veientibus victis in centum annos inducias dedit. Idem cum ad Capręæ paludem exercitum recognosceret:vi subita ex oculis euanuit. Giges Candaule rege interfecto Lydiæ regnum obtinuit. Vbi loci Gordii nodus fuerit. Esaię prędictio in extremis Iudæorum rebus. Mures nocte vna numerosum exercitum scutis & arcubus exuere. Spartiatæ bellum Arcadibus inferunt. Arcadiæ situs & hominũ mores. Lacedæmonii stulta oraculi interpretatione a Tegeatibus victi sunt. Vbi Orestis ossa reperta sint. Memorabilis Spartiatarum & Argiuorum pugna de Tyrea campo:& quam vterq; populus legem tulerit post pugnam. Corinthii Liburnos ex Corcyra eiecerunt:condideruntq; in Sicilia Syracusas. Quæ sibyllarum fuerint nomina,& vbi singulæ claruerint. Numa rex Romæ declaratus est.ac quędã ibi de Sabinorũ vetustate. Religiosum Numę regnum,& quę ille in eo administrando Romæ constituerit:quiq; sint ex eo filii procreati.

EX LIBRO QVARTO.

XIII. 
Vi hominũ sint regno vbiq; terrarum,vno tempore potiti. Manasses ab Assyriis captus est. Tullus Hostilius Albanis bellũ intulit. Tergemini Horatii Curiatiiq; ex duabus sororibus nati pro patria ad certamen instruũtur. Quę olim feriendi fœderis fuerit ratio. Memorabilis Tergeminorum pugna. Horati⁹ victor sororem obtruncauit.manifestęq; cædis reus,ob recens meritum absolut⁹ est. Quale fuerit ius trium natorum,& vnde ortum. Hostilius Fidenatib⁹ bellum intulit. Albani medio ardore pugnæ a Romanis defecerunt. Tullius felici mendacio victoriam adeptus Metiũ Albanum atroci supplicio effecit. Albam diruit. Fidenæ captæ sunt,& Sabini ad malitiosam syluam prælio victi ab Hostilio. Quando & quam ob causam Nouẽdiale sit sacrum constitutum. Cum Latinis quinq; annos bellũ fuit. Hostilius rex fulmine ictus cum tota domo deflagrauit. Phalaris Tyranni sęuitia illustrata est:pluresq; simul vrbes conditę. Iosias in Iudęa rerum potitus est. Ancus Martius rex bellorum cerimonias instituit. Idem Politorium de Latinis cepit. Pons sublicius Tyberi impositus est. Ancus Fidenas bello captas diruit. Sabinos castris exutos multa strage cecidit:mox & Veientes acie vicit:deq; his triumphũ egit. Volsci ad pacem petendam compulsi sunt. Ancus Hostiam condidit. Iosias intepolare ausus bellũ quod Necho Assyriis inferebat,grauiter sautius periit. Necho Iosię filiũ in vincula cõiecit. Prophetica vox Hieremiã & Ezechielẽ,per id tẽpus illustrauit. Quomodo Psamnieticus sit Ægypti regno potitus. Labyrinthus & alia Psamnierici opera. Deliquiũ Solis sub Aliatte Lydorũ regefactũ. Aliattes bellũ Milesiis intulit. Callidũ Trasibuli Milesii consiliũ,ac suis salutare. Periandri Corinthii consilium in sepulchro occultãdo. Arion a Delphino seruatus est. Hãmoniũ oraculũ quã & a quibus cõditũ. Tarquinius rex aliquot ex Latinis vrbes cepit. Latinosq; acie victos fœda strage cecidit. Idem bellũ Sabinis intulit. Tarquinius Sabinos & Hetruscos castris exuit. Hetrusci imperio Romanis cesserunt. Regia insignia ab Hetruscis sumpta. Sabini iterum bello victi Ro.imperio subiecti sunt. Tarquinius Circum maximũ instruxit. Prodigium quod in Seruio puero extitit. Tarquinius Martiorum iuuenum fraude interfectus est:& Seruius Tanaquilidis arte & consilio Rex Romæ creatus.

EX LIBRO QVINTO.



Abucdonosor Assyriorum rex Hierosolymas cepit. Ioachimum cum matre & necessariis & omni militari aetate Babylonē traduxit. Iudaei bello reperti sunt quod Hieremias futurū dixerat. Hierosolyma capta Sedechias crudelē in modum ab Assyrio excruciatus est. Duorū illustriū pphetarū oraculū diuersum verbis, euentu vero vnum. Q̄ diu sit in Dauidica domo regnatū. Recens Hierosolymorū desolatio. Iudęorū quorūdam in Ægyptum perfugium. Pythaci Mitylenei & Phrynonis Atheniensis memorabile certamen. Sappho sese pręcipitauit. Solon Atheniensib⁹ bellū persuadet. Salamis ab Atheniēsibus occupatur. Q̄ liu Epimenides Cretensis dormiuerit. Quid Thales milesius sit de Munichię situ vaticinatus. Draco sanguine leges scripsit. Fons Romanorū legū vnde sit. Solonis & Thaletis memorabilis congressus. Bithonis & Cleobis insigne pietatis exemplū in matrem. Pysistratus Athenis Tyrannidem occupauit. Solonis pręclarū facinus & qui sapientię cum eo claruerūt. Quādo Nemęi ludi Pythia & Isthmia certamina celebrari coepta sint. Perinthi Camarinę & Massilię cōditio. Ananias Misael & Azarias miraculo sunt igne seruati. Seruius Tullius Romę Censum descripsit. Lustrū cōdidit. Dianę tēplum in Auentino statuit Ro. Latinisq̄ commune. Dianę antistes fatalem immolauit bouē. Tarquinius regiam occupauit sedem: Seruiū curia deiecit, deiectum occidit. Tullia per iacentis cadauer patris egit currum. Mandane Astiagis filia Cambisi nupsit. Cuius opera sit infans Cyrus seruatus. Crudelissimum Astiagis facinus. Cyrus in Persidem ab auo missus est: atq̄ ibi nō pauca de regionis situ, & Persarum moribus. Cyrus Persas ad bellū concitat: Medisq̄ bello victis in Persidem transtulit imperium. XIIII.

EX LIBRO SEXTO.



Yrus Assyriis bellū intulit. Cyndē amnē i minutissimas partes corriuauit. Babylon a Cyro recepta est. Quae sit Assyrię feracitas, quiq̄ Assyriorū mores. Croesi regis Lydorū cura in explorāda oraculorū fide. Lacedęmonii societatē cū Croeso iunxere. Croesus oraculi voce deceptus bellū Persis intulit. Halis flu. memorabilis corriuatio. Cyrus Croesum Sardis cōpulsum cepit. Regiā vrbē diripuit, Croesi filius ex muto est vocalis factus. Croesum pyrae impositum victor Cyrus seruauit. Cyrus Massagetis bellū intulit, hostemq̄ dolo captū cecidit. Spargasipes Thomiris filius sibi manū intulit. Cyrus insidiis a Thomire exceptus cū toto exercitu cęditur. Eius caput in humani sanguinis vtrem est ab hoste coniectum. Qui Massagetarum fuerit ritus: & qui hominū sint Massagetę. Daniel propheta a Cyro honoratus est. Q̄ nouum phasma sit Daniel interpretatus. Cōiectus est Daniel in Leonū lacū: Parserunt Leones Danieli: pphanos & impios laniarūt. Signū memorabile in coelo Danieli oblatū. Iudęi ex Assyria in Palęstinā reuersi sunt. Et tēpli fundamēta sub Cyro iacta: & mox sub Dario tēplum instauratū. Qui viri sapientię & diui nationis noīe per id tēpus claruerunt. Cur Tarquini⁹ supbi nomē sit adept⁹. Herdoni⁹ Aricin⁹, Tarquinii fraude, a suis necatus est. foedus cū latinis renouatū. Duo Sabini exercitus vno sunt die subacti. Pometia capit, ac capta direpta est. Gabini Sexti Tarquinii fraude subacti sunt. Exēplū Tarquinii papauer decutiētis ex Corintho trāslatitiū. Termin⁹ & iuuēta Ioui nō cesserūt. Sibylla fatidicos ad Tarquiniū libros detulit. Humanū caput in Tarpeio refossum prodigiū futuro fecit imperio. Brut⁹ cū Tarquiniis iuuenib⁹ Delphos pfectus est: oraculūq̄ rite interptatus, terrā osculo cōtigit. Tarquinius Ardeatibus bellū intulit. Lucretia ob violētum stuprū sibi manū intulit. Tarquinio imperiū abrogatū est mox vrbe excluso ipsi & filiis exilium i īdictū. XV.

EX LIBRO SEPTIMO.



Emorabile Amasis Ægyptiorū regis adagiū in opinione vulgi eludēda. Cābises bellū Amasi ītulit. Difficilis per siticulosa Arabię loca aquādi ratio. Psamnieti⁹ Amasis fili⁹ plio victus paucis dieb⁹ regno spoliatus est. Quę sint regna vno fere tpe euersa. Psamnieti memorabilis constantia in summo dolore. Cur Ægyptii & Persę non cōsueuerint cōburere cadauera. Vbi mensa solis fuerit: & quę Cābises ad Æthiopū regē misit munera. XL. milia peditū i Ammonios missa mediis atenis periere. Apis bos qualis fuit. Smerdis alter Cyri fili⁹ Cābisis iussu occulte interfectus est. Memorabile respōsum iudicū ad Cambisem de legibus & potestate regū. Cambises Meroen sororē occidit. Magi fratres Persicū regnum occuparūt. Cambises suo ferro temere vulnerat⁹ periit. Magi a cōiuratis oppressi sunt: & in pulchro facinore pulchrior vox Gobrię. Quę pro populari administratione procq̄ regia dixerint Persici regni assertores. Darius Persa- XVI.

rum rex creatus est. Qz suspectam habuisset Amasis rex Polycratis Tyrãni felicitatem: & q̃ inhumane ob eã rem veterem illi amicitiã renũcierit. Samos a Lacedæmoniis oppugnata est. Sami descriptio. Quod Pythagoras Samius dogma induxerit, & quo casu demũ perit. Polycrates ab Oroetę Lydię præfecto captus in crucẽ sublatus est. Iudæi Hierosolymitanũ templũ restituerũt. Demodoces medicus a Dario aureis cõpedibus donatus est. Darius Itaphernem cũ tota domo ad suppliciũ rapuit, exemplũq; inibi muliebris pietatis in fratrem. Babylonii a Persis oppugnãdi oẽs fere mulieres vno tẽpore necarũt. Mula Zopyri peperit. Ipse mutilata sibi facie pro transfuga trãsiit ad hostes, paucisq; diebus Babylonẽ Dario tradidit. Darius vouit Hierosolymitani templi restitutionem. Quæstio relatu digna de vini, regis, mulieris, & veritatis potentia. Quot annos habuit templi instauratio. L. Iunius Brutus & Tarquinius Collatinus Romæ primi sunt consules creati. Tarquinii regis bona a populo direpta. Brutus filios & coniurationis socios securi percussit. Tarquinius bellũ Romanis intulit. Brutus & Aruns Tarquinius aduersis ictibus cadunt. Prima funebris oratio quæ Romę habita est. Cur Valerio sit Publicolę cognomen datũ. Puluillus cõsul capitoliũ dedicauit. & bellũ Romanis a Porsena illatũ est. Horatius Cocles pontẽ aduersus Hetrusc os tutatus est. Mutius Scæuola scribã pro rege interfecit. Clœlia obses tran nauit Tyberim. Porsena indolem in hoste miratus Ro. Po. pacem restituit.

EX LIBRO OCTAVO.

XVII. DARIVS Europęis Scythis bellũ intulit. Qua arte olim Scythę rebelles seruos vicerint. Quę fuerit Scytharũ vetustas, & qui primus in ea terra regnauit. Referũtur inibi Cimmeriorũ monumenta & æneũ vas ex cuspidibus conflatũ. Bosphori & Hellesponti descriptio. Darius exercitũ in Europã ponte transmisit. Monumenta Darianæ expeditionis. Scytharum consilium in administrando bello. Scythę cedendo Dariũ fatigarũt. Scythę ranã murẽ & auem cum quinq; sagittis Dario miserũt, per quę præsentis est periculi admonitus. Darius fugiẽti similis in Asiam reuersus est. Laconicę mulieres viros e custodia muliebri habitu emiserũt. Eueltho Salaminiorũ in Cypro rex Ferotinę reginę regno eiectæ exercitũq; petẽti aureũ fusum & colum aureã cũ penso dono misit. Ferotina crudeliter victoriam exercuit in Cirenenses fœminas: Tusci ad Ariciã prælio victi a Romanis hospitaliter excepti sunt. & Sabini ad Aniene victi. Appius Claudius cũ magna clientum manu, ex Regillo Romã venit. Romani Sabinos castris exutos cũ magna cęde ad Fidenas dissiparũt: vrbs ipsa recepta est. Nec multo post ad Heretũ victi Sabini nihilo minore cæde sunt a Posthumio & Menenio victi, ac castris exuti, vbi per noctẽ Romana pila ardere visa sunt. Sp. Cassius cõsul fractis Sabinorũ opibus ad pacem suppliciter petendam cõpulit. Pometia capta est a Verginio Spurii collega. Latiũ vniuersum i Romanos, pro Tarquinis cõiurauit. T. Largius primus Romę dictator creatus est. Sp. Cassius primus magister equitũ. Romani ad Regillũ lacũ feliciter dimicarunt. Victoria miraculose nũciata est. Castori & Polluci tẽplũ Romæ ędificatũ. Tum primũ Romæ equitũ transuectio instituta. Pęonũ & Getharũ Thracũq; quorũdã mores. Pęones a Persis bello subacti sunt. Darii legati in Macedonia interfecti. Othanes iussus est ius dicere ex eo Tribunali quod pelle fuit patris instratũ. Pariorũ sapiens iudiciũ in Milesiorũ discordia tollenda. Histięus serui caput inscripsit: vt consilium celaret suũ. Milesii a Persis defecerunt. Aristagoras Milesius, terrarũ figuratione vsus, Cleomenẽ regem in sententiã trahere conatus est. Pisistratidę qñ ex Athenis eiecti. Atheñ. bis bello a Cleomene Lacedę. p etiti, bis hostiũ discordia seruati sunt. Nuncius cladis in Æginã acceptæ mulierũ scisci tantiũ incursu necatus est. Aristagoras Milesius trahit Athenienses in belli societatem.

EX LIBRO NONO.

XVIII. PÆones ex Asia in pristinas sedes perfugio remigrarunt. Iones Sardibus incensis ad Ephesum prælio victi sunt. Iones nauali prælio Phœnices vicerũt. Qui in insula pro Ionibus stabant in Salaminiis sunt campis victi. Plures Ionum vrbes a Persis afflictæ. Histięus a Perside reuersus accisis suorum opibus Byzantium perfugit. Ionum classis discordia soluta est: & Miletus a Persis direpta. Histięus ab Artapherne in crucem sublat⁹. Tres insulę sunt a Persis euerriculatæ: & ibi quid sit euerriculatio ostenditur. Melciades Persarum metu Cherronesum Thraciam reliquit. Tarquinius Superbus Cumis fato decessit. Prima ciuilis discordia ob æs alienum Romæ orta. Volsci, Seruilii consulis ductu prælio victi: & mox paulo a Verginio iterum fusi, Velitras amiserunt. Sabini per idem tempus sunt a dictatore victi, & Vetusius cõsul Equos ho

ſtes militum ferocia iniquo loco deiecit.Plębs patrum iniuria irritata,in ſacrũ montem ſeceſſit: paucisq́ diebus recõciliatis ordinibus primi tribuni plębis creati ſunt.Corioli bello capti Martio viro impigro Coriolani cognomen dedere. Mennius,cuius opera plębs in vrbẽ reducta eſt: tam pauper periit,vt ſumptus funeri defuerit.Qui fuerint Cumarũ cõditores.Ro.frumentatores Cumis ob Tarquinii bona male habiti ſunt.Gelo Sicilię tyrannus rem Romanã iuuit gratuita frumẽtatione.Trib.plę.diem Coriolano dixerũt:abſensq́ dãnatus eſt. Circẽſium ludorum apparatus & inſtauratiõis ratio. Volſci Coriolani ductu Romanis bellũ intulerũt.Coriolanus plura ex Romanis loca occupauit.caſtris inde ad vrbẽ admotis, quũ neq́ maieſtate patrũ neq́ ſacerdotum religione flecti potuiſſet,vt patrię parceret,Veturiæ matris precibus obſidionẽ ſoluit:nec ipſe multo poſt,vt quidam tradiderunt, a Volſcis lapidibus eſt obrutus. Alii in exilio conſenuiſſe voluerunt.

ARGVMENTA ENNEADIS.III.

EX LIBRO PRIMO,

XIX.



ENER Darii Mardonius,cũ ingẽti exercitu trãſiit in Europã aduerſus Atheniẽſes.CCC.Perſarũ naues circa Athon montem naufragio periere.Situs & effigies Athi montis. Mardonius Macedoniæ oram ſubegit armis.Demaratus ſpoliatus regno a Lacedæ.ad Darium ſe cõtulit.Cleomenes Spartiatarũ rex in furorem actus ſe totum laniauit. Glaucus Lacedę.ob cogitatum crimen cum tota eſt familia extinct⁹. Græci bello repetiti ſunt a Perſis. Quando primum ſit Delos mota. Quid hæc nomina Darius,Xerxes,& Artaxerxes,ſignificent. Euboeę deſcriptio.Erithra a Perſis direpta & incenſa eſt.Sexcenta millia Perſarum ad Marathonem a paucis Grecorum ad naues compulſi ſunt. Cynigeri facinus memorabile. Alcmeonis Atheñ.petulantia in Crœſi auro amplexando.Melciadis damnatio & damnatiõis cauſa.Ingenuum & moderatum filiorũ Darii inter ſe certamen. Hernici a C.Aquilio,& Volſci a Sicinio vno tẽpore victi ſunt. Vterq́ conſul triumphauit. Sp.Caſſius primam legem Agrariam tulit: damnatusq́ affectati regni ex Tarpeia rupe pręcipitatus eſt. Ad ædem Cereris ſtatuę reponi ſolitę ſunt:vbi & rerũ primitiæ. Oppia Veſtalis damnata eſt.Milites in Fabii Cęſonis inuidiam hoſtem fuſum ſequi noluerunt. Sequẽti pugna Fabii populares facti ſunt.Victoria de Tuſcis ſed cruenta parta eſt.Victor conſul ob collegę mortẽ triũphare noluit.Fabia gens ſibi Veiens bellũ depopoſcit.Fabii poſt egregia belli facinora ad Cremerã inſidiis excepti perierunt.Veientes Ianiculum occuparũt.Tuſci ex Ianiculo.Sp.Seruilii audacia depulſi ſunt.Trib.pl.T.Menenio conſuli diem dixere. Damnatus Menenius:paucis dieb⁹ vita deceſſit.Dicta eſt & Seruilio dies q́ iniquo loco dimicaſſet:ſed hũc populus oĩbus abſoluit ſuffragiis. Tuſci & Sabini vno die.P.Valerii ductu victi ſunt.Minutius Trib.pl.domi interfectus eſt.Volero nouę auctor fuit ſeditionis.Plures matronæ abortu perierunt.Vrbinia Veſtalis inceſti cõperta humi viuens defoſſa eſt.

EX LIBRO SECVNDO.

XX.



Erſarũ rex Xerxes Darii fili⁹ Ægyptũ ad imperiũ retraxit:Artaban⁹ bellũ Xerxi aduerſus Græciã diſſuaſit.Xerxes duplici ſomnio impulſus ad bellũ ſeſe accinxit. Athos a cõtinẽti abſciſſus eſt.Pythius Celene⁹ Xerxẽ & oẽm eius exercitũ hoſpitio accepit. Xerxes Helleſpõto verbera infligi iuſſit:& per dimidiatũ Pythii filiũ traduxit exercitũ.Xerxiani exercitus ordo.Xerxes mille boues Iliacę Mineruę ĩmolauit:fleuitq́ in Abydenis cãpis ſuarũ copiarũ ingentẽ numerũ intuitus.Duobus pontibus traiectus eſt in Europã exercitus.Quę prodigia Xerxi oblata ſunt.Numerus copiarũ quę ſunt Xerxẽ ſecutę,& q̃ in his reges,& quę gẽtes fuerũt.Lyſus & alii plęriq́ amnes defecerũt Medis aquantibus.Vbi leones in Europa:& qualis olim Theſſalia fuit. Sparti⁹ & Bulis Lacedęmonii ſuo ſanguine Xerxi ſatiſfacere nõ recuſarũt. Atheñ.oraculo edocti oẽm belli apparatũ in nauib⁹ ſtatuere.Quib⁹ Gelo gradib⁹ ſit in Sicilia principatũ adeptus: & q̃ memorabili p̃lio Amilcharẽ Carthaginẽſiũ ducẽ vicerit.Noua ſcribẽdi ratio quã Demaratus cõmẽtus eſt.Thermopylarũ deſcriptio.Xerxes oĩm q̃ ſub eo militarũt pulcherrim⁹ fuit.Lacedęmonii ſe comere cõſueuerũt in aperto vitę diſcrimine.Leonides Spartanus fortiter in Perſas dimicãs mortẽ occubuit.Xerxes Thermopylis potit⁹ ẽ.Scyllias Sicyoni⁹ vrinator.LXXX. ſub aquis ſtadia natauit.Bis Gręci ad Aphetas proſpere dimicarũt.Perſę Delphicum templum


MARCI ANTONII COCCII SABELLICI ORATORIS HISTORIOGRRAPHIQVE CLARISSIMI IN RAPSODIAM HISTORIARVM AB ORBE CONDITO.

PRÆFATIO.



ES OMNIVM GENTIVM A PRIMORDIO mūdi ad meorum temporum memoriā scribere cogitāti occurrūt mihi plura vno tēpore:quę velut ex operis vestibulo animū a tam audaci(ne temerario dicā) absterreāt incoepto. Hęc etsi permulta sūt, duo prętet cætera præsenti vidētur obstare consilio:& ꝙ sit inexhausti operis ꝓfessio,immēsam rerū seriē tot retro seculis repetendam polliceri,quando in vnius gentis soliusve populi reb⁹ explicādis,græcorum plæriq; & ex nostris scriptotib⁹,nō pauci excellēti īgenio viri om̄e suum studium & operam cōsumpsetint. Præterea vetustis rerum monumētis partim temporū partim hominum iniuria deperditis,ea sit scriptorū inopia laborandū,vt si ætas,si ingeniū,si cætera constarent:vix tamē possit cōtīgere,vt perpetuus historiæ cursus ad exitum perducatur. Sūt proculdubio hęc tanti:vt is quē ab omni scribendi conatu non auerterint,nimiū audax,& (vt verius dicā) demēs merito existimari possit. Sed qđ ad rei magnitudinē attinet:spes quæ ab īirio sola bonorū oim(vt Hesiodus scribit) reliqua fuit homini,diu multūq; hortata est,vt quantuscunq; inde prętenderetᵋ labor,cui nunq̄(vt ingenue dicā)me parem futurū arbitratus sum,hūc ipsum intrepide capesserem,identidem admonēs nihil tam arduū esse,aut tam difficile,quod nō tēpus conficiat &industria. Accedit huc propositi stili ratio,qui quo minus luxuriaturus est,eo minorem secū laborem videtur allaturus. Siquidem eo ad scribendū consilio venimus: vt media quadā via ingressi,nō tam verborum copiæ q̄ rerū varietati studeremus, satis superq; habituri,si quū breues & ꝓessi fuerimus,neq; obscuri,neq; ieiuni,ab iis qui in hāc lectionem inciderint,iudicabimur. Nec(quod reliquū erat)adeo scriptorum multi perierunt,vt huius historię series q̄uis longissima cōtinuari nō possit:q̄ si non pleniore vbiq; habitu,qđ vno alterove loco poterit accidere,legentib⁹ visa fuerit,haud propterea minus hilari erit frōte excipiēda, q̄ siqs periculoso seruatus morbo,eximprouiso occurrat:in quo etsi nōdū pristinū corporis, aut nitorē,aut habitū receperimus,nō tā ob formā ipsam q̄ ꝙ seruari cōrigerit,gratulamur. Sed quę ꝓ deū tanta hinc poterit inuidia conflari,vt non multo maior sit ex eo gratia expectanda:ꝙ hæc tam multa & a multis requirenda non stilo solū,sed ordine etiā & figura variantibus, vna sit lectio omnibus datura. Q̄ꝫq̄ ita fore confido,vt offensa illa,aut nulla futura sit,aut certe talis, vt ne vllus quidem sensus ad lectorē peruenire possit,nisi forte aliquis in hāc vnam calumniā plus æquo fuerit intētus. Sed de his alii æquius iudicabūt,me vero haud poenitebit vnq̄ ꝙ eo sim consilio hæc scribere exorsus, vt a prima rerū origine ita susceptā auspicaremur historiā: vt res humanæ quatum series multo vulgatior erat cū iis quas diuinæ literæ cōtineāt,arctissimo velut nexu iungerentur. Erit,nisi me instituti operis fallit amor,res nō minus vtilis,q̄ iucunda,ex certa quadā perspicuaq; lectiōis facie,qd diuina humanis pręstēt cognoscere,qd terrenis coelestia,caducis ꝑpetua & æterna. In quo,haud facile dixerim,imprudēter ne magis an impie fecerint pleriq; rerū scriptores,qui lucē aspernati in tenebris versari maluerūt,malorum dæmonū præstigias pro coelestibus complexi. Nec vereor quod quidam negant posse fieri, vt non hęc cultum orationis & splendorem recipiant.ad quam rem perficiendam,si cætera defuerint,diuinam opem mihi affuturam certo scio. Reddet itaq; multiplex materia historiā,quum valde delectabilē,tum cognitu multo vtilissimā, quippe quæ lectoris animū ab humanarū rerum admiratione non solū poterit auertere, sed a vana etiā persuasione eorū quæ mortales in tenebris cōstituti pro diuinis habuerunt,ignari scilicet ad veri & singularis dei prouidentiam esse omnia referenda. Sed maiore illi venia digni q̄ pleriq; hominū quibuscū hodie viuitur, q quū lucē habeant oculis admotā,tenebras sequuntur: & dum vetustarum rerum studio pris-

ca illa intentius mirantur,summi regis mysteria leuissimi transfugæ contemnunt,nec putat in-epti homines posse fieri,vt veterū scriptorum vestigiis videantur insistere,nisi prius & ipsi impie sentire cœperint.Quo fit vt quāto in dicendo sunt illorum virtutibus inferiores,quorum æmuli videri cupiunt:tanto diuinarum rerum assertoribus sint animo infestiores. Sed tantū abest,vt vel horum fauorem mihi conciliatum velim,vel iudicium reformidem:vt ab ipsa mū di origine,quam Ethnici scriptores pertinaci silentio præterierunt,tanq̄ a nobilissimo æternę illius maiestatis opere,ad cuius virtutem & prouidentiam omnia merito referuntur,instituta hæc rerum explicatio habitura sit principium. Fietq;(vt opinor) id eo tutius, quo magis in ea re asserenda Platoni viro summo,omniq; stoicorum familiæ cum his quos sequimur cōue-nire video:quorum virorum ductu ne errare quidem meo iudicio possit aliquis,vel quia sapiē-tissimi fuerunt,vel(quod inter omnes satis constat,)quia veritatis amicissimi.

Platonis Stoicorūq; laus.

EIVSDEM M.ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIÆ HISTORIARVM AB ORBE CONDITO ENNEADIS PRIMÆ LIBER PRIMVS.



Consensus hominū de mundi constitutione.

OELVM & hanc vniuersi faciem, cui ab ornatu & eleganti forma Mundū appellari cōtigit,solē,lunam,& omnia quæ supra infraq; terram cœli teguntur circunflexu,veri,singularisq; dei id opus esse, cū veteres prophetæ tradunt,viri,a quibus stultū sit & impiū dissentire:tum paucorum vanitate exclusa, ipse humani generis prædicat consensus.Constans hominū opinio est,& fides ab initio recepta: q̄ æterna illa maiestas rerum omnium opifex senis diebus, quos Moses diserte posuit, operata, Primum lucem a tenebris discreuit, quū iam rudis adesset materia,eademq; informis:quam deus a principio parauerat:Fuitq; hæc omnium prima lux,quæ mundo affulsit.Nox illi continuo iuncta est.Cælum inde in sublimi constitutum,idq; firmamentum appellatum. Tertio deinceps die terra stabilita, humorq; terræ circunfusus. Sol quarta luce,luna,& stellæ,mundo emicuerunt.Harum paucæ,vt maiora illa lumina,certis errant spatiis.Cætera multitudo,quæ porro immensa est, varie lateq; diffusa, pene innumeras rerum & animalium perscribit effigies.Mox volucres & omnia natantia duobus sunt elementis data,postremo reptantia,& ipsum quadrupedum genus attributum est terræ, & cum his nobilissimum animal Homo: qui vnus cælestem mētem sortitus,quia ex rubentis terræ vena fieri contigisset,Adami nomen postea ex ea re tulit.mulier Æua nuncupata, quæ ex huius latere ineffabili virtute deprompta est. Atq; ipsum humani generis principium tale fuit. Hi in amœnissima terræ parte constituti fluminibus quaq; versum irrigua,(locus a viridanti facie hilariq; aspectu paradisus graia est voce appellatus) primo beatissimam vitam agere, malorum omnium expertem:terra sua sponte ferente omnia. Cæterum lege aberrantes, quia quā fuerat eis arbore interdictum non abstinuissent,amœnissimo incolatu,sedeq; illa beatiore pulsi,solū flebiliter vertere.Cohibita deinceps tellus quū nihil vltro ferret amplius, per sudorē, & ęrumnā vitam agitare.Subiit inde morbus,tentareq; cœperūt frigora & æstus insueta corpora,quę vitę incōmoda protinus adeunda oraculū prædixerat: si minus diuinæ legi paruissent.Cainus primo ex his genitus,secūdo dein loco Abel.Pietatis hic cultor,cōtēptor ille. hic pastor,ille agricola,hic mero lacte litat,ille frugum primitias offert,nec oblatis proficit.Parit æmulatio(vt solet)odium.Id maiorem fratrem armat in alterius perniciē.Incautū excipit,exceptum subita vi perimit:ex scelere scelus orit,cōtumacia ex culpa.Fraternę cædis reus e cælo postulat9vbi esset Abel,nihil sibi cū Abele esse respōdit,cui neq; comes dat9esset,neq; custos Hāc hominis intēperiem iudex ille summus & vindex detestatus,extorrem patrio solo deiicit, deiecto fore cōminatur vt ipse sceleris auctor,& omnis cū eo posteritas in septimā progeniē p varia vitę supplicia expiaturi essent Abelis sanguinē.Cæterum tantum absfuit,vt pœnali ille exilio in melius vitā mutauerit,vt auare etiā & superbe inter suos postea vixerit,nec etiā sine ambitione:q̄rum id vitium mūdo adhuc recēti in eo mortalium cœtu, qui sub eo fuit, potuit eminere.Enoch huius fili9 Iradē genuit,ex Irade fœcūda orta est soboles,ac late gēs ĩ nepotes

Primorū parētū origo. Adā vnde.

Paradisus terrestris.

Caini ortus

Abelis cædes.

Primi parricidii vltio.

Enoch.

propagata:vt ex vno Lameche,qui fuit Iradis nepos ꝓmiscuę stirpis septuagīta & ampli⁹ sint Lamech.
liberi ꝓcreati.Nec tā numerosa ꝓgenies ab auctoris sui ingenio multū abiit diuersa.Ex malis Sobolis in-
fere mali procreant̄.Plurib⁹ itaq; vnius vestigia secutis,adeo nequitia īoleuit: vt quicquid iam crementa.
inde sceleris tulit vita vsq; ad diluuiū,id vni gēti acceptum referat humana pietas. Fuerūt in
tam longa serie phama illustres,Tubal, & †Tubalchan,hic ærariæ artis inuentor,ille musicæ. Tubal &
Græci scriptores & Romani gręcos secuti mysterii hui⁹ ignari,vtrāq; inuentionis laudem in †Tubalca-
alios cōferūt. Sanctior reliqua Adami soboles. Vixit ille annos noningētos & amplius,multi im.
q; interim præter eos quorū mentio facta est,sunt filii ex eo orti,quorū iustissimus Seth , quū Seth.
disciplinā a parētibus per manus acceptā,posteris incorruptā reliquisset,auctor fuit: vt qui lō
go iam inde sunt ordine secuti,in antiqua pietate ꝑmāserint. Ab eodē prognati,rerū cœlestiū
rationem primi mortaliū indagasse traduntur:duæq; ab his columnæ diuersa materia cōstitu Prima rerū
tæ,lateritia vna,altera lapidea,in quibus totū de cōsummatione mundi arcanū exscripserint: cœlestiū in-
dubium literis an animaliū cæterarūq; rerum figuris,quas postea sit Ægyptus imitata. Per- dagatio.
suasum(quod satis constat)habuerunt fore aliquando,vt nunc humor,nūc ignis,omnia esset Colūnę mū
vi sua consumpturus,qđ mysteriū:vt ad posteros manaret diuersa est materia in colūnis quæ danæ cōsū-
sita,vt alterutra fuisset clades secuta,lateritia vi igne,lapidea aqs resisteret,atq; vtra par iniu- mationis in
riæ fuisset,rē omnē posteritati traderet. Mox,vero adolescente mūdo,quū iam terra frequenti⁹ dices.
coleretur,quo maior humanarū gentiū vis erat,eo magis vitia inualescere, vitaq; in peius la-
bi.Iniuria pro innocentia haberi cœpta est,pro pietate numinis contemptus.Postremo eo per
licentiā & libidinē ꝓcessit scelus,vt vix Noe mortaliū vn⁹ sit repertus,cui iustitia curæ esset. Noe.
Is humani generis scelera castigate adortus,quū nihil pia prędicatiōe ꝓficeret,essetq; res non
procul ab iniuria,vbi parū tutā fore credidit innocētiā in media nequitia destitutam, cū tota
domo e medio discessit. Tū vero neq; modus neq; modestia fuit amplius peccādi,omniq; pudo
re sublato,abiit gens omnis in omne nefas:donec profligata ex omni parte vita, diuinā mentē
subiit cura,omnium hominum vna clade extinguendi: Noe dūtaxat vno cū tota domo,qa in
antiqua pietate perstarat,seruato,vt esset per quē humanū genus posset ex integro reparari.
Hunc itaq; deus superne affatus,breui futurum cōmonet, vt immēsa vis cataclysmi omnem Oraculū fu
terrā operiret inundatione:iret,sibiq; & suis ingentem moliretur arcam,qua ex omnibus volu turi cata-
cribus,& iis animantibus quæ terrā incolunt,marē cum fœmina sedulo conderet:vt esset rerū clysmi.
omnium velut paratum ad instaurationem seminarium. Paruit oraculo piētissimus senex na- Arcæ ma-
uigioq; ad id apte fabricato,cætera rite comparat. Fuitq; id multorum annorum opus. Patuit gnitudo.
in longum moles cubita centū quinquaginta,latitudo quinos habuit pedes & quadragenos.
Recētiore inde monitu instructus Noe appropinquare diluuii tēpus, cum vxore,liberis & ne
potibus arcā ingressus est. Quadraginta deinceps dies tanta vis aquarum cœlo deiecta est,vt Diluuium.
non ima solū loca sed ipsa quoq; altissimorum montium cacumina quindecim cubitis trāscē- Diluuii ef-
derit inundatio. Atq; ita contigit,vt vna clade omnia quæ tū in terris animalia fuere,præter fectus.
pauca quæ mystica nauis tuebatur,sint cū volucribus extincta,& cum his gigantes,qui super Gigātes in-
terræ faciem ea tēpestate fuisse dicuntur. Id cū diuinæ literæ tradunt,tum Ethnici scriptores uenti.
quidam,& in his Plutarchus cheroneus,qui Gabinum secutus Anthei sepulchrum scribit in
Mauritania a Settorio dirutum,ossaq; in eo conditorio portētosæ magnitudinis reperta,ipm Anthei os-
rei miraculū fecisse,vt iniecta religione eiusdem imperatoris iussu sit moles Herois manibus sa.
instaurata. Plinius auctor est in Creta insula quodā ibi mōte(dubium occulto motu terræ an
vetustate)cōuulso,cadauer sex & quadraginta cubitorū repente extitisse,quod Orionis fuis-
se quidā crediderunt,alii Etionis. Astipulantur veteri opinioni Orestis ossa Tegeæ in arcadia
(vt Herodot⁹ ait)oraculo refossa,quę & ipsa portētosæ magnitudinis. Narrabat ad hęc mihi
hospes quidā meus homo haud vulgari fide,diuq; in terra græcia versatus,paucis ante annis Monstrosū
q̄ hæc cōmentaremur in Creta insula,ea parte qua ad meridiē obuersa est,operarios quosdam caput.
indigenas immanis arboris trūcos ad naualē fabricā radicitus eruere moliētes in humanū ca-
put dolii instar incidisse,idq; imperiti hoīes quū temere attractassent cōfestim putri vetustate
solutū in puluerē abiisse. Cęterū dētes stupēdę magnitudinis ad insulæ magistrat⁹ delatos rei Q̄diu te-
fidē fecisse,quorū vn⁹ Venetiis hodie in priuata domo ꝓ miraculo viseret̄. Fuit oīs terra sub nuetit dilu
aqs quinos circiter mēses,estq; arca in Cordieo Armenię mōte(vt Berosus ꝓdidit)fluctib⁹ de uium.
stituta. Vnde aliquot post ętates finitimi locorū accolę bitumē,quo fuit illa oblita,ad expiatio Arcę quies
nes quasdā sibi petere soliti sint. Coruus auis,quū iā diluuii decremēta sentirētur:cœpisset ne

terra adhuc vſpiá exiſtere. prior eſt ex arca ad explorandũ miſſus, haud quidẽ reditur⁹ ſicubi
Columba. tutus cõſiſtere potuiſſet. Eoq; nõ redeunte, deinceps colũba mittit: hæc præpeti volatu haud
multo poſt oliuæ ſurculũ habens, ad arcam reuerſa eſt: eoq; argumẽto lætatus Noe ſenſit ter-
rã remittẽte diluuio iam dudũ in emerſu eſſe. Atq; ita ad Cordiei iuga delatus, cũ tota domo
Egreſſoriũ. naui eſt egreſſus. Ipſe poſtea locus ab re egreſſorii nomẽ tulit. Et Noe Lamechis fili⁹ hoc maxi
2260 me mõ eſt diluuio ſeruat⁹. Fuitq; hic annus Cataclyſmo inſignis (vt Aurelio Auguſtino pla-
cet) ſexageſim⁹ ſecũdus ſupra duceteſimũ ac bis milleſimũ ab orbe cõdito. Subtrahit huic nu
mero Euſebi⁹ annos. xx. Hebręorũ ſupputatio (vt vterq; auctor ſcribit) mille dũtaxat annos &
quingentos quinquaginta ſex a ꝓtoplaſto ad diluuiũ colligit. Q; ſi ab eius interitu ſumit pri
cipium, haud multũ ab iis diſcrepat, quos in hiſtoria ſequimur. Meminerunt huius humanæ
cladis præter Moſem & Beroſum, cui⁹ nuper mẽtio facta eſt, Manaſſeas Damaſcen⁹, Hierony
mus Ægyptius, & alii plærıq; rerũ ſcriptores: meminit & Plinius in naturali hiſtoria qui Iop-
pen Phœniciæ oppidũ in Samariæ ora terrarũ diluuio antiquiorẽ prodidit, neq; enim recẽtio
ris illius, qđ circa Arcadiam ſub Ogyge factũ memorãt, vllus ad ea loca perueniſſe videri po-
Chami im- teſt ſenſus. Coluit inde terrã Noe iã ſenior fact⁹, primuſq; mortaliũ vitis vſum oſtẽdit: quo cõ
piũ facin⁹. tigit vt inſueto vini hauſtu ebrius factus, parũ caute in aperto iacuerit. Eum iacentẽ Chamus
conſpicatus (fuit is vnus ex tribus filiis, qui cũ Noe diluuio ſuperfuerant) fratres ad ſpectacu
lum accerſit, ridiculum, vt ipſe tum fortaſſis interpretatus eſt, cæterum impium ac filio nefa-
riũ. Illi vbi ad patris conſpectũ venere, pudore ſimul & pietate adducti, ſubito velaminis inie-
ctu, iacentis verẽda operiũt. Quæ poſteaq̃ ſenex ebrietate expreſſus facta eſſe cognouit, Cha-
mũ diris execrationibus inſectatus, vt impiũ abdicat. Cõſedit ille profugus cum vxore & libe
ris in ea parte Arabię, quæ ab ipſius nomine poſtea nomẽ ſortita eſt. Hinc tenebrę illę ortę cre
dunt, illa ſummi veriq; dei ignoratio, q̃ omneis terras execrãdis errorũ ambagibus implicuit.
Vnde veræ Hinc hominẽ authoris ſui prima cepit obliuio. Porroq; alienatus multis deinceps ſæculis fuit
pietatis ob- malorũ dæmonum mancipio. Neq; Chamus vllum ſacrorum ritum, poſteris tradidit, nullum
liuio orta. enim a patre acceperat. Quæ res effecit, vt quũ procedente tẽpore alii poſt alios ex ea terra ve
lut in colonias miſſi diuerſa mũdi loca tenuiſſent (creuit enim ſupra modũ abdicata ſoboles)
in errores inciderit inextricabiles. Qui in Ægyptũ primo tranſiuere, quũ aperto cælo agẽtes
noctu ſydera intuerentur, cæleſtium luminũ motum pulchritudineq; mirati, quę eo intẽtius
ab illis ſeruabanť, quo ſereniores ſũt in ea terra q̃ alibi tẽpeſtates. Solem & Lunã, velut certũ
Iſis & Oſy- illis ineſſet numen, pro diis colere cœperũt: Iſidem hãc, illũ Oſyrim nominãtes. Neq; ſunt his
ris. diuerſa quæ Græci ſcriptores de prima eius gentis religione memorãt: niſi ꝙ eorum quidam
Ægyptios mortaliũ vetuſtiſſimos prodidere, ignari ſcilicet profect'õis huius, & ob eã rem in
Aduenæ digenas fuiſſe rati, qui ab initio eã terram tenuerunt, quũ aduenæ illi haud dubie fuerint, atq;
Ægyptii ex Arabia vt Hebraicę vetuſtatis author Ioſephus ſcribit, egreſſi. Id multo verius tradiť, q̃ qđ
nõ idigenæ Græcorũ quidã non minus inepte q̃ impie prodiderunt: hominẽ ibi fœtifica tellure vt cæte-
ra animalia a principio ortũ. Sed ſic certe oportuit, vt veritate ſemel amiſſa non pauci exiſte-
rẽt, q ſtulte multa aſſerere auderẽt. Quiq; temere aſſertis aliquãto ſtulti⁹ accederẽt. Inde eo ꝓ-
ceſſit humana temeritas, vt ignẽ, aera, mare, terrã cæteraſq; mũdi ptes, quæ ad rerũ ꝓcreatio-
nes attinẽt, velut ſuũ omnibus ineſſet numen, diuinitatis nominib⁹ cõſecrauerit: hinc vitalis
Iuppiter. ſpũs Iuppiter dictus, ignis Vulcanus, Pallas æther, Tell⁹ Ceres, aliaq; aliis nominib⁹. Poſtremo
Vulcanus. tantum ſibi hominum furor indulſit, vt mortalium quibuſdam quia mortales conſilio, opib⁹,
Pallas. vtilibus inuẽtis, doctrina excoluiſſent, diuinos honores decernere nõ dubitauerit, atq; eos præ
Ceres. ſertim, qui ea nomina tulere, quæ & veteres illi, quos vetuſtas ab initio cũ ſole & Luna conſe-
crauerat. Hinc Idæus Iuppiter, Ceres, Vulcanus, Iſis, Oſyris, & cũ his recẽtiores, q̃ ſunt in deo
rum numerũ relati, Apollo, Mars, Cupido, Mercurius, & alii, ab illis ꝓcreati. Sed q̃ ſtulte huma
næ gẽtes cõfinxerint ſibi hæc, aut ficta receperint, poteſt ex eo facile intelligi, ꝙ infandos amo
res, Stupra, Cædes, Adulteria, Furta, aliaq; flagitia eorũ, quos cælo intulerũt, cerimoniis inſe-
ruere, tãq̃ per ſcelus & nequitiã ad ſuperos iteť. His ſemel malis poſteritas imbuta, vſq; ad hu
manæ ſalutis annos, Pacẽ. Bella, Inducias, Fœdera, omnia ſacra & prophana malorũ dæmonũ
imperio habuit obnoxia. Nec tenebrę illæ rerum tantũ ex Ægypto profectæ, ſed quaſcunq; a
pricipio terras tenuerũt a Chamo procreati, veræ pietatis ignoratio ſimul & infãda ſeruitus
cepit. Cæterũ nulla vnq̃ tellus plurium fuit coloniarũ mater, q̃ Arabiæ pars illa, quã Chamus
paterna domo profugus inſedit. Tãtã humano generi cladẽ intẽpeſtiuũ vnius attulit exilium

Cõtra Semi & Iaphetis prognati, legitime a maioribus instituti, modicis finib⁹ cõtẽti, haud tã late vt illi sunt per oẽs terras euagati. Quo accidit vt veritatis studiũ, pietas dico & veri dei cultus, apud vnã duntaxat gentem, ad Messiæ vsq tempora in occulto fuerit. Ab Habraamo Isaachi pͣe gẽs nomẽ sortita est, atq Habraei primo dicti, mox & Iudęi a Iuda Israelis filio Habraami pronepote. Aurelius Augustinus (a quo dissentire pudeat) ab Hebero, q ex Noe atnepotibus vn⁹ fuit, Heberos primo, mox Hebręos nominatos auctor est. Horũ res gestæ etsi non adeo magnificę sunt & amplę, vt vno veri dei cultu adẽpto, sint vsq adeo memorabiles, haud tamẽ ita tenues reperiunt, vt a peregrinis scriptorib⁹ temere præteriri debuerint. Ioseph⁹ auctor est Demetriũ Phaleriũ apud Philadelphũ alexandrię regẽ plærisq audientibus quandoq affirmare ausum, nõ licuisse græcis hominib⁹ Hebraicã historiã attingere, quin illustriũ scriptorum quosdam eam rem tractare ausos, aduersa mentis valitudine, & languore corporis tã diu cõflictatos, donec ab incepto destitissent: tanq id arcanum prophanis esset gentibus, manifesta ira numinis, interdictũ. Sed siue hoc fuerit, siue rei ignoratio, quæ nõ adeo in multos vulgata esset, Græci & Romani scriptores pertinaciter ab omi sacræ hui⁹ historiæ relatiõe abstinuerũt: vt de industria videantur silentio rem tantã pręteriisse, quippe quã suorum populariũ aures, ob ea quæ de diis a maioribus acceperãt, sine offensa audire non potuissent, [illegible]sset hæc tractãtib⁹ vel inuitis veritas expressa, qđ illi nõ modo nõ fecerũt, sed siquis etiã [illegible]edarũ rerum serie tractus in Iudaicę religionis, quæ vna tũ in terris vera fuit, mẽtionẽ incidit, eam vt vanã, & in qua nihil præter nubila colerent, sit arguere conatus. Verũ quoquo modo res omissa est: non pauca memoratu digna, a vetustissimis eius gentis regibus gesta reperiũtur: multa & ab ipsis ducib⁹, quib⁹ pace & bello postea vsi sunt, q nõ sine odii & ambitiõis suspitiõe videri possunt ab aliis prætermissa. Nos nõ tã vt nouo exẽplo id facere videremur, q ꝙ ad institutã historiã omnium gentiũ, siqua sunt relatu digna, pertinere arbitramur, eadẽ illa per partes a nobis explicãda cẽsem⁹. Afferetq res ipsa nõ solũ reb⁹ dicendis decorẽ, ob varietatẽ, sed laborum etiam leuamen maximum: quando in tam longa rerum serie perscribenda, eo meliore [illegible] spe & fiducia futuri simus, quo minus lõge a verę pietatis cultu & assertione recesserim⁹: du quæcũq mira in humanis olim reb⁹, ac præter hominũ opinionẽ euenere, non ad fortunam & malos dæmones, sed ad diuinam refero prouidentiam. Quod mysterium vna hęc in toto orbe gens, & pie ab initio didicit, & quæ didicit constanter & incorrupte diutissime seruauit. Noe igit noningẽtos & quinquaginta nat⁹ annos vita decessit. Scio ego tã lõgo hominis æuo historiæ fidẽ abrogari, siquis ad hãc vitã, quæ hodie viuit, respexerit. Sed fide nõ parua op⁹ est ad diuina opera credẽda. Q̃ nõ video, quid magis ineptũ fieri possit, q cælũ & omnia quæ cælo cõtinent, mira & ineffabili ratione a deo cõdita affirmare, hominem animal nobilissimũ, rationis, cęlestiumq rerũ capax, quod summus ille vniuersi author e terra suscitarit, non potuisse, aut si potuit, non debuisse q diutissime in vita retineri, præsertim mũdo adhuc recenti: quũ in tãta solitudine, humano genere aucto imprimis opus esset. Et si sub ipsum mũdi exordiũ cęlo & elementis minus noxiis, lõgior (vt quidã suspicãtur) potuit homini vita continge re, quod in hac senescentis sęculi fæce euenire non possit. Adiiciũt qui sacrã scribunt historiã, aliam adhuc causam, ꝙ idcirco tam longa sit vita homini a principio data, vt is simul multos procrearet, commodiusq opera naturæ longa exploraret experientia, diligentiusq explorata posteris traderet, quod eorum plærique fecisse existimant. Sed vtcũq res excipiẽda est, Berosus Hellanicus, & alii vetustissimi rerũ scriptores, longissima hæc humanæ vitę spatia pro confessis, tradidisse dicunt. Astipulatur huic fidei, ꝙ in apto hoc rerũ declinio, Macrobii, Æthiopes, Seres, & Hyperborei cẽtenis quadragenis annis viuere credũtur, Pandoręq gẽs indica ducentis. vt Cnidi⁹ Ctesias ꝓdidit. Sed de his plurib⁹ fortasse q opus fuit. Nũc ad ea stilus reuertit, quæ post diluuium in vtraq gente vsq ad Habraami tẽpora euenerunt: nam is in Assyrii regni primordia pene incidit, vnde suũ Ethnica historia hauriet principiũ. Memorabilis igitur cataclysmi clades, recẽsq memoria, diu mortales tenuit in montibus. Postea vero q ad ima est descẽsum, quod cũctãtius factũ credere par est, quũ non multum his locis se adhuc crederẽt, veriti ne ipsi aut qui post se nascerent, eandẽ vim quã & maiores sui, experirentur, Nembrothus Chami nepos vir facinorosus, multũq auitæ temeritatis referẽs, turrim eminentissimam est ędificare adortus: vt si subita vis aquarũ iterũ terrã operuisset, paratũ haberet cũ suis profugiũ. Id ꝑpius vero est, q qđ alii tenẽt, sperasse eũ molis altitudine cęlũ occupare. Hic rẽ mirã accidisse aiũt, qđ diuina volũtate factũ æquum sit iudicare, quũ aliquot stadia opus in arduũ

Habraei

Heberi

Hebræi.

Hebraica historia græcis negata.

Quid pfu[...] sit sacra historia

Vita lõga.

Cur longa homini ab initio vita data.

Qui hoĩm hodie diutissime viuant.

Nembrothus.

Turris Babylonicæ causa.

creuisset,numerosa illa operantiū manus,quæ erigendæ moli fuerat adhibita,linguarū cōuersione facta,cōtinuo diffidium passa est:sublato sermōis cōmercio,nō qd præciperet̄ satis quisq̄ intelligere,neq; ob id dicto obtēperare,atq; ab ea re nomē intermisso operi datum: vt Babel,q̄ vox apd Chaldæos cōfusio est,iā inde sit turris nominata.Quidā existimare videtur,in Mesopotamia id fieri contigisse,vt nō omnino ineptum sit credere,a memorabili illo tpe Babylonē quę his postea locis cōdita est,fuisse nomen adeptā.Sed rei tam vetustæ difficilis est coniectura.Nēbrothi(quod perspicue traditur)audacissimus conatus hunc exitum habuit.Iosephus quē in Iudaicæ historiæ relatiōe potissimum sequor,author est,ex Noe pronepotib⁹,& ex iis q ab illis orti sunt,alios alias terrarū oras,velut in colonias pfectos,occupasse: atq; ita factū, vt nō solum gētes populiq;,quorum cōditores fuissent,ab eorum sint nominibus appellati,sed

Vetustę ex Noe pnepotib⁹ colonię Plurium gētiū origo.

plærçq; etiā vrbes inde nomē sortitę.Cæterum greci Barbarā vocē auersati,aut illa exitegro, vt idē ait,immutarunt,aut magna ex parte inuersa,vt a prisca voce multū discreparet,effecerunt.Durare tamen adhuc quædā,q̄ veteri opinioni astipulent:in Phœnicia Tyrū, Tharsum in Cilicia,in Cypro Cirhin,& alia in quibus referēdis est ille maiorē in modū occupatus.Adiicit Medos,Armenios,Hiberas,Cappadoces,Paphlagonas,Phryges,Pamphilios,Cilices,Palæstinos,Sabæos,Syros:& ad meridiem Ægyptios,Libes,& Mauros.Quę sane nōia sint ab ipsarū gentium cōditoribus,qui iidē & Hebræi fuerunt & ab Noe prognati,longa nepotum vsq; ad Habraamū serie deducta.Is decimus ab eo fuit.Erat q; Mesopotamiæ incola,quum impia superstitio eā quoq; inuasit terrā.Cæterum vnde id malum sit ipsi genti illatum,parum perspicue

Habraami predicatio,

traditur.Habraamus ægre ferēs,q; & veri & singularis dei cultu neglecto,vulgo dæmonibus seruiret,sublataq; iustitia veritatis obliuio'plus nimio inoleuisset,palā hominū stultitiā increpate,q; veræ pietatis obliti,sese nefariæ superstitioni addicerēt:quin tollerēt in cælum oculos, atq; inde sibi quærerēt.cui solennes redderēt precationes,cuius prouidentia cælum & omnia regerentur,illi preces funderēt,vota facerent,hostias immolarent,nō vanis imaginibus quas ipsi stulte fabricassent.Peperit vera prædicatio ingētē homini inuidiā,vulgoq;,vt impiū auersari,nec procul aberat quin in eū populariter impetus fieret.Ad quā iniuriā declinandā in eā Arabiæ partē cum vxore transiit,quæ Cananea nuncupata est,hicq; ara ad tēpus extructa hostiā deo immolauit.Profectionis huius,Hecatęus & Damascenus sua vterq; in historia meminerūt.Inuasit nec multo post eam terrā fames ingens,quod ille malum vt ad tempus declina-

Habraam⁹ Ægyptum proficiscit,

ret,in Ægyptum proficiscitur,terræ copiā & feracitatē secutus. Hic pro magno negocio habuit cū ipsius gentis sacerdotibus congredi,vt quid illi de mundi creatione sentirēt, deq; pui denria,per ociū cognosceret:qui si vt cæteri a vero visi essent aberrare,per mutui colloquii speciem,gentile eis arcanū reuelaret,alliceretq; ad veri dei cultū & venerationē. Sarrā cōiugem, quia eleganti esset forma ipsius gētis intemperiem veritus,sororem assimulat.Cōstās phama erat Ægyptios in alienas esse fœminas intēperātissimos.Sed omniū maxime Pharaonē formidare,q per id tempus late regnum in ea terra obtinebat.Atq; ita accidit, vt eandē illā iniuriā pene acceperit,quam ab initio præuiderat.Cœperat regem mala libido Sarræ ad stuprum rapiendæ,& iā illi totus imminebat,quū sacerdotes regi nunciant,diram adesse pestilentiā quæ cælesti ira orta videretur,q; in animo habuisset alienigenæ mulieri stuprum inferre.Deterrit⁹ ea voce Pharao nō solū iniuria abstinuit,sed inscitia corā excusata,Habraamo satisfecit,identidem affirmās se persuasum habuisse,vt soror hospiti non vxor adimeretur.Cæterū eo consilio fuisse eam abducturum,vt in legitimæ coniugis postea haberet loco.Verū vbi satis cōpertum haberet,mulierē ipsam rhori cōsortem esse,non sororem,nihil fore amplius,cur a se iniuria primesceret,tuta vbiq; ambobus oīa futura:addit & munera nō parua,& partem agri iussit peregrino homini assignari.Augustinus author est,Sarrā ab rege abductā,vt pro vxore haberet,sed intactā ab eo dimissam iis pdigiis q̄ sub id tps facta essent,exterrito. Fauoreq; p hæc

Habraami scientiæ.

cōciliato,quū p se Habraamus esset plerisq; ob diuinarū humanarūq; rerū peritiā charissim⁹, breui in multā euasit celebritatem.Sunt qui scribāt astrorū ratiōnē geometriæq; ab eo Ægyptiis demōstratā,etsi Greci scriptores & Romani,q græcorū vestigiis insistūt, geometriam in Ægypto ortam arbitrent,nec aliūde illatam,vt annua Nili alluuione agrorum fines turbante, eius terræ accolæ crebra dimēsione artē inuenerint.Cæterū satis honestā illi erroris causā habuere,qui quū scirēt eā artē primo apud Ægyptios vulgatā,pulcherrimi inuenti atq; vitæ hominū vtilissimi,indigenā hoiem,nō aduenā authorē opinari sūt,pari errore sideralis sciētiæ inuentū ad Zoroastrē Bactrianorū regem referentes,qui Nino regi fuit æqualis,quū ante diluuii

tēpora, si Iosephus vetus est author, mortalium quidā, ac deinceps Noe, & qui illi longo ordine successerunt, in cognitione eius rei versati sint. Sed quādo ad id venimus, vt de Nino a nobis mētio hoc loco fieret, haud immemores, q̄ fuerit ab initio historiæ hui⁹ pfessio, vt ratiōe tēporum sedulo obseruata, humana diuinis īsgeremus, nihil certe facere poterimus a nostro instituto minus alienū, q̄ si iis, quæ ad hunc locū scripsimus, Nini omnium pene regū, qui extra fines patrios exercitus ductarunt, antiquissimi gesta subiiciemus, etsi regni hui⁹ adeo vetusta res est, vt quæcunq; sunt de eo memoriæ prodita, propemodū fabulosa videri possint. Sed quia quū plures alii horum meminerunt, tum Pompeius Trogus, qui inde suā auspicatus fuit historiā, satis quidem res digna visa est, ad quā nihil cunctātius referēdā fieret accessus. Nec precīū aberit operæ: si priusq̄ de his dicere incipiā, qualis tum rerū humanarū fuerit status, paucis exposuero. Solluagū fuit (vt dicit) ab initio hominū genus. Aut si (vt sacræ literę tradūt) alicuius fuit societatis particeps, exigui, & infrequētes fuerunt primi illi mortaliū coetus. si cętus appellādi sint, vbi sit vir vnus cū vxore dūtaxat & liberis. Etenim sibi qsq; ab initio viuebat, sine legib⁹, sine imperio vitā agitantes, vna procreādi libido aderat, & eorum quę pcreata essent, nutriendi studium, ferarum ritu sine moribus errantes, speluncis cauisq; arboribus sese ab omni cæli iniuria tueri. Verum vbi sua sponte, vel prudentiorum potius suasu (vt multi opinant) societatē humanę gētes inter se, coetusq; celebrare occœperunt, vnū in locū coiuere, tum haud dubie apparuit, nihil esse agresti & imperita multitudine insipiētius, nihil stulti⁹ in cōposito & rudi coetu, cuius propriū sit nihil intelligere. Siue igitur natura, siue (quod magis credo) necessitate id monstrante regē sibi constituerūt primi illi, qui ī vnum cōuenerant, id enim fuit ab initio imperii nomē, huic moderatio & innocētia, nō ambitus & diuitiæ a principio suffragari, quo maior erat virt⁹ pluribusq; notior, eo maiore cōsensu ad id fastigiū pmouebat, huius arbitrium pro legib⁹ esse, fines regni tueri magis q̄ proferre moris erat. Amplum legitimūq; Regnū id demū credere, si propriis se tenerēt finibus. Incessit inde paulatim mortaliū animos immoderata habendi cupiditas, sed laudis & gloriæ ambitio multo maior. Hanc Vexores Ægyptius, & Tanais scytharū rex secuti, primi oīm pcul domo inter se bellasse dicūtur, conatuq; pene pari: hic ex Ægypto in pontū, ex Scythia ille in Ægyptū processere. Verū finitimis nulla iniuria lacessitis, nō imperiū sibi ex ea victoria, sed victoriæ laudem quæsiuere. Amborum gesta in lōgissimo iacent vetustatis recessu, ac velut nube quadam obducta. Sed qm̄ in earum gentiū mentionem incidimus, nihil alienum ab re existimo de vtriusq; gentis vetustate, quæ sunt a nobis adhuc cōperta, breuiter referre: Idq; ego eo libētius facio, quo vulgatior est phama, vetus certamen tenuisse, vtra gēs merito sibi vetustatis palmam vendicaret. Ægyptiis prædicantibus initio rerū, quū aliæ terræ nimio feruerēt æstu, aliæ ppetuis horrerēt frigoribus, vt nō modo hominū quicq̄ gignere, sed ne aduenas quidē, siquos forte alicundæ accepissent, ob cæli intēperiem satis tueri possent, quum velamēta corporis, neq; adhuc reperta essent, neq; locorū natura ædificiis emollita, vnā fuisse terrarum omnium Ægyptum, quæ quia neq; hibernis vrgeret rigorib⁹, neq; æstiui sideris ardore premeret, sed mediā quandam inter vtrunq; esset tēperiem sortita, vetustissime culta iure crederetur, in qua etiā ob climatis temperiem primos homines genitos æquū esset iudicare. Scythæ cōtra cæli temperamentū nullū in se habere vetustatis argumentum existimare, naturā affirmantes, quum primum rigoris & æstus discrimina sunt regionatim distincta, continuo ad locorum patientiā animalia generasse, vt, q̄ro Scythis cælum asperius esset q̄ Ægyptiis, tāto illis duriora ab initio data essent corpora, quod in arboribus & ipsis agrorum frugibus haud dubie sentiret. Q̄ si vnitatem habuerūt hæc vnq̄, quę nunc sunt mūdi partes, aquæ terras omnes obtinuerūt, siue ignis, q mūdum genuisse credit, alterutra rerū origīe Scythas multo vetustiores Ægyptiis īueniri. Itē si prima fuit ignis possessio, quū vis elemēti paulatim cœpit remittere, eas pri⁹ terras hūano cultu habiles esse factas credibile sit, q̄ q̄ lōgissime repostę essent ad septentrionē, Ægyptū propterea, Arabiā, & oēm terrā, q̄ ad meridiē spectat, queq; ad oriētē solē, tēperiē multo tardius sensisse, quæ ne hodie quidem satis sit tuta a ppinqui sideris iniuria. Vel si ab initio aquæ oīa tenuerūt, q terra ea parte, qua sublimis & ardua est, fluctib⁹ ad ima delabētib⁹ prius emerserit, haud dubia ratio demōstrat, ac quo maturi⁹ hęc aut illa fuit ī emersu, hoc pri⁹ animalia cœperit nutrire, porro Scythiā adeo cęteris terris eminere, vt quęcūq; ibi flumina orta sint, pcipiti cursu ī Mæotidē, & ex mæoti p Bosphorū in Euxinū & Propōtidem, hincq; p Hellespontū in Ægæum Creticū & Ægyptiacū pelagus velut ad ima mūdi ppetuo deferant impetu. Ægyptū multorū

Nini regis gesta pene fabulosa.

Primæui mores.

Primū imperii nomē in rege.

Vexores Ægyptius. Tanais scytha.

Ægyptiorū vetustas.

Scythiæ vetustatis argumenta.

regum cura perpetuis aggeribus obstructã,vix demũ continentẽ fieri cõtigisse.& his quidem rationibus suã vtraq; gens vetustatẽ tutata est.Sed quod ad Ægyptum attinet,nõ paruã eius terræ partẽ quãdoq; aquis obrutã fuisse satis cõstat.quicquid supra Memphim ad Æthiopũ mõtes iacet,mare olim fuisse Herodotus existimat.Strabo id soli,qđ a Siene ad mare Nilo irrigat̃,Ægyptũ ab initio appellatã arbitratur:cui quãtũ postea incrementi accesserit, Homeri carmen haud dubie demõstrat,quo significat̃ Pharũ insulã,q̃ hodie Alexãdriæ adiacet, velificæ nauigatiõis diei vnius a cõtinẽtis ora abfuisse.Quę si vera sunt,nihil penæ reliquũ fiat,qđ eius terræ arguere possit vetustatẽ.Nec in Scytis maior aliqua est antiquitatis demonstratio, si Herodotus verus est author,qui ne Darii quidẽ regno,qđ & Trogus quoq; significat, amplius mille annis essent antiquiores.Cæterũ quãdo neq; hęc,neq; illa tellus,ob eas quas attigimus rationes,multum ad mortaliũ cultũ fuerit accõmodata, miror principes rerũ scriptores leuissimis earum gentium argumentis tam temere accessisse,vt non viderint,eam terram omnium primam humanũ cultum sortiri oportuisse,q̃ cæli clementia lõge alias anteiret:quo argumẽti genere Ægyptii vsi,vetustatis ad se laudẽ traherẽt. Sed vt his ob vim aquarũ nullus antiquior cultus potuit contingere,ita nec Scythis,q damnatã perpetuis rigoribꝰ mũdi plagam incolũt.Quare multo verius sit dicere,mediã inter vtranq; terrã,qualis est Damascenus ager,& alia circũiecta illi loca,quod sacræ etiã literæ innuũt,primos hominũ cultus fuisse sortitã,qui terrarũ tractus non solum nõ esset iis vitiis,quibꝰ Ægyptus & Scythia,obnoxius:sed climatis ratione multo vtraq; regione tẽperatior.Nũc vero,priusq̃ ad res Nini explicãdas ingrediar,in Scythicis rebus adhuc paululũ immorabor.Est Scythia ab Europa,cuius partẽ citra Tanaim perscribit,ad Aquilonem & ortũ vsq; ad incognitam terram longissime porrecta, hinc ponto Asiæq;,inde Ripheis mõtibus ab humeris inserta.mox longe lateq; ad ortũ euagata,innumeras gẽtes parũ notis finibus amplectit̃.Quippe quibꝰ ne indigenę quidẽ ipsi inter se discreti fuerint olim,vtpote.q neq; agrũ colerẽt,neq; tectũ,sedesve haberẽt vllas:per solitudines & inculta vagant̃ loca,armẽta,pecoraq; præse agẽtes,coniuges & liberi plaustris vehunt̃: legibus nullis obnoxii,sponte iustitiã colũt,nullum furto grauius in gẽte flagitium habetur, vt qui non parietibus aut septis armentum circundent:sed in propatulo habeant, nullus eorum quibusdã aut auri aut argenti vsus,lac & mel in cibatu freqũes,contra frigora & rigores ferinis pellibus murinisq; corpora cõmuniunt.Estq; is sane ritus frequens Scythis, sed nõ omnibꝰ,plærisq; eorũ ab aliis lõge diuersos,ac veluti peculiares inter se celebrãt mores,vt Scythę Tauri q raptu belloq; victitãt.Agathyrsi sibi inuicẽ germani credunt̃,quippe quibus communes sint vxores.auroq; in primis abũdant.Gens ab his diuersa a genere vestis Melãchlęni nũcupant̃.hi Scytharũ soli humana carne vescunt̃(vt scribũt quidã.)Sũt & Budini cæsiis oculis,atq; iidẽ Phthirophagi.Orgenipei innocẽtia singulari,& ob id sacri oĩmq; iniuriarũ expertes,tutus patet omnibus gẽtibꝰ ad eos accessus,defunctorũ parentũ carnibus vescũtur.Essedones humanum caput inaurant,quo annuos defunctis libãt honores,iidẽ serpẽtiũ vi pulsi olim solum vertere.Neruii Scytharum maxime infames,persuasum habuere finitimi eorum singulos quotannis in lupos transfigurari,iterũq; homines fieri:qđ monstrum in Arcadia quoq; in Antei familia gentile fuisse Euãtes apud gręcos ꝓdidit,vt vnus ex ea gente sortito ad stagnũ quoddã perductus,positis vestibus transnaret,cõfestimq; bellua ex homine fieret,ac nono post anno,si humanũ interim sanguinẽ nõ gustasset,pristinã reciperet formã.Astipulati sunt huic opinioni Fabius & Copas,q olympionica scripsit:adeo nullũ est tã impudẽs mendacium,quod apđ gręcos careat testimõio.Gaudẽt Scytharũ plures hũana cæde, eoꝝ quidã cẽtesimũ quęq; ex captiuis ĩmolãt,sãguinẽ potãt eiꝰ quẽ primũ cepere.Probro dat̃ hoĩem nõ occidisse, bellicis expeditionibꝰ,nisi q hostile caput ad regẽ detulerint,fiũt totius prędæ exptes.Sarmaticis Scytharũ virginibꝰ nõ prius nubere mos fuit,q̃ hostẽ peremissent.Cũ rege vita defuncto, pellicũ vna oĩm charissima,minister vnus,coquus,agaso, vsator , pincerna,equus,& aurea phiala sepeliũt̃.Neq; asinũ gignit Scythia,neq; mulũ ꝓpter frigora.Tellꝰ ipa ab Scytha Herculis filio nomẽ sortita est,vt significare videt̃ Herodotꝰ.Plinius Scythẽ q arcũ & sagittã inuenit, non Herculis sed Iouis ait fuisse filiũ.Fuerũtq; ĩ vniuersũ hi Scytharũ mores,fuit hic viuẽdi ritꝰ. Nũc ad vetustissimã ipsius gẽtis expeditionẽ redeo.Circũtulit extra primos fines arma primꝰ oĩm Vexores Ægyptiꝰ.Is plurimarũ gẽtiũ victor,quũ in pontũ ꝑuenisset,bellũ Scythię idixit: legatis prius in eam terrã missis,qui si imperata facerent,leges pacis vniuersæ genti dicerẽt. Scythę,etsi de aduẽtu hostiũ iã ante per finitimos certiores facti,oĩa ad bellũ mature cõpara-

Æegypti ps aquis obruta.
Damascenꝰ ager primũ cultu.
Scythię sitꝰ
Scytharũ ritus.
Scythæ Tauri.
Agathyrsi.
Melanchlęni.
Budini.
Orgenipei.
Essedones.
Neruii.
Lupi ex hominibus.
Gaudent Scythę humana cęde.
Sarmaticæ virgines.
Vexoris expeditio in pontum.

uerant,velut tamen rerũ omnium ignari,dant respõsum legatis iniuste facere eorum regẽ,qui
nulla lacessitus iniuria Scythas,genus hoĩm incultũ atq; horridũ,nõ auri,nõ argenti,non eo- Ferox Scy-
rum quicq̃ habens q̃ cęteri mortales magnopere concupiscerent,bello magis laborioso q̃ vtili thatum re-
inuadere statuisset.Credere se,illum nõ ignorare dubium esse bellorũ exitũ, qui eo magis ipsi p sponsum.
timescẽdus esset,ꝙ id bellũ plus periculi & laboris,q̃ præmii habiturum videretur . Cæterum
temere ad arma currere,sese bello implicare,nõ solũ potentissimi regis esse, sed humillimi etiã
cuiusq;.Finẽ bello imponere,& pacis leges dicere eorũ dũtaxat q vicissent. Videret Vexores,q
bellũ adeo minaciter denunciaret,ne de fuga esset potius illi cogitandũ,q̃ de legibꝰ iis morta-
libus scribẽdis,quos in armis quid possent nõdũ esset expertus. Nã quod ad se attineret haud
expectaturos Scythas,vt hostis suos transcenderet fines,quin vltro ituros obuiam,enixeq; da
turos operã,vt vel primo congressu,cum ipse hostis,tum cæteri mortales ex vnius pugnę euẽ
tu intelligerẽt,multo plus iustitiã in armis valere q̃ iniuriam,victoriamq; & felicitatem a vir-
tute stare,non ab audacia.Vexoris legati cum his dimissi sunt.Nec Scythę multũ inde cõmo
rati obuiã hosti ire pergũt.Hic res accidit vix relatu digna . Vexores tot gentiũ terrarũq; ad Vexoris fu
eam diem victor,vbi primũ Scythæ appropinquare dicti sunt,florẽtissimo exercitu cum omni ga.
bellico apparatu relicto,paucis comitatus pro victo in Ægyptum abiit. Scythæ victoriã secu- Scytharũ
ti,spoliassent haud dubie hostem regno,nisi palustri difficiliq; aditu, Ægypti fines trãscẽdere successus.
prohibiti,alio impetũ auertissent.Victorię itaq; cursu in alias gẽtes deflexo,bella bellis serẽdo,
haud prius quieuere,q̃ omnẽ Asiam armis domitã sibi vectigalẽ fecissent,modico tributo gẽ-
tibus imposito,nõ regni nõ imperii noĩe,sed vt monumẽtũ id esset inclytę victoriæ. Abfuerũt
Scythæ procul domo annos circiter quindecim,dũ illis in pacanda Asia alia ex aliis oriunt̃ bel
la.Postremo vxorũ minacissima legatione cõmoti,in patrios se fines receperũt.Miserãt illę lõ-
ga expectatiõe fatigatę,q viris nũciarẽt,fore vt nisi cõfestim domũ venirẽt,ex finitimis sibi ꝓ- Scythæ ab
lem quærerent.Nec ferendũ sibi amplius,vt diuturna virorũ absentia, Scytharũ genus inter- vxoribꝰ re-
cideret. Fuit inde Asia plerisq; ætatibus Scytharũ vectigalis.Pendendi finem tributi fecit Ni uocantur.
nus rex Assyriorũ.Longo interim annorũ interuallo,illustria q̃dam regna sunt ab ea gẽte con-
dita:nã ꝑter Parthicum & Bactrianũ,quæ inde ortum habuerunt,Amazones,quæ postea ma
gnam Asiæ partem tenuerunt,a Scythis & ipsę tradunt̃ oriũdę.Earum res quę nõ multũ tro
iana tẽpora ꝓcessere,suo loco explicabunt̃:Nunc proxime sunt his Nini gesta subtexẽda. Qui Ninus.
rem nõ vmbrã rei secutus,quum omnem belli fructũ in eo verti arbitraretur,si q̃plurimis do-
minari contigisset:primus omniũ oĩs quas armis domuit gentes,suę fecit ditionis,vir ferox,
militaris glorię cupidus,longaq; armorum exercitatione inter finitimos potẽs, instituta ĩicta
q; societate cũ Arieo Arabiæ rege,cuius opes lõge inter finitimos pollebãt, Syrios Euphratis
accolas Arabię finitimos bello adortus,modico negocio subegit.Fuit victoria illa minus cruẽ
ta,quo securior omniũ gentiũ statꝰ,maioraq; erãt ocia.Regẽ bello captũ cũ filiis obtrũcat Ni-
nus,tributũ victis ĩperat,inde Armeniã ingressus subita vi oppida aliquot expugnat. Barza-
nes qui eius terrę tũ regnũ habebat,nouo bello ꝑculsus, quũ in nulla re minus q̃ in armis spẽ Nini I Bar
repositã haberet,cũ muneribꝰ amplissimis occurrit ꝓpiquãti hosti. Veniã obsecrat,se,liberos, zanẽ regem
fortunas oẽs Assyrio tradit.Hic Ninus magno vsus aĩo,cõmeatu,& militibus imparis suppli clementia.
ci regnũ restituit.Victor inde ex Armenia in Mediã trãsit.Occurrit Pharnꝰ rex hostiliter,Ni Pharnꝰ rex
no suos inuadẽte fines,ꝓlioq; commisso cũ septem liberis,qui simul in acie steterãt,victꝰ occu- interficit.
buit.Rebusq; in hũc modũ feliciter gestis,cœpit libido victoris aĩm totius Asię,q̃ maxime ter-
ra ipsa inter Nilũ & Tanaim patet,armis subigendę.Præsidio igit̃ Medis ĩposito,vir ingẽti ani
mo,sed qui ꝓsenti rerũ successu adhuc maiores spũs imbibisset,ad bellũ longe difficillimũ pro
ficiscit̃.Q̃ res ab eo in Asia gestę magnificę & amplę fuerit,longũ belli spatiũ,celebrisq; euẽtꝰ
expeditionis illius facile declarãt.Ctesias Cnidius,& qui Ctesiã secuti sunt,sũmatim rem ran-
tam memoriæ prodiderunt:satis constat sedecim annorũ spatio,quibus ille in armis esse ꝑseue
rauit,ꝑter Indos & Bactrianos oẽm Asiã suo imperio subegisse.Nouissimus laborũ oĩm fuit il
li cum Zooastre Bactrianorum rege.Sunt Bactriani a Scythis oriundi,estq; opinionis eiꝰ Põ- Bactriano-
peius Trogus author. Totius gẽtis regia olim Bactra,nudũ magna ex ꝑte solũ,quo contigit, rum ortus.
vt Alexãdri milites crudis in ea terra carnibus vesci q̃nq; adacti sint lignorũ inopia. Fert Tere
binthũ arborẽ,atq; ne eã quidẽ nisi rarã parũq; fruticosam.Bactriani parẽtes senio cõfectos gẽ
tili instituto fame necant,sed magis impie Caspii canibꝰ abiiciunt.Nunc ad Zooastrem redeo Zooastres.
quẽ phama est subito natũ risisse,manifesto futurę sciẽtię ꝑsagio:Primus(vt creditur)magi

cas artes exercuit,horoscopos rerũ & siderũ mot⁹ diligentius obseruauit.Cæterum qđ ad cæli astrorũq̧ rationẽ attinet,Belũ,qui Ninũ genuit,authorẽ quidã tradiderũt: Iosephus astrorũ obseruationem multo credidit vetustiorem ad Iudæorum gentẽ artis nobilissimæ primordia referens.Duplex belli phama.Sũt qui Zooastrẽ pugna victũ occubuisse tradãt, Bactrianosq̧ locorũ natura frętos subigi nõ potuisse.Alii regẽ priore pugna incolumẽ excessisse aiunt,nec longo interiecto tẽpore bello ab Assyriis repetitũ,medioq̧ prælio interfectum. Vtcũq̧ tamen res habet,Ninus bello in aliud tẽpus dilato in Assyriam victorẽ reduxit exercitum, & Arieũ cuius fida strenuaq̧ opa fuerat in bello vsus,parte prædæ donatũ in regnũ remisit.Mox ingẽtem vrbẽ,& quanta ad eã diem in terris fuisset nulla,statuit ædificare,omnibus Asiæ populis ad id opus accersitis.CCCC.& amplius stadiorũ aream in Aturię cãpis,quę pars est Assyrię, metatus est.Vrbẽ a suo nomine Ninũ dixit.Bibliaci libri & Iosephus Niniuen vocãt.celerius q̃ fides rei haberi possit,immẽsum alioqui opus,est ad exitũ pductum.mille & quingentas in orbẽ turres vrbs complexa est.Mœnia centenum pedũ altitudine,amplitudine vero tanta, vt murorum fastigia ternis essent plaustris peruia:Noua huc ex Assyriorum primoribus trãscripta est colonia,cętera multitudo proposita vberrimi agri partitione eodẽ sua sponte cõfluxit. Confecto ope,Bactra nouo est bello repetita,nullus vnq̃ exercitus numerosior in hostem pfectus est,ad decies septies centena milia peditũ,equitũ.CC.milia Assyri⁹ in armis habuisse tradit.Currũ adhæc & iumentorum tantum vt citra ruborem res alioqui incredibilis referri nõ possit.Plures hoc bello Zooastrẽ periisse memorãt.Is cum Bactrianorũ.CCCC.milibus obuiã Nino progressus,ad cẽtũ milia hostium qui prędandi studio suorum agmen pręcesserant, subita vi oppressit. Attulissetq̧ clades illa adhuc maiorẽ Assyrio consternationẽ, nisi paucis adhuc resistentibus,qui cæde fugaq̧ disiecti in pximos tumulos refugerant, Ninus cũ robore copiarũ superuenisset.Sub regis aduentum totis vtrinq̧ viribus est in aciẽ descensum,Bactrianis præsenti pugna & successu gestientib⁹,pristinę victoriæ memoria Assyriis numeroq̧ virorum qui illis abũde superat,frętis.Post itaq̧ atrocẽ pugnã Zooastres victus media suorũ strage fortiter dimicãdo occubuit.Qui ex ea cæde seruati sunt,qua cuiq̧ proximũ fuit in ppinquas vrbes & munitiora oppida fuga abierunt.Victor Ninus regiã vrbem obsidione cingit, tenuitq̧ oppugnatio illa plures menses,quo tẽpore casu magis q̃ cõsilio sunt Nino nuptiæ q̃sitę. Semiramis q̃ post illũ in Assyria est rerũ potita,regi cõnubio cessit.Operæpreciũ est cognoscere,quibus fortunę voluminibus sit mulier ad imperii fastigiũ euecta,etsi fabulosa videri possunt ea,q̃ de eius ortu Gręci scriptores memoriæ pdiderũt.Verũ enimuero haud Graii tm̃,sed q apud nos quoq̧ historiã condiderũt,obscuram regũ originẽ audẽt,vt video,ad deos immortales referre: nõ quia ipsi ita euenisse arbitrati sint,sed ne fidẽ vetustati abrogarẽt,nisi forte & ipsi,vt Ægyptii,psuasum habuerũt,posse geniũ aliquem mulieribus appropinquare,& quędã sobolis principia gignere.Sed vt illi Martem,Mercuriũ & alios dęmones celebrãt,ita nos præter deũ,ad cuius prouidẽtiã omnia merito referunt,maris,terrę,stagnorũ,fontiumve numina prędicari,aut credi,stultũ arbitramur.Verũ quoquo mõ hęc accipiẽda sunt,phama tenet,Semiramidẽ ex stagni cuiusdã Nympha,quã locorũ accolæ in parte Syrię religiose colerẽt,indigenaq̧ adulescente genitã,ac puerperæ iussu circa stagnũ in crepidinem aquis pminentẽ occulte ab adulescente proiectam.Frequentabãt locum aquatiles volucres,quę eo se apricatũ recipiebãt.Ab his piectam infantẽ miro properantiũ studio educatã memorant:quippe quæ non solum alimenta cõgererent iacẽti,sed pinde eam fouẽdo ac implumis pullos ab omni aeris iniuria ptegerẽt.Nomenq̧ ab re postea mulier tulit.Semiramides Syri aues appellãt.Hæcq̧ pria illius fuisse alimẽta traduñt,quibus haud multũ mihi dissimilia videñt,quæ de Cyro postea & Romulo grauissimi rerũ scriptores pdiderũt.Perseuerarunt fatali ministerio altrices aues infantem tueri,quo ad pastores creberrimo volucrũ concursu,insolitaq̧ trepidatione moti,ex proximis stabulis ad locũ puenere.Hi iacentem conspicati nõ sine admiratione eorũ quæ viderant, secũ extollũt,delatãq̧ ad stabula sedulo enutriũt.Mox illã crepidiis egressã,quũ elegãtior ĩ ea eluceret forma regii stabuli magistro dono destinãt.Is quia sine liberis esset,p filia,q̃diligẽtissime potest, instituit.Vbi vero ad id ętatis vẽtũ est,vt iam matura viro eẽt,ita forte accidit, vt Menõ hõ haud postremę apud Ninũ fidei ad regiũ pecus lustrandũ missus,in ea stabula venerit,quibus fuerat Semiramis nutrita.Is virginẽ cõspicatus,pulchritudine & morib⁹ capt⁹, puellã sibi in cõiugẽ deposcit: nuptiisq̧ haud ęgre ĩpetratis,duos haud mlto post ex ea filios extulit,Iapetẽ & Idaspem.Mox inde Menon regẽ ad Bactrianum bellũ secutus,quũ absentis desiderium cõiugis in

Zooastris interitus.

Nini siue Niniues vrbis cõditio,

Zooastris verior exitus.

Semiramidis ortus.

Semiramidis alimẽta

Menoni nubit Semiramis.

tā longa obsidione ferre nō posset, eam ad se in castra accersiuit. Tum illa longius domo profe-ctura, vt tutior ab omni esset iniuria, sexū nouo genere vestis mentitur, quo tū primū per eam inuento, Assyrii postea & Persę vulgo vsi sunt. Vbi primū igitur in castra venit, mulier acri ī-genio Bactrianę arcis situm cōtēplata, confestim viro rationem ostēdit loci modico negocio oc-cupandi. Erat arx ab vna parte præceps, atq; in profundā vallē insigniter abrupta: quā hostes velut inaccessam nullo custodiebāt pręsidio. Huc audax mulier cum paucis, quos sibi ad id fa-cinus delegerat, per loca ab hostiū oculis maxime auersa, atq; eadē aspera & confragosa pręter spem omniū obrepsit. Vnde quū sese velut cælo delapsa, hostibus, quorum oculos, dum nego-ciū conficeretur, Assyrius subita oppugnatione, ab omni sensu eorum quæ fierent longe auer-terat, ex improuiso obtulisset, Bactriani omni spe retinendæ vlterius vrbis abiecta, alii alio pci-piti fuga dilabunt. Ninus victoriam adeptus primo mulieris ingeniū miratus dicitur, qd ipsa formæ præstantia adhuc magis cōmendabat, subita inde libido animum incessit illius psenti matrimonio abducendæ. a Menone igit petit, vt Semiramidis cōnubio sibi cedat, cupe se ait eā sibi coniugē adiūgere. Eius nuptiæ quū a viro bona venia non impetrarentur: Ninus vi adem ptam duxit. Tū Menon duobus grauissimis stimulis amore simul & dolore percitus, collum la queo implicuit. Ninus Bactrianis bello domitis exercitū opulenta pręda honustum in Assyriā reduxit. Breui inde interiecto tempore, quum iam filium ex Semiramide tulisset, qui paterno nomine est & ipse Ninus appellatus, imperio vxori per manus tradito, vita decessit. Prægrādi est pyramide sepultus. Cnidius Ctesias author est, molis altitudinem nouem stadiorum fuisse, lateraq; aliquanto spatiosius euagata. Eam media planitie conditam memorant, aliquot stadia a Nino vrbe distantē. Regium id sepulchrum diu postea suo mansit vestigio, quū Ninus ipsa sub id tēpus intercidisset, aut certe non multo postq̄ Assyriorum est regnū a Medis euersum. Semiramis Nino vita defuncto animo agitare cœpit, qua vi quaue arte tantam regni molē tu to administraret, parūq; ab initio cōstare poterat, vtrū conducibilius esset, filio adhuc puero ī-perium permittere, an ipsam id administrandum suscipere: nā sub muliebri imperio tot ferocis simas gētes diutius quieturas haud æquū erat credere. Nec omnino tutū videri filio admodū adulescenti summam rei tradere, qui ne sibi quidē per ætatem multum saperet, non modo is es set, qui tot populorū posset imperia moderari. Aliquandiu igit inter vtranq; sententiā anceps ac consilii inops hæsitauit. Ad postremum inauditum ad id tempus facinus cōmenta est: filiū pro matre assimulat, ipsa filii personā mentita, adulescentem agit. Erant amborum liniamenta tā indiscreta, statura adhæc & vocis sonus, cęteraq; ita sibi respōdentia, vt cælato sexu nullum esset inter matrē & filiū discrimen. Vlnas igitur Semiramis ac cæterum corpus nouo occulit amictu, exornatq; caput tyara, pposito edicto, vt eodē vestiū cultu (nequa inde suspitio oriret) vulgo Assyrii vterentur. atq; in hūc modū regimen adepta, magnorū operū cōiugis æmula vr bem clarissimā circa Euphratē condere adorta est. CCC. hominū milib⁹ futuro operi admotis. Sunt qui instaurationē fuisse hanc non ędificationē existimēt, locūq; confusionis interpretent, vbi Nebrothi regia fuerit, vt in Nino quoq; fuit, aut his certe locis, in quibus ea postea cōdita est. Assuris regnū, a quo Assyria sit nomē sortita. Fuerūt hi ambo ex Noe pnepotib⁹. Videtur Hebraicę opinioni Trogus astipulari, q ab Assyriis Syrios esse ait, & nō a Syro Apollinis, vt Appian⁹ ait, filio: vn̄ Assyrię nomē factū videri possit. Cæterū siue instauratio ea fuit, siue (qd plures tenent) cōditio: vrbs in vasta planitie sita est, quadrata figura ita vt. CCC. & ampli⁹ cir cuitu pateret stadia: murorę amplitudo qnquagenū cubitū, altitudo quadruplo maior, vt He-rodot⁹ scribit. Alii in quib⁹ est Strabo, breuiorē areę circuitū cęteraq; castigati⁹ tradidere. Cly-tarchus & alii, qui in Alexādri comitatu fuere, maiora quædam de murorę celsitudine, q̄ Hero dotus, pdere sunt ausi. Mœnia lateribus, bitumine & arena constructa, tanto studio & celerita-te, vt singulis anni diebus singula sint stadia cōmunita. Q; si quis tantam mortalium vim ope ri adhibitā animo reputet, veterū testimonio accedat necesse est. CCC. turres habuisse memo-rant, adhuc plures habituram, nisi aliqua ex parte paludes & stagna pro mœnib⁹ fuissent. Pōs quinq; stadiorū supra Euphtatē nobili materia, sed arte adhuc nobiliore, murus ab vtraq; ripa fluminis duct⁹, & Euphratis corriuatio in lacū ad tēpus extructū, nō Semiramidis (vt pleriq; arbitrati sūt) sed Nitocris reginę, q̄ post eā qnq; ętatib⁹ in Assyria regnauit, opa fuisse tradūt. Eiusdē fuisse credidit Herodot⁹ sepulchrum supra portā vrbis insigniter cōstructū, atq; īscri-ptū. Si qs forte regū, q post me ī Assyria regnabūt, pecuniæ erit īdigēs, quātū op⁹ habuerit hīc sumito, si minus indigēs, recluserit, haud expediet illi id facere. Māsit locus vsq; ad Darii tēpo

Semiramidis commētum.

Semiramidis audax facinus.

Menonis finis.

Nini regis mausoleū.

Semiramis filii personā assimilat.

Assur.

Babylonis apparatus.

Nitocris reginæ opa.

ra intactus.Is indignũ ratus ſub cadaucrib⁹ tranſire reges,parſiq; prudenter ab his fieri,ꝙ auro abſtinerent,ad quod tollendũ munifice ab his quorũ fuiſſet inuitarentur,ſepulchrũ demolitus eſt:Ibi neq; auri quicꝗ,neq; argenti eſt inuentũ,ſed hæc pauca inerant lapide inciſa : niſi pecunia inexplebilis eſſes,lucriq; cupidus,nunꝗ mortuoꝝ vrnas reſeraſſes.Statuit Semiramis templũ bello media vrbe ampliſſimũ eximiæ celſitudinis,cuius faſtigio diu poſtea Chaldęi ſũt vſi ad ortum occaſumq; ſiderũ explorandũ.Condidit & alias vrbes inter Tygrim & Euphratem.Obeliſcũ pedũ centenum ac quinquagenum in Armeniæ montibus exciſum,Babylonẽq; delatum publice conſecrauit.His operibus Semiramis defuncta in Mediã profecta eſt,vbi ĩ Bagiſtanis campis hortos laborioſi operis ab ea conſtructos fama eſt:monte ſeptẽdecim ſtadiorũ haud procul inde reſciſſo,in quo ſuam iuſſit imaginem incidi,ac circa eam centum alias ꝗ ferrent illi munera.Caſtigata deinde Zarciei montis aſperitate,ad Echatanam vrbem progreſſa, regiam inibi ſumptuoſiſſime conſtruxit cum aquę ductu,montis quẽ Orontem accolę vocãt, iugo ad id effoſſo.Hęc illa in Medis,quorũ finibus digreſſa montes alibi adæquauit. Quibuſdam vero locis profundas iu abruptũ valles,locaq; iuuia perplana acceſſuq; molliora reddidit. Aggeribus paſſim militari opere ſuſcitatis,qua ipſa ſuum metata eſſet tabernaculum,vt velut ex arce quadã oculis ſubiecta haberet ſuorum caſtra:manſit deinceps locis nomen, vt Semiramidis ſint aggeres appellati.Et hæc quoq; in Perſis.Ægypto deinde cum Libyę parte peragrata,ad meridiẽ cõuerſa Æthiopũ gentẽ domuit.Quin & Arabiam ſubegiſſe videri,in qua Abeſanũ & Soractiã circa Characẽ & Petrã illius oppida,fuiſſe ſcribũt quidam.Poſtremo quũ geſtarũ rerum magnitudine omnem mẽriti ſexus inuidiam iam ſuperatam arbitraretur,matrem ſe cõfeſſa,in Bactrianos venit.Hic maiore quadam cupiditate laudis accenſa,Indis ad id tẽpus intactis bellũ inferre ſtatuit.Nullius gentis regio maioribus ambitur finibus. Nearchus cãpeſtre quatuor menſiũ iter retulit:Megaſthenes.XX.miliũ ſtadiorum oram,quę ab auſtro tẽdit ad caucaſum:Deimachus quibuſdã locis.XXX.& ampli⁹.Sed qui parcius hęc tradiderũt orã Indiæ ab occaſu tredecim milibus ſtad.patere aiunt:quę ad oriẽtem ſolem obuerſa eſt,duobus milibus amplius.Cteſias opinatus eſt Indiam nihilo reliqua Aſia minorem.A tergo ſeptẽtrionem verſus,extrema parte ꝑmitur tauri montis quem ad ortum pertendentem nunc Paropaniſum vocant,nunc Emogdum ,nunc Imaum,aliiſq; nominibus,totum vero caucaſum dixere. habet ad occidentem ſolẽ Indũ fluuiũ,qui vniuerſę dedit nomen terrę.Dedit etiã & mari , qua meridiem ſpectat:& ad ortum rurſus littore in vaſtiſſimos ſe ſinus curuãre,gãgetico & ſinaico alluit.quo magis miror nõ defuiſſe qui Indię formã traderẽt rhõbo ſimilem. Omnium ĩ ea fluuiorũ maximus Ganges.Megaſthenes,quod ad ſoli fœcunditatem attinet,biferam prodidit Indiam.Et in Muſicanis gente eius terrę haud ignobili,phama eſt frumentũ tritico ſimile ſua ſponte prouenire.Oneſicritus,qui ex Alexãdri comitatu vnus omniũ eſt Indię feracitatem diligentiſſime executus,quiq; ob rerum nouitatem fabulatoris infamiam pene adiit,tam eximiæ craſſitudinis arbores in ea prouenire tradidit,vt capi nequeant trũci quinq; hominũ cõplexu: ex aliis folia nihilo minora clypeo pẽdere,quaſdam meridianis horis quinũ ſtadiorũ vmbrã iacere.Vino caret India,etſi non deſunt qui hoc quoq; muſicanum ſolum ferre autument. Nardum fert auſtralis ora.fert & Cinnamomũ vt Arabia,& Æthiopia.Centũ triginta annoꝝ ęuũ agũt eoꝝ qdã vt Muſicani.Serib⁹ vita aliquãto lõgior,niger vulgo color,in materno vtero tales fiũt ſeminis diſpoſitiõe,quales ipſi ſunt ꝗ genuere. Genitale ſemen,vt Æthiopib⁹ nigrum. Quorũdã coit⁹ more pecudũ in ꝑpatulo.Cõuiuia celebrãt in publico.Obſonia venatu ꝗrunť. Neq; auri vſus vllus neq; argẽti ĩ oĩſaria metalloꝝ copia.Seruitiis iuuẽtute vtũť. Ius nullũ niſi cædis aut cõtumelię,in eũ nil iuris eſt ꝗ fidẽ violauerit,velut cautius cũ cęteris ſit mortalibus agẽdũ,videndũq; cui credas.Nomades Indi crudis veſcuntur carnibus.Mactant alii ſeniores patẽtes,eorũq; carnes eſitãt,furto abſtinent.Megaſthenes oĩa memoriter eos miniſtrare auctor eſt,qa null⁹ ſit inibi lrãrũ vſus.In Chateis ĩdis cremãť vxores cũ viris vita defunctis.Vniuerſa gẽs olim ĩ ſeptẽ diuiſa fuit ordĩes:quoꝝ philoſophi honore & dignitate apđ reges lõge anteibãt,ꝓxim⁹ ab his locus agricolis.Mox paſtorib⁹& iis ꝗ publice venarenť.bellatores qnto loco habiti:inde ꝓuinciarũ & vrbiũ ꝓſides.Oĩm nouiſſimi cõſiliarii . Varia Indis & mõſtroſa aĩalia.Elephãti ꝑcipuę magnitudinis & multo libycis maiores.Oneſicrit⁹ mirabiliũ (vt dixi) ſcriptor in Abiſari regione,dracones ꝓdidit duos Alexãdri temporib⁹ nutritos,quod legati a rege miſſi nũciaſſent,vnũ cubitoꝝ octoginta:cẽtũ & quadraginta alterũ. Qđ vix auſus eſſem referre,ne fabulam potius ꝗ hiſtoriam ſcribere viderer , niſi Tubero & alii Romanarũ rerum

Marginal notes: Nitocris ſepulchrum. — Obeliſcus. — Semiramidis aggeres — Indię ſitus. — Indiæ forma. — Portentoſa Indię vbertas. — Vita Indorum & mores. — Indorũ politica. — Mõſtra ferarum.

ſcriptores authores eſſent,Regulo res in Aphrica gerente ſerpẽtẽ centenũ pedum ac vicenum
Serpẽs apũ Bagradã.
ad Bagradam fluuium a Romanis militibus balliſtis expugnatũ:reiꝗ argumẽto fuiſſe corium
Romã ex Aphrica miſſum.Gignit Indica terra & tygres,quæ hyrcanis præſtant magnitudi-
ne.Cercopithecos adeo multos inſigniꝗ magnitudine,vt in eos Alexãdri milites velut in ho
Cercopitheci.
ſtes mõtiũ iuga inſidẽtes,humana ſpecie decepti impetũ feciſſe dicant,ſuiꝗ erroris admoniti
a locorum peritis,non ſine rubore arma inhibuerint. Sunt & formicę vulpium magnitudine,
Formicæ indicæ.
dirę feritatis,auriꝗ effoſſi tenaciſſimę.ſunt & pẽnati ſcorpiones. Vipera cubitorum ſexdecim.
Perdices anſerum magnitudine.Sed hęc cũctantius referenda,quę talia ſunt,vt fidẽ haud du-
biæ abrogẽt hiſtorię:cuius legis ne oblitus videar,ſciẽs prætereo,quæ Græci ſcriptores & no
ſtrorũ quidam eos ſecuti,de eius terræ monſtris memoriæ prodiderunt:& ꝙ vnicornes equos
ferat India:quoſdã etiã hominum naſo carentes,& qui ſine ore ſolo odore viuant, quorum in
Alexandri caſtra pauci admodum ꝑducti fuerint:monoculos,adhęc alios quoſdam tam inſi-
Mõſtra hominum.
gniter auritos vt aures ad ꝑedes defluãt,atꝗ in alterutram earũ decubent,quarum duritie ar
bores cõuellant.ſed hæc & alia id genus quoniam magna opus fide vt pro veris recipiant̃,quã
ne in iis qdẽ,quæ ſunt ꝑene oculis admota,niſi grauate adhibent qui aliena legunt ſcripta,ne
hiſtoriæ fidem abrogent,parcius ſunt referenda.Erũt igit̃ ſemel hęc in vniuerſum de India di
cta.Nunc ad Semiramidẽ reuertor,quę bellũ Indis illatura triennium in comparando ornan-
doꝗ exercitu abſumpſiſſe dicit̃.Proditũ memoriæ eſt hoc tẽporis ſpatio quinquies ſupra tri-
Semiramidis copiæ.
cies centum milia hominũ ab bellum coegiſſe,& in his equitum quingenta milia. Abſtinerem
ego tam audaci relatu,niſi Cteſias Cnidius & Diodorus qui illum ſecutus eſt,huiuſmodi co-
piarũ eſſent authores.Erat in hoc bellico apparatu elephãtorũ indiga Semiramis,quo affatim
ꝓſidio vtunt̃ Indi. Qua virium parte ne inferior eſſet hoſte,rem cõmẽta eſt regina memoratu
Elephanti ſimulati.
dignã.Elephãtinas effigies bubulis multifariam coriis magno numero aſtruit,habuitꝗ in oc
culto id conſiliũ Semiramis ne ad hoſtes eorum,quæ pararentur,phama ꝑuenire poſſet.His
prius q̃ in Indos moueret camelos incluſit.Quos quum bellatoribus ſuꝑerne ſedentibus repen
te equitibus velut in acie obiecit,inanium beluarũ occurſu futurum rata,vt in vera pugna ele
phãtos equi minus ac minus formidarẽt.Nec in hunc ſolum vſum vana illa beluarum ſpecies
quæſita.ſed ad viriũ quoꝗ oſtentationem: vt quũ in hoſtium conſpectu acies in procinctu ſta-
ret,inane illud ludibriũ in ſubſidiis locarum,verorum procul elephantorũ terribilẽ præ ſe fer-
ret aſpectum.Verũ nihil poſtea res ipſa Aſſyriis adiumento fuit,non magis q̃ multis poſt æta
tibus Perſeo Macedonũ regi,qui eo bello quod cũ populo Romano geſſit,eodẽ vſus machina-
mẽto prælio ſuperat⁹ eſt.Sed dũ cętera ad bellum expediũtur, in Cypro Syriæꝗ & Phœniciæ
Nauium apparatus.
ora ad duo milia nauigiorum ſunt bello inſtructa. Cameli naues curſib⁹ impoſitas in Indiam
vſꝗ ꝑ longa terrarũ ſpatia deportarunt.Erat per id tempus Indiæ Rex Scaurobates,homo in-
genti animo.Is audito hoſtium apparatu,vt eã traiectu fluminis arceret,quatuor nauigiorum
milibus Indi fluminis alueũ inſedit.Phama tenet naues quib⁹ Indi vſi ſunt harũdinaceas fuiſ-
Harundinaceæ Indorũ naues.
ſe,quod vix referre auſus eſſem ob rei inſolentiam:niſi grauiſſimi authores traderẽt ea craſſi
tudine harundines ferre Indicam terram,vt ſingula internodia nauigii vicem pręſtẽt triũ ho-
minum capacis.Hoc malim credere,q̃ ex intextis harundinibus inducto exteriore ꝑte corio na
uigia fuiſſe cõſtructa,qđ & in Ægypto circa Nilũ,& in Gallia ſolitum fieri reꝑerio.Elephãtes
ad hęc venatu q̃ſiti ſtudioꝗ ad bellũ inſtructi.& iam omnbus paratis,quæ ad hoſtilẽ iniuriam
arcendã neceſſaria credi poterãt,ad reginã Scaurobates mittit iam appropinquantẽ, muliebrẽ
arguẽs temeritatẽ,ꝙ bellũ Indis inferre ſtatuiſſet,a quib⁹ nulla eſſet iniuria laceſſita:fore mini-
Scaurobatis legatio.
tãs,vt ſi eã prelio victã cepiſſet,cruci(qđ vltimũ merita eẽt ſuppliciũ)affigeret. Riſit minaciſ
ſimã regis legationẽ Semiramis,virtuteꝗ bellandũ eſſe reſpondit nõ verbis,ac cũ his ad Indũ
Scaurobatis oratio.
flu.copias admouit.Audito hoſtiũ acceſſu Scaurobates in frequẽtiſſima ſuorũ cõcione ita ver
ba fecit.Dira & execrabilis iiuria eſt hũano generi noſtroꝝ patrũ memoria ab Aſſyrio orta vi
ri fortiſſimi.Ninus ille nõ regũ modo,ſed oĩm quicũꝗ adhuc in terra fuerũt improbiſſimus,
nullo quidẽ exẽplo,nullaꝗ externa vi laceſſitus,humanarũ gentium quietem regũꝗ & popu-
loꝝ ocia primus ſubuertere aggreſſus eſt.Fuerũt(fateor)ante illũ,qui ambitioſe magis q̃ cru
deliter vltro mortalib⁹ bella intulerint.Sed hi ſola laude cõtenti,nihil ex victis hoſtibus ꝓter
victoriæ nomẽ ſibi quæſiuere:Inhumanũ credo rati,vel ipſũ potius nobile aĩal,rationis rerũꝗ
cęleſtiũ capax,ſeruitio adigere.Id Vexores Ægyptius,qui in pontũ vſꝗ victor arma ꝓmouit,
Vexores.
id poſtea Scythę q Vexorẽ & oẽm pene Aſiã vicerũt,mihi ſecuti videnť:ſatis vtriſꝗ viſũ,vin

cere potuisse:Cęterũ omni maiore contumelia abstinuerũt,nisi immodicã Scytharũ auaritiam
fuisse dicat aliquis,qui cum omnem Asiam domuissent,nescio q̃d nimium auri põdus,vt perpe
tuũ aliquod eius victoriæ extaret monumentum,victis gentibus imperarunt. Verũ aliter As-
Arieus. syrius,qui vt crudele imperium in homines exerceret,Arieũ Arabię regem p̃ speciẽ societatis
primo sibi obnoxiũ reddidit:inde finitimos reges incautos adortus,siqui facile cessere,satis ha
buit:tributo & stipẽdio imperatis libertate priuare,sueq; ditionis facere.Qui vero suã liberta-
Nini atro- tem tueri conati sunt,hos victos nõ regno solum,sed crudelem etiam in modũ vita spoliauit:
cia facta. & in his Pharnum Medorum regem,quẽ quia eius dicto nõ statim paruisset,cũ vxore & septẽ
liberis cruci miserabiliter affixit.Dignus ipe q̃ atrociore supplicio fuisset affectus,oblit⁹ reges
ab initio icciрco inter mortales constitutos,vt sapientia,ęquitate,& vitę ĩnocẽtia priuatis iniu
riis resisterẽt:nõ vt apta latrocinia in populos,populorumq; reges exercerent.Ademit itaq; il-
le multis gẽtibus libertatem,estq; ea clades eo facilius mortalibus illata quo minus fuit ab oĩ-
bus expectata:Insidiari(vt vere dicã)id fuit,non bellare:opprimere,nõ vincere:latrocinari,nõ
imperio subigere:si dũ ego ocia foueo,tu bellum meditaris:si dum paci studeo,tu hostiliter in-
sidiaris:si dũ inermis occurro,tu libertatem adimis.His ille artibus sibi imperiũ quæsiuit.Hęc
nefariæ illius expeditionis ratio.Nouissimum ei bellum cum Bactrianis fuit,gẽte nobis fini-
tima.Nemo est vestrũ(credo)qui nõ quãdoq; audiuerit,quæ ab eo in Bactris gesta sint.·Vicit
ille bis gẽtem ipsam,sed tumultuario prælio vicit,non legitimo pugnę genere. Nam q̃ illi sua
magis sint culpa victi,q̃ hostium virtute,id argumento est:q̃ semel cum hoste cõposito agmi-
ne congressi,ad centũ milia Assyriorum paucissimis horis reliquis ad montes compulsis,occi-
dione occidere.Verũ cadente rege,accisis gẽtis opib⁹,intra mœnia inclusi,hostis victoriã diu-
Asteismos. tissime remorati sunt.Quid q̃ ne victoria quidẽ de victis inertissimo hosti contigisset,nisi mu
Semiramis liercula hęc,quę nũc tantos ciet bellorum strepitus,ex lacunę crepidinibus sublata, quæ prius
pene fuit volucrũ esca,q̃ vagire cœperit,pastorale scortũ,in ea castra occurrisset. Hęc quia re-
gi qua fraude hostes superari possent,ostẽdit:nescio viro an lenoni abducta, ad regiã libidinẽ
explendã accersita est.Accepit itaq; pręmiũ intẽperantissima fœmina,nihil a suo ingenio alie-
nũ.At bona cõiũx(id enĩ nomẽ postea adepta est)virum nefario dominatu fraude delectũ ad
mortem compulit.Cuius vanitatis ęmula,nouo ludibrio assyrium ludificata,virilem sexũ mẽ
tita est,pro filio regnare ausa magnã humani generis partem seruili operi addixit:magnificũ
Exprobra- & excellens rata,si vt Ninus fecerat vastissimam planitiẽ esset mœnibus complexa.Cũ ea igit
tio vanorũ operaria manu nuper ex Babyloniis figulinis,murorumq; structuris reuulsa , per domitas iã
operum in antea gentes insolenter euagata,nullus in tota Asia est locus,in quo non suæ vanitatis imps-
hoste. serit vestigia.Et hæc crudelissimi illius regni origo,hæc rerum incrementa fuerũt.His illa au-
spiciis est imperiũ adepta,huiusmodi militia vsa.Nunc impudentissima fœmina atq; omnium
quæ fuerunt vnq̃ superbissima,ad res indicas occupandas animum adiecit: non diuina nõ hu
mana iura respiciẽs:cęca dominãdi libidine p̃ ęqua & iniqua agit:nostris finibus copias admo
uit,immo iãdudũ in conspectu est.At nos non quia nostra potissimum interest liberos,vxores,
fortunas,omne indicũ nomẽ a tam detestabili iniuria tueri:sed vt humanum etiam genus tur
pi seruitio ĩdignissimoq; vnius fœminę dominatu vindicemus, temerariis hostiũ conatib⁹ oc
currere æquũ est.Et quod ad belli huius rationẽ attinet,nolo vos viri fortes ignorare,cũ quo
Vitupera- sit hoste nobis res futura.Assyrius Indię bellũ indixit.Ea dico gẽs q̃ suę libertatis oblita prima
tio a serui- omniũ regię libidini seruire non erubuit:vnde illa satellitũ manus profecta,quę per omnes ter
tute. ras regiũ est fastum & superbiã comitata : quæ post detestabilem illam regis expeditionem in
murorũ structuris reliquum vitæ tempus ad hunc diem egit . Quæ priore dominatu sublato
aliquãto turpius mollissimę fœminæ seruire nõ recusauit,quæ(vt phama fert) nullũ egit diẽ
in castris sine adulterio,& q̃d adhuc magis sit detestabile,raro vllus ad eam adulter bis admit
tit.Huiusmodi ducis ductu Assyrius iãdudum militat,cum hoc illa exercitu alteram Indi flu
minis ripã temere insedit.Nec quia tot hominum milia secũ trahere dicatur,quẽq̃ mouere de
Indiæ situs bebit:quippe qui tã molles sint,q̃ ipsa,quæ imperat regina.Addo q̃ pręter regionẽ, q̃ ab omni
munitissi- parte tutissima est,a fronte Indũ habemus,omnium fluuiorum post Gãgem maximum: a ter-
mus. go ipsum Gangẽ:hinc mare,inde Caucasi iuga.Q; si viri vt debem⁹ non fœminæ sumus,non
assyriũ solũ hostem mollissimũ,sed totum etiam orbem terrarũ procul ab Indiæ finibus haud
dubie distinere possim⁹.Elephantis vulgo abũdamus,quos si acie dimicandũ sit , haud vereor
quin magnũ sint adiumentũ nobis ad victoriã allaturi.Cõpertũ habeo Assyriũ quia tali pręsi-

dio careat,vana beluarum simulacra sibi effinxisse,quoniam(si credibile est)puerili nos vanoq ludibrio perculsi earum belluarum effigies fugituri simus,quas nõ solum venamur, sed & ad bellum instruimus,domesticatim in omnem fere vitę vsum cicuram⁹. Hæc igitur sunt hostiũ cõsilia,hę vires,quibus mollissima fœmina duce nobis est bellum illatum,exercitu ipso multo molliore:in quo nõ robur,non disciplina militaris,nõ rerũ experientia vlla:in quo præter muliebrem mollitiẽ nihil temere reperias,q̄q̄ si fortissimi essent,tamen regionis situ,propriisq viribus fretos pro nostra totiusq Asiæ salute non solum resistere,sed ire etiam obuiam præsenti incẽdio oporteret.Qz si audacissimi illorum conatus a nobis(vt spero) fracti fuerint,auctores cæteris mortalibus erimus,non solum nefario dominatui resistendi,sed siqui etiam antea serui tutis iugũ tulere,id ipsum a suis ceruicibus excutiendi. Sin(qđ nolim) victi erimus,eo minus digni seruitio iudicabimur:quo acrius pro tuenda libertate fuerit a nobis dimicarum.Sed cau sa sumus & virtute meliores,quarum hęc victorię est comes,illa mater & altrix. Atq eiusmo di ille hortatione vsus in aduersa Indi ripa classem instruit.Est is oĩm fluuiorũ,qui sunt celebres in terris,post Gangẽ amplissimus:vt non immerito tantũ telluris,quãtũ India amplectit̃, ab eo sit nomen adeptũ.In Armenię mõtib⁹ oritur, pluribusq fluminib⁹ auget̃,& in his.XV. nobilissimis.Ad meridiem in mare cui cognomen indidit,duobus decurrit ostiis. Ferunt tã la to interdum alueo fluere,vt ad cẽtum pateat stadia: qui parcius id tradidere,dimidio minorẽ fecere.Instructa igitur vtrinq classe,medio est alueo concursum:fuitq aliquãdiu anceps p̄liũ, multiq interim,aut cæsi sunt,aut in alrum amnem variis casibus pręcipitati. Demũ fortuna ĩ clinante fusis fugatisq Indis ad mille eorum naues,& cũ his vis hominum ingẽs sunt aut captæ aut depressę.Semiramis victrix continuo fluuiũ ponte iũxit,pręsidioq ab vtraq ripa imposito,oẽs per ociũ copias traduxit.Et ne quid a tergo,qđ hostiũ esset,relinqueret̃,aliquot interim insulas,quas temere indus facit,parte nauium ad id missa,occupat.Vnde super opulentam prædam ad centũ accolarũ milia sunt in seruitutem abducta . Scaurobates,qui ab initio optauerat sibi occasionem dari cũ Assyrio acie dimicandi,ratus adesse tempus quo reginã prę senti victoria exultantem,facile eo traheret,vt secũ de totius rei summa acie dimicaret,fugienti similis procul a flumine cum omnibus copiis recessit.Id metu fieri non arte Semiramis rata,præsidio circa pontem relicto,ne a tergo vllus hosti locus ad insidias relinqueret̃:spei plena in regem quadrato agmine ire pergit.Et iam Assyrius in conspectu erat,cum Scaurobates iterum suis,sese vt ad pugnam expediant,edicit. Non esse cur animum ad vnã aduersam pugnã remitterent,quæ non sua virtute hosti prospere cessisset,sed robore nauium quas Assyrius instructiores validioresq q̄ indus habuisset.Quin in terrestri pugna,quæ iã instaret,omnẽ spem repositam haberẽt,in qua & virorũ robore,& Elephantorum præsidio,quo Assyrius maxime indigeret,abundarent.Nisi forte inanes illę imagines,quas ad terrorem hostes effinxissent, hæ habendę essent,q̄ elephantorum agmini tuto proponerentur:aut Indi tã puetiliter ineptirẽt, vt leuissimum ludibriũ essent in acie formidaturi.Sed contra futurum, vt non multo post Assyrius sibi rem cum fortissimo genere hominum,non cum pueris esse experiretur. Irent fortes in eam aciẽ,in qua nõ sibi solum,sed vniuersis gentibus essent haud dubie salutem quæsituri. Hæc ille.Atq cũ his simul aciẽ instruit,in frõte equites,& currus primo locat : peditũ phalãx stetit his proxima cum elephantorum præsidio.Semiramis & ipsa cõstitit structis ordinibus. Inde vtrinq magno clamore concurritur,acciditq vt primo cõgressu Indici equi veris assueti elephantis,vanitate illa insolita & odore territi confestim terga verterint . Fusum equitem Semiramis prima acie dimicans,cum lectissima bellatorũ manu fugiẽtẽ insequit̃.Scaurobates nihil ad ea turbatus,equitib⁹ sine maiore tumultu intra phalangẽ acceptis,pedestre agmẽ pręeuntibus elephãtis,in hostẽ immittit.Hic redintegrato prælio fœdã indicę beluæ vanis impactę Assyriorum beluis,hominũ camelorumq stragẽ edidere:mox in fortissimam aciẽ actę,incredibilem vim hominum obtriuere.Ex sublimi elephanto rex dextro pugnabat cornu. Forte accidit vt & Semiramis eodem tempore sinistro latere pugnã cieret.Et q̄uis ob multã stragẽ res ad fugam spectaret,sustinebat tamen sua pręsentia & hortatione fortunã aperte inclinantem.Eam rex procul conspicatus sagitta primo,inde iaculo confixit.Tũ Semiramis duob⁹vulneribus acceptis,in celerrimũ equũ,quẽ in hunc vsum paratũ in acie habuit,celeriter conscẽdit,cuius velocissimo cursu quũ a tergo hostis immineret,ęgre seruata est. Tum qui circa illã pręliũ obibãt,reginam cruore fœdatã trepideq pugna excedentẽ intuiti,solutis repente ordinib⁹ fugã capessunt.Orit̃ itaq cędes ingens,vt in tã numerosa fuga,in qua vno tẽpore tot mi

Indi fluuiorũ tus & icrementa.

Indorũ cũ assyriis prę liũ nauale.

Recẽs Scaurobatis hortatio ad suos.

Pręlium in campo.

Strages.

Semiramis sauciatur.

Cędes Assyriorum.

lia fugientium terga cæderetur,oriri oportuit.Passim trepidum agmen Indus victor tota pla nicie agit.Innumeri mortales in aperto oppressi sunt: sed in ipsis locorum angustiis multo plu res,vbi immensa vis hominum diu colluctata:quia vno vado tot milia perrumpere nõ potue runt,incredibilem cędis materiam victori prębuit. Ad ripã vsq; fluminis Indus effusa strage fugientẽ hostem secutus est.In cuius ripa longe fœdior q̃ alibi peracta est cędes.Plurimi etiã ꝑ alto flumine absorpti ponte media trepidatione soluto.Semiramis,vbi hostem adesse sensit,& iam partem vlteriorem põtis ab eo teneri,subito illum rescindi imperat. Res vt improuisa ali quam etiam victoribus cladem attulit. Multi enim cum ipso ponte impetu fluminis correpti altis sunt vorticibus absumpti. Scaurobates prodigiis & vatum monitis deterritus, ne fluuiũ transiret,ad ripam progressus,ab omni alia insectatione destitit.Semiramis permutatis cũ ho ste captiuis in Bactrianos reuersa,maiorem exercitus partem dimisit.Nec ita multo post a Ni no filio insidiis excepta periit,quum duos & quadraginta regnasset annos.Diuersa omino de eius exitu phama est. Ctesias & qui cum eo sentiũt,Semiramidem aiunt filium incesti appel pellare ausam,tẽtati sceleris odio ab eo interfectam. Satis constat tã immoderatę libidinis fuis se,vt equum,Iuba auctore,ad coitum amauerit:& quę ne in castris quidem,vel medio belli ar dore,virorum congressu abstineret:Sed quum lectissimum quẽq; forma appeteret,cõfestim ta bernaculo dimissum occulte interficiendum curabat.Ego tam diu crediderim id ab ea factita tum,dum virilem mentita est sexum.Fuerunt scio ex gręcis scriptorib⁹,qui diuersa ab ea quæ vulgata sit,via ingressam Semiramidem ad regnum peruenisse crederent:vt quum florẽti for ma & ętate esset,probarenturq; eius mores a viro,non minus q̃ forma,ab eo petere non dubi tasse,vt se quinq; duntaxat dies regnare pateretur.Quod tempus cum nihil grauate impetras set,adeo obsequio & munificentia paucis diebus se Assyriorum primoribus insinuasse,vt viro in custodiam coniecto bona omnium venia in regno perseuerarit.Sed quoquo modo impetiũ fuit adepta,inter omnes conuenire video imperii fines eius virtute nõ solum defensos,sed ma gna etiã ex parte ad meridiẽ propagatos.Ninus sublata matre nihil parentum vestigia secut⁹: omni armorũ studio abiecto,ad ocium se & voluptatẽ contulit.In eo si non fortiter,callide ta men præsenti fortunę consuluit:vt ad populos in fide retinendos,quotannis ex toto regno ac curatiorẽ haberet delectum,noua communiret castra,quasi subitum aliquod moliretur bellũ, & iuuentutem ratus ad militaria munera obeunda promptiorẽ fieri,si frequẽti delectu ad si gna reuocaretur,& siqua defectionis consilia occulte in populis mota essent,præsentium copia rum metu opprimerentur.Cęterum ea Ninus per pręfectos agere,ipse inter eunuchos & puel larum greges omnium mollissimus fœdis se voluptatibus immersit, quib⁹ turpiter captus,ali quanto turpius consenuit.Eius vestigia alii qui post illum sunt rerũ in Assyria potiti ad vnũ secuti,nihilo meliore phama vixere:donec Sardanapalo,qui vltimus in ea gente regnũ tenuit, sublato,imperium,quod proprio sit loco referendum,ad Medos translatum est.

Assyriorũ cædes.

Semiramidis astus.

Semiramidis ĩterit⁹.

Degenerat Ninus Iunior a parẽtũ indole.

M.ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIÆ HISTORIARVM AB ORBE CONDITO ENNEADIS PRIMÆ. LIBER. II.



VM Ninus Iunior ĩ Assyria tã molliter regnat,Habraamus ex Æ gypto reuersus eam Cananeę terrę incolebat partẽ,in qua ex Meso potamia profugus iam antea cõsederat.Hoc temporis spatio Sodo mitarum Reges,qui lõge inter finitimos (vt tũ hominũ res erãt) opibus pollebant:ob tributum regi denegatum,aut certe aliquanto segnius missum ab Assyriis bello petiti sunt.Fuit circa Sodomã vr bem locus, Puteis erat illi nomen,mox vero subita rerũ mutatione miraculo in iis locis facta,lacus quẽ a scatenti bitumine Asphaltitẽ dixere,repente extitit.tum vt dixi terra erat. Hic Sodomitę cũ ho ste acie congressi,prę lioq; superati,præter eos,qui pugnando occu buerãt,plerïq; sunt in captiuitatem abducti,& in his Loth Habraa mi fratre genit⁹.Colebat is circa Iordanem amnẽ haud procul vrbe ꝑdia,& si nõ adeo magna amoena tamẽ & frugifera.Est Iordanis ob Christi sũmi Regis lauacrũ omniũ quæ sunt hodie

Sodomitæ bello ab Assyriis petũtur.

Loth.

Iordanis.

in terris:pręcipua religione insignis,ex Peneade,qui cæsateæ mons est,duob9 fontib9 oritur, Ior
huic nomen:Dan illi est,vt Diuus Hieronym9 tradidit,vnde & Iordanis facta vox est.Amœnis
ipse aquis,ac siqua locorum angustię patiuntur,benigne sese accolis insinuãs:in Asphaltitem la-
Asphaltites lacus.
cum,dirum natura,velut inuitus defluit,aquasq; ob id ipsum alioqui laudatissimas amittit, pesti
lentib9 vndis mixt9.Lacus pter bitumẽ nihil gignit:tauri in eo & cameli fluitate credunt.Ex quo
phama tenet nullum solidum corpus his vndis immergi.Inde Iordanis emersus,perq; angustam
vallẽ aliquãdiu luctatus,Genesarã sacro flumine auget lacũ.Commotus igitur Sodomitarũ cla-
de Habraamus,cũ trecentis ferme ex vniuersa familia lectis(stimulat illius animũ Lothis necessa
rii sui miserabilis casus)subito occursu hostẽ præda honustum,nihil minus q̃ insidias cauentẽ,
circa alterũ iordanis fontem intempesta nocte adortus,haud magno negocio,opprimit.Hic plæ-
riq; somno & labore pressi,prius omnino cęsi sunt,q̃ vllus ad eos hostium sensus puenerit.Alii se
Habraami victoria.
misomnes & ad primũ tumultũ titubantes,quum neq; arma neq; certam fugam expedirent, no-
cturnis tenebris disiecti,quo metus quẽq;,aut fugæ impetus detulit,diuersi abiere.Habraam9 vi-
ctor præda & captiuis receptis,cũ ingẽti lętitia & gratulatiõe ĩ valle regia,via quæ Solymas du-
cit:a Melchisedeche viro sup nomẽ regiũ iustitia etiã & sacerdotio insigni,excipit.Occurrit eo-
Melchisedech sacerdos & rex.
dem illi loco Sodomitarũ rex,qui post mutuas gratulationes suis cum præda ex Habraamo rece
ptis,alia ex hoste quæsita ob rem bene gestam fortissimam cohortẽ habere permisit.Tum(vt sa-
cræ literæ tradunt)Habraamo numerosa est soboles cælesti oraculo pmissa,atq; ob id ipsum tri-
mulam ille deo optimo bouem,trimulam capram,arietem trimulum,cum turture & columba sa
crificauit.Iosephus auctor est:anno duodecimo ex quo tributum Assyriis pendere sodomitæ cœ
Habraami seculum.
perãt,hæc circa Iordanem accidisse.At satis cõstat Habraamum nouissimis Nini temporib9 na
tum,quum ille duodeuiginti annis imperiũ tenuisset.Eusebius tris & quadraginta scribit: ac pri
mos omniũ Syros Euphratis accolas,aliosq; Syrię circũiectos populos tributarios factos . Quod
si sic est:nõ video quo pacto temporum ratio illi cõstare possit.Affirmare igitur oportet:in Semi
ramidis,aut certe in iunioris Nini tẽpora eam expeditionem incidisse:quum maiore Nino ex hu
manis decedẽte,ne arma quidẽ per ætatem ferre adhuc posset Habraamus. Libet credere libra-
riorum id erratum non auctorum esse.Quippe qui quũ in multis,tum in his quæ numeros cõti-
nẽt sæpissime decepti,inexpiabilium pene errorum tenebras posteris reliquere.Sed vtcũq; res ha
bet,Habraamus Ninorum ætatibus interiectis,quũ multa religione gentiliq; pietate cõsenuis-
set,essetq; iam octogenarius,ex Agare ancilla Ægyptii generis filium tulit Ismaelẽ, vnde Ismae-
litarum genus,qui dein Agateni dicti sunt,& vt Eusebio placet,ad postremũ sarraceni. Mox vice
simo abhinc anno,centum iam annos natus Habraamus,ex Sarra cõiuge,quę ad vltimam sene-
ctam fuerat sterilis,Isaachũ genuit,quem diuino monitus oraculo circũcidit.De mysterii huius
Circũcisionis causa.
ratione varia(vt video)tradũtur ab iis quos sequimur.Quidam nihil pręter obscœnorũ mundi
tiam ea re quæsitum existimant.Alii figuram eam fuisse aiunt:sed quam ne ipsi quidem Hebræi
Cuius gentis sit pprĩu circũcidere
satis intellexerint.Non desunt,qui id insigne ob eam causam gẽti inditum putent,quo numero
sa illa progenies coelitus Habraamo promissa a cæteris esset gẽtibus discreta.Ethnici scriptores
circũcidi proprium & vetus Ægyptiorum arbitrati sunt: quem morem Colchi & Hebræi inde
oriundi postea tenuerint.Sed tam in hoc q̃ in plærisq; aliis decepti plura Ægyptiis tribuũt,quæ
gens ipsa ex Habraamo(vt supra ostendimus)accepisse videri potest:& mox longo interiecto tẽ
pore ex Habraami pronepotibus,qui Israelis filii fuere.Sed eadem illi diuinarum rerum ignora
tione,aut fortunæ,aut dæmonum ambagibus,quibus tum vulgo omnes fere gentes seruiebant:
aut(quod minus sit inuidiosum)physicę tribuũt rationi,qcqd dei optimi maximi,aut iussu, aut
permissu,miraculose in humanis accidisset.Id quum ex multis aliis potest percipi,tũ ex eo,q vul
Varia de sodomæ excidio opinio.
go Græcis scriptoribus persuasum est:Sodomam & alias circuniectas vrbes,quę sub id tempus,
quo Isaachus natus est,cælesti flãma interiere,idcirco incendio absumptas arbitrantur, q locorũ
natura cauernosa esset & sulphurea,& ob eam rem huiusmodi casibus obnoxia . Q̃ q̃ imprudẽs
Strabo veritatem pene exprimit.Q regio sit ignea,multa inquit signa afferũt.Nã & petras aspe
ras exustas circa Moasadas ostendunt, & multis in locis præruptam terram cinerulentã,& picis
guttas ex petris distillantes.Flumina fœtido odore efferuentia & habitationes passim euersas,vt
iis fidem habeant,quæ ab indigenis prædicãtur,q in ea regione plures vrbes habitatẽtur olim,
quarum Metropolis fuerit Sodoma,quæ adhuc.lx.stadiorum ambitum seruet & q ex terręmoti
bus & ignis afflatu aquis calidis & bituminosis & sulphureis lacus eruperint,& petræ igniferæ
factę,& vrbiũ aliæ absorptę,alię ab his,qui effugere potuerũt,relictę.Audiuerant Græci(qs non

Vera de so domę excidio opinio.

videt?)hęc quãdoq; his locis accidisse, sed diuinorum ignari ea fuisse loca miraculo excisa perci pere non potuerũt. Quod nisi in tenebris errauissent, vel ex eo quod dicam miraculo factum credere potuissent, qđ nemo prius tale aliquid aut postea terris ipsis accidisse, quod sciam, tradidit. Cæterum si locorum natura esset in causa, emicuisset interuallo temporis is ignis interdum, vt ĩ æthna, & æoliis insulis: aut certe aliqua subiectę materię proderent argumenta. Moses, Iosephus, & alii hebraicæ vetustatis scriptores, Sodomitas aiũt Gomorreos & alios quosdã finitimos populos diuitiis ea tempestate & ocio florẽtes, in omne libidinis flagitiũ abiisse, ita vt mares vulgo muliebria paterentur. Atq; in tãtum fœdissima libido omniũ animos incesserat, vt ne ab hospitib[9] quidem violandis abstinerent: ob idq; cęlesti flamma vno tẽpore extinctos. Loth vir iustissimus & ipse loci huius incola, vnus omnium cum coniunge & liberis ea est clade seruatus. Is cęlesti prius voce monit[9] se suosq; imminẽti periculo subtraxit. Incidit Sodomę & aliarum huiusmodi vrbiũ deflagratio, quando tempus haud diserte ponitur, in annũ fere alterum ac septuagesimũ supra ducentesimum ac ter millesimũ ab orbe condito, qui Christi regis aduẽtum pręcessit annos mille noningentos septẽ & viginti. Sub ipsum Sodomę excidiũ Habraamus ex cananea terra ĩ palæstinam cum vxore & liberis totaq; familia migrauit. Causam eius profectionis non tradũt ii quos sequimur. Hic ille aliquot annos commoratus, cęlesti est oraculo iussus Isaachũ filium, qui tũc ei vnicus erat (Ismaelẽ eñ Sarrę gratificat[9] cum matre longius ablegarat) ad dei optimi arã ĩmolare. Senex nouitate rei attonitus aliquãdiu ĩmotus constitit, mox iussa executurus, iuuenẽ eorũ, quę parabantur ignarum, in altum abducit montem. Morim loco nomen fuisse memorant. Hic Habraamus lachrymãs filium iam robustum atq; ętate pręferocem, cęterũ nihil reluctãtẽ, postea q̃ numinis iussu sese arę admotũ ex patre cognouit, humi proiectum colligat, cæterisq; ad holocaustum paratis, iam cultrum iugulo admouerat, quum iterum superne est admonitus, iussusq; cęde abstinere. Iam satis ꝓbatam deo esse ipsius pietatem: atq; cum his hostia rite immolanda cęlitus senis est oculis oblata. Genuit Habraamus plures inde filios non ex Sarra, q̃ eo biennio, quo hęc apud Morim acta sunt, vita decessit: sed ex Cethura, quam illi superduxit vxorem, quorũ maximũ natu Aphrum fuisse memorant. Biblyaci libri Habraami eum nepotem fuisse significãt nõ filiũ, Madiaq; procreatum. Aphricam quia cum filiis in eam terram penetrasset, ab hoc ipso noĩatam ꝓdiderũt quidam: & in his Alexander cognomẽto Polyhistor, & Iosephus hebraicę vetustatis auctor. His porro diuersa gręci & latini scriptores de nominis ratione tradũt. Isaachus in successionis spem oĩm diligentissime educatus, Rebeccã Bathuelis filiã ex Mesopotamia duxit vxorẽ, cũ iã quadraginta natus esset annos. Inde haud lõgo interiecto tẽpore Habraamus fato decessit. in Hebrone sepult[9] est cananeę terrę, vbi iã antea Sarrę fuerat sepulchrũ extructũ, marito quadringentis siclis agrũ redimẽte. Sub id tẽpus Cres indigena prim[9] oĩm in creta insula regnauit: a quo videri põt ipsi nomẽ insulę datũ, quũ prius Aeria diceret̃, etsi nõ desunt (qđ in cretensiũ rerum relatiõe mõstrabit̃) q aliũde id nomẽ inditũ existimẽt. Cretẽ ex corybãtib[9] vnũ fuisse memorãt. Corybãtũ infantis Iouis tutela fuit. Ort[9] is in Creta est ꝑ id tẽpus, quo Ninus maior imperauit, aut certe nõ multo post. Satis cõstat Saturnũ, q fuit illi pater, Belo ęqualẽ fuisse: Belus Ninũ genuit: estq; Saturn[9] idcirco cęli fili[9] creditus, q; porro ille a filio fugatus quũ in Latiũ venisset, mirati ei[9] virtutẽ locoꝝ indigenę, vt cęlo demissum, venerata est ignara vetustas. Enũuero cui[9] parẽtes parũ noti essent, terra genitos (vt Felix Minutius scripsit) prisci mortales crediderunt. Mox vero quũ multa idẽ variaq; prudẽtię apud rudis hoĩes experimẽta deposuisset, facile cõsecut[9] est: vt cęli sit filius & terrę creditus. Sed vt cęteri mortales, is quoq; fato defunct[9] est. Pari necessitate Iuppiter interiit. Ennius in sacra historia, postq̃ inquit Iuppiter terras quinquies lustrauit, partitusq; est suis imperiũ, mores, leges, aliaq; cõmoda constituit hominibus, immortalẽ gloriam memoriamq; adeptus, ętate consumpta, vitã cũ morte cõmutauit. Funus Curetes eius filii procurarũt, sepulchrũ est in Gnosso Cretæ oppido ita gręcis literis inscriptũ: Iuppiter Saturni fili[9]. M. Cicero tris fuisse Ioues iis libris quos de deorũ natura scripsit, arbitratus est, quorũ duo Arcades fuerint: Tertius cretẽsis, cuius in ea insula viseret̃ sepulchrũ. His haud dubie apparet mortalẽ Iouem fuisse, mortaliq; patre natum. Potuit itaq;, & debuit qdẽ impia vetustas aliud ꝓcul a terris numẽ sibi quęrere, ad cuius prouidentiam oĩa referret. Nec in creta solum est recens ea tempestate regnũ exortũ, sed & Argiuũ in Thessalia. Fuit Argos vrbs vetustissima in ea terra haud ꝓcul inde vbi postea Larissa habitata ẽ. a Phoroneo cõditũ Argos qdã arbitrati sunt. Sed ĩ eo Inach[9] regnasse dicit̃, q fuit Phoronei pater. Quũ Ro. rerũ potirent̃ nulla vspiã ei[9] oppidi extabãt vestigia. Vñ suspicãdi materiã qbusdã pbitã existimo, cãpum fuisse quẽdã nõ vrbẽ in Thessalia, cui id

Sodomæ & gomorrę excidium.

Profectio habraami ex cananea.

Isaachi obedientia.

Habraami pietas.

Apher.

Vbi Habraamus sepultus.

Cres Corybantes.

Iuppiter.

Saturnus.

Cur cęli filius Saturnus.

Iouis mors

Iouis sepulchrum.

Tres Ioues.

Argos.

nomē fuerit. Sed clarissimi Græcorū scriptores & ex Romanis qdā Pelasgicū argos antiquissimā regū sedē fuisse putauere: vbi primus oīm Inachus regnauerit. Huius filia Io a Phœnicibus naui est in Ægyptū delata. Phœnices peruetustū genus hoīm: & qui ab Erithris olim pfecti eā Syriæ partem tenuere, quę postea Phœnice, ab Agenoris filio, siue pater (vt alii scribunt) ille fuit, dicta est. Primi (vt credit) mortaliū ad ignotas oras delati quū gręcię forte littus tenuissent, diuēditis per ociū mercibus, regiā inde puellā, quæ cum æqualibus ad littus spectādi studio descēderat, vi raptam secū deportarūt. Ægyptii ad quos delata est, sub Isidis noīe, quia tritici & hordei ipsi gēti prima vsum demonstrasset, legesq; vinculū humanæ societatis maximū pposuisset: diuinos illi honores decreuere. Id Phœnicum exemplū Græci secuti, & ipsi haud simili iniuria abstinuerūt. Medea postea ex Colchide abducta. q̄q̄ aliquāto prius & Europā Agenoris filiam ex ipso phœnicum littore Cretes auexerūt. His vetustatis rudimētis Alexāder Priami filius instructus, ad Helenā ex Pelopōneso rapiendā nauigauit. Ex qua postea iniuria ingēs est Asię cōflatū bellū. Sed de his, q̄ verissime potero, suo dicā loco. Nunc in hebraicis est rebus cōmorandū, quę aliquot ętates troiana tēpora præcesserunt. Ex Isaacho Habraami filio & Rebecha Bathuelis, Esaus & Iacob geniti, puerperio vno ambo nati. Cęterū, quia Esaus prior in lucē exiuisset, vt hęreditariū ei nomē gentis relinqueret, pater quū iā fatale vitę tēpus appropinquaret, venatū vt exeat pręcipit, sibiq; cœnā ferinis carnib⁹ opipare instruat, vt quū abunde epulatus esset perpetuū fortunarū successum illi e cælo precaret, atq; cū his hęreditariū nomen traderet. Paret patris imperio Esaus, ac spei plenus vtpote qui nullas vereret insidias sollicita indagine syluas lustrat, studioq; feras insectatur. Interim Iacob Rebechæ matris consilio vsus, hęres a patre instituitur. Etenim quū gemini essent, ita forte acciderat: vt vterq; parēs vario vtrūq; amaret affectu. Erat ī Esaū ppēsior ille, contra in alterum Rebecha mater. Huius itaq; monitu instructus, ex hœdorū gregib⁹ Iacob cœnā seni q̄ maxima pōt arte cōparat, dextraq; pellib⁹ obuoluta, absentis personam mētitur fratris. Erat Isaachus luminibus captus longęua iam ætate exacta. Cęterū quū aliquid oīno diuersum ab Esao Iacob sonaret, hispidasq; interī tractaret man⁹, auriū iudiciū secut⁹ exclamat senex: Esaū inquit teneo, sed Iacob me audire arbitror. Saris constat Esaum hispido corpore fuisse, quæ res effecit vt senex manuū attractatione decept⁹, oīa prius q̄ Esaus domū reuerteret, bona a Deo minori filio precatus sit, eūdemq; hęredem instituerit. Is vbi ea quę se absente facta erāt ex patre audiuit, irarū plenus fratrē Israelē vocat patris illusorē, insidiatorē fratris vociferat. Mox vero vbi nihil eorum quæ facta fuerāt mutari vidit, vel q id facere nollet pater, aut qa nō posset, nihil obscure vltionē cōminari. Quod mater vehemēter verita Israeli auctor extitit, vt in Mesopotamiā transiret, futurū pollicita: vt in ea terra ab homīnib⁹ suæ familię, quę tota fere regione ac Carris maxime frequens & celebris esset, benigne exciperet. monstrare ad hæc illi magnā occasionē cōiugis ex ea gente ducendæ, quę propinquitate generis sibi pernecessaria esset. Matris igitur suasu Israel (id eñ nomen postea illi fuit) domo pfectus lōgū in Mesopotamiā iter ingressus, dum cananeorum refugit cōgressum, ob veteres cū fratre inimicitias, per loca humano cultu deserta inter diu faciebat iter, noctu fessum labore corpus quieti dabat. Hic quū longa fatigatus via sub dio iacuisset saxo capiti subiecto, p quietē scalas se videre imaginat⁹ est a terrę facie ad cęlū surrectas, multosq; mirāda specie iuuenes, & forma augustiore humana ascēsum p eas moliri, ac descēsum: monerisq; interim sibi visus est cęlesti oraculo, pgeret ī Mesopotamiā ire, sciretq; nuptias quas aīo agitasset nō solū pspere cessuras, sed mirāda quoq; inde sobolis īcremēta ad posteros vētura, eāq; stirpē per oēs terras celebrē futurā. Hac ille nocturna frętus imagine, postq̄ in Mesopotamiā venit ad Labanē Bathuelis filiū auūculū suū, q Carris habitabat, decreto diuertit. Is sororis filiū īcredibili lętitia cōplexus, vbi pfectionis ab eo causam, sororisq; cōsiliū accepit, cōfestim Rachelis filiæ adhuc virginis ei nuptias pollicet. erat illa oīm Labanis filiarū forma longe pulcherrima. Verū ne vt Rebecha soror p speciē cōnubii pcul domo ablegaret, lōgioris morę causam cōminiscit: ita futurū ratus, vt quicqd patrię parentūq; desiderii in eo esset, longa tēporis intercapedine minueret. Paciscitur itaq; cū Israele vt septē annos suas ille oues pasceret, ac tū ita fore, vt Rachelis cōnubio potiretur. Accepit iuuenis conditionē puellæ cupidus. Septē inde annos auunculo famulatus Rac[illegible] dari postulat: tū Laban vt longioris adhuc moræ causam necteret, pro Rachele Lyam [illegible]u facieq; parum liberali illi p noctē subiecit, qua postea fraude aīaduersa, auūculī pfidia[illegible]is incusat: q non consanguinitatem, non hospitii iura veritus, se post longam seruitutē opt[illegible]mo fraudasset cōnubio. ingrati qdē animi parūq; ciuilis exemplū dicere, puerili ter sororis filiū post lōgā ab eo nauatā operā, sua mercede priuare: futurū vt si apud mortales ea

Inachus.

Prima iniuria a Phœnicibus orta.

Isaachus. Rebecha.

Varii patētū affectus.

Isaachus Iacob hęredē instituit.

Israelis ī Mesopotamiā profectio.

Israelis visio

Lya pro Rachele subiicit Israeli.

iniuria inulta esset;diuinę iustitię debitas q̃q; exolueret pœnas.Pudore Labanẽ facti, suamq; in
filias charitatẽ excusare,mox cõsulẽdo hortandoq; eo perpulit,vt sibi totidẽ adhuc annos serui
Duas sorores ducit Israel vxores.
ret,demũ fore vt Rachelẽ duceret vxorẽ,atq; ita cõtigit,vt duas ex eadẽ domo Iacob duxerit so
rores.Per quę tempora aut certe nõ multo prius Apis in Ægypto coli cœptus est,de quo I Ægy
ptiacis rebus referẽdis cõmodior erit sermo:& in Europa Thessalus Gręci filiꝰ,a quo Gręcię est
Græcus.
nomẽ inditũ:in ea terra,q̃ ab eius noie Thessalia est postea nuncupata,sub id tẽpus regnasse tra
Iobileus.
ditur:& Iobilei quadragesimi quarti initiũ(vt Hebręorũ quidã memorant)quũ annos ferme cen
tum Isaachus esset natus.De huius quoq; nois ratiõe,& celebris anni instituto,q̃ relatu digna vi
Diluuium quod sub ogyge fuit.
debunẽ suo postea loco explicabũtur.In hæc quoq; tẽpora Eusebius reiicit diluuiũ illud qđ sub
Ogyge factum esse memorant.Id vero vt ignobilius eo fuit,quod sub Noe fieri cõtigit,minusq;
late est euagatum,ita multo atrociꝰ Thessalico illo,qđ (Deucalion fugit) quodq; Phocidem &
Parnasum ducẽtis & amplius ante annis inundauit.Sed de Ogygiani cataclysmi temporibꝰ non
idem sentiunt veteres authores.Fuit is Thebarũ,quę in Bœotio agro fuerunt,nõ mõ rex, sed &
conditor etiã,vt Varro credidit.Nunc ad Israelem redeo,qui quũ plures genuisset filios miroq;
patrię ac parentum teneretur desiderio,cũ vxoribus & liberis occultã molitur fugã. Oĩbus igiẽ
ad tempus instructis cũ Lya & Rachele liberisq; ac reliqua familia,magnaq; cum his rei pecuarię
Israelis & vxorũ fuga
parte stabulis abducta,fugitiuo similis secretũ iter ingrediẽ.Credere æquũ est,Israelẽ suũ idcirco
discessum occultũ habuisse,q̃m haud dubie appareret,fieri nõ posse vt bona soceri venia liceret
inde cũ vtraq; cõiuge abire,quarũ desideriũ nullo mõ esset pater laturus.Laban cognita suorum
fuga cõsternatꝰ aĩo,cũ seruorũ & cliẽtũ manu haud cõtẽptibili euestigio seqẽ abeũtes,quos haud
multo post assecutꝰ,vix demũ tẽperasset irę,nisi nocte,q̃ diem illũ præcesserat,cælesti fuisset voce
monitus Laban,vt ab oĩ abstineret iniuria.Sub primũ itaq; accessum(vt erat ira percitus) male-
dictis generũ incessit,cõuicioq; vrget,q; se hospitẽ,socerũ,auũculũ,a quo domo pfugus nõ solũ
grato acceptus esset hospitio,sed duarũ etiã filiarũ gener ascitus,cũ magna stirpis parte,tũ pro-
priis fortunis spoliare fuisset ausus:nullũ supplicii genus esse clamitãs,nullã tã grauẽ ignominiã
quã pfidũ caput nõ meritũ videreẽ.ac tũ queq; plura aĩo mouebat,quę cęteris mortalibꝰ postea
documẽto essent,ni pietatis & clemẽtię admonitus satius visum esset cã iniuriã ciuiliter ferre,q̃
vindicta psequi.Iacob metu & pudore cõfusus iustã soceri indignationẽ paucis est lenire ador-
tus,patrię parẽtũq; desideriũ excusans,nec aliã ob causam suũ ait digressum cęlari voluisse, q̃ q;
certũ haberet se nũq̃ ab eo cõmeatũ fuisse ĩpetraturũ.pecorũ greges,quos diutius pauisset, idcir
co a se stabulis abductos,q; sui peculii ex pacto hi greges facti essent,vt foret vnde duę ipsiꝰ filiæ
Labanis & Israelis recõciliatio.
quas sibi matrimonio despõdisset,liberiq; ex his pcreari alimẽta caperẽt.Flexit nõ nihil senẽ Is-
raelis excusatio,sed multo magis filię,q̃ ad genua patris obuolutę,nepotesq; miserabili cõplora-
tione ita irati aĩm cõminuerũt,vt Labã data genero venia ad oscula & cõplexũ admiserit,atq; in
ibi inter eos cõparatũ,vt Israel oẽ pecus qđ prę se egerat bona venia secum abduceret:vxores &
quos ex his liberos tulisset deportaret in syriã.fœdere inter vtrũq; icto,colũna lapidea ibi loci cõsti
tuta est,q̃ rei gestę monumẽto posteris esset.Alii lapidũ cõgeriẽ eã fuisse tradunt.Galaath ab re
ipsa loco nomẽ mãsit,vbi fœdus est pcussum.Scđm id fœdus se ĩuicẽ cõplexi ĩde diuersi abierũt.
Metuere interim sibi nihilominꝰ ab irato fratre Israel.Pro magno itaq; habuit negocio priusq̃
domũ veniret,quo ille esset in se aĩo explorare.Quũ igiẽ patriis finibꝰ ppĩquare cœpisset,ad Esaũ
nũcios mittit,q p se illi satisfacerẽt,docerẽtq; se eo cõsilio post vigesimũ annũ cũ vxoribꝰ,& libe-
ris,multisq; rei pecuarię diuitiis domũ venire,vt se,familiã,fortunas oẽs,fraternę fidei traderet,
obliuisceretẽ mõ veteris simultatis, & siqua inde ira adhuc residua esset,illã domesticę pietati re
mitteret.Lętus eo nũcio Esaus cũ quadringentis obuiã illi ire pgit,quẽ vbi cohorte vna septũ ad
se venire Israel sensit,veritꝰ ad ĩiuriã non ad officiũ festinari,ex iis,quos tũ forte circa se habuit,
Israelis & fratris congressus.
quosdã cũ muneribꝰ veniẽti fratri iubet occurrere,vt si fieri posset.prius eũ donis caperet,q̃ ĩ cõ
spectũ veniret.Verũ ille quũ pene improuisus affuisset,multis lachrymis prę nimio gaudio ma-
nantibus,venientẽ excipit.Post vero arctissimos cõplexus mutuáq; gratulationẽ Esaus in Seyrũ
oppidũ vbi domꝰ erat illi & familia,Israel ad Scenas cum suis cõcessit.id postea loco nomẽ fuit.
Vnde haud multo interiecto tempore in Sicimitẽ agrũ trãstulit tabernacula.Hic Sicimitis solẽ-
Dina rapiẽ.
nem diẽ agẽtibus Dina Israelis filia vrbem adiit,vt muliebria inde redimicula sibi emeret, hanc
Sichemes Emoris Sicimitarum regis filius conspicatus,mala viciandę virginis cupidine incẽsus
ad stuprũ rapuit.Puellę dein cõsuetudine captus cum patre egit,vt Dinę nuptias sibi ab Israele
& cęteris necessariis impetraret,cupere se ait eam legitimæ coniugis loco habere.Petit indulgen

tissimus pater peregrinæ puellæ nuptias. Israel sibi tempus dari postulat ad rem maturius consul tandam, tenebatq; adhuc ea inter domesticos deliberatio. Ferre eñ plerięq; fratrum eam iniuriã ægerrime, nec rem vulgo probare vt Dina homini alienigenæ matrimonio iungeref, quũ Simeõ & Leui vterini fratres ira & dolore adacti, cum expedita pastorum manu, patre non modo nõ au thore, sed ne consilio quidẽ cum eo cõmunicato, prima noctis vigilia ciuitatẽ vino & epulis gra uẽ ac sopore pressam inuadũt: ibi fœda cędes sine vllo ętatis aut sexus discrimine p vrbẽ magna parte noctis edita est: multa inde strage egressi, sororem exemplo crudelitatis ad posteros memo rabili receptam, ad patrẽ retrahunt. Is Sicimitarũ clade audita vehementer indoluit, natorumq; temeritatem detestatus, authores cædis odisse, atq; vt impios auersari. Purgauit inde senex taber nacula gentilib[9] sacris ad id nefas expiandum adhibitis. Sub id tempus quo hæc in Sicimitis ge sta sunt, Rachel medio nixu extincta est. Ex ea Iosippus & Beniamin nati. Reliqua Israelis soboles ex Lya & duabus erat ancillis pcreata. Rebecha filio nondũ ex Mesopotamia reuerso vita deces serat. Quin & Isaachus iã æuo cõfectus, non multo postq̃ Israelem postliminio receperat, est vita defunctus. Post huius interitum filii superstites tabernacula inter se partiti sunt. Israel Ebronem ciuitatẽ sortitus est. Esaus Seyrũ eius terrę oppidum, quæ Edome olim inde honestiore voce Idu me a græcis est dicta. Scripserũt quidã Esaũ adhuc puerum inter æquales Edem quod eius gen tis lingua rufum significet cognominatum, vnde & loco quem tenuit postea sit nomẽ inditum. Procedente deinde tempore Israelis opes vsq;adeo sunt auctę, vt iam vnius nomẽ, tot filiis ad ob sequium paratis, tot nepotibus, tanta rerum omnium affluentia inter finitimos clarum esset ac longe conspicuũ. Sed in tanto natorum grege Iosippus, quem ille ex Rachele tulerat, ingenio & indole multum alios anteibat, eratq; ob id patri omniũ charissimus: conflauit res ipsa puero inex piabile apud fratres odium, ac quo maior in eo futurę virtutis spes erat, eo acrioribus inuidię sti mulis fratrum odia intendi. Sed nihil his secũdũ patris studium beneuolentiãq; in vnum singula rem æque suspectum esse ac duplex insomnii species, quæ duabus est noctibus illi per quietem ob uersata. Ferũt priore nocte eum per quietem vidisse omnis desectę segetis manipulos, quos inter diu fratres in agris disposuissent, vltro ad eos, quos ipse ab illis haud multum diuersos statuisset venerabũdos ac quodãmodo supplices accedere, quam nocturnam imaginem nihil mali ex ea re sibi imminere ratus, fratribus, vbi primũ illuxit, retexerat. Secuta mox altera adumbratio varia q dem figura, cæterum ad eundem exitum pertinente. Imaginat[9] est puer sopore p̃ssus, se a sole lu na & stellis.xi. adorari, qua insomnii specie vt priore illa temere vulgata, fratres coniectando eo p pemodum peruenere, vt haud dubie intelligerent, vti is cui talia per quietẽ obuenissent, fratrum totiusq; familię futurus esset longe princeps. Occulta igitur inter se de eo perdendo ineunt cõsi lia. Stabat sententia puerum tollere, sed inferendæ necis neq; locus neq; tempus satis ab initio cõ stitit. Placuit postremo id scelus a patris cõspectu pcul ablegare, atq; in Sicimitẽ agrum cũ omni rei pecuarię apparatu tabernacula transferre. Hic velut commodiora nacti pascua diutius solito absunt. Miratur Israel senex tam longam filiorum absentiam, miraturq; in dies magis quę res tã diu illos procul domo distineret. Ad vltimum sollicitus de filiorum salute, Iosippum, quem inte rim circa se frequentem habuit, ad fratres & pecus visendum iubet proficisci. Hi venientem con spicati, confestim sese ad nefarium scelus expediunt. Tum Ruben natu maximus, subita ductus pœnitentia, dubium, facinus ne crudele & impium auersatus, an indignam pueri miseratus sor tem, identidem cæteros monuisse dicitur, ne temere fratrem violarent. Inhumane eos atq; impie facturos, si pueri insontis eodemq; patre procreati, se cæde contaminarent. Q2 si, neq; ætas, neq; fraterna pietas, eos ab infanda cæde absterreret, respicerent longęui patris senectam, quam subla to puero certissimo vitæ vinculo aut abrumperent, aut quod non minus impium sit in perpetuũ luctum & mœrorem coniicerent. oportere adhęc eos meminisse, omnium humanorum operum nullum esse magis irritum, q̃ fatali necessitati ire obuiam. Satis constare signa illa futuræ felicita tis in fratre diuinitus esse facta: monet, obsecrat, obtestatur, ne se tam impio sceleri obligarent, ne eodẽ tẽpore patrẽ iam grãdẽ natu, seipsos, vniuersam domũ infanda cæde funestarẽt. Hęc Rubẽ. Cæterum aliis nihilo secius tumultuantibus, quum manifeste appareret a cæde reuocari nõ pos se, eo illius oratio decurrit, vt ne manus fraterno sanguine pollueręt, sed in puteũ, q pximo erat loco, demitterẽt, vbi inedia cõficeretur. Placuit consilium, puerũq; obligatis manibus in puteum deiiciunt. Habuit Ruben in animo, intẽpesta nocte, eo reuerti, puerũq; inde extractũ vinculis libe rare. Quod vt cõmodi[9] fieret, in tumulos non nihil inde auersos, pecus in pabulũ egit, vt fratrũ oculos ab omni sensu auerteret. Suadet interim Iudas fratrib[9], vt puerũ Ismaelitis negociatorib[9]

Sicimitarũ cædes aliter q̃ in bibli.

Rachelis in teritus Ebron.

Edome Idume.

Duplex Iosippi insomnium.

Nefariũ filiorũ Israelis consiliũ.

Ruben fratres a scelere deterret.

Venderent, qui per ea loca camelos mercibus onustos tũ forte agebant, edocuit ille tutius id cõsilium esse, ac minus detestabile futurũ, affirmans, vt in quacunq; deinceps terra Iosippus periisset, nihil ipsius mors ad fratres attineret. Assenserũt cæteri huic cõsilio, Iosippũq; ex puteo receptũ triginta nummis vendidere. At quæ lapidũ coagmenta tam bene vnq̃ inter se quadrare visa sunt q̃ figura hęc, cũ iis quę postea in Christo omniũ rege euenerunt! Idem fratrum numerus, qui in de fuit apostolorũ, idem venditionis author, idẽ preciũ, eadẽ oĩa. Ruben intempesta nocte ad locũ reuersus, vbi puerũ sensit abesse, nouo fratrũ consilio periisse ratus, in luctum & mœrorem cõuersus, eos vt impios incusare, nec prius lachrymas absterſit, q̃ ex eis, quæ facta essent, cognouit. Tũ Iudas & fratres vestem quã puero detraxerãt, cõscissam, multoq; cruore fœdatã ad patrẽ deferũt cum lachrymis & multa lamentatione, nunciant incidisse se in argumenta illa, & vestigia fraternæ mortis: vix tandẽ agnitã a se pueri vestẽ laceram multoq; cruore fœdatã, arbitrari violentissimæ alicuius ferę incursu eũ periisse. Senex nuncio atrocissimo perculsus, i subitũ & miserabilẽ luctũ humi prostratus, Iosippi nomẽ cum plãctu & clamore inuocat, Iosippũ querelis reposcit, Iosippũ lamẽtať. Te spes mea (inquit) solũ p nemora & saltus tã procul ablegari oportuit! Ego humanorũ casuũ oblitus, sine duce, sine comite, sine pręsidio vllo, i Sicimitẽ vsq; agrum te pficisci sum passus! Heu amentiã, heu obliuionẽ miserę senectę comites. Habeat iam luctũ, habeat & lachrymas perpetuosq; cruciatus infelix senex, in quos sua est secordia plapsus. Heu miserũ, qui tãtum spei, tantũ altę indolis vno die mihi vniuersęq; familię ademi. Ibo ego, & hoc, qđ inopis adhuc vitę reliquũ est, in tenebris perpetuoq; luctu & squalore transigam. Hæc ille. Nec filii patrẽ circũfusi precibus, hortatione ve vlla acerbissimũ dolorẽ queũt lenire. Quin totis ille diebus, totis noctibus seipm̃ affligere, neq; modũ lachrymis, neq; finem facere. Iosippus iterea a Putiphare Pharaonis regis Archimagiro in Ægypto emptus herili cura & indulgentia instituebatur. Qui quũ liberali esset facie, & iam per ætatẽ adolescere cœpisset, Putipharis vxor eius amore incensa, signis primo, inde verborum illecebris stupri adolescentẽ cõpellat. Auersať ille mulieris intẽperiẽ imo deratãq; libidinẽ. Postremo ne minis quidẽ cõpelli potuit, vt eã domũ, in qua tã clementer fuerat educatus, adulterio pollueret. Castigare ob id mulieris impudentiã, interdũ etiã precibus orare, ne pgeret vana spe seipsam diutius frustrari. Cõstitutũ sibi esse prius oĩa extrema pati, q̃ in Putipharis optime de se meriti cõtumeliã, muliebrẽ libidinẽ explere. His illa adhuc magis accensa (vt est muliebris natura cõtumax, & in vetitã libidinẽ maiore quodã studio pręceps) quũ solẽne forte spectaculũ in regia ederetur, subitã ęgritudinem causata, negat se eo die in publicũ exituram, haud dubie futurum rata, vt viro cum omni familia foris occupato, per ocium adolescentis pudicitiam domi expugnaret. Sola igitur solum appellat, ac nunc blanda, nũc minax, adolescentis animum varie oppugnat. Postremo quum neq; precibus neq; minis flecteret, vt obsequẽs sibi esset, impetum in eum facit. Grauis hic molestaq; colluctatio inter duos orta. Hinc libido vi vrget, inde pudicitia resistit. Impellit illa, hæc repellit: vult hæc vincere, vult illa: hæc ratione nititur, illa furore & amentia. Stetit demũ victoria vnde debuit. Impudentissimæ fœminæ complexibus adolescens solutus, relicto in eius manibus palliolo, quo fuerat amictus, sese ad fugam expedit. Tum illa duobus amarissimis in fœmina stimulis libidine & ira accensa, viro demum se recipiẽti cum lachrymis & flebili lamentatione occurrit. Nequissimus, inquit, seruus ille quem Putiphar prima charitate fouisti, & vt filium a pueris liberaliter instituisti, tui beneficii sueq; fortunæ immemor, consortem tuam graui valitudine affectam, scelerata libidine, qua solus solam domi viderat, conatus est ad stuprum compellere. vix iniuria ab ægro corpore repulsa est, clamore & minis terrefeci, confuso deinceps seq; domo proripienti, ne ire posset inficias, pallium ademi. Quare te per cõnubii iura, & per iugalem fidem oro, & obtestor, vt nequissimum mancipium, ad supplicium continuo retrahi iubeas, sit illius pœna documento aliis, ne vnq̃ posthac similis fortunæ quisq; audeat herili pudicitiæ insidiari. Ostentare præterea vestem, seq; in ea colluctatione male habitam atq; multo indignius q̃ Putipharis coniugem decuisset ab eo vexatam lamentari. Hæc impudẽs mulier, aliaq; ad inuidiã simulãdo, virum ad vltionẽ pepulit. Iosippus, vt verecũdo erat ingenio, nihil heram recriminari ausus, periclitari maluit, q̃ in authorem flagitii culpã referre. In publicã igitur custodiã Putipharis iussu abduciť. Forte accidit vt eodem custodireť loco, quo & regiꝰ minister. Erant inibi & alii plęriq; capitalium scelerum rei, sed quũ pincerna regis per quietem existimasset se triplicem videre palmitem ternis pręditum racemis, qui cũ tempestiue maturuissent essentq; a se resecti, & expressi, subito regi mustum propinasset, ille nocturnæ huius imaginis ambage cõfusus, ab iis qui proxime iuncti iacebant, sciscitatur, ecquid ipsi arbitrarentur perplexam

Venditur Iosippus.

Muliebris ars.

Fœminæ ipudentia.

Iosippus in custodiam traditur.

illā insomnii figurā portendere,tem inde,vt per quietē fuerat obseruata,ordine explicat. Quære
re cum ab aliis id regius minister,tum multo efficacius a Iosippo,quē sub primū alloquiū perspi-
caci sensit ingenio.Bono inquit Iosippus sis aīo.Sane hoc triduo ī pristinā dignitatē restitueris.
Sed tu quū me verissimū somnii coniectorē fueris expertus,fac rogo sis nostri memor,q ob custo-
ditā innocentiā vt nocētissimus custodior.Erat ibidem pincernæ conseruus quē Rex pistoribus
præfecerat.Cōmotus is acutissima iuuenis interpretatiōe,age,inquit,& hoc mihi quoq,si potes, Alterū somniū & ei⁹ interptatio.
explica:ferebā ego per quietē ꝓxime noctis tris cistas capiti impositas,panis duas , crudi obsonii
reliquā.Oīa importunę volucres infestissimo volatu visę sunt diripere. Tū Iosippus, vellem inge
te meliora vidisse.Sed corbes illæ,quæ panem habuere,bidui adhuc vitam portendūt,tertia(cu-
perem salubriora significari)ineuitabilem tibi crucē cōminat̄,cui cadauer istud affixū obscœnæ
laniabūt volucres Nec defuit tam huic q̄ priori cōiecturę euētus. Vterq biduo post verissimū
est vatem expertus.Fuit inde Iosippus duos ferme annos in vinculis.Cęterū,ne tātum ingenii lu
men diutius in tenebris iaceret,viam ad meliorem vitæ statū nocturna regis visione cęlestis ꝓui
dentia inuenit.Is duplici confusus somnio,coniectores,& quicunq in tota Ægypto sapiētia præ
stabant consuluit vates.Cęterū,quū nullius respōsum certi quicq̄ afferret,mandat Iosippū custo
dia educi,cuius ingeniū tū demū ingratus minister vera prędicatione extulit,postq̄ regem de ea
nocturnæ imaginis interpretatione vehemēter esse sollicitū animaduertit. Viderat Pharao,quū Duplex regis somniū.
altius dormiret,septem boues hilari & pingui aspectu ab ripa Nili ad paludē aberrantes,quas se-
ptem alię deformi macie palustriq loco emergentes,exceptas conficerent.Mox vero imaginatus
erat septenas se spicas cernere multa fruge conspicuas,& quæ iam secari poterāt,eas totidem nu
mero spicæ sterilitate insigni ex ꝓximo occupare visæ sunt.Hęc per quietē visa,quū Rex illi inter
pretanda ꝓposuisset,age,inquit,iuuenis optime,& quantū vel prudentia vel diuinatione assequi
potes,vera mihi cupienti enarra. Nec,siqua tristia mihi nuncianda sunt,ob id in occulto huma-
na fata esse patiaris:oīa quidē te mihi præstitisse existimabo,quū tuis euentus dictis responderit. Sōniorum Pharaonis explicatio.
Tum ad ea Iosippus,Siqua ait rex ambiguę huius coniectationis tractandę peritia in me est,ex iis
quę per quietē tibi sunt priore nocte oblata,eximia quędam septē annorū tibi tuorūq regno por
tenditur feracitas,quā opimę illæ boues cum frugiferis spicis inspectæ denunciant.est id animal
agrorū cultui pręcipue idoneū,telluris felicitatem per eos interpretari oportet,cuius lętitię cau
sa erit Nili inundatio,vnde visi sunt boues illi emersisse.Per spicas,quę hilari erāt aspectu, lętissi
mus septem annorum significatur prouentus,cætera quæ his diuersa apparuere,totidem anno-
rum famē demonstrant,quæ vbertatem illam euestigio sequetur,nisi humana prudentia futuræ
cladi eatur obuiā.Quod fatale malū vt cōmodius Pharao declines,paucis demōstrabo.Vis triti
ci immensa est agricolis feliciori tempore superfutura.Dabis operam vt p solertissimos annonæ
pręfectos quicquid supra sementē & vulgi alimoniā fuerit his reliquū,tuo nomine coemptum in
horrea cōgeratur,haud prius q̄ fames regnū inuaserit publicāda,atq ita fiet,vt ne iniquissimis
quidē temporibus sit tuis vlla frumentariæ annonæ caritas sentiēda.Miratus rex adolescentis in
geniū(Mouit eñ vehemēter illū peracuta vtriusq figurę explicatio)pręmaturamq in tam viri
di ætate prudentiam cōplexus,nihil indigne visus est sibi facere,si totum coemundę annonę ne- Pręficit Annonæ Iosippus.
gocium in ipsum consilii authorem reiiceret. Vnum igit̄ publicę frumentationi pręesse imperat
superq eam dignitatem gestandę purpuræ vsum tribuit,Psonthonq panicon hoc est occultorū
inuētorē nominat.Quidā mūdi seruatorē interpretāt̄:Phasneophan vocē quā alii posuerūt secu
ti.Hanc in Iosippo futurorum diuinationem suorū,somniorūq peritiā in causa fuisse existimo,
vt multū diuq postea hebraicę genti fuerit curę,ex huiusmodi ambagibus,quæ ventura essent,
cōiectare.Sed quū plures sint eorum species,quę dormiētib⁹,aut certe iis qui dormire se putant,
per noctē offeruntur:(Sunt eñ obscuris figuris inuoluta)ex his id quod somniū appellant,altio Somnium.
re quadā mente opus est vt perspicue quale sit intelligi possit,adeoq acris deinceps cura hui⁹ rei
indagādę hoīm studia occupauit,vt gentile & pene peculiare postea Iudæis fuerit,somnia interꝓ
tari.verūenīuero,ita humano est generi ꝓsuasum,hoīs mentē ab vinculo corporis alta quiete se
pulti paululū solutā,verū quod sua natura latet,nonnunq̄ ꝓuidere,etsi non libero & tecto lumi-
ne,sed velamine quodam interiecto,quod nexus crassioris caligantisq naturę mētibus offundit.
id sapientissimi poetę monstrant,& ob eam tem quędā etiā falsa obuenire arbitrati sunt.Quo pla
ne colligitur,eo ꝓpius futurorum cognitioni hoīs animū accedere,quo se liberi⁹ terrenis curarū
vinculis expediuerit.Et illud in hac reputatione admodū mirabile,oīa fere melius q̄ se ipsam ra-
tionalem aīam intelligere,posseq per quietē solertissima visus acie pręuidere,quę nullo sensuum

comitatu queat,dum vna vigilant.Sed oĩno magis mirũ,quæ obſcuris futurorũ tenebris velut i-
uolucro quodã inexplicabili ſint dormiẽtibus viſa,ea ab aliquo recta coniectura explicari,qđ ob-
ſeruatiõe magis an diſciplina fieri poſſit,vt I aliis nõ facile dixerim,ita in Ioſippo diuinationem
hãc fuiſſe,cæleſtiq; munere infuſam ꝑmodũ affirmare contenderim.His Ioſippus honoribꝰ in
Pethephris ſignitus cũ iã in multa eſſet celebritate,Pethephris Heliopolitani ſacerdotis vxorem duxit filiã.
Aurelius Auguſtinus Phuthipharẽ appellatum exiſtimat,qui ab Iſmaelitis Ioſippum emit pue-
Manaſſes. rum,q̃ regis Archimagirus fuerit Heliopolitanuſq; ſacerdos.Ex herili filia puer eſt Ioſippo natꝰ,
quẽ Manaſſen nũcupauit.Id oblitio interpretaĩ,vt appareat ad fortunę mutationẽ alluſum, ve-
Fames ĩgẽs lut pſenti rerũ ſucceſſu,oĩm malorũ,q̃ pater antea fuerat perpeſſus,parta foret obliuio.Et ille per
hæc feliciter agebat.Interim terreſtris affluẽtię circũacto ſpatio dira annonę caritas Ægyptũ in
uaſit,quę quo magis inualeſcebat,eo frequentior mortaliũ ad regis horrea fiebat cõcurſus.Tum
vero vno ore oẽs longã frumentationẽ,quæ ad id tempus multis ludibrio fuerat,Imodicis extol-
lere laudibus.Iã vero cananeã terrã & alias finitimas Ægypto regiones id malũ premebat. Quo
cõrigit,vt Iacob audita regię frumentationis phama,oẽs pręter Beniamin filios ad triticum ide
coemẽdum miſerit.Erat is ex eadẽ matre ortus qua & Ioſippus,oĩmq; Iſraelis natorũ q ſuperetãt
minimus natu,ob id fortaſſe eſt a patre domi retentus.Camelũ ſinguli aut iumẽtũ pręſe agebãt
Vbi vero in Ægyptum venere,eos Ioſippus intuitꝰ cõtinuo agnouit.Placuit itaq; non prius eos
cõpellare,q̃ totius domus ſtatũ ex ipſis cognouiſſet.Minaciter igiĩ in eos vt peregrinos hoĩes,ac
parum notos inuectus,exploratũ eos veniſſe ait,nõ frumentatũ, fore vt ad vnũ ꝑ ſpeculatoribꝰ
vincirentur,quæſtioniq; adhibiti tãdiu torquerentur,donec tam longæ viæ cauſa eſſet illis cru-
Rubenis ciatu expreſſa.Cæteris igitur nouo crimine,mox & periculo ſtupentibus,Ruben maximus natu
verba ad Io Neq; huc(inquit)ſpeculatũ venimus,neq; aliud curaturi negociũ tam ꝓcul domo ꝓfecti ſumꝰ.
ſippum. Sed dira fames qđ malũ oĩa extrema cogit hoĩes audere,terrã nobis adhuc ignotã adire coegit.
Eſt nobis Iacob pater cognomẽto Iſrael,vir cananeorũ iuſtiſſimꝰ,ad quẽ quũ nuper frumẽtatio-
nis huiꝰ phama ꝑueniſſet,quoniã nulla leuãdę peſtis aliunde dabaĩ occaſio,eo ſane imperio qđ I
filios obtinet pater,voluit nos huc ꝓficiſci,vt bona omniũ venia hic nobis velut ex publico em-
porio triticũ emeremus,& vt frumẽtatio hęc aliquãto maior tutiorq; eſſet.pater vnũ ex omni fi
liorum grege domi,dum hic frumentaremur,ſibi voluit adeſſe.cæteros procul domo,procul pa-
Oĩa ad mi- trii finibus huc frumentatũ dimiſit.Vndecim eius filii ſumus,olim biſſeni fuimus,ac tũ res no-
ſericordiã ſtrę ſatis pſperę fuerunt.Cæterũ vno cui Ioſippo fuit nomẽ abſumpto,domeſticę fortunæ iam in
mouendam de in peius lapſę,haud quidẽ amplius in priſtinũ reſtitui ſtatũ potuerũt.Pater ſenio cõfectus in ꝑ
dicuntur. petuo mœrore eſt,cuius luctus ꝑpetuaq; lamentatio non minus iam inde,ex quo vnus ille periit,
totã domũ afficit,q̃ tũ ſuauiſſimi fratris inopinatus caſus affeciſſet.Acceſſit his domeſticis ma-
lis fames,qua adacti externa auxilia cogimur iplorare,& qđ adhuc magis miſerabile ſit,ex regio
ne iam antea nobis ignota.Quapropter tuam vir optime regiãq; fidem imploramus,ne nobis ſit
fraudi,ꝙ ex paulo remotiore terra auxilium vitę imploremus,quum ſatis conſtet,multa animan
tium genera non terras ſolum,ſed ignotas mundi plagas cum anni tempeſtatibus vitę cauſa per
mutare.Multa quidem & magna audẽt aggredi mortales cæteris neceſſitatibus adacti,ſed mul-
to plura ac maiora fame & inedia compulſi.Ioſippus duorũ,qui ſibi longe chariſſimi erant, ſalu
te cognita(vehemẽter eñ ab initio dubitauerat,ne Beniamin aliquo fuiſſet caſu abſumptꝰ, quã
do cæteris venientibus vnus ex fratribus defuiſſet)tum velut poſtridie cauſam cognitur ꝰ iubet
Miſerabilis eos in cuſtodiã adduci.Lamẽtari inter ſe illi fortunã ſuam,actũq; de ſalute oĩm arbitrari,diuinaq;
querela. voluntate id factum,vt in alienã terrã mitterenĩ,vbi fraterni ſanguinis meritas luerent pœnas.
Exprobrabat illis Ruben ſæuitiã impiamq; in fratrem conſpirationem,qui neq; ſe audire voluiſ-
ſent,neq; parenti neq; fratri pepciſſent,veniſſe tempus quo cogitati parricidii precii; pro fratre
accepti meritum expẽderent ſuppliciũ.Iactabant illi hæc,gentilem linguam rati nulli hominum
in peregrina terra præterq̃ ſibi notã.Ioſippus fratrum miſerabili lamentatione motus, obortis ꝓ
nimia pietate lachrymis,haud multo poſt mãdat eos cuſtodia educi.Quos ad ſuum tribunal ac
cerſitos in hunc modum vadatus eſt,vt vno ex fratribus ſibi relicto cæteri cum frumento domũ
abirẽt,atq; in argumentum eorum quæ dixiſſent,fratrem quẽ domi a ſe relictum prędicarent ad
ſuum cõſpectum adducerent.Eam rem argumento futurã vera an falſa eſſent,quę in tam longæ
ꝓfectionis excuſationem attuliſſent.Illi etſi inuiti neceſſitate tamẽ coacti Simeonem dedere, alii
frumẽtum mercati non ſine dolore & mœſtitia abeunt.Cæterum priuſq̃ inde proficiſcerenĩ,ſuũ
cuiuſq; precium ꝓ tritico datũ Ioſippi iuſſu occulte omniũ eſt ſarcinis illatum,necprius animad

uersa res est, q̃ sit domũ ventũ. Tum vero stupor & admiratio ingens defixit oĩm aĩos secũ repu- tantiũ, quo modo id accidere potuisset. Sed quũ multa aĩo occurrerent, nulla interim Iosippi fra tris subibat recordatio, quo credere ęquũ est, illũ, dũ hęc fierẽt, nõ multũ int fratres versatũ. Etenĩ nõ video quõ fieri potuerit, vt q sępius in cõspectũ venerit, nõ aut voce, aut oris liniamento sit a suis agnit⁹, aut cur ille minus fratrib⁹ nobilis fuerit, q̃ fratres illi, nisi aliqs maiorẽ in puero q̃ in adultis credat mutationẽ fieri cõtigisse. Quãq̃ peregrinus habitus ad personã dissimulãdam haud parũ profuisse videri potest. Nec Israel prius expugnari potuit, vt filiũ quẽ pcipue amabat in Ægyptũ duci pateret, q̃ ad id necessitas cõpulit, fame iterũ vrgente, duplici pretio filiis dato, vt si forte id, qđ domũ fuerat relatũ, restituere coacti essent, non deforet materia frumẽti iterũ coemundi. Tulerũt secũ Israelis filii Balsamũ, Stacten, Terebinthũ, & alia munera, quorũ Ægypt⁹ indiga est, q̃ annonæ prefecto, vt in recipiendo fratre recẽtioreq̧ frumentatione placabiliorẽ haberent, dono darent. Vbi igit eo ventũ est, primũ oĩm excusant illi suã inscitiam, q̧ siue casu, siue aliena fraude euenerit, ignari, domũ pecuniã pro frumento datã secũ deportassent. Aiunt pręterea se Beniamin fratrem, quemadmodum iussi ab eo essent, adduxisse. Eumq̧ vna cum donis, quæ patris nomine attulerant, ante tribunal statuunt. Ibi Iosippus subito affectu animi turbat⁹, quum lachrymis tẽperare non posset, in secretum velut aliud curatur⁹ sese pripuit, ac nõ pauca animo voluens, ad nouã artẽ animum adiecit, qua Beniamin per speciem iniecti criminis apud se in Ægypto retineret. Incesserat pręterea cupido explorãdi essent ne in illum fratres meliore q̃ in se fuissent animo, an iuuenem in discrimen adductũ, pcul domo sine psidio destituerent. Vt igitur cõmodius rem oẽm effingeret, fratres hospitaliter inuitatos cœnæ adhibuit. Iam enĩ Simeone recepto absolutaq̧ frumẽtatione haud multopost retro abituri erant. Sed tantisper, dũ apud se discumbitur, occulte mandat argenteũ poculũ in Beniaminis sarcina includi, in eos deinde vrbem egressos expeditos immittit equites, mirari illi primo aduentantiũ fremitũ, verũ vbi in se impetũ fieri animaduertunt, nouitate rei perculsi suppliciter rogant, ne se prius iniuria afficiãt, q̃ verbis demonstraretur qd ipsi meritessent, q̧ ita hostiliter in se ruerent. Scire se nihil in quenq̃ deliqsse, quapropter vim vllam metui oporteret. Cõtra regii equites perfidos hospites exclamãt hospitalisq̧ mensę compilatores. qui nuper pecuniam tum demum argentũ ex cõuiuio, cui adhibiti essent, furto subtraxissent, scituros haud multo post qd eos pati oporteat, qui tã perfide hospitalia iura lęserint. Hæc illi circunstrepunt, simulq̧ camelorum disiectas sarcinas perscrutantur. Ibi poculo apud Beniamin reperto cæteris metu & pudore stupentibus, eum velut ad supplicium retrahunt, sequunt reliqui fratres cum mœrore & flebili silẽtio. Qui vbi ad Iosippi cõspectũ venere, & cum lachrymis ad eius pedes prouoluti iacuerunt, Iudas vt vehementi erat ad dicẽdum ingenio in hũc modum verba fecisse traditur. Si aut natura, aut cõsuetudine, ita inter hoĩes cõparatũ esset prefecte vir clarissime, vt nihil ab iis, qui in cęteros imperiũ & iudicia exercent, pręter leges & patrios ritus spectandum censeretur, nec aliter q̃ ab euentu delicta iudicanda forent, nullũ certe locũ nobis ad deprecãdum hodie relictum putarem⁹. Verũ nemo vnq̃ ita humanitatẽ exuit, vt clemẽtię, qua nullus magis homini conuenit affectus, omnino factus sit immemor, ita fit vt in manifesto etiam crimine, quia homo apud hoĩem dicat, nemo fuerit vnq̃ q nõ ante suppliciũ, immo in ipso etiã supplicio non aliqd sperauerit. Verum si vnq̃ spes clementię in miserabili causa miseris reis affuit, adest mihi hodie: adest & fratribus vir mitissime, vel qa apud te virũ nõ solũ sapiẽtem cœlestiq̧ mente præditum puerilem culpam deprecamur, vel q̧ natura quisq̧ in propriis q̃ in alienis sit iniuriis exorabilior, nihilq̧ haberi soleat gloriosi⁹ principe, aut eo q in alios imperiũ obtineat, impune lęso. Oportet igitur cum cæteras virtutes tuas, tum clemẽtiã ipsam, non deprehensum facinus, quod nõ magis per se turpe & detestabile est, q̃ a nostrę familiæ moribus & phama alienum, spectare, sed flagitii authorem, qui ea sit adhuc ætate, vt quid rectum, quid honestum sit, haud omnino intelligat. omnia iura diuina & humana ignoscunt iis, qui quum a lege & æquitate aberrauerint, nesciant tamen se peccare, aut si sciunt non intelligant cuiusmodi sit illđ in quo delinquitur. Consilium enim non euentus constituit crimen. Hoc quoq̧ prudentissimus pater secutus, priore frumentatione eum nobiscum venire non est passus, ratus temere tam viridem ætatem omnis hospitalis iuris & officii adhuc rudem tam longæ peregrinationi committi. Quãq̃ ab æquitate tua suppliciter contendimus, vt identidem secum iniecti criminis cõsideret rationem. Nam quod ad nos attinet, nullo modo persuaderi nobis potest, adolescentem rudẽ, timidũ, nihil ambitiosum, nullius rei cupidum, id scelus non solũ nõ perpetrasse, sed ne cogitasse quidem. Nec illud confestim præiudicio dandum, q̧ in eius sarcina sit poculum repertum. Sic nuper

Pietas Iosippi in fratres

Quę munera Iacob in Ægyptum miserit.

Iosippi ars.

Oratio Iudę ad Iosippum.

nos quoq; totius rei ignari, potuissemus in crimen deuocari qui nobiscũ tritici p̃ciũ retro deportauimus. Quod tantũ abest, vt nostra fraude acciderit, vt sub ipsum reditũ nihil prius curandũ duxerimus, q̃ vt ea pecunię summa tibi ex fide representaret. Quin videndũ potius, quia pegre huc profecti simus, & ob id indigenarũ iniurię obnoxii, ne eorũ ars sit hęc, quibus nostra hęc frumentatio ab initio fuerit inuisa, iniquoq; aĩo ferant, te summum virũ, dignitate & opib⁹ florẽtẽ, comiter nimis & humane ignotos hoĩes domestico cõuiuio accepisse, tibiq; familiari iũxisse hospitio. Quod ipsum quia ęgre euenisse ferũt, ad tuũ fauorẽ & studiũ a nobis alienandum hanc occulte calumniam nobis intẽderint. Sed quoquo modo res habet, per quicquid verę pietatis vbiq; est, tuam clementiã suppliciter oramus, ne tam crimẽ spectandũ putes, q̃ nostrorum ꝓgenitorum virtutes, totiusq; familię nostrę innocentiã. Fuit nobis pauus Habraamus homo (quod sine inuidia liceat dicere) oĩm, qui vnq̃ in terris fuerunt, iustissim⁹, quem in hac ipsa terra reges hospitio olim dignati sunt. Sapientissimi sacerdotes ob egregiam rerũ diuinarum humanarũq; sapientiã summo studio & honore coluerunt, qui pręclari geometrię inuenti vestris maioribus author fuit, qui ob vetus hospitiũ & necessitudinẽ vicinarũ vrbiũ Assyrios hostes ad Iordanẽ fluuiũ tumultuose victos pręda spoliauit, turpissimaq; fuga disiecit, cum quo ob rẽ pręclare gestam duo tũ reges hospitiũ iunxere: qui coelesti oraculo monitus, filiũ pro hostia immolandũ diuinæ aræ admouit, mactassetq; victimę loco, vt coelesti pareret oraculo, nisi id fieri numen vetuisset. Is qui tũc altaribus admotus est nobis auus fuit, vir & ipse pietate & innocentia inter suos insigni, cætera dignus qui tali esset patre procreatus. Ex hoc Israel, qui nos genuit Cananeorum iustissim⁹, huius miserabilis senectę misereatis obsecro, q̃ longo alioqui mœrore multisq; lachrymis affecta, ob vnius amantissimi filii interitũ, quem puerũ adhuc, cęterum pręclara indole amisit, si altero hoc vitę lumine fuerit orbata, haud dubie breui sit vitam cum morte mutatura. Sed melior eius cõditio, cuius dolor diuturnus esse non põt. Nos miseri, nos afflicti, sors nostra lachrymabilis & luctuosa, qui lege a patre accepta, vt sine hoc vno, quẽ flenti & inuito abstraximus, nemo nostrũ in patriam rediret, extorres, ignoti, & inopes, ꝓcul domo, ꝓcul liberis, ꝓcul oĩbus, q̃ sunt mortalibus charissima, inopia pressi & egestate errabimus. Quare te per quicq̃d numinis in coelo est, quicq̃d religionis est in tota terra, per regiũ Pharaonis nomẽ, per geniũ tuũ pientissimum oramus, flebiliterq; obtestamur, vt hanc cu'pã, siqua culpa in puero est, eam nostrorũ maiorũ iustitiæ ac pietati, miserabili parentis senectæ, nostris lachrymis, nostris precibus cõdones, velisq; familiã vnã per te iterũ seruari, vel si stat sentẽtia puerũ ad suppliciũ trahere, nos reliquos cum eo, quãdo ita mori fati⁹ sit, q̃ ad exiliũ & ęrumnas seruari, ad vnũ tollito. Verũ quoquo modo te nostrę lachymæ affecerint, vix tantũ spei in illis repositũ habemus, quantũ in tua pietate & clemẽtia: qui duo affectus tantũ inter alias virtutes tuas eminẽt, quantũ tu ipse inter cæteros mortales dignitate polles & potẽtia. Quũ hæc Iudas dixisset oẽs cũ fletu in illũ manus intẽderũt. Hic Iosippus suoꝝ lachrymis victus, simulatã ad id tẽpus ꝑsonã ferre amplius non potuit, arbitrisq; e medio sũmotis, Satis inquit habeo ꝙ & patrẽ meũ virũ optimũ adhuc in hũanis agere intelligo, & in Beniamin fratrem meliore sitis q̃ olim in me fuistis aĩo, q̃q̃ ne illud quidẽ vobis fraudi dandum existimo, sed ad diuinã refero ꝓuidentiã. Deus ille optimus q humana disponit, oĩaq; suo imperio regit, ita credo euenire voluit, vt fratrẽ temere ꝑderetis, (perdidistis enĩ quantũ in vobis fuit) vt esset, q̃ summo vitę discrimine vos, patrẽ, vniuersam domũ tueret. Agnoscite nũc fratrẽ, quẽ ex Rachele Israel pater vester idẽ q & meus genuit, ego a negociatorib⁹, q̃bus me vendidistis, in hanc terram adductus, ex seruo clarus, & ꝑpotens factus singulari (vt videre est) inter Ægyptios polleo dignitate, habeoq; ipsi Deo q̃ maximas possum gratias, ꝙ ita aliquando euenire voluit, vt vnus ex tot fratribus perierim, ne tota domus vno tp̃e periret, permiseritq; nos hoc potissimũ tẽpore opibus florere, quo & patrẽ meũ virũ oĩm hoĩm q vnq̃ fuerunt quiq; hodie sunt, optimũ, & vos secũdum illum mihi charissimos, inedia pene cõfectos tempestiua ope iuuarem, ad quos subleuandos larga dei benignitate nobis concessa est facultas. Cum iis ille assurgens cunctos ordine cũ lachrymis & mutua gratulatione est cõplexus. Nec tam insperati gaudii rumor intra vnius domus parietes se tenuit, sed in regiã subito delatus Pharaoni nunciat vndecim annonę pręfecti fratres ad esse viros florenti ætate oẽs. Eos Pharao in regiã accersitos familiariter ob Iosippũ cõplexus est, amplisq; muneribus donatos a se dimisit. Illi regiis muneribus largaq; frumẽtatiõe lęti, sed insperato nuncio adhuc lętiores domũ reuersi, oĩa, vt gesta erant, patri ordine exponũt. Ille reduces filios patria pietate exosculat⁹, vbi & Iosippũ, quẽ diu luxerat, pręter spem viuere audiuit, supinis ad coelũ manib⁹ vbertim flens Deo optimo maximo gratulatur, hunc pium, hunc piis ꝓpitium

Apta deprecatio.

Habraami laudes.

Peroratio.

Iosippi & fratrum gratulatio.

prędicat,mox ad filios conuersus hortari cœpit,multisq́ precib⁹ obtestari, vt se cum tota domo in Ægyptum deportarent.Incredibile videndi filii desiderium senis animũ incesserat,atq́ eo magis cupiditas illa hęrebat animo,quo studiosius ab eo id postulatum acceperat. Magno igitur consensu Israelis filii,quum senis impium secuti,tum famẽ declinaturi,haud quidẽ multo postq̃ domũ venerãt,cũ pre,cõiugibus,sexq́ & sexaginta liberis ac tota domo,omniq́ re pecuaria ex Cananea terra in Ægyptũ migrauere.Iosippus venientẽ pr̃em cũ multis , qui cũ eo officii gr̃a obuiam pcessere,multa veneratione excepit.Phama tenet sub primum congressum præ nimio gaudio senem in complexibus filii,subita lętitia velut ruina quadam pene exanimatum. Inde senex ad regẽ pductus,familiariter ab eo appellatus, rogatusq́ pfiteri longioris vitæ quam adhuc agebat annos,trigesimum pfessus dicit supra cẽtesimum,testatus adhæc Isaachum patrem suum & auum Habraamũ multo seniores fuisse.Miratus vehemẽter Pharao est lõgissima vitę spatia in gẽte.Sedes inde Iosippo petẽte ad Heliopolim quę sunt & Aegyptiacæ rhebę dictæ, Israeli & filiis datæ. Vbi soli opportunitatẽ nacti,gentili instituto pecus alere pseuerarunt.Fuit Israelitarum pgenies in Aegypto longo deinceps tẽpore.Vbi supra modũ aucta, paulatim regum iniuria seruitio adacta est,iugoq́ seruitii accepto oĩa eorũ in peius abiere. Nili aggeribus construẽdis aliisq́ insanis regũ operibus adhibiti Israelitæ seruiliter operari.Longa fuit ea iniuria. Nec prius libertatis spes vlla genti affulsit,q̃ Mosis viri summi ductu inde sit populariter migratũ . Sed aliquot post ætates id fieri cõtigit.Fuit annus ille,quo Israel & filii Aegypti sunt terrã ingressi, ter millesim⁹ ab orbe cõdito quadringentesimus septuagesimus secundus,qui ducẽtesimus repromissionis fuit ac duodecimus,quo tẽpore Baleus in Assyria regnauit,q nono est loco post Ninũ rerum inter suos potitus.Apud Sicyonios Messapus.Est & Sparte sub idẽ tẽpus condita,a Sparto Phoronei filio, vt Eusebius pdidit.Secutus haud magna temporis intercapedine hãc Israelis in Aegyptum pfectionẽ Athlas vir rerũ cœlestiũ & astroꝝ peritia clarus.Fuit is Promethei frater Iapeto & Asia nympha genitus,a quo Mauritanię mons est insignis noĩatus,& ante tẽpora Claudii Cæsaris nostris hominibus ignot⁹.huius demũ principatu.Romana arma ad ea loca peruenere,ac tum primum sunt quędam circa montẽ Suetonii Paulini ductu diligẽtius explorata.Eius radices densis altisq́ repletæ syluis traduntur,incognito arborum genere,spectabili proceritate, materia enodi vertex vel media ęstate niuibus candẽs.Iuba q de terrę ratione nõ pauca scripsit,Euphorbion ab eo qui primus hærbam ipsam inuenit, nuncupatum in Athlante nasci author est , succo contra venena & ad visus claritatem longe efficacissimo.Propiora vero hæc , q̃ quæ ab aliis de hoc ipso sunt memorię prodita,mediis eum arenis asperum & squalentẽ, & qua ad oceanũ vergat in cœlum videri assurgere,cętera opacũ ac nemorosum scatebrisq́ fontiũ irriguum,ac qua Aphricam spectat,fructibus omniũ generũ sua sponte nascentibus,incolarum neminem interdiu videri, sed locorũ silentio & solitudine tacitam quandam animos propius accedentiũ religionẽ subire, elato super nubila vertice,atq́ in lunaris circuli vicinia abeunte.Micare eundem noctu crebris ignib⁹, ægipanum satyrorũq́ lasciuia impleri,tybiarũ ac fistulę cantu,cymbalorumq́ sonitu circunstrepere.Ad quę credenda tantum abest, vt quempiam astringam,vt nisi hęc a celebratissimis essent scriptoribus prodita,non sine cunctatione fuerim relaturus.Fuit scio' Athlas ab eo quẽ diximus alius longe diuersus,Libyes vt aiunt filius,a quo videri põt monti nomẽ inditum.Cęterũ astroꝝ peritia priori assignatur,qui Arcadię fuit incola,non Libyę.Sub id aũt tẽpus, quo Athlas in humanis egit,ingens vis mortaliũ Indię fines egressa in ea terra consedit,q̃ supra Aegyptũ Aethiopia est nuncupata.Causam pfectionis illius a nullo traditã reperio.Illud dixerim,nomẽ terrã ipsam dedisse potius aduenæ genti q̃ q́ ab ea acceperit, vt qui Indi antea dicerent,iam inde Aethiopes ab ipsa terra quam semel insedissent, sint nuncupati. Etenim quũ duplex sit omnino Aethiopia, altera ad orientẽ solem rubro & barbarico mari alluitur:ad septẽtrionẽ Libyæ & Aegypto cõtigua:ad occasum interiorem habet Libyã,ac reliqua parte,qua austro iacet obuersa:altera iungit Aethiopię,q̃ maior est & australior.Scio plærosq́ eoꝝ,qui primã hominis originẽ , nõ ad diuinã referũt puidentiã,sed sponte sua rati id animal e terra natum persuasum habuisse,mortaliũ primos fuisse Aethiopes,coniectura vsos,q́ Aethiopicum solum ante oẽs terras sideris propinquitate intepescere cœpisset,quũ terra esset ab initio vliginosa,quo cõtigerit,vt ex prima illa humoris calorisq́ temperie sit homo ipse genitus,atq́ eam terram,in qua nasci contigisset,libentius retinuerit q̃ diuersam vllam,quũ omnia adhuc ignota essent,requisiuerit.Credũtur adhęc Aethiopes mortaliũ oĩm verissimi indigenæ,quoniã vbi terra frequẽtius coli cœpta est , retorridũ illud solũ neminẽ ad sui cultum potuerit inuitare,& quod ad gẽtis vetustatẽ attinet,primum deorum

Israelis filii cum patre in Ægyptũ proficiscũtur.

Israelis ætas.

Anni mũdi.

Sparte.

Athlas rex.

Athlas mõs.

Satyri & ægipanes in Athlante.

Aethiopiæ situs.

Aethiopes primi mortalium.

Aethiopũ ritus.

cultum apud eos institutum memorant, primasque sacrorum cerimonias. Quam Homerus persuasionem secutus poetarum eminẽtissimus, Iouẽ & cœlicolas ad solẽnes in eam terram dapes profectos fabulatur. Seruitutẽ Aethiopes nunquam experti dicuntur. Semper genti libertas incolumis mansit. Cambyses, qui Macrobios Aethiopas bello petere ausus est, amisso exercitu vitæ periculum adiit. Eam solam gentem Dionysius & Hercules, quos terras oẽs perlustrasse phama est, intactam reliquere, aut quia ipsorum in deos pietatem sint reueriti, aut (quod propius vero est) quia inexpugnabilis sit visa.

Æthiopũ libertas.

Adiiciunt quidam Ægyptios, qui & ipsi de vetustate diu cum Scythis contenderunt, fuisse Aethiopum colonos, quoniam tota ferme Ægyptus mare fuisset olim, sed Nili inundatione postea continens sit facta, qui ex Æthiopia allapsus, secum vim limi ingentem deferat, perpetuaque exaggeratione habitabilem fecerit terram, quæ stagno aut pelagi fluctibus fuerat ab initio immersa. Quod deos præterea reges existimarent Ægyptii, haberentque sepulchrorum præcipuam curam, ex Æthiopia creditur translatiuum, sic & statuarum vsus, sic & literarum, quibus bifariam, vt illi, Ægyptus vsa est, vt quæ sacræ dicerentur sacerdotibus duntaxat notæ essent. Alterũ genus vulgo patuit. Fueruntque literarũ figuræ haud tales, vt ex illis syllabæ coalescerent, sed animantibus extremisque hominũ partibus, variisque instrumentis, artificiisque in primis perquam similes. Talis imaginũ scriptio vetustis quibusdã peregrinarũ rerũ monumẽtis adhuc Romæ visitur, singulisque (vt videre est) sua inerat figuris significatio, vt in accipitre celeritas, in crocodilo malũ, custodia in oculo, sicque aliæ in aliis. quo apparet: non Phœnicũ id fuisse inuentum, vt arbitrati sunt quidã, sed Æthiopum. Atque inde in Ægyptũ primo, mox hinc, vnde Agenor profectus dicitur, in Syriam translatum.

Vnde Ægyptus.

Qua literarum forma sint Æthiopes vsi.

Ex sacerdotibus, quẽ phanatico cursu circunferri viderint, omnium sanctissimum iudicant. Quem regem creauerint, velut numen insit, vulgo adorant. In quem is animaduersum volet, lictorem signum mortis habentem ad eum mittit, quo inspecto confestim quisquis ille est domum reuersus sibi mortem consciscit. Ferunt quendam per hæc morti destinatum quum de fuga agitare cœpisset priusquam se periculo subtraxerit, zona a matre strangulatum. Adeo persuasum fuit genti non licere mortem exilio cõmutare. Plures sideris propinquitate nudi agunt, ouillis caudis pudenda obtegunt. Quidã, sed pauci omnino, pecorum vestiuntur pellibus. Alii subligacula capillis contexta ad mediũ corpus induunt, pecuariam rem vulgo exercent, pecora pusilla admodum duri hirtique velleris. Canes & ipsi nihilo maiores, cæterũ asperi & pugnaces. Milii, hordeique frequẽs vsus: vnde potũ etiam cõficiũt. Cæteris carent frugibus, præter palmulas easque perraras. Quidam herbis victitant tenuioribusque harundinum radicibus. carnibus, lacte, caseo, vescuntur. Meroe fuit olim regni caput, clypei figurã ea insula imitatur ad tria milia stadiorum cum Nilo protensa. Accolunt pastores eam qui passim venantur, & agricolæ aurifodinas habẽt. Herodotus author est, apud Macrobios Aethiopas æs pluris æstimari quam aurum, cuius tam vilis sit vsus vt Cambysis Legati eo profecti, fontes viderint aureis catenis in custodia vinctos. quidam sisamum, alii lothum serũt, hebeno abundãt, & siliquastro. Elephantos venantur, Leones habent Pardalos & Dracones, qui multiplici nexu implicitos Elephãtes haustu sanguinis conficiunt. arcubus vtuntur quadricubitalibus ligneis & perustis, quo armorum genere eius gentis rex conatus est Cambysem a destinata expeditione deterrere. Instruuntur bello & mulieres, quarum pleræque oris labium æneo traiectum habent circulo.

Æthiopum mores.

Exemplum iustitiæ in fœmina.

Æthiopum victus.

Venerantur eorum quidam orientem solem, occidentem diris execrationibus insectantur. Mortuos nonnulli in profluẽtem deiiciunt, alii fictilibus condunt doliis, quidam etiam vitreis conditos domi in annum asseruant, religioseque interim colunt. Primitias offerunt. Sunt qui tradant regem ab his potissimũ declarari, qui forma & alendorum pecorum peritia, roboreque & opibus cæteros antecellat. Fuisseque ius olĩ Mẽphiticis sacerdotibus mortis per internuncium regi impandæ, alteriusque in demortui locũ, quẽ libitum esset, constituendi. Deum alterum immortalem credere, eum qui rerum sit princeps atque vniuersi conditor, mortalem alterum eumque incertum. Regem (vt antea est dictum) & eum qui de ciuitate optime meritus sit, secundum regem vt deum venerantur. Hodie vt ex iis accepimus qui in ea Aethiopia, quæ Aegypto est proxima, plures sunt annos versati, Christiano ritu Deum trinum & vnum colunt. Regem qui Prestoianes dicitur, in secundis habent. Itali Indos hodie (vt audio) appellant Aethiopas, qui supra Aegyptum colunt, profectionis (credo) illius non ignari, de qua nunc loquimur, quum procul inde alioqui ad ortũ recedat India. Consulto adhuc quarũdam gentium mores & ritus referre curæ fuit, & cum his terrarũ situs. Quæ relatio semel instituta, etsi toto mihi ope seruãda est (reddet enĩ res historiam multo iucundiorem, atque vtiliorẽ cognitu) nescio tamen quonãmodo libẽtius id feci in ipso rerũ scribẽdarũ exordio, ne in recessu operis postquam vberior se nobis materia aperire inceperit, ab ipsa rerũ dicẽdarũ serie sæpius abduceretur sti-

Æthiopum religio.

lus,cuius nunc ne obliti videamur,ad Israelitas redeo.In qua gẽte sub id tempus,quo Indi ĩ Ae-
thiopiam profecti,Moses dux & propheta summus ex Amarame patre iam septuagenario est na- Moses.
tus:cuius ductu Iudęi ex Aegypto digressi,supbissimo Pharaonis liberati sunt seruitio.Sed mirũ
videri possit,ꝙ ad hunc locum omnes eius terrę reges iam inde ab Habraami tẽporibus vna ap-
pellatione referantur,quum si vnus interim fuisset,quemadmodum ex Herodoti lectione põt in-
telligi quem illi Pheronem dixerint,manifeste appareat tot ætates superesse non potuisse. Cæte-
rum præterq̃ ꝙ Biblyaci libri,Eusebius,Iosephus, Augustinus sunt mihi in eo idonei authores,
Manethonis Ægyptii sacerdotis cõmentarii scriptũ habuere, Pharaonis appellationẽ oẽs Ægy- Oẽs Aegy-
ptios reges tulisse olim,quũ suum alioqui nomen esset singulis,qui mos & in Persarũ reges alia- ptiorum re
rũq; gentiũ postea sit trãslatus,vt appellationẽ vnã plures tulerint,quã scriptores secuti oĩa poste- ges Pharao
ris obscuriora reddidere.Requirenti adhęc mihi appellationis huius causam,vna potissimũ con nes dicti.
iectura subibat animũ,a Pharo insula,q̃ Alexandrię obuersa iacet, Pharaonis nomen regibus ab Pharos.
initio datũ.Insula vetustissima quam Proteũ tenuisse Homer⁹ significare videtur. Proteus Phe Proteus.
roni in regnum successit,illi inquã q multa post Habraamũ fuit ætates,atq; eo Pharaone multo
recẽtior,qui Habraamo fuit æqualis.Suspicari libet Pharones ab Herodoto & aliis gręcis appel-
lari,quos Hebręi & quicunq; Hebręos secuti sunt Pharaones dicere maluerunt. Accidit igit̃,vt
prius q̃ moses nasceretur Ægyptiacus sacerdos,oraculo ne instructus aliquo,an ꝓpherico impul
pulsus spiritu,incertum habeo, Pharaoni nuntiauerit,Hebraico sanguine puerum nasciturum,q
multum regni opibus esset obfuturus.Permotus Pharao eiusmodi oraculo, vel vt Biblyaci libri
tradunt,quia Hebræorꝫ gens multo numerosior videri cœperat,q̃ ipsi regi & vniuersæ Ægypto Pharaonis
tutum crederet̃,nutriri vetuit omnem virilem Israelitarum stirpem,quę deinceps nasceret̃.Capi edictum.
tale futurũ edicit,si quis matem tolleret,obstetricibus adhęc indigenis dat̃ negocium , vt omnia
attente explorarent,ne in cuiusq̃ puerpio fieret fraus.Nemini erat dubium totam Iudæorꝫ gen-
tem,quę adeo ad id tempus in Aegypto creuerat,vt ad sexcenta virorꝫ millia in ea censerent̃, ho
minis ætate interiturã,si omnis alterius sexus soboles in ipso vitæ ingressu fuisset extincta. Sup
vetus igit̃ turpeq; seruitiũ cura & dolor tacitus Iudæorꝫ animos versabat,lamentari secũ iniquã
totius gentis sortem,cui sup alias clades quibus indigne pręmeret̃,crudelissimi regis impio oĩs
spes successionis adimeret̃.Oculos ad coelum tollere,numenq; suppliciter ꝓcari,ne populum ve-
rę pietati addictum,impii regis iniuria extingui pateret̃ . Facere hæc vulgo alii , sed Amaramis Amaramis.
vir in Iudęis iustitia insigni omnium maxime.(sic enim comparatum est,vt ꝓclara hominum in
genia non ꝓsentia solum,sed futura etiam ꝓspiciant,sintq; eiusmodi homines de communi salute
ꝑter cęteros solliciti.)His ille curis anxius coelesti voce visus est sibi p quietẽ moneri,fore, vt po-
tentissimum illud coeli numen,cuius imperium omnia sequuntur,quod per tot rerum humana-
rum casus Habraamum authorem gentis protexisset,quem ex inope & ignoto in Cananea terra
locatum diuitem & clarum fecisset,intempestiuo Sarrã donasset puerperio anum sterilem & de-
crepitam,qui deus Habraami filio,qui nepoti,qui ex nepote procreatis toties dexter volensq; af-
fuisset:qui miranda eidem genti annuerit olim,& dederit incrementa,idem breui suo esset popu
lo ducem daturus,qui ex suorum ceruicibus seruitutis iugum excuteret,fractisq; Pharaonis opi
bus,per omnes esset terras suum nomẽ propagaturus. His Amaramis bene sperare iussus,simul
& illud dicit,patrem se mirandę illius sobolis futurum,daret modo operam procreationi , cæte-
ris rebus fata ipsa viam inuentura.Lętus ille nocturna specie,rem cum Lochabetha cõiuge com
municat.Constituunt itaq; inter se,vt cælato mulieris vtero,quantum humana prouidentia ca- Mosis ort⁹.
ueri posset,partum quoq; occultum haberent.Nec rei defuit euentus. Mulier inde puerum eni-
xa tris propemodum menses secretiore parte domus aluit infantem . Inde metus vtrunq; incessi
sit,ne si vagitu suo puer proderetur,quod credere erat aliquando futurum, ambo cum tota do-
mo ad supplicium traherentur.pueri vitam numinis prouidentię permittũt,simulq; viminea ci-
sta bitumine oblita inclusum,proxima Nili alluuione deponunt. Vehebatur secundo fluuio fata
le onus haud procul a ripa,quum Themura regis filia,quæ tum forte cum æqualibus multis cir
ca Nilum puellari lasciuia errabat,alueum conspicata,vt est humanus animus scrutandi auidus
siqua in occulto sint,iubet cistulam apprehendi.Puerumq; intuita,clamore circa illum & plausu
gestiens iacentem osculatur,inde indigenæ mulieris vberibus admotus est,quę sponte sua vel ac
cersita potius(vtrũq; enim scriptũ reperio)eo occurrerat.Repudiauit eã puer alimoniã ceu alie
na vbera fastidiret,mox ĩ alia atq; alia idẽ expta Themura,angebatur aĩo vehemẽterq; dubitare,
ne longa infans inedia deficeret,consilium inter æquales capit,qua via imĩnẽti fato puerũ subtra

heret,superuenit interea hęc agitãtibus Maria Amaramis filia, quasi diuersum negociũ secuta: cæterũ occulte a parentibus ad id submissa,vt totius rei exploraret exitũ. Tum puella,nimirum inquit infans hic alterius gentis auersatur alimenta : qđ in tribuli fœmina haud reor euẽturum. Agite nunc si placet,idꝗ in muliere aliqua hebręa experiamini,siqdẽ cõiectura adducor haud in epta,vt credã puerũ peregrini esse sanguinis,metuꝗ a parentibus in ꝓfluentẽ deiectum.Assensa his est regia puella,eãꝗ ipam ire iubet,fœminãꝗ sui generis aliquã ad se vocare.Nũciat cõtinuo illa parentibus quid acciderit,& quod ab regis filia haberet mandatum.Aduolat eo mater quasi rerũ oĩm ignara, nequa suspitio oriri posset,si filiã secuta ad reginã venisset. Huius pectori ĩfans adhibitus cõfestim materna vbera inuadit.Lęta pueri affectu Themura,huic potissimũ quã fortuna primo obtulisset,eum destinat alendũ.Pro suo nutriri iubet,impunitatẽ pollicita.Ipse puer, quia ab Ægyptiis aqua Moys dicit,is vero eductus,ab ipso rei euentu Mosis ille postea nomẽ tulit:atꝗ ita diuina prouidentia cõtigit,vt ex ea domo,vñ genti vniuersę exitiũ ꝓpter hunc vnum impendebat,sit puero salus q̃sita.Alebatur ille diligenti cura,cũ regiæ puellæ iussu,tum spe tacita parentũ,quã de eo iam inde ab nocturno illo oraculo imbiberant:elucebatꝗ in eo adhuc puero maius in dies futurę virtutis lumen,vtpote qui ab Habraamo septimus esset.Erat eñ Amaramis filius,quem Caathus genuit:Caathũ Leui,huius Israel fuit pater Isaacho nat⁹,atꝗ Habraę nepos.Et iam triũ annorũ Moses festiuo hilariꝗ aspectu,oĩm in se oculos verterat.Quibus naturę dotibus Themura permota,eum in filium sibi optat,eundem in complexib⁹ habet,fouet,osculatur,ad patris conspectũ trahit:& vt libero erat ingenio,paternę indulgentiæ secuta. En inquit pater tibi mihiꝗ deorum (vt credere par est) munere q̃situs est successor. Tu nec filię votis nec fortunę quęso beneficio repugnes.Annuit Pharao filię precibus,puerũꝗ gremio receptũ in futuræ successionis argumentum,an ludens potius parum compertum habeo,paruo,quod satis constat,diademate insigniuit:fatorũ credo immemor,aut certe patria charitate victus. Id insigne puer inter crepidia arreptũ humi affligit:afflictũ pedibus conculcat.Acceperunt qui tum circa regem steterant non sine gemitu id omen:nec fatidicus sacerdos,qui tum forte aderat,tẽperare potuit:quin tum quoꝗ regem fatorũ admoneret,apertaꝗ prędicatione diceret, hũc videri sibi puerum,quẽ magnam aliquando cladẽ Ægypto allaturũ fata portenderẽt:Eum vt publicã pestẽ dirumꝗ exitiũ cauendũ prædicere,deorũ hoĩmꝗ fidẽ testari:certissimũ incendiũ Pharaoni, eiusꝗ regno ante oculos nutriri,dũ regię puellę nimis a patre indulgeret.Hæc ille vociferat⁹, mouerat non solum alios,sed & regem ipsum.Subibat adhęc animũ oraculi memoria.Qua territus haud lõge aberat,quin puerũ e filię cõplexibus arreptũ,suis iugulandũ traderet:sed plus oĩno ambiẽtis filię gratia,aut (quod magis credo) fatorũ necessitas valuit.Obuoluta illa genibus patris ætatẽ excusare,q̃ nihil adhuc saperet.Ad omen igitur eleuandũ carbones iubẽt puero accensos offerri ex ea re exploraturi,an nocitura etiã temere tractaret.Hic factũ memorãt: vt nõ sine ꝑpetua linguę clade,ex his aliquot repente hauserit. Huiusmodi casibus eius infantia iactata est.Verũ quũ iam per ætatẽ adoleuisset,essetꝗ animi promptitudine,multaꝗ vi corporis oĩbus cõspicuus, ingenio adhęc supra ætatem longe prudentissimo,& ob hęc illi aulicus fauor conciliatus,ita accidit:vt Aethiopes,qui tẽpestate illa mutuo rerum cõmercio Aegyptũ vulgo frequẽtabant, forte iniuria affecti (qualis ea fuerit,authores, quos seqmur, non tradunt) tumultuario bello vicinã terrã inuaserint.Ægyptii & ipsi vim armis vindicaturi,incomposito agmine prodeũt illis obuiã: fuitꝗ his prima pugna parũ ꝓspera,multi prælio cæsi, reliqui turpi fuga dilapsi domũ pro victis trepide abierunt.Aethiopes victoriã secuti Memphim vsꝗ Aegyptũ populati sunt: & iam oẽs illorũ conatus eo tendere,vt Pharaonis regnũ funditus euerterẽt.Gentis igitur opibus in huncmodũ fractis,quia suis viribus Aegyptus stare nõ poterat,ad diuinas sortes (vt mos est gẽtis) cõfugit.Ex oraculo est relatũ Iudaici sanguinis duce opus eẽ,si Aegyptii vellẽt rerũ suarũ statũ in melius mutari.Quę vox vbi audita est,vniuersum vulgus,velut e cœlo noĩatim Moses posceretur,copiarum imperium vni destinant: & rex a filia ducẽ sibi in aperto regni discrimine concedi postulat.Magno itaꝗ omnium consensu:totius belli administrandi cura potestasꝗ vni ꝓmissa est.Lætari secum interea Israelitæ, atꝗ in melioris formæ spem erecti,rerum omnium euentum taciti expectabant.Moses omnibus quæ ad bellum necessaria erant comparatis, in Æthiopas mouit:quib⁹ ne suus accessus aliquo modo pręsentiretur, a ripa fluminis diuersus ducere cõstituit. Verum quia per loca serpentibus infesta ductandus erat exercitus,vim Ibidum ingentem papyraceis instrumentis in arcarũ speciem contextis inclusit.Herodotus author est, ex Arabia alatos serpentes ineũte statim vere in Ægyptum volare,quibus ad planitiei ingressum Ibides aues oc-

Vñ Moses dictus.

Septim⁹ ab Habraamo Moses.

Diadema cõterit Moses.

Recens fatorum admonitio.

Bellum Aegyptiis infertur.

Moses belli dux declaratur.

Ibidum virtus.

currant,passimq; conficiant,esseq; ob id autem ipsam apud Aegyptios in magna veneratione.Ipsa fere nigra est:gruinis cruribus,rostro maxime adunco.& hæc nigrarũ est Ibidũ species,quę cũ serpentibus ingenito quodam odio decertant.Est & alterũ genus.Hui9 pedes humanis similes.gracile caput, cætera candidum,pręter ceruicem,alarũq; extrema,crura & facies cæteris haud dissimilis.Serpentibus figura Hydrorum,alę non pennatę,sed vt vespertilionũ glabrę. Aduersus horum incursum Moses ibidibus vsus ad hostes incolumi exercitu peruenit. Mira videri possunt q̃ Herodotus de ingenito auis huius odio in serpentes prodidit: quibus ex Arabia in Ægyptũ volantibus ad ingressum planitiei infesto occurrant volatu,quibus locis ingẽtes & citra fidẽ referẽdi visanť ossium & spinarum aceruí : quí nihil obscure arguãt,alatorum serpẽtium vim ingentẽ hic eo conflictu laniari.Sunt (quod ad hoc attinet) inter volucres quasdã & animalia terrestria inter se celebres inimicitiæ,quodam occulto naturę affectu:sunt & rursus amicitię. Dissident,satis constat,Olores & Aquilę:Coruus & Miluus: Aquilę & Trochilus,quoniã si credimus rex ille dicatur auium.Pari odio bella inter se gerunt: Mustela & cornix:Ichneumon & Vespæ:Anguis & mustela:Thoes & Leones.Rursus amici inuicẽ:Pauones & Columbę:Turtures & Psitaci: Cornix & Ardeolę.Sed hęc eo tẽdũt,ne cui parum credibile videatur quod Iosephus scribit, Mosen per infesta serpẽtibus loca ducturũ,Ibidũ pręsidio vsum:quarũ in id animal odium,Herodoti Pliniiq; testimonio,sit nulli ignobile.Moses haud multo postq̃ ad hostes venit cum his acie cõgressus,modico certamine supauit. Victor inde exercitus Aethiopiæ fines ingressus,terrore multaq; hostiũ clade Aethiopiã puagať.Postremo ad Meroen sunt castra admota.Id enĩ nomen illi postea fuit,tunc aliud fuisse crediderim.Estq; a Cambysis sorore Mẽphis,vt quidam tradunt,vt alii ab vxore nuncupata.Sed tam hi q̃ illi a mẽdacii suspitione vindicantur.Habuit Cambyses sorores duas,quarũ vtrãq; vxorẽ duxit:Sed altera Aegyptiaca expeditiõe illum comitata est,ab eoq; in Aegypto interfecta,causa suo loco explicabitur.Est Meroe insula oĩm, quas Nilus effecit,amplitudine maxima,Libyã versus vastis arenę cumulis circũsepta:qua in Arabiã iacet obuersa,pręceps,& abrupta:ad meridiem Astabotę,Astapodis,& Astabosę fluuioꝝ occursu pfundiť: reliqua parte quæ septentrionem & Boream spectar,Nilo claudiť.De eius magnitudine loco haud multum hinc diuerso diximus.In ea insula tum regio erat Aethiopum,& vrbs pręter locorum natura,humano etiã ope munita,fossę adhæc ad fluuioꝝ inundationem arcendam circa regiam ductæ,oĩa Ægyptiis reddebant impeditiora.Fuit itaq; obsidio illa oĩm spe difficilior:Moses longioris moræ impatiens,circa vrbem crebro adequitãs,cuncta animo & oculis lustrare, an vi aliqua, aut arte queat ad hostẽ penetrare. Verumenimuero amor illi obtulit, si Iosephus q̃ hæc tradidit verus est author,quod neq; vires neq; bellica studia antea potuerant. Tharbis regis filia illũ circa muros versantẽ conspicata,viri forma & celebritate capta,per fidissimos seruos vrbis proditionem pollicetur,si se legitimę sit coniugis loco habiturus.nec Mosi displicuit conditio,quippe qui id bellum quoquo modo cupiebat ad exitum perduci.Fide igitur in id q̃d petebať data,cõfestim vrbe potitus est:qua recepta nuptias celebrat.Nec pulcherrima victoria plus illi gloriæ apud Ægyptios peperit,q̃ obtrectationis & inuidiæ.Etenim domum reuersus variis apud regem criminibus iactatus,quum cędis quoq; argueretur in Aegyptio homine perpetratæ,postq̃ capitalia de se consilia apud regem moueri sensit,imminenti se periculo fuga q̃ occultissima subtraxit.Cęterum veritus,ne dimissi essent,qui se a fuga retraherent, omnem hominum occursum vitabundus per deserta & deuia loca ad Madiam peruenit. Fuit id oppidum in troglodytica ora ab Habraami filio dictum,vt tradit Iosephus.Mira sunt quæ de Troglodytarum ritu Plinius scribit in historia. Excauare eos subterraneas specus,quas pro domibus habeant: vnde & nomen genti inditum videri possit.serpentium carnibus victitant,pro voce stridor est illis,ob idq; omni sermonis cõmercio carent.Quę si ita habeant,nõ videꝺo:quæ hospitii,matrimoniiue cum ea gente iungendi Mosi esse potuerit occasio:nisi quis alios Troglodytarum mitiores aliis esse arbitretur.Cęterum qualiscunq; fuit ritus gentis, quæ tum Mosem profugum excepit , ad puteum oppido propinquum animo & corpore æger paululum sedisse traditur . Compulerant sub id tempus eo sorores septẽ quæ patrio more oues pascebant,suos greges.Idq; aliquanto tempestiuius fecerant,vt cæteros p̃uenirent pastores aquationis compendio , affuit nec multo post alia frequens pecuariorum manus,arcebaturq; infirmior sexus a canalibus,suoq; aquationis loco . Moses rem indignam ratus, per contẽptum & iniuriam puellas suo commodo priuari,præsertim q̃ officium maturassent,facto in pastores impetu loco deturbat,atq; ita contigit:vt suos illæ per ocium greges potui admouerint. Ea res Mosen Raguelí carum patri sub primum ad vrbem accessum conciliauit . Erat is Raguel,

Ibidis figura.

Inimicitiæ variorum animaliũ.

Amicitię beluarum.

Memphis.

Meroe ĩsula.

Moses proditione Meroe potiť.

Mosis exilium.

Troglodytæ.

sacerdos plurimaq; inter suos authoritate. Excipit itaq; ille Mosen venientem grato hospitio: excepto filiarũ vnã matrimonio locat: mox in generum ascito omne pascendi pecoris vni pmittit negociũ. Quo tpis spatio quũ forte Moses circa Sinã mõtẽ, seu Orebũ (vt alii dicũt) soceri oues veteraret: essetq; loc⁹ veterib⁹ accolis sacer, qppe q vulgo psuasum haberẽt certũ ibi numen inhabitare: mirũ dicitur illius oculis pdigiũ oblatũ, virentẽ rubrũ intuitus est: quẽ citra oẽm folior & frugũq; cladẽ innoxia cõprehẽderat flãma. Cui⁹ rei nouitate, quũ aliquãdiu Moses defix⁹ stetisset: postremo explorãdę rei studio, quum ppius accessisset, vox inde reddita est. Primoq; increpitus, q ad loca religiõe inaccessa temere penetrasset: inde bñ est sperare iussus, qñ nõ sine numine talia euenirẽt. Iret: & cœlestis vocis imperiũ secutus oẽm Iudęorũ gẽtẽ, q in Ægypto esset, seruitio liberaret, atq; in eã terrã deduceret, quã Habraam⁹ gẽtis author olim tenuisset. Moses etsi ob ea, q viderat, parũ liber erat religiõe, haud frustra rat⁹ id pdigiũ fieri, corã tñ excusat: nũc gẽtis ĩbecillitatẽ. q lõgo pressa iaceret seruitio: nũc linguę segnitiẽ, cladẽq; a puero in Pharaonis cõspectu sibi cõflatã. Quid si qsq̃ me roget, ingt, quo authore rẽ tãtã sim mouere ausus, haud qdẽ itelligo, qd rũ demũ me illi rñdere oporteat. Sũ ego, ait vox illa, q sum: & ab eo q sit, te illuc reuersum dixeris. Atq; scdm hęc q audiuerat Moses ab eodẽ oraculo iussus pastoralẽ baculũ abiicit, quẽ manibus habebat: ibi miraculũ multo maius ẽ factũ: cõfestim virga in serpẽtẽ versa est. Qui tumidus violẽtusq; linguas in Mosem vibrãs ceruicẽ exaduerso tollit: mox specie illa vltro remittẽte, baculus pristinã recepit formã. Manus adhęc sinu exerta, velut lepra quadã obduci visa est. Postremo aq̃ puteo hausta humiq; effusa ĩ cruorẽ versa ẽ. Quib⁹ ille pdigiis mot⁹, certusq; tãtis cœptis haud numẽ defuturũ, a Raguele ĩ Ægyptũ, iã Pharaõe ĩ cui⁹ aula educat⁹ fuerat extĩcto, reuersus est.

Rub⁹ Mosis

Prodigium

Redit⁹ Mosis in Ægyptum.

M.ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIÆ HISTORIARVM AB ORBE CONDITO. ENNEADIS PRIMÆ. LIBER TERTIVS.



FLOREBAT per id tempus ocio & diuitiis Ægyptus, quę quo magis affluebat, eo insolentior erat gẽtis luxuria, maiorq; mortaliũ cõtemptus. Mala enim prauaq; ĩgenia, quo meliore sunt fortuna, eo inclemẽtius exercent imperiũ in eos, quos iniurię hñt oportunos. Premere illi media rerũ quiete, crudeliterq; vexare Hebraici sanguinis viros. Nullum erat regiæ insaniæ opus, cui non illi seruiliter admouerent. Nulli regum vnq̃ insanis extructionibus suas vanius opes pfuderũt q̃ Ægyptii. Mines qui primus omniũ in ea terra rex fuit, ad centũ stadia humo congesta in montium angustias coniecit Nilum, vt nõ suo sed alieno flueret arbitrio. Idem & Memphim vrbem condidit. Mœris q pluribus interiectis ætatibus post illum regnauit stagnum effodit tam enormi vastitate, vt Nilo senis mensibus epoto vix sit capacitate nimia expletus. Huius miraculi pyramides illæ medio stagno extantes cœloq; surrectæ, cæterum vsq; adeo in profunda vada demissę, vt partẽ operis multo maximam ambitiose substrahant spectantium oculis. Sed maior Cheopis insania: qui centum milia operariorum decennio vel vno opere exercuit: huius Pyramis illa quinum stadiorum altitudine: alteraq; sepulcri nomine erecta octogenum iugerum quaq; versum, pari celsitudine. Pyramidis vnius inscriptio testata est in apio, alliis & cepis ad operantium alimoniam emundis mille & sexcenta regi talenta, opus vnum decoxisse. Herodotus author est, hunc ipsum Cheopem pecuniæ defectu filiam prostituisse: quæ vt a patre iussa est, a singulis quos admisit lapidem vnum exegit ad destinatum opus idoneum. Ex qua materia meretricio quæstu quæsita, pyramis extructa sit quaq; versum pedes trecentenos habens ac sexagenos. Quid domus illa vno lapide excisa laborioseq; asportata? Quid alia aliorum opera quæ vanum gentis arguunt studium? Sed alii id laudi & immortalitatis spei dederunt. Pharao qui Israelitas exercuit odio & sæuitiæ indulsit, q ne gens ipsa ab opere & ærumna aliquando respiraret, aliqua de industria ĩchoabat vt miseram gentem assiduo labore torqueret. Etenim postea q̃ Iudaicę opes in Ægypto coalescere cœperũt, maioraq; in dies incrementa sentire visa sunt, fortuna gentis suspectior est indigenis facta, successus inuidiã peperit, suspitio odiũ & iniuriã. Obstiterũt duob⁹ grauissimis Ægyptiorũ affectibus Iosippi, q̃diu vixit, merita: eoq; sublato cõtinuo totã gentẽ grauis adorta est seruit⁹, tenuitq; ea malorũ vis vsq; ad pnepotes, q Mosis ductu & auspiciis seruitute liberati sunt. De quo ĩstituẽdus erat nũc sermo: nisi priusq̃ ex Ægypto egrediamur, de regionis situ moribusq; & ritu gẽtis pauca essent explicãda. Tota ei⁹ terrę portio, quã a Cercasorũ vrbe Nil⁹ dextra lęuaq; suo amplexu ad mare vsq; determinat, Canopico ostio ab Aphrica: ab Asia, Pelusiaco: fuit olim Ægyptus

Regũ Ægyptiorum insanię.

Mines.

Mœris.

Pyramis.

Ægypti situs.

nominata,atq; ob eam rem a plerisq; inter insulas relata est:ita se Nilo scindēte,vt triquētrā
terrę deliniet figuram. Quo contingit,vt a grecæ literę similitudine sit a plerisq; Delta cogno-
minata.Recentiores eam ad ortum solis terrā adiecere,quę a Nilo ad Erithręum vsq; sinū pro-
tenditur:& ad occasum haud parua terrę intercapedo antiquis finibus accessit.Arabię itaq; &
Erithręo mari inde iungitur:hinc Cyrenæ residuæq; Aphricę inhæret parti,ad septentrionem
pelago alluitur,quod ab ipsa terra Ægyptium appellatur,a ceruice & humeris Æthiopię est in-
serta.Si ab Ægypto Danai fratre nominari contigit,Mosis ætate Aerię illi nomen fuisse credide
rim.Sic ab initio dictam authores quidam tradunt. Herodotus Thebas nominatam existimat:
quia olim ea pars solum coleretur,quæ suo circuitu sex milia stadiorum,& amplius cōtinet,re-
liquam aquę obtinerēt.Ægyptii ante Psammetici regis tempora,se mortalium vetustissimos ar
bitrati sunt.Ille pręter argumenta a me rebus Scythicis relata,nouo cōmento inueterati erro-
ris gentem coarguit. Cepit eum cupido explorādi qui hominū primi extitissent,quive sermo
homini peculiaris esset a natura datus.Infantes duos iā inde a suo ortu in stabulo iussit a pasto-
ribus nutriri,qui capratum vberibus ambos admouerent,iussi nullam interim vocem emittere,
sed silentium tantisper tenere,dum puerorum explerentur desideria,mox clausos in solitudine
relinqui.Post bimatum igitur pastori stabulum recludenti,ambo porrectis manibus procidētes
Beccus clamāt. Tenuit pastor indictum silentium.Sed quum illi id verbum sępius iterarent,rē
pastores regi nunciāt.Mādat ille pueros silētio ad se deferri.Ac quum id per se postea explorasset,
sciscitatus est cuius gētis vox illa esset,& quid potissimū significaret.Cōstitit Phrygas bec-
cum panem appellare. Atq; iam inde Ægyptii eo argumēto vict',vetustatis palmā Phrygibus
concessere.Hęc se Herodotus Memphi a Vulcani sacerdotibus cognouisse prodidit.Alii quib'
haud grauate accedo,a mutis nutricibus infantes educatos memorāt.Cæterum quoquo modo
res acta est,satis cōstat Ægyptios tali coniectura victos,vana de se opinari desiisse.Scio ego fuis
se qui crederēt Ægyptios Æthiopum esse Colonos,qui mortalium vetustissimi habētur,vt p-
ximo est volumine demōstratum:vnde pertinax illa Ægyptiorum de vetustate sua orta videri
potest opinio,quam neq; Trogus tradit,neq; Herodotus,quod sciam. Ægyptii oīm primi.XII.
deorum nomina primo commenti sunt,manifesto suæ vanitatis argumēto,ac iidem primi(vt
quidam tradunt) aras & simulacra,delubraq; statuisse creduntur:animaliaq; in saxis figurasse:
quæ omnia plane arguunt eos ab Æthiopibus esse oriundos,qui horum omnium fuerunt au-
thores,vt tradit Diodorus.Memorāt præterea apud se mortalium primum Menem nomine re
gnū tenuisse,cui omnis Ægyptus præter Thebaicam plagam palustrem seruiuerit,atq; eorum
quę sunt supra stagnum Myrios,nihil ea tempestate fuisse. Stagnum septem dierum nauigatio
ne aduerso Nilo a mari nauigat.Habet itaq; interni maris ora tria milia & sexcēta stadia,a ma-
ri rursus ad vrbem Elephantinam regionis confinium stadiorum paulominus septem milia,vt
Herodotus colligit,maior pars terrę huius acquisita,& mari olim adempta oblimatione flumi
nis.Iones quum totā terram in tres potissimū partes diuiderent, Europam,Aphricam,& Asiā,
quartum terrę membrum Ægypti delta annumerare cōsueuerunt. Alii græcorum bipertito eā
dimensi,hanc Ægypti partem Aphricæ,quæ reliqua fuit Asiæ tribuerunt. Cælum ipsi minime
pluuium,sed naturæ prouidentia.Nili de quo haud multo postea dicetur,inundatio eam inco-
lis resarcit iniuriam.Sed vt cælo & flumine Ægyptii a cæteris mortalibus sunt pene diuersi,ita
eorum mores & instituta iis quibus aliæ vtuntur gentes,magna fuerunt ex parte cōtraria. Hic
olim fœminæ negociari,cauponari,institoriaq; obire munera consueuerunt. Viri intra domo-
rum parietes texere,hi onera capitibus gestare,mulieres humeris,illæ stantes micturire,hi seden
tes,domi vulgo ventrē exonerare,in viis comessari. mulierum nulla neq; dei cuiusq̄,neq; deæ
sacerdotium habuit. Mares liberi gentili instituto parentes haud inuiti alebant,contra coge-
bantur filię etiam nolentes.Plęriq; mortalium in funere deglabrant capita, barbam promittūt,
Ægyptii promittebant capillum,& barbam tondebant,panem pedibus,lutum manibus subige-
bant.Horum fuit(vt Gręci persuasum habuere)& qui ab ipsis oriundi sunt,virilia circuncide
re:sed propiora vero quę de ea re alio loco diximus.A dextera in finistram literas digerūt:Ho-
rum mares binis vestibus vti moris fuit,fœminas singulis,bipertitus literarū vsus:prophanus
hic,ille sacer:sed vterq;(vt Diodoro persuasum est)ab Æthiopibus sumptus.Sacerdotes tertio
quoq; die corpora rasitare,ne quid sordis quum sacra faciunt,intercurreret.Linea ferre vestimē
ta,semper recens abluta,fassi mūditiæ gratia se circumcisos esse,quia satius sit mūdos esse q̄ de-
coros. Vestem sacerdotes lineam tantum gestare & calceos papyraceos.Fabam neq; ab illis seri,

Delta.

Primus sermo qui sit.

Pueri silentio nutriti.

Pueri a muris nutricibus educati.

Ægyptii primi deos commenti.

Menes.

Terrę partitio secūdū Iones.

Ægyptiorū ritus.

Literę & vestes ęgyptię
Circūcisio.

neq alibi natã comedi, immundum id legumen vulgo haberi. Hostiarum capita execrationib⁹
damnata, aut peregrinis negociatoribus venditabãt sacerdotes, aut si qui illa emerent, non af-
fuissent, in Nilum porriciebant: de quo illud vere dixerim ob mirificam ipsius naturam, vnum
Nili ortus ignotus. omnium fluuiorum esse in toto orbe maxime memorabilem. Eius ortũ Graeci & Latini scripto-
res ignorari vulgo arbitrantur. Herodotus ne Ægyptiorum quidem aut Aphrotum queq̃ a se
repertum scribit, qui fateretur se id scire. Caeterum in Sai vrbe sacrarum Mineruę pecuniarum
scribam audiuisse se hęc eadem sciscitantem, qui duos esse montes diceret, inter Syenen vrbem
Thebaidis & Elephantinã: quorũ huic Crophi nomen esset, illo vero Mophi: ex eoq medio Ni-
li fontes immensae altitudinis emanare, diuersaq inde abire flumina: ad septẽtrionem vnum, qui
idem esset & Nilus, alterũ Æthiopiam versus ad meridiẽ. Immẽsę altitudinis argumentũ fuisse,
q Psamnieticus Ægypti rex antiquissimus funibus multorũ milliũ passuum cõnexis, & in pro-
fundã Abyssum deiectis, ad imum vadũ non peruenisset. Sed tantum abfuit, vt eoq quę dicerẽ-
Verus Nili ortus. tur quicq̃ fecerit fidẽ, vt meram sibi fabulam narrari crediderit Herodotus. Arbitratur tamen
Nilum ex Aphrica fluere, ab eoq mediam secari pari fere tractu, quo & Europã ab Istro: Plini⁹
Iubã secutus ex inferioris Mauritaniae mõte, haud procul oceano lacu protinus stagnante, quẽ
accolę Alidem vocent, in quo pręter cętera Nili argumenta, Siluri quoq in eo reperiantur. Ob-
seruatumq quoties in Mauritania niues imbresq eum satiauerint, Nilum increscere, qui iã in-
de indignatus per arenosa fluere, sub terra conditur aliquot dierum itinere: mox aliquãto ma-
iore lacu Cęsariensis Mauritaniae in Massesylũ gente erumpit, eiusdem piscis argumẽto: iterũq
arenis receptus conditur. XX. dierum solitudinibus. Verũ vbi Æthiopibus propinquat, quasi
humanũ sentiat cultum: prosilit fonte, Aphricamq ab Æthiopia dirimens, feris primo, mox po-
pulis frequens, syluarumq interim opifex medios Æthiopas secat: Æstapu cognomine, quasi ẽ
tenebris fluens: passim insulas suis diuortiis fabricatus: & in his Meroen, de qua affatim supra.
receptis inde omnibus vnũ in alueũ aquis, Nilus incipit nominari: etsi tum quoq Cyrisanthes
per aliquot milia passuũ ab accolis dicatur: insulisq idẽtidẽ impactus, ac nõ nihil iritatus, in mõ-
Catadupi. tium incidit angustias: vnde violẽto cursu ad Æthiopũ locum, qui Catadupi nominãtur, per-
uolat. Hic ruere credit̃ nõ fluere inter occursantes scopulos actus, mox in apertũ euadens omni
domita violentia ac lenior factus, septem nouissime ostiis in Ægyptium mare euoluitur, proxi-
Nili ostia. mo Alexãdrię Canopico, Bolbitino, Sebenetico, Phanitico, Mẽdesio, Tanico & Pelusiaco. Adri-
Nili incrementa. ciuntur his alia quatuor, sed quę diximus verissima putantur. Herodotus pro Phanitico & Ta-
nico Bucolicum memorat & Saiticũ. Statis ad hęc omnium annorum diebus magno auctu, cę-
terũ haud semp eodẽ, per omnem spatiatus Ægyptũ, foecũdus terrę innatat. Eius incremẽti va-
rię produnt̃ causę. Ethesias vẽtos in causa esse qdã arbitrari sunt: qb⁹ ex arctoa mũdi plaga flan-
tibus, pelagi fluctu in diuersa ostia impulso, illa fluminis restagnatio sequatur: quod austrino fla-
tu Tyberino fluuio accidere scio quibusdã persuasum. Alii hymbribus ascribunt, qui in Æthio-
pia circa solstitium cadunt, eodem Ethesiarum spiritu nubila in meridiem depellente. Quidã li-
quefactis montium niuib⁹ qui in ipso sunt Æthiopię recessu, id accidere crediderũt: vnde origi-
nem Nilus habere existimat̃. Timęus vi sideris perpẽdiculariter illi in emersu incubãris, suspẽ-
di humorẽ arbitrat⁹ est, radiis solis vt in siticulosa mundi parte auidius alimenta arripiẽtibus,
atq ita diffusum amnem abundare. Sed quęcũq sit causa, satis cõstat, post solstitiũ aestiuale: pri-
ma sentiri incremẽta, Sole per Cancrum transeunte, mox largius per Leonem augeri, in virgine
residet iisdem quibus creuit modis, in totum reuocatur intra ripas in libra, centesimo (vt Hero-
doto placet) die, ab eo quo primus sentiri coepit auctus. Iustum incremẽtum cubitorum. XVI.
Minores aquę nõ omnia rigant: ampliores tardius recedendo accolarum remorantur commo-
da: in. XII. cubitis famem Ægyptus sentit: in. XIII. etiamnum esurit. XIIII. cubita hilaritatem
Iosippi somnia. affert. XV. securitatem: & quę optima inundatio est sexdecim, delicias. Naturam fluminis hu-
ius Iosippus cõtemplatus duplicis insomnii ambages Pharaoni interptatus est, quae diuinatio-
nis ratio ingentẽ illi peperit gloriam: patriq & fratribus occasionem dedit ex Cananea terra in
Ægyptũ migrãdi. Vnde eorum pronepotes Mosis (vt dicere institueram) ductu egressi sese in
libertatem vindicarunt. de qua te iam hinc dicere orsus essem, nisi caeterarum gentium pauca
memoratu non indigna, quae in haec tempora inciderunt, prius essent referenda. Nam & He-
Hemon. mon per id tempus primus omnium in Thessalia regnauit: a quo terra ipsa est Hemonia nun-
Cecrops biformis. cupata: & Cecrops Athenis regnum obtinuit. Hunc quia primus in Attica maris & foeminae
iugale vinculum inuenit, vetus Graecia (vt Trogus scribit) biformem fabulata est. Alii quia

Ægyptius genere fuerit,nec gẽtili tantũ,ſed & Attica quoq; vteretur lingua,biformem prodi-
derunt.Euſebius in hęc tpa reiecit quę de Prometheo tradunt.Quę adeo fabuloſe video a vete-
ribus relata,vt in gremio vetuſtatis tutius iaceãt,q̃ vt in hiſtoriæ theatrũ ſine rubore prodire
poſſint.Æqualis his eſt memoria eorũ quę de Hercule & Anteo ꝓdunt,quę nihilo relatu dignio Anteus.
ra putarẽ,niſi Plutarchus author eſſet,Antei cadauer ſeptuaginta cubitorũ in Tigenna Mauri Hercules.
tanię vrbe a Sertorio,qui Hiſpanię imperiũ aliquot annos obtinuit,refoſſum:ſpectatãq; portẽ-
toſam oſſiũ magnitudinẽ iis qui cũ eo tunc erãt.Nec quũ Herculis in pręſentia mẽtionẽ facio,
Thebani illius factã intelligi volo,ſed alterius potius vetuſtioris.Enimuero plærięq; viri illuſtres,
quod M.Tullius haud dubie demonſtrat,id nomen diuerſo tempore tulerunt. Ægyptii quoq;
inter.XII.deos Herculem ab initio finxere,fuitq; is vnus ipſi genti ſua tẽpeſtate notus:quo ap
paret Gręcos id nomẽ ex Ægypto accepiſſe. Hęcq; eo mihi vero propiora vidẽtur,ꝙ Alcmena
& Amphitryo(vt Herodotus prodit)etſi in Græcia orti ſunt,ex Ægypto tamen fuerũt oriũ-
di.Phama eſt(vt ad Cecropem & Athenarũ originẽ redeã)ſub id tẽpus oleam in arce illa quæ Olea nata.
poſtea Palladi ſacra fuit,ſponte enatã,nec multũ inde diuerſo loco fontis ſcaturiginẽ emicuiſ- Prodigia
ſe:quibus Cecrops cõmotus prodigiis ad Delphicũ oraculũ miſerit,reſpondit Pythia,oleã Mi Athenis fa-
neruę numen ſignificare:in cuius tutela ea arbor eſſet,vim ſcatentis aquę Neptumnũ:eſſe in ci cta.
uiũ poteſtate,ab vtrius nomine appellatũ vellẽt nouũ oppidũ.Atticorũ moris fuit olim vt pro-
miſcue mulieres viriq; inirent ſuffragia. Omni itaq; multitudine ad diſcuſſionẽ vocata,quum
mulieres Minerueę,viri Neptumno diuerſis ſtudiis fauerẽt,ita euenit,vt tum fœminæ plures nu
mero in Attica ciuitate repertę ſint q̃ viri:ob eam rem a Minerua,quã Græci Athenam vocãt,
Athenis eſt nomen vrbi inditũ.Cecrope adhuc regnũ tenẽte,diluuiũ in Theſſalia factũ memo- Athenę vn
rãt.Imperabat & Deucalion Promethei filius per id tempus circa Parnaſum mõtem,vnde fabu de dictæ.
landi materia veteribus orta eſt,nauigio illũ cum coniuge ad ea loca delatũ. Nõ poſſum nõ mi
rari fuiſſe,qui in hos annos reponerẽt eam terrarũ cladẽ,quę ſub Phaetõte accepta eſt,velut ita
venerit,vt tã varia in natura rerũ ſpectauerit humanũ genus momenta, ſine maiore vlla tẽpo-
ris intercapedine,vt alibi terra Cataclyſmo ſit obruta,alibi ſubito flagrarit incẽdio.Sed hęc oĩa
in eo ſunt vetuſtatis receſſu,ea fabularũ adumbratione inuoluta, vt ſine fidei eleuatiõe tractari
nõ poſſint. Quod vero ad Phaetontẽ attinet,quẽ vulgo aiũt Heridanũ vocatũ,oẽm de eius ca Phaeton.
ſu fabulã circa Padũ variis ornant argumentis:quo cõtigit,vt plęriq; fluuiũ quoq; ipſum Heri Heridanus.
danũ opinari ſint,& in his Philoxenus,Nicãder & Euripides poetę.Cæterũ tantũ abeſt,vt gra-
uiſſimi rerũ ſcriptores,vanę huic opinioni temere acceſſerint: vt eorũ quidã nullibi terrarum
affirmare audeãt Heridanũ inueniri.Æſchylus in Hiſpania fluere dixit Heridanũ. Theophra-
ſtus Phaetõtis oraculũ & delubrũ ſtatuit in Æthiopia:vbi eũ periiſſe exiſtimat.Sed hęc ego ad
coarguẽda ea quę de Phaetõte in fabulis tradũtur malo videri a me dicta,q̃ ꝙ ita pſuaſum ha-
beã nullo modo accidere potuiſſe,vt alicubi terrarũ nimia,& iſueta quadã ęſtus inclęmẽtia per
id tẽpus laboratũ,quo diuerſa terrarũ parte Cataclyſmus regionẽ vnã inundarit. Sed dũ alibi
terrarũ naturę vices in hũc modũ alternãt,aut certe nõ multo prius poſteave q̃ rerũ hęc viciſſi
tudo cõtigit,Moſes ex Troglodítice reuerſus ab Aarone fratre & aliis popularib⁹ ſumma acce Moſis redi-
ptus lętitia,primores occulte docet,qua ſpe,quave fiducia i Ægyptũ rediiſſet,quę numinis ad tus in Ægy
regẽ & ſuos haberet mãdata,in quę rerũ miracula circa Sinã mõtẽ incidiſſet.Fratre igit & aliis ptum.
paucis authorib⁹ ad Pharaonẽ ingreſſus in hunc modũ locutus dicitur.Si apud eũ regem,Pha Oratio ad
rao regum clęmẽtiſſime,in cuius demortui locũ merito ſucceſſiſti,eſſent mihi hodie verba faciẽ Pharaonẽ.
da:nec quis eſſem dicere opus eſſet,nec ſiquid ab eo fuerit impetrãdũ,magnopere id ad me cõ
tẽdi oportuiſſet.Etenĩ haud parui refert:ſint ne mores,vita,ſtudiũ,meritaq; noſtra nota huic a
quo aliquid impetratũ velis, an oĩno ignota:gratia ne & authoritate valeamus,an ludibrio &
odio ſimus.Sępe quidem verba perſuadent:ſed authoritas ſępius,gratia ſępiſſime.Ego in illius
aula immo in gremio a teneris annis educatus,ipſi regi charus,filię multo charior fui.Inde vbi
per ętatem adoleui,perpetuo in cunctos ſtudio & obſeruãtia tantum apud illos fauoris ꝓme-
rui,vt nõ ſolum in priſtina erga me indulgẽtia permanſerĩt,ſed velut regni ſucceſſorẽ clęmen-
tiſſime fouerint.Accidit interea vt graue bellum ſit huic terrę ex Æthiopia ortũ,vnaq; aduer-
ſa pugna ita ſint regni hui⁹ opes afflictę,vt hoſtes magnam Ægyptii partem populati de Mẽ-
phi regia occupãda cogitarent.Humanis igitur opibus diffiſi,hi qui tum regnũ adminiſtrabãt
ad Deorum ſortes cõfugere:ne omnino ignari eſſent,qua potiſſimũ via victori hoſti irent ob-
uiam.Hebraici ſanguinis duce opus eſſe reſponſum his eſt,ſi periculoſo bello defungi vellent,

Tum magno oĩm cõsensu dux ad hostẽ missus, incolumẽ per infesta loca exercitũ in Æthiopiã duxi: effeciq; vt breui hostes sentirẽt cum ipso duce mutatã esse belli fortunã. Et q de alieno re-gno euertẽdo nuper cõsilia captabãt, de suo retinẽdo sollicitos esse coegi, vici illos ingẽti ƥlio, victos in Meroen cõpuli: regiã vrbem natura & opere munitissimã expugnaui: cum ƥseuerãtia tũ arte & cõsilio, quãdo locorũ iniquitate armis nõ potui. Expugnatã Pharaonis imperio sub-ieci. Inuiderunt mihi inclytã victoriã qui tum circa regem plus oĩno poterãt q̃ posse debebant: atq; vbi victor a me exercitus est domũ reductus, cernerẽtq; nomen meum in ore multorũ esse (vt impatiens est omnis alienę felicitatis inuidia) haud prius me apud regem criminari destite-rũt, illiusq; aduersus me animũ irritare, q̃ vehementer mihi iratum, salutiq; meę infestum reddi-dere. Cessi tunc ego (fateor) non sceleris, nõ culpę vllius cõsciẽtia: sed ne innocentiã calumniæ, virtutem ignauię, laudem inuidię opprimẽdã in aperta iniuria destituerẽ. Eoq; cõsilio abii, vt q̃ lõgissime ab ea terra reliquũ vitę agerem, in qua obtrectatorꝝ calumnia cadendũ mihi erat, nisi me imminenti periculo subtraxissem. Verum licet humanis consiliis ire obuiã, diuinę volunta-ti nõ licet. Deus ille optimus maximꝰ, quẽ ea pietate, quę mihi a maioribꝰ tradita est, colere & ve-nerari nunq̃ destiti, cum forte in Æthiopia Raguelis soceri mei, viri inter suos religiõe & inno-centia singulari, circa Orebũ pecus versarẽ, mira est specie me seruũ affatꝰ. Nec verendum mihi est ne qs mendacii me, aut vanitatis arguat, quũ certo sciã & tũ præsens numẽ affuisse, & quum periclitari rem volueris, tũ maxime affuturũ. Ibi ego codẽ oraculo de Pharaonis exitu factꝰ cer-tior, vt te adirẽ sum superne monitꝰ, ac corã præcipere iussus, vt Israeliticã gentẽ, quæ toto tuo regno indigna seruitute ƥmit, sine maiore offensa Ægypti finibꝰ sinas abire, vt postea q̃ in Sina monte ego & illi rem diuinam fecerimus, eam petamus terrã quã olim maiores nostri tenuere. Et hęc sunt iussa numinis. Cui q̃ tutum sit Pharao repugnare, tute haud multo post experieris nisi fueris dicto obœdiẽs. Qꝫ q̃ si ne Deus quidẽ vllus his rebus interesit, oporteret te Pharao me minisse, quę haud ambigo, quando tibi aliqñ audita sunt, vt Habraamꝰ ille nostri generis prin-

Meritorum commemoratio.

ceps, olim in hac terra, & regis & sacerdotũ hospitio ob ingẽtes animi virtutes dignus iudicatꝰ multa ad hũanę vitæ vsum Ægyptiis cõmoda contulerit, vt Iosippus illius pronepos septenos sua ƥuidẽtia annos Ægyptũ dira fame seruauerit. Et (quod sine inuidia sit dictum) nos quoq; graui bello nõ solũ huius regni fines tutati sumus: sed in Meroen vsq; lõge propagauimus. Hęc (ni fallor) tãti sunt rex mitissime, vt si qs ęqua expẽdat lance, sitq; animo minime ingrato, dignã iudicet eam gentem, quę talis viros procreauerit, de regibus, deq; vniuersa Ægypto benemeri-tos, vt nõ modo incolumis & sine ignominia, sed amplissimis etiam honoribus publice & priua-tim aucta, in terram sibi suisq; cælitus promissam dimittatur. Nihil pręterea tã decet hũc q legi-

Sententia.

time imperet Pharao, q̃ vt se gratia & beneuolẽtia, nõ terrore & armis muniat. Nihil magis peri-culosum q̃ a desperãtibus timeri. Qꝫ si non merito maiorũ, nõ viuẽtiũ officia, nõ afflictę gentis miserabilis fortuna mouet, ꝙ in Nili aggeribus muniẽdis iuuentus nostra, in mõtium venis ex-cidẽdis, lutoq; subigẽdo iam multos annos seruiliter operaꝝ, at saltẽ illud moueat, ꝙ ipsum cæli numẽ ita velit euenire, vt vniuersa gẽs in antiquã libertatem restituaꝝ. Cui (iterũ dicã) Pharao nisi pareas, senties haud dubie nihil minus salutare esse homini, q̃ diuinę volũtati repugnare.

Peroratio.

Hęc ille quũ dixisset cerneretq; se ludibrio regi esse: nec ad diuini nõis mẽtionẽ qcq̃ eũ moueri, qn populares suos ac totã gẽtẽ multo grauius solito vexari: ac si qd ab eorꝝ aliquo minꝰ impi-gre nauareꝝ, flagro per cõtumeliã admoneri, Moses iterũ cũ fratre ad regẽ ingrediꝝ. Tum ille ca-uillãti similis, cupio (inqt) signis mihi demõstrari, an numini (vt ais) sit istđ cordi, vt tui Israe-litę seruitio vindicẽtur. Hic Moses ita opus esse ratus, virgã quã secũ ad hoc ipsum tulerat: vel

Miraculũ i virga Mosis.

certe qua iã grãdis natu pro adminiculo vteretur, corã rege in colubri speciẽ explicat. Sacri li-bri per Aaronẽ iussu fratris id factũ memorãt. Vertit ea res Pharaonẽ, & q circa illũ steterãt in admirationẽ. Inde vbi ea recepta, species illa oculis euanuit, tũ rex, aliquãto infestior coortꝰ, ma-gicę sunt (inquit) ambages istę, ne nostris quidẽ sacerdotibꝰ ignoræ. Ex eoq; ordine paucis ad eã; experiẽtiã dãdã accersitis, quũ illi aliqd ab initio prestitissent, appareretq; Mosen & fratrem pro ludibrio in ora hoim abituros, proiecta iterũ virga coluber ex ea factus, cæteros qui circũ-fusę multitudinis oculis obuersari putabanꝝ, deuorat. Nec ea res Mosi regẽ aliquo mõ æquio-rẽ reddidit, quin multo magis etiã iratꝰ, grauiori Iudęos premit seruitio. Tũ Moses & ipse ora-

Miraculũ i aquarũ mutatione.

culo monitus, rege & populo spectãtibus iubet fratri Nilũ virga percutere. Quo percusso cõfe-stim sunt plures fluminis aquę in cruorẽ versę, quibꝰ mixta sante fluentibꝰ plures est dies siti la-boratum. Eo prodigio adhuc magis Pharao irritatus omnia in Iudæos obstinatius decernere:

Tũ teterrimę clades alię sup alias secutę. Vis primo ranarũ ingens nõ solũ agros sed & domos ipsas infestissimo agmine insedit. Quibus vulgo morientibus teter pestilẽsq; odor oẽm cęli tractum multa labe infecit. Phtiriasis inde tabida corpora corripuit, vt neq; balneis neq; medicamẽto vllo ab ea sordiũ iniuria miseri accolę defenderent. Secut⁹ infestissim⁹ muscarũ incursus: ignotęq; antea bestiarũ figurę, mõstrifico aspectu agrestes territare. Quo metu omni cultu agri nudati sunt. Vulgatus inde morb⁹, corruptaq; lenta tabe corpora sua sponte vlcerosa fiunt. Deiecta cũ his & grãdo de cælo est, cũ tẽpestate fœdissima, ad id tẽpus ipsi terrę inexperta: quę sata, fruges, arbores, omne pecus, miserabili strage cõsumpsit. Cęterũ quicqd cælestis illa clades reliquũ in agris fecit, locustarũ numerus supra q̃ credi possit ingẽs, miserabili modo populatus est. Obortę ad hęc tenebrę, visum mortalib⁹ ademere. Huiusmodi malis cõcussus regis animus, nec victus tamẽ, quũ aliquoties tãtisper, dũ hæc vel illa remitteret clades, relaxãdi populi spem fecisset Mosi, sempq; periculo defunctus sęuior ad iniuriã cõsurgeret. postremo minat⁹ est se in eum capitaliter aĩaduersurũ, si id postulare vltra tenderet. Hic res mirãda traditur: nocte vna oẽs hominũ pecudũq; primogeniti percussi ad vnũ periere. Tũ demũ fractis omniũ animis Ægyptiorũ principes a rege efflagitãt, vt missam faceret gentẽ: cuius causa tot Ægyptus cladibus fuisset paucis diebus affecta. Hic abeundi potestate facta, migratũ ab vniuersa gẽte ex Ægypto est. Lõga cõsuetudo gentis effecit, vt abeuntes incredibile sui indigenis reliquerint desideriũ. Sexcenta virorũ milia qui arma ferre poterãt, pręter reliquã multitudinẽ quę immẽsa fuit, Ægypti finibus egressa dicunt, Mosis ductu, mense quẽ Xãticũ Macedones dixere: Ægyptii vero parmuthi, Nisam Hebręi, q apud Romanos idẽ est qui & Aprilis: q̃q̃ non desunt qui scribãt ita Nisam Hebraico instituto initiũ sumpsisse, vt Martii mẽsis & Aprilis esset particeps. Fuit annus ille gnatus ac ducẽtesimus ab eo quo Israel cũ filiis in Ægyptũ venit. Ab Habraami in eã terrã accessu quadringentesimus ac tricesimus. Ab orbe cõdito nonagesimus supra sexcẽtesimũ ac ter millesimũ, cum iã octogenarius esset Moses. Diem egressionis huius ex Ægypto Israelitæ iam inde solẽnem habuere. Pascaq; ab eo (vt Iosephus scribit) nominarũt: q, nullũ ad se incõmodũ peruenisset ex ea clade, quã postremo Ægyptus passa est: sed innoxius contigisset vniuersę genti eius periculi trãscensus. Sub ipsum pfectionis tẽpus, mysticũ Iudęi agnũ iussi fuerãt imolare, ac victimę cruore domorũ limina illinere: azimo inde pane vescẽtes cũ carnibus assis & lactucis agrestibus succincti lumbos, baculisq; innixi epulati sunt. Cœpit vitabũdus Moses per iuia populũ & deserta loca ducere, veritus ne si regẽ cõsilii pœnitere cœpisset, arreptis subito armis inermẽ multitudinẽ persequeretur: eãq; adeptus, aut fœde trucidaret, aut qđ paulo min⁹ calamitosum esset, ad seruitiũ retraheret. Sollicitus igitur per auersa itinerib⁹ loca ac pene inaccessa ductare, donec triduo ad mare sit ventũ. Nec Mosem fefellit opinio. etenĩ postea q̃ Pharao a trepidatiõe & cęde illa nocturna paululũ respirauit, reputãs secũ animo quãtũ regni opibus adimeret: si tãta vis hoĩm vno tpe, sua indulgẽtia, aut inertia potius ex Ægypto pficisceret, velut ea quę acciderãt, magica fraude facta essent, cũ subitario exercitu Iudęos e uestigio insequit. Quinquaginta equitũ milia, & CC. peditũ Pharaoni affuisse dicũtur: estq; tã numerosi exercitus author Ioseph⁹. Cęterũ nõ video vnde tãta armatorũ vis paucis admodũ dieb⁹, ne horis dicã, regi adesse potuerit. Propius igit vero est, q, vbi per speculatores ad id missos cognouisset Pharao, Mosem ad mare iter intẽdisse: nec per Arabicũ dorsum, qua iter multo breuius Iudæis ĩ Cananeã terrã patuisset euasurũ, ac ppterea fore, vt mari & mõtibus ĩclusum, ad oẽm ĩiuriã haberet opportunũ, tumultuose copias armarit. Verũ siue subitaria fuerit ea expeditio, siue mature pulsa: nã nihil phibet nos credere, iã inde a primis Hebręorũ motibus copias in hũc vsum instrui cœpisse: affuit nõ multo post Ægyptius, insessisq; mõtiũ angustiis inermem populũ circũsedit. Hęrebat sterili littore multitudo ingẽs, mari & mõtibus inclusa, sine armis, sine cõmeatu, oĩs bellici apparatus inops: apparebatq; noctẽ vnã quę ab iniuria hostem retardasset, morã occidioni facturam. Passim miserabilis cõploratio orta est, exaudiri gemitus & querelæ hominũ vulgo fortunã, extremãq; gentis sortem lamentãtiũ, detestariq; palam stultitiã suã, q, vnius cõsilium vel temeritatem potius secuti, in apertũ vitę discrimẽ suã filiorũq; salutẽ cõiecissent. Etenĩ quid amentius (inquiunt) fieri potuit, q̃ vt ex pacata amœnissimaq; terra, vltro in deserta veniremus: quib⁹ in locis, vt circũsessæ a venatoribus ferę, aut fame, aut ferro periremus! Oderant itaq; aperte ducem cuncti: vnũ omnes incusant: vnũ malorũ omniũ authorẽ prędicãt: vni quicquid paterentur passurive essent acceptum referunt. Hanc populi perturbationem & metum, Moses multis leuabat hortationibus: identidẽ admonens nõ oportere eos tã cito obliuisci, quę paucissimis dieb⁹

Ægypti clades.

Iudæorũ numer⁹ qui ex Ægypto egressi sint.

Anni mundi.

Pasca.

Mysticus agnus.

Pharaonis exercitus.

Iudæorũ querelæ.

pro eorum salute diuinitus in Ægypto facta essent:nec in animũ induceret miracula illa tã multa & varia ob id esse edita,vt deus optimus maximus in eã terrã suũ traheret populũ,in qua labore fessum,cõfectũ inedia,inermẽ,egenũ,inopẽ,impio traderet hosti trucidãdũ.Quin bene speraret,crederetq́ cæli numen breui viã ad salutẽ inuenturũ.Fore vt vel ipsa quę instaret nocte manifeste sentirent se deo optimo curę esse.Hęc ille. Simulq́ multitudinẽ iubet se ad iter expedire.

Mare Iudęis pãditur.

Inde silẽtio noctis littus petit Moses.Hic miraculũ ingẽs fieri cõtigit.Mari virga pcusso fluctibus in diuersa abeũtibus,patefactũ repẽte est populo iter.Dux oĩm primus vada ingressus,aquis hincinde in murorum speciẽ stantibus omnẽ secũ traxit multitudinem.ante quartã noctis vigiliã Arabicũ littus,qđ cõtra Æthiopico respondet,sine aliquo maiore tumultu primũ agmen occupat.Nec Israelitarũ ad mare pgressus fefellit hostẽ.Cęterũ vulgo credere Iudęos imperũ cepisse sese pręcipitãdi,ne capti ad supplicia & cruciatus retraherẽtur.Verũ vbi aduersum littus ab illis teneri est aĩaduersum,miraculo rei nõ nihil stupore defixi steterunt Ægyptii:inde dolore & ira pręcipitãte,qua cuiq́ pximũ fuit,cũ fremitu & clamore ad mare decurrũt,vt extremũ moratorum opprimerẽt agmen.Mox vero nudũ litt⁹ intuiti,sequẽdi studio temere & ipsi vada ingrediũtur.Et iã currus eqtibus mixti fugiẽtiũ extrema carpere ceperãt vestigia:euasissentq́ hostes nõ sine Hebręorum perturbatione & strage ingenti in aduersum littus,nisi fluctus,q plures horas immoti steterãt,rege cum oĩbus copiis obruto,in se reflui coiuissent.Miror Iosephũ,dũ miraculo hæc facta pbare cõtendit:inde argumẽtũ sumpsisse,vt diceret magni Alexãdri militibus per Pãphiliũ mare itidẽ terrestre iter patuisse:ita ĩquit: Deus voluit euenire,vt Macedones Persarũ regnum euerterẽt.Id neq́ scriptorum alius(qđ sciam)prodidit:nec si pditum sit,video cur Persis tum Deus iratior fuerit q̃ Macedonibus,qui nulla lacessiti iniuria fuerãt humani generis ocia turbare adorti.Nec cur his magis ppicius esse debuerit q̃ illis,quũ vtraq́ gens dęmonibus seruiret,nisi forte id fuit in causa,ꝙ Persica Iudęi arma quãdoq́ infesta experti essent,cõtra Alexãder pacatus ac pene fautor venerit Hierosolymã.Nec multo maioris est apud me momẽti Amasini Strabonis opinio,q cum miraculi phamã accepisset,pelagi naturę ascribere est ausus,quasi ęstuariũ ibi maris esset,vbi numerosi exercit⁹ aquis subito coeũtibus periclitari dicerentur. Legerat ille haud dubie fieri ibi contigisse,qđ tum vere contigit. Sed qui rem ipsam memorię prodiderunt,diuini operis ignari,vadosum mare arbitrati sunt,qđ vndis in diuersum abeũtib⁹ fieret aliquãdo peruiũ.Sed immẽsę ibi copię(vt illi aiunt)deletę sunt,copięq́ ipsę Ægyptiacę fuerũt:qđ Iosephus & Bibliaci libri nihil obscure demonstrãt:nec illa elemẽtorum vicissitudo fuit,sed miraculum.Etenim si pelagi natura vaga sit(vt illi opinãtur)si peruia maris intercapedo vicib⁹ alternat:quid est ꝙ nunq̃ fando auditũ est,aut proditũ,vt ęstuariũ illud prius,aut postea mortaliũ cuiq̃ patuerit:aut si patuit, quo pacto vndarũ illa vicissitudo Mosi notior q̃ Pharaoni esse potuit?q circũquaq́ loca illa regno obtinebat:qppe quę si pri⁹ fuisset explorata,neq́ eã euadẽdi occasionẽ nõ hostib⁹ ꝑripuisset, aut si ꝑripere nõ potuit, certe se ac suos in aptũ vitę discrimen nunq̃ cõiecisset.Sed quę tã sera hęc fuit recurrẽtiũ vndarũ mora,quę transitũ tã ociosum p tam multa stadia tot millibus hoĩm dare potuerit?Ac sic certe est,in nullis humana est natura cõtumacior q̃ in diuinis operib⁹ credẽdis. Moses & popul⁹ vniuersus manifesto numine seruati sub

Pharaonis exercit⁹ rubro mari obruitur.

Hexametri carminis apparatus.

lucem deo seruatori hymnũ cecinere.Phama est ducẽ ipsum hexametro carmine,cui⁹ apparat⁹ vetustissimus credit,tũ primũ diuinas laudes in pręsentẽ vsum fuisse cõplexũ. mox spoliis hostiũ lectis,quę pelagi ęstus passim circa littora disiecerat,lętũ agmẽ p deserta cœptũ est traduci. Inde quũ p arida & squalẽtia Moses iter faceret,sitis primo exercitũ ĩuasit:aquabãturq́ laboriose ex iis fontib⁹ quos lõge post se reliquerãt. Verũ vbi lõge procul maritima est ora relicta,nec solitudines ipsę vllis irriguę essent fontib⁹,tũ sitibũda multido ducẽ incusare,in eum probra,& maledicta iacere,qui cęco ductu per vastas & ignotas terras itineribus nõ antea exploratis tãtũ traheret exercitũ.Moses hmõi querelis cõmotus, oraculi iussu,virgã in fontẽ amarissimi gust⁹ in quẽ primũ inciderãt,piecit:factaq́ est vnda ipsa ex amara potabilis. Maratho nomẽ fonti ab aquę natura mãsit. Vox Hebręa est,amarũq́ significat.Ad Helim inde castra admota,locũ.XII. fontib⁹ irriguũ palmisq́ circũseptum. Hinc profectus per iniquiorẽ terrę tractũ,oĩmq́ alimentorum expertem indignabundus iter populus fecit. Hic plurium dierum erroribus fatigatus in vasta solitudine,quę inter Helim iacet & Sinã mõtẽ,omni spe vitæ abiecta,nõ imperium audiens amplius,nõ ducis hortationes,desedit. Indignantiũ hic voces passim audiri,satius fuisse se in Ægypto seruitio teneri,vbi nulla rerum inopia premerẽtur,vbi fumãtibus carnium ollis omniũq́ rerũ affluẽtię assiderẽt, venisse se alieno ductu in deserta mũdi,nõ magis hominum q̃

Marathũ fons.

ferarum solitudine dānata,iret bonus imperator,leuaretq́;,si posset,miserum populum siti & fame cōstrictū,operępciū foret,si impetu in eū facto illis ipsis locis lapidib⁹ coopertū necarēt:vt futuris ducib⁹ esset documēto,aut cautius ductādi,aut si minus idonei sint,ducatu & įperio abstinendi.Hęc in vulgus iactari,nec a vi procul res erat,quum Moses pacato vt erat aspectu,& ad promerēdā gratiā natura cōparato, iratę se multitudini obiecit:coetuq́; in concionis modū circūfuso,ita est populū affatus. Si in mea vnius aīa salus vestra vertereť Israelitæ viri,vt me vno quoquo modo sublato,vos liberiq́; vestri confestim meliore essetis statu futuri,vt prona fui in vos semp propēsaq́; pietate,libēs hoc caput pro oīm salute deuouerē,mortiq́; obiicerē:nec mali aliqd tū mihi accidere arbitrarer,quū tā numerosum populū ppria vita redimerē.Sed miror pręsentiū incōmodorum affectu,eam vos rerum oīm obliuionē cepisse:vt nec quid fugiatis memineritis,nec qd sequamini satis cōsideretis.Migrarunt maiores nostri in Ægyptū honoris(vt puto)& cōmodi causa:nō vt turpiter ibi,aut ipsi,aut posteri seruirēt·obtinebat tum Iosippus secūdū a rege in ea terra locū,ac q̄diu ille vixit,floruerūt maiores nostri inter Ægyptios opibus & gratia.Sed vt sunt hominum studia,quę facile mutantur,eo vno sublato,confestim in totam gētem indigenarū inuidia est coorta,ademptaq́; primo per iniuriā illis libertas,qua nihil est homini in vita charius:lōgaq́; maloꝶ cōsuetudo fecerat,vt nemo iam antiquā respiceret libertatē. Quū me nuper natū diuina prouidētia regię aulę iniecit,inde adultū ipsi gēti imperio pręfecit, vt esset vnde exilii mihi materia oriretur.Peperit mihi Æthiopici belli victoria inuidiam,inuidia exiliū.Hic ego curarū oīm expers quū forte ad Orebū mōtē soceri oues impellerē,cęlesti iussus voce in Ægyptū vt caduceator veni:Diuinū Pharaoni bellū indicturus, nisi vobis libertatem restitueret. Quibus inde cladibus fuerit Ægyptus concussa,dum vos in libertatem assero, omnes credo meministis.An putādum est sine numine fieri potuisse,vt tot dies Nilus cruentus fluxerit,q̄ locustæ sint & ranę agros populatę,q̄ tabificus morbus,q̄ sordida labes tam multos paucis diebus confecerit,aut q̄ nocte vna omnes totius gentis multorumq́; animaliū primogeniti,fuerint pcussi:nūc si hęc nō diuinit⁹ facta arbitramini,tā impii estis,q̄ illi ipsi q ea sunt mala experti.Age vero & quū Æthiopico littore armis vndiq́; & aquis clausi sederem⁹,essetq́; iam hostile ferrū iugulo admotū:nū aliud q̄ cæli numē nobis affuisse credēdum est,q̄ patefactis repente aquis per rubrum mare incolumes pedibus in pacatū euasimus?q̄ superbissimus rex qui extremū premebat agmen,cum omni exercitu sit mediis aquis obrutus?Et quem nuper hostem tantopere formidabamus,disiectus per littora iacuerit,iacēsq́; sit a nobis spoliis exutus?Qui nō hæc diuinæ puidētię esse credit:dignus sane fuerit,qui mediis fluctib⁹ cū ipso hoste extingueretur.Periisset olim omnis gens si Senex ille humani generis reparator,non maiore fuisset fide q̄ vos hodie estis,q multis ante annis q̄ Cataclysmus terrā operuisset,cælesti voce monit⁹ arcam sedulo fabricauit.Nec Habraamus vnicum filiū arę admouisset,si eius fides ex tam leuibus momētis q̄ vestra pependisset.Pudeat nunc profecto illius manes,si sentiant progeniem suam libertatis oblitā,cuius causa solus ipse ex Mesopotamia in Cananeam terrā demigrauit:pudeat Israelem q ne diuti⁹ socero seruiret,ad iratū fratrē redire maluit.Quid per deum sit,nō video q̄ pietatis diuinorum operum obliti,nulla libertatis dulcedine,nullo amœnissimę terrę,quam maiores nostri tenuerunt,desiderio moti,oīa pręsenti cōmodo metiamini,cælo & hominib⁹ ingrati. Abiicitis,prosternitis vosmetipsos,deq́; salute desperatis,velut feram,paruūq́; tēpestiuā,ad hūc diē diuinā opē fueritis experti.Quin agite,& tātisper precor durate,quoad ex cælo veniam,vestraq́; impetrē desideria.Spero equidem certissimū illud cæli numē,quod toties maiores nostri pręsens experti sunt,quod me ab exilio in Ægyptū pro cōmuni libertate reuocatū vobis ducē obtulit:qd his paucis dieb⁹,terra,mariq́; psens,volēsq́; nostris est rebus opitulatū, haud dubie nobis in tali discrimine affuturū:nisi forte qa ingrati illi sumus, p impiis repudiauit. Hæc ille. Simulq́; in secretū abiit.Vń haud multo post reuersus iubet populū bono aīo esse,cælestē opē eximprouiso affuturā.Breuis inde mora fuit,quū īclinātē die Coturnicū vis ingēs ex alto ī ea loca delapsa est,velut longissimo volatu fessę volucres tabernaculis īcidētes,sine maiore aliquo aucupii labore se passim capiēdas pbuere.Leuauit id cibi gen⁹ nō corpora solū fame deiecta,sed vulgi etiā animum in spem maximam erexit.Nemo erat qui nō iam aperte intelligeret ea nō sine puidētia euenire.Lapsus deinde est sub lucem qd Moses futurū pdixerat,ros qdā cælestis in coriandri speciē,gustu suauissimus. Oppleuit is omnem circa castra planitiem. Cuius rei nouitate attoniti aliquādiu immoti intra tabernacula se Israelitæ tenuerūt,aīo reputātes,qdnā rei id esset.Ex qua ambigētiū disquisitiōe rei nomē est postea factū,vt Hebraica voce māna diceret

Oratio Mosis ad populum.

Prodigiorū cōmemoratio.

Noe.

Peroratio.

Coturnicū miraculū.

Manna.

Mãnę natura. Eo postea cibo Iudęi.XL.sunt annos vsi quibus in deserto fuerũt.Fuit roris illiꝰ natura(vt sacrę literæ memorãt)supra q̃ dici possit mirifica,ac sine dubio mystica:etsi tam hæc q̃ alia quæ tempestate illa in diserto diuinitus facta dicitur,figura (vt ĩter oẽs cõstare video) nõ caruerũt: & in his memorabile illud,ꝙ media silice Aaronis baculo percussa,vberrimꝰ inde aquæ fons manauerit.Iam vero Hebræorum phama,Arabũm desertis vicina incolẽtiũ aures occuparat,multiq̃ teges multitudinem veriti,ne suis finibus pellerentur,cõsternati ad arma cõcurrũt(constãs phama erat eã gẽtẽ ex Ægypto ꝓfectã nouas sibi sedes q̃rere).Plures itaq̃ cõsociatis viribꝰ, bellum in Hebræos instruunt.Tenebant hi terram Arabicæ petrę ꝓpinquã a septẽtrione & occasu

Arabiæ fines. Syrię ĩsertã.Cui a frõte deserta ꝓtẽdit Arabia,a meridie altera q̃ felix nominatur.Estq̃ pars hęc lõge memorabilis,& ad meridiẽ ꝑcipue extẽsa.Cęterũ quo maioribꝰ euagatur spatiis,& a nostro cęlo lõgius remotis,eo gentis ipsius mores atq̃ ritus tardiꝰ ad nostroꝝ notitiã ꝑuenere.Plærique Arabũ Nomadę sunt,vsusq̃ camelorũ frequẽs,his pugnãt ꝑculq̃ onera exportãt,lacte & carnibus vescuntur:fluuius quẽ Nomadę accolũt,ramẽta habet auri,id non cõflãt artiũ inscitia. De hę & ipsi pastores,colũt iidẽ & agros aliqua ex ꝑte,gens auri abũdãs,ĩter glebas temere iacẽtes aureas pilas iuglandium magnitudine reperiunt,quibus lapillis affabre interiectis,monilia cõficiunt,haud iniucunda aspectu,ea collo & manibꝰ inducunt:vendunt aurũ finitimis triplo ęris precio,argenti duplo,cũ auri contemptu,tũ eorũ desiderio,q̃ cõmercio parant.Proximi his Sabęi Thure,Myrrha & Cinnamomo diuites,& in ora huius terrę Balsamũ nasci q̃dã ꝓdiderũt. Habẽt & palmas odoratissimas,& Calamũ.Serpens inibi palmari lõgitudine,letalis fere eiꝰ morsus:in arborũ radicibus cubãt,odor nimius terũq̃ fragrãtia stuporẽ sensibus inducit,quẽ bituminis suffitu,& hirci barba leuant:penes regẽ oĩs iudicãdi ratio.Sabęorũ plęriq̃ Agricolę.Aromata alii legũt.In Æthiopiã ob negocia nauigãt,nauigiis corio cõtectis. Cĩnamomũ & Casiã ligneę materię loco igni adhibẽt. Nec Gerrei his minus opulẽti,quoꝝ fere supellex ex auro est & argẽto.ex his & ebore domorũ limina,tecta,parietes,construunt. Gladio,Arcu,Lancea & Funda in bello plurimũq̃ bipẽnibus vtuntur. Ælii Galli ductu longe lateq̃ sunt his terris Romana

Ritus. arma euagata. Gentis ritus & mores hi sane memorãtur. Artes haud ab vno ĩ aliũ trãsferũtur: sed in patriis q̃sq̃ ꝑmanet institutis.Qui maximus est natu,is in totã gentẽ regnũ obtinet.Quæ possident vniuersę sunt cognatiõi cõmunia.Vna oĩbꝰ vxor.Qui primꝰ domũ subierit,posito ante ianuã scipione,cũ ea cõgreditur,cũ grandiore natu ꝑnoctat:ita oẽs oĩm sunt fratres.Coeunt cum matribus & sororibus pecudũ ritu. Adulter capite plectit. Alterius sanguinis congressus

Nota. ꝓ adulterio est.Domestici in vniuersum legitimi habent.Hinc memorabile illud:etsi fœdũ relatu,tñ haud indignũ accidit.Regis filia elegãti erat forma,quindecimq̃ illi fratres:quorum singuli vnius amore misere deperibãt,quũ vnus post alium ad eã irrequieto accessu vẽtitarẽt:nec puella vna par esse tot robustissimorũ iuuenũ cõcubitibus,rem nouã cõmẽta dicit:baculos occulte cõparat fraternis simillimos:inde quũ eoꝝ vnus ab se exierat, priusq̃ alius adesset virgã ante fores statuebat,ac paulo post aliũ,noua insuꝑ arte adhibita,ne hũc statueret qui similis esset huic quẽ is gestaret cuius aduẽtũ expectabat.Accidit tñ aliq̃ñ vt eoꝝ vnus cęteros fratres in foro conspicatus ad eã contẽderit. Qui domesticum insigne ante fores intuitus,fraudẽ inesse ratus,adulteriũq̃ a sorore eo pretextu admissum,in forũ ad patrẽ deuolat,filiã in adulteri cõplexibus esse trepide nũciat:ait se rem ex eo cõpertã habere,ꝙ quũ oẽs ĩ foro fratres essent,sororis tñ foribꝰ baculus hęreret,tãq̃ fratrũ vnus ad eã esset ingressus.Occurrit eo pater iratũ plenus,scelus continuo vindicaturus.Verum nemine apud filiã reperto,posteaq̃ puellę cõmẽtũ audiuit, tãtũ abfuit,vt in filiã ob eã causam acerbius quicq̃ statuerit,vt laudata suꝑ ea re illius industria indolẽ sit ĩ ea idẽtidẽ osculatus.Cõuiuia ad hęc fere terdeni celebrãt,& in his musicę artis duo nõ imperiti,consanguinei sibi inuicem ministrãt.Vrbes & oppida sine mœnibꝰ,pacate inter se agũt,s.samino oleo vtuntur,beatissima alioqui rerũ vbertate,ouium greges cãdidi velleris,grã

Arabum diuitię. diori statura boues,equis oĩno carẽt,quoꝝ desideriũ adimit cameloꝝ copia.Aurũ,argentum & plura aromatũ genera terrę peculiaria.Æs,ferrum,vestis,purpura,crocus,costus,& toreumata aliũde aduehũtur.Defunctorũ corpora stercore abiectiora,regũ cadauer sterquiliniis sepeliũt.

Sepulturæ. Nabatei oĩm cõtinẽtissimi in quęrẽdis opibꝰ, mira gẽtis industria,sed in tuẽdis multo maior,q̃ rẽ domesticã minuit publice mulctat:cõtra honore afficit,qui patrimonium auxit. Horũ regia Petra oppidum in eodẽ Arabię tractu est,& Sina mons,quo Moses sacrorum causa iter intenderat.Ex hac terra crediderim tum primum Hebręis bellum exortum.Iosephus Gobothe Petram vrbem ipsam appellat.Perculerat Iudæoꝝ animos terribilis belli phama:quippe qui animo re-

putantes q̃ disparia vtrinq; essent oĩa, se multitudinẽ habere incõptã, inermẽ, bellorũ expertem oĩm rerũ ĩdigam. Cõtra hostes copiis, armis, oĩq; bellico apparatu abũdare, in solo patrio ꝓ ipa patria pugnaturos. Aliud nempe esse sitim, inediam, ęstũ inerti ocio tolerare, aliud in cõferta telorũ multitudinę versari: vbi terrificę voces, horrendi clamores, gemitus, suspiria, circunsonent aures, timere se vehemẽter: ne lux illa qua acie cum hoste cõflixerint, vltima Israelitis esset futura. Hoc populi metu ad Mosem perlato, ꝓ magno habuit negocio, priusq̃ in pugnã iret populũ pro cõcione adhortari: ad quẽ ita ille verba fecisse dicit. Nisi exploratũ haberem Israelitæ viri: vos iampridẽ non ignorare, oĩbus q̃ adhuc gessimus manifestũ interfuisse numẽ, saluteq; nostrã deo optimo curæ esse, lõgior apud vos hodie habẽda esset mihi oratio: vt vestros aĩos, quos vano nunc audio metu torpescere, ad studiũ & cupiditatẽ pugnę erigerẽ: sed quũ per tot labores & discrimina vos liberosq; vestros, vxores, & alia q̃ vobis charissima sunt, manifesta dei prouidentia toties seruati contigerit: nõ video q̃ noua desperatio tam repente vestrũ animũ subire debuerit: vt vos ipsos ita abiiciatis, totiusq; gentis fortunam muliebriter comploretis, tanq̃ nostræ copiæ bello stratæ, his mediis iacerẽt cãpis. Quin animũ tollitis, in mẽtemq; reducitis, quę ad hunc diem perpessi sitis: qbus defuncti periculis, nisi forte desperandum putatis cœli numẽ qd tot cladibus Ægyptum ꝓ vestra salute percussit, rubrũ mare peruiũ fecit, potẽtissimũ hostẽ vobis calcandũ dedit, cœlesti rore in deserto pauit, dura silice aquã elicuit: idem illud mollissimorum hoĩm incomptam & indigestã aciem non posse nobis, vel nihil annitẽtibus, sternẽdam subiicere. Pudet me viri Israelitę, pigetq; vestrę inconstãtię & leuitatis: qui nõ nisi ex eo quod adsit, quodq; pñs sit, spem & metũ metiamini, diuinorũ operũ vestrorũq; successuum obliti. Sed cauendũ est ne dũ nimiũ humanis affectibus indulgetis, cœlestia negligitis: numen quod propitium ad hunc diẽ habuimus, iratum demũ experiamini. Cęterũ qd ad futuri belli rationẽ attinet: nihil adhuc quũ oĩa aĩo cõsidero, ĩ hoc hoste reperio, qd tãtopere formidari oporteat. Genus est id hoĩm molle, longa pace, longo ocio solutum, nulla rei militaris peritia, nulla laborꝫ tolerantia: nõ vires, non audacia, non cõsilium vllũ. audetis vos huiusmodi viros, ac nescio an verius fœminas dixerim, vobiscũ conferre? qui tot laboribus, tot periculis assueti, fame, siti, æstu, oĩbusq; malis pene enecti, oẽm Æthiopię & Arabiæ permensi estis vastitatẽ? Qui si ii esse vultis qui certe debetis, non modo non vereor, ne nõ sitis illis in acie pares: sed affirmare etiã ausim futurum: vt imbelles hostes ex vmbra & ocio mulierũq; cõplexibus nuꝑ egressi, quũ primũ corpora ista retorrida in ꝓcinctu stare viderint, subito pauore fugã circũspectare incipiãt. Nec vos moueat ꝙ melioribus sint illi armis instructi, forti & inuicto aĩo opus est. Hic hostem petit, hic in media acie intrepide versat̃: hic cuneos perfringit, fugat, ꝓsternit: huic vni cedũt oĩa, hũc victoria comitat̃, sine armis pugnarunt ab initio mortales pedibus, pugnis, dẽtibus cõtẽti: q̃q̃ ne vos qdẽ nudi in aciẽ ꝓceditis: arma multifariã cõparata habemus, quæ nobis partim hostes altis fluctibus obruti dederũt: partim vos ipsi per ociũ fabricati estis, addo æquitatẽ & iustitiã: quę ꝓ fortissimis ducibus a nobis in acie stabunt: etenĩ cum neminem lęserimus iniusto lacessimur bello, oblata est nobis non quęsita pugnandi materia. Cogimur, nisi vt oues vilissimæ cum coniugibus & liberis iugulari volumus, armis iniuriã ꝓpulsare: erit spero vel vna victoria aliis gentibus documẽto, vt nulli hoĩm posthac nostris capitibus temere insultent: sed sine bello, sine iniuria, nos in eã terram quam cœleste oraculũ ꝓmisit, pacate transmittãt. Qꝫ si ꝓpitiũ ꝑ cæteras fuimus numẽ experti: si numero, viribus, patientia, labore, hostibus meliores sumus, si plus virtus & audacia q̃ arma in acie valere solent: si ꝓ æquitate pugnamus, pro totius generis gloria & celebritate: si pro terra nobis & posteris reposita: si ꝓ ocio & quiete, si deniq; ꝓ libertate & vita ipsa qua nihil est homini charius: ite alacres in pugnã, certamq; spem quisq; secum ferat, Israelitas tam pñs in hoc certamine quod instat numen habituros, q̃ vnq̃ alias præsentissimũ habuerũt. Hac ille vsus oratione, seorsum singularum tribuum prĩcipes hortatur: vt suorum animos cõfirment, iuuẽtutem erudiant: vt ordines seruare, imperium audire discat. Inde Iesum Naue filium oĩm copiarum ducem cõstituit: virum impigrũ, manuq; & lingua promptũ. Is qa iam hostes aduentare dicebãtur, præsidio circa liberos, & aliam imbellem multitudinẽ locato, reliquum copiarum in aciem produxit. Moses iam grauis annis ex eminẽti loco, pugnę spectator consistit. Ferociter aduersę acies vtriq; conflixere, fuitq; pugna diu anceps neutro fortuna inclinante. Verũ vbi Moses manũ ad cœlũ sustulit confestim Hebræi hostem loco submouere cœperũt: mox vbi dextra senio cõfecta acclinasset pulsi retro abiere: tũ ille iterũ sublato brachio visus est suis animũ & vires adiicere, quo remittente confestim Israelitę pedem retulere. Id quũ

Oĩo Mosis ad populũ.

Epilog⁹ cũ poratione.

Iesus Naue vincit.

sępius fieri cõtigisset, Aaronẽ fratrẽ & sororiũ, q̃ illi aderãt, suas vtrinq; vlnas iubet sustinere, ne
Pria Iudęorũ victoria. viriũ defectu suis toties bellatoribus laborandũ esset: tũ vero ãbabus manibus in cœlũ sublatis
successu nihil ampliꝰ variãte, fusi fugatiq; sunt hostes. Multi in acie occidione occisi, sed multo
plures in fuga cecidissent, nisi noctis interuẽtu Hebręus victoria a psequẽdo hoste abstinuisset.
Postero die Iesum copiarũ ducẽ lectis ex hoste spoliis, vt virũ fortẽ Moses p cõciõe laudauit: lau
dara est simul vniuersa multitudo, q̃ strenue & cõstãter p cõmuni salute dimicasset. Fuitq; victo
Arã Moses statuit. ria illa eo lętior, q (quẽadmodũ Iosephꝰ scribit) in tãta hostiũ strage Iudæorũ nemo est deside
ratꝰ. Hic Moses arã deo optio erexit, locũq; isigniuit victorię appellatiõe. Cõposito mox agmĩe
pfectꝰ ad Sinã mõtẽ puenit tertio mẽse ab eo quo ex Ægypto Hebręi exiere. Hũc eẽ ait Iosephꝰ
Raguelis & Mosis congressus. mõtẽ illũ, vbi circa rubrũ mare (vt eiꝰ verba sequar) tot miracła fuerãt Mosi, quũ Raguelis oues
pasceret, obuersata: i qbus locis Raguelẽ illi occurrisse ait cũ nepotibus, & Sephora filia q̃ Mosi
nupserat, generũq; & exercitũ post mutuã gratulationẽ cõmeatu iuuisse. Quibꝰ suspicari libet
Troglodyticen a Iosepho appellari nõ eã solũ terrę orã, q̃ Æthiopiæ finibus cõtinetur, sed hãc
quoq; littoralem Arabię partẽ, quæ Sinę est monti ppinquior. Qđ ex veteribus scio quosdã fe
cisse, q omnẽ fere littoralẽ Erithręi maris tractum Troglodyticę assignãt, vt alii quidã Erithrę
um sinũ in vniuersum rubrũ dixere. Verumenimuero vbicũq; Moses est cum socero cõgressus,
huius cõsilio (quod satis cõstat) grauissimã dicundi iuris puinciã, quã solus ad id tẽpꝰ obiue
rat, in alios trãstulit. Tribunis & decurionibus in singulas Tribꝰ ad hoc ipsum creatis. Vbi igi
tur ad Sinã sunt castra admota, Moses solus montem conscendit: e cœlo (vt ipse inter suos prę
Sina mons sacer. dicabat) postulaturus, quæ ad ociũ & quietẽ gentis pertinerent. Vetus erat indigenarũ opinio
in eo mõte numẽ habitare: fueratq; ob id locus veteri religiõe inaccessus. Auxit vulgi opinionẽ
subita tẽpestas, q̃ sub illius est ascensum coorta. Nimbus cum ingenti fragore primo est montis
verticem complexus, inde imber pcella mixtus crebris fulminibus cœlo deiectis, hominũ men
tes subito pauore defixit. Silentiũ & stupor oĩm animos occuparat, stetitq; populus sine voce
Ppłi metꝰ & sollicitudo. aliquãdiu, religione & metu perculsus. Inde vbi cœli fragor, tẽpestasq; illa remisit, de salute du
cis solliciti omnes, viueret ne, an tẽpestate illa esset extinctus anxii requirebãt. Erãt illi his curis
occupati, quum Moses (iam eñ toto cœlo disserenauerat) ad ima digressus lętum se hilaremq;
sollicitę multitudini ostendit. Hic circũfusam populi cõcionẽ affatus, Habemus ingt ppicium
numẽ, vt antea habuimus, viri Israelitę, id tam pręsens nuper mihi in monte affuit, tam manife
stum, q̃ locorũ nusq̃ alibi: futuram nobis felicitatem annuit, futurũ nepotibus successum, q̃ oĩa
vt in posterũ rata esse velit, oportet nos summa ope niti, ne cœlestiũ simus beneficiorũ imemo
Mandatorũ dei psuasio. res. Quod satis rite fiet, si eorũ quæ pro nostra salute Deus adhuc operatus est, gratã pstabimus
memoriã. Cęterũ pietatis huiꝰ vestrę nullũ maius pstari põt argumentũ, q̃ si pcepta q̃ ille mihi
nup obseruãda dedit, sancte a vobis & religiose fuerint custodita. Nec quia nũc me cõcionantẽ
cernitis, vos hominis voce non diuino moneri oraculo arbitremini. Ille summus rerũ omnium
opifex, q maiestate summa, ineffabili potestate primũ e terræ limo hominẽ suscitauit, qui Noe
cũ tota domo seruauit diluuio, Cananeã Habraamo terram indulsit, Israelem numerosa stirpe
insigniuit, q tot nuper cladibꝰ cõcussit Ægyptũ, vt in libertatẽ vindicaremur: mare peruiũ fe
cit, vberrimos ex petra fontes elicuit, cœlesti rore nos aluit, per tã vastas solitudines icolumes
Diuinarũ legũ pmulgatio. ad sacratissimũ hunc montem traduxit, ille idem summus rex vester, pcepta hęc, has leges p me
vobis pmulgari imperat, quas ppetuo seruari velit, ęternũq; custodiri: ac ne qđ horũ fidẽ eleuet
fas erit oĩbus cœlestẽ audire vocẽ. Hęc ille, atq; vna populum nouitate rei suspẽsum ad oracu
lum traxit, vbi vox ex alto reddita ad oĩm aures puenisse dicit, q̃ eadẽ illa custodiri pceperit, q̃
per Mosem seruũ essent pmulgata. Leges duabus tabulis cõscriptas venerabũdus accepit po
Legũ capita pulus, fuerũtq; hęc capita. Vnũ deũ colito verũ & æternum. Nullius aĩalis effigiẽ adorato. Dei
viui nomen haud frustra deierabis. Festos dies pie & rite obserua. Parẽtes venerare. Hominẽ ne
occideris. Adulteriũ fuge. Furtũ ne feceris. Nil alienũ cõcupiueris. Nec falsum dixeris testimo
nium. His legibus ppositis Moses iterum montẽ ascendit, vbi. XL. est dies commoratus. Fuit
illius mora ab initio suspecta: ac nõ multo postq̃ ascẽderat, vulgo requiri cœptus est. Inde desi
derium ingens absentis ducis animos incessit, q cum nusq̃ appareret, varia de eo orta est suspi
tio. Multi eum cœlo assumptũ credere, alii feræ alicuius incursu laniatum. Sed in varia suspi
Vitulum adorant. tione nemo erat, qui non eum pro extincto haberet. Continuo igitur (vt sunt hominum in
genia in lapsum & stultitiam prona) vitulum sibi aureum conflat delira multitudo. Confla
tum in publico statuit, legeq; antiquata diuinos huic honores decernit, & iam nouo sacrorum

ritu circa id simulachrũ operata,sedulo Iudęi epulabant,quũ impia superstitione occupatis superuenit Moses.Docet is impie eos fecisse,qui diuina lege abrogata,vitulinã effigiem,velut numen aliqđ inesset,publicitus cõsecrassent.Sed pœnitentia & expiatione opus esse:vt alienatum numẽ propitiaretur.Iubet itaq; tabernaculũ deo optimo statui sacrariq;:vbi preces & pia vota illi exoluerent.Quam vocẽ incredibilis populi fauor est secutus. Accensi itaq; studio certatim ad id opus munera congerunt:aurum, argentum,æs, purpuram, bissum,& alia huiusmodi ad ornatum ptinentia.Iosephus author est ædificii longitudinem centenum cubitum fuisse: amplitudinem dimidio minorem,imitatũq; id opus figurã vniuersi,in qua ille explicanda est haud mediocriter occupatus.Fabricata est & arca,in qua lapideas clauserũt tabulas,qbus incisę erãt leges.Statuunt adhęc in tabernaculo mensam cũ phialis aureis , candelabro & lucernis,ad numerum planetarũ.Aureum thuribulum magni ponderis.Auream cratẽ.Coronas ex auro quatuor & viginti.Disponit circũ preciosa vestis variaq; supellex ad cerimoniarũ cultum qua fit i. In quo rerũ apparatu est Moses sedulo naturæ opera imitatus.Sacerdotium Aaroni datum purificatumq; est tabernaculũ liquore ex myrrha,ireo,cinnamomo,& calamo.Tabernaculi & eorum,quę in eo mira sunt arte constructa: duo pter cæteros clari ad posteros opifices fuere,Beseleel & Ooliab.Estq; opus ipsum septimo mẽse pfectũ:& annus quo Hebręi ex Ægypto egressi sunt per hæc rerum discrimina est circumactus.Nono deinde mense dedicatum est tabernaculum.Immolauitq; Moses in eius dedicatione taurũ , arietem & hœdum. Inde cætera multitudo sacrificauit.Id vero cum certatim fieret:essetq; ignis pręgrandis accensus,duo Aaronis filii subita correpti flamma prius extincti sunt,q̃ subueniri potuerit.Eos patet & duo supstites filii, Mosis iussu eximio funeris apparatu extulerunt.Populus vniuersus defunctos lamentatus est. Cæterum quia satis constat:nullũ genus hominum cerimoniarum studiosius,magisq; religiosum fuisse vnq̃ q̃ tũc Israelitę fuere,q̃ fuerit apud illos sacrificandi ratio ab initio instituta,operæpreciũ duxi breuiter explicare.Et vt omnia quæ de his dici possunt,in arctum cõferam:duobus ab initio sacrorũ generibus Iudæi vsi sunt.Quorum vnum Holocaustũ dixere :idq; primo res gentis ppetrabant: qui erat siue boue,siue agno rem diuinam facturus,siue quid aliud immolasset:annicula,masculaq; esse oportebat animalia aris adhibẽda:altaris oram sacerdos victimæ cruore pfundebat:inde hostiam membratim dissectam super aram concremabat. Alterum genus plebeiũ:in quo maiora anniculis offerebant:cruoreq; sup aram diffuso,renes,adeps,omẽta imponebant flammis,pectora & crura dextera sacerdotibus dabant: quæ superant intra biduum qui rem diuinam fecissent,esitabant.Inopia siqui pmebant,columbas offerre,aut turtures duas:quarũ hęc in holocaustũ abibat,illã sacerdotes sortiebant.Qui imprudens deliquisset, huic annicula agna erat aut hœdus piaculum.Qui occulti sibi criminis fuisset cõscius,ex pscripto legis cęso ariete expiari oportuit:horũ carnibus vescebant sacerdotes in templo. Tã publicis q̃ priuatis sacrificiis mũdissima farina adiici:in agno assarii mẽsura,in ariete duorũ, in tauro triũ.Adhiberi & oleũ qđ sacris infundebat.Agnus mane & vesperi publice immolari:sabbatis geminatę hostię aris admouebant.Pricipio mẽsis duo boues cũ septẽ ãniculis agnis,ariete vno & hœdo vno,piaculi noĩe mactabant.Septimo ineũte mẽse,taurũ,arietẽ,& septenas agnas ĩmolabãt:& cũ his hœdũ piaculi causa.Adiiciebãt binos hœdos:horũ vnus extra fines missus multitudinẽ expiabat,ĩ suburbana alter delatus loco purissimo cũ totis velleribus cremebat.Põtifex taurũ ĩ id sacrũ,& in holocaustũ arietẽ dabat. Atq; hic tũ Iudęorũ fuit sacrorũ ritus.Scio fuisse & alia illis sacra statis cerimoniis feriisue pmixta,quale fuit.XV.mẽsis die(quẽ Macedones Hyperueretheum dixerũt) & vertente autũno tabernacula figere.Holocaustoq; feriis tenentibus stata quotannis reddere:myrrhe,salicis,palmarũ,& mali psici ramos,qui hęc facerent, gestãtibus, Xantico mense:vnde principiũ sumebat annus,sub plenilunii diem sole arietem transeunte: qa his diebus ex Ægypto egredi contigisset,mystico agno faciebant.Inde Azimorũ feriæ:Luna itidem plena paucis interiectis diebus celebres erãt gẽti.Tauri duo,Aries vnus, Agni septẽ quotidie p eos dies Holocausto cremabantur.Adiiciebat hircus vnus piaculi nomine. Secũda azimorum primitię frugũ cum olei assario dabantur,& frugum principiis,agnus in Holocaustũ, Erant & pentecostes stati dies.Asarthan illi id tempus vocitabant.i.quinquagesimã:fermentatos tũ panes ex siccis alphitis offerebãt.Agnas duas in Holocaustũ:vitulos duos,arietes totidẽ duosq; p piaculo hircos.Hęc Iosephus,& alia haud quidem pauca de veteri Iudęorum ritu in historia pdidit.Qđ vero ad Mosis institutũ attinet,vescendi sanguinis vsu in vniuersum populo interdixit,Lepra infectos,& qbus genitale semen sponte flueret,ciuitate expulit: & in his mu

Sacrorum apparatus.

Tabernaculi dedicatio

Sacrificiorũ genera.

Sacrorũ ritus

Sanguĩe Iudei abstinẽt

lieres septenis diebus quę menstruę essent, octauo redirent. totidē dies aberant, qui funestam domum haberēt. Sacerdos duabus agnis pro eo facit, qui fluuiū seminis per quietē sit passus. Ipseq; prius frigidā aquā ingredit̃. Pari ratione expiatur, qui cū cōiuge parū legitimis dieb⁹ cōcubuit. Puerpera. XL. dies tēplo arcebat̃, si marē fuisset enixa: si fœminā, octogita. Qui vxorē impudicā arbitraretur, hordeaceæ farinę assariū offerebat: mox ea ad templi postes constituta, in sacerdotis verba iurare cogebat̃, nihil lęsam a se pudicitiā. Si falleret, femore dextro disiūcto vteroq; putrefacto moreret̃: si caste iuraret, decimo mēse puerum sine vteri noxa eniteret̃: tum sacerdos dei in mēbrana nomen diluens phiala dat iuratę mulieri bibendū. Adulterio, incesto, sodomiticæq; fœditati capitalem pœnā irrogauit. Vt sacerdos manco debiliue corpore altaris ascensu ꝓhiberetur, aleret̃ tamē sacris oblationib⁹. Vt terra septimo quoq; anno, siquādo Cananeā Iudęi obtinuissent, aratri esset immunis. Quæ tellus sua sponte ferret, qnquagesimo quoq; anno tribulib⁹ essent & extraneis cōmunia. Hunc Hebręi annū Iobeleum dixere, q & qnquagenarius dici pōt. Id em̄ Iobel hebraice valet vt Eusebi⁹ scribit. Hoc ānoꝶ spatio videnẗ mihi Hebręi a Protoplasto tpā dimēsi: vt Gręci postea Olympiadibus, Romani lustris. Quīquagesimo igit̃ quoq; anno debitæ relaxabant̃ pecuniæ, & Mosis instituto libertate donabant serui: ꝑdia q̄ vilius vęnissent antiquis possessoribus redhibebant̃. Et hæc p Mosem antiquitus instituta. Quę vnum in locum contulisse, vt in rebus cęterarū gentiū fecimus, nihil a nostro (vt reor) instituto fuit alienū. His circa Sinā gestis lustrato exercitu, sexcenta & tria milia hoīm reperta sunt, qui arma ferre poterant: ac supra eum numerū sexcenti quinquaginta. Mota sunt inde castra, tabernaculumq; traduci cœptū: cui⁹ ministerio duo & viginti hoīm milia ex leuitica tribu sunt adhibita. Hi oīs alterius curę immunes, circa id vnū operari. Hincq; sacroꝶ ministris nomē inditū, vt leuitæ dicti sint, quicūq; idē sacroꝶ mun⁹ iam inde obiuere. Ventū est inde trinis castris ad loca nullis fontibus irrigua, cultuq; asperiora. Hic Moses in nouum populi tumultū incidit, exaudiri palā voces iter & laborē detractātiū. Multi etiā in ipsum ducē feroci⁹ inuecti, temere nimis ab eo factū criminari, q ex pacatissima terra populū in deserta mūdi loca eduxisset, vt omnē Hebręoꝶ stirpem in dānatis natura locis siti & inedia conficeret, recte sibi consulturos, si ducē ipsum cū sua stultitia e medio tollerēt, ac qua ꝓximū iter intenderet, in Ægyptū longo agmine retro abirent. Sæuiebatq; p hęc multitudo, quū subitum incendiū castra corripuit. Et iam alia atq; alia corripiēs, eo violētus ignis euaserat, vt manifeste appareret humanis opibus haud amplius iri posse obuiā. Tum Moses, qui totus ex cœlesti auxilio pendebat, in preces versus placata numinis ira impetrasse credit̃: vt clades illa sine aliqua maiore populi pnicie sit extincta. Sic quoq; nō pauci periere: fremere nihilo secius insanū vulgus, q per inuia loca traheret̃, in qbus nihil præter cœli rorē vtile occurreret oculis. Cadebat Manna matutinis horis in coriandri speciē, coloris bdelii. Id mola mortariove cōtusum in tortiles panes subigebāt, triticeis pene similes. Subiit inde nouū carnis desideriū, quo stulta multitudo inclęmentius solito ducem insectari, nec in tanta solitudine spes erat vlla eius cupiditatis leuādę. Exaudiebātur amarissimæ voces seditionis & tumultus indices, quum ingēs coturnicū numerus ex improuiso in castra deuolutus immoderatam vulgi appetentiā sedauit. Moxq; flagitiū pœna secuta est multis milibus hominū subita vi morbi intra paucos dies absumptis. Māsit loco nomen ab ea clade vt sepulchra dicerent̃. Postremo motis ad Pharan castris locū solitudinis in Cananeę terrę confinio consederūt. Hinc Mosis iussu duodecim ex singulis tribubus, singuli ad explorandū Cananeorum statū sunt dimissi: q ab Ægypti finibus vsq; ad libanum montem, vrbibus & locis diligenter inspectis, dura & formidolosa oīa retulere. Additusq; est huic metui alius terror, q qui ex ea exploratione redierant, affirmabāt obseruasse se circa Hebronem genus hominum immani statura, quanta gigantes fuisse crederētur. Quę in populum temere vulgata, recentem Mosi conflarunt inuidiā: Maledictis & ꝓbris multis eum palam carpere. Iret bonus imperator, & pacatissimum populū ex pacatiore terra vanis pollicitationibus abductū, quem fame, siti, æstu, omnibusq; malis, quæ mortales in primis vitare solent, in deserto confecisset: tum demum hominum monstris laniandum obiiceret. Simulq; cauillabundi inter se quęrere, esset ne hęc tellus illa beatissima, illud solum mellis & lactis fluminibus irriguum, suæ genti debitum! Iret dux vanissimus, & iam agros populo metari inciperet. Heu labores suos, heu pericula temere adita, heu miserā frustrationē. Perget ne vnus hic (inqunt) res nostras pditas funditus perdere! Parebit ne semp stultum vulgus vnius stultitię! quin imus: citatoq; cursu Ægyptum qua breuissimū est iter, repetimus! Tutius sane multoq; conducibilius, seruiturē in ocio seruire, q̄ per tot labores & discrimina, vanā

Iobeleus annus.

Numerus Iudęorum.

Leuitæ.

Murmuratio.

Incēdium castrense.

Manna.

Coturnicū vis.

Moses exploratores mittit.

libertatis vmbrã,sub vanissimo duce sectari.Hęc illi fremere,nec res iam ꝓcul a vi aberat,quum Iosue Naue filius,in mediũ ꝓgressus(erat viri huius authoritas haud mediocris inter suos iã inde,ex quo ad petrã eiꝰ ductu ꝓspere fuerat dimicatũ).Quis furor est inq̃t viri Israelitę!Quæ vos rabies agitat!Quę dira tumultuandi cupiditas!q̃ non ducis clarissimi p̃stitiam, nõ merita amplissima respicitis. Vel si hęc for descũt,nõ saltẽ ip̃m cœli numen veremini: q̃d in aduersis rebus toties ꝓpiciũ habuistis.Sed ꝓpriũ multitudinis est(vt video)nihil intelligere,nihil ratione metiri,temere aut odit,aut fauet.Nã quod ad p̃sentẽ motũ attinet:vñ quęro subita hæc insania vestros aĩos incessit!Vnde hic furor ortus!q̃ vos p̃ ęqua & iniqua p̃cipitat.Misistis nos ĩ Cananeã terrã(ita eñ placuit vobis & Mosi,vt vnꝰ ex iis essem,q̃bus publicũ id negociũ iniunxistis)LX.dierũ spatio oẽm hostilẽ lustrauimus regionẽ:vrbes,agros,flumina,saltus,nemora,hominũ ritus,mores,arma explorauimus.Reuersi inde fassi sumus(nã non erat cur vlla augendo minuẽdove q̃cq̃ mẽtiremur)habere eos oppida munitissima,& ip̃m genus hominũ valde ferox. Cęterũ nihil est nobis oraculo ꝓmissum,q̃d nõ terra ipsa nr̃is oculis rep̃sentarit,& ne parũ vere hęc dici arbitremini:accipite,inq̃t,eiꝰ terrę fruges quas in argumẽtũ felicitatis vobis attulimꝰ (erãt hæ vuę cũ palmite desectę,fici,punica mala)agite nũc:& vanos rumores secuti,beatissimam regionẽ vt sterilem & desertam refugite:vestrũ ducẽ,cœleste oraculũ, vt vanũ & mendax contẽnite:ꝙ siqua ĩ vobis pietas esset:siqua eorꝫ q̃ facta sunt,aut gratia,aut fides,ꝓcidentes supinis manibꝰ deo seruatori gratias ageretis:q̃ turpi seruitio,q̃d nũc turpiꝰ(vt video)desideratis,in libertatẽ assertos ad hęc loca ꝑduxerit:vñ felicissimã terrã,vestris olim maioribꝰ,inde vobis ꝓmissam,intueri possitis:quã paulopost adepti p̃ ociũ & felicissimam quietẽ, vos & posteri habituri sitis, Nec q̃ de ĩdigenarũ ferocia sunt a nostris temere relata vos ꝓinde mouere debẽt: inuictũ eñ habemꝰ exercitũ,iuuentutẽ robustissimã,ac iãdudũ vincere assuetã,&(q̃d maxime est optabile)ꝓpiciũ numẽ:cuiꝰ ꝓuidentia mũdus regitur,cuius virtutẽ & potestatẽ terrę & oĩa sequũtur. Vnde fauor ille steterit,stet & victoria necesse est. Vanæ sunt terrenę opes:vana & irrita hoim cõsilia,nisi fauor numinis dũ illa mouent̃ intersit,aut postea q̃ moueri cœpta sunt,p̃sens adsit.Lenita p̃ hæc multitudinis ira,continuo ex oraculo relatum est:fore vt ingratus populus priusq̃ quadragesimus ab eo quo Ægypti seruitutẽ fugerat circũactus esset annus: nũq̃ fatali terra potiret̃.Quę vox vbi primũ ad aures vulgi est delata:mœror ingens & stupor oĩum aĩos defixit.Sed vt est humana cupiditas semꝑ in vetitũ prona:iniussu duce conata est aliq̃n multitudo terrę sibi interdictę fines transcẽdere.Primiq̃ꝫ Amalechitæ sunt bello petiti,q̃ ad arcendã iniuriã egressi in ipsis finibꝰ hosti occurrũt.Hic cruẽto vtriq̃ꝫ p̃lio cõmisso cũ ingẽti strage Israelitę repulsi,turpi fuga in castra abierũt.Grauis inde seditio populũ adorta est.Chore Isauri filius hõ immodicus lingua,opibusq̃ꝫ(vt res tũ gẽtis erãt)inter suos p̃cipuæ pollẽs,ob idq̃ꝫ valde popularis,iter paucos p̃rio ducẽ criminari adortꝰ est:ꝙ velut tyrãnꝰ bñficiũ populi p̃ speciẽ oraculi in Aaronẽ fratrẽ contulisset,cõstituissetq̃ꝫ eũ tabernaculi antistitẽ velut noĩatim ad id ministeriũ cœlesti esset voce accersitus:vt familiarẽ numinis cõgressum mẽtirꝰ, hoĩm mẽtibus religione occupatis,suo nutu & arbitrio oĩa diuina & humana teneret.Nec parum illi visum, ꝙ ꝑpetuũ inter suos esset imperiũ adeptus:nisi scd̃m ab eo honorẽ,quẽ vltro occupauerit,ac nescio an maiorẽ etiam,in fratre collocasset:recte viros Israelitas facturos,si viri sint,eaq̃ꝫ libertate digni:p̃ qua tot pericula adierint,si de honore vtriq̃ꝫ abrogando populũ ad disq̃sitionẽ vocari iubeant:vt nõ suo quisq̃ arbitrio,sed totius gentis suffragio,& diuinis & hũanis rebꝰ moderet̃. Accẽderat ille multorꝫ aĩos hmõi criminationibꝰ,vltroq̃ꝫ se illi adiũxerant Dathas & Abyrus, qui & ipsi ęgre ferebant Aaronẽ sibi dignitate p̃latũ.His authoribꝰ Chore ac plęriq̃ꝫ cũ eo assidua inter suos obtrectatiõe oẽm pene multitudinẽ a Mose & fratre alienarũt.Repertiq̃ꝫ sunt ducenti & q̃nquaginta:q̃ cũ Aarone auderẽt ad populum de dignitate certare.Facto itaq̃ꝫ populi in Mosem & fratrẽ impetu,multis vtrĩq̃ꝫ ꝓbris ꝓscindunt.Illi subita aiorꝫ mutatione perculsi: quũ appareret infestã multitudinẽ nõ Dathan solum & Abyrũ,sed quẽlibet etiã eorꝫ,q̃ honorẽ ambibant Aaroni p̃laturam:vix Moses obtinere potuit,cœlesti oraculo,q̃d falli non posset ,res tota ꝑmitteret̃.Monet vt postridie adessent oẽs,q̃ pontificatũ peterẽt,cũ thuribulis rem diuinam in conspectu populi facturi:affuturus & Aaron in ordinẽ redactus,cũ aliis thura adoliturus.Tũ quẽ viderint manifesto aliquo inter agendũ signo a numine probari,iuberent bona venia tabernaculo & cerimoniis p̃esse.Placuit oraculi iudicio vti:edictũq̃ꝫ est oĩbus vt frequentes postridie adessent.Vbi postera dies illuxit: populus in expectationẽ erectus in amplissimæ concionis modũ ante tabernaculũ cõstitit.Hic Moses supinis manibus orasse dicitur:vt si vnq̃

Iosue cõcio ad populũ.

Chore Isauri filius.

Dathas & Abyrus.

in his populum fefelliſſet,quę ex oraculo deprompta prędicaret:ipſe ſecretorum omnium conſcius,omniſq; humanę fraudis vltor Deus:ſe in conſpectum populi cū tota domo cœleſti igne cremaret,maleq; diſperderet.Sin rite eſſent pieq; omnia a ſe relata , illorum impietatem haud inultam fineret,qui ſe mendaci coarguere conarentur.Res hic mira traditur, & quæ niſi numen huiuſmodi rebus interfuiſſe credatur,vix apud poſteros ſit fidē habitura.Qui facturi ſacra venerant,vt cū Aarone de pontificatu contenderent:vbi thura adoleri cœpta ſunt,cœleſti flamma cooperti ad vnū perierunt.Dathan,Abyrus,& Chores cū tabernaculis & tota domo horrēdo terræ hiatu viui abſorpti ſunt.Stetit diu populus miraculo rei , torpore & metu defixus. Inde tot illuſtrium viroꝝ triſti exitu,inſigniq; documento obſequentior factus,non modo non ſæuire,ſed cōtumaciam ſuam & impietatem fateri.Cæterum q̄q̄ bona oīm venia Aaron priſtina erat dignitate functurus,ad oēm inuidiā in poſterū tollendā Moſes.XII.ex ſingulis tribub⁹ ſingulos legit viros,authoritate īter ſuos & īnocētia īſignes. Totidē inde virgas certis characteribus īſcriptas,vt cui⁹ queq; eſſent,fieret diſcrimē,tabernaculo iuſſit inferri.Erat in his & Aaronis noīe bacul⁹ īſcript⁹.Sic eīm placuit volūtatē numinis ſciſcitari. Accidit hic quoq; res nō parū mira:vt virga q̄ Aaronis ſchema habuit,germinās ramos cū amigdalæ fructu nocte vna tulerit:q̄ res illi ſacerdotiū ꝑpetuo oīm ſilētio in poſterū ſtabiliuit.Caſtra ſunt inde eodem loco habita:dum Moſes Leuiticis ſacroꝝ miniſterio aſcitis decimas,optimāq; cananei ſoli partem,ſi quādo terra ipſa q̄ſita eſſet,deſtinauit:annuas adhęc frugū primitias,cū his oblationibus,q̄ tēplo inferrent.Quibus ſuffragio decretis populus ꝑ deſerta agi denuo cœptus eſt.

Cœleſtis vltio.

Aaronis virga.

MARCI ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIÆ HISTORIARVM AB ORBE CONDITO.ENNEADIS PRIMÆ.LIBER QVARTVS.



ISERAT,dū hęc fierent Moſes in Idumeā terram ad regem legatos, qui ab eo poſtularēt:vt in Cananeę intima ꝑ ei⁹ regni fines pacato exercitu liceret penetrare.Id legati nō ſolū negari ſibi:ſed bellū etiā ſūma ope aduerſus totā gentē inſtrui ab Idumeis retulere.Tum Moſes oraculo monit⁹,ne cū Idumeo manū cōſereret,in ſolitudies abiit.Nec ita multis inde dieb⁹ īteriectis,Maria ei⁹ ſoror vita deceſſit,anno (vt Ioſephus ſcribit)quadrageſimo q̄ populus ī deſertū venerat. Cui eo libētius accedo,quo min⁹ æquū ſit credere Moſem tentaſſe ꝑ Idumeos ī Cananeā ducere,niſi ille annoꝝ circuit⁹ iam actus eſſet, quo fuerat Iſraelitis terra ipſa oraculo īterdicta,vt nō prius illi⁹ fines ingrederent:q̄ id tēporis interuallū intercurriſſet.Moſes ſororē defunctā magnifico (vt tū res erāt)funeris apparatu extulit,ea ad Sinā montē ſita eſt.Purgato inde exercitu,quū ꝑ vaſtas ſolitudies duceret:in nouū ſitis diſcrimē incidit.Hic quoq;(vt in ſacris eſt libris ꝓditū)ſaxo Aaronis virga ꝑcuſſo,ſubita aquarū ſcaturigo & lapidis vena effuſa eſt,ſitiq; ꝑ hęc ſedata ad petrā deīceps caſtra poſt varios errores ſunt relata.Quib⁹ in locis Aaron & ipſe vitā cū morte commutauit: quū tris ac trigita ſupra cētū eſſet natus annos.Moſes in Aaronis locū Eleazarū ei⁹ filiū pontificē īſtituit.Inde ad Arnū fluuiū caſtra admota ſunt.Habet is ortū in Arabię mōtibus, mox ꝑ ſolitudines nō nihil euagat⁹,Aſphaltidi ſtagno,cui & Iordanis,infundit.Hinc ad Seonē Amorreoꝝ regē legatos mittit,q̄ idē q̄d ab Idumeis antea poſtularēt.Fuitq; hęc legatio nihilo priore illa felicior.Cæterū q̄a fatale tēpus aderat Cananeę terrę potiūdę:oraculi monitu in Amorreū ire ꝑgit Moſes,q̄ in armis eſſe ferebat,nec ꝓcul ab Arno metari caſtra. Magnis vtrinq; animis circa eſt flumē cōcurſum:nec ab Amorreo diu īmota ſtetit acies,qn haud multo poſtq̄ res geri cœpta eſt,ſolutis ordinib⁹ in fugā vertit.Cędit fugientiū terga Iudę⁹ victor:nec ferro ſolū,ſed miſſilib⁹ etiā telis.Cęterū quū plures funda vterent,fugientē hoſtē lapidib⁹ pene obruit, maior in fuga cędes,q̄ in acie edita eſt.Multi mortales in ripa fluminis oppſſi: & in his vt victoria ſpecioſior eſſet,rex ip̄ſ⁹ cecidit.Caſtra oīs opulētię plena ex hoſte capta ac direpta ſunt.Iſraelitæ victorię curſum ſecuti,oēm Amorreoꝝ gentē domuere.Colebāt hi terrā tribus fluminib⁹ clauſam.Arno qua meridiē ſpectat:Iebocho,qua Boreā & arcton:quod reliquum erat terrę ad occaſum Iordanis placide ꝓfundit.Iudęi vno proſpero prelio audaciores facti,bellum in Moabitas vertunt,Amorreoꝝ finitimos.Phama erat tenere eius gentis regnū Ogem quendā ingenti ſtatura virū.Quę res fecit vt id bellū non nihil ab initio fuerit Iudęis formidoloſum,ſed neq; vllæ

Marię interitus.

Aaronis interitus.
Arnus.

Tetraamorreoꝝ cędes.

Oges.

corporis vires, neq; opes regni fatali necessitati obsistere potuerunt. Arcano ppetuoq; numinis fauore fretus Moses regē pho victū, suorumq; manu ꝓstratum vidit, & cū rege hostiles copias passim cęde disiectas. Moabitarum opibus vna aduersa pugna accisis. XL. validæ eius gētis vrbes (alii. LX. fuisse tradūt) nullam maiorē vim belli expertę, vltro in deditionem venere. Trāstulit inde bellum Moses ī Madianos, atq; ad Hiericuntē metatus est. Tū Balachus Sephoris filius finitimoꝝ clade cōsternatus: etsi omnia ad bellū studio cōparauerat, humanis tamē opib9 diffisus, ad Balaamum Beoris filium Euphratis accolā mittit, virū multa innocētia & pietate, & ob creditam sanctitatē inter suos lōge venerabilē. Qui ad eū accersendum venerant: nunciant esse regi ipsius opera in deuouēdis hostium copiis vsum. Primo certus erat senex nolle ire: q nefas duceret quenq̄ deuouere. Mox iterum accersitus ad Balachum inter multa prodigia, q̄ illi obiter euenere: pfectus est. Hic tātum abfuit: vt ad Iudæos deuouēdos hortatione, aut minis a rege cōpelli potuerit: vt diuino plenus spiritu futuros gentis successus, grandiaq; incremēta sit clare vaticinatus. Sed venturos quandoq; ex Italia: q Syrias opes verterent, qđ ad Romanos ob ea q̄ postea secuta sunt, haud dubie allusit. Quum eum ĩhonoratum Balachus a se dimitteret: tum ille ad regē & populū conuersus, audi inqt rex, audite viri Madianitæ. Cum inuicta gente vobis res est: & cui deus haud dubie adsit: at siquis successus vobis hoc bello cōtigerit (erit em oīno aliqs) eū vobis vestrarū mulierum pariet industria, q̄ hostes ab ritu patrio & religione suis abducent illecebris. Nec vana fuit diuinatio. Enimuero vbi in conspectu castra fuerunt, oberrarentq; Madianæ puellæ ad id ipsum missæ, ante hostiū munitiones: capti Israelitæ iuuenes illarum forma in colloquium venere. Quas ea demū cōditione, fide in id data & accepta, a suis abduxerunt: vt non tantū patriū viuendi ritū, sed gentile etiā sacrū, q̄diu vna essent, ꝓcul abdicarent. Cōmotus rei indignitate Moses populū ad concionē vocari iubet. Tum oratione satis miti vsus, in neminē vnū flagitii cōscium noīatim est inuectus. Sed tātū se mirari dixit esse quosdā in Iudaicis castris, quę in dei optimi maximi tutela forent, quos tā dira pegrini concubitus incesserit libido, vt nō patriū morē, sed numē quod toties ꝓpiciū habuissent: impie, vt sic diceret, abnegarint. At cohibēdę sunt inqt prauę voluptates: quibus nulla est capitalior pestis humano generi data, ratioq; his obiiciēda: frenandi malarum libidinum stimuli, identidēq; vidēdum: ne dum hi ꝓ legibus voluptatem, ꝓ patrio ritu crapulā, & ꝓ legitimo concubitu illicitū, ꝓ pietate impietatē sequerent, iratum cœli numē vniuersi experiant. Eorumq; culpa fiat: vt res nostræ, q̄ nunc satis lætę sunt, retro fluere: & in peius abire incipiant. Moderatione opus est. Imponāt illi si pudor est, si pietatis & religionis cura, libidini suę frenum. Abstineant illegitimo earum congressu, quas sibi cōtra leges, contra patriū morē adiunxere. Abiiciant vetitos cibos, mēsas interdictas, infandū concubitū, ne læso numine populus luat: quod pauci deliquerunt. Satis feliciter peccat, cui citra pœnā relinquitur pœnitentię locus. Hæc ille. Nec vltra succensendū ratus, popułari magis q̄ imperatoria est vsus oratione, veritus nequa in castris noua seditio oriretur: si id flagitiū ꝓ maiestate vindicare esset ausus. Plęriq; clari noīs viri se sceleri addixerant, quos miti, & quasi patria castigatione maluit ad officiū reuocare, q̄ intēpestiua animaduersione in maius aliquod facinus impellere. Verū nec sic quoq; defuit: q in ducē ipsum cōtumaciter reclamaret. Non esse cur amplius Moses pgeret diuinarū legum ptextu, quas ipē ad libitū finxisset, tyrānidem exercere. Nā quod ad Madianarū cōgressum attineret, nō solū nō se negare id qđ crimini deť, sed paratū etiā esse se tueri factū: atq; ostēdere, si opus sit, ꝓbabili exēplo id fieri, quādo ꝑ varios deoꝝ cultus explorādo veritas quę in occulto esset, facile dephēderetur: nec credere se impie aliqđ fieri, si ꝓcreādę sobolis causa pegrini sanguinis sibi fœmina adiungeret: quod & ipē legumlator, q tā acerbe in eū morē inuectus esset, & Habraamus totius gentis author, maiorūq; plęriq; fecissent. Hæc quū Samarias Simeonitarū longe princeps, q Madianā puellam nobili loco ortam domū abduxerat, nō minus impie, q̄ ferociter iactasset: appareretq; omnia diuia & humana per hæc confusum iri, si sic fieret: etsi nemo erat q ob diuitias hoīs domesticūq; splēdorē iusticiā apte tuereť: pstrinxit tñ tacitus dolor circūfusæ multitudinis aīm: timebaťq; in primis ira numinis. Cęterū multo maior est aīorū motus secut9: posteaq̄ ille contēptim sese e cōspectu populi ad puellę tabernaculū pripuit. Phinees Eleazari fili9 oīm vnus id flagitiū ferre non potuit, qn stricto ferro ad Samariā īgressus eū ī Chorania Madianę cōplexibus obtrūcat, mox iræ indulgēs puellā quoq; trāsfigit. Biblyaci libri ꝓ Samaria & Chorania Zābri & Cozbi hñt. Perierūt & alii plæriq; ei9 sceleris participes. Nec cęde solū res expiata est, sed teterrimus etiā morbus in eoꝝ familias vulgat9. Ad. XIIII. milia hoīm, vel (vt alii scribunt) quinq; & vigiti paucis

Moabitæ a Iudęis vincuntur.

Vsū. i. opus

Balaami vaticinium.

Madianitidū illecebrę

Mosis ofo.

Samarię iactantia.

Phineæ indoles.

diebus interiere.Sub id tempus,quo vltio hęc secuta est,Moses ex singulis tribubus,quæ erant
duodecim numero.X.milia lectorꝝ hoim Phineę ductu I Madianos misit. Sacri libri.XII.milia
tantum missa demõstrãt.Sed quãtacũq; fuit illa manus,vbi primũ in hostiũ cõspectũ venit, Ma
dianis haud pugnã detrectãtibus,cõfestim pug na cõserta est.Fuitq; id certamẽ Israelitis tã ꝓ
Madianorꝝ cædes. speratũ ꝙ cũ Amorreis fuerat & Moabitis. Vis mortaliũ supra modũ ingẽs cęsa dicit̃.Auxit cla
dem illã Arachus,qui cũ quatuor aliis regib⁹ acie occubuit.Exercuit Iudæus victor crudeliter
victoriã,oĩbus ꝓmiscue ꝑter pueros & puellas,q malorꝝ dæmonũ cultũ nõdum p ætatẽ imbi
berãt,interfectis.Nec tã in eo est iræ indultũ,ꝙ ꝙ Moses ita edixerat. Victor exercitus in castra
rediit opulenta ꝑda onustus,sexcentis.LXXV.milibus ouium in ꝑdam actis,boum duobus &
LXX.asinorꝝ sexaginta,puerorum puellarũq; duobus &.XXX.Quingẽtesima ꝑdæ pars Elea
zaro,& sacerdotibus est data,leuitis qnquagesima.Q̃d reliquũ fuit militibus cessit. Scd̃m hæc
Moses omne Amorreũ solũ bello captum ternis Hebraicę gẽtis tribub⁹ id petẽtibus ea lege di
uisit:vt auxiliares copias ad residuũ belli mitterent,essentq; cæteris tribubus auxilio:donec cũ
Cananeis esset debellatum.Inde cũ ad Iordanem copias admouisset,Iosue viro impigro populi
duce cõstituto,omnẽ multitudinẽ ad cõcionẽ vocari iussit.Hic oia ꝙ ad id tẽpus ꝓ publica salu
te egisset,ad diuinã referens ꝓuidentiã.populũ ad Sinaicas leges ꝑpetuo seruandas vehementi
Mosis cõcio ad populũ. est oratione hortatus.Q̃d aũt ad futuri belli rationẽ attineret,ne vana vlla ꝑsuasione, longove
commercio ab vero pietatis cultu auerterent,quoscunq; hominũ iã inde armis subegissent,ad
vnũ interficiẽdos cẽsuit:idẽtidem testatus ꝑspicue se videre:vt si,quod nollet, ab eo cultu qui
rite pieq; esset genti traditus:aliquãdo populus oberrasset:tũ dirũ exitiũ omne Israeliticũ no
men extingueret,nullãq; in toto orbe terram fore:quã Iudæi nõ essent turpi seruitio repleturi.
Fugerent ꝓinde alterius gẽtis contagia,fundamentaq; diuini & humani iuris, ꝙ ad id tempus
constituta essent,sancte custodirent.Quod reliquũ erat:habetis inqt Iosuen virũ fortissimũ ad
res gerẽdas meis ꝑceptis imbutũ.Huius imperio parere expediet vniuersę genti: quũ ob ipsius
Mosis vaticinium. eximiã in re bellica virtutẽ,tum qa id numini cordi est:vt ex oraculo didici.Hoc duce terra to
ties vobis ꝓmissa potiemini:in ea vrbs vna loco auspicatissimo,quẽ prophetę voce sibi numen
optauerit colẽda vobis est:vbi tẽplũ vnũ augustissimũ,ara vna.hic ter quotãnis ex oĩbus Iudeę
terrę finibus religionis mutuiq; hospitii causa,frequens habebit̃ conuentus. & hæc de cõmuni
gẽtis statu.Dein nullã ratus ciuitatẽ,sine iuris & ęqtatis cultu posse diutius cõsistere:super.X.
illa legũ capita,duabus tabulis ad Sinã perlata,alias populo leges, ciuiliaq; instituta , suprema
illa cõcione sanxisse dicit̃.Nec eorꝝ adeo multa sunt mihi hoc loco referẽda:cũ non pauca alio
qui fuerint.Cæterũ operæpreciũ est,horꝝ meminisse,quũ ꝑpter vetustatẽ ipsam: ꝙ plane arguit
recẽtiores legũlatores multa ex hoc fonte habuisse:tum ꝙ earũ legum vim & põdus cõsiderã
ti mihi verissima esse videntur,quę de sublimi & ꝑclara ipsius viri eruditione vulgo est opinio
recepta:fuisse eum non diuinarũ solũ,sed humanarũ etiam rerum peritissimum . Pueri inqt ab
initio leges discãt,disciplinã eñ cõtinẽt optimã.Qui dei nomẽ blasphemia lęserit,ꝓ diẽ suspen
Mosis leges populo latę dito,insepultumq; abiicito.Ex meretricia pecunia sacrũ nullum facito . Septeni in singulis vr
bibus principes sunto:q iustitia & prudentia cęteros antecellant.Duo cũ his Leuitici ministri
iudicanto.In re iudicãda si qd rectũ sit parũ iudicibus liqueat:pontificis & seniorꝝ arbitrio rem
totam decernunto.Vnum testẽ ne recipito.ac ne duos qdem, nisi horꝝ prius sit spectata fides.
Tres rite testimonium dicũto.Sed neq; mulier testis esto,neq; mancipiũ,in hoc fortuna:leuitas
cui adhuc viuenti Phineus Ideã Dardano Scytharũ rege ortã superduxit vxorem. Adolescẽtes
matris suasu vim nouercę ĩtulerũt, ob idq; a patre atroci supplicio dãnati, ita forte accidit vt sub
id tempus, quo Minyæ eo nauim appulerũt, ambo poenas expẽsuri, in ipso littore destituti ad sup
plicium starent. Verterũt illi rei atrocitate notorũ hospitũ in se oculos, eorũ fidẽ flebiliter implo
rantes, simul Phinei cõtumeliã in Cleopanã matrem, & odiũ in filios miserabili cõploratione me
morantes. Orare itaq;, vt velut pręsentes dii, præpeti appulsu, se indigno supplicio liberarent. Oc
currit interim Phineus, vetatq; hospites quippiam mouere, nullum vnꝗ̃ patrem de liberis suppli
cium sumpsisse dictitans, nisi filiorum scelus patriã charitatẽ superasset. Hic Minyę ꝗꝗ̃ opẽ ado
Zethis. Calais. lescentibus imploratã pręstitam voluissent, pręsentiam tamen regis veriti, ne præterea hospitale
littus temere violarẽt, nihil vltra tẽdere sunt ausi. Abstinebant itaq; alii, quum Zethis & Calais
Boreę filii, qui cũ Minyis erãt, audito Cleopanę sororis noĩe, & ꝗ̃ miserabilis esset illi⁹ apud Phi
neũ fortuna, quę natorũ supplicio multo adhuc esset miserior futura, oĩs humani iuris, ꝓpriæq;
salutis immemores, in littus desiliũt, vinculaq; adolescẽtib⁹ vi adimunt. Tum certamine ex ea re
Phinei ĩteritus. tumultuose orto, Phineus barbarorũq; plurimi circa illũ subita vi occubuere. Regia deinceps ca
pta: Hercules author fuit, vt Idea ad patrẽ incolumis remitteret, vt in illius potestate eẽt intem
pestiuas filiæ nuptias vindicare, quę Cleopanę & filiis tã calamitosę fuissent. Ferũt Ideam a patre
Idcę mors. haud multo post occisam: quo apparet eo inuito Phineo puellã nupsisse, in Cleopanę contẽptum.
Scio ego nõ deesse, qui scribant, filios a Phineo excęcatos, ipsumq; a Borea in filiæ, & nepotum vl
tionem priuatũ luminibus fuisse, Herculẽq; priusꝗ̃ ad Phineũ Minyę venerint in Mysia relictũ.
Iuuenes periculo seruati regno Cleopanæ matri permisso, cum Argonautis in Colchidem naui
garunt. Diodorus tantum hæc secutus quæ de Phineo scribuntur, omissis quæ de Hylæ casu, &
Argo. pugna Amyci, Cyaneisq; scopulis curæ fuit aliis tradere, nauim Argo in Tauricã regionẽ appul
Hylę casus. sam author est. Cæterũ si vera alii secuti sũt: Hylas Herculis minister circa Argantoniũ Bithy
nię (iminet is mõs Prusiadi) aquatũ egressus, ignoto periit casu. Hũc dũ Hercules sollicita inue
Hercules ab Argonautis relictus. stigatione requirit, serusq; nimis se ad nauẽ recipit, Iason Minyæq; longioris morę tædio digressi
ꝓcul inde abeunt. Ipse diu terras ꝑuagatus, quũ in sui admirationẽ locorũ accolas vertisset, inter
alia vetusta erroris illius monumẽta cõstituisse ferẽ, vt quotannis locorũ idigenę ꝑ syluas, & mõ
tes vagi lymphatico cursu Hylã clamitarent. Qui sacrorũ ritus siue tũ ab Hercule fuit institut⁹
(nã id quoq; ambigue tradiẽ) siue Cius ꝗ fuit ex Herculis comitibus vnus, id solẽne inuenit, ꝗp
pe qui ex Colchide reuersus vrbẽ de suo noĩe, quę Prusias est deinceps dicta, condidisse diciẽ, Pru
siensibus (qđ satis cõstat) multas post ętates sacra incorrupta mãserũt. Diodorus ait Herculẽ in
Pontum cũ Iasone nauigasse: ꝙ si verus est author, miror ꝗd fuerit, ꝙ nõ multo post Hylæ ca
sum Pollux potius ꝗ̃ Hercules cęstib⁹ aduersus Amycũ Bebryciorũ regẽ, ex ꝓuocatione dimica
rit. Sed hęc oĩa varie relata tutius in medio relinquũtur. Nec de scopulorũ concursu, quos Cya
neos vocãt, Orpheus & alii multo ꝓbabiliora tradiderũt. Cęterũ locorũ natura pbuit illis fabulã
Cyanei scopuli. di materiã. Sunt gemini scopuli ad exitũ põtici maris passus mille & quingẽtos ab Europa, qua
tuordecim ab ostio. Quidã Cyaneas dixere insulas, Alii Symplegades. Quas idcirco poetæ inter
se cõcurrere solitas fabulati sunt, ꝙ paruo inter se discretæ interuallo, ex aduerso intrãtib⁹ gemi
nę cernantur: paulum inde deflexa acie coeũtium speciẽ prębeãt. Bithyniæ deinde oram mox &
Paphlagoniæ, qua dexterũ eis littus erat, prætereuecti, per Phasidis ostium in Colchidis intima ꝑ
uenere. Hic quãto maiora imminent historiæ discrimina poetarũ mendaciis, ꝗ̃ ipsi a ꝓdigiosa aurei
velleris custodia Argonautis impendisse fabulentur, sedulo danda nobis opera est, vt fides, sine
qua stare non possit historia, inde incolumis cum Minyis eruatur. Iacet terra ipsa (vt pauca
Colchidis situs. in vniuersum de regione & gentis vetustate dicam) Caucasi iugis obnoxia, qua ad Ripheos ille
obliquaẽ montes, estq; ea parte Colchis Sarmatiæ affinis. Ab ortu solis Iberia ei contermina est,
Cappadocia ad meridiem cum parte maioris Armeniæ. Alluit occiduam oram Euxinum mare,
qua Phasim in Armenia ortum Hippo & Cyano fluminibus haud mediocriter auctum excipit.
Estq; is nauigabilis, magnorumq; nauigiorum patiens, octo &. XXX. milia passuum a mari, in
de minoribus enauigatus lembis centum viginti est pontibus peruius. Fuit & vrbs eiusdem no
minis quo fluuius totius gentis Emporium lacu mari, Phaside ipso circunflua: Littora & flumi
nis ostia amoenissima, regio frugibus, & omnibus quæ ad naualem fabricam attinent, opportu
na, multarum rerum ferax, sed mellis in primis, verum amari gustus. Magnus inibi lini pro

uentus canabis,cæræ,& picis.Lanificiũ vulgo exercent,quo ſane argumento vtuntur hi, q eam
gentẽ ab Ægyptiis oriũdam exiſtimant.Herodotus Colchos Ægyptiorum colonos eſſe credidit Colchi vn-
& a Soſtrate,qui primus oĩm(vt ipſe ſcribit)externis gentibus arma intulit, in ea terra relictos de oriũdi.
Trogus Vexorẽ non Soſtratẽ noĩauit.Hi præterq̃ φ capillo & colore atro ſunt Ægyptiis perq̃ ſi
miles,verẽda circũcidũt,qđ ꝓpriũ eſſe Ægyptiorũ idem authot arbitratus eſt,vnde eum morem
Phœnices & Palæſtini Syri acceperint.Sed quẽadmodũ in eo Græci ſcriptores decepti ſint,alio ẽ
loco ſignificatum.Plura adhæc Phryxeæ prius mox & Iaſonię in Colchidem expeditionis extite-
runt monumenta,quæ veteri perſuaſioni eorum,quæ de his ſunt memoriæ prodita, haud dubie
aſtipulantur,arguũtq; vtriuſq; aduentũ Colchorum genti admirationi fuiſſe.Durauit ad poſte-
ros Leucotheę templum in ea terra cum oraculo,in quo aries nõ mactabatur,φ a Phryxo condi
tũ vetus fuit phama.Dioſcurias ꝑterea & Eniochi gẽs a Telchio & Amphito Caſtoris aurigis Eniochi.
eſſe creduntur.Caſtor ex Argonautis vnus fuit.Sed rerum ab his geſtarũ ratio anceps.At nos q̃
veriſſime poterimus,omni poetico velamento rebus detracto,quæ poſt Iaſonis acceſſum ſecuta
ſunt,ordine explicabimus.Phama eſt Perſen & Oetam fratres vno tẽpore hunc in Ponto,in Tau Perſes &
rica illũ regnaſſe,immiti vtrũq; truciq; ingenio.Hecate ex Perſe orta eſt,ſæuitia & feritate pater Oetas.
na nihilo inferior,quæ quum virgo adhuc eſſet,ſagittis quos libitum fuiſſet,trãſfigere ſit ſolita.
Sed maius adhuc illi ſtudiũ in venenis conficiũdis.Aconiti inuẽtum ad eam referũt quidã, vim
naturamq; veneni in hoſpitibus experiri conſuetam.Mox patrem his artibus aggreſſa,vita ſpo-
liauit,cuius morte regnũ adepta Tauricę erexit templum Dianę,ad cuius aram,vt hoſpites ſiue
terra,ſiue mari adeſſent crudeliter mactarenť inſtituit,futurum rata,vt ſuum per hęc nomen in
plures gentes phama diffunderetur.Nupſit hæc deinceps Oetę patruo,cui Circen,Medeam, & Circe.
Egialeum,enixa eſt.Circe maternis artibus imbuta,& ipſa hærbariã venenaq; tractauit , addidit
etiã p ſe aliqua.Nupſit virgo Sarmatharũ regi,eoq; veneficiis ſublato,regno potita eſt, quo quũ
aliquãdiu male eſſet vſa,crudeliterq; nimis tractaret ſubiectas gentes,regno pulſa modico mulie
rum comitatu deſertam in Oceano inſulam tenuiſſe dicitur.Sed maior omnino phama eſt ĩ Ita-
liam eam veniſſe,conſediſſeq; in Latii promontorio.Tum vero inſula fuit,ab eoq; incolatu Cir- Medea.
ceiorum nomen adepta.Medea domeſticas artes & ipſa haud quidem aſpernata, medicis hærba-
rum viribus,magicorũq; carminum ambagibus operam dedit.Sed ingenio multo mitiore q̃ ma
ter aut ſoror,quarũ vtraq; feritate truculentiaq; fuit inſigni.Medea quum arte multa,tum gra-
tia qua plurimum apud patrem valebat,hoſpites eripiebat cædi deſtinatos. Deſciuerit ne ſuaſu
longave coniugis cõſuetudine,an ſua ſpõte Oeta,ad eam immanitatem,vt hoſpites immolaret,
an potius oraculo monitus perſuaſum habuit,ſibi exitium ab externis gentibus imminere,ſitq; p
hęc conatus fatalem diſcutere neceſſitatem,p certo ponere non auſim.Multiplex inde phama ſe-
cuta eſt.Nam quę de Ariete aureo tradita ſunt in fabulis,haud dubie ꝓ vanis refelluntˀ.Fuerunt
q traderẽt Thebani pędagogũ Phryxi Arietẽ vocatũ,q cũ puero ĩ Colchidẽ delatus ab Oeta pa Quid fue-
trio ritu fuerit Dianę ĩmolat⁹,pelliſq; cadaueri detracta in tẽplo de more ſuſpẽſa. Adiiciũt Phry rit aureum
xum Gambro Scytharũ regi dono datum.Cui ille flore ętatis,vel indole potius cõciliat⁹ poſtre vellus.
mo ſit hęres relictus.Oeta interim oraculo doctus,fore,vt quando Arietis,qui aræ fuerat admo
tus,ex ſacro ſpolium luco eximeretur audaciſſimi hoſpitis manu,tum demũ mortem occumbe-
ret,eo monitu exterritus pellem auro illitam,vt diligẽtius aſſeruaretur templo intulit. Sacerdo-
tes cuſtodeſq; loco adhibuit,qui puigili ſtatione fatales exuuias,ab omni vi fraudeq; tuerentur,
Aliĩ arietem pecus ſub Phryxi in Colchidem aduẽtũ Oetam mactaſſe crediderũt,ac rum pellem
quã hoſtię detraxerat,quia ſibi fatalẽ cognouiſſet,inaurari,cũſtoditiq; imperaſſe,templo multifa
riam munito,ad exteras gẽtes ꝓcul inde metu arcendas,rumores diſſipari paſſim hoſpites ab re
ge in Colchide mactari.Cęterum ſiue verus fuit ille ſacrorũ ritus,ſiue ad terrorẽ factus, ſatis cõ
ſtat viros fortiſſimos ex Taurica regione accitos,cuſtodięq; adhibitos,qui quũ truci eſſent inge-
nio,vimq; & robur præ nimia ferocia ſpirarent,igniuomi tauri a poetis decantenť.Pari ratiõe &
de dracone fabula vulgata ẽ.Veriora aũt ſecuti cuſtodẽ tẽpli eo fuiſſe noie autumãt.Magnũ ita Tauri igni
q; certamẽ erat Iaſoni,& aliis ꝓpoſitũ,quicquid illud fuit,qđ ex ſacrato erat luco auferẽdũ,ſiue fa- uomi.
talis fuit pellis,ſiue vis auri ingẽs(vt alii ſuſpicanť).Id Medea regis filia Iaſoni p amorẽ cõcilia-
ta ſua opa diſcuſſit.Ego Calciopẽ,q̃ Phryxo nupſerat(vt diciť)Medeã ad id facin⁹ cõpuliſſe cre
diderim,q̃ ob affinitatẽ gñis voluerit ĩ manifeſto diſcrimine Iaſoni cõſultũ.Qđ & Apollonius,q
Argonautica ſcripſit,ſignificare videť.Medea igitur inſcio patre Minyas,ad tẽplũ,qđ Marti fuit
ſacrũ,occulte pduxit,vbi vellus cuſtodiebať aureũ.Diſtabat loc⁹ a Sybari Colchorũ regia ſtad.

LXX. Ibi regia puella custodibus Taurica lingua appellatis, tēpli fores mādat sibi reserari. Quibus subito patefactis, improuiso Minyarum incursu, custodes incauti opprimuntur, quippe q nihil minus q̄ insidias ab regis filia metuebant. Plures itaq; vi subita obtruncant, perpauci medio tumultu dilapsi, ad vrbē trepido cursu cōtēdunt. Regi nunciant ꝓditū a filia præsidiū tēpli. Aureū vellus a Minyis direptū. Iason interea iā voti cōpos cū Medea & sociis ad nauem se receperat apparebatq; regē ad vltionē cōtinuo occursurū, futurūq;, nisi illico inde soluerēt, vt cū ferocissimo genere hoim de vita dimicare cogerent. Hęc forte cōsilia agitātibꝰ, celerius q̄ oim fuerat expectatio, Oeta vltionis cupidus, cum tumultu & fremitu affuit, cōtractoq; statim prelio, cum iis quos forte circa littꝰ temere errātes iuenerat, Iphitū Euristhei fratrē obtruncat. Ibi Iasone & aliis in regē, & qui circa illum pugnā ciebant, irruentibus, atrox fit pręliū. Oeta & Meleagro in pugna

Oeta interficitur.

ictus concidit, ad cuius casum Colchos ingēs metus & trepidatio inuasit, mox aliis sup alios cadētibꝰ fit fuga. Nec Minyis victoria fuit incruēta, Iasone & aliis qbusdā ex Argonautarū primoribus grauiter vulneratis. Nauis illico post prelium ex infesto littore soluta est. Mirū quantopere hic quoq; diuersi abeant scriptores. Sunt porro, qui Oetam interfectū negent, alii ne pugnatum quidē cū eo tradūt. Sed Absyrtū filiū ad Minyas persequendos missum. Quidā adhæc graui tēpestate orta parū defuisse aiunt, quin naufragium fieret, coactosq; nouo periculo Minyas, nouis se votis obligasse, inde Thraciū Bosphorū ingressos p Hellespōtū in Troadē venisse, vbi Iphiclo, & Thelamone ab Hercule ad Laomedontē missis, q debitā ob Hesionē antea liberatā a patre mercedē exigerēt, q̄ nō mō nō reddita est, sed cōtra etiā ius gentiū legati custoditi sunt, moraq; consilia a rege & Iliēsibus de Hercule & Minyis subita vi opprimēdis. In hæc patris & cęterorū consilia Priamus, q iā adolescere cœperat, supra ætatē grauiter est inuectus, idētidē patrem admonēs,

Priami verba ad patrē

standum esse fœderibꝰ, seruandamq; fidem hospitibus, quorū interuentu nō mō soror sua Hesione sed patria quoq; a teterrimo esset mōstro seruata: Deū hoimq; fidē testatꝰ, rē eos nefariā, oiq; detestatione dignā parare, qui vt ipune id flagitiū ferrent, maiori se sceleri ac pene inaudito obligarent. Hūc inqt pater, quē fide data & accepta, hospitalibus mēsis, & laribꝰ domesticis, semel admouisti, quē magnorū pmiorū spe oneratum in remotiores terras dimisisti, q nisi periclitanti filię opē tulisset, dimidia hodie sobole careres, de huius exitio tā perfide inire potes consilium? Fac rogo ita fieri posse (q deus id scelus a regia domo auertat) vt Herculē & socios pdas insidiis exceptos, audebis ne tu illius sanguine hoc littus violare, q nisi tuorū tēporū nouitate affuisset, suauissimę erat filię cruore imbuēdū? Sed fac illū nihil de te meritū, quo exēplo tuos hospites tā crudeliter necabis? Scytharū, Thraciūq; nō nostrę gentis hęc pfidia est. Ergo Laomedon a Dardano prognatus, q cū in has terras venisset, a Teucro nō mō nō iniuria affectus est vlla, sed solo ad vrbem cōdēdā impetrato, in generū quoq; est ascitus, diuini humaniq; iuris cōtemptor, hospitali sanguine Ilii regiā coinquinabit, vt tā sit Iliū posthac apud oēs gētes ifame, q̄ Diomedis fuit regia, aut Lycaonis domus? Q; si nō merita, si nō opes hoim respicis, deos ipsos saltē vereare, qbꝰ hospitalia iura curę sunt, q hmōi scelera in terris prim ipsi vlti sunt, pcim mortalibꝰ vlciscēda reliqre, iulta certe voluere nunq̄. Q; si ignoraremus, qs sit hic, cui insidię parant, q̄ inuictus, q̄ felix, quātꝰ scelerū vindex, quot mōstra, quot pestes e terra sustulerit. Pholi domū ab iniuria seruauit, Diomedis crudelissimi hospitis euertit. Quare idētidē moneo pater, simul & hortor, ne fidē semel hospiti datā turpiter labi patiaris, qua prodita nihil sit hoi in vita reliquū, cur fortis, aut iustus dici possit amplius. Video adhæc quid periculi tibi tuæq; instet vrbi ab Hercule & Minyis, si abnegare pgas, q̄ iure repetunt. Quin mitte rogo cōtinuo cū legatis pmia ad littus, q primo Herculi, & aliis de legatis in custodia habitis satisfaciant, ipsosq; (vt par est) hospitaliter appellent. Hæc pater pstare potes, & debes, nisi fatalis aliqua necessitas te cū tota domo patriaq; ad excidium trahit, q̄ te nō qd fieri oporteat, sed quātū etiā piculi sit oculis admotū, ne pspicere qdē patiat. Hęc ille prudēter ac supra ætatem monere, hortariq;. Verū perstare senex in sentētia, atq; hinc fato, īde auaritia distrahētibꝰ, vim & arma circūspicere. Tū Priamus, incertū, officio an periculi metu, duos occulte gladios custodiæ intulit. Inde Iphiclo & Thelamoni, submotis arbitris, patris & Iliensiū consiliū aperit. Monet vt incautos custodes adorti obtrūcent, inde cōtinuo cursu se ad socios recipiāt, doceantq; Herculem & alios, quātū nisi caueāt, piculi ab Iliēsibus imineat. His ambo instructi, custodibꝰ cęsis se ex vrbe pripiūt, vixq; ad littus venerāt, Laomedōtis in se iiuriā memorātes, & qd ab eo & Iliēsibus pararet, quū rex tumultuose affuit. Minyę arreptis armis veniētem infesto agmine

Laomedontis cædes.

excipiūt, pugnaturq; hic p viribꝰ vtrinq;, ac multo atrocius, q̄ p numero dimicātiū. Laomedō ab Hercule pcussus cōcidit, cadentē regē Iliēses intuiti terga vertūt. Instāt Minyę, mixtoq; agmine

victores victiq; portis incidunt, vnaq; irrũpentes vrbe Argonautæ potiunt. Sæuitũ in eos est, q cõsiliorũ regis fuerant cõscii. Priamo, & φ pacis author reddẽdiq; premii fuerat, & a legatis iniuriã arcuisset, vrbs & Regnũ restituit. Scio fuisse, q traderent Herculẽ nõ cũ Minyis, sed suo poti⁹ ductu & auspiciis septẽ ad id bellũ nauibus instructis, in Phrygiã nauigasse. Idq; eo mihi veri⁹ videtur, φ parũ integra fide traditũ existimo, tãtã hoĩm paucitatẽ intra hostiũ mœnia ĩclusam ex iniquo loco pugnantẽ, clarissimã Phrygię vrbẽ in potestatẽ redigere potuisse. Veriora igit secuti videntur, qui in aliud tempus eã expeditionẽ reiiciunt: hi authores sunt, Iliũ vi captũ esse, & excisum ab Hercule, Priamũq; admodũ puerũ magno precio redemptũ. Huic opinioni vt libẽtius accedã Apollonius & Orpheus faciunt, qui negant Argonautas p Hellespõtũ in Gręciã reuersos, quippe q pontici maris angustiis ab Oeta insessis insidias veriti, cõfestim ab ostio Phasidis ad dexteram flexerint cursum: inde nauim Argo p Cimmeriũ Bosphoꝝ Meotim ĩgressam, mox p Tanaim aduerso flumine ad eius fontes subuectã, asportatãq; deinceps aliq̃diu humeris, ad Oceanũ penetrasse, lõgisq; errorib⁹ p Gaditanũ fretũ in internũ mare reuersam. Adiiciũt Minyas ad Latinorũ orã appulisse, fuisseq; Medeã ĩ hospitio nõ nihil apud Circẽ. Mox ex Circeis pręter Sirenũ ꝓmontoriũ & reliquã Italiæ orã pręteruectos Cercyrã tenuisse, vbi a Phęacũ rege appellati sint, ad quẽ aliquãto antea venerãt ex Colchide legati, Medeę fugã vestigãtes, ibiq; ne Medeã restituere cogerent, ferunt in naui Iasonẽ cũ ea adhuc intacta coiuisse, qñ ita rex Phæacius ferebat decreturus, vt si Medea nõdũ virũ passa esset, patri redderet. Ex Cercyra inde Argonautę ꝓfecti in Libyã tẽpestate sunt delati, vbi importuoso mari deprehẽsi, discrimẽ maximũ adiere. Edocti tũ a Tritone quodã, qui in ea terra p id tẽpus regnabat, pelagi naturã, syrtium difficultate superata in Gręciam sunt reuersi. Et hęc Orpheus qui vnus ex Argonautis fuit, cui Timæus adeo est assensus, vt argumenta etiã quędã nauigationis illius haud obscura, ad posteros mansisse dicat. Et φ accolæ Oceani pluribus locis Castorem & Pollucẽ pro diis postea venerati sunt, pluraq; circa mare oppida a Dioscuris & aliis Argonautarum fuerint nomen sortita, & in interno pelago circa Ethaliam insulam Argous fuit portus, & in ipsa Hetruriæ ora Thelamon promõtorium. Cæterum multo veriora mihi secuti videntur, qui ab Phasidis ostio, recta Pontũ traiecisse aiũt, nec dextrũ latus aut lęuũ, ne in hostiũ insidias incideret, nauim argo tenuisse, sed Histrũ ingressam, inde ex Histro Sabũ, ex Sabo Nauportum, cui ex ea postea re nomen manserit. Oritur id flumen inter Alpes & Hemonã. Diligẽtiores humeris transuectam alpibus tradiderũt. Satis cõstat si Plinium seq libeat, haud procul Tergeste in Adriam descendisse. Argumento huic rei oppidũ Tomi circa Histri ostium, vbi phama est Absyrtũ a sorore discerptũ. Strabo Nauportũ oppidũ non flumẽ esse existimat, Tauriscorũq; coloniã, fluuiũq; illi ꝓpinquũ Corcorã noĩari. Hunc Sabo insinuari scribit, Sabum Drabo, Drabum Noaro: hunc Calapi accepto vehemẽter augeri. Labit Calapis ex Albio monte, perq; Capides lapsus Danubio infundit. Nec de Absyrti cæde simplex phama est. Sunt qui circa Delmatiam id accidisse significent insularũ argumento ducti, quæ ipsi terrę adiacẽt ab Absyrto nominatę: adeo varie omnia de Argonautarum reditu veteres rerum scriptores tradidere. Verũ qui Hellespontũ remẽsum credidere, in Samothraciam argo appulsam memorant: ibiq; Minyas se votis soluisse, durasseq; multis post ætatibus Phialas, quas illi discriminosa nauigatione seruati, dedicassent. Ex Samothracia, quia rumor iam antea totam Gręciam peruaserat, Iasonem & qui cum eo in Colchidem nauigauerant periisse, eaq; occasione fretus Pelias Aesonem & Alcimenem, quibus natus erat Iason, ad necem compulerat: Promacho insuper interfecto vt in virili stirpe cum fratre extincta sibi regnum stabiliret. Minyę casu ne an consilio, parum compertũ habeo, noctu Thessalicũ littus tenuere. Ad Hermiũ nõ procul ab Iolcho in terram Iason egressus, confestim per eos q illuc primo occurrerãt, de domestica clade cognouit, qualis Pelias in parẽtes, qualis in fratrem extitisset. Hic Minyis nõ solum suam Iasoni operam in vlciscendo suorum nece pollicẽtibus, sed ad vltionẽ etiã vltro impellentib⁹, dubitatio incidit, vtrũ incautũ Peliã adorirent, an exercitu ad id prius cõparato, eũ apto bello peterẽt. Appebat id consiliũ ꝓceps & nimis audax, si pauci admodũ numero rẽ tãtã aggrederent. Satis liq̃re oĩb⁹, si primo regẽ conatu opprimere nequissent, qcũq; vrbẽ temere ĩgressi eẽnt, hostiũ mœnib⁹, regioq; ꝓsidio ĩclusi ad vnũ trucidarent. Cęterũ Medea eã sibi ꝓuĩciã depoposcit, futurũ pollicita, vt suis artib⁹ Peliã adorta breui spoliaret vita. Tũ pię vltionis cura mulieri delegata, Minyę ꝓ magno negocio habuerũt, vt suus appulsus tãdiu in occulto eẽt, quoad ex vrbe nũciaret, quẽ exitũ Medeę cõsiliũ habuisset. Illa vero phanaticã anũ mẽtita, vrbẽ prio, inde regiã ingressa, quũ multis rerũ ambagibus nouaq; suspitione Peliã & filias implesset, eo ꝓpulit puellas, vt oblata spe patris ĩ viridiorem

Iliũ capit.

Minyarum nauigatio.

Medea hospitio excipit a Circe.

Argonautarũ discrimẽ

Varia de reditu Minyarũ opinio.

Absyrti cędes.

Absyrtides insulæ.

Medeę facinus.

Pelias interficitur. ætatẽ restituẽdi senẽ ferro cõsecerint, inde quasi Lunę sacrũ factura ex eminẽtissima regiæ dom⁹ parte facib⁹ accẽsis, cõfecti negocii signũ excõposito dat Minyis. Q̃ si vera sunt hęc q̃ de Medea a Diodoro traduntur, specularis significatio non est ad Sinonẽ, qui fuit vnus ex gręcis, q̃ ad troiam militarunt, referẽda, vt Plinius credidit, sed ad Medeã quę troianũ bellum pręcessit. Nec Iason & socii in tãta opportunitate cessarũt, sed eximprouiso in vrbe, & circa regiã cõspecti, populũ i sub itũ metũ & stuporẽ vertunt. Regis filię fletu pauoreq́ occupatę, & ob paternam cędẽ suis manibus patratã iã de morte sibi cõsciscenda cogitantes, ab Iasone benigne appellatę, edoctęq́ abesse i de culpã vnde volũtas abfuisset, ægre impetratũ est vt viuerẽt. Satis supq́ conuulsam dicere tot cladibus miserã domũ. Nihil esse cur a se vis vlla metui deberet, q̃ñ certo sciret nullã in se, aut suos ab ea ętate aut sexu iniuriã ꝑfectã. Peliã ab initio suę vitę insidiatũ dicere, Peliã sibi parẽtes & fratrẽ ademisse, Peliã fuisse se in ipso littore obtrũcaturũ, si temere appulisset. Sati⁹ igiẽ visũ vni⁹ iustissimo exitio paternũ regnũ, q̃ multorũ cęde recuperare. Q̃d vero ad ipas virgines attineret, adnisurũ se sũma ope, vt patrueles sorores intelligant, sibi nõ minori curæ esse, ac patri fuissent, nec ciuiũ cuiq̃ suorũ cędẽ fraudi futurã, q̃ñ satis exploratũ haberet eã iniuriã Peliæ, nec alterius fuisse. Regia ciuibusq́ p hęc cõfirmatis, haud multo post ad Isthmũ nauigauit. Vbi naui Neptũ

Iason Corinthũ secessit. no cõsecrata, apud Creõtẽ Corinthiorũ regẽ (Erat em̃ Iasonis nomẽ tota gręcia ingẽs) hospitaliter inuitatus desedit, dãnata (credo) Iolchi regia, tot domesticis cladib⁹ polluta. Inde phama est, q̃d Corinthii quoq́ postea affirmare soliti sũt, eũ .X. annos cũ Medea vixisse, genuisseq́ iterim ex ea Thessalũ, Alcimenũ, & Thisandrũ, quo tpe Medea ob elegãtẽ formã, prudẽtiãq́ singularẽ, in magno apud maritũ honore fuerit. Inde ętatis flore iã ꝑpemodũ exacto, Iason Glaucę Creõtis filię amore captus, virginẽ sibi in coniugẽ a patre petiit. Nec Creon tãti viri affinitatẽ aspnat⁹ est, quẽ ob cõciliatã virtutis phamã, nõ tãtũ hospitio, sed oĩ vinculo necessitudinis sibi iũgere ab initio in aĩo habuit. Tũ multa ille arte Medeã adort⁹, ad volũtariũ diuortiũ conatẽ ipellere, Creõtis affinitatẽ dictitãs, neq́ nouę cõiugis cupiditate, neq́ p̃sentis matrimonii tędio a se petitã, q̃ñ nulla vnq̃ pristinę cõiugis se capere posset satietas, cui vitã & oĩa deberet, sed vt liberos quos ex ea ꝑ

Medeę verba ad Iasonem. creasset p speciẽ nouę affinitatis in regis aulã induceret. His Medea nõ mõ nõ assensa est, sed sua in maritũ bñficia cõmemorãs, nunc ingratũ, nũc ꝑfidũ appellare: Deos ꝑmissi cõnubii testes vltores inuocãs. Miscere deinceps ꝑcib⁹ lachrymas, idẽtidẽ rogitãs, ne se eo cõnubio priuaret, cui⁹ causa deos patrios, domesticũ larẽ, parẽtes, sororẽ, oĩa iura diuina & humana prodidisset: tot maria, tot ignotas gẽtes, tot ꝑicula adire nõ dubitasset, ad q̃d ꝑmerẽdũ ne Absyrti q̃dẽ fratris cęde abstinuisset, Peliã sustulisset, cui pulchrã fœcũdãq́ virilis stirpis sobolẽ enixa esset, inhumane eum facturũ, si ꝑ tot meritis se eiectam, inopẽ, & extorrẽ esse pateretẽ. Mouebãt Iasonẽ non parũ muliebres lachrymę. Mouebat & beneficiorũ memoria. Verum recẽs amor multo plus valuit, q̃ ius & æquitas, qui vbi semel animũ occupauit, quid rectũ, q̃d ęquũ esset haud ꝑspicere sinebat. Regiam igitur affinitatẽ p hęc secut⁹, author fuit vt Medeę exiliũ indicereẽ. Celebrat interim ĩfaustas nuptias, pristinę cõiugis & natorũ quos ex ea tulerat oblit⁹. Multiplex hic phama oriẽ. Sũt q eã die vno a Creõte ĩpetrato, dũ se ad ꝑfectionẽ expediret, noctu regiã domũ medicamẽtis quibusdam

Medea incẽdit creontis regiam. incẽdisse, Regẽq́ ipm cũ filia subito incẽdio cõsũptũ. Alii coronã Glaucę dono missam affirmant q̃ Naphta fuerit delibuta, qui liquor flãmã vel ꝑcul visam ad se rapiat, puellãq́ aris admotam, vt more sacrificaret, iprouiso igni deflagrasse. Alii munerib⁹ quibusdã a Medeæ filiis regiæ illatis Creõtẽ filiãq́ periisse ꝑdiderũt: Sed quoquo mõ illa pellicẽ vlta est, vbi Iasonẽ pręter opinionẽ ser

Medea filios obtrũcat uatũ cognouit, cũ paucis occulta fuga Coritho excessit, Alcimeno & Thisandro prius obtrũcatis. Thessalus media fratrũ cæde dilapsus, ægre seruatus est. Ipsa cũ Thebas venisset: Herculis fidẽ aduersus mariti ingratitudinẽ implorauit. Iason merito in eã calamitatẽ incidisse a Corithiis iudicatus est, q plus ęquo dolori indulgens, haud multis interiectis diebus sibi mortẽ consciuit. Thessalus p ętatẽ adult⁹ in Iolcho regnauit, a quo Thessaliã noĩatã authores q̃dã prodidere, etsi

Hercules a Medea curatur. de noĩs ratiõe nõ vna (quod supra est significatũ) fuit veterũ scriptorũ opinio. Medea haud multo postq̃ Thebas venit, Herculẽ ab insania curauit, fuissetq́ eo merito apud Thebanos p Herculẽ satis tuta, nisi ille Euristhei imperio cõtinuo in nouã expeditionẽ exire adact⁹ esset, cui⁹ p̃sidio destituta Athenas se cõtulit. Hic ab Aegeo (vt quidã memorãt) grauida facta Medũ peperit. Inde Theseo (de quo loco haud multũ hinc diuerso dicã) Athenas veniẽte, veneficii (vt fertur) ab eo accusata, inde ꝑficisci coacta est, Aegeiq́ pręsidio adiuta in Phœnicẽ primo nauigauit. Inde i supioris Syrię orã ꝑfecta, regias iterũ nuptias sortita ẽ. regis nomẽ nullũ (q̃d sciã) ad posteros tradidẽ. Ex nouo cõnubio Medũ enixa est, a quo sit postea Media nũcupata. Et hęc q̃ verissime potui

de Minyarũ in Pontũ expeditione,& Iasonis exitu,q memorabilis illius fuit nauigatiõis author. Nunc q̃ de Hercule adhuc restant, vt verius potero paucis explicabo, neq; enim nomina quęq; sunt a me in illo consectanda,quum p̃terq̃ q̨ fabulosa plæraq; de eo p̃dita sunt memoriæ, tot & tanta in hunc vnum Herculem Græci scriptores congerũt,vt si singula dicẽda sint, ferus nimis ad reliquas Rapsodię huius partes explicandas detur stilo reditus.Ponã igitur & q̃ relatu digna videbuntur,quæq; aut vera erunt, aut vero longe simillima.Diodorus,& qui gesta Herculis ordine digerũt,quæ ille in Amazonas gessit,Ponticę expeditioni subiiciunt.Rem longe quidem vetustam,& q̃ rei miraculo ab historica fide multũ abhorreat.Etenĩ hoc fabula ab historia distat,q̨ quę falsa sunt,quæq; mendacio p̃xima p̃ fabulosis vulgo repudiant̃:historia siue vetus sit,siue recens,fidem sibi constare vult,cui duo illa(q̃ dixi) maxime repugnant.Etenĩ quis fuit vnq̃ tam temerarii assensus,vt ciuitatẽ vllã fœminas dũtaxat habentẽ aut constitui potuisse credat,aut quo quomodo cõstiturã diutius consistere,quę aliena inuaserit, ac bellãdo longe lateq; sit multis gentib[9] dominata?Enimuero perinde est id dicere,ac siquis credi velit fuisse olim mulieres viros,cõtra viros mulieres.Sed vetustatis consensus,multaq; & magna rei ipsius argumenta faciunt , vt pro vero ponere nihil sim veritus.Constat itaq; gentẽ ipsam a Scythis oriundã.Per id enĩ tẽpus (vt Trogus scribit) quo magna pars Asiæ Scythis tributum pependit, cuius postea reddẽdi Ninus Assyriorũ rex finẽ fecit,Plinos & Scolpythus regii iuuenes p̃ optimatiũ factiões domo pulsi, ad Thermodoonta fluuiũ in Cappadocię ora,cũ ingẽti populariũ manu cõsedere.Hi deinceps rapto viuere assueti,post aliquot ãnos in finitimorũ insidias lapsi,cum toto exercitu periere. Nec ea clades sup̃stitũ mulierum aĩos (q̨ vix gens alia tam cõstans fuisset) mœrore & luctu occupauit, sed recentẽ orbitatẽ exilio additã cernẽtes,ita accensę arma capiũt,seq; suosq; fines valide aduersus oẽm hostilem iniuriam tuentur,mox vltro bella inferendo,non solum sui cõtẽpum adimunt, sed metũ etiã & terrorẽ oẽm in p̃pinquos accolas vertũt . Nec cõnubii interim cura vlla subibat aĩos,quin rẽ ipsam velut seruitiũ quoddã auersatę,quicq̃d virorum clades illa sibi reliquũ fecerat cõmuni cõsilio obtruncãt.Cuius nefarię cędis argumẽto,a Scythis æorpata,id est viricidę postea nominatę sunt,nã æor illi virũ dicũt,pata obtrũcare.Suo igitur ductu finitimos vltæ,pace parta, ne tota gens interiret (apparebat enim si p̃creare desiissent, haud vltra hoĩs ætatẽ genus ipsum duraturũ) nouã p̃pagandę sobolis viã cõmentę, lectissimos iuuenes ex finitimis gẽtibus accitos noctu loco ad id cõstituto adibant,eosq; sępius repetitos ad cõgressum inuitabãt, quoad vterum se ferre sensissent.Tũ virilem stirpẽ,siqua orta eẽt,aut interficere,aut p̃cul ablegare:Puellas ĩ successionẽ generis alere, eas ab ineũte ætate sagittis,cursu,equorũ agitatione exercere.Cæterũ quo arma cõmodius tractarẽt,dextrã sibi mammã inurere,vnde Græca voce nomẽ genti datũ videri potest.Incredibile quidẽ dictu,q̃ longe lateq; illarũ sint fines postea p̃pagati.Illustres Ionię vrbes Ephesus & Smyrna ab his cõditæ credunt̃.Trogus author est,magnã Europæ partẽ Amazonicis armis domitã,p̃terea & Asiæ nihilo minorem occupatã.Sed vulgatior fama est,q̃ Amazonicũ regnũ Asiæ finibus circũscribit,idq; magna ex parte a Marthesia & Lãpedone sororibus, q̃ in totã gentẽ imperiũ habuere,bello q̃sitũ.Marthesiã subito barbarorũ incursu interfectã aiũnt,quũ parte copiarũ Themiscyram cũ sorore remissa,ipsa Asiæ oram p̃sidio obtineret. Orithyia ex illa genita regno successit.Cui præter cæteras rei bellicę virtutes,eximia seruatæ in oĩe æuũ virginitatis admiratio fuit.Per hæc illa rantũ phamæ sibi suisq; popularibus peperit,vt Herculi q bis sena Euristheo debebat stipendia,pro magno sit negocio edictũ,vt ad Orithyiã Amazonũ reginã armis spoliandã nauigaret.Is cũ delecta Græciæ iuuentute,nouẽq; longis nauibus,per Hellespõtũ & Bosphorũ Thraciũ ĩ Põtũ egressus,ad Thermodoõtis ostiũ applicuit. Copiis inde ad Themiscyrã Cappadociæ vrbem admotis (totius hæc gentis fuit caput) ex prouocatione Hercules (vt fert̃) cũ nobilissimis Amazonũ dimicauit,Aellaq;,Asteria, Parthoe,Euribia,& illustres aliæ plæraq; ab eo singulari certamine superatę dicunt̃.Quarũ quædã eodem, quo cõgressæ fuerant loco,mortẽ occubuerũt:aliæ sunt in captiuitatẽ abductę.Menalippe cuius tũ erat imperiũ , suarũ casu perculsa acie excessit.Reginæ fuga animaduersa Græci cõfestim cæterã multitudinem q̃ in procinctu stabat clamore inuadunt,modicoq; labore disiectã,ferro conficiunt.Atq; in hunc maxime modũ Herculis ductu Amazonũ gentem Diodorus deletã arbitratur.Nec multũ hæc sũt diuersa ab iis quæ Trogus de ea expeditione tradidit,nisi q̨ hic quatuor tũ sorores fuisse ait,quarũ duę Orithyia & Antiope regnũ administrarẽt,atq; ita accidisse,vt Orithyia tum p̃cul domo cũ parte copiarũ abesset,quũ eo Hercules classe appulit. Antiopenq; cum tumultuaria manu illi occurrisse,ibiq; leui certamine Amazonibus victis, magnaq; cęde edita Menalippen & Hippoly-

Herculis.

Quid historia ab fabula distet.

Amazonũ origo.

Viricidę.

Quæ p̃creãdi ratio in Amazonibus.

Herculis pugna ĩ Amazones.

Hippolyte Theseo datur. Amazonũ facinus. Sarmatarũ origo. Postulata Amazonũ ad Sigillum regem. Amazones in Attica vincuntur. Cur Geriones triceps. Chrysaoros Hercules in Creta delectũ habet. Libya.

tem in fuga captas. Hippolyten a Theseo in Atticã abductã, ex qua Hippolyt⁹ est illi postea genitus. Menalippen Hercules Antiopę sorori restituit, proq ea remissa reginę arma pręmiũ accepit. Herodotus author est, plurimas Amazonũ a Gręcis abductas, q̃ quũ medio mari veherentur atq vna dũtaxat naui, victoribus insidiatas incautos ad vnũ iugulasse, mox sine remigio & velificatione vlla, ad Meotidis pręrupta delatas, equarũ armẽta temere pascẽtia diripuisse. Hisq sedẽtes patrio more Scytharũ fines incursare ausas. Cũ his proximi Schytarum accolę pręlio cõgressi, posteaq̃ ex earum cadaueribus mulieres non viros esse cognouere, dant adolescẽtibus negociũ, vt cum ea gente bellum gererent, hi vt iussi fuerant illarũ carpunt vestigia, arcẽtq hostem a pręda, mox castra castris conferunt. Hic colloquio a paucis orto, haud multopost adolescentibus nubunt, ac cum his traiecto Tanai triũ dierũ itinere a Meotide consederunt: atq hi Sarmaticę gentis authores crediti. Cęterũ Orithyia vbi de iis q̃ domi acciderant, certior facta est, frustra inqt Asiam & Pontũ armis vicimus, si vetus regia parũ nobis tuta est a Gręcorũ latrocinio. Quoniã igit res domi plus nimio accisę erãt, ad Sigillũ Scytharũ regẽ mittit, q ad illũ ita verba facerent. Vt Amazones dicerẽt q̃ Scythia oriundę essent, viris finitimarũ gentiũ iniuria cęsis, pcul domo regioneq multifariã infesta depręhensas, propria virtute, quia aliena spoliatę essent, oẽm cõflati in se belli vim primo arcuisse. Inde quũ insperato rerũ successu paulatim ad rẽ bellicã aĩos sustulissent, magis gentis eius, vnde ortę essent, q̃ aut sui sexus, aut pręsentis fortunę memores, vltro finitimos inuadere coepisse: forisq bellando breui adeptas, vt nõ solũ ppinquos locorũ accolas armis victos sibi parere coegissẽt, sed remotiores etiã populos vnũ post aliũ domitos, muliebri virtuti subegissent, eumq successum fecisse, vt multis fuerit gentibus psuasum, Scythicas foeminas bellica virtute nihilo caeterarũ gentium viris esse inferiores. Postremo magna Asię parte domita quũ in Pontũ arma promouissent, inopinato bello ingẽtem esse domi cladem acceptã, vbi quemadmodũ sibi diceret, multae ex eius popularibus illustres foeminae fuissent ab hostibus aut interfectę, aut in captiuitatẽ abductę, redemptãq propriis armis ab Antiope Menalippen vnã ex sororib⁹, Hippolytẽ in partẽ pręde Theseo Atheniẽsiũ duci datã, in Atticãq naui abductã. Esse itaq sibi in aĩo tam insignẽ cõtumeliã vlcisci, inferreq Atheniensib⁹ bellũ. Orare proinde, quando res suę domi multo grauius accisę essent, q̃ vt ad spem vllã bellici conatus tam cito erigi possent, ne Amazonas cognatũ genus pateret prostratas & inultas iacere, sed auxiliaribus copiis suas opes iuuaret. Nam pterq̃ q Scythico nomini ea nota inusta videri posset, atq ob id maiori studio vidicanda, sperare se oĩno futurũ, quãdo ignauissimũ sit genus hoĩm, & qui tantum latrocinari nõ bellare nouerint (sic & Colchorum regiam ab illis nup cõuulsam) vt ingẽs pręda ex opulẽta terra, nec ad id tps bello tacta, quęreret: & qđ oĩm maxime optabile sit, fieri vltionis praetextu aditũ Scythicis ad Europã inuadendã, qua bellandi materia nulla aut pulchrior, aut vtilior offerri potuisset. Nec quęri oportere quatenus sit terra ipsa bello exagitanda, timidus & iners merito haberi possit, q maiorẽ q̃ accepit (adsit mõ occasio) nõ hosti rependit iniuriã. Motus rex iusta Orithyię ira, sed magis adhuc domestica gloria, Peazagorã filiũ cũ ingenti equitatu ad eam in Põtũ misit. Caeterũ vbi in Attica ventũ est (nã in re tã vetusta difficile est minima quaeq consectari) seditione (vt dicit) in castris orta, priusq̃ vlla cõmissa sit pugna, Scytharum secessione destitutę Amazones plio vincunt, victis aũt id mõ fuit psidio, q in Peazagorę castra patuit effugium, atq ita sine maiore vlla gestę rei phama, sese in Pontũ receperũt. Orithyię Pẽthesilea successit, q̃ Iliacis postea rebus interfuit. Hercules Amazonibus victis in Hiberiã ad Chrysaorũ debellãdũ profectus est, nõ monstrosa hoĩs (vt est in fabulis) forma motus, q̃ vtiq nulla fuit: sed diuitiarũ phama regniq opulentia. Tres erant illi filii virib⁹ corporis animiq ferocia pares, quorũ cuiq suus erat exercitus. Vnde tricipitis monstri fabula orta videri põt. Sũt qui Chrysaoro duos fuisse fratres memorãt, quibuscũ tanta aĩorũ cõcordia regnarit, vt tres vno corpore animę habitare crederent, aut vna potius in tribus corporib⁹. Gerionẽ hũc poetę cęteriq scriptores vocãt. In quẽ multiplici psidio septũ moturus Hercules, in Creta insula habuit delectũ. Fuerũt Cretẽses oĩi ętate sagittandi peritissimi. Extabant pterea in id genus hoĩm Herculis merita plęraq. Phama tenet, purgatã ab eo insulam oĩbus noxiis feris, etsi grauissimos authores habeo, ipsius terrae naturam neq vrsos, neq lupos, neq serpentẽ vllã alere. Cõstat adhęc Cretẽses ipsos Herculi pcipuos honores iam inde ab initio & priusq̃ Alcmenę fili⁹ fuisset, reddere solitos, vt iure suspicet aliqs, ab Ægyptiis eos id nomẽ (quod Herodotus existimat) accepisse. Ex Creta Hercules in Libyã traiecit, Sic eni Gręci eã terrã dixere, q̃ intra Atlanticũ mare, & Nili fluenta iacet, Libyco, Numidico Balearicoq mari ad septentrionem obuersa, a meridie Æthiopiae vastitatibus obsepta est, Ro-

mani scriptores nunc Aphricam, nisi Graecos secuti, Libyā vocāt. Ptolemęus, & qui eū secuti sūt incognita Æthiopū terra, ad Austrum finiuere. Sed oceano eā quoq; orā ambiri indubitatis Plinius demonstrat argumentis, & iam nostra memoria quātacūq; illa est ignoti antea maris vastitas, q̄ ab Athlātico & Idactico mari ad Barbaricū sinū, qui orientali pręiacet Æthiopię, longe lateq; p Austrū discurrit, satis prospero successu magna est ex parte ab Hispanis enauigata. Manifesta demōstratiōe eorū q̄ Plinius. C. Cęsare Augusti filio res in Arabia gerente, accidisse author est, vt fragmēta nauiū, ex Hispaniēsib⁹ naufragiis in Erithręo fuerint pelago agnita. Nec p vanis repudianda, q̄ Nepos Cornelius de eodē oceani tractu memorię pdidit. Eudoxū sua aetate quendam, quū Lathyrū Ægypti regē fugeret, ex Arabico sinu Gadis vsq;, per exteriorē Aphricae orā Oceano deuectū. Et Coelius Antipater visum a se prodidit, qui ex Hispania in Æthiopiam commercii causa nauigasset. Hāno Carthaginēsis punicis rebus florētibus ad extremā Libyę orā explorandā publice missus, a Gadibus ad fines vsq; Arabię longissimā nauigationē literarū monumentis prodidit. Q; si hęc vera sunt, que illi memoriae prodiderunt, ab omni parte pręterq̄ circa Arabicum dorsum Aphrica mari alluit, nā non defuerunt, qui adhęc vsq; loca eius terrę fines pmouerint, Ægyptū totā illi ascribentes. Ea Arabicę telluris intercapedo, q̄ Arabicū mare ab Ægyptiaco, quod internū est, disterminat, tam anguste patet, vt Cleopatra extremis suis rebus traductā per Isthmum classe ad remotiora Æthiopiae fugam sibi expedire aīo agitauerit. Scio ego fuisse q Ægyptū Aphricę adimerent Canobico Nili ostio excludentes, tanq̄ Ægyptus quarta quędā sit terrarū portio, sed caeterarū cōparatione minima. Aphrica sideris iniuria magna est ex parte inculta. Caeterū qua septētrionem versus, ad mare obuersa iacet frequētissima. Terrā ipsam Getuli & Libyes asperi incultiq; ab initio habuere. Sed Æthiopes adhuc vetustiores necnon & Ægyptii, si vera sunt, q̄ ipsi de se predicant. Sed notiora hi loca, & ad occasum & boream pertinētia tenuerunt, ferinę carnes hęrbęq; veluti pecorib⁹ vulgo cibus fuit, neq; moribus, neq; lege, neq; imperio vllo ab initio vsi, vagi temereq; palātes nullas certas sedes habuere, vbi nox oppresserat, ibi corpora quieti dabant. Post vero Herculis in ea loca accessum, plurimi ex eius comitatu loca mari pxima tenuere: incertū, locorū opportunitāte capti, an ab Hercule in eā terrā velut vacuā cultoribus inducti. Siquidē Gręcorū propriū & vetus fuit, Corinthiorūq; in primis quorū ciuis fuit Hercules, coloniis in plures terras mittendis, suū genus ppagare. Aphri Herculē in Hispania periisse pdicare soliti sunt, Moedosq; Armenios & Persas, qui ex illius exercitu fuerunt (cōstitit enī multiplici hoīm colluuione) nauibus in Libyā transfretasse, Persas propinquiores Oceano sedes sibi optasse, inuersisq; nauiū carinis ab initio p tuguriis vsos, quā postea figurā imitata sint Numidarū mapalia. Eniuero sic accidit, vt sedibus sępe mutatis, dum alia atq; alia ad vitae vsum explorant, mutantq; loca, sese ab fortuita illa euagatione Numidas dixerūt. Hęc Crispus in Iugurtha. Plinius Pharusios in ea terra, Persas Herculis comites fuisse interpātaē: pcedēte deinde tēpore Persę, qui se Numidas ab initio dixere, vicinitate locoꝝ paulatim cū Getulis mixti, lōgo cōmercio in vnū pene coaluerunt. Sed quū eius gentis res breui in Aphrica creuissent, Numidę ob multitudinem a parentibus digressi, Aphricę orā haud procul inde, vbi postea Carthago fuit, q̄ Numidia ab ipsis dicta est, tenuerunt. Moedi & Armenii contigua Libycis loca a principio sortiti, ab ipsis locorū īdigenis sunt Mauri p Moedis corrupta voce noīati. Sed siue hęc vera sunt, q̄ illi memorant, siue Cretenses tantū fuere, vt Diodorus credidit, qui Herculem in Hispaniā secuti sunt haud a vero abhorret, ex eius comitatu quosdā in Aphrica subsedisse. Secuti deinde Phoenices, q exonerandae multitudinis gratia, vel propagandę potius gētis cupiditate, aliis atq; aliis locis illustreis aliquot in Aphricę ora condiderant vrbes, Hipponem, Adrumetū, Leptim, & ipsam Romani imperii aemulam, Carthaginem. Mirū est, quod & veterū scriptorū quidā memorāt, circa Emporicū sinū trecētas olim Tyriorū vrbes cultas, quas Nigrites & Pharusii euertissent. Nulla post Indiam terra (si vera sunt, q̄ Plinius & Herodotus scribunt) tam monstrosas fert hominū figuras q̄ Libya, gētesq; humani ritus expťes, & in his Blemias, quibus capita abesse traduntur, oculi pectoribus affixi. Sunt & Himantopodes, qui serpendo gressum moliuntur. Ægipanes & Satyri, quali vulgo finguntur specie. Garamantes matrimoniorum exortes passim cum foeminis agūt. Gāphasantes nudi, praediorūq; omnino expertes, nullis externorū aggregantur. Troglodytę, qui specus (quod ipsum testatur nomē) in domiciliorū vsum sibi excauant, serpentiū carnibus victitantes, stridor genti verius q̄ vox. Athlantes degeneres humani ritus, vtpote quibus nulla sit inter se nominū appellatio, occidentem solem dira impcatione, vt ipsis agrisq; exitialem intuenť. Sūt qui tradāt eū manę venerari, vt mitiorē habeāt: vesperi, qa id nō impetrauerint, execrari. Co

Libyes ambitus.

Ægyptus quarta terrę portio.

Qui primi Aphricā tenuerunt.

Hercules vbi mortuus.

Vnde Numidę.

Vnde Mauri.

Monstra Aphricę.

Blemiae.

Ægipanes.

Satyri.

Garamātes

Troglodytę

Athlantes.

litur terra Aphrica inęqualiter, ad meridiem plurimũ ob nimios æstus deserta, cõtra, qua Europã spectat frequentior illi cultus. Eximia & propemodũ portentosa agrorũ feracitas, vtpote qui

Aphricę Mauritanię ꝗ vbertas.

locis quibusdã centesimo fœnore redddãt cultoribꝰ messem. Mirum est qđ de Mauritaniæ quoq; vbertate apud quosdam reperio, excepta dũtaxat parte illa, ꝗ desertis contigua est. Vites in ea, ꝗs duorũ complexus hoim capere nõ possit, vuarũ racemos cubitales, Staphylini, Hippomarathri, & Carduorũ scapos duodenũ cubitorũ, enormi crassitudine. Calami indicis similes, quorum nodi octo capiãt modiolos. Asparagos adhęc videri haud minus notabili magnitudine. Hęc ab hesperiis Æthiopibus Bogũ regẽ dono vxori misisse, Iphicrates ꝓdidit. Arbores circa Atlantẽ ꝓcerita

Citrus.

te insigni, enodi nitore, folio cupressi. Sed oim nobilissima Citrus Romanis delitiis inserta. Alit

Quę aĩalia ĩ Aphrica nascantur.

Aphrica elephantos, & Dracones, qui ipsis belluis insidiant̃, suoq; cõplexu enecant, Leones, Bubalos, Pardales, Capreas, & Simias quibusdam locis supramodũ frequẽtes. Possidonius ex Gadibus Italiã forte repetens, in orã Libyę vi ventorũ delatus est, hic densa sylua, ꝗ ꝓxima fuit littori, icre

Simiæ.

dibilẽ earũ multitudinẽ vidisse se ait, quarũ aliæ arboribus insiderẽt, ꝗdã humi incubarent, catulos ꝓtim cõplexu, partim ad vbera admotos lepide fouẽtes, harũ alię caluę, alię herniosę, quo insueto spectaculo velut ludibrio naturę quodã sit ille cũ iis, qui forte aderant mirifice oblectatꝰ. Sunt & Camelopardales, Rhizes tauris similes. Herodotꝰ & cornutos asinos ibi nasci author est, & dracones insup, Hienas, Histrices, agrestis Arietes, Thoas ex hiena & lupo genitas, Pantheras, Ciconias, Pigardos, Strutios, & ꝑter multa serpentiũ gñia Cerastas, & Aspidẽ, cui pesti Igneumonem minimum animal opposuit natura. Addidit idem author & vrsos. Quo magis mirũ sit Plinium negare id aĩal in ea terra gigni, quũ Romanorũ ꝗdã, & in his illustres poetę Herodoto haud dubie astipulent̃. Maiore ꝗdẽ venia dignus Maro, fabulat̃ enĩ vt poeta. facit is Ænea in Aphrica cer-

Ceruus & Lupus.

uos venãtẽ, quũ neq; ceruũ terra ipsa, neq; lupũ gignat, etsi de lupo quoq; in dubiũ authores trahũt. Plutarchꝰ author est. C. Graccũ ad instaurãdã Carthaginẽ in Libyã missũ, metasq; subito eiꝰ

Anthei certamen.

belluę incursu turbatas, & ob id omen ex ea re factũ. Nũc ad Herculẽ redeo, qui siue Anthei phamã, siue itinerũ cõpẽdia secutus (neq; enĩ id tradit̃) in eam terrã qđ satis cõstat venit, in Mauritiisq; athletã oim ea tempestate fortissimũ vlnarũ cõplexu, vt dicit̃, medio mortaliũ cõsessu moribundũ solo explicuit. Scio vulgo ꝑsuasum fabulosa esse, ꝗ de Anthei magnitudine sunt memorię prodita. Verũ nisi Gabinius & Plutarchus Gabiniũ secutus oĩno fabulati sunt, haud est fides poetis abroganda. Hi virũ portẽtosa magnitudine fuisse tradunt. Cuius ossa in Mauritania sunt refossa Sertorii iussu, ad vetustã opinionẽ eleuandã indigenarũ vulgo ꝑdicantiũ ꝑgrandẽ molẽ, ꝗ

Vbi Antheus situs.

circa Tingẽ oppidũ visebat̃. Anthei esse conditoriũ. Pręter igitur Romani ducis opinionẽ & oim qui spectaculo interfuere, immania ex ipso sunt loco ossa deprompta, eodẽq; imperãte sepulchrũ heroi instauratũ. Pudet sane magnitudinẽ quã illi tradiderũt referre, ne fabulas consectari videamur. Vrbem cuius proxime mentionem feci, ab Antheo conditam. Plutarchus Tingenam vocat

Tingena. Syphax.

Apud Tingenitas vetus fuit phama, post Anthei interitũ, Tingenã eius coniugẽ ab Hercule cõpressam, atq; ex eo congressu Syphacem genitũ: qui ipsis deinceps locis late regnũ adeptus, vrbẽ de matris nomine Tingenã cõdidit. Ex Syphace Diodorũ procreatũ, qui cum Oliuanis & Myceneis ab Hercule relictis magnã Libyæ partem subegit. Lixũ Plinius Anthei regiã fuisse credidit, ibiq; memoratissimũ certamẽ illud heroicũ fieri contigisse, nec inde procul insulam mõstrari, vbi

Hesperidũ horti.

Hesperidũ hortos fuisse memorant. Eam æstuario quodã flexuosoq; maris meatu ambiri, manifesto flexi inibi Draconis aureũ nemus custodientis argumento. Sed hic Herculis tantũ arã extitisse aiunt, paucosq; oleastros, quo apparet non poma (vt est in fabulis) ibi aurea fuisse, sed oues potius ꝓtiosi velleris, quę eiusdem sint apud Graios vocis, cuius & mala, quæ falso inde ab Hercule sublata dicuntur. Sed in re tam vetusta, poeticisq; fabulis inuoluta, pro certo alterum ponere, in-

Busiridis mors.

sanientis est potius ꝗ scribentis. Diodorus author est. Antheo athletico certamine supato, Herculẽ in Ægyptũ transiisse, ibiq; Busiridem in hospites sæuientem ab eo interfectũ. Subit nũc animum reputatio ab iis, quæ Diodorus scribit, omnino diuersa. Busiridem (modo veri sint authores quos sequimur) aliquot ętates Graii Herculis gesta præcessisse. Sed quia nõ vnum in ea terra Busiridẽ regnasse proditũ est, haud temere fidem Diodoro in hac parte abrogarim. Cæterũ

Columnæ Herculis.

quóquomodo res gesta est, multa & perspicua Graiæ huius expeditionis vestigia ad posteros in Libya extiterunt. Ipse vbi ad Oceanum venit, ab vtroq; ibi latere in extrema terrarum ora colũnas rerum a se gestarum metas statuisse fertur. Vetus fuit ac quodammodo Heroicum colũnas & trephea, aut quid aliud, quod quæsitæ esset victoriæ monumentum, posteris spectanda relinquere. Fuerũt ꝗ eas colũnas vltra Gadis insulã fuisse arbitrati sint. Alii Gaditani freti angustias

Herculeas esse metas autumant. Nonnulli, Calpen & Abylen, promõtoria, quorũ Calpe Hispaniæ est, contra Abyle modico interluente freto ex Mauritania respondet. Id Atlãtis partem esse scripsere quidam. Non defuerunt qui duas opinarentur esse insulas, ipsis promontoriis propinquas, earũq; alteram Iunonis dictam, seu (vt Artemidorus credidit) Iunonis templum. Alii errabundos his locis scopulos Herculis columnas appellatos, Pindari fortasse testimonio adducti, qui eas Gaderitas portas nominauit, ad quę vsq; loca Hercules peruenerit. Dicearchus, Eratosthenes, & Polybius ad Euripi angustias metas statuere. Apollinis oraculum ad Herculis columnas Tyriis respondit coloniam mittendam, quum Gadis insula demonstraretur. Fuerunt qui dicerẽt eas debere Herculis metas existimari, quæ in Gaditani Herculis Phano fuisse dicuntur octonum cubitum altitudine, quibus magnificentissimi templi sumptus inscriptus esset. Nautęq; vota Herculi reddere, nouisq; se obligare consueuerunt.

MARCI ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIÆ HISTORIARVM AB ORBE CONDITO ENNEADIS PRIMÆ. LIBER SEXTVS.



IBYA In hunc modũ peragrata, laborũq; suorũ metis extremo terrarũ orbe constitutis, victor Hercules in Hispaniã traiecit Chrysaurum oppugnaturus. Eũ dixi ab aliis Gerionẽ appellari. Fuitq; expeditio illa multo breuior, q̃ ab initio futura putabatur. Enimuero regiis ducib⁹ interfectis, qui iidem fuerunt q & filii quos singulari certamine vnum post aliũ Hercules pstrauit, haud difficilis secuta est victoria. Scio ego fuisse q traderẽt (qđ non multũ diuerso est a nobis loco dictũ) duos Chrysauro fuisse fratres, q cõcordi aĩo cũ illo regnũ administraret. Nec q boues ĩ primis ex ea victoria expetitas memorant, oĩno ratiõe carent. Satis (vt video) inter oẽs constat, eã esse Tartesiaci agri feracitatẽ, pabulisq; lætitiã, vt nisi abstinentia interpellata fuerit sagina, nimia pinguedine rumpanť pecora. Verũ siue aliud fuerit, siue hoc ipsum, q regis armẽta tãti habita sint, vt ancipiti bello ex ipso mũdi cõfinio expeti debuissent, int oẽs cõuenit, Herculẽ prę se grãdem huiusmodi gñis predã inde abegisse. Nã pterq̃ q in Hispania earũ boũ pgeniẽ, quas Hercules tegi, apud quẽ in hospitio fuit, dono dedisset, post multas ætates, ob insignẽ formã miraculo fuisse aiunt, raptæ a Caco boues fidẽ rei faciũt. Fuit Romę circa forũ boariũ ata, ad quã vnam ex te ceptis bobus ĩmolasse dicitur. Eius itineris vestigia, & in Pyreneis iugis, & in Narbonensi Gallia in multos annos durauere. Cæterũ in Alpib⁹ iuga q̃dã iam inde Graiorũ nomẽ tenuere. Q̃q̃ parũ alioq inter authores cõstet, qua parte ille in Italiã trãscẽderit. Miror Liuiũ fabulosa existimare, q̃ de Alpib⁹ ab Hercule supatis pdita ab aliis essent, quũ ipse initio opis apud Euãdrũ, q circa Tyberim palatiũ cũ Arcadib⁹ tenebat, Herculẽ in hospitio fuisse fit author, nisi forte Geriõis boues cũ ipso duce, & victore exercitu, nauib⁹ in Italiã aduectas existimet. Qđ idcirco min⁹ credibile est, q̃a in Pyreneo saltu, & in Alpibus nihil obscura, vt dixi, expeditiõis illi⁹ mãserit vestigia. Lepontii adhęc & Euganei circa Alpes ex Herculis comitib⁹ fuisse credunť. Verũ q̃busq; ille itinerib⁹ in Latiũ venit (nã eo venisse inter oẽs vt video cõstat) Cacũ circa Tyberim in proximos accolas latrocinari solitũ, q̃a paucas ex hiberico armento boues abegisset, sub Auẽtino interfecit. Sed veriora Dionysius secutus, præpotentem eum inter regionis accolas, ac velut latronum ducem fuisse existimat, qui munitioribus locis, quibus se tenebat, fretus, finitimos accolas assidue infestaret: ac tum quoq; Herculem propinquo loco castra habentem intuitus, armentaq; in pabulum missa, subito incursu prædam inde abegit, ob eamq; iniuriam ab Hercule munitiore arce inclusum, viq; expugnatum, periisse. Capta deinceps castella & arces, quæ sub illo fuerunt, Epiosq; & Pheneos, Arcades, aliosq; plærosq; ex ipsius exercitu ad locorum præsidium relictos. Fuit id Herculi peculiare, vt ex captis vrbibus detractos homines inauthoraret, inde vbi longiori militię assueti strenue stipẽdia fecissent, in q̃ritas bello vrbes ac terras, velut in colonias ductos, aliens opibus emeritos donaret. Post Caci interitũ victor Hercules in colloquiũ cum Euãdro venit. Cognitusq; quis esset, ab eo est in hospitium adductus. Tum Carmentę matris fœminæ fatidicæ recitato carmine, multo adhuc venerabiliorem illum apud suos reddidit, ipse ad arã quæ postea maxima dicta est, opimã mactauit bouem, sacrorũ ratione duabus grãtis familiis tradita, Potitiis & Pinariis, quorũ nomina ab ipso ministerio facta videri possunt. Diodorus Pinarium & Potitiũ viros inter eos qui sub Euãdro erant illustreis fuisse ait, a quibus Hercules precipuo fuerit honore affectus, atq; ob id vtrunq; sacris adhibitum. Scio fuisse ex vetustis rerum scriptoribus, qui ea

Geriones vincitur.
Boues Gerioni adeptæ.
Ara.
Herculanæ expeditiõis vestigia.
Quisnã Cacus fuerit.
Ara maxima.
Potitii & Pinarii.

Hercule & Lauinia Euandri filia crederet Pallantẽ genitum. Ferunt & Latinũ, qui Aboriginibus imperauit, ortũ ex eodem Hercule & Hyperboride puella: quã a patre obsidẽ acceptam intactãq; ad id tempus, quo in Italiam venit, seruatam, tũ demũ in Latio cõpressam, prægnantẽ reddidisset, & quũ iam vterũ ferre cœpisset, Fauno cui Latinus successit, matrimonio locarit. Per Latinũ inde Hercules secus orã inferi maris in Campaniã trãsiit. Nã in ea quoq; parte Italiæ expeditionis illi⁹ memorabilis vestigia quędam extiterunt. In Phlegręis campis qui intra Cumas iacent & Neapolim, genus hoĩm ferox nactus. Hos vel quia proceriore essent statura, q̃ cęteri mortales, maioreq; corporis mole (vt Timęus credidit) vel ob scelera & graues iniurias, quib⁹ finitimos accolas ꝓmerent. gigantes vetustas appellauit. Hi quum ad eius accessum ꝓhibendum prelio instructi occurrissent, vna pugna, ceterũ ꝑdifficili, ad vnũ ꝓpemodũ deleti sunt. A vetustissima Vesuuii mõtis cõflagratione, nec ab Æthnea multum dissimili, campos quibus pugnatũ est, Phlegręos noĩatos authores sunt quidam. Extiterunt veteris incendii vestigia multa & indubitata, mons inde est amœnissime cultus, pręter cacumẽ, in quo sterilis erat planities, & cineres in prospectu habẽs Cauernosa interim antra saxisq; velut incẽdio exesis. Color ad id talis, vt haud dubie appareret verticem montis, vt Æthnam olim arsisse, mox deficiẽte materia restinctũ. Cęterũ Titi principatu (fuit is Vespasianus vt pater cognominatus) subito incendio idem iugũ cum tetra finitimorũ clade in ignẽ abiit. Sunt q Nerue principatu id accidisse memorent, & in his Cęsariensis Eusebius. Post Phlegręã pugnã, Hercules inter Misenũ & Puteolos aggerẽ mille passuũ pelago opposuit, in Auernũ restagnãti, qua Hibericas prę se egit boues. Id opus Octaui⁹ Cęsar multas post ætates fluctibus pene exesum instaurauit. XX. milib⁹ seruorũ manumissis, remo destinatis, operi hiberno tempore admotis. Sunt q Agrippę eam instauratione ascribãt. Obiectu molis tutius est iam inde, cõmodiusq; Lucrinus enauigatus. Hunc Auerni stagnũ excipit modico ostio. Est id vndiq; arduo supercilio sęptũ quinq; stadiorũ ambitu. Huius aquã, etsi alioqui perspicuã, cęruleã tamen efficit vadi profunditas. Cõmodissimus fit portus, nisi Lucrinus qui ostio prętendit cõmodius id pręstet. Ad hæc loca Vlyssem nauigasse plęriq; existimant magicis sacris operaturũ, vbi defunctorũ vaticinia, inferosq; euocari solitos phama est, idq; eousq; vetustas credidit, vt ex ꝓximo fonte, qui fluuialibus scatens aquis in mare decurrit, tanq̃ stygia pœnaliq; vnda vulgo abstinerent. Crediti sunt a quibusdam Cimmerii his locis subterraneos specus habitasse, cõmerciaq; inter eos profundissimis cauernis inter se peruiis fuisse, aduenas oraculorũ causa eo appulsos loco abditissimo excipere solitos, victumq; genti ex metallorũ effossione, mercedeq; diuinarionũ q̃situm. Proptiũq; adhæc ipsius gentis, occulta latrocinia exercere, neq; solem vnq̃ aspicere, noctu extra telluris hiatus egredi. Hęc Homer⁹ & Ephorus vicino his loco natus prodidit, etsi scriptorum admodum pauci his assentiunt. Iam vero illud oĩno fabulosum, quod in Regino agro Herculi Cãpania & Lucanis digresso accidisse memorãt circa Alecẽ fluuiũ, q Reginũ a Locrẽsi agrũ disterminat. Ferunt illũ via fessum, ac somno deditũ, cicadis obstrepuisse quietem interpellãtibus atq; ob id factũ vt iam inde toto tractu id insectũ volucre perpetuo obmutuerit. Sed locorũ situs in causa esse credit, ꝙ altera parte fluminis q̃ ad Reginũ agrũ attinet, mutę sint cicadę, aduersa, q̃ Locrensiũ, canorę, qm̃ latus hoc sit apricũ, illud vmbrosum & rosidum, ob idq; madidis cicadarũ alis, nulla earũ motu vox stridula sequatur. Ex extrema Italiæ ora Hercules in Siciliam transfretauit. Omniq; ora a Peloro ad Erycen peragrata, a Veneris & Butæ filio, qui tum in his regnabat locis nomen monti inditũ authores sunt quidam. Ab hoc Eryce ad pugnã Hercules cõditione prouocatus, vt victus Hibericum armentũ regi relinqueret, victor regno victi hospitis potiretur, cęstibus ferocem alioqui iuuenem, crudoq; certamini assuetũ prostrauit. Sunt qui palæstra eũ superatũ tradant. Hercules libera regione accolis concessa, ad Æthnã processit, hic quũ ea accepisset, q̃ de Proserpinę raptu locorum indigenę prædicabant, rem ibi diuinã fecisse tradit. Per mediterranea inde loca boues prę se agens Sicanos, qui hostiliter illi obuiam processere, eorũ ducib⁹ cæsis fudit, fugauitq;. Fuerunt Sicani Hispanũ genus hominũ, qui quũ Latiũ tenerent, inde a Liguribus pulsi, in Siciliã traiecerũt, insulamq; humano cultui aptam sortiti Sicaniã a suo nomine dixerunt, quũ prius Trinacria, a triquetra figura, inde Trinacris dicta esset. Exit insula in tris velut angulos, sed ꝓmontoria verius dicunt. Horũ vnum, quod sęptẽtrionem spectat, Pelorum vocant. Pachinum alterum ad brumalem ortum obuersum, Tertium Lilybęũ austro obnoxiũ. Post Sicanos Siculi terram tenuerunt, a quibus est Sicilia nũcupata. Fuerũt hi quoq; Italię incolę (vt Dionysius existimat) qui quũ ab Oenotris primo, mox Aboriginibus & Pelasgis, ex Latio & ea Italię parte, quę postea magna est Gręcia dicta, pellerentur, cum coniugibus & liberis, ratibus ad

Latinus & Pallas Herculis filii.

Phlegræi campi.

Vesuuii incendium.

Lucrinus.

Auernus.

Cimmerii.

Eryx ab Hercule superat.

Sicani ab Hercule vincuntur.

Sicilię forma.

tempus constructis in Siciliā transfretarint. Nec me preterit fuisse qui Sicanos Siculi regis du-
ctu ex Hispania pfectos crediderint, atq; eo duce (quod & Maro significare videt) in Latio cōse-
disse, mox inde Oenotrorū & Aboriginū iniuria pulsos, insulam de qua nunc habetur sermo, oc-
cupasse, eācq; a regis nomine Siciliā, a se vero Sicaniam nominasse. Fuit tum insula magna ex par-
te inculta, quum in eam Siculi venerunt. Ab his tota ora, quæ ad occidentem solē vergit frequē-
tari primū coepta est. Ellanicus Lesbius bis classe ex Italia in eam insulā migratū tradidit, primo
ab Elymis, q ex Oenotrorū gente fuerint profecti, mox ab Ausonibus Iapiges fugientibus, & a Si
culo rege cuius ductu in insulam venerant, & ipsi, & terra quā tenuerunt, fint postea nomen ade
pti. Philistus octoginta annos ante Troianum bellū scripsit eo trāsfretatū, sed neq; a Siculis Auso
nibusve, aut Elymis, sed a Ligurum gente, cui[9] dux Siculus fuerit, Itali filius, pulsosq; Ligures me
morant patrio solo ab Vmbris, vel (vt Thucydides ait) ab Oscis. Idem author est pluribus an-
nis id fieri contigisse post Troianum bellū. Ex qua scriptorū variatiōe pārū liquet, vnde sit nomē
insulę datū. Sed vt ea res in obscuro est, ita ex iis q̄ illi scribunt, perspicue intelligi potest. Sicanos
diuersam a Siculis gentem fuisse, vt Italię hi fuerint cultores, Hispanię illi. Excoluerunt inde in-
sulam lingua, moribus, ædificiis Græci Dores, qui procedente tempore eam magnā ex parte te-
nuerunt. Phalaris Astipalensis primus in Siculos tyrannidem exercuit. Secuti lōgo temporis in-
teruallo duo Dionysii, & mox Pyrrhus rex. Qui q̄ is breui tempore sit rerum in ea insula potitus,
quam quū relinqueret, aperte inter suos testatus dicitur, nō ignorare se qualem Romanis & Car
thaginensibus relinqueret palęstram. Quod haud multo post tempore est exitu probatū, vt duo
potentissimi populi plures annos de ipsius insulę possessione, pene ad internicionem inter se cer-
tarint, multis interim cladibus citro vltroq; illatis & acceptis, donec insula magna ex parte Ro-
manis cessit. Reliquū quod ad Syracusarū regnū attinebat, Hiero sub id temp[9] tenuit, homo po-
puli Romani amicissimus. Nouissimus omnium Hieronymus Hieronis nepos Syracusano est re-
gno potitus. Is in Leontinis paucorum coniuratiōe oppressus. Tota inde insula Syracusis captis
medio secundi belli punici ardore sub Romani imperii vmbra quieuit. Quanta vetus Syracusa-
norum fuerit potentia, vel ex eo potest intelligi, q cum Carthaginensibus multa secunda prælia
fecere, nonnunq̄ etiā de insulę possessione vario inter vtrosq; sit euentu bellatū. Immensus adhęc
Atheniensium exercitus circa Syracusas deletus est. Vbertas insulę nihilo Italica inferior, frumē
to autem, croco, & melle pręstantior. Enimuero populi Romani horreum Sicilia est olim dicta. Pe
cora, pelles, lanæ, alięq; diuitiæ affatim, vt Italię, cui agnata fuit olim, cæterum terræmotu auulsa
(vt vetus est opinio) Tyrrheno hinc pelago, inde Ionio admissis, insula facta est. Ad ortum Ionio
siculoq; alluitur pelago. Ab Austro & Hiberno occasu Libyco. Reliqua sui parte Tyrrheno. Cir-
cuitum Possidonius quatuor miliū stadiorū, & quadringenū prodidit. Ex Romanis scriptoribus
Agrippa aliquanto minore ambitu opinatus est. Montiū in ea eminentissimus (vt Polybius scri-
bit) Æthna, de cuius ignifera natura vulgo nota sunt, q̄ a veteribus sunt memorię prodita, euo
mere illius verticem flammarū globos, & quod olim maxime mirū sit materia indeficiente, q̄ tot
seculis par incendio fuerit. Niualis alioqui crateris ora hibernis mensibus, egestusq; niuibus &
pruinis obtegitur cinis. Variatur loci facies, nunc in imum igni collabente, nunc scissa emicante
flamma. Igniti interdū fluunt riui, nunc flammę fumo & caligine obductæ, nōnunq̄ ardentis eru
ctat lapides. Reperti sunt qui explorandę rei causa summū iugum conscendere sint ausi, hiq; ve-
lut patentem inibi aream stadiorū circiter. XX. ambitu se vidisse testati sunt, cineroso quodam ī
muri specie supercilio inclusam, media planitie nebulosum videri tumulum. Nec defuerunt, qui
crateris labrum transgressi, per ipsam aream paululum pcesserint, cæterū altioris cineris feruore
trepide retro flexerint vestigia. Scio phamam tenuisse Agrigentinū Empedoclem miraculi cau-
sam exploraturū his locis periisse, altero ex ferreis calceis, quos in hūc vsum sibi induxerat, haud
longius a crateris supercilio reperto. Nec minora ipsius insulę aquarū q̄ ignium miracula, qualia
circa Pelorum visuntur, nunc in abruptū barathrū abeunte freto, nunc cū impetu & collisorum
fluctuum fragore supina facie resiliente mari, quę violenta alternatio materiam prębuit veterib[9]
poetis, ea quæ de Scylla & Charybdi sunt in fabulis tradita, emēriēdi. Ex his terris, perq; has ma
ris angustias Hercules in Italiā reuersus, Laciniū a quo postea pmōtorio Crotoni ppinquo indi-
tū est nomē, interfecit, causa cędis inde orta ē, q ille ex hibericis bob[9] aliquot furto abegisset. Nec
ita multo post Hercules in Græciam abiit. Subiiciunt his, qui res ab eo gestas scripsere. Cerberū
ex inferis abductum, Theseum p reuocatum ad superos. Postremo hesperidū poma ad Euristhe
um delata, quorum vt verius potuit in rebus Libycis mentio facta est. Vnum qđ ad eam attinet

Varia de Sicanis & Siculis opinio
Varii Siciliæ status.
Siciliæ vbertas.
Siciliæ situs & ambitus.
Æthnæ natura.
Empedoclis fatum.
Scylla & Charybdis.
Lacinius latro.

Vñ Astrologiam sit Hercules adeptus. expeditionē hoc demũ loco retulisse,nihil est ab historia alienũ.Herculem ob filias Athlāti restitutas,astrorum scientiam ab eo pmiũ tulisse,cui rei quoniā intētius deinceps operā dedisset,Coelum humeris sustinuisse a poetis tradit.Nunc quando ita contigit, vt nuper de Theseo mētionē fecerimus,ne multũ prępostere,q̃ de eo sunt memorię pdita,dicant.Herculis opibus, quorum fuit ille æmulus eo pene ordine,quo facta videri possunt,ipsius gesta interiiciā.Fuerũt hi inter se pene æquales,vt ex duabus patruelib⁹ nati.Mater Herculis Alcmena ex Lysicide orta est,Ethra ex Pitheo,q̃ Theseum peperit.Pitheũ,& Lysicidē Pelops & Hippodamia genuere. Phama est Ægeum qui ab Erictheo adoptatus Atheniēsiũ princeps fuit,quũ forte Delphis ab oraculo reuerteretur,apud Pitheũ,qui magnā Troezeniorum vrbem incolebat,in hospitio fuisse,ab eoq; impulsum,vt cũ Ethra filia coiret,quo cōsilio incertũ. Satis cōstat cōtra oraculi iussa Ægeũ cũ Ethra coiuisse,quo monitus fuerat,ne prius cũ aliq̃ cōgrederet,q̃ Athenas venisset. Cęterũ Ethra grauida ex eo facta,pfectur⁹ inde Ægeus ensem & calceos sub cauo lapide reliqt,puellæq; mandasse fert,vt si virilis stirpis infans nasceret,vbi p ætatē adoleuisset,Athenas ad se cũ paternis exuuiis mitteret,atq; ita factũ,vt puer ex ea nat⁹,ob eiusmodi depositionē Thesei sit nomē sortitus.Is iā ætate adultus gestorum Herculis phama accensus,quia per id tp̄s, quo ille apud Omphalen in Syria fuit,multa velut monstra hoim in tetra Graecia inualuerant,etsi viridi adhuc ætate,eā tñ mortaliũ iniuriā vindicare est adortus.Corynetā itaq; hoiem ferũ lattrocinioq; in obuios grassātē,cui ab vsu clauæ fuerat nomen inditũ,circa Epidaurũ sibi obuiũ primo cōgressu Theseus obtruncat.Huius inde exuuiis instructus Sinidem (fuerat is quoq; multis perniciosus) ad Isthmum peremit:ex cuius filia postmodũ cōpressa Menalippũ tulit.Plutarchus author est:Crōmioniā suem Phæā noie mōstrũ haud cōtemptibile,ab eo occisā:de qua sit integrũ cuiq; credere vt volet. Ego iis libentius accedo,qui Phæam capitalē fuisse foeminā interpretat, longeq; intemperantē,q̃ circa Crōmionē habitauerit:sitq; a vita & moribus Scrofę cognomē adepta.Hoc quoq; hois mōstro peropportune sublato Scyronē in Megarensi agro ex eminēti petra pcipitem dedit:a cui⁹ casu Scyronia sunt deinceps saxa nũcupata.Ptrepius est hoc vero:q̃,qd aiũt,vi mortales coactos sibi pedes abluere inopinato calcis ictu in subiectũ mare deturbare solitũ.Megarēses multum diuq; huic phame obstitisse dicunt,Scyronē neq; latronē fuisse memorātes: neq; cuiq̃ iniuriũ,sed iustitię & æquitatis amātissimũ:cuius filia Endeis Aeaco nupserit:ex qua Thelamō & Peleus sint post ea geniti.Negabant pterea hunc ipm a Theseo,quũ primũ Athenas profectus est,peremptũ:sed quũ ille Eleusim a Megarēsibus recepit:quibus locis Cercyonē Arcadem palæstra superauerit:ac superatũ extinxerit. Mox in Hermiona vltra Eleusinem Procustē eodem genere mortis sustulit: quo ipse plurimos affecerat.Secundũ hæc q̃ diximus:ad Cęphisum amnē progressus,a Pyralidarum gente expiatus,Athenas est ingressus.vbi quũ publica oia & priuata grauiter turbata offendisset,Medeā sub primũ accessum domo atq; vrbe expulit:cuius fraude nōdũ agnit⁹ pene periit. Persuaserat illa Aegeo,quē mulieribus illecebris totũ sibi deuinxerat: vt nouũ hospitē, tanq̃ ab eo capitales insidię iminerent,veneno tolleret.Eratq; iam exitiali mensæ admotus Theseus:quũ paterno cultro per speciē ministerii exerto Aegeus iam grandis natu sensit filiũ adesse:quo agnito confestim Aegei iussu venenũ est e mensa sublatũ:filiũq; senex cōplexus cōciōe aduocata eũ ī ciuiũ conspectũ dedit.Medea Theseũ pertimescens Aegei opera & auxilio in Syriā nauigauit. Id similius vero est,q̃ qd alio loco diximus:ante Thesei aduentum eam Athenis excessisse:presertim quũ ad id tempus nihil tale de eo merita esset:cur illius accessum plus ęquo formidare debuisset. Theseus patri successor constitutus,inuitus in ciuilem discordiā incidit.Erat tum Athenis Pallātidarũ familia illustris:q̃ ab initio ægre tulerat ad Aegeũ,quē Ericthеus sibi adoptauerat:rei Atticæ summā deuolutā.Cæterũ futurũ rati:vt post illi⁹ obitũ:quoniā sine liberis esset(nulla enim ad id tp̄s de Theseo phama erat) ciuium principatus ad se sponte deuolueret:sine aliquo maiore metu eũ passi fuerant ad id tp̄s regnare. Verũ vbi spe successionis,quā diu aluerant, sensere se priuatũ iri,ad res nouas cōsurgũt,Theseoq; vnde maior metus iminebat, capitales instruũt insidias.Tũ vero eo℞ q̃ parabat̃ indicio ad Theseũ delato,subito cōcursu hostiũ cōsilia discussit,fractisq; Pallātidarũ opib⁹, materiā nactus populo gratificādi ad Marathoniũ Taurũ opprimendũ, q Tetrapolitanis magna intulerat detrimēta,est pfectus.Eum captũ perq; medias Athenas ante oculos ciuium traductũ,Delphico Apollini imolauit. Vix ego ausus essem hęc,q̃ de Tauro tradunt p veris referre,nisi Plutarchus scriptor alioqui grauissim⁹ expeditiōis hui⁹ eēt author.Nec enī apparet q̃ tāta in Taurũ feritas cadere potuerit, vt finitimis esset populis plus æquo formidabilis,adeo vt ppius sit vero credere,virũ aliquē eo fuisse noie,q circa Marathonē vicinos acco

Æqeus cũ Ethra coit.

Theseus vñ

Prima Thesei gesta.

Coryneta.

Sinis.

Phæa.

Scyron.

Scyronia saxa.

Pelei mater.

Procustes.

Theseus Athenas venit.

Pallantidæ Athenis eiiciuntur.

Taurus Marathonius.

tas infestaret.Sed hęc lectoribus ex suo cuiq; ingenio relinquo ęstimanda. Certior phatia est ac
multo vero ppior,sub id tp̄s,quo hęc sunt ad Marathonē gesta,legatos ex Creta isula a Minoē
venisse ad tributū ab Atheniēsibus exigēdū.Fuit Minos(vt Diodorus scribit)Iouis nepos,pri-
mi Minoi filiꝰ,q ex Europa & Ioue vt Rhadamāthꝰ & Sarpedon pcreatus est, atq; ab Asterio
Cretēsiū rege,cui Europa postea matrimonio cessit,cū fratribꝰadoptatus,in regniq; successionē Duo Minoes.
ascitꝰ.Is rerū deīceps potitꝰ,Itonē Lictii filiā vxorē duxit:ex qua mox Licastus est illi ortꝰ.Inde
Corybāti filia Ida noīe in cōiugē ducta,secūdū Minoē pcreauit,q Gręcor primus,structa clas-
se,maris est impio potitꝰ. Is Pasiphaeu vxorē habuit:ex quo Deucalionē,Crateū,Androgeū,&
Ariadnen tulit.Nec mihi excidit,qd de Europa alii scripserint:& in his Herodotꝰ,cuiꝰ est opi-
nio alio a nobis loco relata.Sed qbuscūq; primus ille Minos est parētibus natus,inualuit opinio Minos Atticā bello petit.
Androgeū eius nepotē dolo in Attica extinctū:quapropter Minos iunior q Androgeū genuit,
Atheniēses graui bello petierit.Hi magnas primo clades expti,quales scilicet res bellicę iis affer
re solēt,q hostiū sunt iiurię obnoxii:sed multo adhuc maiores ira numinis perpessi.Iā eni agro-
rū sterilitas & grauis pestilētia Atticā terrā vastauerat.Oraculo moniti Atheniēses placandum
Minoem esse,caduceatoribus in Cretā missis,ab eo pacē his cōditionibus impetrarunt:vt nono
quoq; anno tributi noīe septē pueros indigenas,totidēq; virgines in Cretā mitterēt. Euripides
& cęteri poetę pueros in insulā delatos a Minotauro laniari solitos scribūt.Plutarchꝰ id a Cre-
tēsibus negari pdidit,fuisse affirmātibus Labyrinthū carcerē,q nihil aliud habuerit incommo- Quid Labyrinthus in Creta.
di,q̄ q in eo inclusi,ob multas loci ambages effugere nō possent.Nec Creta solū id ędificii ha-
buit(vt Herodotꝰ,& apd̄ nos Plinius scribūt)sed & in Ægypto tale fuit opus apd̄ Heracleo-
polim,qd̄ oīm vetustissimū diceret,qbusdā opꝰ ipm ad Petesucū regē siue Tithoem referētibꝰ: Quot Labyrithi & vbi.
aliis in quibꝰ est Herodotus pluriū regū nō vnius id opus esse arbitrātibus:quorū nouissimus
Psamnieticꝰ aliqd sit circa illud opatus.Demoteles regiā Motherudis fuisse tradidit.Lycias Me
ridis sepulchrū,plures id in honorē Solis extructū credidere.Ex Ægyptiaco illo Dędalus exem
plar sumpsisse videri potest,qui Labyrinthū hunc,de quo loquimur,in Creta fabricatus est:sed
(vt Plinius tradidit)cētesimā dūtaxat illiꝰpartē imitatus.Tota fere loci ratio itinerū ambages
occursusq; ac recursus habuit,nō vt in pauimētis,puerorūve ludicris cāpestribꝰ videmus,bre-
ui lacinia milia aliquot passuū interdū habēte ob multiplices recursus:sed crebris foribꝰ indi-
tis ad fallēdos occursus,redeūdūq; in errores eosdē.Fuit & in Lēno insula tertius Labyrinthus.
Oīm tñ recētissimus fuit in Italia a Porsena rege Ethrurię iuxta Clusiū cōstructus:in cuius ap- Clusini Labyrithi descriptio.
paratu explicādo Plinius,Varronē secutꝰ,lōgius immorat.Ex illor verbis satis intelligi potest,
fuisse id opꝰ ex quadrato lapide,singula latera pedū lata tricenū,alta quīquagenū:inq; basi qua-
drata intus Labyrinthū inextricabilē,quo si qs sine lini glomere adiret,exitū inuenire nō posset.
Supra pyramides quiq;,in singulis angulis singulas,atq; in medio vnā centenū pedum ac quin-
quagenū,ita fastigiatas,vt ī summo orbis ęneus esset,& pegasus vnus impositus:ex quibꝰ cate-
nis excepta pēderēt tintinabula,q̄ vēto agitata pacutos sonitus cierēt.Sup ipm orbem quatuor
alias pyramides fuisse impositas,centenū pedū singulas,& in his pyramidē adhuc aliā,cuiꝰcel-
situdinē,vt rē parum credibilē,Marcus Varro referre nō sit ausus.Et huiusmodi insanæ operū
structurę regū fuere:quorū vita in ostentatione sita est.Cæterū alior alta,Cretense autem illud
eius ne Minois fuerit q Iouis fuit filius,an alterius ex quo Androgeus est natus,haud pro cer- Minois secūdi gestū.
to posuerim.Inclinat tñ animus,vt iunioris fuisse credā,quo tp̄e Dędalus multa celebritate cla
ruit.Is igitur in Androgei filii memoriā Gymnicū instituit certamen,puerosq; ab Atheniēsibꝰ
acceptos pręmia victoribus pposuit,q tantisp dū ludi spectarent,in Labyrintho asseruari cōsue Taurus.
uerunt.Vicerat priore Agone vir impiger quidā(Tauro illi nomē fuisse aiūt)qui ob militaria
decora,multa apud Minoē gratia polleret.Rumor erat ob formę præstantiam Pasiphaen illius
cōsuetudine teneri.Multa in Atticos pueros,quos primo agone pręmii loco fuerat adeptus,per
dedecus & cōtumeliam,perpetrasse dicitur.Aristoteles in Bottięis rebus explicādis author est,
pueros ex Attica in Cretam missos,quia inter seruitia haberent:factū esse,vt quū Cretenses ve-
tustioris voti damnati hominū primitias Delphos mitterent,Atheniēses Cretensium filiis per
mixtos vna inde emigrasse,primoq; Iapigiā in Italia tenuisse:mox hinc profectos in Thraciā cō
sedisse:Bottiæosq; nuncupatos,argumentoq; rei ita gestæ fuisse,q virgines Atticæ sacro quo- Bottiæi.
dam perpetrato canere solitæ essent,eamus Athenas.Nec Hesiodus Minoem, si tam sęuus exti
tisset,regno dignissimum iudicasset:nec Homerus Iouis discipulum fecisset,neq; necessarium.
Quibus testimoniis apparet,fabulosa esse quæ de puerorum laniatu cæteri poetę prodiderunt.

Quū igiť tertii tributi instaret tempus,venissentq́(vt diximus)ad hoc ipsum legati Athenas:
tum aliquanto maior in Ægeum inuidia a ciuibus orta est.Exaudiri voces querentiū indignā-
tiumq́ nefarium videri Ægeum,qui maloꝝ oīm origo fuisset,Athenis regnare:nec ipsum solū,
sed & peregrinū hoīem in successionē regni inductū,se vero liberis,quibus nihil soleat esse mor
talibus charius,p cōtēptū & ignominiā priuari,q̄ dictu infanda Atheniēses minime fuissent la-
turi,si suę originis,si Cecropis,si alioꝝ fortissimoꝝ regū,qui in ea vrbe ante illū regnassent,me-
Theseus volēs deditur Cretensibꝰ. mores aliquo modo essent.Huiusmodi querelę ad Ægeū delatę Theseum perpulerunt,vt extra
sortē se Minoi dandū obtulerit.Fuit ea animi elatio cęteris admirationi,extollereq́ vno ore oēs
illius fortitudinē,popularemq́ igeniū.Cōtra Ægeus orare filiū,obtestariq́ ne vltro se periculo of-
ferret,satis habituros ciues,si eiꝰ nomē in sortē deiectū viderint:filiūq́ Ægei,q ciuitatis sit prin
ceps in ordinem redactū.Pateretť suū nomē in sortē venire,vt si pereūdum fuerit,oēm orbitatis
suę inuidiā in fortunā reiiceret.Neq́ patria maiestas,neq́ p̄ces,lachrymęve vllę iuuenē flectere
potuerūt,quin publicę charitati,potius q̄ priuatæ satisfactū vellet. Alii itaq́ cum eo sorte dati
sunt.Hellanicꝰ Minoē solitū scripsit p se quos vellet diligere,Theseūq́ nominatim sibi dari po-
stulasse.Tum Theseus priusq̄ nauim cōscēderet,patrē hortatꝰ diciť, ne vitā & salutē suam pro
deplorata haberet,quin certā spem aleret,futurum:vt aut ingenio,aut vi corporis oēm periculi
magnitudinē exuperaret,demeretq́ eā sibi suisq́ ciuibꝰ insignē cōtumeliā. His ille cōfirmatꝰ,&
in spem aliquā futuri successus erectus,quū in luctus & moeroris argumentū nigra vela nauis
ab initio dedisset,quibꝰ in Cretā cū filio nauigarēt,subiecit & albū,quo si fortuna aliqua melio-
Theseus ex Attica proficiscitur. re vsus esset Theseus,in Atticā renauigarēt.Simonides poeta id puniceū fuisse tradidit.Theseꝰ,
& ii qui cū eo sorte dati sunt,tacita quadā ciuitatis spe fore vt vnius virtute nō solū qui cū eo
irēt,sed qui insulā iam antea missi fuerāt,parētibus incolumes restituerent,nauim conscendunt.
Armasyadas Phereclus fuit eius nauis rector(vt Simonides memorię p̄didit)Atheniēsibus nō
dū mare tractātibus. Philochorus Nausitheū quēdā Salaminiū dixit. Phama est Theseum Del-
phis prius sacrificasse,ibiq́ oraculo edoctū Veneris auxilio oīa p̄spere euētura,ea circa litꝰ ppi
tiata in altū abiit.Hic satis vulgata sunt,q̄ de Labyrītho & Minotauri cęde veteres poetę fabu
Taurꝰ Cretensis. lanť.Philochorus multo veriora secutꝰ Taurū p̄didit virū fuisse valido corpore,multaq́ fero-
cia,& in certaminibus vincere assuetū,qui quū morū insolētia,tum credito cū Pasiphae adulte-
rio,multa apud regē insulanosq́ flagrabat īuidia.Neq́ in eo q instabat,Agone erat q cū Tauro
cōgredi auderet:desiderabatur idcirco aliqs qui hoīem in medio stantē,insolenterq́ nimis parē
sibi dari quęrētē,ex victorię possessione deturbaret.Petenti itaq́ Theseo id certamē,facile est cō-
cessum,vt in stadiū descēderet. Ad nouū hūc peregrini hoīs cōgressum magnus animoꝝ motꝰ
est secutus.Fauere plurimi huic,quē nup oderāt,& quē pręmiū certaminis propositū viderant
Taurus a Theseo prosternitur. eundē hunc ex inuidioso homine pręmiū ferre maluissent.Atq́ ita sane accidit,vt Tauro certa
mine superato,facile sit ex aliis victoria secuta.Hic Ariadna,quæ patrio more iterat spectacu
lo,Theseum stantem cōspicata,virtute simul formaq́ corporis capta,totū hoīem tacitis perlu-
strat oculis,optatq́ vni nubere.Et iā tota in vnū versa erat regia puella,quū Minos tali victoria
gauisus,vt maiore adhuc ignominia Taurū notaret,vltro obsides Theseo restituit,tributumq́
Atheniēsibus in perpetuū remisit.Clidemꝰ Dędali ex Creta effugiū nauigationis causam The-
seo in insulā prębuisse scripsit:quē Minos secutus quū in Siciliā diuertisset,ibi sit morbo cōsum
Dædali fuga. ptus.Quidā Dędalū nō Athenas,sed in Siciliā naui delatum prodiderūt. Alii in Italiam,atq́ in
Phlegræis campis circa Cumas cōsedisse.Sed q Athenas venisse aiunt,ita rem digerūt,vt dicāt
a Deucalione Minois filio Dędalū ad suppliciū minaci denunciatione requisitū,qui si nō dede-
retur fore vt pueros qui in Creta essent,pater interficeret,ac tum Theseū ab Atheniensibus im-
petrasse,vt classe q̄ occultissime instructa liceret sibi,Dędali dedendi pretextu,in Cretam naui-
gare,atq́ vbi eo ventū sit,Theseū Gnosum repēte adortū tumultuario prælio ante Labyrinthi
fores cōtracto Deucalionē iterfecisse,Ariadnāq́ domestica clade cōsternatā,foedere cū Theseo
inito,pueros vltro restituisse,remissoq́ in perpetuū tributo,cū Atheniēsibus amicitiā & foedus
iunxisse.Nec de ipsius postea casu certa aliqua memorię prodita crediderunt.Ego haud graua-
te illoꝝ opinioni accedo,q Ariadnā Thesei amore captā,ex insula cū eo nauigasse affirmāt:nec
Dędalū eiꝰ cōsilii fuisse expertē, quē qm̄ Atheniēsis esset,suoꝝ populariū rebus innixius fauisse
credere par esse:nec p̄ter hāc vnā vlla maior alia p̄diť causa,ab iis quos sequor:cur Minos cui il
le fuerat gratissimꝰ,ad suppliciū hoīem p tā lōga maria requisiuerit.Sunt tū qui ob adulteriū Pa
siphae cōciliatū,regi inuisum fuisse autument:sed siue hęc siue illa (qđ magis credo)causa fuit

cōstans phama est Dędalum primo in Siciliā nauigasse,nauigio furtim illi a regina dato,ac tum Minoem eū persecutū ad Corcalū regē delatū,a quo hospitaliter acceptus,in Dędali gratiā,qui ob excellēs ingenium in magna apud regē & Siculos erat admiratione,thermarū sit vapore necatus.Corpus inde Cretensib⁹ redditū subitę mortis pretextus fuit,q̄ dū forte lauaret,impudēter in feruidā aquā lapsus,repēte exanimat⁹ esset.Multa Dędali monumēta circa Corcali regnū & reliquā Siciliā ad posteros māsere:quib⁹ haud dubiū faciūt,nihil fabulosum esse,qd de illi⁹ in eā insulā accessu quidā tradidere.Sed vtcūq̧ hęc se habēt,Ariadna Theseū secuta,ab eo(vt plures tradūt)in Naxo insula relicta est,quū Aeglen quādā amare cœpisset,vt Hesiodi carmen demōstrat.Hūc(ait ille)insan⁹amor domuit Panotheidos Aeglę.Ex ei⁹ em̄ poesi id carmē Pisistratū sumpsisse credidit Megarēsis Nereus. Qui eā in Naxo relictā scribūt,nupsisse aiunt Ariadnā Onaro q̄ sacerdos fuit Bacchi:vnde videri possūt poetę fabulādi materiā sumpsisse,q̄ eā a Baccho raptā cęloq̧ illatā pdidere.Naxi scriptores duas fuisse Ariadnas tradidisse dicunt:quarum hęc Baccho Naxio nupserit,vñ Staphyl⁹ fit ort⁹:Theseo altera iunior,cui⁹sepulchrū ī eadē īsula viseret,vbi a Theseo relicta esset,cui honores annui redderent,luctu & mœrore pleni:contra maiori illi q̄ Baccho iūcta est,sacra p luxū & lętitiā fierēt,manifesto argumēto eo℞,q̄ de duab⁹ Ariadnis Naxii psuasum habuissent. Ion Chius ex Ariadna & Theseo Oenopionē & Staphylū genitos opinat⁹est:quo apparet,Ariadnā Thesei cōnubio nō temere excessisse. Peō Amathusi⁹ & ipse ppria quędā & oīno ab aliis diuersa de Ariadnes exitu lrarū monumētis tradidit,Theseū vi tēpestatis ī Cyprū insulā delatū,ibiq̧ Ariadnā grauidā,& aduersa valitudine & maritima iactatiōe affectā,ab eo relictā:q̄ haud multo post Thesei digressum,soluta partu vita decesserit. Fuisse apd Amathusios locū in quo Ariadnes sepulchrū mōstraret.Sed quoquo mō illa periit, siquidē in tāta scripto℞ varietate nihil temere ausim p certo ponere:īter plures tn̄ (vt video) cōstat:Theseū & q̄ cū eo in Cretā pfecti sunt,īcolumeis Athenas venisse:sed nimia(vt fit lætitia occupatos Ægęi mādata nō obiuisse,q̄ cū ex alto eisdē velis quib⁹ inde soluerāt ī terrā cursum tenuissent,amissi ducis speciē pbuere,atq̧ ita accidisse, vt senex de filii salute sollicit⁹,pcul nigra cōspicat⁹ vela,actū de ei⁹ vita arbitrat⁹,ex eminēti specula,in subiectos pelagi fluctus sese pręcipitē dederit.Sūt q̄ nomē ab eiusmodi casu mari deinceps datū existimēt.Sed veriora mihi tradere vident,q̄ scopulū esse aiunt circa Tenum & Chium,cuius forma procul nauigātibus caprinā prę se ferat speciem:vnde circūiecto fit pelago nomē datū. Domesticus Thesei luctus effecit,quo minus publica lętitia sentiret:multis tn̄ gratulationibus magnaq̧ virtutis admiratione ab oībus est ciuibus acceptus.Primū igit̄ q̄ magnificētissime potuit,patrē funerauit.Apollini dein munera quę in Cretā nauigaturus vouerat,Delphos misit. Multa pterea victoriæ illius argumēta per ludos & solēnia quędā sacro℞ sunt diu postea Athenis repręsentata. Nauis qua ille est in Cretā delatus,eadēq̧ incolumis Athenas rediit,quę triginta remo℞ fuisse traditur,ad Demetrii vsq̧ Phalerei tpa,vt gestę rei monumēto esset,publice dicit̄ asseruata:noua corruptis partib⁹ materia artificū cura & studio assidue subiecta.Theseus ciuitatis administratiōe post reditū recepta,egregiū est per se opus adortus.Quū ad id tps Atticę terrę indigenę vicatim agerēt,domib⁹ temere dispositis,essetq̧ illis nō modo nō rei publicę,sed ne ciuitatis quidem forma vlla,quā ipsi loco℞ accolę pter regē nossent,vni⁹ tm̄ impio parere assueti,cætera quib⁹ mortales īter se cōciliari solēt,vulgo aspernati,hāc incōditā turbā vt vnis mœnib⁹aliqñ inclusam,moribꝰ cæterisq̧ ciuilib⁹ disciplinis cōmodius instrueret,qd aīo agitaret Theseus vicano℞ primoribꝰ apit,nec tm̄ quę inde cōmoda expectāda essent demōstrat,sed pollicet̄ etiā fore,vt quū oēs vnū in locū cōuenissent:tū regia ptāte deposita sese in ordinē redigeret,redactusq̧ ciuilis iuris & ęquitatis suis ciuib⁹fieret author.Perpulit ea res Atticę terrę pricipes,vt ex vetustis sedibus Athenas demigrarēt. huc ignobilis multitudo ex vicis agrestes lares certatim trāsferūt,multi libertatis nomē secuti,alii spe nouę fortunę impulsi,qdā etiā metu,ne si in agris eē pseuerarēt,inuiti aliqñ cogerent̄ vrbē incolere,atq̧ ita vt peregrini in ciuitate iā instituta sordescerēt.Cōfirmat⁹ īterim Theseus Delphico oraculo.vñ carmē allatū significabat fore,vt ea qñq̧ ciuitas late rerū potiret̄. Vt igit̄ ciuiū animi citius coalescerēt,cōe oībus prytaneū senatūq̧ cōstituit,ad hęc Mineruę solēne sacrū adiecit:& vnū velut statū diē in memoriā ciuitatis vnū in locū traductę.Hęc Mœtitia.i.aduentitia:illd Panathenęū dixere.Et hęc prima fuit liberæ ciuitatis forma, quā Theseus ī Attica cōstituit.Idq̧ Athenarū vrbis impio quondā clarę,sed doctrinarū studiis prę oīb⁹,quę vnq̄ in terris fuerūt,maxime memorabilis origo tradit̄,quū nomē illi & arx ad id tēpus contigisset.Est & nūmorū vsus ab eodem inductus,quos bouis figura percussit. Dubiū

Dędali ī Siciliā accessus.

Oenopio,& Staphylus.

Ariadnæ mors.

Ægęi interitus.

Ægeū mare.

Theseus ciuitatē instituit.

Athenę cōstituuntur.

Nūmus per cuss⁹ a Theseo.

fuerit ne id argumẽtũ tauri ad Marathonẽ domiti,an ad Cretẽsis athletę nomen,quẽ Gymnico certamine vicit,voluerit allusum:an qa id aĩal sit agroꝝ cultui in primis vtile. Ciuitate in hũc modũ cõstituta,exẽplũ(vt credit)Herculis secutus,q Olympici Agonis author fuit,sacrũ Neptũno circa Corinthiacũ Isthmũ certamẽ instituit.Isthmia a loco noĩauit.Quib⁹ in locis haud multũ antea idẽ colũnã statuerat,quę Ionię,quę eadẽ fuit & Attica,& Peloponnesi fuit cõfiniũ.

Isthmiaci ludi.

Scyron.

Plutarch⁹ in Melicertę honorẽ eũ Agonẽ institutũ arbitrat,quũ illud noctu agere,initiatiõisq̈ potius q̃ spectaculi speciẽ haberet,ꝑpius vero esse opinat,qđ alii in Scyronis memoriã institutũ credidere,a quo Theseus ob arctissimũ cõsanguinitatis vinculũ fuerit cęde expiat⁹.Fuit Scyron (vt illi meminerũt)Eniochę sororis Ethrę filius.Nõ desunt,q Simnis memorię id datum existimẽt.Adeo in re vetustissima facile variãt scriptores.His ĩ Attica gestis,Theseũ in Põtũ cũ Hercule ad Amazonas debellãdas Diodorus & Trogus nauigasse tradũt.Atq̈ Antiopã,vel(vt Clidemo & aliis placet)Hippolytẽ ꝑmii loco ei datã.Pherecides,Hellanic⁹,& Herodot⁹ post Herculẽ ad Themiscyrã Theseũ nauigasse ferunt,captiuãq̈ inde Amazonẽ abduxisse. Quę eo mihi vero ꝓpiora vident,q̈ ex Herculis comitatu nemo ali⁹ est forte Amazonẽ adept⁹.Et q̈ Amazones ipsę haud multo inde tpe interiecto Atheniẽsib⁹ noĩatim bellũ intulere.Bion dolo credidit Amazonẽ a Theseo sublatã,quã cũ mulierib⁹ad se missam,vt nauim cõscẽderet,sit hortat⁹.Qđ cũ puella imprudẽs fecisset,sublatis inde armamẽtis,cũ ea ĩ altũ nauigasset. Cæterũ(vtcũq̈ res gesta est)Amazones(qđ iter plures cõuenit) p Cimmeriũ Bosphorũ,q est ad ostiũ Meotidis in pontũ defluẽtis,in Europã trãsgressę,Scytharũq̈ opibus suas pri⁹ firmasse tradunt:mox p Thraciã tumultuose in Atticę terrę fines descẽdisse.Hellanic⁹ multa & varia circa Athenas eius expeditionis argumẽta ad posteros mansisse tradidit. These⁹ igit (erat eñ Hercules per id tẽpus Libycis rebus occupat⁹,vt Diodorus significare videt) suis frętus virib⁹ in Amazonas ꝓspere pugnauit.

Altera amazonici belli opinio.

Fuit res vna magno adiumẽto ad victoriã,q̈ illę seditione in castris orta,aliquãto antea(vt alio est loco significatũ)fuerãt ab Scytharũ auxiliis destitutę. Nec Atheniẽsib⁹ incruẽta victoria obtigit.Antiope,siue Hippolyte potius ea fuit,fortiter pro Theseo & Atheniẽsib⁹dimicãs,prę lio occubuit.Alii Antiopã ob linguę cõmerciũ cũ Amazonibus finiẽdi belli authorẽ extitisse aiũt:eiusq̈ arbitrio pacẽ cũ gẽte cõpositã,locũq̈ sec⁹ Thesei phanum ab icti fœderis ratione Orchomosii iã inde nomẽ tenuisse:& alterũ Amazoniũ dictũ Clidem⁹ tradidit,q̈ sinistrũ ibi Amazonũ cornu medio certamĩe lelinasset. Amazones post Atticũ bellũ sese in Scythiã recepꝰũt.Hę ne igit fuerint,an illę potius quę ad Thermodoontẽ captę,Graiis victorib⁹ in naui insidiatę sunt,seq̈ in libertatẽ asseruerũt:a qb⁹ Sarmatarũ gẽs(vt est supra significatũ)cõdita est, haud qdẽ affirmare ausim.Qđ ad earũ aũt in Atticã terrã accessũ attinet,ꝑter alia circa Athenas rei gestę monumẽta,quę multas post ętates ꝑdurarũt,in Megarẽsi agro,Thessalia,& Chersoneso,Thracia,qua illę aut quũ bellũ intulere,aut pacatis rebus abeũtes passim metatę sunt,altissima qdã suę memorię impressere vestigia. Qui Theseida scripsit,Antiopę cõsilio credidit bellũ Theseo ob Phędrã supductã ab Amazonib⁹illatũ.

Cur bellum ab Amazonib⁹ Atticę illatum.

Sed maior cõstãtiorq̈ est phama eoꝝ quæ de ipsi⁹ belli rõne supra memorauim⁹.Plures ad hęc authores sunt,q Hippolytũ ex Antiope natũ affirmẽt.Pindarus Demophoontẽ credidit,Amazoneq̈ defuncta Phędrã puero nouercã superductã infelicissimo vtriusq̈ euẽtu.Enĩuero quę de illoꝝ miserabili casu sunt literarũ monumentis edita,cõueniũt historiarũ scriptorib⁹ cũ Tragicis. Fuit Phædra nõ Minois filia,sed neptis ex Deucalione orta,q vnus ex Minois filiis fuisse tradit,q̃ post Atticã ciuitatẽ a Theseo cõditã(vt quidã scribũt)nupsit.Ego ob ea q̃ supra scripsim⁹ aliquãto prius crediderim supductã.Ex qua Athamas & Demophoon sunt ꝓcreati:Hippolytum Theseus,quẽ ex Amazone tulerat,Troezenem miserat nutriẽdum:qui quum adolescere cœpit ad mysteria in Atticã ꝓfectus,vbi primũ in cõspectum venit,cœptus est perdite a Phędra adamari.Inde cum Theseo ad Pitheum in Troezenem ꝓfecta,Hippolyti cõcubitũ petiit:a quo ꝑter opinionẽ repulsa,irarũ plena cũ Theseo Athenas reuertit:hic multa de priuigni audacia & temeritate questa,se incesti ab eo iterpellatã quũ Troezene esset,absentẽ falso criminat.

Phędra Hippolytũ criminatur.

Atrocitate criminis cõsternat⁹Theseus,p internũciũ Hippolyto significari iubet,rescisse patrẽ,quas loci opportunitatẽ nact⁹,nouercę insidias tetẽdisset. Vehebat tum forte curru Hippolytus,q mulieris artẽ,scelusq̈ agnoscẽs,factam apud patrem ab ea fidem ratus,doloris magnitudine turbatus,quũ iam minus sibi ac min⁹ cõstaret habenęq̈ manib⁹excidissent,eqs subito casu cõsternatis,distract⁹ interiit.Hippolyti morte Athenas nũciata,Phędra & ipsa sibi mortẽ cõsciuit.

Hippolyti & Phędræ interitus.

Fuerunt ex veteribus rerum scriptoribus,qui secundum hanc duplicẽ cladem Theseum Athenis eiectum crederẽt.Qđ idcirco pro falso refel-

licitur:q͞a Theseus ab Hercule vinculis liberatus Athenas venit:ac tũ demũ in eã exilii cladẽ incidit. Plutarch⁹ author est, scripsisse quosdã cũ Iasone i Colchidẽ eũ nauigasse, & Meleagro affuisse in Calydonio apro cõficiendo: ob idq͞ vet⁹ prouerbiũ ioluisse, vt nõ sine Theseo diceret, quũ Non sine preclarũ aliqd faciu⁹ virtute hoĩm cõfectũ itelligi vellet, plerīq͞ etiã eũ alterũ Herculẽ appellarẽt. Thesco. Argiui quoq͞ ab eo adiuti dicunt in recipiẽdis eo͞r corpib⁹, q ad Thebas sub Adrasto perierũt. Pyrithous ad hęc qui in Lapithis regnabat, Thesei phama & celebritate impulsus experiri statuit, an is tãtus esset, quãtũ totius gręcię ad se rumor detulisset. Igit Thesei boues, quę in Marathonis saltu custodiebant, p latrocinii specię abegit. Quę res trepide Athenas nũciata Theseũ cõtinuo ad iniuriã vlciscẽdã Marathonẽ exciuit: nec Pyrithous eius declinauit occursum. Hic ambo se vterq͞ alterũ sub primũ cõgressum intuiti, formęq͞ deĩde prestãtiã & magnitudinẽ animi mirati, post mutuã appellationẽ dextrã iũgũt, amicitiãq͞ iter se firmãt, Pyrithoo cognitionẽ & iudiciũ de bobus per iniuriã abactis ipsi Theseo permittẽte, cui ille nõ solũ rei ęstimationẽ oẽm remisit, sed ad amicitiã tũ primũ initã ppetuo colẽdã est hortatus: qua iureiurãdo sancita Pyrithous Theseũ in Lapithas multa comitate ptraxit. Hic hospitalibus mẽsis cũ Cẽtauris adhibitus, factũ est, vt illi in multũ vini pueci, Deidamiã Pyrithoi cõiugẽ aliasq͞ Lapitharũ mulieres petulãtius attrectare sint ausi, conatiq͞ ad stuprũ rapere. Id flagitiũ Lapithis iniquo aĩo ferẽtibus, cõfestim media regia tumultuariũ certamẽ orit. Pulsi sunt itaq͞ iniuriæ authores pręcipua Thesei opa ac cũ multa cęde disiecti. Nec ita multo post a Lapithis bello petiti, ppriis sunt finib⁹ eiecti. Herodot⁹ cõflato cũ Centauris bello auxilio Theseũ superuenisse scribit: ac tũ primũ Herculẽ ab eo visum, fuisseq͞ cõgressum ipm vtriq͞ honori & voluptati. Maior oĩno phama est Theseũ ab eo vinculis liberatũ. Quę aũt causa eũ in id discrimẽ adduxerit, hęc tradit. Q̄ Theseus post amicitiã cũ Pyrithoo initã, quũ iã quinquagenari⁹ esset, Helenã (vt Hellanic⁹ pdidit) ex Sparta vno dũtaxat Pyrithoo adiutus ad stuprũ rapuit. Quidã ab Ida & Lynceo raptã crediderũt: sed apud eũ depositã. Plutarchus Spartã ambos venisse scribit. Ibiq͞ Helenã chorũ quẽ Orthiã vocãt in Dianę tẽplo exercẽtẽ intuitos, vi raptã in Pelopõnesum asportasse: pactosq͞ inter se esse, vt vter eã sortiret, is esset alteri auxilio ad nouã cõiugẽ rapto cõparãdã. These⁹ puellã sortitus, q͞a nondũ viro matura esset, apud Ethrã matrẽ occulte Aphidnis reliqt: peregre ĩde cũ Pyrithoo in Molossos pfect⁹ Aidonei regis filiã rapere conati sunt: cui pater Proserpinæ nomẽ dederat ab eo (credo) q͞ mater Cereris fuisset nomẽ sortita. Is vbi Pyrithoũ vt raptorem adesse sensit, cani quẽ imani statura horrẽdoq͞ aspectu in regia alebat, laniãdũ obiecit: (ferũt & illi Cerberi nomẽ fuisse) Theseũ custodiri iussit tãtisp, dũ de eo aliud statueret. In hoc erat ille discrimine, Athenis iterum Mneste⁹ Ornei fili⁹, nepos͞q Erichthei populari administatiõi ifensus ciuitatis ocia noua seditiõe turbare est adort⁹. Sed maiores aliquãto bello͞r mot⁹ a Tyndaridis Helenę fratrib⁹ instare. Hic atticos fines pacate ingressi ab Atheniẽsib⁹ primo petũt, vt soror a Theseo rapta sibi restitueret, ipm iniurię authorẽ, si vera sibi dicerent, iã meritas suo͞r scelerũ luisse poenas. His respõsum est, neq͞ puellã Athenis eẽ, neq͞ Atheniẽsiũ quẽpiã scire quo terrarũ fuerit abducta. Tũ illi ad irã & vltionẽ versi, quũ ingẽtẽ vrbi terrorẽ iniecissent, Academ⁹ q vnus oĩm eã Aphidnis apd Ethrã latere nõ ignorabat, ne ciuitas mai⁹ aliqd adiret discrimẽ, rẽ ad Castorẽ & Pollucẽ defert: quapropter & viuo illi honores ab Tyndaridis sunt habiti: & lõge deĩceps tpe quoties Lacedęmonii Atticos fines hostiliter inuasere, ab Academia ob vni⁹ memoriã oẽ ius belli abstinuerũt. Erat is locus haud pcul Athenis, quẽ Dicearchus ab Academo, q sub Tyndaridis militauit, noĩatum existimauit. Castor & Pollux Aphidnas bello adorti oppidũ vi capiũt diripiũtq͞, sororẽq͞ receptã cũ Ethra Thesei mr̃e hostiliter abducta Spartã remittũt. Atheniẽses subito terrore belli pculsi Mnestei suasu Tyndaridas itra moenia accipiũt, Theseũ vt pdonẽ nefariũ hostẽ iudicãt. Castor & Pollux mysteriis itiati, vt Hercules a Pilio, sic ipi ab Aphidno quodã adoptati, tam clemẽter & pacate oĩa circa Athenas gessere, vt diuinos sint honores ab Atheniẽsib⁹ adepti, dictiq͞ Anaces, vel q͞a gręci belli cessationẽ Anochã dicũt, aut a cura ciuitatis ab oĩ iiuria seruatę. Sũt q ab astro͞r ascẽsu id illis nomẽ datũ arbitrati sint. Fuerãt hęc Tyndaridę i Attica adepti, atq͞ iã abũde vlti erãt domesticã iiuriã, quũ Theseus herculis iteruẽtu liberat. Is eo͞r insci⁹, q̃ Theseo & Pyrithoo accidissent, quũ forte apd Aidoneũ in hospitio eẽt, incidissetq͞ iterim de illis sermo, deq͞ eo͞r latrocinio, Pyrithoũq͞ a se occisũ Aidone⁹ pdicaret, Theseũ victũ adhuc esse, audito viri fortis suiq͞ necessarii casu idoluit vehemẽter Hercules: petiitq͞ ab Aidoneo, vt meritũ hoĩs suppliciũ sibi remitteret. Id rex quũ haud grauate pstitisset, solut⁹ est vinculis Theseus, & ab Hercule i patriã restitut⁹. Qui seruatoris sui haud inmemor oĩa

Cõgressus Thesei & Pyrithoi.

Lapitharũ bellum.

Congressus Herculis & Thesei.

Helenæ raptus.

Pyrithoi interitus. Thesei carcer.

Academus

Academia.

Castor, Pollux, Anaces.

Thesei liberatio.

tẽpla quę suo noĩe fuerãt iã antea Athenis cõstructa pter pauca Herculi (vt Philochorus scribit) cõsecrauit. Curã deinceps publicã per amicos recipe adort⁹, Mnestheo & aliis aduersę factionis cõtra annitẽtib⁹ vrbe excedere coact⁹ est, liberis in Chalcidẽ ad Elpenorẽ Calchodoõtis filiũ pręmissis, ipse ad Lycomedẽ Scyriorũ regẽ diuertit: cuius insidiis vita priuatus est, ex ingenti (vt dicit) rupe precipitatus: aut qa tanti viri presentiã ferre nõ potuit, aut certe vt Mnestheo & aliis aduersę factiõis viris, quib⁹ ille formidini viuẽs erat, gratificaret. Sũt q p errorẽ, dũ forte ĩ secreto deãbularet, inopinato lapsu pcipitatũ dicãt, eoq casu exanimatũ. Et hęc de Theseo q̃ verissime potui. Hercules q illi vincula exemerat, quũ iã p ea quę diximus, imortale esset nomẽ cõsecutus, Delphico oraculo monit⁹, vt in Lydiã colonos mitteret, oẽs liberos quos ex Thespiadib⁹ tulerat, cũ Iolao ĩ Coloniã trãscripsit. Qz Athenis qnquagita fuerint Thespio filię, quas ille haud ex vnius mulieris cõcubitu habuerit, Diodorus est author. Cęterũ q̃ de his ille & earũ cõceptu pdidit, nõ multũ a fabulis distare merito credunt. Nec eo inficias Heraclidarũ gẽtẽ diu (vt alio deinceps loco dicet) in Lydia regnũ tenuisse: sed tã numerosam pgeniẽ, quinquagita nãq ab eo tradunt in Coloniã missi: neq ipse pro certo posuerim, neq temere asserta facile fidẽ inueniant. Multa ad hęc de Iolai errorib⁹ sunt memorię pdita, nauigasse eũ in Sardiniã authores sunt qdã eiusq insulę ptẽ quã tenuit, cultu & morib⁹ illius opa excultã, vrbe de suo noĩe his locis cõdita, ad quã ędificiis exornãdã Dędalũ ex Sicilia ferũt ab eo accersitũ. Nec ita lõgo interiecto tpe ex Sardinia ĩ Siciliã Iolaus trãsiit: vbi ob Herculis memoriã hospitalit a Sicanis est accept⁹. Multiq iterim ex ei⁹ comitatu locorũ amoenitate pellecti cũ Sicanis habitare maluerũt, q̃ cũ eo ĩ Gręciã reuerti. Hercules (vt de ei⁹ reb⁹ dicere pgã) quũ Megara dimissa Iolen Eurithi Oechalię regis filiã sibi vxorẽ poposcisset: qa pater de ea re consulturũ se oraculũ dixerat, nõ morã illã, sed repulsam interpetat⁹, Eurithi boues ex Oechalię finib⁹ abegit. Ad quas Iphiclus repetẽdas a patre Tirynthẽ missus, ex eminẽti turre est Herculis iussu pcipitat⁹. Ob eã cędẽ in grauissimũ incidisse morbũ credit. Et q̃q̃ de more expiat⁹, quũ nihilomin⁹ lãgueret, oraculo (vt tũc erãt mortaliũ animi vana superstitione impliciti) monit⁹ dicit, fore vt nõ pri⁹ clade illa defungeret, q̃ iusto venditus foret precio, eaq pecunia Iphicli liberis pro paterna cęde repẽsa esset. Oraculi pcepto vsus Hercules, vt pristinã recipet valitudinẽ, sese venalẽ pbuit: seruiuitq diu ignotus Omphale virgini, Iardanes eorũ reginę q Męonii olim mox Lydii sunt nũcupati filię. Sed dũ seruitutẽ seruiuit, Latrones Cecropas noĩatos Lydię finib⁹ infestos partim pemit, partim Omphale vinctos ad suppliciũ tradidit. Oppressit & Syleũ, q mortales peregre exceptos seruili operę inuitos adigebat. Ironas inde oppressit, & ipsos latrocinio infames, eorũ vrbe funditus euersa. His pclare gestis tũ demũ agnit⁹ cõfestim libertate donat⁹ est; Omphaleq ex eo facta grauida Lamonem filiũ peperit, quũ ipse seru⁹ aliquãto antea ex serua Cleolaũ extulisset. Post hęc ex Asia in Peloponesum reuersus, Augeã ob mercedẽ purgatę aulę nõ redditã magis bello perculit, q̃ afflixit. Vna nãq & ea pleui pugna cũ Eliesibus cõmissa, infecta re ad Olenũ diuertit. Cui⁹ Hippolytã filiã Anaxio nuptã, quũ forte publico cõuiuio ab Euritione Cẽtauro raperet, raptore foede interfecto, puellã pſenti iiuria vindicauit. Hinc Tirynthũ reuersus, ab Euristeo in crimen deuocatus tãq̃ ipsius capiti ĩmineret, iussus vrbe discedere, cũ Alcmena mre, & Ioalo in Pheneũ Arcadię cõcessit. Nec ita multo post quũ resciuisset ex Elide põpã in Isthmũ Neptũno mitti: cui⁹ Eurithus Augea dux esset, eũ apd Cleonẽ sine vllo maiore certamĩe oppssit. Quo sublato Elienses bello repetiti sunt: q breui post Augea ĩ pugna amisso pacẽ petiere. Hercules regnũ Phileo Augeę regis a se pempti filio habẽdũ pmisit. Fuerat is pulsus a pre, q arbiter ab eo & Hercule fact⁹, pmiũ illi reddẽdũ cẽsuisset. Scd̃m hęc q̃ sũt ĩ Elide gesta, Hercules Hippocoõta ex Sparta deiecit ob Lycimini Pheneorũ regis hospitis sui necẽ ab Hippocoõtis filio pempti. Durũ ãcepsq fuit illi cũ Hippocoõte & liberis pliũ, qbus vna cũ pre cadẽtib⁹, Tyndarũ Castoris & Pollucis patrẽ captę vrbi Hercules regẽ ĩposuit, quũ priuat⁹ antea fuisset. Nec ea victoria fuit Herculi incruẽta, plęrisq viris insignib⁹, Herculiq necessitate cõiũctis ĩ pugna amissis, ipse ĩ Arcadiã ex Laconia reuersus, apd Aleum regẽ hospitaliter diuersat⁹, Augen eius filiã vitiatã pręgnãtẽ reliquit. Quę post Herculis digressum vtero pdita, nautis a patre, vt eã alto mari mergerẽt, tradita est. Sed tãtisper dũ ad mare ducit dolorib⁹ repẽte obortis, quũ per speciẽ curãdi corporis paululũ via diuertisset, puerũ enixa ĩter folia dẽsaq virgulta occulit. Inde ad mare pducta pter spem seruata est. Ii qb⁹ pdẽdę fluctibus filię negociũ Aleus dederat, regię puellę fortunã miserati eã perdere nõ sustinuerũt: sed Carib⁹ inde soluẽtibus in alias pcul terras asportãdã tradũt. Pastores interim quũ in ea forte loca, qbus infans nup erat editus, armẽta ĩ pascua cõpulissent, puerũ cõ

Thesei mors.

Thespii soboles.

Errores Iolai.

Iphicli cædes.

Vẽdit Hercules.

Que in Lydia Hercu. gesserit.

Eurithi cædes.

Hercules Tyndarum regem constituit.

Casus Auges puellæ.

spicati, ad stabula defertur. Phama est ceruam iacenti illi vbera pbuisse. Ipse inter pastores educatus Telephus est dictus. Quę vox nihil sane est ab argumento fabulę diuersa. Is aũt adultus cũ Delphos ad oraculũ venisset, de matre cõsulturus, in Mysiã nauigare est iussus. Ad Theutrãtẽ itaq; profectus, qui p id tpŝ in ea terra regnabat, Augemq; Telephi matrẽ a Caribus dono acceptã in regia habebat, certis indiciis a matre agnitus in summo honore fuit apud Theutrãtẽ. Ducta deinceps Argiope eius filia in cõiugẽ, successor est regni ab eo ascitus. Hercules post spartanũ bellũ quinquẽnio in Pheneo Arcadię fuit. Inde ex Arcadia pluribus sequẽtibus ĩ Ætoliã secessit: vbi quũ neq; legitima sibi ples esset: neq; vxor vlla, Deianirã Oenei filiã sibi matrimonio deuinxit. Fuerat Oenei regia haud multo antea domesticis cladibus cõcussa. Etenĩ Meleager Oenei filius, penes quẽ oĩs fuit Calidonii apri perẽpti gloria, occisę ferę exuuias Atalãtę puellę Arcadicę, in cuius amorẽ iuueniliter inciderat, dono obtulit. Erat puella Schinei filia. Cõuenerãt ad id mõstrũ conficiendũ multi viri illustres, & ĩ his duo Meleagri auũculi Testii filii. Hi iniquo aĩo ferẽtes tãtę rei laudẽ peregrinę fœminę temere delatã, puellã ĩ Arcadiã abeũtẽ ĩsidiis excipiũt, exceptę munus adimũt: eaq; ĩiuria Meleager cõmotus auũculos obtrũcat. Althea duorũ fratrũ morte iritata, diris execrationibus deuouet natũ: fuitq; eius mortis author. Sũt q fatali stipite illũ cõsumptũ tradũt: sed (quoquo modo cõsumptus est) Althea, vbi suę in filiũ sęuitiæ pœnitere cœpit, doloris impatiẽs laqueo collũ implicuit. Sub id igiẽ tpŝ quo his cladibus Onei regia est cõuulsa, Hippotus Olenius Peribiã filiã capitali supplicio damnatã Calidone necãdã miserat. Oeneus Althea extincta, puellã sibi cõnubio deuinxit: ex qua mox illi Tydeus est natus. Nec me pręterit fuisse, q in lr̃as miserint, Tydeũ quũ rescisset ea quę de Meleagro & Althea circa Calidonẽ euenere, domestica clade cõsternatũ patrios lares, patriãq; deseruisse, delatũq; fuga ad Adrastũ Argiuorũ regẽ, cuius filiã inde vxorẽ duxerit. Sed quacũq; ille est matre natus, ac quocũq; tpe, noua affinitate adductus cũ Polynice ad Thebas militauit. Hercules in Oenei gratiã Acheloa amne plurifariã diducto Calidoniũ agrũ sagaci corriuatiõe feracissimũ reddidit. Quo hoĩs cõmẽto apparet, quęsitã gręcis materiã, ea quę de Hercule & Archeloo, eiusq; cornu pdita sunt, fabulãdi. Sed ppius vero est credere, eo merito Deianirã Herculi cõnubio locatã, q̃ impetratę affinitatis hostimẽtũ id fuisse. Nec pacatus tm̃ iuuit ille Ætolorũ opes: sed Thesprotis quoq; eius terrę accolis (epirotica ea gens est) bello illato Ephirã vrbẽ ademit, Phileũq; occidit regẽ, cuius filia cõpressa, mox Tlepolemus est illi natus. Nec ita longo ĩteriecto tpe ex Calidone cũ Deianira & Hilo ex ea nato profectus Hercules, quũ forte ad Euenũ fluuiũ venisset, Nessum Centaurũ circa ripã fluminis versantẽ offendit. Erat is solitus vadãdi fluminis imperitos timidosq; traiicere: sed quũ Cẽtaurũ dico, hoĩem equo sedẽtẽ intelligi volo, nõ monstrũ. Nessus puellę quã vehebat stuprandę cupidus, equi celeritate fretus Deianirę in vlteriorẽ ripã deuectę vim afferre conatus est. Hercules quia cominus congredi fluminis interuentu phibebatur Nessum pcul sagitta cõfixit. Qui vbi vim grassantis in se veneni sentire cœpit: Hercule in Eueni traiectu occupato Deianirę paucis persuadet amatoriũ virus suo cruori inesse. Fore vt si eo sanguine, quo Herculis sagitta esset illita, mariti interior ĩngeret tunica, si qñ eã maritus induisset nullã amplius esset puellã pter eã quę dedisset, amaturus. Credidit Deianira, & amãs & fœmina nil mali suspicãs. Cõparat itaq; illa fraudis inscia monstratã opẽ priusq̃ arbiter adesset. Hercules Deianira recepta apud Ceicum Trachię in hospitio fuit. Philantũ inde Dryopũ regem, quia Apollinis templum violasset, cum Meliensibus adortus interfecit, Dryopibusq; extra patrios fines eiectis, eorum agrum Meliensibus habendũ dedit. Interfecti regis filia post victoriam ab Hercule compressa Antilochum illi enixa est, & ex Deianira post Hilũ, Gleneã & Diopitẽ habuit. Dryopes suis finibus pulsi, pars eorũ in Eubœa Carystũ condidere: reliqui Euristei opibus adiuti, q Herculis multo prius factus erat hostis, Asinen, Hermionẽ, & Sionem in Pelopõneso sibi vrbes posuerũt. Orto deinde bello inter Dorienses & Lapithas, q circa Olympũ sedes habuerũt: Doriensibus se socium Hercules cõditione obtulit, vt tertiã Doridis partem ab eis acciperet. Cũ Arcadibus igiẽ, quos ille diu circa se habuit, ad illũ bellũ profectus. Corono Lapitharum rege interfecto ipsam gentem bello victã ex ea terra de qua per id tẽpus ambigebatur, migrare coegit. Hoc itaq; bello defunctus, Cyonũ ex puocatione ad Trachinam peremit. Vnde profectus Ormenium regem, q Astidamiæ filiæ sibi olim nuptias denegasset, subito bello aggressus, pugna victũ vita spoliauit, puellaq; Astidamia potitus ex ea Ctisippũ genuit. His demũ gestis in Euriti filios ob Ioles nuptias sibi olim denegatas, in Oechaliã duxit exercitũ. A tq; his bello subactis puellam inde captiuã abduxit. Quum ergo in Cineum montem venisset facturus ibi sacra, Lycam ad vxorem Deianiram in Trachinã mittit, vt inde vestẽ, qua in sacris vti cõsueuerat, sibi in prę sentẽ vsum afferret. Deianira p Ly-

Telephi casus. Deianira. Althea sese suspendit. Tydeus. Acheloi purgatio. Tlepolemus. Nessi cędes Hercules Dryopas superat. Doriẽsiũ & Lapitharũ bellum. Iole. Lycas.

cā de Ioles pellicatu certior facta,iniquo tulit aīo vllā sibi fœminā ab Hercule in amore prefer ri. Vt virū igiť in se totū verteret tunicā cōcreto Nessi sanguine in hūc vsum asseruato,illinit. Eā terū oīm ignarꝰ Lycas in Cineū detulit. Vix eā Hercules induerat,quū veneno cōtactus in tolerādis cœpit doloribꝰ torqueri.Perdurare tū tāti mali inscius.Serpere interim ad ima corpo

Lycas ab Her.occiditur.

ris pestifera vis veneni,virusq̧ tabificū in perniciē grassari. Tū ille dolore victꝰ Lycā primo iter ficit pestiferi muneris authorē ratꝰ.Inde dimisso exercitu in Thracinā deferri voluit. Vn̄ quū Delphos de causa morbi & exitu sciscitatū misisset,Deianira eoꝝ sibi cōscia q̄ facta erāt,verita

Deianirę interitus.

ne oraculo pdita vitę simul,phamęq̧ periculū adiret,mortē suspēdio pŏoccupauit.Oraculū qđ a Pythia est relatū,iussit Herculē cū oī bellico apparatu ī Oetā mōtē deferri. Mōs is est ab ortu

Oetæ montis situs.

solis ī occasum porrectꝰ,a Thermopylis ī Ambraciū vsq̧ sinū rectilineo tractu,a Parnasso ad Pi dū mōtanā scindēs regionē,ad Thermopylas vergēs,qua parte in pręcipuā assurgit altitudinē. In summo igiť iugo pyra oraculi iussu cōstructa est. Huic Hercules viuēs sentiēsq̧ īpositꝰ,quū

Herculis interitus.

iā oēm spem vitę abiecisset,facem admoueri iussit.Cęteris triste ministeriū detrectātibus Philo∗ ctetes q̄ sagittas ab eo & arcū dono acceperat,pyrę ignē admouit.Et Hercules q̄ per ea quę di∗ ximus īmortale est nomē adeptꝰ,in hūc modū periit. Tradūt quidā anno.XXX.vitę eū extin∗ ctū.Alii quibꝰ libētius accēdo,anno quīquagesimo. Cui vita defuncto Menetius Actoris filius tauro,capro,& ariete cęsis,primus annua in Opunteo instituit sacra.Mox Athenienses iter deos

ANNI MVNDI.

retulerūt:secutus inde cęterę Gręcię aliarūq̧ gētiū cōsensus. Inciderūt nouissima Herculis tpa in id decenniū qđ ab eo anno sumpsit principiū,q̄ quater millesimꝰ fuit ab orbe cōdito.Quū in Assyria rex esset Lautenes vigesimussextus a Nino,in Ægypto Thuoris, Mycenis Euristeꝰ,apđ Sycionios Pelasgus,Priamus ī Phrygia.Sāson vt qdā volūt Herculi ęqualis fuit:de quo priusq̄ dicā,retro aliquāto Iudaicę est historię series repetēda.Barachus Iabini regno euerso,plures an nos pręfuit:fuitq̧ interim Palęstinę statꝰ pacatissimꝰ. Verū cū eius morte fortuna mutata est. Madianitę cum Amalechitis & Arabibus finitimis,fœdere inter se inito,subito bello Israelitas adorti,pręlio superāt.Multi mortaliū in ipa pugna cęsi,multi etiā capti,& in vincula cōiecti.In de Iudęę fines victor hostis ingressus,septē ferme annos circūagēdo ad singula loca exercitum, ferro & igni vniuersam fere terrā miserabiliter vastauit.Israelitę planitie locisq̧ bello infestis ab initio relictis,ī arduos mōtes & saltꝰ deuios,cū ībelli turba cōcesserūt, locorūq̧ natura freti ex∗ torrē vitā agitare.Premebanť īterim relicto agroꝝ cultu,rei frumētarię, oīmq̧ rerū inopia. Tū

Gedeon.

ad pces & vota cōuersi,veniā e cęlo implorāt.Nec irritę pces fuerūt. Diuina nāq̧ puidētia,Ge deō Effraimita Ioasi filiꝰ,iuuenis ad id tps haud mltū iter suospopulares celebris,diuīo(vt ipse aiebat)instructꝰ oraculo,repēte publicę assertor libertatis extitit. Fuerat is cūctantior ab initio ad credēdū,cū infirmę adhuc ętati parū fidēs,tū φ pcul a suis abesset tribubꝰ.Sed quū voces numinis iussaq̧ īter ęquales celebraret,eoꝝ hortatione & impulsu pressus est se ducē repetēdæ ab hoste libertatis.Nec lōga fuit in re mora.X.milia armatoꝝ illi psto affuere,quibꝰ copiis iuue nis fretꝰ,ad Iordanē fluuiū cōtendit,castrisq̧ ī ripa cōmunitis occasionē quęrere hostiliū castro rū opportune inuadēdi,q̄ haud pcul inde erāt.Cęterū reputās q̄ tenues adessent vires ad rē tā∗ tā aggrediēdā,minus qdē ac minus psentibus opibus fidere.Cernere ad hęc in suis haud dubia timoris,tacitęq̧ poenitētię signa.Enimuero quū res ad dimicationē spectaret,nec ipse meliore spe q̄ cęteri esset,placuit vno dūtaxat comite ad hostiū castra pxime speculatū accedere. Hic quū

Somnium.

oīa circa hostē neglecta inuenisset,custodiisq̧ destituta, plurimiq̧ vino & epulis sepulti temere iacerēt,paucis adhuc sera cōuiuia trahētibus,ad vocē ex pximo tabernaculo redditā aurē adie cit,vt oīa certiꝰ exploraret.Hic ex quiescētibꝰ vnꝰ cōmilitoni forte narrabat,vidisse se ī somnis hordeaceū panē p vniuersa castra cū tabernaculoꝝ strage puolutū,impactūq̧ iis locis quibꝰ re ges tenderēt,oīa subita ruina disiecisse.Tū qui audiuerat,videri sibi inqt per eā figurā regii ex∗ ercitus excidiū significari. Panem hordeo cōfectum rem despectissimam esse, vt Israelitæ inter mortales cōtemptissimi,vereri proinde se,ne aliqua inexpectata clades ab ea gēte q̄ in pximo sit regiis castris immineret. Eiusmodi tempestiua nō minus q̄ vera interpretatione Gedeon con∗

Gedeonis stratagema

firmatus ad suos celeriter redit.Ibi ea quæ per se explorasset,primo exponit:inde paucis copias hortatus,arma capere iubet:sed vt multiplex terror hostibꝰ incuteretur,neq̧ vno loco neq̧ ar∗ mis solū,sed & facibus & clamore horrēdo impetū in hostiū tabernacula fieri iubet. Multi igi tur dextra faces quatiētes,sinistra cornua & lituos p tubis inflātes,castra vno tpe plurifariā in∗ uadūt,hostē somno grauatū strepitu & clamore excutiūt.Inde cum oīa collucerēt flammis,ter ribiles sonitus,horrēdaq̧ voces aures circumsonarēt,veluti in furorem versi, arreptis temere armis in se ruunt.Pauci oīno Iudęorū armis cōsumpti,plurimi pręterea hostium quia ex collu∗

uione multarũ gentium cõstabat exercitus: neq; ligua, neq; signis multum inter se noti, mutuis vulnerib⁹ occubuere. Tũ disiectis pditisq; hostium rebus, victor Gedeon exultansq; iubet suos dispalatũ milite ferro excipe, quo cõtigit, vt ex copiosissimo nup exercitu pauci supfuerint. Iosephus & Bibliaci libri tradũt ad. CXX. hoim milia nocte vna iterfecta: Zebinũ & Zarmũ reges captos, prędã adhęc ingentẽ auri & argẽti, pciosęq; vestis partã. Est & ingens inuidia Gedeoni conflata a suis Tribulibus: q; re nõ prius secũ cõicata, tã arduum aggressus esset facinus, graui se ignominia affectos credere, q; indigni ab eo iudicati essent: quibuscum publicã libertatẽ tuẽdam censuisset, & iam res haud pcul a seditione aberat: verũ edocti diuino id nõ humano cõsilio factũ, quieuere. Gedeõ Israelitis i pristinũ rerum statum restitutis, sese in ordinẽ redigere conatus est. Cęterũ iussus exercitũ cum imperio obtinere, quadraginta deinceps annos rerũ summã feliciter administrauit. Eo defuncto Abimalechus eius filius septuaginta fratribus crudeliter iterfectis (tot eñ numero fuisse tradunt) vno Ioatha excepto, q sceleri fuga seruat⁹ est, summũ locũ vi nõ suffragio (vt pater olim) populiue cõsensu occupat. Peruasit sceleris huius phama vniuersam Iudeã, oesq; Abimalechũ infanda cęde polutũ populariter odisse, dirisq; execrationib⁹ absentẽ insectari. Mira in illũ odia exarsere: nemo tñ coram scelus exprobrare, expectare itaq; taciti diuinã vltionẽ. Nec ita lõgo iteriecto tpe, Sichemitę ei⁹ pricipatũ ptesi, vrbe ac tribu eiiciũt. Hos ille haud multo post agresti opi intẽtos adort⁹, portas vrbis nequa pateret effugiũ primo occupat: q in agris erãt ad vnũ pene ferro trucidat: nec minor in vrbe cędes edita: i oẽm sexũ & ętatẽ Abimalechi iussu est sęuitũ. Siche excidio dedita est: verũ vt ad posteros vidictę huius memoria maneret, in ea area, qua vrbs steterat: salẽ spargi p tritico imperauit. Sichemitarũ pfugę, medio tumultu ex agris i pximũ se tẽplũ velut i Asylũ quoddã cũ liberis & vxorib⁹ pfugerãt. Erat is loc⁹ satis natura munitus, cingereq; tumultuario parabãt ope a Siche pfugi: quũ Abimalechus munientibus supuenit, ingentiq; lignoꝝ strue circũsessos, fumo & flãmarũ æstu, crudelẽ in modũ necauit. Sic Sichemitarum gens cũ ipsa vrbe Abimalechi sæuitia extincta est. Habuit iã inde ille Israelitas vnius excidio vrbis perculsos multo ad iniuriã opportuniores, donec Thebeoꝝ turrim oppugnãs, saxo superne ictus concidit. Ferunt accepto vulnere quũ moribũdus humi iaceret militẽ rogasse: vt qd reliquũ vitę supesset, ferro hauriret, ne hõ fortissim⁹ muliebri manu necat⁹ diceret. Abimalecho Thola patruelis frater oim cõsensu successit, q tris & vigiti annos iudiciario noie quo cęteri Iudaicę rei pfuit. Quo sane tpe nihil in Palęstina terra dignũ memoria gestũ repio. In demortui locũ Iairus Galaadites hõ inter suos iustitia isigni oim suffragio est subrogatus. Fuerunt huic virilis stirpis liberi triginta: q res illum multo venerabiliorẽ reddidit hoibus suæ gentis. Huius quoq; administratio pacatissima fuit, atq; vno anno breuior q̃ Tholæ fuerat. Sub id tẽpus, quo Iairus vita decessit, Israelitarũ pleriq; longo ocio affluẽtiaq; rerũ oim, a singularis veriq; dei cultu alienati, Syriacos Sydoniosq; deos cõplexi, merito in se cælestẽ numẽ iritarunt. Ortũq; est bellũ genti trans Iordanẽ ab Ammonitarum rege Philistæis in societatẽ belli assumptis, oẽs Iudæi, q trans Iordanẽ sedes habuere, breui hostib⁹ in prędã cessere. Tenuitq; seruit⁹ illa annos duodeuiginti: quoad Ieptes hõ impiger, & ipse Galaadites, multis pcibus fatigat⁹, Israelitis se libertatis recuperãdæ ducẽ & authorẽ pbuit. Iam præterq̃ q; diu pars nõ pua gẽtis seruitio pmebat, ne citeriores quidẽ accolę meliore spe esse ob assiduas hostiũ icursiões. Cõparatis igit ad bellũ copiis placuit priusq̃ arma mouerent, legatos ad Ammonitas & Philistęos mitti, qui res sub belli denũciatione repeterẽt, q; nulla lacessiti iniuria Iudęis, q trãs Iordanẽ accolũt, bellũ itulissent: subitaq; vi belli oppressos iam plures annos idigna seruitute pmerẽt, nec psenti iiuria cõtẽti, iã & cis Iordanẽ armis hoies suæ gentis infestare coepissent. Ab hoste nõ modo nẽ pacati qcq̃ est respõsum: sed additũ etiã Israelitas iique facere, q ex ea terra, quã coꝝ maiores p iniuriã occupassent, nõ ad id tẽpus excessissent. Scire se ex finitimis gentib⁹ plerasq; in hoc ipm cõspirasse: vt si bona venia id ipetrare nequeãt, vi & armis Israelitas cogãt alienis finib⁹ facessere. Hęc quũ domũ legati retulissent: nec spes vlla liberãdę gẽtis nisi i armis sita esset, sacris rite opat⁹, Ieptes i hostes mouit: quos vbi primũ i cõspectu habuit facta dimicãdi copia ferociter cõflixit. Nec dubia fuit victoria. Multi hostiũ i pugna occubuere, sed aliquãto plures i fuga, quos Iudę⁹ victor ad Ammonitã vsq; cũ cęde psecut⁹ est. Ammonitarũ ide fines igressus Ieptes, aliquot ei⁹ gẽtis vrbes vi captas diruit: terrã igni & ferro populat⁹ est. Ita reb⁹ pulchre gestis pacatoq; toti⁹ gẽtis statu: quũ domũ se recipet, i luctuosam icidit calamitatẽ. Vouerat is ad bellũ pfectur⁹, si res psp̃ere fluxissent, se qcqd domũ reuerso primũ occurrisset, Deo imolaturũ. Cęterũ ita accidit, vt filia, quã vnice diligebat, i pris cõplexũ & oscu

Gedeõis inclyta victoria.

Abimalechi crudelitas in fres.

Abimalechi iterit⁹.

Thola.

Iairus.

Ieptes hostes supat.

Ieptes filiá immolat. la oim prima ſeſe gratulabúdá effuderit,quá ne númẽ falleret ſuá filięꝗ lachrimabilẽ ſortem la mẽtatus ad aram ꝑ hoſtia ímolauit.Incidit haud multo poſt Ieptes in grauiſſimá ſeditionẽ. Effraimitæ tribules eius ꝙ ad bellú nõ fuiſſent vocati,in eú hoſtiliter impetú fecere,grauem cõtumeliá queſti:ꝙ & nobiliſſimæ ſimul victorię eſſent laude excluſi,ſimulꝗ opulentiore ꝓda fraudati,ob quá irá,ſeu inuidiá potiꝰ,ciuili eſt bello aliq̃diu inter eos laboratú.Multa Ieptes ſe pur

Ciuile bellú iter Iudęos gádo ab initio dixit,fecitꝗ:ſed poſtq̃ neꝗ ꝓcibus,neꝗ obteſtatiõe iuidiá vitare potuit,ſenſitꝗ nefarú certamẽ inſtare,ad pugná ꝓceſſit.Hic velut duę ciuiles acies,maioribꝰ pene odiis q̃ viribus cõgreſſę atrociſſimú cõmiſere prelium.Ioſephus author eſt Effraimitas victos ad duo & quadraginta hoím milia vna acie amiſiſſe:quoꝝ opibus fractis ſtabilitus eſt Ieptæ principatus.

Abſanis. Is ſex deinceps annos iudiciariá exercuit poteſtatẽ.Huic defuncto Abſanis Iudita oím cõſenſu eſt ſubiectus.Apud alios Abeſſanus ꝑ Abſanis tradit.Cui.LX.ꝓmiſcuę ꝓlis liberi fuiſſe tradúntur.Euſebius Heſebonẽ Ieptę ſubiicit.Heſeboni Labdonẽ,quẽ negat in iudicú numerú ab aliis relatú.Nos ſacros libros & Ioſephú ſecuti,Abeſſani iudicationẽ cú Ieptana iũximus.Fuit itaꝗ Abeſſanꝰ in ea poteſtate ános ſeptẽ,quo ſane tpe nihil í Iudęa relatu dignú fieri cõtigit.Ahialõ Zabuloniꝰ eá poſtmodú dignitatẽ eſt adeptꝰ,quá obſcura rerú memoria.X.annos adminiſtrauit.Secutꝰ Abdon Effraimita & ipſe natoꝝ ſobole valde inſignis.XL.virilis ſtirpis liberi huic: & ex his nepotes.XXX.núero.iudiciaria ipſius adminiſtratio octo habuit ános.Philiſtei inde Iudęos armis victos.XL.annos tributarios habuere.Eius tributi poſtmodú pendendi finẽ,Sanſon vir fortiſſimꝰ fecit.De quo adhuc tátiſper dicere ſupſedebo,dú pauca de Herculis ꝓgenie, & quæ poſt illiꝰ mortem ſunt in Gręcia geſta,his ſubiiciunt. Siquidem Heraclidæ paterno togo digreſſi ſe ad Ceicú í Trachiná cõtulerút:q̃q̃ Hilus ex his,& alii maiores natu,haud ignari

Euriſtei duritia. q̃tum ſibi vndiꝗ inuidiæ imineret ob ea q̃ pater geſſerat,in tutú cõceſſere.Tenebat ꝑ id tẽpus Euriſteus,quẽ ob paternas iimicitias infeſtiſſimú ſibi fore arbitrabant,Mycenarú regnú.Is parú ſibi tutú ſuiſꝗ rebꝰ,ratꝰ ꝙ tá numeroſa Herculis ꝓgenies patri ſupſtes eſſet,qppe q̃ ſi ꝑ ętatem adoleuiſſet,reddítura eſſet oía ſibi infeſtiora,ſtatuit,dú ꝑ ętatẽ iniurię opportuná haberet Gręcię finibus expellere.In Trachiná ad Ceicú mittit,qui niſi Heraclides & Arcades & quicúꝗ ex

Heraclidę Thracinam deſerunt. comitatu Herculis illic eſſent,cõfeſtim eiiceret,ei bellú indicerent.Veriti Heraclidę niſi loco faceſſerẽt,ne ad ſuppliciú dederẽtur.Trachina digreſſi multas Græciæ vrbes adiere,& in primis eas,in quibꝰ ſcirẽt beneficiú paternú aliquo mõ collocatú,ſuppliciter rogare,vt ſe intra moenia acciperẽt,ſuo ꝓſidio,ſi qñꝗ & ipſi a patre ſuo viro fortiſſimo adiuti eſſent,ab Euriſtei iiuria ꝓtegerẽt.Verúeniuero fauore cú fortuna mutato,vndiꝗ excluſos ſóli oím Atheniẽſes ingenita húanitate intra fines acceperút.Tricyrintho vrbe,q̃ Tetrapolis poſtmodú dicta eſt,ad inhabitandú cõceſſa.Hac neceſſitate Heraclidæ adacti Aſylú primi oím cõſtituiſſe dicunt.Nec irá in Atheniẽſes ſuá diu celauit Euriſteus,ſed haud multo poſtq̃ Heraclidæ ab his fuerant accepti: Atticá hoſtiliter ingreſſus,oía tumultꝰ & pauoris ípleuit.Heraclidæ ꝓprio periculo cõmoti:

Heraclidæ Euriſteum perimunt. cęterú appatebat Atheniẽſibꝰſua cá bellú ab Euriſteo ortú:Iolao duce cú Atticis ꝓſidiis ad Marathonẽ(vt Strabo ſignificare videt)illi occurrút.Hic cõmiſſa pugna Iolaꝰ Euriſteú ꝓlio ſupatum circa Cariá pemit.Perierút ea dimicatiõe & Euriſtei filii.Heraclidę vno ſecúdo ꝓlio defuncti,Pelopõneſum inuadere ſtatuút.His circa Iſthmú Atreus,q Euriſteo ſublato Mycenarú regnú occuparat,cú valido exercitu occurrit.Hęſerút his locis bellici vtroꝝꝗ conatꝰ ob terrarú anguſtias:vbi ex ꝓuocatione Atreus & Iolaus de ſumma rei certaſſe tradunt,pacti iter ſe:vt ſi Atreus pugnę ſubcubuiſſet Mycenarú regno Heraclidis cederet,ſi Iolaú víci cõtigiſſet,Tricyrinthú motis ex Iſthmo caſtris ꝑ victis abirẽt.Qualis fuerit pugnę illiꝰ exitꝰ:ii quos ſeqmur nõ

Argos ceſſit Heraclidis. tradút.Lyciminꝰ,qđ ſatis cõſtat,cú filiis Herculis ſub id tpš Argis cõſedit,& q Tricyrithi ab initio belli ſubſederát,haud multis íteriectis annis í Pelopõneſum tráſiere.Alcmená & ipam Thebas demú reuerſam ferút,cui repẽte ex hoím oculis ſublatæ diuini ſint honores a Thebanis de

Tlepolemꝰ creti.Phama eſt Tlepolemú Heraclidarú vnú ob Lycimini cędẽ Argis exceſſiſſe,nauiꝗ í Rhodú delatú.Tenebát ea tẽpeſtate íſulá Gręci,a Triopato Phorbátis filio í coloniá ducti,quá cõmuni incolarú cõſilio í tris ille diuiſerat partes,tribꝰ í ſingulis ſua vrbibus conditis,Lyndo,Ialyſo,& Camiro.Alii a filiis Cidippes & Cercaphi,q ex Thelechinibꝰ vnus fuit, eas vrbes cõditas prodiderunt,Thelechinúꝗ noíbꝰ appellatas.Toti deinde íſulæ Tlepolemus íperauit , militauitꝗ

Sanſonis ortus. poſtremo cú Agamemnone ad Troiá.Nunc ad Palęſtinas res Sanſonẽꝗ redeundum. De huiꝰ conceptu mira ſunt,quæ in ſacris libris prodita reperio. Ex Manue Danitano tribuli is genitus,q ſimul cum coniuge oraculo inſtructus,fore,vt virum fortiſſimú procrearent, vetiti ſunt

capillum pucro recidere,sed vt fatalē alere,ab omniq; offensa custodire,nec potum puero ptr
aquā dare:futurū,vt adulta aetate vnus oīm afflictis Israelitarū rebus ferret auxilium.Nat⁹ igit
puer.Parētes Sāsonem dixere.Significat id nomē fortem & robustū.Procedētē deinde tpe,quū
iam magna ex parte adoleuisset,Tānam Philistęo℞ vrbē ad solēne sacrum pfectus,virginē ele
gāti forma intuitus,cōfestim ad eius nuptias aīm adiecit.Quas quum aegre a parentib⁹ ipetra
ret,q puella Israelitici nō esset sanguinis,ita accidit,vt quū dilectę a se virginis sępe lares inuia Sanson leo
set:i ferocissimi leonis occursum inciderit,quē nō mō non declinauit,sed vltro belluam ador nem enecat.
tus,arctissimo brachio℞ strāgulauit nexu.Cuius victoriae cōpos factus peremptā a se beluā ex
publico in subiectā ptraxit syluā.Paucis deinceps diebus eo reuersus,vt pfectā inuiseret ferā,pa
rū sibiipsi credēs tā violentū aīal ab vno cōfici potuisse,hic rem mirā aiunt ei⁹ oculis oblatam,
frequēs apū examen in rabidi leonis faucibus fauos fabricare occaepisse.Celauit ille interim pa
rētes de iis,q̄ inter eundum acciderant,veritus(credo)ne periculo rei cōmoti se aut precibus
aut iperio,a puella sępius visenda auerterent.Cęterū qđ de apibus & earū mellificatione conti
git,obscurę quęstionis materiam illi in posterum prębuit.Postremo impetratis puellae nuptiis,
quoniā viri robur apud multos celebre erat:vt igit medio nuptiarum apparatu suis ille fretus
viribus in se facinus aliquod ederet inopinatum,affectationis ptextu triginta lectissimos Sanso
ni iuuenes publice Philistęi dedere,q nunq̄ ab eius latere abscederent.His inter epularū iocula Sansonis
riā ābiguā Sanson pposuit qstionē,vt diceret,quonā modo euenire posset,vt res quae voracissi quęstio.
ma esset,violēta ptera & imitis,suauissimū ore pateret cibū,ad ea haud dubie alludens,quae in
Leone a se pempto euenerāt,singulis se sindonas & quędā non spernenda munera daturū pol
licetur,si vn⁹ oīm septē dierū spatio quaestionis inuolucrū explicasset. Ancipiti duraq; iterpre
tatione sollicitī Philistęi iuuenes magis igenii laudē,q̄ pręmium secuti,quum plura aīo medita
ti nullā rei explicandę rationē iniuissent,ex ea iuuentute quidā veteres puellę proci:cum ipsius
vxore occulte agūt,vt mediis cōplexibus noctu quid rei id esset a marito eliceret. Id illa quum
post multas pces & puellares illecebras viro expressisset,rē ad pcos defert.Mox septimo die fre Amarissi
quenti cōuiuio quęstio soluta est.Ad eā vocem Sanson turbatus exclamasse fertur,nihil foemi ma Sāsonis
na fallacius.Alii dixisse ferunt,nisi mea arassetis vitula,fuisset gryphus is vobis isolubilis. Qua verba.
re soluta cōsponsoribus fide,iratus cōiugi i patriā ad suos abiit.Nec puella multo post proco
rum vni cōnubio cessit.Paucis inde dieb⁹ post nouas nuptias Sanson reuersus,quū prioris spō
sę congressu phiberet,vehemēter indoluit.Et q̄q̄ patre alterā ei filiā deferente,iratū tamē ple Segetū in
nus Tāna excessit,socero & Tāneis soceri cā infensus.Bibliaci libri & Iosephus tradūt.Vulpes cendium.
facibus ad caudā ligatis i maturas Tanneo℞ segetes ab eo imissas,quarū vaga ancipitiq; fuga
Philistęo℞ ager vno tpe tot⁹ deflagrarit,Philistęi versa in authores cladis ira,puellā quę Sāso
ni fuerat matrimonio locata cū parentibus cōbussere.Inde quia multi ab eo in agris obiter op
pressi dicebant,infesto exercitu Iuditarū fines inuadūt. Concesserat interim Sanson ad locum
quē Ethā noīabant.Erat ibi prupti saxi specus,quē ille incolebat.Iuditae inopinato bello terri
ti legatos i castra mittūt postulatū,qd rei id esset,cp nulla a se iiuria affecti Philistaei suos hosti
liter fines popularent.Scire se tributū ad id tēpus sine fraude ipsi gēti redditū,paratosq; Iudi
tas esse eo℞ imperata facere.Orare proinde ne in se saeuirent, quos ad obsequium tam prom Sanson ad
ptos q̄ ad iniuriam opportunos haberēt.Responsum his est,non esse cur Iuditę pacem a Phili poenam de
staeis sperarent vllā,nisi Sanson,q totā gentē foedissima clade affecisset,ad suppliciū dederetur poscitur.
Qđ vnū si pstaretur pacate se eo℞ finibus excessuros.Stulte Iuditas facturos,si q̄ priuato con
silio flagitiose cōmissa essent publico mallēt excidio,q̄ authoris sanguie expiari.Irēt,& qđ factu
ri essent,cito facerēt.Nā qđ ad se attineret decretū esse,si i authore culpę nequeant, i vniuersa
gente iniuriā vidicare.Periculo rei moti Israelitae, tria armatorū milia ad Sansonē capiendum
dedēdūq; misere.Qui ad id missi fuerant,vbi ad specū venere,nihil Sāson recusasse fert,quo mi
nus se vinctū dederēt,mō Israelitarū q aderāt oēm a se iniuriā abstinerēt.Fideq; in id ipm acce
pta reuictis post terga manib⁹ in hostiū castra pducit.Vbi vero in cōspectu stetit,abruptis re Sanson ma
pēte viculis,& ad vim cōuersus,asini maxilla temere arrepta,q̄ forte in pximo iacebat, ad mille xilla asini
hostium cęteris metu & trepidatiōe disiectis iterfecit.Ipse turbatos hostes insecutus,ingēti si pugnat.
ti oborta,quū eā diu tolerasset,in pces versus,miraculo factū memorāt,vt ex maxilla,qua in pu
gna fuerat vsus,potui suauissima manarit aqua,in cuius rei argumētum ferunt ipsi loco ab re
quę miraculo ibi facta est nomen postea inditum.Iosephus hunc ipm locum credidit maxillam
nominatum.Sāson secundū hęc quae diximus, ignoto habitu Gazā vrbē profectus,meretriciū

amorem secut⁹ est. Verũ siue id fuerit, siue qđ magis credo, qđ q̃ similius vero est: vt per se res hostiũ exploraret: qđ postea plerię summi duces fecere, meritorio loco quũ diuersaret, ab hostib⁹ est agnit⁹. Gazei portis sub nocte clausis, psidia circa illas sine tumultu disponũt, ne inuisus hostis intra mœnia dephẽsus, bñficio noctis elaberet. Occasionẽ igit̃ expectare: vt quieti & somno deditum obtruncarent. Sanson haud ignarus eoꝝ quæ parabantur, priusq̃ maior vllus motus in vrbe oriretur, silentio ad portas tendit, easq̨ cardinibus auulsas, atq̨ humero impositas ĩ iugum mõtis detulit, q Hebroni ĩminet, atq̨ in clarissimi trophei modũ sublimi loco statuit. His ille gestis, ferocia animi, viribusq̨ cõfisus, neq̨ patriis legibus, neq̨ istitutis tenere potuit ãplius q̃n peregrinos ritus & mores amplexus breui exitũ inuenit. Enĩutro Dalidis meretricis cõsuetudinẽ secut⁹ Gazã frequens adibat, nõ sine vitę periculo. Cęterum ex his q̃ postmodũ euenere intelligi põt (qđ & sacri libri habẽt) nefario eũ amore ab initio allectũ, in discrimẽ illud nuper memoratũ icidisse, quũ Gazę agnitus est. Philisteoꝝ principes, vbi exploratã habuerũt hoĩs cũ Dalide cõsuetudinẽ: q̃a aperta vi aggredi nõ audebãt, cũ Dalide occulte agũt, multis pollicitationib⁹ onerãtes, vt quoquo mõ possit eũ suoꝝ populariũ iniuriæ redderet opportunũ. Puella spe munerũ ĩpulsa, cupidaq̨ suis gratificari ciuib⁹, ĩ fraudẽ versa multis illecebris inter cõplex⁹ & oscula cubãtẽ adorta, Sãsonis brachia, pect⁹, ceruicẽ pter solitũ mirari: inuictũ robur extollere, sciscitariq̨ simul, an insuperabile illud esset, aut si superari possit, q̃ tãta vis ĩueniri queat, cui ipse vict⁹ succũberet. Tũ ille, si septenis (inqt) vitibus fuero reuinctus, fiã sane superabilis. Credidit puella, req̨ ad prĩcipes secreto detulit. Iussa itaq̨ est quasi per lusum id experiri, paucis secretiore pte dom⁹ occlusis: q si res pcederet, amicę vinculis impeditũ inuaderẽt, vinctũq̨ in publicũ traherẽt. Vitigineis ergo (vt Iosephus scribit) nodis somno pssum puella adorta est. In sacris libris neruos eos septenos fuisse pdit̃. Sed q̃buscũq̨ ille nexibus reuĩctus est, Dalidis clamore exprectus, abruptis rẽpẽte vinculis, sese in pedes statuit. Tũ puella ludẽti similis, experiri (inquit) volui, an roganti mihi vera dixisses. Sed maiore (vt video) vi opus est, siq̨s vires istas domitas velit. Tu vero qđ me tui amãtissimã de hmõi re celas? Quin age rogo, & si me amas, teq̨ a me amari nõ ignoras, dic qđ sit istud, quapropter inuictus habearis. Iterũ p̃cibus fatigat⁹ Sãson mendacio haud multũ dissimili ludit amicã. Recentib⁹ (inqt) funibus opus fuit: vt ĩmobilis viriũq̨ ĩpos iacerẽ. Hoc ipm quoq̨ ĩsidiatrix frustra expta est. Ac tũ muliebriter questa se ab eo iterũ illusam, q̃relis, & ficta lamẽtatione ęgrũ amore aĩm incessit. Tertio ludificatus est eã Sãson septẽ capitis capillos licio necti oportere dictitãs, clauoq̨ terrę affixo religari: vt validũ ĩui ctũq̨ alioq corp⁹ sisteret. Hic Dalida iã tertio irrisa velut huic a quo toties deciperetur ludibrio esset, in speciẽ ęgritudinis cõponit sese: Mœsto itaq̨ ac min⁹ familiari vultu se illi de ĩdustria offerre. Tũ iuuenis ille, & amoris ĩpatiẽs, puellæ intẽperiẽ haud vltra ferre valuit. Docet se matERNO vtero cõsecratũ, inoffensasq̨ vires ĩ capillis esse, fuisseq̨ ob eã rẽ parẽtes oraculo monitos, ne nouaculã ferrũve aliđ tõdẽdi cã paterẽt suo capiti admoueri, augeri cũ ipsis crinib⁹ vires ĩpãs, q̃ nisi cũ illis adimi nõ possent. Fecit res ipa fidẽ puellę, occasioneq̨ adepta quiescẽtis caput nouacula abrasit. Ita ille Philisteis pditus luminib⁹ priuat̃, reuinctisq̨ post terga manib⁹ p infestũ populũ ad ludibriũ traducit̃. Mox paulo capillo fruticãte quũ solẽni die Philistei publice epularet̃, iussus est Sãson in tricliniũ adduci, vt ludibrio esset ciuitati. Id secũ ille ęgre ferẽs custodẽ corporis rogat, vt orbitatis suę misert⁹, se fessum stãdo aliquo acclinaret, vbi paululũ q̃esceret. Duę erãt omnino columnę, q̃bus totũ erat conclaue illud, siue (vt qđã volunt) tẽplum imposi tũ. His ille admot⁹ subito ita oĩa cõcussit, vt ĩopinata ruina tria hoĩm milia secũ obruerit. Isq̨ Sansonis viri fortissimi exitus fuit, quũ annos vigiti inter Israelitas prĩcipatũ tenuisset. Cęterũ cũctanti⁹ hęc de eo scripsissem, nisi grauissimos (vt dixi) authores haberẽ. Etẽm si cætera illius gesta talia sunt: vt nõ ita facile sibi fidem ĩueniant, q̃ de fatali coma tradunt̃, fabulis propinqua viderent̃, nisi (vt credere par est) his numen interfuisse crediderit aliq̃s. Merito igitur hæc vt alia ad dei optimi maximi puidentiã referunt̃. Cętera pleraq̨ sũt: vt cũ iis q̃ Hercules gessit merito conferri possint. Vterq̨ fere a leonis interitu suam est gloriam auspicatus: vterq̨ inuictus aduersus plures restitit, tã hic q̃ ille mulieris opa periit: vni⁹ fraude, alterius stultitia: vterq̨ vltro mortẽ oppetiit, Sanson orbitatis, Hercules doloris ĩpatiens, & qđ plus omnino miret̃ posteritas: ęquales vt Hieronym⁹ affirmat ĩter se fuerunt. Eusebius Sansonẽ aliquanto iuniorẽ credidit. Sed vtcũq̨ res habet: Thebanũ bellũ, qđ inter Ethcoclẽ est gestum & Polynicẽ: in hęc tẽpora haud dubie ĩcidit. Cæterum quia voluminis huius magnitudo sui mẽsurã expleuit, ex eo qđ huic proxime subiicit̃, memorabilis rei explicatio auspicatius sumet exordium.

Sanson portas Gazæ vellit.

Sanson voluptate vincitur.

Sanson Dalidã ludit.

Dalida Sansoni capillos adimit.

Herculis & Sãsonis cõparatio.

MARCI ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIÆ HISTORIARVM AB ORBE CONDITO.ENNEADIS PRIMÆ. LIBER SEPTIMVS.



FVIT Annus ille quo Sãſon vita deceſſit,terti⁹ ab orbe cõdito ac quadrageſimus ſupra quater milleſimũ,ſi recte tpa digerit Euſebi⁹,ab Herculis interitu terti⁹ ac trigeſim⁹,Tãteo in Aſſyria,q vigeſimuſſeptim⁹ a Nino fuit,regnante:Pelaſgo apud Sicyonios,in Ægypto Ammeneme,Mycenis Agamẽnone,vt Euſebi⁹ ſcribit,ſed Thieſte & Atreo potius crediderim,q annos qnq; & ſexaginta regnaſſe dicunt.Etenĩ ſi tã pauci anni,inter Herculis & Sãſonis interitum fuere,cui⁹ rei ipſe author eſt,quo pacto fieri potuit:vt Agamẽnon,cuius ductu ad Troiã militarunt filii eoꝝ,q Thebano bello interfuerũt,ſub Sãſonis exitum regnũ Mycenis tenerẽt:ꝓſertim q Hercules,q ęqualis ei⁹ fuit,aut certe nõ multo natu maior,nõ modo nõ Iliacis,ſed ne Thebanis quidẽ reb⁹ interfuit:Cęterũ qñ in Thebani belli mentionẽ ſtilus ſua ſponte recidit,de eo iã hinc pergã dicere.Quę ſane explicatio vt facilior ſit cognitu,aliquãto alti⁹ eſt belli cauſa repetẽda.Opęprecium eſt audire qbus cladibus,aliis ſup alias,oĩs Cadmi ſit ꝓgenies vſq; ad Etheoclẽ & Polynicẽ miſerabiliter afflicta,ſed q in Cadmi filiabus & nepotib⁹ euenere,alio ſunt a nobis loco memorata.Laius,q eius pronepos fuit,ſi Herodotus verus eſt author,Iocaſtã Creontis filiã duxit vxorẽ,ex qua quũ nullam diu prolẽ habuiſſet,oraculum adiit cõſulturus,an filios eſſet habiturus.Ferũt reſponſum tuliſſe expedire ei ſine liberis eſſe:fore,vt ſi vnq̃ filium tolleret,ineuitabili fato ab eo obtrũcaretur. Hoc Laius reſponſo inſtructus,virilis ſtirpis infantẽ ex Iocaſta nõ multo poſt editum,traiectis ferro pedibus in ſolitudines abiici iuſſit.Credo puerũ traiectione pedum ab eo inſignitũ,ne in eo vel miniſtri fraude ſeruato deciperet.Apparet ab ea clade Oedipodis illi nomen poſtea datũ.Miniſtri q puerum a patre ꝑdẽdum acceperãt,Polybę ſeruilis fortunę mulieri furto alendũ tradiderunt.Hæc Diodorus.Papinius,ſi qs in hac parte poetis relinquit locus,a Polybo eũ nõ Polyba nutritum ſignificare videt.Procedẽte deinde tpe Laius Delphos ad oraculũ iturus,in Phocide Oedipodi iam adulto,occurrit.Tum neuter alteri notus viarũ anguſtias vno tpe occupãt.Hic Laius iubet iuuenẽ ſibi via cedere,vehebat eñ curru,ille cõtumaciter inſtãs negat ſe id facturũ orta ob hæc inter eos rixa,Oedipus ſenẽ obtrũcat.Quę ſecundũ Laii interitũ de Sphynge vulgo tradunt,fabuloſa mihi ex omni parte vident.Mõſtrum id fuiſſe aiunt,qd Thebani agri anguſtias obtinẽs,ambiguã pegre tranſeuntibus quæſtionẽ ꝓponere ſit ſolitum,niſi aliquis malit credere hominẽ eum fuiſſe,cuius pnicioſo ingenio multi ad id tẽpus periclitati eſſent.Oedipus qm ænigma ab Sphynge ꝓpoſitum vnus oĩm ſoluiſſet,diraq; illa infeſtatione Thebanũ purgaſſet agrum,Iocaſtæ dicit cõnubium adeptus.Scio ego Æthiopiam Sphyngẽ aĩal fuſco pilo,mãmiſq; in pectore geminis alere,ꝓxime ad hoĩs effigiẽ accedens.Sunt q tradãt ꝓprium huius eſſe,ſi hominẽ ꝓuiderit ſolo obtutu necare:cõtra,ſi viſu ꝓuenta ſit,extingui.Sed quoquo modo Oedipus matris eſt nuptias ſortitus (nã in re tam vetuſta & fabuloſa qd affirmẽ nihil habeo) plures ex ea liberos pcreauit,virilis ſtirpis Etheoclẽ & Polynicẽ,Antigonam alterius ſexus & Iſmynẽ.Mares vbi p ętatẽ adoleuerũt,patri authores fuerunt,vt ob domeſticũ dedecus ſeſe domi contineret.Sunt q ſcribant Oedipodẽ ipm,vbi de paterna cęde & matris cõcubitu p Tireſiã reſciuit,cõſternatum aĩo ſeſe luminibus priuaſſe,in abditiſſimaſq; ædium partes ſeipm iniecĩſſe.Patre e medio ſublato,Iuuenes ĩter ſe cõparant,vt alternis annis imperarẽt,primaq; regni ſors Etheocli,q maior erat natu,obtigit.Is regni anno circũacto,quum ſuas opes interim firmaſſet,ſceptrũ repetẽti fratri nõ reſtituit.Polynices regni ſorte fraudatus ad Adraſtũ Argiuoꝝ regẽ cõfugit,ad quẽ p id quoq; tẽpus & Tydeus venit patria ꝓfugus.His duobus hoſpitio acceptis certo oraculi monitu Adraſtus filias hoſpitib⁹ deſpondit,Argiã Polynici,Tydeo Deiphylem,ꝓbare ille a principio ãboꝝ indolẽ,miſerariq; fortunã,q vterq; regio faſtigio eiectus,ad alienas opes cõfugiſſet.Adraſtus ãbobus bñ ſperare iuſſis,fore pollicet,vt totis regni viribus cõnixus vtrũq; ſuũ reſtitueret in regnũ,Polyciniſq; ſimul cãm ãplexus,priuſq̃ arma mouerent,Tydeũ Thebas adires ab Etheocle repetẽdas ire iubet.Quę nõ mõ nõ redditę ſunt,ſed cõtra ius gẽtiũ Tydeo vis intẽtata eſt.Quinquaginta ex oĩni iuuẽtute lecti ab Etheocle miſſi ſunt,q illum ad Adraſtũ redeũtẽ iſidiis exciperẽt,exceptũ obtrũcarẽt.Verũ Tydeus vt iuicto fuit aĩo in hoſtes cõuerſus,nõ ſolũ fortiter reſtitit,ſed iis q ſecũ prio congreſſi ſunt,ꝓſtratis,cęteros in fugã actos turpiter diſiecit.Sũt q ad vnũ iterfectos dicãt,ꝓter paucos q cladis ignominięq; accepię nuncii

ANNI MVNDI.

Thebanum bellum,

Cadmus.

Laius.

Oedipus exponitur

Oedipus patrem obtruncat.

Sphynx.

Iocaſta Oedipo filio nubit.

Adraſt⁹ rex

Tydeus plures vn⁹ ſternit.

domũ abierũt. Tydeus Argos reuersus qđ Thebis sit actũ exponit, docetq́ simul Etheoclẽ nõ modo res nõ reddere, sed sibi ad eas repetẽdas misso hostiliter isidiatũ: hęc ait simulq́ recẽtissima ostẽdit cędis vestigia, qua ęgre nup fuerat reuulsus. His Adrast⁹ cõmot⁹, q̃ ad bellũ necessaria videri possunt, sedulo cõparat, adiũgitq́ sibi belli socios, Capaneũ, Hippomedõtẽ, & Parthẽnopęũ iuuenẽ ipigrũ Atalãtę filiũ. Cẽsere mlti & Amphiaraũ vatẽ eẽ ad id bellũ ducẽdũ. Ab eo ignispicii rõ primũ tractata dr. Is futuroꝝ pitus, quũ ita euẽturũ pspiceret, vt si ad Thebas pficisceret, eo bello caderet, funestã sibi militiã vitabũd⁹ e medio excessit, tãtisp i occulto futur⁹, donec Adrastũ & alios ad bellũ egressos audiret. Studio igit̃ reqsitus quũ nusq̃ existeret, essetq́ ea res sola ipedimẽto, quo min⁹ i Etheoclẽ iret, ab Eriphyle cõiuge aureo torq̃ corrupta pdit⁹, in publicũ ptract⁹ est ad bellũ exire coact⁹. Phama est Amphiaraũ mãdasse Alcmeoni filio, vt post suũ iteritũ Eriphylẽ, q̃ sui eẽt exitii cã, matrẽ iterficeret. Diodor⁹ author est, torquẽ a Polynice illi datũ, vt belli societatẽ viro psuaderet, eãq́ i disceptatiõe quadã iter Amphiaraũ & Adrastũ cui⁹ ipsa erat soror, prius orta, aboꝝ cõsensu arbitriũ adeptã, scđm mariti causã iudicasse. Cęterũ adiecisse ita iudiciũ ratũ videri, si is soci⁹ adiutorq́ belli foret, qđ tũ i Etheoclẽ moueret, ac p ea Amphiaraũ ab vxore pditũ illi⁹ cędẽ filio iperasse. Quãtę tñ copię Adrasto fuerit, authores quos seqmur nõ tradũt. Phama est quũ duces sitibundũ circa Nemeẽ syluã traherẽt exercitum atq́ ex iis qdã explorãdę aquatiõis cã nõ nihil agmie aberrassent, i Ipsipylẽ Thoãtis filiã Lemnio ob patrẽ muliebri cõiuratiõe seruatũ regno a suis eiectã, & apđ Lycurgũ Nemeoꝝ regẽ tũ forte famulãtẽ icidisse. Erat cũ ea regius puer, cui illa data erat, aut nutrix, aut custos. Cęterum dum Ipsipyle ducib⁹ gratificatura ad fontẽ cõtẽdit, Archemor⁹ (nã id nomẽ regio puero fuit) herbido loco relictus, subito serpẽtis incursu periit. Adduxit ea res nutricẽ i aptũ apđ regẽ discrimẽ; Sed ducũ iteruẽtu pcibusq́ & authoritate lenita est Lycurgi ira, ob eximiosq́ & nouos honores ab toto exercitu filii sepulchro redditos, magna ex pte remisit dolor. Mãsit id ludicrũ ad posteros Nemeiq́ ludi appellati. Qui deĩde sub Thebis fuerit belloꝝ conat⁹, i tã obscura rerũ memoria haud qsq̃ facile dixerit. Illđ iter plures cõuenit, duces ipos, q septẽ nũero fuerũt, pter Argiuorũ multitudinẽ, q̃ fuit ppemodũ imẽsa, alios alio casu absumptã, Adrasto dũtaxat seruato, q fugiẽti similis Argos reuersus est. Capaneũ muroꝝ fastigia tenẽtẽ hostiũ ipulsu ide cũ scalis deturbatũ, ac vi multa lapidũ supne obrutũ, Amphiaraũ hiatu terrę absorptũ, Polynicẽ cũ Etheocle singulari certamie cõgressũ, mutuis cõfectũ vulnerib⁹ occubuisse. Iã ad fabulã redeũdũ sit, si q̃ de illoꝝ rogo poetę tradiderunt sequamur. Adrastus suoꝝ corpa sepelire conat⁹, ab hostib⁹ phibit⁹ est, victoq́ similis in Argiuos fines trepide se recepit. Sunt q scribãt, ab Atheniẽsib⁹ eũ adiutũ, cesoꝝ corpa recepisse. Alii ab Atheniẽsib⁹ ipsis eã absẽtib⁹ Argiuis operã phumane nauatã memorãt. Nec res Thebana deiceps meliore statu fuit, ab eoꝝ filiis, q pſenti bello perierũt maiore aliquãto armoꝝ appatu post aliquot ãnos repetita. Sũt q post Ilii euersum ad Thebas iterũ bellatũ scribãt, fuisseq́ illati belli ptextũ Argiuis, q Thebani cũ cęteris Graecis ad Troiã nõ militassent. Sed quocũq́ Thebani tpe i recẽtiore illã cladẽ iciderunt, Alcmeonis Amphiarai filii ductu id bellũ Thebanis illatũ plures meminerũt. Hi, qđ satis cõstat, igẽti plio victi, quum neq́ vires, neq́ vllũ ad se tuẽdũ cõsiliũ haberẽt ampli⁹, Tiresię vatis, a quo captãdoꝝ ex auib⁹ auspicioꝝ rõ (vt fert) inuẽta est, oraculũ secuti, vrbẽ silẽtio noctis destituere. Thebani populariter vrbe egressi in eã Boeotię partẽ cõcessere, q̃ Thilphosea dicta est. Thebae captae hostiliterq́ direptę. Phama tenet Daphnẽ Tiresię filiã captã Delphos a victoribus missam, q̃ a patre prius instituta, mox Delphico cõmercio prudẽtior facta, i summã diuinãdi peritiã euaserit. Tiresias q cum suis ciuib⁹ i Thilphoseũ agrũ sub ipm vrbis excidium abierat, haud breui iteriecto tpe vita decessit. Eũ Thebani ob creditã igenii diuinitatẽ, magnifico (vt tũ res erãt) funere extulerũt. Mox sumptis aduersus Doriẽses armis, plio victos suis sedib⁹ eiciũt. Nec ita lõgo tpis iteruallo eoꝝ pars Athenas cõcessit. Qui i Dorida seu dorita haud multo post reuersi, i ea esse terra pseuerarũt. Nõnulli in Grineo habitarunt. Quidã etiã in Euboea. Per hos casus iactati sunt Thebani, postq̃ ab Epigonis ppriis sunt sedib⁹ eiecti. Quę igit̃ circa Ilium gesta sunt, quaeq́ his aut ęqualia fuerũt, aut certe nõ multo ãtiquiora, maiore oĩno phama sunt memoriae pdita, sed fabulis nihilomin⁹ iserta. De his igit̃ quo breui⁹ dixero, eo fortasse veri⁹. Nã si qs poetarum scripta temere secut⁹, lõgiorẽ de ea re sermonẽ instituat, etiã inuitus in aperta rerum mẽdacia incidat necesse est, qua labe nulla historię maior accidere põt. Omi igit̃ lõgiore sermõe de huiusmodi rebus omisso, breuitas illa veritatis amica, qua in Thebanis rebus explicãdis vsi sumus hic quoq́ est nobis tenẽda. Paridis igit̃ iudicio, qđ vetustatis rerumq́ naturalium peritissimi, lõge

Ignispiciũ.

Ipsipyle Thoantis filia.

Nemei ludi

Adrasti fuga.

Thebani bello repetuntur.

Tiresię vatis exitus.

Troianum bellum.

Paridis iudicium.

aliter q̄ vulgus interp̄tat̄ ad Scęnicos artifices & poetas relegato,causam capiendę Helenæ:vñ tēpestas illa bellorꝝ Asię orta est,inueteratā grassandi in alienas fœminas licētiā Paridi extitisse crediderim.Nec multū a vero diuersa est cōiectura illa,veterē īiuriā Hesiones Priami sororis,ex Ilio ī Gręciā abductę,recētioris postea rapinę Troianis materiā ꝑbuisse.Sed armis honesti⁹: vt postea Gręci fecerūt,ea res vindicāda fuit.Enixaq; Hesione fuerat iā antea ex Thelamone Teucrū,q Troiano bello interfuit.Quæ sororis fortuna potuit veterē Priami irā lenire. Sed vetus exēplū videt̄ ille mihi secut⁹.Enimuero Phœnices nulla lacessiti iniuria Io.Inachi filiā ex Græcia asportarūt:mox Cretēses Europā ex Phœnice.Gręci inde ex Colchide Medeā. Cęterū qa hmōi rapinę aliis īpune cessissent,inde Paris audacior factus,Helenę tū mulierū pulcherrimę phama impulsus,velut aliud secut⁹ negociū,in Pelopōnesum nauigauit.Phama est Alexandrū,q idem fuit & Paris,in hospitio apud Menelaū fuisse,cuius matrimonio locata erat Helena, atq; in eadem domo vnū passa puerperiū,ob inclytū Priami nomē, & quia tempestate illa nihil hospitali iure fuit mortalibus sanctius,Menelaus,quū adhuc Paris apud se esset,ꝑegre domo ꝓfectur⁹, regii hospitis curam demādat vxori.Atq; ita eo absente siue inuita,siue qđ vulgus tenet,hospitis facie mulier capta,ex Sparte in Cranaam insulā cū Paride nauigauit.Vbi cum eo primū cōgressa,ipsi postea loco nomen dedit,vt insula sit iā inde Helenea appellata.Iacet hęc ante Bœotię littus circa Suniū ꝓmontoriū.Sed de Helenæ raptu multiplex est phama. Atq; poetica illa exclusa,cuius Homerus est author,q̄ tota fabularū inuolucro tegit̄.Herodotus,Dion Prusiensis,& Dares Phrygius,multo ęquiore animo audiēdi sunt:horꝝ Herodotus,q est eius opinionis author,q̄ ꝓxime memorata est,negat Helenā ad Troiā peruenisse,sed Paridē quum Ægeū nauigaret,vi tēpestatis cursu excussum in Ægyptiacū ait pelagus cū Helena deiectū, nihilq; flatib⁹ interea remittētibus,ostiū Nili qđ Canopicū vocāt,subiisse.Fuit tum ibi ad Taricheas Herculis phanū,quē locū seruili cōditione viri ingressi,nulla abstrahi vi poterant.Huc quum ex Paridis comitatu seruitia quędā ꝓfugissent,Herculis simulacro assidētes,violati hospitii,nefarięq; rapinæ,Paridē apud barbaros sacerdotes criminant̄,tenebat ꝑ id tempus Ægypti regnū Proteus,cuius p̄fectus Thonis indignitate rei cōmotus,subito Memphim misit,q Alexādri appulsum,& q̄ illi exprobrarent̄ regi nūciarent,applicuisse nuꝑ hominē Phrygii sanguinis,cū Graia muliere,quā ex Peloponneso iniuria asportatā serui insimularent.Impat Proteus hominē eum quisq̄s sit cōprehensum ad se duci,virum flagitiosum,extremoq; supplicio dignū arbitratus,q nihil hospitales deos reuerit⁹, alieno fuisset thoro insidiatus. Thonis Alexandrum cū Helena & iis,q̄ illa secū domo extulerat,haud multopost Mēphim sub custodia misit,hic rex sciscitat⁹ ecquis hō esset,& vñ cum nauibus ꝓfectus,audita patria & Priami noīe pergit velut toti⁹ rei ignarus q̄rere ecquęnā ea esset mulier,quā secū veheret.Hic titubantē Paridem,ac minus constanter ad ea q̄ de Helena quærebātur respondentē,grauissimis Proteus verbis increpuit, Deos hoīesq; testatus nisi hospitalia iura obstarent,nullā neq; patriæ,neq; parentis rationem se fuisse habiturū,quo minus meritū de eo sumeret supplicium,vt atrocissima vnius pœna documento esset mortalibus,ne latrocinio illicitos sibi quęrerent amores.Cæterum nolle ipsius quē merito odisset exēplum imitari,permissurū se hospitii causa,vt incolumis inde classem abduceret:Iret, & aliena cōiuge,& rebus quas illa secū extulit apud se relictis,cōfestim tota Ægypto excederet. Quod nisi cōtinuo facesseret,tā ducē ipsum se q̄ comites ꝓ hostibus habiturū. Atq; ita ait euenisse,vt q̄diu ad Troiā bellatum est,Helena fuerit apud Proteū.HęcHerodotus ex Ægyptiorū p̄dicatione,de Helenę in eam terram appulsu.Homerus quoq; Helenā posteaq̄ in Gręciam reuersa est p̄dicantem inducit Nepenthē illud qđ Telemacho ꝓpinabat,a Thonis coniuge dono accepisse,quādo terra Ægyptus plurima eiusmodi mixta,partim bona,partim mala ferret medicamenta.Idem author Alexandrū Sidonem venisse ait,quæ ab Ægypto non multum distat celebratq; Sidoniarum opus puellarū,quas ille lata sulcās maria Ilium aduexisset. Sed his multum diuersa sunt quę Dion scribit.Iis Iliensibus persuadere conatus est,ne Ilium quidē a Græcis excisum,nec Helenā Menelao vnq̄ nupsisse,sed Paridi,quā quū multi ex terra Gręcia ꝓcarētur,& cū his Menelaus Agamēnonis frater,cū quo Clytęmnestra Helenę soror nuptā erat,indignitate rei,ꝙ ꝑegrinus homo Gręciæ primoribus prælatus in matrimonio esset,Atridarum impulsu Græci Priamo bellū intulerint.Eoq; fidem huic opinioni fieri,ꝙ Castor & Pollux fratres Helenę,qui eius connubii authores fuissent,ad Troiam non militauerint. Ita igitur Dion rem dirigit,vt Helenæ cōnubiū a Gręcis ꝑ legatos dicat repetitum , qua non reddita,qm̄ legitime Paridi nupsisset,ex tota fere Græcia bellū fit Phrygię illatū.Primoq; ad Troiam appulsu

Io.
Europa.
Medea.

Helena cū Paride nauigat.

Paridis & Helenę discrimen in Ægypto.

Helena Menelao nōnupsit vt quidā scribūt.

Prothesilaus interficitur.

Prothesilaum, q oĩm prim⁹ in litt⁹ euadere conatus esset, ab hostibus interfectum: mox Graios littore depulsos in Cherronesum retro nauigasse: atq; ita ex pximo, latrocinantiũ more poti⁹ q̃ bellãtium, maritima q̃dã Troianoꝝ oppida populatos, postremo Iliacum litt⁹ ab his noctu repetitũ, ac tũ, priusq̃ ex vrbe occurri potuisset, vallũ nauibus obiectũ. Multos inde (vt ille ait) belloꝝ casus vtriq; sunt expti. Sed Grecoꝝ res multo deterior, q post multa pericula & labores terra & aquis exhaustos nihil pter littus fossa & vallo munitũ, in Phrygia teneret. Est ad hęc in summa rerũ oĩm difficultate, seditione nõnunq̃ laboratũ, vt ægre Nestoris Vlyssisq; authoritas vulgus a nauib⁹ reuocarit, quũ populariter in Gręciã abeundũ cẽserent. Acre deinceps pliũ est (vt Dion ait) secutum. Gręciq; ad naues cũ multa sunt strage ab Hectore cõpulsi, multo maiorem cladẽ accepturi, nisi rem pene afflictã Achilles suo marte restituisset. Is Phryges trãs Simoenta psecutus, & cum Hectore cõgressus grauiter ictus cõcidit. Cuius corpus quominus eo hostis potiref, ęgre duo Aiaces tenuerunt. Adeo Dion ab Homero oĩa diuersa pdidit, fabulosa haud vno loco esse testatus, q̃ ille de singulari Paridis & Menelai pugna fuit carmine cõplexus, de Aiacis & Hectoris prælio, Diomedis & Ænęę, & in vniuersum q̃cunq; de Patroclo cecinit. Achille igit extincto, nocte q̃ pxime secuta est. Greci fortissimi ducis interitu, magnaq; suorum cæde pculsi, in Cherronesum retro abierunt, eoꝝ castris Troes potiti, magnã inibi pdam diripiunt. Tabernacula incẽdunt, vallũ diruunt. Erãtq; Iliensiũ res in hoc successu, quũ Amazones ex Põto, & ex Æthiopia Memnon suppetias Priamo venerunt: & Gręci Pyrrho ex Scyro ĩsula accersito, & Philoctete ex Lemno suas opes firmãt. Instauratoq; exercitu Iliũ ex Cherroneso repetũt. Tũ maiores (vt Dion ait) cõflictus secuti, Antilochusq; & Aiax ab Hectore ĩ pugna infecti. Paris a Philoctete sagitta ictus, & Pẽthesilea a Neoptolemo telo trãsfixa mortẽ occubuerunt. Atq; ita opib⁹ vtrinq; fœda clade accisis, quũ multo maior hoĩm & rerum iactura esset a Gręcis facta q̃ a Phrygib⁹, fœdus vtriq; ictũ, vt Gręci p ea pecunia quã Priam⁹ sibi dari postulabat, ob bellũ iniuria a Gręcis illatum, Mineruę Iliacę opus memorabile relinquerẽt. Vñ sumpta est poetis materia, vt Troiã equo captã memorię pdiderint. Ea moles hoc habuit. Achiui Mineruę Iliadi sacrũ. Plinius, arietẽ bellicã machinã Troianũ equum fuisse existimat, cui⁹ inuentor fuit Epeus. In fœdere est diserte positũ, vt Gręci Priami gñe Phrygiã obtinente nunq̃ bello Asiã repeterẽt, neq; Troiani Pelopõnesum aut Boeotiã, aut Creten, aut Ithacã Phthiamve, aut Eubœã inuaderẽt. Fœdereq; in has cõditiones icto, Gręci ob rẽ male gestã, seditione primo agitati, diuersi domum cõcesserunt. Cęterũ alii alios casus expti, oẽs fere ad vnũ sunt piclitati. Tẽpestate qdam absumpti. Nõnulli & Agamemnon domestica fraude perierunt. Plures domo p cõtẽptum exclusi, exilio solũ verterunt, & in his Diomedes & Menelaus, q quum in Ægyptũ nauigasset, oĩa memorare sit solitus eius gẽtis sacerdotibus, q̃ Gręci ad Troiam ppessi essent, eadẽ ab illis p manus ad posteros tradita. Ex qbus hęc Prusiẽsis Dion se didicisse testatus est. Priamus (vt idẽ author scribit) feliciter cõsenuit. Helenaq; post Paridis interitũ Deiphobo nupsit. Nec multo post, quum iam Hector regnum a patre accepisset, nec Æneas quieturus videretur, nisi in partẽ regni recept⁹, q; magnis Priami pollicitationib⁹ fortiter Troiã defendisset, author illi fuit, vt sua pecunia & classe auctus quo vellet Coloniam deportaret. Sic Helenus & multi hoc ipsum secuti, alii alio nauigarunt. Et hęc Dion multo longiore q̃ nos fecimus sermone executus: vt q sit in Homeri mẽdaciis refutandis vehemẽter occupatus. Verum neq; huius, neq; alterius cuiusq̃ fides maioris apud me erit vnq̃ momẽti, q̃ Phrygii Daretis: cuius historiã non tantum pbauit Nepos Cornelius, sed Crispo etiam Sallustio in Romana historia plurimorum iudicio haud dubie principi, cognoscẽdam tradidit. Is Helenam scribit Menelai cõnubio vi abductã a Paride, quẽ Priamus pater ad hoc ipsum in Græciã misisset, vt quando Hesione p legatos repetita a Thelamone non redderet, aliquo Gręcos incommodo afficeret: eratq; tum forte Menelaus in Pylum ad Nestorẽ pfectus. Erat & Helena viro absente in Citheris insula, q̃ Paridis vidẽdi cupida in eius conspectũ venit, ibi vterq; alterius forma capti templum Apollinis & Dianę subierunt sacroꝝ causa, vnde nocte quæ proxime secuta est eam in nauim receptam Paris auexit. Sunt & aliquot cũ ea mulieres ex ipsi⁹ comitatu ad naues abductę. Spoliatoq; Apollinis tẽplo in Phrygiã pspera nauigatione est reuersus. Coniurat tota Græcia ob eã iniuriam in Priamũ & filios. Septuaginta circiter viri illustres Agamemnonis ductu, cui ab initio delatũ fuit imperiũ, cum mille & ampli⁹ nauibus ad Troiam ex Aulide pfecti sunt. Vbi naues Tenedum tenuere, Diomedes & Vlysses Iliũ ad res repetẽdas ire sunt iussi. Interea Achilles Mysiã popularus est, & Teutras q in ea terra regnũ obtinebat plio victus, grauiterq; sautius Achillis

Hector Achillem interficit.

Amazones Priamo subueniunt.

Machina Troiani eq.

Infelix Grecoꝝ exitus.

Menelaus in Ægyptũ delatus.

Æneæ nauigatio.

Dares Phrygius.

Verus Helenę raptus

Teutras

manu occubuisset,nisi eū Thelephus,q cum Achille erat, clypeo ꝓtexisset.Fuerat Teutras ab Hercule Telephi patre in regno constiturus,quo conti igit,vt a Teutrate non modo sit hospitio acceptus,sed ad regni etiam successionē admissus.Nec mihi excidit quid supra de Telepho scripserim,quidve ab aliis de eius vulnere fuerit memoriæ proditum, sed Daretis hæc sunt.

Teutras. Telephus.

Sub idem fere tp̄s quo Achilles ex Mesia cum præda Tenedū reuersus est,Diomedes & Vlysses ex Ilio nūciant Helenā non reddi.Et iam Græci erant ex insula transmissuri,quū Palamedes ex Euboea superuenit cum.XXX.nauibus,docuitq; multo tutius Græcis futurū,si noctu Troianū littus occuparēt.Cæterum siue noctu siue interdiu classis eo appulsa est,acri prælio sunt Græci ab Iliensibus in littore excepti,Occubuitq; in ipso cōgressu Protesilaus,qui omniū ferocissime in aduersum hostē irruperat.Mox cruēta cędes secuta est,multisq; vtrinq; amissis, protracta est in plures horas anceps dimicatio.Ad postremū impressiōe ab Achille facta, Troiani cum multa cæde in vrbē cōpelluntur.Ac tum demū Græci in terram egressi,per ociū naues & castra muniunt.

Palamedis consilium.

Postridie Hector in pugnā egressus,Patroclū interficit: iacentiq; exuuias detrahit,inde Merionē haud multo post ad terrā deiectū, quū spoliare esset adort⁹: a Mnestheo graue vulnus in femore accepit.Sed non adeo est plaga vna retardat⁹,quin ad naues vsq; Græcos egit,intulissetq; ignē nauib⁹,nisi Aiax Thelamonius collato pede illius impetū fregisset.Ibi duo fortissimi duces īter se agnitī. Erat Aiax ex Hesione Priami sorore nat⁹,vt plures dicūt,nā non desunt,q(vt alio loco demonstraui)Teucrū velint,donaruntq; se inuicē militaribus donis,diréptoq; prælio induciæ initæ sunt,vt q in acie occubuerant,per ocium sepelirētur.

Patrocli & Merionis cædes. Aiax.

Interim non nihil inter Græcos est seditione laboratum. Cēsebat Palamedes esse imperiū Agamēnoni abrogandū,sibiq; tribuendum,quādoquidem multa cōmentus esset ad præsentis belli vsum,modum egrediendi in hosticum,castrorū munitiōes,tesserā militarem, circuitionē vigiliarum,& cum his instruendi exercitus rationē:Estq; per hæc biduo cessatum,nisi forte rectius biennium pro biduo legatur apud Daretem.

Seditio īter Græcos.

Agamēnon(quod satis constat) exeuntib⁹ induciis,cum Achille,Diomede,& Menelao,suos in aciem eduxit. Cōtra Hector & Æneas ex aduerso aciem instruūt.Cōfligitur totis viribus,caduntq; vtrinq; multi viri fortes. Sed multo acrius est sequēti die pugnatū,quo prælio Paris Menelai femur trāsfixit sagitta. Oppressusq; esset in vestigio Alexāder hostibus pene circūuentus,nisi obiectu clypei Æneas illum protexisset,sed nox accensum diremit prælium, animisq; per hæc ad pugnā irritatis,octoginta circiter dies assidue est acie dimicatū,innumeriq; interim viri ab vtraq; pte occubuerūt.Pacti sunt īde in tris annos inducias.

Pugna acris.

Triennio circūacto opibus vtrinq; auctis,Hector & Troil⁹ primi suos in pugnā educunt.Occurrūt his Agamēnon,Diomedes,& Menelaus. Hui⁹ diei pugnæ, quæ tā his q̄ illis cruēta fuit,adeo animi incaluerūt dimicādi studio,vt.XXX. deinceps dies sit hinc inde in aciē descensum.Sed quū aliquāto plures ex Troianis cecidissent,sex mensium induciæ sunt Iliensibus datæ.

Induciæ triū annoꝝ.

Vario post hęc marte est sæpius cōflictum.Hector interim vir fortissim⁹ cum Achille congressus,eius femur cōsauciat,ipse contra ab Achille letaliter percussus occubuit.Eoq; cadēte Troiani in fugā versi cum fœdissima suorum strage in vrbē compelluntur. Duobus inde mēsibus eos induciæ tenuerunt.Quo tēpore Priamus magnifice Hectorem funerauit,ludosq; in eius memoriā ad sepulchrum instituit.

Hectoris casus.

In castris iterū mota inter Græcos seditione,abrogatum est Agamēnoni imperiū,summa rei multitudinis suffragio in Palamedē collata,nec eā mutationem imperii Achilles ꝓbauit.Post inducias vtrinq; est in aciem descensum,primoq; cōflictu Sarpedon Lycius Tlepolemū Rhodium & Tereum Admeti filium obtrūcat.Secuti inde multi variiq; conat⁹.

Circūacto interim anno ab Hectoris interitu,quū Hecube & filiæ inferias ad eius tumultū ferrent,quē illi extra vrbem Priamus extruxerat,Achilles,qui tum forte mœnibus obequitabat,Polyxenā intuitus,cōtinuo eius forma captus,oculos & animū in virgine defixit.Fuit Polyxena(si vera Phrygius Dares ꝓdidit)cādido colore, procera statura,& longo teretiq; collo, oculis venustis, forma adeo eleganti,vt oēs quæ ea ætate fuerunt,longe anteiret puellas.Achilles amoris impatiēs seruum Phrygii sanguinis ad Hecubem mittit,qui virginē sibi in vxorē deposceret,ita fore pollicitus,vt ipse Thessaliq; continuo secessionē facerent.Nec dubium quin se abeunte confestim Troia obsidione solueretur.Defert Hecube rem ad Priamū,q factum ita ꝓbaturus videbatur,si post affinitatē vniuersus exercit⁹ abiret,alioq nō videri sibi causam filię cuiq̄ iungēdę integro adhuc bello.Res citro vltroq; ꝑ internūcios iactata,Achillē ab omni armoꝝ studio auerterat.Is sā ātea Palamedis īpiū ꝑtes⁹,sol uēdi belli author erat.Palamedes ad pugnā egress⁹ Deiphobū obtrūcat,mox & Sarpedōnē,quē

Polyxena ab Achille adamatur.

Deiphobꝰ Sarpedon Palamedes occumbūt.

ira in suos grassantē Paris intuirꝰ sagitta trāsfixit, eoq̄ vulnere degrauatū, Troiani facto agmi
ne telis obruunt. Palamede cadēte Græci in fugā vertunť. Fit cædes teterrima, aguntq̄ dispa-
latum hostē Troiani ad naues, his flāmas iniiciūt. Aiax quia Achilles prælio abstinebat, vnus
classem tuearꝰ est. Post Palamedis interitū Agamemnoni iterum summa rei pmittiť. Is Achil
lem q totus Polyxenę nuptiis imminebat, & ob eā rē pugna ptinaciter abstinebat: p Vlyssem,
Diomedē, & Nestorem obtestať, ne Gręcorū res in aperto discrimine destituat. Multis agit p̄-
cibꝰ, vt Palamede iā e medio sublato, sua velit causa pugnā capessere. Sed neq̄ Agamēnonis p̄-
cibus neq̄ triū virorum illustrium pręsentia ferox iuuenis flecti potuit, vt ad arma respiceret.
Tum vero grauissimi fuere cōflictus, duobusq̄ certaminibus Troili pręcipua enituit virtus, q
Diomede & Agamēnone vulneratis, gręcorū phalāges iterū ad naues cōpulit. Cessatū inde ab
armis p aliquot induciarū dies. Quo tpe Achilles precibꝰ exoratꝰ, alieno ductu suos in aciē mi-
sit. cōsertoq̄ vtrinq̄ pręlio, Troilꝰ Myrmidones præ se agit ad naues cum strage multa. Inter
cesserunt his belli feriæ, quibꝰ exeuntibꝰ, quum Troilus supramodū in Gręcos sęuiret, Achillē
rei indignitate motū, in præliū traxit: medioq̄ certamie sauciat. Cęterum dum Achilles curať,

Achillis vulnus. Troili casꝰ.

Graiorum acies sæpius fundiť, impelliť, præceps ad littus agiť. Postremo Troilum curru me-
dia pugna excussum, ab Achiuisq̄ circunuētum, Achilles iā a vulnere validior factꝰ, Iterimit.
Quē iacētē spoliare adortꝰ, a Mēnone vulnerať. Hecuba in recētē luctum ob Troili mortē de-
uolnta, Achillē q temere ad arma recurrerat, spe cōnubii in Timbręi Apollinis phanū ad collo

Achilles & Antilochꝰ interficiun tur.

quiū traxit, vbi Paride aliisq̄ opportune ad īsidias dispositis, Æaciden īcautū & cū eo Antilo-
chum, q comes illi venerat, suis trucidādos obiecit. Post Achillis cædē, Neoptolemꝰ filiꝰ ex Scy
ro est accersitus. Ad cuius accessum paterna sunt arma iuueni data, q̄ vltro Aiaci delata perti
naciter recusauerat. Instaurať itaq̄ bellum, pugnaq̄ rursus placet, primoq̄ cōgressu Pēthesilea

Penthesilea interficiť.

Amazonum ductrix Pyrrhum vulnerat, mox ipsa ab eodē saucia cōcidit. Ad Amazonis casū
metꝰ ingēs Troianos īcessit, fœdaq̄ fuga secuta est. Tū demū fractis Iliēsium opibꝰ, Æneas An
tenor & Polydamas Priamo petēdę pacis authores fiunt, quibꝰ multa cum ignominia reiectis,

Prodiť Iliū Græcis.

Rex etsi iā grādis natu, cum Amphimacho bellum instaurat. Interim Æneas & Antenor pacti
cum Agamēnone & Graiis suā incolumitatē, p eā portā, quæ equinā habuit effigiē, siue capue
duntaxat illud fuit: hostē noctu in vrbē induxere. Pyrrhus in regiā ab Antenore ductꝰ Priamū
obtrūcat. Polyxena apd̄ Æneā nō nihil latuit: qua repta parum abfuit, qn illi publica fit fides
violata. Iussusq̄ est cōfestim vrbe excedere. Puella Pyrrhi iussu ad Achillis est sepulchrum iu-
gulata. Heleno & Cassandrę, q semp pacis reddendęq̄ Helenæ authores fuerāt, cōsensu oīm li
bertas restituta est. Est & his, q cū Andromacha pdiris rebus in Thraciā Chersonesum cōces
serāt. Et hæc Dares, q̄ oīa eo sum verbosius secutꝰ, quo vero mihi ppiora visa sunt iis, q̄ cæte-
ri rerum scriptores de bello ad Troiā gesto, ppemodum fabulati sunt. Qd̄ vero ad Ilii excidiū
attinet, pręter Gręcos, quoꝵ optimi qq̄ id p cōfesso tradunt, Liuiꝰ, & q in Romana historia ce

ANNI MVNDI. Tēporum supputatio

lebre sunt nomē adepti, haud dubie fateņť, Ilio a Græcis exciso, Æneā in Italiā venisse. De cu-
ius digressu ex Troia, memorabiliq̄ ī Latium appulsu, mox paulo dicā q̄ verissime potero. Fu
it hic annus, quo Ilium est a Græcis Agamēnonis ductu excisum, quater millesimꝰ ab orbe cō
dito ac circiter duodetrigesimꝰ (Neq̄ em̄ ad viuum reseco tpa) a Nino rege q Assirioꝵ regnū
cōdidit sextꝰ & octingētesimꝰ. Ab Habraami ortu quartus & vigesimus supra octingētesimū:
a Mosis natiuitate trecētesimus octauus: p̄cessit primā Olympiadē ānos sex & quadringētos.
Tenebat tum regnū in Assyria Tautanes, q sextꝰ & vigesimꝰ rex fuit a Nino. Apud Sycionios
Poliphides. In Ægypto Thuoris. Apd̄ Hebræos Labdō. Athenis Mnesteus, etsi hunc ad Troiā
periisse a qbusdā sit pditum, Alii in Melo mortē obiuisse aiunt, quum ex Troia reuerteretur,
cui Demophoon successit. Regnatumq̄ erat Athenis ad id tps, a Cecrope ad Troiæ excidiū an
nos tercētum septuaginta quinq̄. In Latio Latinus rex Fauni filius, vel (vt diligentiores scri-
bunt) Herculis, p id tps regnum obtinebat. Troia igitur capta q in Ilio fuerāt, magna ex par-
te nocturna sunt cæde cōsumpti, plurimi tn̄ mortales silētio noctis vrbe dilapsi, in pacatū abie-
runt, q variis deinceps erroribus certas sibi sedes q̄siuere. Horum Æneas & Antenor maxime

Æneas. Antenor.

insignes, cum ob nobilitatē generis p̄cipuāq̄ animi virtutē, qua Troia īcolumi īter suos princi
pes fuere, tū q̄ ābo clarissimaꝵ vrbiū authores extitere. De his duplex ē phama a Gręcis scri-
ptoribꝰ celebrata. Aiūt ex his qdā Achiuos capto Ilio, oīne ius belli ab his duobꝰ abstinuisse: &
q Gręcos hospitio excepissent, q ad repetendā Helenā eo venerāt, & q̄ illiꝰ reddendæ soli oīm
ab initio authores extitissent. Alii quoꝵ opinionē supra retuli, ob id seruatos meminerunt, q̄

Iliũ Graiis ꝑdidissent. Mneucetates Xãthius Æneæ cãm ꝑdendæ Troiæ fuisse tradidit, ꝙ ab Alexãdro solẽni sacro fuerit eiectus, atq; ob id Ilio tradito Achiuoꝝ vnũ fieri cõtigisse. Dionysius capto inquit Ilio siue equo (vt Homerꝰ author est) siue Antenoridarum ꝑditione, quo apparet neutrũ ꝑditionis infamia caruisse. Verũ quoquo modo Troia capta est, Dionysiꝰ author grauissimus (nisi qs malit poetas audire) partẽ ciuiũ & auxiliariũ non paruã noctu in somnis ait oppressam, Æneã cũ Iliẽsiũ manu, & iis, q ex Dardano & Ophrynio aderãt, hostibꝰ adhuc inferiorã vrbis tenẽtibꝰ, in arcẽ cõfugisse, in ea sacra erãt & pecuniarũ vis ingens. Inde Æneas multitudine fretus hostes arcẽ subeũtes primo repulit. Inde vbi vrbe ex oĩ ꝑte capta diutiꝰ se locũ tueri nõ posse vidit, ad sacra & cõgestã Gazã i tutũ asportãdã aĩm applicat. oẽm itaq; imbellẽ multitudinẽ & cętera, q̃ ad fugã impedimẽto esse poterãt, ꝑte arcis ab hostibꝰ auersa, siletio ad Idã præmittit, & cũ his ex robore iuuẽtutis plurimos, q abeuntibus subsidio forent; ipse cũ lectissima viroꝝ manu hostẽ interim circa arcẽ nocturno ꝓlio fatigat. Cæterũ Neoptolemo cũ suis vi muꝝ arcis subeũte, cęterisq; Graiorum principibꝰ summa ope in summũ euadere nitẽtibus, Æneas & q cũ eo erant, priusq̃ molimina arcis ab hostibꝰ refringerent, via quæ maxime ab eorũ sensu fuit auersa, & ad mõtes ꝓpinqua, digressi suos ad mõtes cõsecuti sunt. Dionysius author est Anchisam cũ Creusa & liberis ab Ænea curru in tutũ trãslatos, veꝝ vbi post ea Creusa extincta sit, aut quo casu, neq; ille neq; eoꝝ quos seqmur tradidit qsq̃. Nec poetis temere accedo, q negãt eã fuisse cõiũgis fugæ comitẽ. Dũ igit Gręci sunt prædæ intẽti, affatim est tẽporis Æneæ datũ ad munitissima Idæ loca occupãda, supuenerũt illuc nec multo post ex Dardano ꝓfugi: q incensæ vrbis flãmã per noctem cõspicari, rati qđ erat, vrbẽ a Græcis captã: relicto oppido, trepida fuga ad mõtes delati, in suorũ popularium agmẽ inciderũt. Ex Ophrynio quoq; & aliis circũiectis vrbibꝰ pari cõsternatiõe mlti mortales exacti, sese Ænee adiunxerũt. Fuit ab initio persuasum iis, q cũ ipso duce erãt: fore vt Græcis domũ abeũtibus Iliũ incolerẽt, sed multũ illi sunt spe sua decepti, regiã nãq; vrbẽ Achiui aliaq; illi propinqua loca hostiliter populati, ad eos quoq; expugnãdos, q mõtana insederant loca, animũ adiiciunt.

Æneæ discessus ex Ilio.

Æneæ consilium.

Verũ non ignari q̃ iniquiora oĩa sibi residuo bello futura essent, ꝙ nõ vltima desperatio solũ quæ ad oĩa extrema audenda impellit humanos animos, sed asperitas quoq; mõtium domanda esset, caduceatorẽ mittũt, q Æneã & cũ eo oẽm extorrẽ multitudinẽ hortaret, ne nouo sese implicarẽt bello, ne Troianũ nomẽ ad internicionẽ deductũ irẽt, quin patria & rebꝰ amissis ꝓprię saluti cõsulerent, amplexarent occasionẽ impetrandæ pacis, quã si bellandi pertinacia prætermitterẽt, fore, vt non multo post neglectam frustra desiderarent. Secundum hæc Æneam cum Achiuis in colloquium venisse aiũt, & in has cõditiões pacis descẽsum, vt ipse cũ extorri multitudine & rebꝰ, quas secũ Ilio capto extulisset, Troiano agro excederet, Achiui tutã illi nauigationẽ per oẽs Graiorũ terras exhiberẽt. Atq; fide in hæc data & accepta Phrygia profecturus Æneas, Ascaniũ (vt quidã authores sũt) natorũ maximũ cum ꝓfugoꝝ parte, qui Phryges oẽs fuere, in Dasclitem agrum, vbi lacus est Ascanius, ipsis locorum accolis id petentibus misit). Fuisse ibi Ascanius dicit donec Scamãdtus Hectoris filius, & fratres ab Neoptolemo dimissi, vel (vt alii tradunt) Heleni subsidio auitũ regnũ recuperarunt, cũ hisq; summa ope adiutis Ascanium Ilium repetisse. Et hęc quidem de eo sunt tradita. Æneas cum cęteris filiis (nam qđ Sophocles facit, illum portis exeuntẽ, humerisq; patrẽ habentẽ, poeticum est figmentum) classe ad tẽpus instructa primum in Thraciã breui traiectu venit. Inde secundum Cherronesum, quæ Pallene dicta est, Troiani ꝓteruecti a Crusis barbaris hospitio accepti, in ea terra hyemarunt, statueruntq; ibi tẽplum Veneris. Inde ex Pallene profecti in Delum sunt delati, ex Delo in Cythera, q̃ Pelopõnieso adiacẽt, ex Cytheris in Zacynthum, hinc I Ambracio sinu stationẽ habuere, vbi Ambrax Dexameni filiꝰ nepos Herculis per id tempus regnum obtinebat. Anchises Ambraciæ orã classe prætereuectus Buttoti portum tenuit. Æneas cũ robustissimis iuuenũ bidui itinere Dodonen ad oraculum peruenisse fertur, atq; his locis Helenus ab eo repertus, apud quẽ dux ipse & comites in hospitio fuerũt, cõsulto de sedibꝰ oraculo, sacratisq; deo muneribꝰ, q̃ multas post ætates durauere, classem assecuti Ionio emẽso eã Italiæ orã primo tenuerũt, quæ olim magna est Græcia appellata. Phama est classis gubernatore vsum Æneã Patrone quodã Thurio, multosq; ex Epiro nauigationis illius vltro se comites illi adiũxisse, quorũ plærisq; Italia cõspecta domũ fuit reuersi. Patro cum Ænea esse perseuerauit, qui postea habitasse fertur in Alontio Siciliæ. Troianorum qui ex Æneæ comitatu fuerunt, quidã Iapigias arces tenuerũt, alii Atheneũ, q primꝰ in Italia Æneæ locꝰ occurrit, Plures vero cũ ipo duce Au

Quæ acciderint post captũ Iliũ.

Æneæ pactio cũ Achiuis.

Cherronesus.

Errores Æneæ.

Helenus.

Patro.

sonii maris orã emẽsi,ad Siculũ vsq fretũ puenere.Hic dubiũ cõsilio an ví pelagi,cursu excussi eã Siciliæ partẽ prætervecti sunt.q̃ Drepana noiaẽ.Quib⁹ terris in eos inciderunt,qui cũ Helymo & Ægesto aliq̃to prius ex Troade pfecti,circa Cranisum fluuiũ posuerant sibi sedes,cõcesso a Sicanis agro in Ægesti gratiã,q in ea insula forte quadã fuerat a puero educatus. Maternũ hui⁹auũ genere & opib⁹ præpotentẽ Laomedon ob dissidiũ quoddã cũ omĩ virili stirpe occiderat,filias necare parũ decorũ duxit,sed q̃ id fœdũ arbitrari,tã reb⁹suis formidolosum crederet puellas ipsas suorũ popularium cuiq̃ nubere,Negociatorib⁹igitur Ilio pfecturis dat procul inde asportandas. Vehebanẽ forte naui vna extorres virgines,& adolescẽs qdam Phrygii sanguinis:Is vnius amore capt⁹eã post suũ in Siciliã appulsum duxit vxorẽ,ex qua Ægestũ tulit,q parentibus vita functis Priami tẽporibus reditum in patriã impetrauit.Mox vero capto Ilio,iterũ in Siciliã cũ Helymo nauigauit,atq aliquãto pri⁹,q̃ eo sit Æneas classe delat⁹, sedes (vt dixi)sibi & suis ĩ ea terra fixerat.Hęc Dionysi⁹cui nihil grauate accedo.Diuersa sũt oĩno meoq iudicio fabulosa,q̃ de eo latinorũ quidã secuti sunt.Ægesto igiẽ & Helymo Æneas occurrens,post mutuã gratulationem hospitaliter appellatus,nõ nihil eisdẽ est terris immorat⁹. fuitq interim ambob⁹author,vt vrbes duas vterq sibi vnã cõderẽt.Earum vna Ægesta est dicta,Helyma altera,vtraq a cõditoris noĩe nomẽ adepta,qui populi,vt aliquãto citius coalescerẽt ex ea multitudine quã secũ nauib⁹vehebat Æneas,in vtrãq vrbẽ colonos ascripsit.Mox ex Sicilia Tyrrhenũ nauigãs primum Italię portum tenuit,qui ab ipsius gubernatore ibi extĩcto Palinurus est dict⁹. simili casu est & Leucosia nũcupata a muliere Troiana Æneæ pnecessaria. Misen⁹ in Opicis a viro in eodẽ comitatu perillustri ibi defuncto nomẽ est adeptus. Postremo in agrũ Laurẽtẽ Troiani egressi,quatuor a mari stadia vallũ muniũt.Loc⁹ẽ Troia dicta.& hęc de Ænee in Italiã aduẽtu q̃ verissime potui:haud ignat⁹q̃ ab his diuersa de eo poeticis sint figmẽtis vulgata.Sed diligẽtissimi rerũ scriptores p verissimis videnẽ hęc secuti.Extiterũt plęrisq locis certissima nauigatiõis illius argumẽta,vrbes,donaria tẽplis affixa.Sed in tanto vetustatis recessu non potuerũt non aliqd variare scriptores partim veri ignoratione,partim vt & ipsi noua aliqua afferre viderenẽ,p quę eorũ in inquirendo cõmẽdareẽ industria.Neq eĩ defuerũt,q memoriæ pderẽt,nõ Æneã Anchisæ filiũ,sed aliũ quẽdã ab eo diuersum in Italiã venisse.Alii Ascaniũ Æneæ filiũ.Quidã Æneam ipsum venisse aiũt,sed locatis in Latio copiis in Phrygiã remeasse,ab eoq regnũ p manus Ascanio traditũ.Decepti fortasse Homerico carmine,quo a Neptũno pdiciẽ futurũ,vt Æneas & posteri inter Troianos regnaturi essent.Impitabit ait Teucris Æneia virt⁹,& nati natorũ & q nascenẽ ab illis.Quasi vero non idem in Latio alibive pcul ab Ilio euenire potuerit,vbi Troianorũ cõuẽtus aliqs futur⁹ esset,vt ille ĩter suos vel in ignota terra regnũ obtineret.Pari pene cõiectura alii eũ in Italiã venisse inficiati sunt,q pluríb⁹ locis eius noĩe sepulchra pcul Italia ostẽderenẽ:ignari credo vnũ olim fuisse locũ quo Heroũ corpora sepelirentur.Cæterũ puetustũ videtur eiusmodi monumẽta iis construi consuesse,a quib⁹populi,q id præstarẽt,quoquo modo fuissent beneficio affecti.Qđ in Ænea euenisse,haud dubie apparet,q & ĩ Phrygia Ascaniũ filiũ Dascilitẽsib⁹Ducẽ reliqt,in Pallena vrbẽ cõdidit sui noĩs,in Arcadia filiã matrimonio locauit,condendarũ in Sicilia vrbium author suis hospitib⁹ fuit.Horũ vero nihil in Latio apud Numicũ fuit,vbi situs esse diciẽ,quo ĩtelligi potest,quũ nõ vno loco ostendereẽ eius viri sepulchrũ,id verissimũ oĩm credi oportere,qđ supra id flumẽ fuit olim.Est & alia nõ minor coniectura,quia vltra Latii fines nulla Ænee monumenta sint relicta.Qz Phryges in Laurentẽ agrũ delati,haud vlterius sint euagati oraculo ascribũt,qđ futurum mõstrarat,vt ibi stabiles mãsurasq sedes haberent,vbi fame adacti mẽsas absumere cogerentur,quod non multo post ipsum appulsum contigisse memorant,vt paniceos orbes carnibus subiectos ex discũbentibus quidam panis inopia consumpserint,atq tũc ab vno atq altero exclamatũ defunctos esse se iã fatali errore,quãdo eiusmodi mensas a vescentibus consumi contigisset,eãq vocem fauore & assensu a circunstãtibus exceptam.Sunt qui ex Ænee filiis vnum oraculi mentionem intulisse dicant.Nec illud satis cõstat,vbi id responsum Troiani acceperint.Sũt q Dodoneũ fuisse arbitrenẽ,alii in Erithris Idę tugurio,qđ Sybilla incolebat puella fatidica atq inde indigena,iussos aiũt Troas profugos ad occidentem solem nauigare,donec in eum vẽtum esse locum,quo mensas panis defectu consumere adigerentur. Id vbi accidisset,scirent iã adesse tempus finiendi erroris,seq fatalem terram attigisse. Haud mihi excidit,qđ poeta de Harpyiarũ oraculo ad id pertinẽte fuerit carmiẽ cõplexus.Sed nos poetas(vt nõ vno sum loco testat⁹)nõ seqmur. Phama est pdigiosũ Scrophæ occursum auguriũ

Vñ Ægest⁹ oriundus.

Aduentus Æneæ in siciliam.

Palinurus. Misenus. Troia Italiæ.

Æneæ sepulchrum.

Troiani mẽsas cõedũt.

Harpyiæ.

Troianis fecisse,ex eo cōdendæ vrbis sit locus illis demōstratus,eam prægnantē fuisse aiunt al taribusq; admotā sacrificantiū manibus excussam,inde quatuor & viginti stadia procul a mari puo tumulo cōsedisse,loco natura sane horrido ac pdifficili. Æneas oraculi memor,cū paucis,q forte aderant,Scrophā emin⁹ est secut⁹,ne vestigio instans fatali via auerteret. Tum vero naturā loci cōtēplat⁹,quū nihil in eo pspiceret,quod ad sui cultū inuitaret, consilii anceps angebat,nec in aīm inducere poterat,tā importunas sedes fato demonstrari.Eratq; iādudū in re vna deliberanda occupatus,deberet ne illic esse,an longius adhuc iret,quum ex primo luco vox sine authore reddita est.q Troianos illic iubebat pmanere.Pergerēt mō ædificare, cætera fatis pmitterent. Alii authores sunt deoꝝ penatiū effigiē hic Æneę pgetē obuersatā,quib⁹ iussus sit locū cōmunire,sed quæcūq; oraculi species ea fuit,cōstās phama est, Scrophā postridie cū nūeroso fœtu quē noctu enixa fuerat reptā, fidē oraculo fecisse. Trāslatis igit in eū locū castris Troes rapta vndiq; ad ędificandū materia,tumulū muniūt. Hic priusq; ea,q deiceps secuta sunt,exequar,pauca de Latii vetustate sunt a nobis hoc loco explicāda. Id soli spatiū veteres Latiū ab initio dixere,qd intra Tyberinā ripā & Circeios a mari ad montes modicis finib⁹ includebat. Quo fortasse argumēto adducti quidā Latiū ob id nūcupatū arbitrati sunt, q inter mōtes lateret. Vulgatior opinio est ab eo,q Saturn⁹ regno pulsus ī ea terra latuisset,nomē ipsi terræ datum. Hāc soli intercapedinē Siculi Barbari locoꝝ idigenę(vt qdā scribūt)ab initio tenuerūt. Alii Siculos Ligurū gentē fuisse arbitrati sunt,quos Aborigenes Oenotrorū pgenies vetustis sedib⁹expulerūt. Hi terrā deinceps ipsam vsq; ad Troianoꝝ aduētum tenuerunt. Qđq alię quædā gētes aliis casib⁹huc delatæ ab Aboriginibus ipsis in partē soli fuerint receptę, Pelasgi primo,mox Arcades,inde Epii,& Pheneatę,q Herculis comites fuere. Propagati īde fines & ad Lirim fluuiū pmori. Quo cōtigit vt alii ab aliis tradant Latii incolę. Plinius(qđ miror) post Aborigenes,Pelasgos,Arcades,Siculos inter Latii incolas retulit,quū oīm vetustissimi hi fuerint,si vera Græci scriptores in hac parte tradūt. Idē author circa vetus cōfiniū Arīcos & Rurulos Siculis subiecit,vltra Circeios,Volscos,Oscos,& Ausones. Nec illud oīno conuenit, quo primum tēpore veteres regiōis accolę Latini cœpti dici sint. Ab Latino Albanoꝝ rege nomen gēti datum authores sunt quidā,sed multo plures a Lauiniæ patre, q Troianos hospitio excepit. Orpheus id nomē vetustius esse haud dubie demōstrat,q in Argonauticis ad Latinorum fines nauim Argo delatā est carmine testatus,quo apparet ab ipsa terra nomē gēti non a regibus datum. Fuit ille ex Argonautis vn⁹,quoꝝ filii postea ad Troiam militarūt. Præterq igit q terra ipsa nobilissimis et fluminibus irrigua præsertim Liri Tyberiq;,quibus ad septētrionē & meridiē terminat,oīm frugum præstātia præcipuaq; vbertate nulli est terrarum post habēda,fortissimaꝝ etiā gētium oīmq; virtutū genitrix manifesto Po.Ro.argumēto, q tātum oīni genere virtutis cæteris gētib⁹ pstitit,qtum īperii magnitudine. Antiquissima hoīm memoria Ianus Saturnusq; in ea terra regnū tenuere. His Pic⁹ successit,Pico Faunus,Fauno Latin⁹,in cui⁹ tpa Troianoꝝ incidit appulsus. Hi igit reꝝ oīm inopia adacti, quum nō ea solum q ad vrbē muniendā attinebāt ex agris asportarēt,sed prædā etiā ex primo agerēt, Latin⁹ Rex cum Aboriginibus ab vindicandā armis iniuriā ex improuiso affuit. Quidā scribunt bello qđ illi cum Rutilis erat,omisso,oēm vim armorum in aduenas ab ipso rege subito cōuersam. Verum siue domo,siue ex hostico moueria,phama est,Latinum prælio victum p nō paruo negocio habuisse,Æneā pace primo,mox affinitate sibi adiungere. Est & alter sermo nō nihil ab eo diuersus. Quum diuersę acies in cōspectu starēt,Latinū regē gētis fiducia & armoꝝ specie nihil ab ea,qua Græci vterent, dissimili peulsum pugna abstinuisse. Enīuero temerarium censebat prius in discrimē pugnæ descēdere,q exploratum haberet,cum quibus mortalium res sibi futura esset. Credere præterea nō nihil ad victoriā pertinere,si a tumultu & trepidatione exercitū reficeret,priusq in plium iret. Interim vero cum paucis primoꝝ in medium progressus, aduenaꝝ Ducē ad colloqum vocat. Ibiq; Latin⁹ edoct⁹,qnā vir esset Æneas & vñ pfect⁹ qdve quærēs in ea loca exiuisset,multum nobilitate generis,fortunaq; gētis,sed plus oīno ipsius ducis indole aloq; tā bello q paci cōparato cōmotus,ad pacē cū eo iungēdā animū adiecit. Apud quosdā reperio aciē vtrinq; imotā p diē stetisse,inde noctis interuētu castra eodē loco a Latino cōmunita,consilio in pugnā postridie reuertendi. Sed p quietē fuisse genio loci monitum bello abstinēdū,expedire ipsi regi & Aboriginib⁹,aduenaꝝ Ducē cōpellare,hospitio & omni necessitudine sibi adiungere. Eaq; nocturna specie Latinum mutato cōsilio, vbi prima luce ī pcinctu stetere acies,Æneā amicis verbis cōpellasse,fideq; data & accepta ī hospitiū adducto,apud pe

Scrophæ auguriū.

Ostentum Scrophæ.

Latii fines.

Latii icolæ.

Latini.

Laus po.ro.

Reges Latii

Cōgressus Æneæ & latini.

Iungit Latinus Æneæ.

Locatur Lauinia Æneæ. nates deos, vt domesticũ fœdus publico adiũgeret Lauiniã filiã despõdisse. Ea affinitas certã Troianis spẽ fecit erroris finiẽdi. Studio itaq; oppidũ cõdũt, id Æneas ab vxoris nõie Lauiniũ vocat. Ex nouo cõnubio breui infans virilis est stirpis ort⁹, pueroq; a parẽtibus Ascanii nomẽ datũ. Nec ita multo post Aborigines & Troiani a Turno Rutulorũ rege, cui Lauiniæ cõnubiũ ante Æneę aduẽtum pactũ fuerat, bello sunt petiti. Ferebat ille iniquo aĩo aduenã hoĩem sibi in affinitate prælatũ. Vtriusq; gentis ocia subito bello perturbat. Vincuntur primo cõgressu Latini Iteri tus. Rutuli, sed ea victoria ob Latinũ acie amissum parũ fuit Aboriginib⁹ læta. Turnus domesticis opib⁹ vno aduerso prælio fractis, ad Mezẽtiũ Hetruscorũ regẽ cõfugit: is iã ab initio nouæ vrbis origine offensus, & q; rem Troianã plus nimio auctã videbat q̃ sibi & cæteris accolis tutũ crederet, nihil grauate cũ Rutulis socia iũxit arma. Huiusmodi belli terrore pculsus Æneas, Latinorum nomen. vt Aboriginum studia ad maiora rerum pericula sibi cõciliaret, atctiusq; inter se vtriusq; gentis animi coalescerẽt, tã hoĩes sui generis, q̃ veteres Latii accolas vno iubet noĩe Latinos vocari. Quę res fecit vt Aborigines iã inde neq; fide in regẽ, neq; charitate fuerint Troianis iferiores Æneas cũ per hæc res suas firmiores redidisset, etsi Hetruscorũ tũ opes florẽtissimæ erant ac tã validæ, vt a supero ad inferũ mare lõge lateq; pollerẽt, duarũ tñ gentiũ cõcordia fretus suos in aciẽ ducit. Hãc quoq; pugnã ꝓspere Latini depugnarũt. Sed victoria nihilo q̃ antea lætior ob Ænee interitũ. Æneæ iteri tus. Incertũ hũana vi an casu pręceps actus, ĩ Numico amne periisse credit. Ibi certe situs est, eũq; indigetẽ Iouẽ ꝓximi accolę dixerũt. Auitũ paternũq; regno puero Ascanio recẽti patris memoria, matrisq; prudẽtia, & inter suos authoritate, ad puberẽ vsq; ætatem mãsit incolume. Nã Hetruscorũ opes adeo vna aduersa pugna cõciderãt, vt p se vix ĩstare possent, nõ mõ alienas lacessere. Interim Ascanius, dubiũ hic, an alter maior Creusa mře nat⁹. Albã cõdidit. Sed siue q ĩ Latio nat⁹ est, siue ille, q pfnę fugę fuit comes, author extitit, iter oẽs cõstat, Albæ cõditio. affluẽte Lauinii multitudine Ascanii ductu coloniã post aliquot ãnos ĩ Albanũ mõtẽ ductã, vrbẽq; inibi lõgo mõtis dorso valide munitã, Albãq; lõgã noĩatã ab albę suis augurio, situ q; ĩ lõgũ porrecto. Hęc ferme Liui⁹ Romanarũ rerũ author grauissim⁹. Dionysi⁹ diuersã ab eo phamã secut⁹ fœdus ait iter Troianos & Latinos, postq̃ ĩ colloquiũ ab ducib⁹ ventũ est, his cõditionib⁹ ictũ, vt agrũ Troiani a Latino rege acciperẽt. XXX. stadia circũquaq; ab eo loco, quẽ munire cœperãt, ipsi regẽ aduersus Rutulos, cũ qbus tũ bellũ erat, enixe iuuarẽt nec tantũ in pñtia, sed siqd etiã Latinis ortũ aliũde postea bellũ esset, cũ auxiliarib⁹ copiis vt socii adessent In hæcq; obsidib⁹ vtriq; datis aliq̃diu in Rutulos ꝓspere bellatũ, lateq; agro hostiũ populato Vñ Lauinium. cũ suis copiis ad nouẽ sese vrbẽ Æneã recepisse, eãq; iã magna ex pte cõfectã, Æneas in Latini gratiam ab ei⁹ filiæ noĩe vrbem Lauiniũ appellauit. Etsi ex Græcis scriptoribus quidã, a Selonii Deliorũ regis filia id nomẽ vrbi datũ arbitrati sint, & ipsa Lauinia dicta, qa fatidica esset, a pñe precib⁹ ĩpetrata cũ Troianis in Italiã nauigarit. Sed q̃ de vrbis noĩe Romani scriptores tradũt ꝓpiota mihi vero videt, vt Lauiniũ sit dictũ ab Latini filia, q̃ vrbe iã ꝓpemodũ absoluta Ænee matrimonio cessit. Regiam affinitatem priuatæ sunt necessitudines secutæ, mutua connubia leges & sacra vtrinq; gentis cõsociata, & vt omnia in vnum coalescerẽt, vna appellatione Latini oẽs noĩati. Aborigĩes & Troiani Latini dicũtur. Cõflauit interim noua affinitas, Ænee & socero inuidiã. Turnusq; iuuenis ferocissimus (erat is Amatæ q̃ regi nupta erat cõsobrin⁹ frater) festinatũ filiæ cõnubium, generiq; ignobilitatem parentibus exprobrando, cõuiciũ facere, quiritareq; ira accẽsus (nã ignotum sibi hoĩem prælatũ ĩdigne ferebat) nouarũ rerũ occasionẽ, vt nouo Latinũ bello implicaret, vt Æneã, quem infense oderat, Latii finibus expelleret. Nec belli causa diu est desiderata, Rutulis qui p id tempus a rege defecerant, nouũ Ducẽ quærentibus, Amata Lauiniæ mater, q̃ ab initio Æneæ nuptias fuerat auersata, Turnum ad res nouas, qđ sua sponte ille facturus erat, impellit: a Latino igit ad Rutulos defecit. Nec tã vnius viri iactura regis animũ affecit, q̃ q; copiarũ pte haud cõtẽnendã ille secũ traxerat. Repetunt nihilomin⁹ acri bello Rutuli ab Latino & Ænea, breuiq; Turno cadente ingẽti prelio vincunt. Nec Latinis incruẽta fuit victoria. Quippe qui & ipsi regem amiserũt. Fuitq; annus ille quo hoc euẽtu cũ Rutulis est pugnatũ quart⁹ ab eo quo Troiani in Latiũ venerãt. Triennio deinde postea bellũ est a Rutulis reparatũ Mezẽtio & Hetruscis ĩ socios ascitis. Tũ haud pcul a Lauinio acri ꝓlio cõmisso, fortũaq; adhuc neutro inclinãte, acies noctis interuẽtu dirimunt, fuitq; pugna diei hui⁹ extremũ Æneæ humanorum Æneæ iteri tus. operum. Incertum quo casu fuerit absumpt⁹. Nulli mortaliũ in terris est visus ampli⁹. Multis psuasum fuit ꝓximo fluuio submersum, vbi postea illi tẽplum est conditũ cũ huiusmodi inscriptiõe, Patri diuo terrestri, qui fluuii Numici vndas gubernat. Fuerũt q crederẽt tẽplũ ipsum

Turni interitus

aliquãto antea ab Ænea in patris Anchisæ mẽoriã cõstitutũ,q p annũ anteq̃ hæc gererent vita in Latio decesserat. Subiicit Dionysi⁹ post Æneæ interitũ Euryleon ei⁹filium,q Ascani⁹mutato noĩe sit dict⁹,septimo ferme anno ab Ilii excidio Latinorum regnum accepisse:affluentibusq̃ Hetrusco copiis intra Lauinii mœnia aliq̃diu post pr̃is interitũ obsidionẽ tulisse. Inde pacis cõditionib⁹ frustra tẽtatis,cum p̃ter multa toleratu indigna,q̃ a supbissimo hoste ĩperarẽt,vinũ quoq̃,q̃tũcũq̃ Latin⁹ager ferret tributi noĩe poscerẽt,authorẽ suis Ascaniũ fuisse,vt oĩa prius extrema experiri vellẽt,q̃ pacẽ tã ignominiosis cõditionib⁹ acciperẽt. Irẽt secũ in hostẽ,essentq̃ siml' memores,fortes & generosos viros,aut honeste viuere oportere,aut honeste mortẽ occũbere. Statuisse se experiri an Rutili,q toties pr̃is sui ductu fusi fugatiq̃ essent,quiq̃ imbelli Hetruscorũ multitudine fræti,tunc tã supbe Latino nomini insultarẽt,fortiores essẽt ĩ bello,aut feliciores facti,an cũ ipõ Duce Latinorum fortuna mutata eẽt,ac cũ his illũ noctu hostiũ castra repẽte inuasisse,Lausoq̃ Mezẽtii filio cum stationariis cæso,prius vallũ irrupisse,q̃ ad eos,qui in planitie tẽdebãt,peruenisset tumult⁹. Mox flãma cõspecta,terribiliq̃ clamore ad aures delato, nocturna fuga,sine signis,sine ĩperio,disiectas hostiũ copias,multos qdẽ prio tumultu oppressos,plures in fuga cæsos,alios locorum ignaros in anfract⁹, & abruptas crepidines præcipitatos. Tũ vero Mezẽti⁹,q cum pte copiarum ex nocturna illa trepidatione se ĩ editiorẽ locũ receperat,audito filii interitu,exercituq̃ magna ex pte amisso,caduceatorẽ Lauiniũ ad petẽdã pacem mittit,q̃ Ascanio authore,identidẽ inter suos prædicante parce vtendum esse fortuna,Mezentio & Hetruscis data est. In Latio iã ĩde oĩa pacata fuisse tradunt,trigesimoq̃ deiceps ãno Albã ab Ascanio cõditã,eo cõsilio & euẽtu,q̃ a Liuio & aliis res pdita mẽoriæ est. Hęcq̃ de Ænęę in Italiã aduentu,& reb⁹ ab eo gestis duplici phama ferunt. Antenor & ipse pari clade,patria pulsus Illyrici lateris orã præteruect⁹ in Euganeis cõsedit,atq̃ ea gente cum suis sedibus pulsa Patauiũ cõdidit. Fuerũt ei⁹ comites Heneti ex Paphlagonia pfecti,vñ postea regio ingẽs q̃ inter Adriã iacet & alpes,nomẽ est adepta,nihilo minorib⁹auspiciis q̃ Troiani q cũ Ænea venerant in Italiã delati. Inde Romani oriundi. hinc Veneti,vterq̃ popul⁹ ad splẽdorẽ & gloriã natus. Felix ille magnitudine impii & rerum gestarũ glĩa. Hic diuturnitate ĩperãdi,& iuris ęquatiõe. Sed ppli vtriusq̃ origo,suo tã hæc,q̃ illa loco explicabit. Græcorum quoq̃ quorũdam post Ilium euersum haud obscura fuert exilia. Diomedis ĩ Italiã accessum ĩsulę ipĩ terræ adiacẽtes ab eoq̃ noĩatæ haud dubiæ demõstrãt,& in Apulia Arpi ab eo cõditi tradunt. Maiora adhuc, pluraq̃ errorum Vlyssis testimonia,sed illa supra q̃ tuto tractari possint,fabulari sunt historiæ cõiũcta:vt q̃ de Scylla & Sirenib⁹ tradunt,quarũ has meretriciũ fecisse q̃stũ,illã hospites spoliare solitã Palæphat⁹ est interpretatus. Petilia in Bruttiis Philoctetæ tradit,& Idomenei Cretẽsis loca quædã in Salẽtinis. Fuit & Cypria Salamis Teucri opus,& circa Nili ostiũ Canobũ, Menelai illuc siue casu,siue cõsilio appulsi certũ apud posteros extitit argumentũ. Cæterum sub id tempus quo Æneas Troia profugus venit in Latiũ,iudiciariæ rei summa primariumq̃ sacerdotium erat penes Helium in Palæstina,vt Ioseph⁹scribit. Erat is ex Aaronis familia. Mãserat sacerdotiũ aliq̃diu in Eleazari stirpe,quã dignitatem maior Helius multo hoc vetustior, penes quẽ tunc erat sacrorum summa,ab Ithamaro Aaronis filio pgnat⁹, primus familiæ dignitatẽ recuperauit. Is per manus sacerdotium Phineæ tradidit,Phinees Helio,Helius Abiezero,Abiezerus Bozio,Bozius Ozio,Ozius minori Helio. Huic duo filii erãt Ofnius & Phinees viri effrenata libidine auaritiaq̃ inexplebili. Quippe q neq̃ matronarum sacra adeuntiũ pudicitiã tutam esse cuiq̃ sinerẽt,neq̃ donariorum quicq̃ tam sanctum esse,quod sacrilegę manus non prophanarent. Cõuerterant populi oculos in se duorum fratrũ scelera:Sed patris authoritas,summaq̃ potestas obstabat,nec erat qui tãtæ inuidiæ auderet se vindicẽ offerre. Tacitus igit tantorum scelerum exitum,diuinãq̃ vltionem expectabat populus. Quæ quo tardior esset,eo atrociorem futuram arbitrari. Prædixitq̃ id futurum Samuel fatidici spirit⁹ adolescẽs aliquãto antea. Fuit is Helcanæ Leuitici generis & Annæ filius,q quum materno voto apud tabernaculum sub Helio commoraretur,miraq̃ in adolescẽte probitas,vitæq̃ austeritas esset,nonnunq̃ per quietẽ se vocari arbitratus,ad Põtificem occurrerat,quasi ad ministerium aliquod accerseretur. Id quũ sæpi⁹ accidisset,iussus est ab Helio sciscitari,qs is esset qui se toties vocaret,Iam Pontificis animus ob ea,quæ toties acciderant,haud liber omnino erat religiõe,tum demũ cæleste eam vocem esse compertum est. Eodemq̃ nocturno respõso iussus est. Samuel Helio nũciare,ingentem Hebræo nomini ob scelera,quæ circa tabernaculũ patrarent, cladẽ instare. Cunctantius ille hæc ad Põtificẽ detulit. Sed qa diuina se vocẽ moneri arbitraba

Anchisæ mors.
Ascanius Eurylion.
Latinorum victoria in Hetruscos.
Albę conditio.
Antenor.
Patauium.
Veneti.
Romano. & Venetorũ origo.
Græcorum errores.
Diomedis & Vlyssis.
Sacerdotiũ Iudæorum.
Filiorũ Helii flagitia.
Samuel pphęta.

tur, detulit tñ. Nec ea res senẽ in filios min⁹ indulgẽtẽ reddidit, aut iuuenũ pdita ingenia i meliꝰ mutauit. Bellum interim a Philistęis ortũ gẽtis ocia perturbat. Israelitę & ipsi arma cõparãt. Ad Aphecũ prĩo est dimicatum, cecideruntq́ ea acie ad tria Hebręoꝝ milia, cæteri in castra trepida sunt fuga cõpulsi. Nec ita multis ĩteriectis dieb⁹ de summa reꝝ dimicaturi arcã fœderis ex Sylone in castra deferunt, remediũ in extremis reb⁹ a maiorib⁹ quæsitũ. Sed oĩs religio aduerso numine inutilis & vana est. Trigita milib⁹ Iudęorũ vna acie interfectis, arca capta est inter hostilia spolia. Ioseph⁹ Palęstinos vocat, quos sacri libri Philistęos. Ego nõ video qd min⁹ apte dici possit, q̃ Iudęos, q ĩ Palęstina erãt, a Palęstinis victos dicere, nisi ipsos terrę indigenas, q ab initio extirpari nõ potuerunt, ille Palęstinos vocet. Phama aduersæ pugnę ad Sylonẽ plata non minorem attulit luctũ, q̃ si eo ipso plio oĩe Iudaicũ nomẽ interiisset. Augebat atrocitatẽ cladis sacri fœderis iactura. Vulgo pdicare venisse tps, quo vetusto pietatis pignore numinisq́ fauore ad hostes trãslato, oĩs Israelis pgenies cũ ipso noĩe extingueret. Hic luctus aĩos occuparat, passimq́ lamẽtatiões & plãctus exaudiri. Helius haud oraculi ignarus, vbi multo maiorẽ cladẽ vidit acceptã, q̃ ipe aĩo cõcipere potuisset, florẽtissimas copias vno plio deletas, duos filios occidiõe occisos, hostes arca fœderis potitos, quũ nihil iã superesset, cur lõgior vita pferri deberet ampli⁹, volũtate numini solio excussus mortẽ obiit, quũ octauũ vitæ ac nonagesimũ annũ ageret, pfuissetq́ summę rerũ ãnos circiter quadragita. Iunioris Phinees vxor & ipsa eo die filiũ enixa periit. Infantẽ Iocabothũ, q̃ vox apud eã gentẽ ingloriũ significat, ab infelicissimo illi⁹ pugnę euẽtu noĩarunt. Philistæi arcã in Azotũ vrbẽ delatã quũ in speciẽ Trophei, ĩ Dagonis tẽplo (hũc eñ vt deũ tota gẽs venerabat) statuissent, miraculo euenisse aiũt vt postridie Dagõis statua sub arca quasi supplex repta sit. Quæ ĩ pristinã basim restituta, iterũ sequẽti die eodẽ sit loco iuẽta, qd quũ tertio sępiusq́ euenisset, stupor maxim⁹, taciturusq́ suæ vanitatis pudor oĩm aĩos defixit. Perstare tñ cum gẽtis odio, tũ vana patrię supstitiõis persuasiõe rẽ diuinã ludibrio habere. Etenĩ nullũ aĩal ẽ ipo hoĩe cõtumaci⁹. Grauissima igit vis morbi ciuitatẽ adorta est. Primũ soluta aluo, dysenterico cruciatu hũana corpora torquebant. Inde ventris pfluuio exinanita miserabili tabe cõficiebant. Deuastabãt ad id passim mures Azotenũ agrũ, qd malũ nõ min⁹ graue arborib⁹ segetibusq́ accesserat, q̃ hũanis corporibus lues illa domestica. Quũ igit neq́ modũ neq́ finẽ maloꝝ vllũ ĩuenirẽt, ad duplicẽ cladẽ auertẽdã. Ascalonitis significãt captiuã arcã se ad eos, si velint, trãslaturos, vt & ipsi eximiæ victoriæ, cui⁹ pricepes fuissent, tropheũ monumẽtũq́ clarissimũ penes se haberẽt. Nec ea grauate Ascalonitæ susceperũt. Sed neq́ his res melius vertit, q̃ Azotenis. Iactati Ascalonitę multis cladib⁹ ad vicinos trãsmisere. Sic fœderis arca p hostium ciuitates nusq̃ meliore euẽtu eorũ, q haberẽt, aliq̃ diu ĩ certa sede trãslata est: postremo met⁹ & religio gẽtis aĩos incessit, cõsiliaq́ mota sũt arcę Israelitis restituẽdę, fremere ciuitatũ pricipes, ipsũq́ arbitrari, simulq́ calamitosũ vniuersę gẽti & exitiale, q mltas iã clades publicas & priuatas expti, ĩ re sacra p iniuriã retinẽda pseuerarẽt. Posse hoĩ ab hoĩe resisti, Deo nõ posse, in cui⁹ potestate sint oĩa. Magno hęc assẽsu audiri. Et iã vulgo ablegãdã eã fremere, sed qua rõne id fieret, parꝫ iis, q aderant, liquere poterat. Tũ impie qdã oĩonẽ exorsus, suoꝝ metũ vt vanũ arguere, multitudinẽq́ castigare, q hebraicę vanitatis instrumẽtũ, qd hoĩm man⁹ fabrefecerint, ipsaq́ vetustas magna ex pte cõsumpserit, cælestium cuiq̃ ita cordi esse crederẽt, vt ĩnoxios populos, q eã plio captã haberẽt, multiplici clade duxerit pdẽdos. Qꝫ siqs deoꝝ, vel vnic⁹ ille, quẽ gens ipsa sibi ab initio effinxit, ei⁹ sacrarii curã habuisset, potuisset rẽ ipam vel media acie ab oĩ iniuria vindicare, nec pati sacrificulã gẽtẽ plio supari, vt eẽnt q p sacrario ipo dimicarẽt. Sed si circa eã stratę eẽnt deletęq́ hostiũ copiæ, si ipa vexata prĩo, mox oĩ pſidio destituta, suoꝝ cruore pphanata, pphanis manib⁹ disiecta, si cũ cętera pda a victore exercitu vrbib⁹ illata, cõtẽptimq́ in publico destituta, Quid est qd aliqs dubitaret, tã ludibrio rẽ ipsam esse superis, q̃ gens, quæ vanitatis instrumẽtum illud commẽta esset, cęteris esset mortalib⁹? Sed hic, ingt aliquis, quid grauissimæ huiusmodi clades alia sup aliã sibi volunt, quæ tot populos his paucis mẽsibus cum hoĩm frugũq́ pernicie sunt pua gatæ? Ego, si nunq̃ antea huiusmodi mala Palęstinã terrã attigissent, aut p cõperto haberem⁹ arca Iudæis reddita perpetuo cessura, censerẽ p miraculo rẽ habendã, essemq́ author publici sceleris expiãdi, oĩaq́ adhibenda, quib⁹ tot populi religione soluerent. Sed si clades istę publicę, & agrestes statę quodãmodo sunt, & cum tẽpestatibus recurrentes, maioresq́ pestilentiæ morbiq́ domi forisq́ Philistęas vrbes sæpi⁹ vastarunt, si humana oĩa ita sunt his casib⁹ obnoxia, vt facilius timeri q̃ declinari possint, Quid naturę opera, & quæ nulli ignota sunt, in pdigium &

Vincũt iudęi a Philistęis.
Arca fœderis bello amittitur.
Heli⁹ sacerdos solio lapsus morit.
Miraculũ ĩ Arca fœderis.
Philistęi plagis pcutiũtur.
Impia Philistęi hoĩs cõcio.

miracula vertitis! Vereor vero tantũ abest,vt arcã ipsam aliquo modo reddendã censeã,q̃ si vera sint etiã q̃ isti aniliter fingũt,pri⁹ hęc nobis incõmoda perferenda putẽ,q̃ hostib⁹ ea ratione gratificandũ.Sed si vana res est,& nulli cęlestiũ curæ,qa nulla sit superũ ira ex eo extimescẽda,reddendã nullo modo dixerim.Si frugi & sacra,quia hostibus vtilis esse possit,multominus censeo restituendã.Et vt oẽs intelligant,nos infandã gentem hostiliter odisse,eorꝫ numẽ penes nos vel iratũ esse malim,q̃ propitiandũ illis restituere.Res in hũc modũ varie iactata est.Neq̧ erat cui placeret quicq̃ fieri,qd̃ inuisæ gentis phamę rebusve expediret.Erantq̧ interea animi hoĩm nihilo liberiores,ob ea q̃ contra metũ religionis fuerãt disputata.Tenuit igiť cõsultatio illa plures dies.Postremo eo decursum est,vt expiationibus quibusdã numẽ placarent. qnq̧ vtbiũ aurea simulacra cõflarẽt,Azoti,Ascalonis,Gazę,Gethi,& Acharonis,hæ em̃ præcipuę tũc erant Philistæorꝫ vrbes,totidemq̧ annos & mures aureos.Hisq̧ super arcam pro ipsarũ ciuitatũ incolumitate locatis,sacrariũ in currũ extollũt,huic boues iũgũt nuperrime enixas, vt fœtuũ desiderio celerius ex publico abirẽt.Thensam in quadriuio statuũt,vt quaqua versum spectus cepisset,integrũ esset abire,q̃ si in Israelitarũ fines abiissent,tũ aperte iudicarent certũ esse numen,atq̧ idipm̃ pollẽs,cui hebraica sacra curæ essent,seq̧ ob id sacrilegiũ meritas expẽdisse pœnas crederẽt,sin diuersę ab illis abiissent,p cõperto habituri vanã esse totius gẽtis p̃suasionẽ,vanũ metũ,qui multorꝫ animos incessisset,nec pestis,q̃ nobilissimas vrbes ad id tp̃s populata esset,ex arcę occupatione irave numinis esset illata, sed aeris intẽperie corruptoq̧ cęli tractu orta.His in hũc modũ cõparatis Philistęorꝫ principes totius rei euentũ expectãtes,haud procul inde silẽtio cõstitere.Mirũ hic accidisse aiũt,qd̃ diuina ꝓuidentia factũ nemo nisi impi⁹ inficiabiť:Boues a nullo actę,certo ĩpetu in proximũ Iuditarũ vicũ q̃ longissime a fœtibus auersæ,cõcesserũt.Bethsamo fuit loco nomẽ.Erat tũ anni æstas,passimq̧ Israelitæ maturas segetes demetebant.Hi procul boues a nullo actas intuiri,propius accedũt cognoscendi studio qd rei esset.Mox fœderis arcam intuiti,miraculo defixi aliquãdiu silẽtiũ tenuere.Insperato inde gaudio nimiaq̧ lętitia obortis lachrymis,venerabũdi currũ quasi cælo demissum excipiũt. Phama receptę arcę cõfestim per oẽs Iudeæ fines euagať.Bethsamitani hic,vbi sacrariũ receperant,boues ipsas deo ĩmolant,multaq̧ hilaritate epulãtur.Palęstinorum munera velut ꝓphana supra saxũ eodẽ statuũt loco.Ipsi qa temere arcã attrectassent,quia nõ essent ministerio initiati,graui sunt pestilentia vexati,donec sacrariũ in Cariacthiarim vrbem deportandũ curarũt.Vbi in Leuitæ domo.XX.deĩceps ãnos est religiose asseruatũ.Tãdiu ĩde fuit apđ Cariacthiaritas quũ Philistæi septẽ menses habuissent.Erant igiť Israelitę,vt siquãdo alias,ob eas clades quas adierant,diuinis rebus vehementer addicti.Nullus enim populus fuit vnq̃,aut in secundis contumacior,aut in aduersis obsequentior.Adiuuabatq̧ hunc animorꝫ affectum Samuelis innocens vita,futurorũq̧ diuinatio.Qui tẽpus venisse ratus,quo populum non solũ ad religionẽ, sed ad libertatẽ etiã reperendã hortareť,concione aduocata in hunc modũ est suos affatus.Si cum arca fœderis viri Israelitæ pax reddita nobis esset & libertas, supuacuũ fuisset me hodie ex hoc loco verba facere,qñ neq̧ religionis admonendi eratis:quippe quę multo(vt video) maiori vobis curæ est hoc tempore q̃ aliquãdo antea fuerit,neq̧ pacis & ocii,si pace & ocio, qd̃ libero esset hoĩe dignũ,frui liceret.Sed quũ neutrũ adsit,in diesq̧ Philistęum hostem grauiorẽ magisq̧ nostræ libertati infestũ experiamur,nõ video quid minus nos deceat,q̃ in hoc perpetuo luctu, muliebriq̧ lamentatione diutius versari.Satis supq̧ lachrymis indulsimus,& tũ maxime, quũ vno die omne fere nostrę iuuentutis robur ad Aphecũ vna acie amisimus.Quũ victor hostis, non solũ spolia,sed certissimũ quoq̧ religionis pignus ipm̃q̧(vt sic dicam) numẽ,in quo toti⁹ gentis nostrę spes omnis ab initio fuit sita,secũ extulit.Tum quia nihil reliquũ erat,ĩ quo spei qcq̃ repositũ esset(apparebat em̃ domesticũ & familiare numen,cuius fauore semper stetimus, a nobis alienatum)nemo vos lamentari vetuit. Licuit tum omnibus libere suũ dolorem effundere.Nunc oĩa dei benignitate mutata.Primo ira numinis primores Philistæorũ ciuitates ob manifestũ sacrilegiũ domi forisq̧ multiplici sunt clade vastatæ.Agris dire populatis,pniciosissimus morbus ingentem in vrbibus fecit vastitatẽ. Omnis militaris ætas consumpta est.Siqui adhuc supsunt,ægra corpora trahentes pro defunctis habẽdi sunt.Et has dudum pœnas exegit numen a sacrilego hoste,qd̃ ne non semp sui esset populi memor,Philistęis inuitis apprimeq̧ dolentibus,ad nos sponte rediit,vt per ipsius præsentiam intelligeremus, mitigatam esse cœlestem ĩ nos iram.Satis pœnarum duabus cladibus expensum,defunctos esse iam Hebræos publico periculo,exauditas populi preces,omnia ĩ melius mutata,oportereq̧ ob id in meliori spe

Philistæorũ donaria ad placandum numen.

Vaccarum ductu Arca fœderis restituitur.

Arca locať in Cariacthiarim.

Oratio Samuelis ad suos.

Loc⁹ a fauore numinis.

esse,nec diffidere,qn reducto numine omnia sint prospere euentura.Atq; quum ita sit,nolo vos
viri Israelitæ tam inepte delirare,vt expectandũ putetis cælesti voce(etsi maioribus nostris,vt
fuit illoꝝ pietas,quandoq; accidisse proditũ est)ad arma & vltionem excitemur,aut humi ia-
centes manu attollamur.Non ea viuit̃ hodie pietate,vt tam familiare numen sperare possimꝰ.
Satis prospera omnia despondet,quãdo nobiscũ mauult esse.Nullus deo propitio nisi sua cul-
pa diu inultus iacuit.Ite igit̃,& si viri estis,si digni qui Mosis & aliorũ,qui pro libertate tot pi
cula adierũt,vera progenies credi possitis,si demũ ii,quibus deus optimus pręsens propitiusq;
adesse velit,libertatẽ qua nihil homini videri debet pulchrius,quã olim amissam maiores no-
stri rãta ĩdole recuperarũt,ab superbissimo hoste repetite.Nã qđ ad victoriã attinet, nihil reor
facilius euenturũ,q̃ vt eos vincamus,quos numinis fauor afflictos,multipliciq; clade ꝓstratos
Locꝰ ab ho ac per hoc pene victos,& vltioni obnoxios obtulit.Haud dubiũ est,qn hostis sua natura imbel
stiũ calami lis,multiplici clade fractus,& ob ea q̃ euenerũt,animo perculsus,quũ primũ in conspectu stete-
tate. rit,vinci possit.Q̃ꝗ̃ spero futurũ,vt ne præsentiã quidẽ nostram laturus sit.Ite inquã,ac siqd
Peroratio. aliquando ponderis,aut fidei,in iis q̃ diceremus,fuistis experti,certam vobis proponite victo-
riam,de qua vos ambigere minime oportet,vel q̃a meo ductu,q̃ vos nulla adhuc diuinatiõe fe
felli,res gerenda est,vel qđ omnino plus est,q̃a propitiũ,vt siquãdo alias,maximeq; amicũ ha-
bemus cæleste numẽ.Mouit Samuelis oratio multitudinem.Sed nihil ęque ac viri authoritas
Masphaton ob creditã sanctitatẽ fatidicã naturam ad arma perpulit. Frequẽtes igit̃ in Masphaton vrbem
conuenere.Natura situs dedit loco nomen.Idem Hebræa vox sonat,qđ deorsum spectans.Hic
Samuel,ieiunio suis indicto,statuit hostem expectare.Nã Philistęi audito Israelitarũ tumultu,
rati qđ erat,gentem ad defectionem spectare,ad primos ipsoꝝ motus opprimendos confestim
affuere,qui cũ ad Masphaton castra fecissent,minacissimeq; arma intenderent,perculsi Israelitę
Hebræorũ Samuelem intueri,mœsti ab eo sciscitant̃,quid opus sit facto: circunsederi inermes ab armato
querelæ. hoste,nemini non liq̃re cladẽ omnino ingentem esse adeundã,nec in aciem temere descenden-
dũ,nisi quis nuda suoꝝ corpora,irato hosti ferrumq; tenẽti obiicienda duxerit, quod paulomi
nus stultũ sit,q̃ fuit priꝰ tumultuari cœpisse, q̃ oĩa essent ad bellũ comparata.Metus igit̃ & de-
speratio in ore oĩm eminebat.Samuel circuire multitudinẽ,hortariq; singulos,vt bono essent
animo,fore,vt sine suoꝝ noxa paulopost Philistęoꝝ copias cernerent in subiectis campis ꝓstra
tas,per q̃ satis apparebat nullã eũ in humanis rebꝰ spem repositam habere, sed cæleste auxiliũ
percepisse animo.Inter spem igit̃ & metũ solliciti tantæ rei exitũ Israelitæ expectabant,quum
Philistæis in procinctu stantibꝰ,lacessentibusq; cũ cõuicio hostem,murosq; vrbis inuasuros se,
nisi in æquũ descenderent minitantibus,terra primo horrende mota est, in patẽtemq; hiatum
Miraculosa subsedit.Fœda inde tonitrua fulguraq; Philistæoꝝ animos & ora perstringũt. Secuta inde ꝓ-
tempestas. cella ingens cũ ventorũ turbine,quæ tanta vi afflauit aciem,vt huc & illuc rotati milites,atq;
in præceps acti,sine imperio,sine ordinibus attoniti,exutiq; armis,neq; prælii, neq; fugæ cõpo-
tes passim disiicerent̃.Tũ vero Samuel: ite inquit,iam Philistæum cædi obnoxium habetis.Da
bunt ipsi hostes arma,cumulatam illi acceptæ ad Aphecum cladis vicẽ rependite. Nõ tulerũt
Israelitarũ eruptionem Philistęi sua sponte turbati.Sed passim diffugientes suis armis,quę te
mere abiecerant,cũ multa strage aguntur.Ad Correum vsq; cædes protracta est.Hic fugiendi
Iudæorum Philistæis,Hebręisq; sequendi fuit finis.Saxumq; Samuel ibi statuit,vt in posterum extaret vi
successus. ctoriæ illius monumentũ aliquot. Secutus deinceps hostium vestigia multis insuper cladibus
Philistæos affecit.Quoꝝ opibus supra modum accisis,omnem terram a Gethanis finibꝰ bel-
lo Iudæis ademptam,q̃ ad Accatonem vsq; longe lateq; patebat,victor recepit . Philistæi post
cladem ad Masphaton acceptam diu nihil mouere sunt ausi. Veteribus igit̃ cultoribus in rece
ptos nuper agros reductis,restitutaq; vniuersa gẽte in libertatem,fecit Samuel omnibꝰ potesta
tem in sua cuiq; ciuitate,vel in peculiari foro,de q̃bus controuersia esset,inuicem disceptandi.
Quoꝝ siqua essent,quæ per alios componi nõ possent,ipse quotannis per totius gentis conuẽ-
tus de his semel iudicabat.Quæ iudicandi ratio,q̃diu per ætatem licuit,ab eo seruata est.Inde
senio confectus Ioheli & Abiæ filiis id munus iniunxit,partitaq; prouincia , quo leuior vtriq;
sua esset iurisdictio,mãdat vt in Bethleem vnꝰ,alter Bersabeę iudicariã exerceret potestatem.
Samuelis fi Sed hi diuersam a patre viam ingressi non solũ iudicia venditabant,sed suam quoq; libidinem
lii a patre ab aliena pudicitia parũ custodiebant.Ea districtus iniuria populus,haud iuuenes aperte cri-
degenerãt. minari,ne patris aures offenderet,viri summa pietate & innocentia. Cæterũ in eo silentio ne-
mo erat,qui non nouam optaret regiminis formã.Conferentibus igit̃ inter se cõsilia Hebręoꝝ

principib⁹,eo eſt decurſum,vt creandi regis mentio inferretur,penes quem eſſet pacis & armorũ poteſtas.Qđ vt aliquanto auſpicatius fieret,cenſent Samuelem eius rei nõ ſolũ authorem faciendũ,ſed poſtulandum etiã ab eo,vt ipſe qui cæteros prudẽtia & ſanctitate anteiret, vnum ex omni Iſraelitarũ numero legeret,cui vniuerſa gẽs domi,militięq̧ pareret.Ad Ramathã igiť vrbem,vbi ille erat,principes totius gentis frequẽtes cõuenere.Quib⁹auditis miratus dicitur ſenex,q̃ tam ſubita regis habendi cupiditas populoꝝ animos inceſſiſſet.Scire ſe primo aſpectu rẽ ſpecioſam regnũ videri,perſuaſumq̧ multis fuiſſe,nihil melius in humanis eſſe viri vnius q̃ optimus eſſet iperio,atq̧ ob id ipm fortaſſe mortales ab initio regium nomen,vt optimum,vrbibus induxiſſe.Fœdiſſimus tamen ei⁹ rei euẽtus,multiſq̧ pernicioſus humanas gentes ſui erroris admonuit,q̧ non modo non tutũ ſit hominibus regem habere,ſed vehementer etiam calamitoſum,quũ nihil aliud ſit velle fortunis & capite periclitari,q̃ omniũ,q̃ in vita ſunt, vni⁹ arbitrio & poteſtati permittere.Viderent ne dum libertas tanta indole a maioribus q̃ſita,pro qua Iſraelitæ toties dimicaſſent , ipſiq̧ haud multis ante annis diuina magis q̃ humana ope a Philiſtæis receptam haberent,ſordeſcere cœpiſſet,in perpetuã ſeruitutẽ inciderent.Et quia ea cõſultatio maior olno eſſet,q̃ vt hoïs ingenio tam facile expediri poſſet:quippe cum futuroꝝ nulla certa ſit mortalibus ſcientia,recte facturos,ſi tantiſper noui regis creationem differri paterenť,donec a ſe aliquo modo,q̃ de ea re eſſet numinis volũtas exploraretť.Conceſſum eſt id illi haud grauate.Tum ferunt intempeſta nocte Seni de ſumma rei ſollicito manifeſtum numen aſtitiſſe,ordineq̧ ꝑdixiſſe cuncta publica & priuata mala,quæ Iſraelitæ ſub regibus eſſent adituri atq̧ cũ his iuſſus ea populo proponere.Qui ſi ſententia deiici nõ poſſet,tũ regem gẽri eũ inſtitueret,quẽ nõ temere ſibi,ſed cæli ꝓuidẽtia oblatũ arbitrareť.Hęc ex oraculo in publicum relata,quum haud aliter multitudinis ſtudiũ inflammaſſent ad regem petendũ , q̃ ſi proſpera omnia nunciarentur,conſtituto ad id qđ petebať die,Saulum Ciſſi filium Beniaminitam tribulem qui a patre ad aſinos,qui forte grege aberrarant,perquirẽdos miſſus,ad ipſum Senẽ diuinationis phama diuerterat,primum Samuel Iſraelitarum regem inunxit.

Prima mentio creandi regis.

Samuelis ſentẽtia de regno.

Saulus primus Iudęorum rex.

MARCI ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIÆ HISTORIARVM AB ORBE CONDITO,ENNEADIS PRIMÆ, LIBER OCTAVVS.



EBRÆORVM Regnũ his , qbus diximus,auſpiciis eſt in Palæſtina ortũ:Sed vt eſt rerũ humanarũ viciſſitudo q̃dã,ita cõtigit,vt ſub id tẽpus,quo regnũ hoc,de quo loquor,eſt in Syria conſtitutum , aut certe nõ multo prius,in ea parte Europę,q̃ Apie primo,mox Pelaſgia,nouiſſime Peloponneſus eſt dicta,Sycioniorum regnum eſſe deſiit,quum annos duos & ſexaginta ſupra octingentos eſſet illic regnatum. Zeuxippus ſextus ac vigeſimus ab Ægialeo,qui id regnum condidit,oĩm poſtremus ibi eſt rerum potitus.& in Italia Aſcanius Albæ conditor Syluio Æneæ poſthumo fratri moriens Albanum regnum tradidit. Quum Iulus,quem ad id tempus procreatat,pupillari adhuc eſſet ætate.Phama eſt prægnantem Lauiniam poſt Ænęę interitum,quum totius rei ſumma ad Aſcanium deuoluta eſſet,veritam nequid apud priuignum ſibi nouercale nomen officeret,ad Tyrrheum ſe regii pecoris magiſtrum,quem patri fidiſſimum nouerat,contuliſſe,ab eoq̧ & tempore partus,& poſt ipſum puerperium in occulto habitam . Atq̧ ita accidiſſe , vt puer in ſyluis editus Syluii ſit nomen ſortitus . Eam quum Aborigines tumultuoſe requirerent,maiorq̧ in dies inuidia Aſcanio ex publico illo indigenarum deſiderio orirerur,nec res procul a defectione eſſet:Tyrrheus maturum iam tempus adeſſe ratus,Lauiniæ in publicum producendæ,rem omnem fecit palam ſuis popularibus,ſicq̧ iam inde vſq̧ ad Albæ conditionem concordi animo Lauinia & Aſcanius vna regnum tenuerunt . Fuiſſe illa dicitur apud priuignum materna veneratione.Dionyſius author eſt nihil ab Aſcanio de regno in morte conſtitutum,eoq̧ defuncto ambigi cœptum,vter,Iulus eius filius,an Syluius regnum capeſſeret. Populus dicitur altercationem de ea re ortam ſuo arbitratu finiuiſſe,vt penes Syluium,qui pręter ſplendorem patris auita maternaq̧ memoria plurimum fauoris conciliabat, regii faſtigii nomen & maieſtas foret.Idem fauor adeo ad poſteros valuit,vt cæteri reges,qui longa deinceps ſerie Albę regnarunt , Syluii cognomen tulerint . Iulo & ipſi ſacrorum poteſtas eſt quædam tributa,qua Iulia gens iam inde vſq̧ ad ſtirpis interitum functa eſt.Scio ex Romanis ſcriptoribus nonnullos ꝑſuaſum habuiſſe,puerum qui ex Lauinia & Ænea ſit primo loco natus,Aſcanii nomen tu

Sycioniũ regnũ deſtruitur.

Aſcanius.

Syluius.

Lauinia.

Tyrrheus.

Syluii reges.

Iulia gens.

lisse, ex eoq; dubitatũ sit, is ne Albam condiderit, q in Latio est natus, an alius maior ex Creusa genitus, q paternę fuit fugę comes. Ego, etsi in re tam vetusta nihil temere affirmare ausim, ipsa tamen nominis ratio efficit, vt propiora vero credã, q̃ Dionysius de ea re prodidit, nisi aliqs in alterius Ascanii memoriam, quem in Phrygia a patre relictũ authores sunt quidam, nomẽ id puero inditũ existimet. Est eñ alioq vox ipsa Phrygia. Sed plures omnino tradunt Ascaniũ paterni exilii comitem in Italiam venisse. At quocũq; ille natus est loco, ac quacũq; matre, omnibus conuenire video, rem Albanam ab Ascanio, q annos duodequadraginta regnauerat, p manus Syluio traditam, a quo Syluii deinceps reges sint nominati. Per hęc tempora Lacedęmone regnari cœptũ Eusebius demõstrat, primũq; Euristeũ fuisse, qui regium sit ibi nomẽ adeptus. Nec de eo potest intelligi, cui duodecim stipendia exoluit Hercules, quoniã si recte idẽ author colligit: Herculis interitum Lacedæmonii regni principiũ circiter nonaginta præcessit annos. Hæc primo regni dignitas suffragio ne populi, an vi & opib⁹ fuerit ab initio q̃sita, parũ cõpertũ habeo. Verumenimuero videntur mihi Lacedæmonii prætet cęteras gentes legitimã quandam regni formam, eamq; ipsam parũ ciuibus formidolosam a principio instituisse. Quod quũ ex aliis tũ ex eo maxime colligitur, q in funebri regum laudatione semper nouissimum vt omnium optimũ publicitus (vt Herodotus scribit) laudarũt, & q qui recentissime creati eẽnt, ciues quicũq; publice priuatimve deberẽt aliquid, alieno leuabãt ære. Lege preterea q rex esset primus in expeditionem exibat, omniũ vltimus domum reuertebatur. Quibus haud dubie demonstrat̃, nullum in terris populum liberiora iura sub regibus tenuisse vnq̃, cui fututo leges scripserit. Sed de Laconico ciuitatis ritu plura sunt alio a nobis loco explicanda. Primum Pelopõnesiacũ bellũ in hæc tempora idẽ author cõiicit. Sed cur ab ea gẽte fuerit illud Atheniẽsib⁹ illatũ, obscure nimis Trogus posuit, veteres tantũ scribit offensas inter vtrãq; gentem intercessisse, sed quales ille fuerint, haud diserte ponuntur. In quo illud non ab re fuerit demonstrasse: Trogum scribere a Doriensibus Atticæ terræ bellum illatũ, quos eosdem esse qui & Pelopõnẽses interpretat̃. Quæ nominis variatio ne quempiam legẽtibus patiat errorẽ, breuiter est a nobis enarranda. Satis constat fuisse olim, quicũq; intra Isthmum habitarunt, Aeoles nominatos: mox vero intra extraq;, p̃ter Athenienses cum Megarensibus, & ipsos Parnasi accolas Dorienses: cæteras Peloponneso circũiectas gẽtes in Aeolici nominis appellationem abiisse. Mox vero Dores Heraclidas in Pelopõnesum secuti, in ea terra esse perseuerarunt. Contigitq; ex ppetuo eius gentis cũ Aeolibus incolatu, vt duæ gentes procedẽte tempore in vnam coaluerint. Id rei argumento est, q præter Arcades, quibus rara cum cæteris Peloponnẽsibus fuere commercia, quicũq; intra Isthmum postea habitarunt, indifferenter sunt vtraq; lingua vsi: atq; ob eam rẽ nunc Aeoles, nunc Dorienses dicti. Contra in Ionica, quæ eadẽ fuit & Attica, euenit. Nam quũ ab initio Iones Attici vocarent̃, ob colonias inde in Asiam missas, accidit, vt qui in antiquis sedibus mansere, attice loqui sint dicti, cæteri in colonias transcripti Ionice. Nec eo inficias (nam in re tã vetusta quis pro certo audeat tale aliqd affirmare?) fieri potuisse, qd ad belli ipsius rationem attinet, vt Doriẽses cũ Peloponnẽsibus aduersus Athenas militarint. Quo fit factum vt a rerũ scriptoribus modo gens hæc, modo illa bellũ intulisse dicatur. Sed quicunq; belli illius prætextus fuit, ac cuiuscunq; ductu arma sunt Atheniensibus illata, illud inter oẽs conuenit, monitos oraculo Dorienses fuisse, potituros eos victoria, si Atheniensiũ regẽ nõ interficerent. Erat tũ rex Athenis Codrus. Is quum forte inuestigasset quale hostes oraculum Delphis accepissent, sciretq; futurũ, vt hostis eo bello voti compos fieret, nisi ipse mortẽ occũberet: patriam, cui prima post deũ humanę gentes debent officia, sua morte tuendam arbitratus, militari habitu amictus, ne si nobilem se obtulisset, viuus in potestatem ab hoste redigeret̃, sarmentis seruilem in modum honustus hostiũ castra ingreditur. Ibi gregario a milite, quem in remorantiũ turba moto de industria iurgio vulnerauit, ferro est confossus. Regis cęde patefacta Dorienses sine prelio Athenas obsidione leuarũt. Sic Athenienses periculoso sunt bello volũtario regis interitu seruati. Is nouissim⁹ a Cecrope Athenis regnauit, habuitq; id regnũ a primo exordio ad exitũ annos quadringentos atq; supra hos septẽ & octoginta, si recte tempora Eusebius colligit. Pleriq; Homeri ortũ in id tẽpus incidisse autumant, de quo tam varia a veterib⁹ traditur, vt cui potissimum accedas, haud facile decerni possit. Crates ante Heraclidarum descensum Homerum genitum tradidit, qui fuit anno quarto circiter & septuagesimo post Ilii excidiũ. Heratosthenes centesimo anno post captum Ilium. Philocorus centesimo atq; octogesimo. Apollodorus Atheniensis quadragesimo supra centesimũ. Alii circa primam Olympia-

Prim⁹ Lacedæmonioꝝ rex.

Aeoles qui fuerint.

Dores.

Attici.
Iones.

Codri regis interitus.

Homeri ortus.

dem,quā quadringētesimo ferme anno post Troię excidium celebratam authores sunt quidā:
Sassius in primo annaliū annos.C.&.LX.postq̄ ad Troiam est bellatum. Cornelius Nepos to
tidē annos ante Romā conditam.Miror & illud in dubium trahi a quibusdam,fuerit ne is ea-
dem qua & Hesiodus tempestate,an diuerso ab eo tēpore vixerit.Ego,vt vtrū hic an ille maior
natu fuerit,affirmare nō ausim,ita ꝑ certo posuerim ambos eadem tempestate genitos,si Plu-
tarchus verus est author,qui eos ex duobus fratrib⁹ ꝓcreatos tradidit.Nec q̄ patria illi fuerit,
satis(vt video)cōstitit,Smyrnei,Rhodii,Salaminii,Argiui,Chii,Colophonii,& Athenięses,va
ria illū cōtētione sibi vendicare perseuerarunt . Sed quocunq̄ fuit loco natus,quacunq̄ ætate,
omniū(quod satis conuenit)poetarum fuit eminentissimus, cunctarumq̄ eloquētiæ partium
origo.Crediderunt quidā magni ingenii esse illius virtutes,quoniam nulli imitabiles essent in
tellectu & ratione sequi.Vellem tā felix ingeniū in veritatis lucem nō in tenebras illorum tē-
poꝝ incidisse,quam si ex Aristeo illo Procōnesio,quo præceptore vsus dicitur,aut alio haurire
quoquo modo potuisset,nemo mortalium eā vtilius tractasset.Amazones & Cimmerii ꝑ hæc
tempora variis incursibus Asiā infestasse traduntur . Nec quatenus illorum motus ꝓcesserint
eius rei authores expediūt. In hoc erāt res aliarū gētium statu,quum in Iudæa Saulus regiū
est nomen adeptus.Qui iā inde,ex quo inunctus est(ea eñ velut initiario regię dignitatis fuit
ab Samuele oraculi iussu īstituta) optare nō destitit dari sibi occasionē regii nominis inter He
bræos ob nouitatem adhuc contemptibilis,ꝑclaro aliquo facinore illustrandi. Quæ haud mul-
to postq̄ rex fuerat declarat⁹,tā iusta q̄ necessaria illi oblata est.Naas Hammonitarum rex If-
raelitas,qui trās Iordanem accolebāt,subito bello adortus,non solum victos suo imperio sub-
egit,sed vt subactis omnē rebellandi materiam in perpetuum adimeret,tam bello captos q̄ in
fidē receptos dextro oculo priuauit,vt ea corpis clade affecti,minus vtiles deinceps bello red
derent,quoniam scutum commode amplius tractare nō possent.Gerendarū rerū serie tractus
Naas pari terrore belli in Galadinos Iabitas mouit,qui finitimoꝝ clade exterriti septē dierū ī
ducias his conditionib⁹ impetrarūt,vt de summa rei cōsulere liceret,peterētq̄ a suis auxilia.
Quæ si impetrata forēt,non daretur sibi fraudi,si adhuc in armis esse mallēt,sin min⁹,deditio
nem facerent,q̄q̄ amarissima ab hoste conditione ꝓposita,vt quoquo modo recepti essent,al-
tero lumine priuarent.Iabitarū legati ad Saulū regem missi, vbi ad conspectū eius venerunt,
reuersus ille ex rustico(vt dicit) opere,tū forte domū se recipiebat,quo apparet q̄ humilis ab
initio fuerit in ea gente regia maiestas,q̄q̄ apud Romanos clarissimi quoq̄ imperatores fuerit
ab aratro accersiti.Perfusi lachrymis legati suppliciter postulāt,vt afflictę Iabitarū fortunę ma
ture opem ferat,salutem nobilissimæ ciuitatis in paucoꝝ dierū discrimen deiectā esse,aut cor-
pora crudelissimo hosti mutilanda tradi oportere,aut caput ferro obiiciendum,quoꝝ vtrū mi
serius foret,nondū iis,qui ea passuri essent,satis liqueret. Orare proinde ne pateretur cognatā
gentē ab immanissimo hoste veluti pecora laniari,iam satis superq̄ malorum exhaustum,mul-
tos Hebraici sanguinis populos,pręterq̄ ꝙ alterius oculi clade eoꝝ viri deformari essent, mise
rabili seruitute pressos iacere. Videndū ne si consanguineæ gētis cura nulla sit,atroci incēdio,
quo alii conflagrassent,ipsi paulopost correpti arderent.Si inualescenti malo segnius iretur ob
uiam,fore,vt Iordanem fluuiū hostis transgressus,citeriores terras,& quæ pacatissimæ sibi vi-
derētur,ferro & igni popularet.Maturato opus esse,ne propius pestis illa serperet. Magna esse
in cæteris rebus tempoꝝ momenta,sed in bellis maxima. Hæc illi.Saulus partim fortuna gen
tis motus,partim periculo,qđ cæteris Iudæoꝝ gentibus ab Hammonitis īminere putabat,si
illoꝝ opes nimium creuissent,Iabitas bono iubet esse animo,ire,vrbemq̄ in suum aduētum
tueri pergerēt,fore,vt intra triduum cernerent omnem metum & terrorem in hostem conuer
sum.Relinqrent sibi modo ducem,quem per viarū compendia copiæ sequerentur.Cætera ma-
ture se curaturū.Cū his illi dimissi sunt.Ipse aratoriis bobus,quos tum forte habuit,suffragi-
num neruos succidit,proposito edicto fore vt quicūq̄ sibi ad Iordanem eo die nō ꝓsto adessent
eadem a se qua boues illi clade afficerent.Poenæ metu ex vrbe & agris militari ętate excita ad
CCC.&.XXX.milia armatoꝝ circa regem vno die conuenere . Amne sub noctem superato
pleno gradu est ad hostem maturatū.Postero die sub solis ortum,quum iam Hammonitarum
castra in prospectu essent,Saulus ita copias partitus est:vt Hāmonitas(fuerūt hi Arabes)vno
tēpore tribus adoriret locis.Hostes etsi in re subita nihil tamen cōsternati & ipsi quoq̄ ī aciē
procedunt . Fit prælium , quo Israelitarum res ab initio animis & multitudine fuit superior.
Haud igit magno certamine vincuntur Hammonitæ, ingens cædes in acie edita,sed in fuga

Homeri laudes.

Saulus rex.

Naas rex.

Oculorum priuatio.

Verba legatoꝝ ad Saulum regem

Atrox Sauli edictum.

aliquanto maior. Saulus non contentus acie vicisse, nec q̄ interfecto rege hostes apertā fugam fecissent, confestim in eā gētem præsenti clade perculsam, victorem exercitum ducit. Hic Amonitarū rebus ferro & igni accisis, Israelita arma longe lateq; p hosticum cū prǽda & populatione circūegit Saulus, quib⁹ prospere gestis honustum præda exercitum domum reduxit. Maior certe & ipse factus, magisq; conspicuus q̄ antea fuerat. Secundū hanc victoriam cōuentu in Galgalā vniuersæ genti indicto, Saulus iterū est a Samuele Iudæorum rex inūctus. Enimuero multis vana visa fuerat prior ea declaratio, fuissentq; fortasse post victoriam & illi ad suppliciū requisiti, qui regē ludibrio habuerant, nisi Saulus nondum stabilito regno seditionem metuisset. Secunda hæc cerimonia regiū nomen non solum firmius reddidit, sed insigni⁹ quoq; augustiusq; Saulo futurisq; regibus fecit. Nam Moses, Iosue & alii, qui ad id tempus exercitum ductauerāt, non reges, sed duces fuere. Saulus tribus milibus militū ex omni iuuētute lectis, duo milia penes se præsidii loco habuit, tertiā partē cum filio Ionatha misit in Gabaam, vt suis popularibus p̄sidio essent. Philistæi qui vrbem ipsam cū Iudæis incolebant, arma illis ademerant. Qui cū rege erant, haud procul Galgalis sibi castra fecerant, quod vbi Philistæis est nūciatum copias studio contrahunt. Miror tantā armoꝝ procellam aduersus exiguam armatoꝝ manum exciri contigisse. Iosephus author est. CCC. peditū milia & sexaginta eqtū in Philistæis castris fuisse, & cū his curruū triginta milia. Sed credibile est id bellū qd maturius erāt illaturi hostes iā antea instrui cœpisse, aut certe (nam in similibus libera est cōiectura) ob regem nuper Israelitis creatū de summa rei apparebat certamen futurum, atq; ob id accidisse, vt tantū viriū vna in vnū contulerit, quātum ad id tempus nunq̄ alias fecisset. Nec Saulus in tanto rerum motu desedit. Quin & ipse ad ornādū bellū cōuersus, vndiq; auxilia contrahit. Sed Philistǽi, qui priores belli partes occuparār, omniū opinione celerius tumultuose circa vrbem magnam cōsederant. Quibus copiis inspectis tanto sunt terrore perculsi, qui erant circa regem, vt eorū pleriq; altiores specus metu subierint, alii trans Iordanē occulta fuga sese proripuerint. Hunc suorum metum quum Saulus maiorē esse cerneret, q̄ p authoritate sisti posset, mittit qui celeri cursu Samueli nūciarēt, in quo discrimine Israelitica res esset. Actum dicerēt nō modo de regno, sed de totius gētis statu, nisi diuino res semel inclinata p̄sidio sisteretur. Oratus itaq; primo quoq; tēpore suis adesset, quando omnis amoliendi belli spes esset in ipsius aduētu sibi & aliis reposita. Quantū igit̄ per ǽtatem locorumq; distantiā liceret maturaret laborantibus subuenire. Nā qd ad ipsius accessum attineret, persuasum sibi & omnibus esse, cū Samuele præsens p̄pitiūq; Hebrǽis cæli numen affuturū. Nec de sua constantia & fide dubitaret, constitutum habere se, aut vi & armis Israeliticū nomen in suo statu retinere, aut si id minus prǽstari contingat, citi⁹ mortem occumbere q̄ turpiter seruire. Samuel trepidissimis excitus nunciis, regem suoꝝ verbis hortat̄, vt hosti in aduētum suum resisteret. Adnixurum se, vt supra ætatis vires intra paucos dies adesset, vnaq; de summa rei in castris ambo consultarent, pararet modo hostias, quas ī aciē descensuri immolarent. Comparat studio Saulus, quæ ad sacrificium pertinebār. Sed quū omniū spe tardius Samuel veniret, hostias aræ admouit, sacroq; vix bene perpetrato allatum est Samuelem adesse, a quo ille obuiam progressus increpitus dicit̄, q̄ se non expectato, rem diuinam facere maturasset, nec cum cuperet satisfacere, ac multa excusaret rex senem flectere potuit amplius, quominus (vt erat turbat⁹) recta qua venerat retro abierit. Saulus cōsilii anceps cū filio & sexcentis, hisq; magna ex parte inermibus in Galgala se recepit. Philistæi vbi p̄sidio hostē decessisse audiuere, tripertito Hebræorum fines ingressi omnia terroris & populationis cōplēt. Et iam pars vna hostiū ante regis oculos libere vagabatur, is cū filio Ionatha & Achia qui sacerdos erat, ex editiore loco agroꝝ populationem non sine dolore & lachrymis spectare. Ionathas regis filius doloris īpatiens, vno duntaxat comite speculatorio amictus habitu, hostium castra noctu ingredit̄, quæ munitissimo erant loco sita, & ob id fortasse nullo maiore præsidio statione ve nocturna retēta, eā occasionē ferox iuuenis nactus, hostes passim somno & quieti deditos ferro adorit̄: tetram cǽdem tacite in iacētes grassatus, per multam noctem perpetrauit, quoad moriētiū gemit⁹ tumultum excitauit. Tum vero creditum castra ab hoste teneri, simulq; p̄ceps fuga exorta est. Ruebāt īpediti tenebris p æqua & iniqua cū pernicie multa Philistæi. Quoꝝ trepidatiōe Saulus per exploratores cognita, simul ac filiū abesse sensit, ratus (qd certe erat) illū hostium castra ingressum, capi arma iubet, subitoq; incursu fugam & terrorem nouo clamore auget. Passim igit̄ dispalati vsq; ad lucem cæsi sunt Philistæi. Nec posteaq̄ lux affuit, ab his est persequendis cessatum. Rex veritus ne Philistæus a vano illo noctis terrore ali

Saul⁹ iterū inungitur.

Nouū Philistæorum bellum.

Samuel a Saulo accersitur.

Samuelis ira.

Ionathæ facinus.

Iudæorum victoria.

quomodo respiraret,diris execrationib⁹ eorꝝ capita deuouit,quia persequẽdo hoste desisterent,
aut q̃diu lux teneret,cibum vllũ caperent. Quod patris edictũ Ionathas ꝑ inscitiã trãgressus
est:quippe qui in examen apũ vago cursu delatus, mellis fauũ cupide hausit. Saulus postridie
Deo arã constituit,ad quam victimas pro victoria immolaret.Primumq; Achibotus sacerdos
iussus est numen explorare,an feliciter euenire vellet,ꝙ ad hostiũ castra diripienda rex ducere
in animo haberet victorẽ exercitũ.Negare ille responsum vllũ dari,quod nunq̃ nisi irato numi
ne fere eueniret.Erant suspensi animi oĩm.Cęterũ vulgo suspicari ex militibus aliquem cõtra
hesternam execrationẽ aliquid temere cõmisisse.Vna cuncti in eum inquirẽdum censere,ac de
sonte suppliciũ sumendũ.Saulus vt sæuo crudoq; erat ingenio ne filio quidem suo parsurus vi
debat̃,si filius se piaculo astrinxisset.Operępreciũ est audire,quanta tũ eius gẽtis fuerit religio
atq; erga cæli numen obsequiũ.Dicit̃ Ionathas sponte fassus,se paternæ execrationis inscium
fauo mellis inediã leuasse.Sed q̃q̃ iquit rei ignoratio satis excusari posset, paratũ esse se nihilo
minus vitã pro populi incolumitate effundere.Satis se in vita habere ꝙ patrem virum fortissi
mũ,& regem & bis hostium victorẽ viderit,& ꝙ hesterno die suo ductu feliciter gesta res eẽt,
persuasum habere se,tũ maxime expedire homini e vita migrare, quũ per virtutem ea sit ade-
ptus,quibus nõ tã honesta mors,q̃ semper speciosa est,q̃ hominum inuidia metuẽda esset. Nec
Saulus q̃q̃ filiũ cerneret alta indole prędítũ:minus ꝓpterea sæuire,cæterũ vt res omnibus do
cumento esset,ne regiũ imperiũ religionẽve in posterũ negligerent, Ionatham aræ admotũ pa
rer ꝓ hostia iugulari imperat.Tũ vero multitudo,q̃ locum corona cinxerat (nam ad.X.hoim
milia in castra cõfluxerant,posteaq̃ ad Galgala Saulus venerat)sublato clamore haud laturos
se vociferant̃,eum per quem graui bello liberati essent,quãdo per inscitiam deliquisse cõstaret,
vita priuari.Scire se mortaliũ delicta,consilio nõ euẽtu æstimari solere,imploraturos se pol
liciti ꝓ ea culpa siqua sit a numine veniã,vel si ĩpetrari nõ possit,pœnas pro eo, qui sit de com
muni salute meritus,libenter expensuros.Tale fuit tũ in vnũ Ionathã totius exercitus studiũ.
Piacularibus hostiis arę adhibitis,vbi rite litatũ est,Saulus castris hostiũ direptis victorẽ exer
citũ domũ reduxit.Iosephus author est eo bello ad.LX.hostiũ milia occidione occisa. Subegit
inde Saulus Hãmonitas Moabitasq; gentes(vt tum hominũ res erant) opulẽtissimas:vicit &
Idumeos,eorũq; reges tributarios fecit.Et iã Israelitarũ res longe lateq; pollebãt, quũ Samuel
iterum cũ rege congressus docet.superesse adhuc itegrũ Israelitis bellum, quod nefas sit nõ to
tis viribus exequi.Nullã gentẽ Mosi in Palæstinã venienti infestiorem fuisse q̃ Amalechitas,q
Iudęos suis finib⁹ non solum arcuissent,sed opportunitatẽ nacti,affecissent etiã teterrima cla-
de.Ob eamq; rem Mosen posteros ad vltionem astrinxisse,mandasseq;,omnem gentis memo-
riã,siqñ vlciscendi occasio data esset,abolendam.Cęterũ nunq̃ videri maiorẽ a deo optimo oc-
casionẽ genti datam q̃ tunc,quũ Israelitarum opes eo auctæ essent,vt nulla tam valida gẽs fo-
ret,q̃ par illi futura crederet̃.Impie proinde eum facturum,nisi tã insignẽ iniuriam ab vna gen
te maioribus illatã,cuius vltio diuina magis volũtate q̃ humano consilio,in sua tẽpora dilata
videri posset,pio iustoq; bello persequeret̃.Nec verẽdũ esse,ne non oĩa prospere cessura essent,
q̃ nõ minus pie q̃ iuste gerẽda sint.Et qđ ad victoriã attineret,siqua sibi futurorꝝ ꝓuidẽtia eẽt
q̃ tota ex pietate penderet,haud dubitare se quin pręsens numen volensq;,gerendis reb⁹ eẽt af
futurum.Hæc Samuelis denunciatio bellicosum natura regẽ facile ꝓpulit, vt in Amalechitas
continuo mouerit.Copiis igitur instructis ꝑ occulta ab initio loca duxit,vt incautũ hostẽ ad
ortus cõmodius opprimeret.Multi mortales improuiso accessu ꝑ agros vagi,ac nihil minus q̃
bellũ expectantes capti cæsiq; sunt.Inde hosticus ager ferro & igni vastat⁹,nouissime vrbes,&
castella opibus & cuniculis captę,excisæq; sunt:Neq; sexus neq; ætas vllum ĩ cæde fecit discri
men,omnes ad vnũ ꝓter Agagũ regem interfecti.Ab huius cæde ob eximiã corporis pulchri-
tudinẽ Saulus ferrum abstinuit.Samuel captum pecus perdendum cũ ipsis viris censebat.Cę-
terum rex siue prædæ cupiditate captus,siue vt militibus gratificaretur,quadrupedũ vim in
gentẽ domum abduxit.Nulla vnq̃ lætior victoria Hebræis contigisset,(nam a Canobico Nili
ostio vsq; ad Erithręum sinum ꝑpetuo victorię cursu omnia Saulus armis subegerat)nisi dira
quædã mandatorum obliuio ipsius animũ cepisset.Qui quoniam Amalechitarũ regem seruas
set,quũ tota alioqui gens perdenda esset,captiuumq; gentis pecus auertisset, prophetæ prędi
catione cognouit,quia parũ rite numinis mandata seruasset,fore,vt ipse non multopost regia
dignitate priuaret̃.Miror Iosephum tradidisse a Canobico ostio ad Erithræũ mare omnia Sau
lis ductu a Iudæis subacta,quũ Canobicum ostium omnium Nili ostiorũ sit vltimum Libyam

Indoles I Ionatha.

Exercitus charitas in Ionatham.

Samuel.

Cõtra Amalechitas.

Amalechitę bello petuntur.

Saul⁹ oraculo corripit̃.

versus. Qꝫ si sic res quoq; gesta esset, nõ Arabes solũ, sed Ægyptios quoq; q ad mare sunt Amalechitas appellatos accipi oporteret. Etsi tempestate illa, pars q̃ nũc Ægypti maritima est, magna ex parte (qđ alio est loco memoratũ) sub aquis fuit. Multo itaq; vero ꝓpi⁹ illud, vt ad Pelusiacũ ostiũ, qđ Arabię oĩm propinquissimũ est, insignis alioqui, victoria, nec vlteri⁹ ꝓcesserit, ꝓsertim quũ in Amalechitas sit bellatũ, non in Ægyptios. Saulus cælestibus minis exterritus primo factũ excusare conatus est, inde ab Samuele cõtendit, vt nõ prius a se abscedat, q̃ id scelus sciret expiatum. Id quũ ille facturum negasset, sciebat eñi litari nõ posse, iã retro abire cœperat, quũ ꝑcibus primo: inde vi senẽ Saulus remorari adortus, reluctãtis palliũ temere discerpsit. Tum ille in regẽ cõuersus: Sic tua ingt nõ multo post lacerabit dignitas. Cęterũ quo grauiora ille denũciabat, eo maiorib⁹ rex precibus contendebat, ne se cõsilii incertum, malorũq; expectatione cõfusum destitueret. Rogare obtestariq; vt sineret se exorari, imitareturq; in eo cęlestis numinis, cui gratissimus esset, naturã, ne pœnitẽtiã auersaret. Fateri se peccasse, sed facti vehemẽter pœnitere. Nullũ se expiationis genus nõ aris adhibiturũ, vt venia impetraret. Hęc seni pudorẽ imposuerunt vlterius tendendi, vnaq; cum rege Galgalam concessit. Vbi prophetę

Agagus rex occiditur.

iussu Agagus rex occisus est. Inde pacto sacro, quũ diuersi abiissent, Saulus Gabaã reuersus est Propheta in Ramathã vrbẽ, qui haud multis interiectis diebus oraculo monit⁹ in Bethleẽ venit: Dauidẽq; Iesse ortum regẽ inunxit. Fuit Iesses Obedis fili⁹ ex Boosso & Ruthe geniti, quo apparet innocentiã, & pietatem in humanis, nõ opes & nobilitatẽ a superis probari. Iustitiam amat cæli numen, ꝑpetuisq; auget incrementis: Quę quo humiliore suscitat loco, eo sublimiore collocat. Ignobili auo natus diadema gessit, nõ malis artibus, sed cæli prouidẽtia q̃sitũ. Nec ipse tantũ regio insigni potitus est, sed filio deinceps, &. XX. ab eo procreatis longa serie gestã dũ tradidit. Et qđ ad diuinã attinet prouidentiã, pascebat tum oues Dauid foris, quũ Samuel ad Iessem venit, eius fratres, qui tũ patri aderãt sacrificio admoti sunt, vnusq; post aliũ a ꝓpheta repudiati. Ceteris itaq; reiectis Dauid in vrbẽ accersitur, quẽ Samuel cõfestim regia cerimoniã inunxit. Fert Dauid flauo colore fuisse, neq; ingrato aspectu, psalterii & hymnoꝝ peritissimus, qua Saulus phama impulsus, qm̃ iam inde, ex quo irã numinis incurrerat, maloꝝ dęmonũ incutsu exterrebat, edoctus hymnicis cantilenis posse terrores illos leuari, adolescẽtẽ ad se vocari iussit, oĩm adhuc, q̃ acta fuerant, ignarus. Miror nullam insidiarũ suspitionẽ incidisse, ꝗ neq; pater regis iꝑiũ expauerit. Sed quacũq; spe ille fretus, nihil (qđ satis cõstat) Dauid cũctatus ad regẽ ꝓfectus est, cuius indolem animiq; promptitudinẽ Saulus miratus, militia inauctoratũ, multis militaribus donis insigniuit. Subsedit inde Dauid apud regẽ, qđ p nuncios vt bona venia adolescentem penes se habere liceret, a patre iꝑetrauit. Nec multopost Philistęi rebellarunt, ingentiq; armoꝝ apparatu Israelitarũ fines inuaserũt. Nec rex multũ in mora fuit, sed ĩpigre primis hostiũ motibus cum valido exercitu occurrit. Fecerãt illi castra inter Sochonem & Azechã, Israelitæ iugũ montis occupant, hostiũ capitibus imminens. Philistęi situs iniqtate aĩaduersa castra in tutiorẽ locũ haud procul inde transferunt. Dirimebat bina castra tumulus qdã, hunc Philistæi generis vir quidã immani statura (Goliadi fuit illi nomen) insigni armoꝝ habitu, cũ pluribus occupat. Iosephus nisi parũ integre id in eõ legit, author est, septenũ pedũ Philistæũ quadrante minus fuisse: q̃ proceritas ne nostra quidẽ tempestate sit in aliquo conspicua. Veriora itaq; mihi videnť, q̃ in Bibliacis libris tradunť, senũ cubitoꝝ & palmi fuisse ei⁹statură, q̃ denos quadrante minus habuerit pedes, quum aliquãto ꝓceriore Orestes fuerit, si vera sunt q̃ Herodot⁹ de eo memorię ꝓdidit. Sed quęcũq; fuit hoĩs magnitudo (fuit enim oĩno eximia) loricam quinũ miliũ siclorũ induit. Ferrum, qđ fuit hastæ ꝓfixum, Siclos appẽdisse tradit sexcentos, id est drachmas mille & ducentas. Conspicuo igiť ille loco constitutus, horrende inclamat. Israelitarũ fortissimũ sibi occurrere postulat. Parũ prudẽter Philisteos Iudæosq; facturos, si cũ duoꝝ ꝑiclo periculo defungi possint, de summa rerum totis viribus, nõ sine alteri⁹ partis ꝑnicie malint dimicare. Paratum esse se ea cõditione in pugnã descendere, vt si victus sit cedant ꝑpetuo Philistęi Israelitis de regno. Sin cõtra qui secũ cõgressus esset vinci cõtigisset, seruitutis iugũ (vt siqñ alias) Iudęi acciperẽt. Tenuit ea ꝓuocatio plures dies, nõ sine Hebræorũ rubore, q tacita cõfessione se eo gñe pugnę victos fateri. Dauid interim tribus fratrib⁹ circa regẽ cõmorantibus ex militiæ vacatione dabat apud patrem rei pecuariæ operam. Quum igitur bellum vna prouocatione staret, ita forte accidit, vt iussu patris ille cibaria fratrib⁹ in castra tulerit. Qui quũ inter suos ibi versaretur, ecce interim Goliad ex solita statione cõspectus Israelitarum fortissimum de more prouocat. Ad cuius vocem quum mœstum silentium teneretur

Dauid iungitur rex.

Goliadis magnitudo

Goliadis ꝓuocatio.

Dauid ab vxore carpitur.

Dauidis piū respōsum.

Dauid phibetur tēplū condere.

uersa) Adrazarum regẽ ingẽti prelio superauit. Fert̃ ea pugna ad quinq; & viginti hostiũ milia occidione occisa. Nec ita multo post Adadus Damascenorum Rex audita aduersa Adrazari pugna, cũ valido exercitu ad eũ pfectus ad reparãdũ bellũ ppulit. Tũ vero ictis copiis secus Euphratẽ nihilo meliore euẽtu q̃ antea cũ Israelitis cõgressi, viginti milib⁹ hominũ amissis acie excessere. Apud quosdam reperio haud vno plio cũ Adado debellatũ, sed vario euẽtu sepius fuisse dimicatũ. Verũ nouissimo prelio qđ ad Euphratem fit cõmissum, Damascenorũ opes accisas. Quibus valide pfligatis Dauid castra Damascũ admouit. Atq; oib⁹, q ea pte Syriã incolũt, tributũ imperat. Aurea Adadi arma, arcũq; & pharetrã victor Dauid in Hierosolymã reuersus Deo optimo dedicat. Repertus inde bello est Adrazarus, Bachiaq; & Machonea vrbes ex eo captę, vtrobiq; ĩgẽs preda q̃sita, & in ea argenti & auri immẽsum põdus, æris quoq; vis tãta vt argẽti pciũ auriq; superarit, satis cõstat ex ea materia vas illđ ĩsigne cõflatũ, qđ mare fuit a capacitate (vt arbitror) appellatũ, pulcherrimosq; cantharos quos ante tẽplũ (vt suo explicabit̃ loco) Salomon dedicauit. Thous Emathenorũ rex Adrazari clade territus filiũ Adarã ad Dauidẽ cũ ãplissimis munerib⁹ misit. Is clarissimã regi victoriã primo patris nomine gratulatus rogauit, vt dona q̃ secũ ab illo attulisset regię supellectilis instrumẽta benigne acciperet. Erãt ea vasa aurea & ĩ his argẽtea & ærea quędã antiq opis. Sũma deinceps eorũ, quę postulaturus venerat, hæc fuit, vt Thoum regẽ Dauid sibi in sociũ & amicũ ascisceret. Et munera accepta sunt, & Ematheni cũ rege in societatẽ recepti. Atq; hęc Dauid vna felici expeditione gessit. Nec min⁹ pspere in Idumea p Abisaim Ioabi fratrẽ, interea aut certe nõ multo post res gesta est, duodeuiginti milibus hostiũ in plio cęsis. Bibliaci libri in Salinarũ valle cędẽ hãc Dauidis ductu editam significare videnť. Finitimis igiť regibus ac populis circũiectis, partim bello domitis, partim in fœdus & amiciciã receptis, ad res domi cõponẽdas cõuersus Abiatharũ Abimalechi filiũ sacerdotum principẽ creauit: Rerũ gestarũ cõmẽtarios scribẽdos Iosaphato Achiludis filio dedit: Sacrorũ scribã cõstituit Saraiam: Militię pfectũ Ioabũ, etsi alio Saraiã loco pfectũ cõstitutũ significare videnť ii, quos sequnur, q primus muros hostiũ trãscẽdisset, filios circa se psidio esse voluit: eratq; Dauid in his maxime occupatus, quũ indicio cõperit Ionathę filiũ esse in Lodabaro vrbe: ĩ quẽ locũ sub id tẽpus quo auus & pater vna acie victi occubuerũt, fuerat a nutrice delatus, excussusq; media illa trepidatione e muliercułę manibus crus fregisset, claudusq; ob eã cladẽ esset factus. Meritorũ Ionathę patris ĩ se haud ĩmemor Dauid puerũ ad se accersitũ patria charitate cõplectitur, oĩa, quę patris auiq; antea fuissent, libere possidere permittit. Adiecit & dignationẽ psenti liberalitati amplissimã, vt regio is cõuiuio ppe tuo accũberet. In hoc Iudaicę res erãt statu, quũ Ammonitarũ iniuria iusto in se bello Israelitas armauit. Eius gẽtis rex p id tẽpus vita decesserat, regno adulescẽti filio p manus tradito. Ad hũc legatos Dauid misit, q dicerent, Israelitarũ regẽ dolenter amici regis interitũ audiuisse. Sed quia eũ hominẽ natũ non ignoraret: nõ tã illius casum sibi dolendũ censere, q̃ viri amicissimi memoriã pietate & officio colẽdã. Qđ suũ studiũ ne filio parũ perspectũ esset, p magno negocio habuisse se mittere qui cũ illo veterẽ pacẽ nouo fœdere renouarẽt, adulescẽtẽq; vt ĩ paterno studio pstaret hortarẽtur. Quę res nõ magis ad totius gẽtis ociũ & quietẽ, q̃ ad regni incolumitatẽ pertineret. Ad ea q̃ legati dixerãt, imprudẽs adulescẽs nihil respõdit. Cęterũ istructus ab iis, quos secretiori cõsilio admouerat, sub legatorũ persona suarũ rerũ exploratores ad se missos inclamat, vt quũ p ociũ oĩa cognouerint, facilior ipsorũ regi in Ammonitas fieret accessus. Iure igiť se p hostibus eos habere posse, sed cũ ignominia tãtũ dimissurũ. Hęc ille, barbęq; dimidiũ singulis tõderi iussit, vestibusq; dimidiatis seminudos ad Dauidẽ remisit. Mox iure gẽtiũ violato, q a apparebat Iudaica arma, nisi regis morte principũ ve ea expiareť iniuria, haud multo post motũ iri, vndiq; Ammonitę pti foedere, ptim stipẽdio matura cõtrahũt auxilia. Nã & ad Syrũ Mesopotamię regẽ mille talẽta missa fuisse cõstat, vt cũ viginti milibus armatorũ auxiliũ ferret. Missum & ad Maccheorũ regẽ stipẽdiũ, & ad Bistoum duces fortissimos, q & ipsi ĩ partes belli venirẽt. Ioabus in Ammonitas a Dauide est missus. Tẽdebãt auxiliares copię remotius ab vrbe in loco cui Curio fuit nomẽ, Ammonitę ante portas vrbis castra fecerãt, Israelitę ĩ medio cõsedere. Et iam oĩa ad pugnã spectabãt, Ioabus Abisaẽ fratrẽ cũ parte copiarũ Ammonitis in vrbẽ versis obiecit, ipse in stipẽdiarios regis mouit: ea parte, qua plus viriũ stetit, acrius est cõcursum, fuitq; pugna diu anceps neutra acie pulsa. Demũ eo, vnde ius stetit, victoria inclinauit. Fusi sunt

Hebraicæ victoriæ cursus.

Vasa ærea ante tẽplũ dedicata.

Dauidis instituta.

Gratitudinis exẽplũ in Dauide.

Ammonitę Dauidis legatos violant.

Ammonitę & auxiliares ꝑlio vincuntur.

fugatiq́ꝫ reges,ac multa cũ strage disiectę eoꝝ copię.Ammonitę,& q ipsi minꝰ obstinatis animis ĩ acie steterãt,ob paratũ effugiũ cõspecta suorũ fuga,ꝑcipiti cursu vrbẽ repetũt.Ioabus duplici ꝑlio victor,hostibusq́ꝫ intra mœnia cõpulsis,parta gloria cõtẽtus,victor exercitũ in Iudęã reduxit. Nec multo post Ammonitę bellũ reparãt,Assyriorũ rege Adadezero merce de cõducto,q.LXXX.milibus peditũ & equitibꝰ mille fretus,cũ Ammonitis castra cõtulit. Dauid haud ignarus eorũ,q̃ apud hostes fierent:ipse quoq́ꝫ copias ad bellũ cõtrahit.Et qa cũ validiore exercitu,ac prope ĩuicto res futura erat,bello interesse voluit.Eius igiẽ ductu & auspiciis trans Iordanẽ,vbi hostis obuius fuit,magno ꝑlio vtrãq́ꝫ gẽtẽ supauit.XL.milia peditũ & quingẽti equites ex hostibus desiderati sunt, & qđ ꝑclarũ apud oẽs gẽtes semper fuit,vt Dux duci media acie occurreret,Sobachũ Assyrii exercitus scđm regẽ lõge celeberrimũ Dauid letali vulnere ꝓstrauit.Tũ demũ magnę accessiones factę sunt Israelitarũ rebꝰ

Dauid Ammonitis & Assyriis victis ducem Assyriũ ꝓsternit.

vna insigni victoria.Nã vbi in Mesoporamiã allatũ est Adadezerũ ĩgẽti ꝑlio victũ,dimidio copiarũ vel vna acie amisso:multi,q trãs Euphratẽ incolebãt, in Dauidis fidẽ cõcessere,munera ãplissima dono regi trãsmiserũt.Et iã hyems appetebat, cũ victor exercitꝰ in hyberna est dimissus.Rex ipse Hierosolymã cõcessit.Sub initiũ veris iussu regis Ioabus ĩ Ammonitas est ꝓfectꝰ,vniuersam gẽtẽ debellaturꝰ. Interim Dauid vir alioq inclyta iustitia in fœdũ libidinis crimẽ ĩcidit,atq́ꝫ hoc ipm eo fœdius habitũ, quo innocẽtior fuerat ad id tp̃s ipsiꝰ vita,maiorq́ꝫ ĩter suos authoritas. Mala libido nõ adulteriũ tãtũ ꝑpetrãdi,sed & parricidiĩ fuit illi cã, quo apte ĩtelligi põt nullã capitaliorẽ pestẽ voluptate homini a natura datam. Quę mortaliũ mẽtẽ nõ solũ suo statu moueat,diuersũq́ꝫ a ratiõe trahat,sed ad fœdiora etiã q̃ ipa ĩ se habeat sępe ĩpellat scelera. Inambulabat forte rex solus ĩ regię domus cœnaculo, die ĩ vesperũ ĩclinãte,quũ ĩ mulierẽ excellẽti forma se ĩcaute lauãtẽ cõiecit oculos.Bersabeę fuit illi nomẽ.Cuiꝰ pulchritudine capꝰ,accersitã ad se cupideq́ꝫ cõpressam pregnãtẽ haud

Bersabea Vrię.

mlto post reddidit.Verita illa,ne adulterii cõuicta (nã maritꝰ p id tp̃s cũ Ioabo militabat) patria lege puniretẽ:ex quo vterũ se gestare sensit,regẽ rogare nõ destitit,vt phamę suę vitęq́ꝫ piculo iret obuiã.Rex & ipse id crimẽ celari cupiebat. Vriã cũ quo Bersabea nupta erat ex castris ad se venire iubet,eũ a Ioabo dimissũ,postq̃ ĩ vrbẽ venit rex familiari vultu accepit,ac cœnę pte donatũ domũ abire iubet,fore vt postridie cognosceret,ad qđ eẽt ex castris accersitus.Interĩ qa certo sciret amãtissimę cõiugis eũ desiderio teneri,iret & hylarẽ optatãq́ꝫ cũ ea noctẽ ageret. Vrias militaris disciplinę memor, siue patrati adulterii suspitione

Vrię militate exẽplũ

ductus,iter stationarios milites ꝑnoctauit.Qđ factũ posteaq̃ rex cõptũ habuit,ab eo secubitus cãm regrit.Sic natura cõparatũ est vt qui taciti alicuiꝰ culpę sunt sibi cõscii,oĩa ĩ peius interptẽtur.Respõdisse diciẽ haud strenui militis esse,cęteris circa signa excubãtibus ĩ mulieris cõplexibꝰ iacere.Rex diuersum ab eo,qđ gerebaẽ, negociũ assimulãs postero die ait se illũ ad Ducẽ remissurũ. Interim dat operã vt sup cœnã Vriam largiore potu inuitatũ,vbi iã plane vino incaluisset,ĩ vxoris cõplexus a se dimitteret.Sed ille nihilo secius q̃ priore nocte ante regiã ianuã ĩ statione perseuerauit.Huius cõstãtia fuerit ne regi suspecta, haud facile dixerim,satis cõstat p literas Ioabo mãdatũ,vt Vriam p tumultuarię pugnæ speciẽ hostibus perdendũ obiiceret.Quę ille iussa executus hoĩem manu prõptũ ferociq́ꝫ ingenio cũ

Vrię interitus.

paucis ĩ hostẽ ĩmisit.Quibus post certamẽ sub vrbis mœnibꝰ iniectũ ducis iussu ex ĩprouiso subductis Vrias hostibus circũuẽtus mortẽ occubuit.Nec multi deinceps dies ĩtercessere ĩter Vrię casum & festinatas Bersabeę & regis nuptias.Quę post maternos mẽses apud

Bersabea Dauidi iũgitur.

illũ enixa est filiũ.Tũ Nathan,cui cõmercio numinis ꝑcipua inerat futurorũ sciẽtia,ad regẽ ingressus hmõi loquẽdi schemate vsus dicitẽ.Priuatus homo nup graui est ingr rex a diuite quodã iniuria affectꝰ.Plurimi sunt huic ouiũ & caprarũ greges,sunt & boum armẽta. Pauper vxorẽ & liberos multa inopia sustinẽs ouiculã habuit vnã,familię delicias.Factũ est vt quũ vterq́ꝫ alteri ĩ ꝓximo habitaret,paratusq́ꝫ hospiti lautiorẽ cœnã diues esset,ne qd ex suis septis eximereẽ,paupis agnã furto occidi iusserit,ex eaq́ꝫ cõuiuiũ struxit.Flagitiũ ĩgẽs

Nathan Dauidi suppliciũ vaticinaẽ.

Dauid exclamat,ĩsigniq́ꝫ animaduersiõe dignũ,primũ ĩgr olm,ĩopi quadruplũ deberi cẽseo, diuitẽ deĩde extremo supplicio afficiẽdũ.Tũ ꝓpheta ĩ regẽ sedato vultu cõuersus:recte ĩgr iudicas,atq́ꝫ ista ratiõe tu quoq́ꝫ rex inclyte isto maioriq́ꝫ si maius vllũ ĩueniri potest, dignꝰ es supplicio.Nec tibi ꝑsuadeas Bersabeę adulteriũ & viri parricidiũ cęleste numẽ latere.Ira inquit numinis,quã ĩ te merito cõcitasti,iãdudũ etsi domestici dedecoris ignarus plecteris: alienã vxorẽ cõcupisti,cõcupitę cõgressu flagitiose potitꝰ es, Iã & natoꝝ vnꝰ tibi capitalea

molir insidias,tuūq; cubile nefaria libidine polluet,eoq; tendit,vt te sublato regnū occupet. Tali oraculo perculsus Dauid ī grādē luctū & mœrorē īcidit.Iā apte scelus fateri suū,lachrymisq; & miserabili cōploratiōe veniā pcari.Agere porro ille facti pœnitētiā,quū pphetę responso factus est certior,mitigatā pcāb⁹ irā numinis.Fore vt capitalib⁹ īsidiis petitus,grauiterq; vexat⁹,neq; vita priuaret,neq; regno. His ille cōfirmat⁹,spem subita cōsternatione abiectā recepit.Nec ita multo post infans ex Bersabeę illegitimo cōcubitu natus,qd futurum Nathan pdixerat,extinctus est.Priore sobole fato sublata Bersabea iterū grauida facta puerū peperit,quē Dauid pphetę monitu Salomonē appellauit.Ioab⁹ dū rex domi hmōi iactat oraculis:Ammonitis lōga obsidione oīmq; rerū inopia fractis haud pcul aberat,qn Rabathenses inedia & siti cōfecti portas patefacerēt.Id quū Ioabū nō lateret,regi significauit,victoriā ī manib⁹ eē,honorificū regio nomini futurū,si clarissimę vrbis excidio ītefesset,vnde egregia victorię laus illi q̄rēda sit.Probauit Ioabi ī se studiū Dauid,Rabathāq; cōtinuo adequitauit.Sub cui⁹ accessum vrbs dedita hostiliter direpta est. Pręda ibi opulēta parta,& ī ea Ammonitarū regū corona talēti pōdo gēmarū varietate distincta.Ea Dauid corona ppetuo iā īde vsus est. Cęterę Ammonitarū vrbes vi captę pari sunt clade affectę.Florebatq; p hęc Dauidis regnū,quū ipse fauore numinis destitut⁹ ī acerbissimos luctus īcidit,regia domo tragicis sceleib⁹ cōuulsa.Erāt regi vno tpe filii q̄plurimi. Ammon ex Achione matre nat⁹:Eliab ex Abigaile,ex Machaa Toliani regis filia,Absalon:Adonias quē Agita peperit; Habital quē Sephatia: Ietras quē Ægla:q fere illi oēs nati sunt priusq̄ regno potitus esset. Mox ex vxorib⁹& cōcubinis Amnam,pcreauit,Ellunebā,Nathā,Salomonē,Iebarū,Heliebū,Falamnā,Phimnā,& Heliaphū.Et hos qdē oēs virilis stirpis.Sustulit & liberos alteri⁹ sex⁹, quarū Thamare ex eadē qua Absalon matre edita pulcherrima fuit facie. Virginis huius constuprādę Ammonē mala libido cepit.Erat is oīm filiorū natu maximus,q vt cōmodius puella potiret:simulata ęgritudine velut graui morbo victus decubuit.Impetrato deīceps a patre puellę ministerio solitudinē ī cubiculo nactus virgini vim ītulit.Puella ī colluctatione multū diuq; vexata,quū lamētabūda se domū reciperet,in Absalonē fratrē īcidit.Hic illa fletus causam reqrēti,q̄ ab Ammone fratre passa esset multis cū lachrymis exposuit.Vetat Absalon sororē āplius vocē emittere,domesticū dedecus silētio tegēdū dictitās, ne id flagitiū ī vulgi fabulā abiret.Ipse dolore ad tēpus dissimulato biennio post in Baffore vrbe Ammoni percussores subornat,q illū incautū frequēti cōuiuio multis vulnerib⁹ cōfoderūt.Eā cędē Absalon idcirco pcul domo ppetrādā cēsuit,ne patris oculos domestico parricidio foedaret,cōtulitq; se Absalon Gessur ad maternū auū virū opibus florētē.Sed haud lōgo interiecto tpe Ioabo annitēte pmissu patris Hierosolymā rediit. Nec Dauid illū cōtinuo teuersum videre sustinuit,verit⁹(vt credere par est)ne ad primū cōgressum Ammonis memoria subiret aīm,dolorq; recrudesceret:aut certe rē ipsam aliis documēto esse voluit,ne se domestica cęde temere pollueret.Erat iterū ille nihilo minore ītet suos veneratiōe aut gratia,quā pulchritudo corporis ei cōciliabat.Nā pcera fuit Absalon statura,forma elegāti & ad pmerēdā gratiā naturę beneficio cōparata.Mira sunt q̄ Iosephus de eius cęsarie ī historiis pdidit,tātā illi⁹ magnitudinē fuisse vt ducētis siclis appēderet, q quinas vt idē scribit cōficiūt libras.Oīm igit spe tardius ad patrē admissus piternūcios & corā ab Ioabo Absalon poscebat,vt sibi ad patrē aditū impetraret.Quā operā quū parū nauiter ille pstitisset, Ioabi agrū Absalon maturis iā messibus incēdit. Qua Ioabus iniuria cōmotus ad Absalonē egressus, ab eo cū multa querela q̄siisse dicit,qua sua culpa ī segetes agrosq; suos hostiliter grassatus esset.Cui ita occursum ferūt,voluisse se eū iniuria ad colloquiū trahere, quē pcibus nō potuisset.Cęterū vterq; ab altero digressi Ioabus vbi ad regē venit enixe dedit operā, vt cū filio ī gratiā rediret. Absalon ī integrū restitut⁹ ad patris regnū occupādū animū adiecit. Primo militaris exercitationis ptextu ī equis & currib⁹ cōparādis,multū studii adhibuit, inde occulto patris decreta infamare,criminari & iudicia apud litigatores, vt iniqua, & p gratiā plata,iniuste ab eo facti dictitās, q fortunas ciuiū viris parū prudētib⁹ credidisset. Si in suo arbitrio sit regnū iudicia & istituta ī melius mutaturū.His ille vocib⁹ multorū ī se oculos tāq̄ in vnicū malorū oīm refugiū verterat,& iā numerus ingēs mortaliū eū haud dubie,si libera fuissent suffragia,regnare voluisset.Quę studia malis artib⁹ cōparata,postq̄ satis ad rē audēdā esse arbitratus est,Regē adiit,habere se ī animo inqt,si ipsius permissu liceat,in Hebronem proficisci, vt sacra,quę pro sui restitutione vouisset, iāpridē damnatus

Salomonis ortus.

Ammonitarū excidium.

Dauidis corona.

Dauidis p miscua soboles.

Ammon Absalonis consilio interficitur.

Absalonis cęsaries.

Absalō patris regnū ambit.

voti exolueret. Dauid oim q̃ pararent̃ ignarus, haud grauate fecit illi eũdi potestatẽ. Multi ex oĩ Iudea mortales eo cõfluxerũt, accersiti ad id sacrũ, au officii causa sua ipsi spõte venerint, parũ cõpertũ habeo. In hoc hoim cõuentu mentione noui regis creãdi a paucis, q̃ nefarii eius cõsilii pricipes fuere, excõposito orta. leui momẽto impulsa multitudo Absalonẽ regnare iussit. Dauid audita filii defectiõe, reputãs aĩo nõ solũ regnũ rã audaci icõepto, sed vitã quoq; suã a filio p scel⁹ & flagitiũ peti, sapiẽtis eẽ viri rat⁹ & tẽpori & necessitati parere, Hierosolymis nudis calcib⁹ egressus p Oliuetũ mõtẽ sexcẽtis fidelissimis stipat⁹, quoq; opa iã inde ex quo regnare cœperat libẽs fuerat vsus, aliaq; ciuiũ multitu line exilio deuota, ad Iordanẽ fluuiũ iter intẽderat. Et iã ad Chorã locũ vẽtũ erat, vbi multis conuiciãtiũ probris pscindi cœptus est, & a Semeio quodã lapidib⁹ petit⁹. Fuerat huic Saulus rex pnecessari⁹, a residuo itaq; odio illi⁹ multo acerbius q̃ cęteri fecissent, est is ĩ Dauidẽ iuectus: nũc sanguinariũ hoĩem, nũc scelerũ authorẽ appellat. Fuisset ex his, q̃ regis latera stipabãt, vlti Semeia nã illã verborũ intẽperiẽ, nisi Dauid ab oĩ iniuria abstinuisset, affirmans tẽporũ esse rationẽ in primis habẽdã. Absalon vbi Hierosolymã venit, Architophelis suasu (quo hoĩe in occupãdo regno fuerat ĩ primis vsus) vt oẽm recõciliatiõis spẽm cũ patre suspẽsis populoq; aĩmis adimeret, ad decẽ ei⁹ cõcubinas ĩgressus, paternũ lectũ detestabili cõcubitu polluit. Inde cõsultari cœptũ de Dauide opprimẽdo, Achitophele pcẽte, vt sibi. X. milia armatoq; darẽtur, fore, vt his copiis vsus, paucis dieb⁹ aut senẽ ĩ vrbẽ captũ adduceret, aut si capiẽdi nõ daretur occasio, q; in aciẽ nollet descẽdere, ad mortẽ aliquo modo cõpelleret. Hęrebat regi Chusius, quẽ magnis pollicitationib⁹ oneratũ Dauid Hierosolymis reliq̃rat, vt simulata defectione, p eũ, q̃ ibi agerent̃, cognosceret. Hũc ab initio pfessum se libẽter ibi futurũ vbi cęli numen, regni columẽ, caputq; esse voluisset, tẽpestiua satisfactione cõplexus Absalon secretioribus cõsiliis admouit. Rogatus itaq; & ipse sentẽtiã, q̃a magnũ putabat Dauidi periculũ ĩminere, si pri⁹ q̃ suas alicubi opes firmasset, inopinato hostiũ accessu fuisset puẽt⁹: Achitophelis sentẽtiã vt subitã & pcipitẽ refutauit, testatus maiorẽ esse in Dauide rei militaris peririã, q̃ vt a tã paucis supari posset. Quin ex toto regno poti⁹ iuictũ armaret exercitũ, quẽ ipse in callidũ hostẽ duceret. Fore, vt vbicũq; eũ dephẽdisset, corona & vallo clauderet, atq; ita multis difficultatibus circũsessum, aut deditũ caperet, aut fame & siti cõfectũ ad mortẽ cõpelleret. Probauit Absalon id cõsiliũ. Ille vero p Sadochũ & Abiatharũ sacerdotes q̃ filios prõptissimos iuuenes occulte circa vrbẽ ad hoc ipm paratos habuerũt, mãdat id Dauidi nũciãdũ. Parũ abfuit, q̃n illi ab regis eqtib⁹, ad eos pcul vrbe cõspectos retrahẽdũ missis, fuerint ĩtercepti. Agrestis muliercule opa, q̃ in puteũ ãbos demisit, dũ equites cursu pterue hũtur seruati sunt. Mox repetito cursu ad Dauidẽ mãdata pferũt, quẽ in citeriore adhuc ripa amnis sedẽtẽ adepti, oĩa q̃ a parẽtibus occulte p ancillã acceperãt, ordine exponũt. Ea vbi nũciata sunt, Dauid haud amplius cũctãdũ ratus, trans Iordanẽ vado superat. Achitophel indigne ferẽs Chusiũ sibi apud regẽ in sentẽtia prelatũ, ratus ad hęc futurũ, vt Dauid Absalonis desidia omni periculo defunctus, haud multo post regnũ recuparet, ac tũ oẽs q̃ Absalonis cœptis ab initio fauissent, extrema oĩa pati cogerent̃, iumẽto sedẽs Gilonẽ se cõtulit, hicq; eorũ metu, q̃ sibi impẽdere arbitrabatur, laqueo vitam finiuit. Absalon copiis ex omni cis Iordanẽ Iudea cõtractis, ĩ patrẽ hostiliter mouit. Dauid & ipse fluuio superato ĩ Galaaditas delatus a Bergileo, Sypha, Machiro, & aliis ei⁹ gẽtis lõge principib⁹ cõmeatu & armis adiutus, veniẽtẽ hostẽ nihil expauit, q̃n tripetito illũ aggredi adort⁹, partẽ copiarũ vnã Ioabo dedit, alterã Abisai ei⁹ fratri, q̃ reliqua fuit Etheo Gethensi viro ĩpigro data. Ipse ne hosti occurreret, duces & oẽs, q̃ pssidii causa illi apparebãt, monẽdo hortãdoq; vt pugna abstineret, ęgre obtinuerũt, tutius fore astirmãtes, quocũq; euentu dimicaretur, eũ ĩ tuto esse. Nã si (qđ euenire nollẽt) parũ pspere cõflixissent, icolumi rege apparebat facile bellũ posse instaurari. Qui si fuisset extict⁹, nulla reliqua spes extorrib⁹ melioris fortunę esset amplius. Prefecerat copiis Absalõ Amasam Ioabi cõsobrinũ. Hic Saruia erat nat⁹, ille Abigea duab⁹ Dauidis sororib⁹. Iosephus author est Dauidẽ ducib⁹ ad pugnã exeũtib⁹ sollicite pcepisse, vt Absaloni in plio parcerẽt, darẽtq; operã, quãtũ in ipsis esset, vt is extra periculũ haberet̃, haud obscuro patrię pietatis ĩ filios argumẽto, quo ĩtelligi potest nũq̃ tã grauiter a liberis delinq, q̃n ad flectẽdos parẽtũ animos, nõ illis locũ paterna relinquat pietas. Ioabus ita suos ad pliũ instruxit, vt syluã a tergo haberẽt: ob id (credere par est) ne insignis suorũ paucitas nimis fieret cõspicua, adderetur q; ob id hostib⁹ anim⁹ ad se & suos circũueniẽdũ, aut certe

[Margin notes: Absalon rex creat. — Absalon Hierosolymã occupat. — Achitophelis & Chusii cõsilia sibi cõtraria. — Achitophelis infelix exitus. — Dauidis copię. — Paternę pietatis exemplũ in Dauide.]

ad insidias is locus est cōmodior visus. Nec Absalon cūctātius ī Ioabū aciē explicuit,raro alias īter Hebręos tāto animorū ardore est dimicatū. Regnū victorię pmiū in medio erat: his amissum recupare volētib9,nitētibus illis ne semel occupatū amitteret. Horrere adhaec multi psentis belli exitū,incerti quatenus victor exercere statuisset victoriā:ita īter spem & metū aliquādiu dimicatū. Cęterū militaris rei peritia lōgusq; bellādi vsus Ioabo gradū ad victoriā fecit,Absaloni acie pulsi ī pximas syluas effusa fuga cōpulsi sunt,cōpulsos vrgēt regii duces,passimq; cū multa cęde dispalatos agūt,multi ī fuga capti: sed multo plures cęsi. ad.XX.milia hoīm desiderata dicūt.Absalon vbi res pditas vidit, regiā mulā ascēdēs fugā molitus est.Hic diuina poti9 puidētia q̄ casu accidisse crediderim,vt p cōpēdia syluarū fugiēs,comātibuscapillis aurę īpulsu huc & illuc temere disiectis,ramoq; paulo eminētiore tenacius afflictis,quadrupede suo īpetu lōgius euecta,tenaci comarū nodo sublimis pependerit.Eū ex arbore luctātē gregarius miles intuitus,inopinatū hostis casum Ioabo nūciat, ad quē perimēdū quū is,qui nūciarat,neq; precio neq; imperio cōpelli posset(sciebat eī longe aliter a patre mādatū)dux eo pgressus iaculo suspēsum trāsfigit.Isq; fuit Absaloni exit9:q dū patrē regio solio deturbatū ad īteritū persequit:tā infeliciter periit, q̄ impie tale fuerat facinus adortus.Moabini milites,quos suo cursu dux ad locū cędis traxerat,in subiectā foueā Absalonis corpus demisere, tāta vi lapidū supiniecta,vt iusti tumuli ea coacervatio pbuerit speciē.Chusius Absalonis interitū nūciauit patri,quū de victoria nōnihil antea rescisset:quo nūcio pculsus adeo dolēter se humi afflixit,vt nullo grauiore casu potuerit āplius,nūc pugnis sibi tūdēs pectora:nūc capillū sibi & barbam vellens,extincti nomē flebiliter inuocat.Deformata certe erat tā speciosę victorię celebritas,nisi Ioabus occurrisset idētidē eū admonēs, videret ne hostē lugēdo eos qui ī fide māserāt ex amicis hostes faceret,cupere milites operā a se fortiter nauatā a rege,p cui9 regno & vita dimicassent,publice pbari,nō hostiū īteritū lugeri.Quib9si vicere cōtigisset:nemo inqt eo͡r,q p te hodie,Dauid,steterūt: supuicturus fuisset.Quin illud poti9 subeat animū,aut te cū tota domo,cū amicis & necessariis oībus cadere potuisse:aut Absalonē,q victor hęc oīa p scelus fuit crudeliter pditur9. Ambo stare nullo mō potuissetis. Q; si illū ī tā nefario īcœpto tibi supstitē optabas,satius fuisset bello & auxiliis reiectis teipm inermē crudelissimo hosti cū oīb9 tuis trucidādū obiicere.Hęc ille nō tēpestiue magis q̄ vere locut9,a luctu & dolore facile reuocauit.In publicū q; pgressus Dauid victorē exercitū ad se veniētē,multis laudib9, mutuaq; cōgratulatione excepit.Absalonis morte īter suos vulgata,q pugnę supfuerūt metu cōsternati,ī vrbes q̄sq; suas diuersi abierūt.Nec multo post pposito regis edicto,q ea res nulli eo͡r,q Absalonis partes secuti eēnt,foret fraudi,cōcessa īsup Amasę militię pfectura,p oīm tribuū legatos Dauid in regnū restitutus est.Pons Iordani est īposit9,quo veniēti illi lęta multitudo se obuiā effudit.Hic Semeius q pbro & maledictis Dauidē ab initio īcesserat, ad eius pedes prouolutus veniā īpetrauit.Occurrit & Memphibus squalore cooptus apud regē falso insimulatus, q res nouas molitur9 Hierosolymā Dauide eiecto cōcessisset, verū posteaq̄ regē docuit fuisse se ī sordib9 & luctu, q̄diu de regno īter patrē esset & filiū disceptatū,dimidiū bono͡r q̄ Dauid Sibę,a quo falso fuerat ille defectiōis īsimulat9,habēda dederat,restitui velle se pnūciauit.Ad quā vocē Memphibus,& hoc tibi inqt rex acceptū refero:Sibas totū habeat.Sat eī supq; mecū pclare actū arbitror,q te patrē & regē ī pristinā video dignitatē restitutū. Per faustas itaq; voces & fauores popli rex Galgala īgressus ī nouā īcidit seditionē,reliqs tribubus Iuditas īcusantb9,q ābitiose nimis ad Iordanēvsq; regi obuiā pcessissent,illi9 fauorē & gratiā in aliorū inuidiā occupaturi.Aduersus hęc passim sibi obiecta Iuditę ita occurrere, nihil cuiq̄ mirū videri oportere:si ī regē tribulē suū p cęteris officiosi videri voluissent.Qd officiū si ptermissum a se esset,merito accusandi sint,ponere se ī nō mediocri gloria, q hominē sui corporis late regnātē viderēt.Hęc magis vere q̄ tēpestiue in vulgus iactata ingētē irarū aestū exciuere.Nactusq; hāc seditionis causam Sibas quidā Bochari filius Beniaminę tribus:Ergo inqt Iuditarū Dauid radix est nō Israelitarū,puidēdū est inqt ne alii sine rege sint.Vix hęc illi exciderāt,quū signo repēte dato cęteris sine īperio abeūtib9 Dauid cū hoībus suę trib9 Hierosolymā pcessit,sollicitudinis & curarū plen9.Nec multis īde dieb9 īteriectis,priusq̄ nouę defectionis vires īualescerēt:Amasam ad nouū exercitū cōtrahēdū mittit,& quū id quoq̄ serū videret,Ioabū cū his copiis,q ad manus erāt, ad nouos defectionis motus opprimendos pręmittit.Processerat Amasas ad Lucabaonem vicū quadraginta sta

Duę Iudęorū acies.

Absalon interficit.

Dauidis pietas ī Absalonē extinctum.

Dauid a luctu reuocatur.

Dauid in regnū restituitur.

Noua seditio contra Dauidem.

Ioabus Amasam interimit.

dia ab vrbe: vbi Ioabus eũ ad se veniẽtẽ ferro scautũ traiecit. Nemini dubiũ fuit id Ioabũ facin⁹ ꝑpetrasse: ꝙ veritus eẽt ne militũ pfectura a se ĩ illũ Dauidis iussu trãsferret. Fuit recẽs hoc Ioabo parricidiũ multo maiori ĩuidię, q̃ olĩ fuerat, quũ pari ęmmlatiõe Abnerẽ oppssiṁ nã ĩ illo fraternę mortis vltio p̃tẽsa est, qđ ĩ ꝑpinq & necessarii hois cęde euenire nõ potuit. Nec Ioabus scđm eã cędẽ Lucabaoni desedit, sed cõfestim in Sibam defectionis authorẽ cũ oĩbus copiis ꝑfect⁹, ĩ Abelmachã vrbẽ metu cõpulit: cõpulsũ vallo & militũ corona cingit. Ceperat metus ingẽs Abelmachitas, postq̃ arcta ꝑmi obsidione cœperũt. Nec in manifesto ciuitatis discrimine liq̃bat: qd potissimũ fieri oporteret, vt se p̃senti periculo subtraherent. Hominẽ publicę fidei creditũ sua spõte ꝑditũ nolebãt, nec a Ioabo adhuc fuerat ad suppli

Mulier e muro alloquitur Ioabum.

ciũ reqsitus. Tũ mulier ĩtegra phama, indoleꝙ minime vulgari, viã ad salutẽ ĩuenit, e muro hęc Ioabũ ad colloquiũ elicuit: quẽ ĩ ꝑximo stãtẽ ita dicit affata. Persuasum oĩbus, arbitror Ioabe vir fortissime, Reges & duces idcirco ab initio Israelitas habere voluisse, vt publicę saluti, totiusꝙ gẽtis incolumitati cõsulerẽt, oẽmꝙ externarũ gẽtiũ iniuriã a suis ꝑpulsarẽt, nõ vt in suas tribus populosꝙ nihil mali meritos ad ĩbitũ sęuirẽt. At nũc (vt video) ad id venim⁹, vt si Deo placet, nulla nostra publica priuatave culpa ꝓ hostib⁹ habeamur, etenim qua ꝑ deũ veteri aut recẽti noxa nos Abelmachitę meriti sum⁹, vt ita hostiliter a vobis oppugnemur? qd misera hęc ciuitas aduersus religionẽ cõmisit? vt nõ solũ ĩ bonorũ oĩm, sed in vitę quoꝙ discrimẽ venitem⁹? Liceat saltẽ dicere, quo nostro facto, qñ ab oĩ culpa lõge absumus, hoc triste excidiũ nobis ĩpẽdeat, vt (qđ ĩ malis aliquod solamẽ fit) nõ desit in quẽ tãti mali inuidiã cõferre possim⁹. Ad ea Ioabus Sibeiana inqt ceruix toti⁹ ciuitatis luet exitiũ, cũ eius morte oĩ ꝑiculo Abelmachitę defungemini. Illius vitã petim⁹: ille nefarię hui⁹ defectionis author ad pœnas deposcit. Sit vn⁹ cęteris documẽto nihil regũ maiestate læsa esse vspiã priuato homini tutũ. Apparuit vno hoĩe sublato, atꝙ, eo pene oĩb⁹ ad id tẽpus ignoto periculũ qđ oculis erat oĩm admotũ ꝑpulsatũ iri: Tũ illa Ioabum rogat, tantisper ab oppugnãda vrbe absisteret, quoad referri ad populũ de ea re posset. Habere se ꝓ cõpto, si ciues edocti sint, in quo vertat totius rei discrimẽ, cõfestim suis rebus cõsulturos. Tãtũ illa ꝑcata est, simulꝙ e muris in publicũ aduolat, vbi circũfusam multitudinẽ docuit, vnam oĩbus ad salutẽ patere viã, si fugitiuũ hoĩem vnũ dederẽt, quẽ ob ea q̃ in regẽ molitus diceret, si procul esset, studio ad suppliciũ requiri oporteret. Credere se nullũ caput magis execrabile iustiusꝙ morti deuouẽdũ, q̃ huius qui potestatẽ numinis prouidẽtia, prophetę ministerio sacratã, nõ magis temere q̃ impie incessere esset ausus. Irent: et si crederent impiis oĩa infesta esse diuina & humana, deuotũ morti caput inermes tenenti arma dederẽt. Stultũ videri ac nefariũ, si dũ alterius noxã tueare, te periculo obiicias. His impulsa multitudo Sibam cõti

Mulieris suasu Sibas interficit.

nuo obtrũcat. Caput eius e muris ĩ hostiũ cõspectũ est proiectũ. Quo viso Ioabus cõfestim iubet milites vasa colligere solutaꝙ obsidione Hierosolymã ad regẽ reuersus est. Israelitarũ regno iterũ Dauidi stabilito dira fames Iudęam inuasit. Sicca torridaꝙ anni intẽperies omnifariã fruges cõsumpserat, res in religionẽ versa, regẽ impulit, vt sacerdotes & ꝑphetas iusserit aduertere, ne ira numinis ea ꝑuenirẽt. Respõsum ab his est, iniuriã, quã Saulus rex Gabaonitis cõtra maiorũ fœdus intulisset, luendã esse, nec eã cęli inclęmentiã prius remissuram, q̃ nefariũ scelus publice vindicaretur. Gabaonitis ad se accersitis sciscitatus rex est: quid facto opus esset, vt sibi ob iniuriã, quã ipsis Saulus rex intulisset, satisfactũ putarent. tum illi, si ex eius progenie qui cladis illius author fuisset, septena sibi corpora dederentur.

Septem ex Sauli familia a Gabaonitis necãt.

Dauidis igitur iussu septẽ ex ea familia dediti sunt, quos illi in vltionem cladis ab authore gẽtis acceptę crudeliter necarũt. Nec ita multo post Philistęi, qui neꝙ bellũ neꝙ pacẽ ferre poterãt, subito rebellãtes regia in se arma exciuerũt. Cęterũ modico negocio victos, Dauid persequẽdi cupidus lõgius in hostes euectus vitę discrimẽ adiit. Achimon vel (vt Bibliaci libri habẽt) Iesbidenobus homo immani statura ꝑgrãdẽ vibrans hastam, in regẽ fecit ĩpetũ.

Immanis statura Philistęi.

Fecissetꝙ se voti compotẽ, nisi veniẽtẽ Abysais Ioabi frater intrepide excepisset, exceptum prospero magis q̃ cauto cõgressu telo cõfecisset. Dauidis periculo Israelitę cõmori decretũ tulerũt, ne q̃ rex esset, ad bellũ exiret amplius. Philistęi acie fusi et in Gazã vrbẽ cõpulsi, de

Rex ne sit in pręlio.

reparãdo bello noua cõsilia agitabãt. Sed tã prospere q̃ sępe alias Israelitis in eã gentẽ haud multo post bellatũ reperio, Sobochiꝙ in eo bello est virtus ĩ primis illustrata, ob plerosꝙ immani magnitudine viros ab eo in acie cõfectos. Eiusmodi hoĩes ab enormi ꝑceritate corpo

Gigantes.

ris ex Gigantum genere sunt vulgo crediti. Parẽ laudẽ ꝑximo bello, qđ haud lõgo interie

eo tēpore est cum ea gente gestū:Ephan regis pernecessarius est consecutus.Sāmæ Ionathas fi
lius ob ꝓsperā pugnā in Philistęū,sex cubitoꝝ magnitudine,senos manibus articulos, totidēq;
pedibus habentē,& ipse in pręcipua fuit deinceps apud regē populareſq; suos gloria.Dauid oī-
bus circa gētibus pacatis religionis studia cōplexus,hymnos trimetros edidit,& cū his pētame
tros versus plurimos,qui sabbatis festisq; diebus sacris solēnibus canerent.Verba carminib⁹ cō
plexa diserte quędā in sacris libris legunt.Adiecit his Decachordem Citharā & Nabla.xii.vo-
cū.Cymbala ad hęc ærea grādia quidē & lata. Placuit ad hæc oēm Israelitarū gētē cēseri,Ioabo
& scribis negocio dato.Nouem mēsiū spatio res acta est,ac pręter Beniaminā tribū & Leuiticā,
quas numerari nō cōtigit:in cętero corpore vndecies cētū milia virorū,qui arma ferre poterāt,
censa dicunt.Quē numerū vt parū credibilem cūctātius posuissem,nisi Iosephū authorē cū sa-
cris libris haberē.cęterū quia in agēdo censu Mosis institutū fuerat ꝑtermissum,ꝙ non viritim
Deo siclū obtulisset populus,expiandū id propheta proclamat,magnaq; clade populi luendū:
quę vel fame publica,vel hostiū victoria,aut certe pestilētia esset adeunda. Dauid pestilentiā ne
ipse extra periculi aleā foret,optasse dicitur.Quo factū fit vt paucissimis diei vni⁹ horis septua
ginta hoīm milia cōsumpta dicātur.Qua suorū pernicie Dauid cōsternatus saccū induit:ieiu-
niū agens multis lachrymis humi sedēs veniam est a deo precatus.Eaq; demū impetrata iussus
est oraculo in area Ornę Iebusei altare cōstituere,ibiq; victimas immolare. Vetus opinio tenet
hic loci Isaachū olim ab Abraamo patre diuinę arę ꝑ hostia admotū. Salomon eodē loco post
ea templū erexit:quod vt magnificētissimo erigeretur apparatu, decem milia talēta auri,centū
argenti seposita,Dauid habuisse dicitur:ferri pręterea,æris & vasorū ad ornatū templi immen-
sum pondus,octoginta hominū milia lapidicinę admota,& ad materiā omnifariā apportādam
multitudo nihilo minor. Id opus secūdum religionem Dauid Salomoni filio,quē sibi successo-
rem,nō solum humano iudicio,sed oraculo etiam destinarat,in primis demandasse dicitur,Estq;
ille prius rex ǭ pater vita decederet declaratus.Etenim Dauid iam senio defectus,ac tam morti
propinquus vt medicoꝝ monitu ad effœtū viribus corpus calfaciendū virguncule cōplexu no
ctu foueretur,cōperissetq; Adoniā filiū quarto loco natū,celebrioris conuiuii specie,cū plęrisq;
cōsilia de occupando regno agitasse,cuius conspirationis ne Ioabus quidē esset expers,Natha-
nis ꝓphetę verbis monitus,vt filio prospiceret.quē numinis prouidētia sciret regnaturū,impē-
sissimis ad hęc Bersabeę matris precibus cum fletu mixtis perpulsus,Salomonem regia sedentē
mula,stationariisq; militibus septū ad fontem extra vrbem per Nathanē ductū ex improuiso re
gem inungi iussit:inde per vrbem circūuectum regē populo salutādū dedit. Qua subita decla-
ratione perturbatus Adonias,& qui cum eo erāt ab incœpto destiterunt.Dauid populo ad cō
cionem vocato,quū vis mortaliū ingens adesset,trib⁹ & viginti milib⁹ hominū a trigesimo ad
quinquagesimū annū construendi templi curam delegauit,iudicum & scribarum sex milia con
stituit,par huic numerus additus eorum,qui psalmos & hymnos canerent.Ex Mosis inde pro-
genie lecti,qui sacris thesauris præessent.Ex leuitarum numero sacerdotes,& sacrorū ministri.
Est & exercitus in duodecim partes diuisus, quarū singulæ tribus quatuor & viginti armato-
rū milia habuere.Singulis partibus sui cēturiones,suiq; tribuni ascripti. Statuit Dauid & alia
quædā circa vrbis totiusq; Iudaicęq; rei statum.Quibus ex sentētia confectis,principes tribuū,
iudices,scribas,& omnes qui in exercitu ductabāt ordinem,ad concionem vocat. Vbi ita verba
fecisse dicitur.Quæ nostra sint in religione augenda regnoq; administrādo consilia,nefas duxi
vos ignorare Israelitę viri,quos haud indignos iudicaui,vt vtriq; rei administrādę a me potis-
simū pręficeremini.Cæterū,quod ad diuina attinet,merito aliquis mirabitur,quid sit,ꝙ in am-
plissimo extruēdi templi apparatu tam diu fuerim occupatus,eximii tamē operis huius vel sal
tem inchoati laudem mecum ferre noluerim.Desinat sane id mirari quisquis sciuerit non meā
magis ǭ numinis volūtatem principiis obstitisse:parabam ego iam antea magnificētissimi tem-
pli fundamēta iacere,quū ꝓphetę voce sum monitus,velle cæli numen sibi in terris augustū tē-
plū ędificari,sed rei authorē displicere. Quippe ǭ ob bella multa & varia,ǭ iuuenis gessisset,im
puris esset manib⁹ tā piū opus inchoaturus.Filius successor regni,qui nulla esset cæde pollut⁹
multo melius poneret,quiq; in perpetuo ocio paceq; vbiq; parta esset in Iudęa regnatur⁹. Cessi
ergo diuinę volūtati. Verū ǭǭ parū ea laus ad me ptineret,visus sum mihi tñ pie facere,ꝙ oīa
ad clarissimū opus cōficiendū studio & diligentia cōparaui.Et ne omnino parū actū arbitremi
ni,haud vos ignorare volo decē milia auri talenta,decies amplius argēnti pręter aliā omnifariā
rerū materiā,a nobis hoc noīe sepositā. Volūtate igit̄ & studio opus est,vt ǭ nos destinauimus

Philisteus mōstrosus.
Psalmi Dauid.
Musica instrumenta.
Iudæorum numerus.
Piaculum.
Pestilentia populi.
Ara.
Apparatus futuri templi.
Solomon rex creatur.
Constitutio sacrorū & ciuilium ordinum.
Dauidis oratio ad suos.

vos,quibus id permissum est,ad exitū perducatis. Sed de tēplo hactenus, haud vereor,ne non semp pietas potius q̄ desidia sit vobis curæ futura.Reliquū de quo ad vos verba facturus veni, ipsa ē noui regis declaratio.Enīuero licet plures sint nobis virilis stirpis liberi,mirabiť aliqs,qd sit,ꝙ Salomon mihi pręcęteris tantarū fuerit opū successor cōstitut⁹,quū & alii fortasse nihilo minus digni essent,in qbus pclare id decus tutoq; locari potuisset.Sed vos tam hoc q̄ ipsam tē pli ędificationē diuinę volūtati ascribite. Ille summus opifex rerū oīm,qui mira sapiētia humana disponit,oraculi voce hūc mihi hęredē noīatim dedit & successorē.Cui nō parere tā vanū ir ritūq; sit q̄ impiū.Sic Iudas natoꝝ Israelis etsi nō maxim⁹ natu,ī maxīa tamē fuit gloria,oīmq; princeps habitus:sic ego fratribus volūtate numinis pręlat⁹.Nec tñ aut illi apud fratres,aut mihi dignitas illa inuidię fuit, pari pietate cū huius fratres,tū vos alios Israelitæ viri,nouo regi diuina volūtate ad fastidiū regię dignitatis pducto parere oportebit. Neq; in eo ętatē aut merita aut vires,sed dei optimi prouidētiā intuemini.Nihil.n.nō rite fit,quod deo fit auspice.Fallūtur sępe hoīm iudicia,diuina falli nō possunt. Quicqd ille voluit euenire,id optimū,ppetuū,mãsurūq; sit necesse est.Supest igiť,ne vana vlla psuasione,regni ve cupiditate,pacē hãc diuina ope nostraq; industria vniuersę gēti quęsitá,turbari patiamini.Quin ille bene imperãdo,vos iustis imperiis parēdo date operã,vt Israelitę res tãtū sanctitate & religione in hoc ocio augeanť,quãtū bellica virtute gloria & opibus,meo aliorūq; ductu ad hūc diē creuere.Quū hęc ille magno oīm assensu perorasset,cōmentariū cū figuratione templi,omnēq; ędificii rationem Salomoni tradidit,idētidem eū hortatus,vt omnibus ad opus cōparatis,magnitudinē rei diligētia & industria ęquaret.Hoc regis studiū,alterū priuatę pietatis est secutū.Multi sua spōte multa ad id op⁹ munera obtulere.Auri tria milia talēta,ferriq; & æris multo plura:statere.X.milia,preciosi ad hęc lapides in eūdē vsum oblati.Laudata est a rege priuata suoꝝ munificētia,oīaq; eius iussu diligēter cōscripta & asseruata.Iussus ibi vniuersus cœt⁹ ob ea q̄ ad id tēpus suo ductu feliciter euenerãt,humi prostrat⁹ vocē ad cælū tollere,Deoq; optimo maximo suppliciter gratulari.Postri die mille vitulos immolauit:mille arietes,mille agnos:estq; populus eo die hilare epulat⁹. Salomon iterū inūctus,solioq; paterno collocat⁹,pro rege cœpit oīa administrare.Dauid ipe iá grãdis natu,haud multo post q̄ hęc gesta sunt,ex humanis decessit.Pietatis & iustitię cultu filio idē tidē cōmēdato mãdasse tradiť,vt ex Ioabo,quū posset,ob duplex parricidiū pœnas exigeret:qd scelus iccirco se rege impune tulisset,qa ob nimias opes,quas ille pspera sibi militia firmauerat, tuto ad suppliciū reposcere nequiuisset.Mireť aliqs ꝙ & Semeii,a quo verbis nouitate suorū tēporū fuerat lacessit⁹,vltionē quoq; delegasset,cui circa Iordanē suppliciter satisfaciēti ignouisset.Cęterū videri potest presagiū poti⁹ id fuisse eoꝝ,q̄ euētura erãt.Periit anno vitę septuagesimo,quū interim annos quadraginta regnū tenuisset: quorū septē in Hebrone regnauit,reliquū tēpus Hierosolymis egit.Salomon filius defunctū magnificētissimo extulit funere.Fuit hic annus quo Dauid vita decessit,quart⁹ & sexagesim⁹ supra cētesimū ac quater millesimū ab orbe cōdito:pcessit idē humanę salutis exordiū annos mille & triginta quīq;,quo plane tpe regnauit Eupales in Assyria q trigesimus fuit a Nino,Codrus Athenis,cui Medon fili⁹ successit.Agis & Archistrat⁹ eius successor Lacedęmone,& in Latio Latinus Syluius,quartus ab Ascanio,q Albã cōdidit.In Phlegręis quoq; Italię cãpis,per id tēpus a Cumeis & Chalcidēsib⁹ ex Eubœa pfectis, Hippoclis & Megasthenis ductu Cumę littorali loco cōditę. Phama est duces ipsos iter se pactos,vt gēs altera vrbi nomen daret,alterius Colonia diceret:atq; ita euenisse aiūt,vt a Cumeis sit loc⁹ nomē sortit⁹:Chalcidēsiū credita sit Colonia.Dauidici quoq; regni tpe Iones ex Attica in Asiã migrasse tradunť Androchi ductu,q fuit Codri fili⁹:ex terra Attica profecti Ephesum (vt Pherecides pdidit)cōdiderūt:ibiq; Ionū regia ab initio cōstituta. Quidã Ephesum multo antiquiorē credidere,vt instauratio illa fuerit nō cōditio.Cęterū neq; vrbs vna ī ea ora ab Ionibus cōdita est:neq; vnius ductu ad ea loca,aut semel ex Gręcia demigratū.Nã & Miletos Nelei genere Pilii opus crediť. Phama est Nestorē Messeniū & ex Piliis multos cū Melantho Codri patre Athenas concessisse,totãq; hãc gētem cum Ionibus in Coloniã missam.Cydrelus eiusdē Codri filius verū nothus Miuntem in eadem terra cōdidit.Andropompus Lebedū Andremon Pilius Colophonē.Epytus Nelei filius Prienen. Teū Nauchus idem Codri nothus, q̄q̄ Athamas prius loco originē dedisset:quapropter Anacreon loci indigena eam Athamãtida nuncupauit.Erythras Gnopus ex Bœotia.Phoceam Atheniēses Philogenis ductu. Clazomenas Paralus,Chium Egertius,Samū Tymbrion,ac deinde Patrocles.hæcq; fuerunt Ionum in Asia ciuitates,quo contigit,vt & terra ipsa sit postea Ionica dicta, cuius extrema ora ob peninsulas

Oraculo Dauid monitus Salomonem successorē constituit.

Peroratio.

Priuata munera ad vsū templi.

Dauidis exitus.

ANNI MVNDI.

Cumæ.

Ephesus.

Ionicarū vrbiū cōditores.

multifariā occursantes mille &.DCC.ambitu stadiorū patet,cū recta linea,quę ab Epheso Smyr
nā decurrit.CCC.sit &.XX.stadiorū nec amplius,& alibi minor adhuc tract⁹,ab vno Caricorū
mōtium Possidio sumente terra initium,in Phoceęq & Hermionicę orę terminū decurrente. Vbi philo-
In hoc breui terrę ambitu philosophię incunabula & ortus extitere. Inde sublimia hoim inge- sophię incu
nia,cælū & oīa naturę opera scrutari ausa,quorū memoria suo cuiusq loco est nobis reponēda. nabula.
Iā vero & Carthago Romani imperii ęmula per hæc tempora in Libya est a Tyriis cōdita,si te Carthago
cte tēpora digerit Eusebi⁹. De huius vrbis origine ob loci claritudinē altius aliquāto est nobis conditur.
historia repetēda.Tyri (vt Trogus credidit)a Phoenicibus oriundi,antiquis sedibus terrarum
motu cōcussis,patrio solo profecti,primo Assyrium stagnum,mox & littus mari proximum te-
nuerūt,condita ibi vrbe,quā a piscium vbertate Sidonem dixere. Sidon piscis Phoenicum lin- Sidon.
gua est. Post multos deinceps annos ab Ascalonitarum rege Sidonii expugnati,nauib⁹ Tyrum
appulsi,nouam ibi vrbem,sub id tempus quo Troia a Gręcis est capta cōdiderunt. Varia dein-
de fortuna ciuitas iactata est. Diu Tyrii Persicis armis vexati,suam tamen libertatem tenuere.
Et si bellorū magnitudine opibus exhausti,pacate tamen agere,ociaq fouere haud poenitenda:
eratq ingens ipsa ob ea,quę gesserat,phama inter finitimos nihil obscura,quū inopinata seruo-
rum cōspiratio ciuitatem oppressit.Cuncti liberę fortunę viri ad vnum cum virili stirpe perie- Serui Ty-
re:serui oppido potiti,vxores & filias eorum quos perdiderāt,sibi matrimonio iungūt. Duo ex rios oppri-
omni ciuiū numero,senex cū filio admodū puero,ob mitē clęmensq imperiū,serui opera occul- munt.
te seruati sunt.Hos ille quū ab nouę ciuitatis oculis seposuisset,ita accidit,vt quū primū cōsi-
lia de creādo rege moueri coepta sunt,is qui mitis fuit in dominos,ad Stratonē (id seni nomen
fuit)totam rem detulerit:Comparatū erat inter seruos,vt qui eorum postridie nascētem solem
primus cōspicatus esset,tanq̄ superis gratissimus rex cōsalutaretur. Monet hominem de se me-
ritum Straton:instruitq vt quum cęteri in ortum oculos intēdissent,ipse cōtrario statu muro- Senis consi
rum fastigia quę aliquāto prius ab sole feriūtur prospiceret,id senis consiliū secutus ille,primū lium.
solis radiū repēte a tergo demōstrauit,cęteris in admirationem versis ac sciscitātibus,cuius ho
minis id esset cōmentū:nam seruile vt crederēt,nō poterāt in animū inducere,coactus authorē
prodere,de hero a se seruato cōfessus est. Tum vero apparuit quātū libera ingenia seruilib⁹ præ
statent prudentia. Vita itaq Stratoni & filio cōcessa,quadam deorum prouidentia sibi senem Tyri regnū
seruatum rati,regem constituūt.Post cuius exitum filius regnauit. A quo longo deinceps ordi ingenuis re
ne est posteris regnū traditū.Id nefarium seruorū scelus multis mortalibus exēplo fuit,vt dome stitutum.
sticas cauerēt insidias. Alexander Macedo,qui Tyrū longa obsidione cepit,nō tam præsentem Alexandri
temporis iacturam,q̄ nefarię cædis memoriam pertęsus,velut antiquę Tyriorū iniurię vltor,qui vltio in Ty
cūq bello superfuere crucibus,quod seruile fuit supplicium,ad vnū affixit,Stratonis tātum pro riorum ser-
genie seruata,cui gēti eiusdem iussu summa est regni,vt antea permissa.Insulanos vt innoxios uos.
attribuit,vt seruili stirpe sublata noua ciuitas ex ingenuis conderetur.Cæterū ante seruilem cō
spirationem proximo loco relatā,quū Tyrii opibus & multitudine abundarēt,missa in Libyam Vtica con-
iuuentute Vticam cōdiderunt.Eodem tempore aut certe nō multo post Pigmalion a patre re- ditur.
gnū p manus accepit.Fuit huic soror Elisa,q̄ Sichęo auunculo(erat is homo prędiues atq Her Elisa.
culis sacerdos)virgo nupsit.Fuit id sacerdotiū secūdus a rege honos.Sichęus qui haud ignar⁹
erat solere diuitias esse exitio habētibus apud tyrannos,quicquid auri habuit,quicquid argen-
ti,humi cōdidit.Id factum incertis rumoribus iactabatur:etsi incertis multorū tamē in ore erat
fabula.Erat phama impulsus Pigmalion spe potiūdi auri oīs humani iuris oblitus Sichęū auū- Sichæus a
culū insidiis exceptū obtrūcat. Dido(nā & hoc illi postea nomē fuit) dolore male dissimulato, Pigmalione
fratrem primo auersata aperte oderat:mox vbi se quoq inter domesticas insidias destitutam ni interficit.
hilo tutiorē fore cernebat,pacatiore vultu fratrē appellat,ac velut in dies magis viri memoria
obsolesceret dolorē caut⁹ supprimit,occultāq interim molitur fugā.Quę vt tutior sibi cōtin-
geret,fratrē noua arte aggreditur.Consiliū ait cepisse se in fratris regiā migrandi,vt relictis Si-
chæi penatibus vbi illius imagines & alia viri monumēta sæpius occurrerēt,defuncti memoria
animo facilius excideret.Audiit ille sororis verba nō inuit⁹,cōfisus aurū qđ Sichę⁹ antea posse
disset,cū ea ad se venturū.Elisa ministros migratiōis a fratre missos ī naues cū ipsis opib⁹ īponit Elisę cōsiliū
prouectaq in altū cōpellit eos grādiora q̄dā velut pecunię inuolucra ī mare deiicere.Tū plorās callidissimū
ipsa virūq flebili voce inuocās pcat,vt suas opes debitas haberet iferias,q̄ exitii causa extitis-
sent.Tū vero ad ministros cōuersa:Scio(inqt)mihi a fratre insidias vitæq periculū imminere.
Vos videte an extrema omnia pati velitis,qui Sichęi opes,quarū causa nefariū ille cōmisit par

ricidiū,tyrāni auaritię subtraxisti s.Supplicii metu per hęc iniecto fugę comites eos sibi Elisa adiunxit.Affuerāt eadē nocte illi ex nobilissimo ordine q̄plurimi,qui regis saeuitiā auersati de fu-

Elisę fuga.

ga iā antea cū ea cōsilia cōtulerāt.Primo igit cursu in Cyprū delati,vbi Iouis sacerdos oraculi monitu cū vxore & liberis sese Elisę comitē obtulit.Ea vero conditione,vt sibi & posteris sacerdoti honos perpetuus maneret. Sacerdotis postulatio p haud dubio omine est ab Elisa & aliis accepta:inde ex insula in altū abituri,octoginta indigenas puellas,quę patrio more quęstū corpore faciebāt circa littus,vt corripi iussit:quib⁹ celeriter in nauē impositis praecipit cōtinuo pedē ferri.Credibile est voluisse eā,siquādo vrbē cōdere coepisset,vt procreandę soboli paratū ha-

Cypriç virgines.

beret seminariū. Et vet⁹ & Cypricū fuit virgines,priusq̄ nuberēt,prostitui,vt quaestu corporis dotalem sibi quęrerēt pecuniā. Pygmalion subito belli apparatu sororē persecuturus maternis precibus deorūq; minis victus incoepto destitit.Canere ad hęc vates haud impune eū laturū si

Dido in Libyā defert.

vrbis,quę oib⁹ terris celebris futura esset,originē conaretur interpellare.Dido ex Cypro Libycū littus tenuit.Vbi merciū cōmercio quū locorū accolas ad se alliceret,facile impetrauit,vt tantum soli sibi & suis mercaretur,quantū corio posset bouis in orbē cōplecti. Caeterū eo tenuissimas in partes dissecto,maiorē omnino areā est complexa,q̄ ab initio poscere visa esset.Loco ipsi

Byrsa.

postea ab re Byrsę fuit nomen. Confluere deinde eo maior indies accolarū turba,dū plures lucri studio venalia hospitibus deferūt. Vticenses & ipsi audito Tyriae classis appulsu legatos cū muneribus mittūt,qui prosperū cōsanguineę genti gratularētur accessum,quiq; ad noua moenia iis locis,quibus primū cōsedissent,statuenda hortarentur.Iam & Aphros ipsos aduenas detinēdi cupido ceperat.Miro igitur omniū cōsensu(etenim instar erat vrbis effectū:)Carthago

Ostentum Poenis oblatum. Carthago conditur.

cōditur,annuo vectigali indigenis pro vrbis area cōstituto:Hic terra iaciendis fundamētis primū aperta bubulum caput dicitur repertū. Quod auspicium quum omnino displicuisset(est enim id animal etsi operosum perpetuo tamen seruitio subiectū)haud multū inde diuerso loco terrā moliētibus equi caput dicitur oblatum.Quo apparuit bellicę rei studiis celebrem vrbem futuram.Hic tum velut auspiciatorem locum nacti,aedificare incipiunt:breuiq; mortalium frequentia adeo ciuitas creuit,vt neq; Elisam neq; comites praesentis fortunę poeniteret.Florebāt

Iarbas rex.

assiduis successibus Tyriae opes,quū Iarbas Maurusiorum rex Poenorum principibus ad se accersitis Elisam sub belli denunciatione,nisi nuptię impetrarentur, sibi vxorem deposcit. Legati id reginae nunciare veriti(sciebāt enim eā ab omni connubio abhorrere)punico cum ea ingenio egere,vt dicerēt poscere Iarbam,qui se & Aphros māsuetiores mores perdoceret,sed neminem inueniri,qui ad Barbaros ferarum ritu viuētes transmitti velit. Tum ab regina castigati,q pro salute patrię,cui omnia deberētur,asperiorem vitae cultum,Barbarorumq; cōmercium laturos se negarēt: Abs te igitur,illi inquiunt,hoc patrię praestandum est Dido,tu nominatim ab Iarba nō serua,sed cōiunx deposceris,cui nisi satisfactum sit,haud dubium est,quin breui re tuamq; vrbem graui bello videas afflictā.His illa difficultatibus circumuēta Sichęi nomē inuocat cum lachrymis,iturāmq; se professa est,quo sua nouęq; vrbis fata traherent.Spatio deinde ad nuptias comparādas sumpto,cōstitutaq; in parte vrbis pyra,velut Sichęi manes in nouo cōnubio exoratura,daturaq; ob id illi inferias,eodē loco hostias cędit.Inde gladium dextra tenēs

Elisae interitus.

pyram cōscēdit,populumq; intuita ituram se ad virum,vt fuerat ab initio pollicita,dixit. Hęc q; palā locuta se gladio trāsfixit.Q̃diu Carthago incolumis māsit pro dea culta est. Hęc Trogus.Caeterū non desunt,qui a Carchedone vrbem ipsam conditam existimēt. Appianus Alexandrinus Elisę comitem Carchedonem fuisse tradidit. Trogus praeterea Carthaginis originem multo recentiorem arbitrari videtur. Quippe quae annos septuaginta nec amplius vrbis Romae originem praecesserit. Sed siue in haec tempora siue in illa quae Eusebius posuit,cōditio ipsa cōferenda est,satis constat vrbem nobilissimam huiusmodi initia habuisse.Nunc ad res Pa-

Salomonis vltio.

laestinas reuertitur stilus,quas Salomon post patris interitum,a iusta vltione administrare exorsus,Adoniam primo qui viuo adhuc patre de occupando regno cogitauerat,interfecit,Baiaia regii praesidii pręfecto in eum immisso. Inde & Ioabum duplicis parricidii reum ad arā quo se contulerat obtruncari iussit.Abiatharo sacerdoti,qui cum Adonia conspirarat,ob vetus(credo)meritum veniam dedit. Is in Absalonia defectione in Dauidicis partibus fuerat,verum ne recens noxa inulta esset,sacerdotio priuatum perpetuo exilio relegauit,Sadocho in eius locum subrogato.Semeium ea conditione Hierosolymis esse iussit,vt torrentem Cedron non trāscenderet. Qui triennio post quum Gethum iniussu regis proficisci ausus esset, capitali est supplicio affectus.Pius alioqui fuit Salomon clementiaeq; haud vulgaris. Ab his igitur actionibus

ad religionē cōuersus, vrbe presidio cōmunita in Hebronē pfect⁹ mille oues ad arā, quę ibi fuit, Salomonis
immolat: nocte deinceps, quę prime secuta est, per quietē praesentia numinis moneri sibi visus est, somnium.
vt a se peteret, quę in humanis maxime optāda arbitrarer. Ferūt rectā mentē, sanūq; in decernen
do iudiciū a deo precatū. Quod nō modo se impetrare sibi visus sit, sed affluētissimas etiā opes
insuper pmissas, perpetuūq; humanarū rerū successum. Quibus ille summo excussus manifesta sa
pientię presagio numē in primis veneratus, Hierosolymā reuersus paucis diebus adeptę nup sa-
pientię populo experiētiā dedit. Venisse ad eū dicunt mulieres duę pari ignobilitate, sed prolis fe
licitate dispari. Nā quū in eodē domicilio agerēt, essetq; vtraq; eodē tpe marē enixa, ita forte ac-
cidit, vt altera altius somno degrauata, hęrētē vberib⁹ filiū somnolēto extinxerit incubitu. Me-
tu igit supplicii, an alēdi cupiditate incertū, alteri qđ satis cōstat, quā in pximo cubantē dormi-
re senserat, furto filiū adimit, extinctū quiescētis lateri leniter acclinat. Vbi vero dies illuxit, de- Duarū mu
phēsa fraude vociferari hęc, filiūq; sibi furto sublatū arguere. Cōstāter illa factū negare, ac vna cō lierum lis.
uicium illi facere, q impudēs foemina puero negligenter necato aliena, clade vellet orbitatem, in
quā sua socordia incidisset, euitare. Mutuo igit se cōuicio incessentes magnaq; vociferatione ad
regis tribunal cōstitutę: posteaq̄ vtraq; satis cōstanter causam dixit, essetq; ob id iudiciū conie- Salomonis
ctura anceps, stabat circūfusa multitudo in psentis iudicii euentū suspēsis animis erecta. Tū rex iudicium.
ex spiculatorib⁹ vni mādat, vt puerū in duas dissecet partes, vtraq; dimidiū habitura. Visum est
est hoc iudiciū tū primū preceps & temerariū, elicuitq; tacitū risum populo: verū reclamāte illa
cui infans fuerat subtract⁹, malle se viuū puerū alteri addici, q̄ sibi dimidiatū reddi: neq; interim
quę puerū furto subtraxerat matri, decretū nutu aut voce detrectaret, cēsuit rex huic infantē re
stitui, quā manifesto charitatis argumēto matrē iudicauit, q infantē viuere maluisset, q̄ in alte
rius inuidiā peremptū iri. Vertit id iudiciū populū in stuporem, magnaq; ex eo sapiētiae phama
regi cōciliata est. Nec res iudiciaria tantū caelestē illius mentē ostendere, sed omnes philosophiae Salomonis
partes ab eodem copiosę pertractatę. Enimuero gentilia cantica quinq; milibus carminū est cōple monumēta.
xus. Similitudines quas gręco verbo parabolas vocāt, miro sentētiarū pondere cōscripsit. Disse
ruit ad hęc de herbis, plātis, arborib⁹, de volucribus, piscibus, & animātibus, quae terrā incolūt.
Nihil pene fuit ī toto opere naturę, de quo nō diserte & accurate, quū op⁹ esset, disputaret. Cō-
mētus est & rationē vagorū dęmonū carminibus quibusdam cogēdorū. Iosephus aurhor est vi
disse se Eleazarū quēdam Hebraicę genris hominē, ad eius sciētię experientiā, dandam Vespasia
no & filiis praesentibus frequentiq; militū corona, corpora quędā dęmonibus infessa, immūdis
spiritib⁹ eiectis liberasse. Subiicit, quia res maior visa est, q̄ vt temere credi posset, & curatiōis ra
tionem. Admotus est (inquit) naribus eius, qui malo genio vehebatur, annulus inclusam habēs
sub gemma radicem ab ipso rege in hunc vsum demonstratam. Cuius odore offensus ille confe
stim inde exclusus est. Adhibuit preterea carmen ne infestū nuper corpus ab eo repeteretur, quę
res vt notior vidētibus foret, calicem aquae appositum ab erumpente spiritu Eleazar⁹ subuerti
iussit. Qz quū ille pcepta fecisset, secuta sit icredibilis admiratio, fidesq; arti maior habita. Nul-
lus vnq̄ in Iudęa tā longe lateq; q̄ is imperauit. Ab Euphrate in Syriū mare & Ægyptium pro Salomonis
moti sunt regni fines. Quę res facit, vt magis credibilia videātur, quae ad eius equorū & currū opes.
numero sunt memorię prodita, habuisse eum, nisi forte in numero sit erratū, biiugum equorum
pręsepia quadraginta milia, expeditorum ad pugnam. XII. milia. Eo vsq; ad id tempus Hebrai-
ci regni opes creuerāt. Erant circa Hierosolymā omnia pacata: lateq; (vt dixi) Palęstina res pol
lebat, quum Salomon mandatorū patris haud immemor, templum ab illo destinatū fundare cō
stituit. Ad quod opus celerius expediendū, lignorum materiam in Libano monte mature cęden
dam curauit. Nec tam operarii deerāt, q̄ lignariae fabricae periti, qui ne lōgius quaerendi essent,
Hyras Sidoniorum rex per literas a Salomone requisitus optimos artifices praestitit. Cui q̄diu Batus.
opus tenuit, ex Iudęa quotānis choros tritici. XX. milia dono misit Salomon, totidēq; Batorū Tēpli ędifi-
olei. Erat ea mensura duum & septuaginta sextariorum capax. XXX. hominū milia cupressis catio.
cedrisq; cędendis affabreq; dolādis sunt a rege in Libanum destinata, ita multitudine diuisa, vt
per vices operarētur, vt quarto quoq; mēse in orbem ad opus reuocarētur. Erat & alius maior
numerus lapicidarū octoginta milium: nec multo pauciores his, excisos exactosq; lapides & aliā
omnifariam materiam cōtrahebāt. Templum ipsum quarto ex quo Salomon anno regnare coe-
pit est inchoatum. Fuit is ab eo quo populus ex Ægypto egressus est, quingentesimus secun- ANNI
dus, a diluuio quadringentesimus supra millesimum, a mundi creatione centesimus secundus, MVNDI.
ac ter millesimus. Latitudo templi vicenū cubitum fuisse traditur: sexagenū longitudo: altitu-

Templi forma & apparatus. Cedrus. Cherubici genii. Vas mare dictum. Canthari decem. Altare. Mensæ. Phialæ. Pateræ. Cādelabra. Turibula. Stolę. Zonę. Tubę. Nabla. Templi dedicatio. Holocaustū Salomonis.

do fornice distincta centenū ac vicenum. Inferioris structurę materia ex cādēti saxo. Vestibuli longitudo pari mensura cum fastigio templi. Amplitudo denum cubitorum. Cellę vicenæ huic moli circuniectę peruio inter se vsu, & in his alię superimpositę. Tectorū fere materia ex cedro, Cedrinę trabes, cedrina concameratio, auroq; illita: parietes interiori parte eadē materia & auro texit. Perstringere fulgor vndiq; occurrens intuentiū oculos. Est cedrus (quādo de ea sępius vno loco est dicēdum) arbor Phoenicię familiaris, sed quę minor dicitur. Est & altera maior, quæ & ipsa in duo distinguitur genera: quę floret infelix est, fructifera nunq̄ se vestit florib⁹. Durū & acutum foliū, & fructus myrti magnitudine. Ex ipsa arbore resina fluit laudatissima: inestq; materię ęternitas, atq; ea de causa deorum simulacra inde factitari solita. Cedrinus fuit Apollo ille Sosianus ex Seleucia adductus. Est & alia tēpli diuisio secuta, vt sanctior loc⁹ a reliquo tēpli corpore muro distingueretur. Ibi ianuę ex cedro varie sculptę & vela prętēsa purpura, cocco, bysso mollissima, florum variatione intexta. Duo cherubicę formę alati genii intus ex puro auro, quinum cubitū altitudo, alis ita occursantib⁹, vt quū vterq; ab altero aliquot cubita distaret, pene contigui viderentur, earūq; obiectu arcam foederis obtegerent. Pauimentū petalis aureis instratum: Ianuę vicenum cubitum altitudine, & ipsę auro coruscantes: & vt rem totā in arctum cōferam, nihil intus fuit, nihil extra, qđ nō puro auro fulgeret. Statuit & columnas duas æneas ante vestibulum duodeuicenum cubitum celsitudine, ambituq; duodenum, epistylia fusilia inq; liliorum speciem figurata, Hyras Tyrius Iudęo tamen patre ortus cōflauit. Fudit & vas æneum tantę magnitudinis, vt ab re sit mare nominatū. Diametri longitudo denū cubitorū, latus fusile digitorum quatuor, opus hemisphęrii speciem imitatū, denis explicabatur coronis: circūstabāt craterē vituli. XII. quatuor diuersas mundi plagas terni singulas prospectātes: eo statu a cratere auersi, vt in extremis clunibus tota moles recumberet. Fuit æneum illud trium miliū Batorū capax. Quę Bati fuerit mensura, loco haud multū diuerso est significatū. Additi & canthari. X. pari opere & materia, quorū bases quatuor erant columnis impositę, animalia varie figurata ꝑ basib⁹ fuere. Deni ad hęc canthari, singuli quadragenis tenebātur choris, quaternū cubitū altitudine, quinos dextera templi parte ad meridiem suis statuere basib⁹: læuū latus qđ septentrionem spectat, totidem habuit cantharos, paribus inter se spatiis digestos. Nec species in his solū quæsita est, sed vsus quoq;, vt sacerdotibus templum subituris lauacrum exhiberent, canthari aquam ad abluēda hostiarū interanea funderent. Fuit & altare æreum denum pedū altitudine: longitudine duplo maiorē. Multū ad hęc mēsarū, & in his vna aurea, phialę, & pateræ aureæ. X. milia. Argenteę quadruplo maiore numero. Candelabra decem milia, & turibulorū vis ingens, atq; hęc ex auro argentove fabrefacta, atq; vno tēpote dedicata. Sacerdotū stolæ ex bysso textę, & zone purpureę incredibili numero: leuiticæ stolæ, tubæ, & nabla ad hymnorum cantū ex electro tam copiose relata, vt numerum diserte ponere sit rubori. Circa templum in prophano aula cum multiplici porticu constructa, qua populus consisteret, quum sacrorum causa frequentissimus adesset. Septem annorum spatio spe omniū celerius est opus ad exitum perductum. Eodem arca foederis continuo est illata, atq; inter duos genios (vt abunde est supra demonstratū) locata. Ferūt miraculo datum, q̄ nebula leuiter effusa prospectum omnium, quę in templo erāt, subito prępripuerit, vt vix in proximo stantes alius alium intuerentur. Multi persuasum habuerunt cæli numen pręsens volensq; solenni dedicationi affuisse. Salomon ante soliū stans in hunc modum pręfatus dicitur. Tuum est (inquit) cælum supreme deus: tua est terra, aqua, aer, ignis, & omnia quæ cæli circunflexu teguntur: scimus equidem, libenterq; fatemur, vniuersum hoc tuę maiestatis esse domicilium: quę etsi tanta sit, quę neq; his, neq; vllis capiatur finibus: hoc tamen templum breuioribus spatiis circūscriptum: quod tuo nomine erigendum curaui, tibi pie pureq; perpetuum dedico, vbi tuus populus, ministri tui, preces tibi & vota persoluāt, tuumq; numen rite propitient. Tu pater & rex omnium maxime pręsens quęso adsis, volensq; pium hoc munus rite secūdes, qui etsi vbiq; sis, hunc tamen orationis locū sæpius inuisas oro, atq; pręsentius inhabites, velisq; curā hāc & cultum religiōis tuo populo interruptū manere, regni opes, & iura augeri. Et si pręsenti pietate aliquid meremur, da nūc cunctis pater clemētissime da posteris mētem, vt pie tibi riteq; seruire cupiāt. Scio ego, nec fallot tam diu tuū numen nostris rebus affuturū, q̄ pietas hęc gētis vetusq; religionis ritus publica priuataq; cura manserit imotus. Quū ille hęc dixisset, prostratus in faciem numen veneratus est: inde in pedes erectus, plures hostias multa veneratiōe obtulit. Tū quoq; multorū oculis mira species circa arā est oblata. Flāma cælo leuiter delapsa totū lambēti similis pererrauit holocaustū, quo visu populus cōmot⁹,

presens numen adesse ratus,in terrã adorãs procubuit.Peracto deinde sacro epulata est vniuer-
sa gens circa tẽplũ,celebrataq; ibi loci quatuordecim dies Schoenophegia,quę stata gẽtis sacra
in eos forte dies inciderãt. Secũdũ templi dedicationem erexit Salomon sibi & suis regiã,sum- Regia Salomonis.
ptu & apparatu incredibili,quã candenti saxo ab imis partibus eductã triplici intus materia ce-
dro,argẽto,& auro excoluit.Id opus tredecim annorũ spatio absoluit.In hoc quoq; opere cõfi-
ciundo vehemẽter Hyrę regis est liberalitate adiutus:nec cedro tñ,sed auro quoq; & argento Hyra rex.
ad hoc ipsum Hierosolymã misso.Qua amici regis munificẽtia Salomon ꝓuocatus,pręter lar-
gã tritici,olei,& vini annonã,quam Sidoniis ex suo regno medio temporis spatio transmisit,vi
ginti Galilęę terrę vrbes Hyrę dono obtulit Tyro finitimas.Quibus ob sterilẽ situm repudiatis
ab re postea terrę ipsi nomen datum,vt Gabalon sit dicta:quod sit Phoenicum lingua displicere.
Authores fuerũt mutuę huius amicitię Menander in Sidoniorũ vetustate,& Dion in historiis.
Addidit Salomon & turres Hierosolymorũ moenibus per interualla. Cõdidit & vrbes aliquot
pręclaras,Asorum,Magedonem,& Zazarũ:a Pharaone postea Ægyptiorũ rege,cuius filiã vxo-
rem duxit,in Palęstinę finibus excisam,quã dotis nomine receptã,ob bellorũ opportunitatẽ re
stituit,validẽq; cõmuniuit. Pharaones Iosephus idcirco dictos arbitratur,quia vox haec apud Pharaones quare.
Ægyptios regẽ significet:idq; in causa fuisse existimat,ꝙ Herodotus Ægyptiacę vetustatis scri
ptor diligẽtissimus,post Menẽ,qui Memphim cõdidit,trecẽtos triginta reges in Ægypto longa
serie regnasse dixerit,propriis interim nominibus suppressis,velut absurdũ ratus vnum nomen
perpetuo referre.Caeterum Nicaulę nomen post tam longum interuallum ab eo repetitũ:quo-
niam mulier virilis appellationis vocem indipisci nequiuerit:Pharaonis autem appellationẽ in
eo qui Salomonis fuit socer,desiisse idem opinatus est. Nos quã de origine nominis sentẽtiã ha
beremus,alio testati sumus loco:sed cõiectura fuit illa,nõ ratio. Statuit Salomon & alias vrbes
magis locorum amoenitatem,ꝗ vsum secutus:& in his vnã in superioris Syrię solitudinib⁹ lo-
co puteis & fontibus irriguo,ipsi Thadamurũ dixit,Gręci scriptores postea Palmyrã nomina- Thadamurus.
runt.Secundũ hęc Salomon Cananeos Libani montis incolas,qui ad id tempus non paruerant, Palmyra.
bello adortus ad Amathũ vsq; vrbem armis domuit,subactosq; seruitio adegit,vt ex ea gente
nec aliunde lõgo tẽpore mancipia sint in Iudęã accersita. Nouissime in Erithręi sinus ora locũ
quem Gaberum dixere haud procul ab Hellena vrbe,quę Beronice est postea dicta,classem cõ
struxit,naualis fabricę opificibus ex Tyro accersitis. Comparandarũ nauiũ causa illi fuit,vt ad Indicũ commercium.
Indicũ mare penetrarent negociatores a se cum suis dispensatoribus ad coemẽdas gemmas &
aurũ missi.CCCC.& amplius auri talẽta prima nauigatione,quę quatuor fuit annorũ,in Iudęã
sunt relata.Huiusmodi nauigationis cõmercio Salomonis phama ad Sabam Æthiopię reginã Saba regina.
foeminã studiis sapientię deditam delata,incensa mulier videndi regis cupiditate,cuius laudes
constãti oim prędicatione celebrarentur,cum amplissimis muneribus magnoq; comitatu Hie-
rosolymã venit.Excepit venientem Salomon regali apparatu.Inde plures dies mutuo cõgres-
su multas & varias quęstiones sciscitãdi gratia regi proponere periclitauit.Sed quales illę fue
rint authores quos sequimur,nõ tradunt.Satis constat ad omnia sapiẽtissime occursum,stupẽ-
temq; reginã Salomonis fortunam laudasse,ꝙ non solũ ad eorum fastigiũ,quę caeteri mortales
mirẽtur,peruenisset:sed eam quoq; sapientiam,cuius ne hominis quidem mens sit capax,esset
vnus omniũ cõsecutus.obtulit inde Saba auri & aromatũ vim ingentẽ regi.& cum his immẽsi
precii gemmas.Iosephus author est plęrosq; veterũ persuasum habuisse Balsami arboris surcu
lũ ab eadẽ regina tũ primũ in Syriã delatũ:quod pro falso refellitur,si Plinius verus est author
vni omniũ terrarũ Iudęę balsamũ cõcessum.Vrbem deinceps regina per ocium cõtemplata est:
pręcipueq; templũ,attentissimũq; sacrorũ cultum demirata.Abeuntem Salomon multis & am
plis muneribus ornatam dimisit. Nisi libri & Iosephus haec traderent,vix mihi persuaderi po-
tuisset,vt Sabam ex Æthiopia potius ꝗ ex Arabia profectam existimarem,quum ob id ꝙ ex Eri
thręo sinu in Indiam nauigãtibus felicis Arabiae latus potissimũ eremigatur,tum ꝙ reginę no-
men in ea videri potest terra quęsitũ:in qua Saba vrbs est & Sabęi populi. Ex indico igitur cõ-
mercio pręter aurum,elephanti,simię,paui in Syriam sunt delati:& quod omniũ charissimũ re-
gi fuit pineum lignum diuersa omnino facie ab eo quod nostrum gignit caelum,nitore insigni,
candidoq; colore,ex qua materia Citharę sunt,& nabla ad sacrorum vsum fabrefacta.Eadem na
uigatio in causa fuit,vt breui Salomon sit auri ditissimus factus.Quo quum iã abunde potire- Salomonis diuitię.
tur,ducẽtas aureas hastas &.CCC.ex eadem materia scuta confecit. Quibus eam regiae domus
partem exornauit,quã syluã Libani a materię apparatu nominarat. Multi quidem reges pha-

ma & splendore nominis eius impulsi immēsa per legatos munera Hierosolymam misere. Quo factum, vt diuitiis supra modum affluentibus (vt est humana mens in prosperis minus sui compos q̄ in aduersis) primo religionis negligentia illi orta est, mox & contemptus, quem peregrinarum coniugum, concubinarumq; assidua consuetudo peperit. Phama est magnorum regum illustriumq; virorum filias. DCC. numero sibi matrimonio iunxisse: nec propterea minore libidine in pellicatu hæsit. CCC. in tam celebri connubio illi cōcubinę fuisse traduntur, atq; ita muliebres illecebrę eius animum ab ea pietate, quam a patre hæreditariam acceperat, alienarūt, vt ne externos quidem deos, dum nimis iis quarum amore tenebatur indulgeret, colere recusauerit. His ille fauore numinis destitutus, per prophetā factus est certior, fore, vt breui perpetuus ille felicitatis cursus interpollaretur, turbatoq; gentis statu reliquum vitæ in cura & sollicitudine transigeret, filioq; vbi ipse vita decessisset imperium maiore ex parte abrogaretur. His vocibus ille admonitus consciusq; sibi eorū quæ contra leges & religionem egisset (nam in eo quoq; haud mediocriter fuerat gentile institutum offensum, q; peregrinarum gētium sectatus esset nuptias) vehementer exterritus, haud multo post nouis sollicitari cœpit defectionibus. Adatus primi motus author fuit. Erat is regia stirpe natus, & ex Idumea profugus, quū Ioabus eam terram Dauidis auspiciis deuastauit. Is in Ægyptū ad Pharaonē delatus promptitudine animi, cæterisq; virtutibus illi insinuatus, nobilissimam fœminam duxerat vxorem, cuius soror Pharaoni nupserat. Is Dauidis & Ioabi morte nunciata, nouandarum rerum cupidus, cōmeatum a rege petiit. Sed diu non impetrauit. Nouissime dimissus quum in Palæstinam venisset, omniaq; regiis præsidiis sibi ad res nouas obsepta cerneret, præsenti consilio destitutus, in Syriam trāsiit. Hic cum Rhaa quodam Adrazari, qui in Sophene regnabat, fugitiuo iunctus, latronumq; manu septus, Syrię fines hostiliter ingressus, breui eiꝰ terræ regnū ānis obtinuit. Vnde per occasionem Iudeæ fines irrumpens Salomoni adhuc in humanis agenti, haud modicam regni partem infestam reddidit. Sed maior omnino motus a domestica defectione ortus, Hieroboas Nabathi filius prophetæ oraculo fretus plures tribus sollicitare est ausus, ad regnum Salomoni abrogandum. Is a patre puer relictus, ob egregiam indolem indulgenter apud Salomonem primo habitus, mox murorum structuræ est præfectus. In quo munere obeundo, quum haud modicā industriæ experientiam edidisset (qualis enim quisq; sit, magnarum rerum administratio demonstrat) Salomon virtutem in homine complexus, præfecturam amplissimam in tribum vnam ei decreuerat, cui ad capessendum honorem egresso Achias propheta ex Sylone venienti occurrit, eumq; post mutuam salutationem ex publico in secretum abductum, huiusmodi schemate in spem regni maximam erexit. Scidit ille sibi pallium in duodecim partes, inde data Hieroboæ optione, vt ex eo numero decem quas vellet eligeret, futurum denunciat: quia Salomon grauiter deliquisset, vt breui eius regnum nō aliter q̄ pallium illud plurifariam scinderetur: quarum duæ duntaxat eius filio relinquerentur ob eximiam Dauidis pietatem. Cæterum imperium ei numinis prouidentia cessurum. His ferox iuuenis fretus, quum primum ad exercitum venit, res nouas haud obscure moliri cœpit: conatus eo multitudinem impellere, vt imperio Salomoni abrogato in se rei summam transferrent. Sed fatale tempus nondum aderat. Noua hæc consilia ad regem delata, ingentem ei curam iniecerunt authoris tentatæ defectionis opprimendi. Hieroboas haud ignarus se in Iudæa tutum esse nō posse amplius, in Ægyptum ad Sesachum regem transfugit: nec longo deinde tempore interiecto Salomon vita decessit, quum iam nonagenarius esset, quadragesimo sui regni anno. Potiti rerum sunt cum eo Laosthenes in Assyria, apud Lacedæmonios Labotes, in Latio Alba Syluii Æneæ filius, qui sexto ab Ascanio loco regnauit: Agialus Corinthi, & Athenis Agatus, Sadocho, Achia, & Salomite in Iudæa prophetica diuinatione claris. Sunt qui Homerum & Hesiodum in hæc tempora conferant. Thraces quoq; tempestate longe lateq; internum mare (vt sępe alias) per id tempus tenuerunt.

Marginalia: Salomonis pūaricatio. — Adatus. Salomō defectiōibꝰ sollicitatur. — Hieroboas res nouas molitur. — Achię oraculum. — Salomonis interitus. Temporū supputatio

FINIS ENNEADIS PRIMÆ.

MARCI ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIÆ HISTORIARVM AB ORBE CONDITO, ENNEADIS SECVNDÆ PRÆFATIO.



VLTVM diuq; in vmbra vetustatis p ignotos & ambiguos recessus veritatẽ idagaui, quæ (bibliacis libris duntaxat exceptis, qbus ob res sacras quas illi continent, vulgo astipulant humanæ gentes) tam perplexo sinuosoq; fabularũ latebat inuolucro, vt ad eam inuestigandã, non solerti solũ indagine opus ab initio fuerit, sed audaci etiam conatu, vt ex poetarũ scænis demum reuulsa, in historiarum luce, mediaq; cauea, omni habitu & persona detracta tuto locaret. Quod dũ enixe facio, accidit mihi quod & illi, qui atra tẽpestate ignoto mari deprehẽsus, vbi neq; sideribus vti potest, neq; terræ vspiam occurrũt, ne quid locorũ ignoratio ac offendat, ois circa se fluctus conto & funiculis scrutat. Sic ipse dum tenacissimo poetarum cõplexu historiã asserturus (etenĩ oĩm verbo; ornatu illis remisso, nudã ab eis veritatẽ reposcebã, qualẽ eos ab initio occupasse iudicare par sit) qm̃ neq; dux mihi vllus, neq; veteris historię author aliquis, cuꝰ pręsidio aduocationeve fræus, cũ illis audacius manũ conferere, ppria vi nixus, eo vsq; rem semel motã studio & cõstãtia peregi: vt pręter paucissima, q̃ historię phama incolumi tractari non potuerũt, cætera velut postliminio recepta in pristinũ sine a me statũ restituta, ita vt oĩ fabularũ caligine excussa, tuto ac sine rubore ordinẽ recipiãt. Quę vero deinceps scripturus sum, eo qdẽ magis simili molestia carebũt, q ea ipsa ab grauissimis rerũ scriptoribꝰ sunt fere memorię pdita: quo; vestigiis insistẽs multo rectius, plenius; exequar institutũ hũc laborẽ. Addo his temporũ rationẽ, quã magis pspicuã, & ob id relatu faciliorẽ reddet mihi noua apud Gręcos Olympiadũ institutio, q̃ incidet (ni fallor) in primã secũdę huiꝰ Enneadis partẽ. Sequent haud longo interuallo Romano; gesta a pluribus rã vere q̃ copiose tractata, q̃ sua magnitudine rebus aliarũ gẽtiũ ppetuo quodã nexu cohęrẽtia, nullo maiore sunt negocio in ordinẽ redigẽda, qbꝰ ego velut nouis fræus auxiliis, tãto alacrius ea q̃ sequunt aggrediar, quanto pteriti incõmodi nõ immemor, secundũ hunc operis laborẽ cũctantius adiissem, si quę deinceps scribenda sunt, nihilo iis quę scripsimus essent relatu faciliora. Cęterum tantisper dum res cęterarum gentium pandere se vltro incipient, nihil erit ab instituto opere alienum in Hebraicis commorari.

EIVSDEM ENNEADIS SECVNDÆ LIBER PRIMVS.



Conuentus Israelitarũ.

OST Salomonis regis interitũ, cõuentus est vniuersæ genti ad Sycimin vrbem indictꝰ, vbi populus libero suffragio diceret, quẽ vellet in duodecim tribus regnũ obtinere. Nec dubiũ erat quin Roboam q eo venerat, ob auitã recentemq; patris memoriã, multo libentius q̃ nouum aliquẽ hominẽ dicturę essent regem. Cæterum nõ idoneo tempore se in suorum postulata durum & difficilẽ prębuit. Petitum publico erat nomine, vt aliquid de seruitio, quod sub eius patre populꝰ pergraue tulerat, Roboas remitteret: daretq; operã vt facili, moderataq; administratione esset oĩbus q̃ charissimus, oportere eos q legitime regnarẽt amari a suis, nõ metui. Nullũ regnorũ præsidiũ firmius esse populo; charitate & beneuolẽtia. Nemo erat qui nõ hęc vt postulata fuerant Roboam cõcessurũ arbitraret, q etsi ne rata quidẽ habiturus esset, quę ab initio pmitteret, ad cõciliandã tamẽ benignitatis & clemẽtię phamã, nihil cuiq̃ hoim, nedũ vniuersę genti eo tẽpore negatũ vellet. Verũ longe aliter euenit, nam quum triduũ petiisset ad deliberandũ quid se populo pstare oportere, cõfestim vox illa parũ popularis auertit hoĩm studia a pręsenti rerũ statu. Ipse senioribus consilio adhibitis domestice consultare cœpit, an qd tam impudẽter multitudo peteret, operępretiũ esset id concedi. Nemo fuit ex maioribus natu, qui nõ censuerit, ad studium & fa-

Roboę consultatio.

uorē populi in noua adminiſtratione conciliandū, vltro omnia multitudini deferenda, ferocius
Peſſimū iuuenū cōſiliū. iuniores & regis æquales q̃ ſecundū illos conſilio fuerant admoti, identidem clamitare, vociferariq; laſciuire ocio & regum indulgentia populum, iret & ſe Salomonis filiū oſtenderet. Dauidis nepotē, quo rū hic regnum ille religionē vniuerſę gēti ſtabiliſſet, q̃ Iſraelitarum opes nomēq; regium longe lateq; virtute bellica & ſapientia inſigni illuſtraſſent. Denunciandū ſtultæ & temerariæ multitudini non rem cū puero ei futuram, cui tam inſolēter velut leges pſcribere auſi eſſet: ſed cū fortiſſimo rege, & qui in regia fortuna natus, non ignoraret, quibus artibus eſſet multitudo cōpeſcenda, & quod ad inuictum animū cōſtantiamq; ſuam attineret, velle eos non ignorare, plus vni ſuo digito roboris ineſſe, q̃ paternis lūbis lateribuſq; fuiſſet, non eſſe proinde cur a ſe indulgentiorē, q̃ ſub illo expti eſſent, expectarent adminiſtrationē, quin ſatis ſuperq; habituros, ſi in futuro rege nō aliquid acerbius offenderit. Quapropter Salomonis regimē, a cuiꝰ memoria tantopere abhorrerent, qđ vt immite & graue ambitioſe inſectarentur, ad vnum fine
Stolidū Roboę riſum. deſideraturi. Ferox iuuenis, quum quod optimū erat, maximeq; tēpori accōmodatū repudiaſſet populum triduo poſt, in hanc vnam expectationem erectum, tam triſti denūciatione ita affecit vt tēperare animi nequiuerint, quin a magna parte cōcionis ſit reclamatū, nihil ſibi futurū amplius cū Dauidis progenie, haberet ipſe aras, quas pater poſuiſſet, nō defuturū qui inter Iſraelitas legitime vellet imperare. Tētauit Roboas ſæuientē multitudinē per Adorā quēdam, cuius opera in tributis exigēdis pręcipue vtebatur, ad officiū & cōcordiam reuocare: quod nō modo nō obtinuit, ſed Adoras lenibus verbis populi irā caſtigare adortus, cōfeſtim ſit lapidibus obrutus. Cuius caſu territus Roboas in currū trepide ſublatꝰ, irrequieto curſu Hieroſolymā petiit,
Iſraelitarū regnū ſcinditur. vbi Beniaminii tantū & Iudicę cum regem dixere. cęterę tribus magno omniū conſenſu Hieroboę q ſub Salomonis exitum fauore principū fuerat ex Ægypto reuocatus, regnū detulere: atq; ita factū vt duo iam inde in Iudęa reges fuerint, atq; ex vna q̃ fuerat, ſint velut duę Iſraelitarum
ANNI MVNDI. gentes factę. Quę gentis diuiſio incidit in quatermilleſimū ac ducenteſimūquintum mundanæ originis annum. Roboas delectu ex duabus ſuis tribubus accuratiſſime habito, ad cētum octoginta milia hoīm inſtruxit ad bellum, vi regnum ex Hieroboa repetiturus. Fuiſſetq; id bellum haud dubie cruentū (nihilo enim minoribus erat odiis q̃ viribus gerendum) cęterum oraculo Roboas p Rameum prophetam monitus abſtinendum bello eſſe, eā populi defectionē ad diuinam puidentiam referri oportere, neq; ei neq; hominū cuiq̃ cui licere diuinæ volūtati repugnare, his ille deſtinato bello abſtinuit. Hieroboas qui Sycimenſi cōuentu rex fuerat creatus, quum forte Schoenophagia ſtatum gentis ſacrū inſtarent, veritus ne populus religionis cauſa Hieroſolymam frequēs adiret, ibiq; plurimum dierū commercio a ſe alienaretur, duo vitulina ſpecie ſimulachra ex auro conflauit. Hoꝝ vnum Bethele loco celebri, circa Danem, alterū publice de
Vituli aurei Hieroboæ. dicauit, multitudineq; ad cōcionē vocata, ita de pietate & religione diſſeruit. Scio vos nō ignorare viri Iſraelite, deum cuius prouidentia oīa reguntur, vbiq; recte propitiari, nullumq; in terris eſſe locū in quo non ille adſit pie operantibus, ſolēnes preces & vota exaudiat, quod quum
Oratio Hieroboæ. ita ſit, nō eſt cur veſtrū quiſq̃ Schoenophagiorū cauſa, quoꝝ ſacrū inſtat, Hieroſolymā pficiſci velit. Homines tēplum illud ſtatuerūt, nō coelites. Hominis voce dedicari contigit, en & homo ipſe (qđ dicere mihi liceat) nō minus fortaſſe pius q̃ ille fuit, nec minus innocēs, nequid hoc nomine ab hominibus noſtri regni deſideret, pro vno, quod Hieroſolymis eſt, duo velut tēpla vobis cōſtitui, aurea vituli effigie vtrobiq; dedicata, ad quas velut aras quaſdā deo optimo ſacra populus pſoluat. Adiiciam ſacrorum miniſtros Leuitas & ſacerdotes, ne quid ad cultū religionis vobis deſit. Hic illi vitulum deo mactabunt, & arietē vnum, quod Aaron pontificum primus feciſſe dicitur, atq; ita vobis poſthac tam incolumis q̃ antea manebit ſacrorū ritus. Cæteris totius gētis commodis, eius quē inter vos legitime regnare voluiſtis, induſtria & diligentia deſeruiet. His verbis Hieroboas ſimul & authoritate qua pollebat, traxit ſtultam multitudinē in ſententiam, hinc miſere genti ſenſim a vera religione auerſæ, omnium maloꝝ quæ poſtea ſecuta ſunt, caput & origo extitit. Inſtantibus igitur Schoenophagiis Hieroboas Bethelem vrbē cōceſſit, vbi ara ante vitulum dedicata, ipſe pontifex ad id creatus cū ſacerdotibꝰ ſacra inchoa
Iadanis prophetę denūciatio. turus aſtitit, erantq; iam hoſtię altari admotę, quum Iadan ꝓpheta quaſi numinis caduceator affuit. Is regē coram affatus, primo ſacra inhibet ꝓphano ritu inchoari, quibꝰ niſi abſiſtat, fore obnūciat, vt ex Dauidico genere aliquis ſacerdotes ad aras ipſas quādoq; crudeliter obtrūcet, impiorumq; oſſa ſup ipſum impium comburat. Quam oraculi ſpeciem ne vanam arbitrarētur adiicit fore, vt mox ara illa ſponte ſua in duas ſcinderet partes, vt quicqd eſſet illi cōgeſtū fœde

humi diffunderet, nec oraculo fides defuit, qn repente miraculũ est oculis oblatũ, ara in partes duas abrupta, oẽmq; sacrorũ apparatũ velut deo ingratũ discussit. Secuta & alia admiratio. Regis dextera quã in pphetã violenter intẽderat subito languore obtorpuit, tabescereq; cœperat, quũ Iadan pcibus regis fatigatus, pristinã illi valitudinẽ ab numine impetrauit: mox comiter inuitatus, ab regis & aliorũ cõuiuio velut pphano abhorrẽs ptinacissime abstinuit. Et iam Hierosolymã versus vnde venerat iter intenderat, quũ homo qdam grandis natu, q & ipe ob creditã diuinationẽ in summa erat apud regẽ veneratione. Tenebat se is in priuato, cęterũ nũciantibus filiis q sub Iadanis aduentu facta essent miracula, & ɋ̃festinato Iadan vrbe excessisset, confestim mandat sibi asinũ clitella isterni, in quẽ sublat⁹ pleno gradu in abeuntẽ ire pergit, eũq; nec procul vrbe assecut⁹, sub ilice arbore qescentẽ inuenit: hic quũ vterq; alterũ salutasset, mirari se dixit Betheleius senex, ꝙ hõ ppheta ad pphetã nõ diuertisset, cęterũ oraculi iussu pperasse se eũ ab instituto itinere reuocare, vt hospitali mẽsę admoueret. Credidit Iadan, atq; vna ĩ vrbẽ reuersus Betheleii hospitis domiciliũ subiit, hic hospitali mẽsę admot⁹, senis fraudẽ cõtinuo sensisse dicit, subitoq; numinis afflatu fore pdicẽs vt paulopost, qm̃ quę agere iussus esset, parũ rite peregisset, inter eundũ a leone laniaret. Haud dubie apparet ad eleuãdã Iadanis fidẽ Betheleium senem in vrbẽ eũ retraxisse, vt si a se decipi cõtigisset, assertę diuinationis apud regẽ coargueret. Cęterũ ita numini placuisse credere par est, vt Hieroboas rex & alii pẽsenti metu leuati suę ipietatis aliquãdo meritas luerẽt pœnas, discerptũ a leone Iadanẽ Betheleii hospitis filii iussu pri sepeliuerũt: ipe senex ad eum metũ discutiendũ, q regem & alios ob ea quę acciderant incesserat (ficta em̃ diuinatione magna ex parte prauã religionẽ induxerat) regẽ adiit. Ad quẽ multa de Iadanis fide cauillat⁹, & a se eum deceptũ, & inde a belua laceratũ denũciat, nec pdigii loco duci oportere, ꝙ aut ara in duas partes scissa esset, aut ipsius dextra debilitata, lassitudinẽ eã fuisse ex nimia victimarũ attractatione, Arã rudi adhuc materia nimiũ rerũ onus ferre nequisse. His ille regis animũ etsi religione & metu iamdudũ occupatũ, pronũ tamẽ ad supstitionẽ, facile perpulit, vt nihil de nouo ritu ampli⁹ mutaret. Roboas iterim oĩ (vt dixi) recuperãdi regni actione deposita, vt suarũ partiũ opes firmiores redderet, plures cõdidit ĩtra suos fines vrbes, Bethelem, Icam, Tecos, Bechsurã, Sochum, Odollã, Nipam, Meresam, Ziphan, Adoram, Iachim vero Zetherã, Hellum, Nebronẽq; instaurauit. Multiq; mortales interim antiquæ pietatis desiderio, ab Hieroboa Hierosolymã pfugerũt. Quo factũ, vt triẽnio quo Roboas moderati⁹ regnauit, supra modũ res eius regni creuerint. Sed pñsens rerum successus, & effręnata libido, ipsum quoq; vt patrẽ a vera pietate & iustitia diuersum abripuerũt. Duxit is sibi duodeuigĩti fœminas matrimonio, & in his Machã, Absalone genitã, ex quã illi Abias natus est, nec tã vario cõnubio cõtẽtus, pellicibus est trigĩta vsus, quo factũ vt virilis stirpis filios octo & vigĩti extulerit, filias sexaginta. Sed sic fere cõparatũ est vbiq;, vt quales sunt pricipũ mores, tales sint & eorũ q ab illis regũtur, Roboę vita malis libidinibus pfligata, mox cũ eo cętera multitudo in oĩe nefas & scelus abiit, neq; pietas, neq; rectũ cuiq̃ curę esse amplius, libidine & luxuria lasciuire: sed quo ipudẽtius in omne flagitiũ ruebat ciuitas, eo celerius secuta est vltio. Sesach⁹ Ægyptiorũ rex cum LX. milibus eqtũ, peditũ quadringentis, curribus ad bellũ instructis mille & amplius, Roboę regnũ ingressus, primo occursu vrbes Hierosolymę circũiectas vi cepit, regięq; idẽ vrbi copias admouit. Tũ rex & alii fauore numinis destituti, quum aliquãdiu obsidionẽ tulissent, demum fracti animo, oĩq; spe futuri successus abiecta, certis conditionibus hostem ĩtra muros accipiũt. Tũ Sesachus fœdera aspernatus, oĩbus sacris thesauris templum spoliat, regiæq; domui clypeos & hastas aureas adimit. Miror Iosephũ hunc dixisse, quem Herodotus Sesostrẽ appellat, quũ ille si recte tempora ab iis quos sequmur digerũtur, aliquot ætates Roboę regnum pcessisset, verum qsquis Sesachus fuit, ac quocunq; tempore, nam id pro certo haud ponere ausim: Roboas vt faciem cladis illius domesticę resarciret, p aureis hastis & clypeis pari numero ęre facta reposuit. Vixit inde plures annos homo oĩbus ingratus. Periit annos natus octo & quinquagĩta quum septẽdecim regnasset, multoq; maiorẽ parte tẽporis iniuriis & infamię obnoxius. Potiti sunt rerũ cum eo Thersippus Athenis, ĩ Achaia Primas quartus Corĩthiorũ rex, ĩ Latio Athis Syluius q septimus Albę ab Ascanio regnauit, Lacedęmone Beristhus, Pirinthiades in Assyria q trigesimus secũdus rex fuit a Nino. Incidit Israelitici regni diuisio, quę a Roboæ temeritate, vt supra est a nobis demõstratum, profecta est, nisi quis hanc quoq; vt cętera ad diuinam referat puidentiam, in eum annum qui supra quatermillesimum quintus fuit ab orbe condito, ac ducentesimus. Abias Roboæ successit, hunc paterni regni opibus Ægyptiaco bello fractis, &

Hieroboæ manus tabescit.

Iadan ppheta a leone laniatur.

Conditio plurimarũ vrbium.

Roboæ vita infelix.

Diripit teplũ & regia ab ęgyptiis

ANNI MVNDI.

ætate nondũ studiis bellicis satis matura,sibi iniuriç opportunum ratus Hieroboas haud multo postq̃ pater vita decessit,terribili bellorũ apparatu est adortus,suæ impietatis furiæ hominẽ agebant in omne scelus pręcipitẽ:quippe qui præter Iadanis minacissimũ responsum per Achiã quoq; ꝓphetam,ad quem vxorem ignoto habitu de salute filii grauiter ægrotantis Silonẽ sciscitatum miserat,responsum inde erat,fore,quoniã a veri dei cultu deflexisset:vt grauissima vltio omnẽ eius progeniem sequeretur.His terrificis ꝓphetarum dictis non modo ille non aliqd ex pręsenti impietate remisit,sed tam graui etiã q̃ nefario bello Iudaicum nomen implicuit. Si licet rerũ scriptoribus in his quæ dicũtur suam aliquando coniecturam interponere, videtur mihi Hieroboas non tã religionis aut gentis odio (vt Iosephus existimat) arma induisse,q̃ vt Abia paterna sede depulso,diuisum nuper regnũ iterũ si victoria secuta esset invnũ coalesceret: sed quãcunq; ille inferendi belli habuit causam,ad Amorreorũ montẽ cum octoginta milibus hominũ tumultuose conscẽdit.Nec Abias qui super ætatẽ sapere credit⁹ est,in re tã trepida desedit,quin delectu accuratissime ex duobus tribubus habito cum.LX.milibus bellatoꝝ illi obuiam ꝓgressus,haud procul ab hoste castra fecit,& iam acies pugnãdi studio in procinctu stabant,quum Abias ex edito quodã loco manu & voce silentium dũ pauca loqueretur ab hoste petiit. Quod vbi illi datũ est,sic inter vtranq; aciẽ stans locutus dicit. Nemo est inquit vestrũ viri Israelitæ,qui nõ aliquando audiuerit regnũ in omne Hebraicũ nomen Dauidi nostrę familiæ authori a deo p prophetã cõcessum,nec ipsi solum,sed iis quoq; qui ab illo procreati essent in multas ętates incolume mãsurũ,nec in animũ iducere possum,vos alieno furore ab antiqua religione ita alienatos,vt nõ adhuc ꝑsuasum habeatis,nihil magis incassum mortales laborare, q̃ diuinæ obsistere volũtati,quæ quo melius vobis q̃ cæteris gẽtibus nota est,eo magis magisq; miror,ecquęnã obliuio,ne amentia dicam:vos viri Israelitæ qui religioni & iustitiæ semper cõsultum voluistis,eo die cepit,quo Roboę Salomonis filio,Dauidis nepoti regnũ abrogastis:nec video cur pauca verba q̃ non tam naturæ vitio,q̃ ferocioris ætatis,vel quorũdam poti⁹ ęqualium stulta ꝑsuasione exciderant,maioris apud vos momenti esse debuissent, q̃ aut patris eius, aut aui in vniuersam gentẽ meritum.Sed fuerit esto improuidi viri intempestiua actio omniũ maloꝝ causa,nihil Dauidis sanctitas,nihil Salomonis sapiẽtia fit apd vos merita:dicite quæso quę dira mentis caligo,quę rerum oĩm obliuio animos subiit,vt impium regem secuti pro religione superstitionẽ,ꝑ pietate impium cultum,pro vero & singulari deo,in cuius tutela maiores nostri semper fuere,dęmones sequeremini!O infelicẽ diem,o Sycimin execrabilẽ,tuq; crudelis Hieroboa,q in tenebras inextricabiles decem nobilissimas tribus coniecisti,quas tanta indole in libertatẽ assertas Moses ad verũ religionis cultũ traduxit. Sed qd ego Israelitæ viri,magis vestram q̃ oĩm fortunã queror! Aut quem potius q̃ te accusem impie Hieroboa! qui non contentus,Israelis ꝓgeniem a vero cultu alienasse,vitulos pro deo colendos posuisse,vanos lucos, vanasq; aras dęmonibus consecrasse,augustissimum dei templum, aram pientissimam oraculo erectam,rite dedicatã,Arcam fœderis,ministros leuitas nefario bello petiisti,eo (qs ignorat!) consilio:vt quicquid veri cultus verę; pietatis in terris superfit,id prius ciuili cruore ꝓphanatũ penitus extinguas! Sed scelerũ furię Hieroboã agunt Israelitę viri,vos quæso pietatẽ respicite,vos dirũ nefas inhibite,nec quia plures numero adestis,in eo spem victorię reponite, quasi nunq̃ fando auditũ sit quoties maiores nostri præsidio numinis adiuti,pauci inermes ingẽtissimos ꝓfligarunt exercitus,hinc pietas inde iustitia nostram muniunt aciem,his ducibus cõflicturi sumus,harũ ductu dimicaturi,vos in q̃ numina ituri sitis dum licet aduertite, in omni re tarda pœnitẽtia est,sed ĩ bello tardissima. Videbat Abias huiusmodi verbis motũ oĩno aliquẽ apud hostes factur⁹,quũ cõspecti sunt q ab Hieroboa missi fuerant,vt Abiã a suis exclusum interciperẽt,q̃ res ab Abianis pręuisa cõfestim iis materiã prębuit cũ hoste cõcurrẽdi. Primoq; sacerdotis tubis canẽtib⁹ pugnã capessunt,mota ide cętera acies,nec diu ancipiti est euẽtu dimicatũ.Hieroboę copię metu solutę fugaq; disiectę igentẽ Abię victoriã reliquere.Quĩquaginta Hieroboanoꝝ milia eo die desiderata dicunt. Abias haud ꝑsenti victoria contẽtus,in hosticũ transiit,ibi plures vrbes vi captas diripuit,& ĩ his Betuliã,quam cũ circũiecta regione præsidio retinuit.Hieroboę rebus vno ꝑlio,sed eo calamitosissimo fractis,Abias Samariã iã ide suis habuit armis obnoxiã,ei⁹ vita omnino breuis,triẽnio quo regnare cœpit ex humanis decessit, octo & triginta filiis promiscuæ prolis superstitibus relictis. Qua coniectura adducor Abiam haud tam iuuenẽ fuisse q̃ Iosephus scribit,quum a patre regnum accepit. Asas quẽ ille ex Macha genuit,in regnũ successit,Cuius altero regni anno Hieroboas periit.Nadab eius filius diræ

Hieroboæ cõtumacia.

Hieroboas Abiæ bellũ infert.

Abię oro ad hostes.

Peroratio.

Abiæ victoria.

Abiæ mors

Hieroboæ mors.

ſuperſtitionis ritum cõplexus,tam impie ꝙ pater res Samarię adminiſtrauit. Nec felicius ꝙ ille
Palæſtinis bellum intulit.Premebat ille Gebethum vrbem graui obſidione,quum Baaſę hoſpi
tis fraude altero ſui regni anno periit.Baaſa quidẽ rerum potitus oẽm Hieroboę ꝓgeniem(qđ Baaſa.
ille in humanis adhuc agens ex oraculo futurũ cognouerat)crudeliter extinxit:Melior alteri⁹
regni ſors fuit,cuius opes Aſę ductu,& auſpiciis,domi pietate,foris rebus ꝓſpere geſtis maiorẽ
in modũ augeri contigit,ęque ille religionis,belliceq́ꝫ laudis ſtudioſus, qui etſi nihil ex ipſo ſa-
crorum ritu veteriq́ꝫ cerimonia eximi pręetermittive pateref,quę tamẽ ad rem bellicam attine-
bant,pari ſtudio ſucceſſuq́ꝫ adminiſtrauit.Ioſephus author eſt habuiſſe illum in armis bellatorꝫ Aſę potẽtia
quingenta.L.milia,quorũ pars maxima ſcuto vterenf,cętera multitudo partim haſtati, partim
ſagittarii.His Aſas viribus fretus ad Moriſam Iuditarum vrbẽ cũ Zara Æthiopię rege,q cum
CC.milibus peditũ,decẽ equitum:vel vt diuinę literæ habent,cũ decies centum milibus bella-
torum:&.CCC. curribus Palæſtinę fines ingreſſus,ad ea vſq́ꝫ loca victor penetrauerat,intrepi
de conflixit:cauſam illati ab Æthiopibus belli nullam authores,quos ſequimur,tradunt.Tan-
tum memorant Æthiopẽ ingenti prælio victũ in Geratidẽ regionẽ vſq́ꝫ ab victore Aſa victrici- Aſa Æthiõ
buſq́ꝫ copiis cũ multa cęde actum:ingens pręda parta, argenti & auri vis maxima in hoſtium pẽ prælio ſu
caſtris reperta,capti adhęc cameli ꝗplurimi,exercitus cũ opulenta pręda domum reductus,ad perat.
cultum religionis Azarię monitu aliquãto etiã intentius reuocatus.Baaſa qui neq́ꝫ Hieroboa,
neq́ꝫ Hieroboę filio impietate & ſęuitia inferior fuit,nec Gimonis prędicatione melior factus,
Ramathã vrbem.XL.ſtad.ab Hieroſolymis cepit,captãq́ꝫ ad deſtinatum hoſtẽ bello laceſſendũ
valido ꝓſidio firmauit.Nec Aſas hos Baaſę motus clauſis ſpectabat oculis(haud enĩ dubium Irriti Baaſę
erat quorſum ea vis tenderet)miſit cõfeſtim legatos cũ magno auri & argenti pondere ad Be- conatus.
nadabũ Damaſcenũ regem,q antiquo fœdere cũ eo renouato ad Baaſæ fines bello inceſſendos
hortarenf,qđ ille cũ nihil grauate feciſſet,trepidiſſimis nunciis Baaſas reuocatus (afferebatur
enĩ Damaſcenis armis regni fines vaſtari,& iam vrbes in his nõnullas captas, & incenſas eſſe)
Ramathina munitione abſtinuit.Eo igiẽ digreſſo,Aſas loci opportunitatẽ haud aſpernat⁹ in-
choatum ab hoſte opus ad exitum perduxit,Gabaa & Maſpha haud procul inde conſtitutis. Baaſę cędes
Quieuit iam inde Baaſas,ſed nihilo tutior in ocio fuit.Creon domeſticis iſidiis exceptũ obtrũ
cat.Helan filius eſt illi ſurrogatus.Hunc eo biẽnio quo regnare cœperat Zamarias equitũ prę
fectus,quũ apud diſpenſatorẽ ſuũ cœnaret,paucis in eum equitib⁹ immiſſis,improuiſo oppſſit:
ac nequid ad occupandũ regnũ ſibi morę fleret:poſt regis cædẽ oẽs ex Baaſæ domo ad vnum
ſuſtulit,qđ futurũ Gimon ꝓpheta Baaſę multo antea fuerat vaticinatus.Helanis cęde ad exer
citum plato,ingẽs militum aĩos indignatio cepit,Amariq́ꝫ duce ſibi cõſtituto vlciſcẽdi ſceleris
ſtudio,cõfeſtim motis caſtris in Zamariã regię cędis authorẽ tẽndũt.Erat tum ille Therſę: qua Samaritanõ
ſub primũ copiarũ acceſſum violẽter capta,Zamarias ne viuus in militum poteſtatem veniret, rũ ſeditio.
ſeipſm cũ regia domo cõcremauit,quum ſeptẽ dũtaxat dies regiũ nomen obtinuiſſet. Hic ſedi-
tione inter milites orta,quũ alii Themanem,alii Amarin regnare vellent,Themane militari ſe-
ditione interfecto,Amaris eſt rex cõſalutatus :q duodecim deinceps annos rerũ eſt Samarię po Amaris rex
titus.Fuit is nihilo in populum mitior ꝙ cęteri fuiſſent,ſed pietati & religioni multo infeſtior.
Ababus ei filius ſucceſſit,qui paterna ſecutus veſtigia ſuper odium pietatis , oĩbus probris ſe Ababus.
regiumq́ꝫ nomen contaminauit.Diuerſo ab his rerum curſu oĩa interim Hieroſolymis florere,
quietior rerum ſtatus,& ob Aſę manſuetiſſimã adminiſtrationẽ pietatiſq́ꝫ cultũ multo felicior.
Sed dum hæc in Iudæa fiunt,in Latio Capys octauus ab Aſcanio Albę regnũ tenuit.Sunt(qđ Capys.
miror)qui Capuę,quæ ſuper Vulturnum amnem ſita eſt,hunc authorem arbitrarenf, quum Capuæ cõdi
multo plures cum qui fuit Æneæ comes autument.Liuius & Strabo a campeſtribus locis qui ditor.
bus ſita eſt,vrbem appellatã ſignificare vidẽtur: Vulturnumq́ꝫ ab initio dictã.Hetruſcorum id
oppidũ non Albanorꝫ alteriuſve gentis fuiſſe Alicarnaſeus Dionyſius,in iis q variæ ſunt de vr-
bis origine ꝑdita:vulgatum fuiſſe ait ſermonẽ,Ænei filios poſt eius interitum inter ſe Latinorꝫ
regnũ partitos,Aſcaniũq́ꝫ Albam & alia quędã oppida condidiſſe:Romum vero Capuam quã
a proaui nomine ſic appellauerit,& alteram ab eo conditam quã Anchiſten ab auo:tertiã a pa-
tre Æneã vrbem,quem poſtea locum Ianiculum dixerint:nouiſſime Romam ipſam a ſe denomi
naſſe.Cæterũ Trãquillus(qđ ad Capuę nomen attinet)author eſt:paucos ante menſes ꝙ dicta
tor Cæſar ſit in curia interfectus,tabulam æneam veteri monumento circa Capuam repertam
in quo dicebatur Capys eius vrbis conditor ſepultus:literis & verbis Græcis ita conſcriptam, Capys vati
quãdo oſſa Capys detecta eſſent,fore,vt ab Iulo prognatus manu cõſanguineorum necaretur. cinium.

Quæ si vera sunt, q nomen ipsum a campestri loco factum existimant: in manifesto fuisse errore videri possunt. Capys igitur Albanum regnũ Capeto tradidit, quo sane tempore Lacedæmone rex erat Agesilaus. Fuit & alius eodẽ nomine aliquot post ętates longe illustrior, cui⁹ gesta suo a nobis loco postea reddenda sunt. Phorbas per id quoq; tempus Athenis est rerum potit⁹, Corinthi Bacis, in Assyria Orphateus terti⁹ a Nino & trigesimus, in Ægypto Nesphercheres. In Iudęa Asas altero & quadragesimo sui regni anno vita decessit, Iosaphat ex eo natus regnũ a patre p manus accepit, quum haud multum antea Achabus Samarię regnare cœpisset. Is Iezabelem Ionabalis Tyriorũ regis filiam duxit vxorem, cui⁹ suasu eo insanię processit, vt super vitulorũ cultum, quem a maioribus acceperat, alienos etiam deos complexus, passus sit intra sui regni fines lucos illis & aras cũ sacerdotibus cõstitui, & in his Baalis templum quem Sidonii pęculiariter colebãt. Ad hunc igit Helias ex Tresbite Galaaditidis terræ oppido venit, a quo est monitus, fore, vt ob p̃sentem impietatem, sideris ardore longaq; cœli intemperie, toto eius regno fruges cum omnibus animãtibus absumerẽtur. Quibus ille minis quum nihil ab impio instituto absisteret, propheta Sareptã vrbem haud procul a Sidone contendit: vt q̃longissime ab Achabi scelere abesset. Hic cibo a vidua muliere refectus eius filiũ haud multopost morbo extinctum ad vitã reuocauit. Mox in grauissima cœli intemperie Helias a rege requisitus, repertusq; in Carmelo monte, Achabo & multis mortalibus videntibus ad coarguendã alieni ritus stultitiam dei maximi aræ admotã sine igni in holocausti speciem totã cœlesti flamma ad tempus delapsa cõcremauit. Populus rei miraculo pculsus sacerdotes quos alienis diis Achabus & vxor sacrarãt, trucidauit. Tũ vero impię Iezabelis irę in Heliam exarsere, cuius imperio ad supplicium requisitus, sese ille e medio proripuit, Bersabeãq; petiit (in Iuditarum finib⁹ ea vrbs sita fuit) inde per deuia & ignotos saltus ad Sinã montem solus pertendit, inibi quum aliquãdiu profundã speluncam incoluisset, cœlesti voce iussus est in Samariam redire. Ibiq; Hieum Mãsi filium futurum regem inungeret, & Heliseum Abeli indigenã sibi prophetam subrogaret. Ferunt in eũ arantem pallio ab Helia iniecto, confestim ex ignaro & agresti diuino spiritu afflatũ. Ipse vero posteaq̃ numinis imperium pegit, haud multum deinceps in humanis versatus, Heliseo vidente in cœlũ est assumptus. Sed priusq̃ hęc in eo euenerint cum Achabo rege iterũ congressum significare videt Iosephus, a quo monitus sit futurum, vt ipse cum tota progenie non multopost graues esset pœnas expensurus, ob Nabothi cędem, quẽ Iezabel vxor sub falso crimine populo necandum obiecisset, vt eius prędiis potiret. Tali oraculo Achabus cõsternat⁹ saccum induit, humiq; miserabili modo afflictus, veniã precari, qui cũ aliq̃diu in hoc luctu & mœrore fuisset, iterũ prophetæ voce est iussus bene sperare, nec ignorare meritam cædis vltionem ad posteros, non ad se peruenturã. His ille leuatus, haud multo interiecto tẽpore, difficili est bello ab Adado Syriæ & Damasci rege petitus. Causam illati belli nõ reperio, tãtum Ioseph⁹ scribit legatos ex Syria ad Achabum venisse, vxorem & omnem regiã supellectilem sibi dari postulãtes, polliciti fore vt si ea impetrata forent, cõfestim ex Samarię finibus Adadus excederet. Premebatur iãdudum Achabus graui obsidione: vt se igitur & suos pręsenti bello leuaret, respondit se imperata facturũ. Postridie vero quum iidem legati affuissent, peterentq; fieri sibi potestatem secreta omnia perscrutãdi, vt ex fide repręsentarẽtur omnia quæ dedita essent, commotus impudẽtioribus postulatis Achabus, eos ex vrbe eiecit. populum ad concionẽ vocauit: hic quę insolẽs hostis per legatos dari petiisset, exposuit, & quę ipse pro suorũ incolumitate dare ab initio non abnuisset. Cæterum rediisse ad se eosdem legatos, qui ad hoc missi essent vt totã regiã ab libitum comp larent, quoniã si ita deus velit, statutum habeat Syrus Samariæ regem, quem improuisi belli terroribus obnoxium sibi fecerit, non vxoribus modo, regiaq; gaza multare: sed nudum etiã statuere. At ne non omnia me pro vestra salute velle arbitremini, vitam propriam nedum opes (modo sentiã vos ita velle) paratus sum p meorum incolumitate effundere. Ibo ego ac (si ita vobis cordi est) non regiã solum illi patefaciã, sed nudus in castra egressus crudelissimo hosti iugulum aperiendũ dabo: scio & fateor nihil magis regem decere, q̃ suo sanguine (si sanguine opus sit) populum seruare. Sed vos hic corã qđ in hac re mihi sit agẽdũ dicite, quę sonã qđ ad me attinet nulla est fortuna tã miserabilis, nulla tam tristis & horrida, quã pro meorum salute non sim vltro libensq; subiturus. Cõmotus tã populari oratione superbisq; hostiũ postulatis populus, oĩa prius sibi ferenda exclamat, q̃ conditiones pacis tam ignominiosę acciperet. pergeret modo rex vrbem tueri, confidere se futurum: vt vel Deus, vel mortales ipsi aliquem calamitoso bello exitum inuenirent. Conuersis igit ab omni pacis studio ad arma, super-

Achab⁹ rex. Iezabel.
Baal.
Helias.
Viduę fili⁹
Helię fuga.
Helię exit⁹
Achab⁹ saccum induit
Adadus Samariã depopulatur.
Achabi cõcio.

uenit propheta victoriam p iuuenes principum portédi demonstrans. Achabus etsi minacissima hostium denunciatione admonebatur, ne temere pgeret vim pati velle, quum tam numeroso cingeretur exercitu, vt si singuli terræ glebulā mœnibus admoueant, momēto temporis videat muroꝝ fastigia aduersis aggeribus æquari, prophetæ tamen vocibus suorumq; consensu fractus, cētum & triginta ex omni iuuētute lectos, ex ppinquo iubet quæ in hostium castris fierent diligēter explorare, qui speculatum missi fuerant, stationarios milites vino & crapula prostratos ex improuiso opprimūt, cæterosq; cū cæde & tumultu in castra prosequūtur: fecit improuisa res, vt fœda sit fuga confestim inter hostes orta, quod quum Achabus in omnē occasionem intentus animaduertisset, copias quas in hunc vsum circa portas instructas habuit, continuo in Syrum sua sponte turbatum, cum clamore & crepitu immittit. Auxit ea res vanum hostium terrorē, fugaq; semel inclinata, haud amplius sisti potuit. Syri castris exuti per ęqua & iniqua cū multa strage agūtur. Adadus equi pernicitate seruatus est. Iosephus author est duos & triginta cū eo principes ad id bellū venisse, qbus iussis bellū reparare, sub vernū tempus aliquāto maiore rerum apparatu Adadus Samarię fines ingressus, ad Aphecantē in aperta planitie castra fecit. Achabus & ipse pene inuictū habens exercitum in æquum descendit, metatusq; haud pcul ab eo castra, etsi viribus erat inferior, memoria tamē proximi belli, in spe q̄ maxima esse alicuius futuri successus. Fuit vtrinq; aliquot dies silentiū. Septima demum luce Syrus omnes copias in aciē educit, nec Achabus pugnā detrectauit: nam tum quoq; prophetę hortatione fractus, nihil de victoria dubitauit. Magnis vtrinq; animis est cōcursum, pugnaq; diu anceps fuit, demum Syri multa vi pulsi, atq; in fugā acti, ad centum milia hominum & amplius amisere. Ingens vis hoīm quæ media strage reuulsa, sese trepide in Apheciam iniecerat, haud multopost murorū ruina est oppressa. Adadus fide prius accepta, ad Achabum victorem venit, a quo supppliciter ad pedes prostrato adorari se Samaritanus rex non est passus. Cæterū in currum prius sublatum honorifice appellauit, multisq; muneribus donatum incolumē domum remisit, qua beneficētia Syrus prouocatus, omnia loca quæ sui maiores Israelitis bello ademerāt, se Achabo redditurū est pollicitus, & cum his Damascum vrbem clarissimam. Atq; hunc exitum habuit bellum, quod Syri Israelitis bis magno apparatu, maioreq; tumultu intenderāt. Fuit ea victoria Achabo minus læta, ob ea quæ ex oraculo acceperat. Micheas ad eum propheta venit, haud dubie affirmans, futurum, vt ab hoste infestissimo, quem ipse sua stultitia seruasset, aliquando interficeretur. Ea voce vehementer turbatus Achabus Micheam custodiri iussit, simulq; in Samariā futuroꝝ sollicitus, cum victore exercitu reuersus est. Et is tunc erat circa Samariā rerum status. Iosaphatus interim, & qui sub eo erāt pietate & ocio florebāt, destinauerat ille p̄ter cætera iustitiæ documēta, q̄ a pricipio sui regni posuerat, sacerdotes ex Hierosolymis circa vrbes quæ suo parebāt imperio: vt patrias populo leges pdicarent, ad earumq; cultum hortarentur, quo pio instituto mire iustitia & ęquitas toto regno creuerat. Hui⁹ rei phama moti reges & circūiectę gentes, vltro Iosaphati amicitiā per legatos poscere, multaq; & magna vndiq; illi congerebātur munera, sed neq; solers diuinorum cura, studiumq; a reliqua administratione regium auertit animum. Nullus vnq̄ Hebræoꝝ regum, tot hominum milia habuit in armis. Iosephus author est, nouies cētum milia bellatorum sub eius signis militasse, sunt qui duodecies & amplius scribāt. Hunc felicitatis cursum vnum duntaxat factum deformauit. Ioras eius filius Gotholiam Achabi filiā vxorem sibi desponderat, eaq; affinitate fractus Achabus ex Iosaphato petiit: vt socia secum arma aduersus Adadum Syriæ regem īīgeret, habere se in animo Ramothum vrbem in Galaaditide terra sitā, quā maiores sui tenuissent, nec sibi restitutam, ex Adado armis repetere, id Iosaphatus nihil grauate præstitit, pulchrum sibi & honorificum ratus, hominem suæ gentis, nouaq; affinitate sibi nuper deuinctum, aduersus externas gentes armis iuuare. Collatis itaq; castris, placuit priusq; in aciem descenderetur, (nam & Adadus cum q̄maximis potuit copiis obuiam processerat) numinis voluntatem sciscitari. Habebat Achabus prophetarum penes se numerosum cœtum, quibus in medium accersitis, cum omnes victoriam portendi affirmarent, nihil eorum prædictioni Iosaphatus credere, haud quidem ignarus, ob prauum sacrorum ritum, vanum esse omne illorum vaticinium, ab Achabo itaq; sciscitatur, an præter illos, quos circa se frequentes haberet, esset aliquis cui ob exploratā diuinationē maior fides haberi possit. Tum Micheas Achabi iussu e custodia eductus, de euentu pugnæ dicere iussus est. Is omnia ad priorē diuinationē referens, iterum cecinit Achabū a Syro inter-

Adadus p̄fligatur.

Adadus bellū reparat.

Syri iterum p̄lio vincūt

Micheas ppheta.

Iosaphati copiæ & opes.

Iosaphatus Achabo auxiliatur.

Micheas.

fici oportere,eoq; bello haud dubie casurum ac futurum vt canes,quẽadmodum Helias antea cecinisset,eius sanguinem lamberent:tum Sedechias prophetarum vnus (,is magna erat apud Achabum existimatione)ad Micheæ diuinationẽ eleuandam,& vt regem præsenti metu leuaret.Nemo est inqt rex,qui non perspicue intelligat,si rem attendat,vana esse omnia quæ Micheas de tuo exitu confinxit,ait ille te præsenti bello interiturũ,qui si verus sit vates,iam falsa fuerit Heliç ꝑdicatio:fore,vt tuum cruorem canes in Nabotheo agro lingerent,vt iustissimi olim viri linxissent,quem vxor tua occidendum populo tradidit : ꝙ si hic cadendum sit,irrita sunt quę de te ꝓpheta summus euentura vaticinatus est,verum vtri maior habenda sit fides, nemini dubium est.Sed egometipse experiar,si iusseris,quę huic habenda sit fides.Constãs phama est Hieroboæ dexteram quę vim ꝓpheteę intulit,subito contabuisse:pulsabo inquit Micheam,ac si noxa inde vlla secura fuerit,satis tibi & aliis erit exploratum,fidẽ ei⁹ dictis nullo modo defuturam.Hęc ille,simulq; regis ꝑmissu Micheam palma percussit. Cæterũ quum id impune fecisset,

Sedechiæ facinus.

metu Achabus liberatus,in aciem copiam eduxit,eius pugnæ exitus declarauit numinis ꝓuidẽtia cõtigisse,vt nulla ex ea iiuria vltio secuta sit,ne si aliter euenisset fatali exitio mora fieret. Erant regum animi,etsi pręsenti metu leuati,haud tamen omnino liberi religione.Quare ita inter se cõparant.vt Iosaphatus stola cæterisq; regiis insignibus in acie staret, Achabus gregarii militis habitu pugnã cieret.Dicitur Adadus suis præcepisse,vt tota acie Achabum ad interitum requirereut,homo omnium ingratissimus,qui tanto studio mortem hominis optauerit ,a quo tertio ante anno vitã dono accepisset.Potuerunt scio ego,pręter Ramothi causam, media temporis intercapedine nouę inter eos offensæ existere , etsi authores qbus curæ fuit hæc prodere non dicãt quid in causa fuerit ꝙ vterq; alterum tam infense oderit,vt hic regnum,ille vitã alterius petierit.Cõmisso igitur prælio,fatalis necessitas Achabum in eum locum pertraxit,vbi sagitta ab hoste immissa letiferum accepit vulnus.Traxit tamen aliquandiu pugnã, verũ inclinante die,quum assiduo fluuio sanguinis consistere amplius non posset, aliquãto prius ꝗ aĩam efflaret,pugna excessit,dein ꝓlio in noctem extracto,vbi primum Achabi casus rumorib⁹ vulgatus est,Israelitæ fuga delapsi in pacatũ concesserunt.Regium corpus Samariæ est sepulchro datum,mortui cruorem(quod multo antea Helias viderat)circa Isaram Samariæ fontem, vbi Achabi currus est abstersus,lampserũt canes.Continebatur Isara Nabothei agri finibus.Iosaphatus ex acie reuulsus Hierosolymam se trepide recepit,nec longo inde interiecto tempore,ab Hammonitis,qui Moabitas & Arabum auxilia suis viribus adiunxerant,bello est petitus. Tres ita gentes Iosaphati regnum hostiliter adortæ,& ad Asphaltidem vsq; lacum tumultuose progressę,Gaddum lacui adiectum obsidione cingunt.Distat ab Hierosolymis locus stadiis trecẽtis,præcipua ibi palma,opobalsamiq;,vt Iosephus ait,prouentus.Huiusmodi bellorũ minis Iosaphatus territus,ad diuinã opem homo sacrificulus confugit,cuius iussu supplicatum est promiscue ab omni sexu,& ętate.Helisei deinde voce factus certior,victoriã de hoste sine pręlio adesse,cõscripto exercitu in Thecuę desertis cõsedit,inde priusꝗ ad hostes ventretur, dira libido illorum animos coepit in se hostiliter sæuiendi,tãtaq; cędes secuta,vt ex numerosissimo nuper exercitu ꝗpaucissimi supfuerint.Incidit in tetram illam stragem Iosaphatus,collectisq; per triduum spoliis,hostiũq; castris direptis,deo optimo maximo ob victoriam clarissimam sine vlla suorum clade quæsitam gratulatus est, mansit iam inde loco nomen vt laudum actionis sit vallis nuncupata.Fuit inde rerum status circa Hierosolymam pacatissimus,binaq; Israelitarũ regna ob regum amicitiam,pacate inter se agentium,opibus & ocio floruerunt.Medio itaq; tempore Ochozias Achabi filius qui nihilo patre erga religionẽ melior fuit,quum Moabitę subita defectione annuum tributum abnegassent(Iosephus tributi summam explicat,trecentaq; ouium milia ait intonsa dari solita)medio belli apparatu graui scalarum lapsu debilitatus, quum modica spe vitam traheret, Acharonem misit,qui ex vano quodam eius gẽtis oraculo sciscitarentur,an ex eo esset languore conualiturus,iis qui missi fuerant Helias factus est obuius , monuitq; impie facere Ochoziã,qui alienã supstitionẽ secutus,dęmonũ sectaretur prestigias,irẽtq; & regi nunciarent futurum,vt non multo post vitam cum morte commutaret. Hic commotus Ochozias,petiit qs esset is,a quo responsum ad se tulissent,nescire se nomẽ illi cõfessi sunt, ceterũ hirsutũ corpus,scorteaq; pręcinctũ.Sensit tum Ochozias Heliam adesse,misitq; ad eum tribunũ cũ paucis,qui si venire ad se recusasset,vel inuitũ traherent.Repertus est ꝓpheta sedẽs in monte,supbeq; & minaciter iussus ad regis conspectũ properare,miraculo accidisse aiunt,vt

Achabi casus.

Iosaphati in Hãmonitas miraculosa victoria.

Ochoziæ casus.

cęlesti flamma sit tribunus & qui cum eo erant continuo absumptus, atq; similem cladē expertos qui secundo deinceps loco a rege venerāt. Postremo mitius appellatus ī vrbē venit, hic Ochoziā coram instruit quę de ipsius interitu cognouerat: ac tū demū vt quidā tradunt Helias in humanis esse desiit, nec quo casu ex hominum oculis fuerit sublatus, satis cōstat. Similis quædā opinio tenuit de Enochis exitu, qui antiquior fuit diluuio mille & amplius annis. Nec Ochozias multum deinceps superfuit, in cuius locum Ioras frater regimen suscepit. Is bellum in Moabitas ob gentis defectionem ornare adortus, ad Iosaphatum misit, qui eum rogarent, vt socia secū arma in Moabitas iungeret. Respōsum est, fore vt nō solū Iosaphatus cum suis auxiliis præsto adesset sed Damascenū etiā regē in belli societatē traheret. Cum his igitur copiis, quas ī armis habuit, Ioras Hierosolymam venit, quo Damascenus Rex cū suo exercitu nō multo antea fuerat accersitus, hinc tres reges cum tribus regiis exercitibus in hostē pfecti, & vt suus esset occultior accessus, per deserta iter intendūt, quibus sane locis est nō nihil siti laboratum. Cæterū Helisei precibus (dederat is Heliæ dū in humanis fuit operā) nullum maius aquationis incōmodū adiit exercitus. Moabitæ qa constās erat phama, tres reges cū suis copiis appropinquare, pręmittunt cō festim qui montiū angustias insiderent, frangerentq; hostium conatus in ipsis regni finibus. Sed dū hi facessunt imperata, cruentes forte aquas pximo torrēte intuiti, deletas hostiū copias intestina seditione rati, qualē ipsi casum haud multo prius fuerāt in Iudæa experti, id regi nunciādum curāt, simulq; ab eo petunt, vt liceret sibi ad hostiū spolia legenda cōtendere. Q; temere nunciata res est, tā stulte & a Rege & ab aliis credita, pmissumq; omnib9, vt in prædam discurrerēt, tum præsidio locorumq; opportunitate relicta, incomposito agmine ad hostē tendunt, anheloq; cursu in Israelitarū castra incidētes, velut in insidias plapsi impetū primo inhibēt, inde metu perculsi fugam capessunt. Modico itaq; negocio fusi sunt, passimq; palātiū terga cæsa. Moabitanos dein de fines tripertito reges ingressi, vniuersam regionē ferro & igni populant. plures adhæc vrbes vi captæ direptæq; sunt, & incensæ, quædā etiā ab imo excisæ. Ad regiā vrbē postremo copię admotæ, quæ longa obsidione fatigata, quum haud procul ab eo esset vt vi caperetur, tētauit Moabitanus Rex cum quingentis fortibus viris per hostium stationes erumpere. Cæterū vi hostium in vrbem compulsus desperatione actus filiū maximū natu, qui ad regni successionem alebat, in fastigio murorum vnde ab hoste conspici posset, pro hostia mactauit. Id spectaculū intuiti reges miseratione commoti, admonitiq; insuper vnius nuper potentissimi regis exemplo, q̄ incerta sit omnis humanarum rerum conditio, confestim obsidionem soluunt. Credibile est Iosaphatum & alios animaduersa hostis desperatione, satius duxisse mitioribus conditionibus pace illi reddita bellum componere, q̄ labore & periculo hostem ad mortem compellere. sed quoquo modo pax illi reddita est, Moabitanus hostis, quod satis constat, haud multo postq̄ filium interemit leuatus est obsidione. Victores exercitus diuersi in suum quisq; regnum abierūt, nec ita diu postea Iosaphatus vita decessit, quum iam sexagenarius esset, sextusq; a Dauide Hierosolymis annos quinq; & XX. regnum tenuisset, ipsi regiæ stirpis authori magnitudine animi, gestarūq; rerum gloria & pietate persq; similis. Ioras natorum maximus p man9 ab eo regnū accepit pacatissimū, florebātq; omnia in tota Iudæa ocio & opulentia, quū Samaritanæ res sua sponte turbare cœperunt gētis statum. Ioras Achabi filius, qui post patris interitum Samariæ tenuit regnū, venatum exiturus ab Helisco monitus dicitur, vt capitales caueret insidias q̄ a Syro hoīe imminerēt. Audiit ille domiq; se tenuit. Adadus Rex qui in animo habebat illū excipere insidiis, vbi ppositæ cędis cōsiliū ad irritū cecidisse vidit, in paucos familiares quos eius cōsilii participes fecerat sæuire violentus rex, & iam quæstioni eos admouerat, quū ex domesticis vnus frementē admonuit, videret ne Heliseus propheta homo futurorum non ignarus, & qui rebus Ioræ vehementer studeret, regē impendētis periculi admonuisset. Fecerunt ea verba apud Adadū fidem, continuoq; ira in vnū deflexa, mittit qui Heliseum Dothai agentem captum ad se perducerent. Equites qui ad id missi sunt caligine illorū oculis offusa, propheta in Samariā ad Iorā pertraxit, obiecissetq; eos rex suis trucidandos nisi Heliseus inhibuisset, satis habere se dictitās q; Syri se in tutela numinis esse nō ignorarēt. Hospitaliter itaq; suasu ei9 habiti ad Adadū incolumes remissi sunt. At neq; Achabi antea beneficiū, neq; tūc Iorę hospitalitas Syrū pacatiorē reddere potuerūt, sed tā ingēti armorū apparatu q̄ nūq̄ antea Samariā adortus, Iorā intra mœnia cōpulsum graui cœpit obsidione fatigare, q̄ pręter spem oīm lōgius distracta, tantā rerū omniū in vrbe caritatē & iopiam peperit, vt proditum sit memoriæ, caput asini octoginta nummis argēreis vænisse. Ioras in summa rerum omnium difficultate nihil adhuc fractus animo, cæterum veritus ne fame ciues adacti, occultā

Flāma exurit tribun9, Helię iussu.

Ioras.

Tres Reges ī Moabitas tendunt.

Moabitarū clades.

Moabitarū rex filiū p hostia mactat.

Helise9 Syros ī Samariā ptrahit.

Caput asini.lxxx.nūmis vęniit.

cum hoste fererent colloquia, ipse circa muros sollicite stationes obibat, cum mulier quædã procul intuita flebili voce appellat, rogatq́ꝫ suppliciter vt sui misereatur. Credidit primo Ioras muliebris alioqui cutis distractus aliquid a se peti, quo longa inedia solueretur, ob idq́ꝫ mulierculæ occurrens nihil esse in se testatur quod cuiq̃ opitulari possit. Appellat interim illa nihilo secius regis fidem. Tum dicendi potestate facta, conuenerat inquit rex mihi cum vicina, vt quum iã longa fames omne dirum nefas suaderet, filium vtraq́ꝫ suum sorte interficeremus, vt quod huius afflictæ vitæ adhuc superest, nefario diroq́ꝫ (quoniam meliore non licet) traheremus cibo. Occidi ego prior vnicum quem habui filium, partitaq́ꝫ sum ex æquo cum illa corpus, nunc eo cõsumpto abnegat perfida mulier se mecum tale aliquid pepigisse. Quare te per hæc mala quæ patior oro & obtestor, vt pro imperio & potestate eam compellas ad hęc quę mihi ex pacto debentur rite persoluenda. Perculsus Ioras rei atrocitate vestem sibi conscidit præ nimio dolore, inde ira accensus mittit qui Heliseum obtruncarent, quippe qui securus nimis extrema suorum mala intueretur, nec in tam longa obsidione consilio, precibusve, regem aut ciuitatem iuuisset. Præsensit Heliseus, vt futurorum gnarus, percussoris aduentum, monet itaq́ꝫ discipulos quos circa se habuit, vt in ipso vestibulo domus regium spiculatorem paululum remorentur, certo scire se regem ad se confestim venturum, vt cædem inhiberet, estq́ꝫ verborum fides continuo secuta. Tũ Ioras multum est coram eo questus, q̃ res suas in tanto rerum discrimine constitutas, nullo fauore numinis subleuasset. Tum Heliseus bono inquit sis animo, cras quod minime reris adeo rerum omniũ leuabitur annona, vt duobus stet siclis hordei satum. Hic ex regiis amicis vnus, erit id certe inquit, si tritico & hordeo pluerit. Erunt hæc, vt dixi, Heliseus ait, sed ea copia nihil ad te. Sequente igitur nocte, tacita perturbatio primum hostium castra inuasit, inde cum tubarum clangor horrendusq́ꝫ armorum fragor porro redditus multum animos perculisset, consternati hostes ad regem concurrunt, nunciant vim hostium ingentem adesse, nimirum ex Ægypto aliundeve noua Ioræ adsint auxilia, quibus frætus impetũ in castra sit facturus. hæc illi, simulq́ꝫ vbi terrificus clamor tubarumq́ꝫ concentus appropinquare visus est, adeo regem & alios turbauit, vt Syri nocturna occasione vsi, relictis castris omnium rerum opulentia refertis, trepide in pacatũ trãs Iordanem concesserint. Inciderunt leprosi quidam in castra nuper deserta, qui ex gentis instituto vrbe exclusi, quum nemo ante portas stantes in tam arcta iuuaret annona in castra transire constituerant, vt cibũ inde mendicarent: hi cognita hostiũ fuga, omnia enim silentii & solitudinis plena occurrunt oculis, ad vrbem recurrunt, custodibusq́ꝫ pręcipiunt, vt continuo regi nuncient, deserta esse hostium statiua. Nulla ab initio regi apparuit causa, cur Syrus tam celeri desperatione obsidionem soluere debuisset, credere itaq́ꝫ vulgo, Syrorũ eam artem esse, vt si temere ad prędam ex vrbe discurreretur, oppidum subita vi caperent. Placuit igitur nihil inexplorato agere, missi sunt expeditissimi equites, iussiq́ꝫ ad Iordanem vsq́ꝫ fluuium adequitare, postea vero q̃ hi tuta omnia renunciarunt, discursum est in castra ad prędam diripiendam. Iumentorum & curruũ numerus ingens captus, multum pręterea auri & argenti precioseq́ꝫ vestis, cęterum nihil ęque fuit omnibus gratum ac frumenti copia, quę supra modũ ingens in castris reperta est. Ea res in causa fuit vt eodem die quo hæc gesta sunt, duo hordei sata vno siclo vænierint. Habuit satum mensuræ genus, vt Iosephus scribit, modium vnum Italicum & dimidium eius. Cũ cętera igitur prophetę verbis respondissent, hesternus ille cauillator, qui temere fuerat in phrophetam inuectus, cum ante portam a rege constitutus esset, vt multitudinem sedatiore gradu in castra emitteret, ne cõferto pręcipitiq́ꝫ agmine minus validi (vt solet) eliderentur, plurium simul irruentium vi pressus, violenterq́ꝫ iactatus efflauit animam. Adadus vbi in Damascum venit, nocturnę fugæ vaniq́ꝫ pauoris conscius, in languorem maximum incidit, pepéritq́ꝫ languor (vt assolet) morbum, quo ille implicitus Azahelem ex aulicis quendam ad Heliseum misit cum muneribus amplissimis, vt senem de valitudinis exitu consuleret. Propheta periturum regem dixit, ac cum his in lachrymas prorupit. Miratus Azahel prophetam flentem causam requisiuit, tum Heliseus, dubiũ impulsu numinis an vt diuinationis experientiam daret aliquam, suiq́ꝫ admiratione hostem in suos pacatiorem haberet, cerno inquit te futurum Syrię regem, miserabilemq́ꝫ cladem nostrę gẽti allaturum. His Azahel instructus, homo qui iam antea immodicos alebat spirit⁹, vbi domum venit regem morbo affectum laqueo extinxit, regnumq́ꝫ absq́ꝫ vllo maiore certamine occupat. Erat Azahel vir impiger opibusq́ꝫ & gratia secundum regem longe inter Syros potentissimus, author itaq́ꝫ fuit plurium templorum suis vrbib⁹ Damasciq́ꝫ in primis erigendorum, & cum his vnũ qđ Adadus instituerat, quapropter vtriq́ꝫ diuini sunt postea honores decreti, & ambo ꝑ diis

Mulieres fame filios comedunt.

Helisei vaticinium.

Ioras obsidione leuatur

Satũ mẽsurę genus.

Heliseus Adadũ moriturũ nunciat.

Azahel Adadũ interimit.

habiti. Samarita nę interim res aliquãdiu in ocio fuere, Ioras q Hierosolymis regnabat (etẽ vero duo eodem nomine, vterq; suo regno in Iudæa rerũ tempestate illa potiti sunt) Athaliæ cõiugis consuetudine (fuerat hæc Achabi filia, sed plus omnino materna supstitione q̃ Iudaico ritu ibuta) tm̃ a paterna pietate diuersus abiit, vt a domesticorũ cæde regnũ auspicatus, impiũ alienigenãq; cultum pro eo quẽ a maioribus acceperat, sit secutus: & qđ maioris omnino fuit amẽtiæ, populum ad malorum dæmonum cultum vi compulit, quibus demum malis coinquinatus, in varias incidit clades. Idumei ab eo primũ defecere, rege interfecto q in fide ipsius erat. secuta & aliarum gentium defectio. nouissime Arabes Palęstinam adorti omnem cãpestrem regionem ferro & igni populati sunt, domo insuper direpta, vxores & liberi præter Ochoziã natu minimum qui fuga seruatus est, subito hostiũ incursu periere. Ipse vẽtris pfluuio diu conflictatus (q̃ oĩa ex Heliæ epistola antea cognouerat) anno ex quo regnare cœperat octauo infœliciter cõsumptus est. Eum extinctum, neq; regio funere extulit populus, neq; maiorum sepulchro inferri est passus. Ochozias paterni regni gubernaculum accepit, quo Hierosolymis imperãte Capetus in latio albanum regnum obtinuit, & mox post eũ Tyberinus, q in Albulæ fluminis traiectu summersus nomen aqs ad posteros dedit. Dionysius author est prelio circa amnem cõmisso, regẽ in flumen pręcipitatum periisse, nomenq; aquis dedisse. In Ægypto Spinaces imperabat, Ophraatanos in Assyria: Athenis Mezades, Archelaus Lacedæmone, Corinthi Agesilaus. In altera Iudęæ parte Ioras Achabi filius iã antea regnabat. Is post Adadi interitum hostili metu solutus, ad Ramothum vbi pater letali vulnere acie sautius excesserat, Syris adimendũ animum adiecit. Ingenti itaq; exercitu comparato magnis opibus vrbem expugnare conatus, dũ forte circa muros incaute versatur, sagitta ex vrbe petitus, graue vulnus accepit, ad quod curandum, in Iezaelem vrbem proximam decessit, Hieo Nãsi filio viro impigro cum imperio in castris relicto. Erat Hieus obsidioni cęterisq; rebus ita intentus, tam strenue tempestiueq; imperatorium obibat munus, vt a nullo regis præsentia desideraretur. Sed dum Ioras diligenter curatur, Heliseus vnum ex discipulis Ramothũ i castra misit, qui Hieum futurumq; regem inungeret. Erãt tum forte circa Hieũ plęriq; ex principibus castrorũ, siue officii causa, siue ad aliquid de summa rei consultandũ vocati, quũ Helisei nuncius ingressus secretum ab eo petiit, atq; in proximũ cõclaue abductũ, Hiei caput oleo perfudit, testatus se ab Heliseo missum, vt eum *Samariæ* regẽ inungeret: fore, vt regnum sine vllo maiore motu obtineret, atq; ex Heliæ pędicatione omnẽ Achabi extingueret progeniẽ, in prophetarum vltionem, quos Achabus impie obtruncasset. Hæc ille cum dixisset, cõfestim retro abiit. Hieus vbi se concilio reddidit, rogatus ab iis qui proxime steterant, qua fiducia hõ ille in cuius ore manifesta emineret vęcordia, eum a re seria abduxisset, Hieus & quis & vnde esset docuit, inde cunctanter & cum rubore quæ facta essent patefecit, ad quã vocẽ cõsensus & gratulatio ingens orta est. quã occasionẽ Hieus secutus, primũ oĩm principes cõmouit, vt milites ad officium hortarentur simulq; ad Ioram extinguendum ire pergit, nec iam procul Iezraele erat, quum agmen aduentare nunciant ii qui in speculis stabant, tum Ioras perculsus expeditissimum equitem iussit venienti agmini occurrere, qui ex proximo speculatus amici essent an hostes, ad se celerrime recurreret, is ab Hieo in occursu oppressus, iussus est agmen sequi, quod procul intuitus speculator ex edito exclamat, equitem post cõgressum agmini sese agglomerasse, qđ cum in altero quoq;, qui post illum est missus euenisset, cõtinuo Ioras cum Ochozia rege Hierosolymorum qui ibi forte erat i currum sublatus, q̃q̃ vulnere adhuc grauante, amenti similis Hieo occurrit, quem quum procul amice compellasset, nec contra quicq̃ pacate redderetur, sed veneficæ impudiceq; fœminæ filius appellatus in se impetum fieri vidit, flexo repente curru fugam molitus est. In eum abire volentem Hieus hastam contorsit, sunt qui sagittam dicant, qua transfixus Ioras curruq; deuolutus in poplitem cõcidit, animamq; continuo efflauit. eius corpus in Nabothei agrũ volucribus & feris est proiectum, vt vera essent quæ Helias post Nabothei cædem, Hiezabelis nequissimæ suasu perpetratam, in Achabo & posteris euentura dixerat. Ochozias & ipse sagitta ab Hieo vulneratus equi pernicitate in Magedonem grauiter affectus aufugit, vbi inter curandũ est ipse quoq; extinctus, quum annum nec amplius. octauo ab Dauide loco, Hierosolymis regnasset. Accidit igitur vt duo Iudęorũ regna vno tempore vtrunq; suo fint rege spoliata. Post Ioræ cędẽ Hieus Iezraelem adequitauit. vbi Hiezabel Ioræ mater erat, hæc morte filii comperta, ex alta turri exclamãs, Hieum venientem conuicio excepit, nequissimum mancipium appellans nunc perfidum & impium, qui dominum & regem violare esset ausus. Hieus Eunuchis qui cum Hiezabele erant imperauit, vt eam e turri præcipitarent, quam ruentem, humiq; afflictam turma equitum ad id

Ioręprauitatio.

Arabes palęstinã populantur.

Ioręinterit⁹

Tyberini interitus.

Ioras vulneratur.

Hieus Rex inungitur.

Ioras & Ochozias ab Hieo occiduntur.

Hiezabelis interitus.

missa, equorum vngulis conculcatā, & obtritā pene ad nihilū redegit, ita vt quū Hiei iussu eius corpus ad sepulchrū requireretᷓ, nihil pter manū reperiri potuerit, cætera q̃ ex equorū attritu su perfuere, canes subito laniatu consumpserunt. Ego vt in Nabothi agrū abiiceret ab Hieo corpus requisitū crediderim, potiusq̃ vt funere ornaret vllo, nisi in Tyriorū regū gratiā, ex qua ille fuit familia, id factum aliquis abitretur. Septuaginta Achabi filii in Samaria sub pædagogis adhuc erāt, hi vno tēpore Hiei iussu necati sunt. Eorūq; capita ante regiā ad spectaculū coaceruata. Inde Hieus pro cōcione testatus dicitᷓ, eam cędē nulli esse mortaliū ascribēdā: Achabi impietatem in se suamq; domū, cæli numen iritasse, adesse vltionē scelerum, quū impii regis, tū eius cōiugis fœminę teterrimæ, quā Helyas diuino afflatus spiritu aliquando affuturā dixerat. Nec Hieus adhuc inimico sanguine expletus, omnes Achabi toto regno necessarios expulit, quin & Ochoziæ fratres (hi quidem Hieo in Samariam tendenti obiter occurrerant) confestim ad supplicium rapi imperauit. Cōuersus inde ad supstitionē tollēdā populo ad cōcionē vocato edicit, velle se Baali deo, cuius cultus ab Achabo fuisset inductus, solēnes venerationes reddere, accersendos proinde vndiq; sacerdotes ei⁹ religionis peritos, ipsiusq; sacri antistites, vt rite celebriq; conuentu oīa fierent. Capitalem pœnam irrogat huic, q ad dictam diē non affuisset. Multis igitᷓ in Samariā cōfluentibus, vestem qua facturi erant sacra per pontificem assignari iussit, voluit credo eo discrimine a reliqua multitudine discerni, vt percussores sine alterius clade in eos tutius grassarentur sic quoq; veritus neqs piorum illis temere mixtus periclitaretᷓ. Nam multi quoq; qui in antiquo ritu religionis permanebant, in regū gratiam Baalicis sacerdotibus frequēter miscebantᷓ. Sciscitatus ergo Hieus Ionadabum virum insigni pietate, quem eius consilii fecerat participem, an piorum quēpiā eo cœtu mixtum arbitraretur, cum negasset ille quēq̃ adesse, octingentos ex cōposito armatos in eos arę admotos misit, quibus imperatum erat, ne vnum quidem incolumen abire paterentur, nisi pro iis qui seruati essent ipsi suis capitibus vellent pœnam luere. A nullo igitᷓ est ferrum reuocatum, atq; vna sacerdotes ministriq; Baalici in suo vestigio obtruncati sunt. Templū Baalis quod erat Samariæ incēsum ac dirutum, atq; hoc maxime modo praua religio a Sidoniis accepta, ab Hieo est sublata, cætera multitudo in antiqua religione regis iussu permansit. Sed dū hæc Samariæ geruntur, Athalia Ochoziæ mater, cæde Ioræ fratris, filiiq; vno pene tempore nūciata, mox grauiore adhuc nuncio de Hiezabelis matris, totiusq; familiæ crudeli interitu certior facta, mulier sua natura ferox facinorosoq; ingenio, tot domesticis cladibus alia super aliam iritata, regnum vi occupat: ac quoscunq; ex Dauidis domo medio est tumultu adepta, vt omnis familiæ memoria aboleretur, occidi imperauit. Ioas Ochoziæ filius infans, ex regia sublatus, in Iosophatę amitę domum furto est delatus, vbi annos septem, quibus Athalia regnum administrauit, incredibili pietate est nutritus. Erat Iosaphata Ochoziæ ex patre soror, nupserat q; pontifici Ioiadę. Is vt regnū puero recuperaret, paucissimis Centurionū, q apud se Ioas aleretur primo aperuit, inde fide data & accepta, quid in animo haberet edocet, scire se ait fato Dauidicæ stirpi Iudę regnū plures ætates deberi, statutū proinde habere quantū in se sit experiri, an paternum diadema possit puero recuperari, neq; cōsiliū, aut vires ad id defuturas, tm̄ leuitis & cæteris sacrorū ministris qui foris essent sibi cōuentis opus esse, q vt ad certū diē sacrorū prætextu in vrbem venirent. pontificia potestate se euocaturū dixit, ipsi regionatim partiri inter se munus, vndiq; sacrū ordinē accerserēt. Centuriones multis pollicitationibus onerati, cęterū odere & ipsi sua sponte pręsentem rerū statū, impigre eam nauarunt operam. Affuerunt igitur paucis diebus tribuū principes, & leuitarum plurimi, quibus in templum appellatis, Ioam primo in conspectum dedit, simulq; demonstrat, quis esset quem oculis cernerent, quoue casu seruatus, quanta prętèrea cura apud se domi enutritus. Subiit statim puero inspecto omnium animos Dauidis & aliorum ab eo regum memoria, nec præ nimia pietate lachrymis temperare potuerunt. Ad breuem igitur hortationem, subitus est fauentiū clamor secutus, puerumq; regnare iubentium. Tum pontifex, bene habet inquit, quando vobis ita placet euenire, ite & per partes omnes templi aditus præsidio tenete. Ipse puerum diadematum regio solio collocat, patefactoq; regū armamentario, priusq̃ vllus oriretur tumultus, suos armis instruit: Athalia trepidissimis nūciis domo excita, cum ea armorum manu stipata, quam forte ad manus habuit, templum inuadit, vbi puerum diademate insignitum intuita, vestes sibi præ nimio dolore conscidit, inde per medium præsidium furibunda vadens, templum irrupit, qui pro portis stabant ex composito facile cesserunt, inde mucronibus in eos conuersis qui post illam irrumpebant, haud magno certamine a suis exclusam protinus ferro obnoxiam habuere: tum pontifex mandat suis eam violenter arripi, atq;

Achabi progenies extinguitur.

Sacerdotū Baalis cōuocatio p hieū

Sacerdotū baalis cędes

Athalia oēs regię stirpis occidi imperat.

Ioas in regnū gētile restituit.

Athalię cędes.

in Cedronis valle abductã,ne tẽplũ cæde violaretur,iugulari.Ex sacro igitur abstracta,ad portã quę mularum dicta est,ferro icta corruit.Athaliaq; in hũc modũ extincta est.Ioiadas populũ ad concionem vocat,hic a Dauidicæ gentis in omne Iudaicum nomen meritis exorsus sanctitatem familiæ,promissumq; diuino oraculo nepotibus regnum memorat,in Athaliam inde est inuectus quæ crudeliter regnum adepta,multo crudelius exercuisset,iure cæsam pronunciat,verum legitimumq; ait populo regem restitutum,eũ oẽs intueri oportere,eũ seruare,quem diuina prouidẽtia magis q̃ humanum vllum seruasset consiliũ.Sacramento multitudinem adegit,ne quenq̃ alium viuo puero in vrbe regnare pateretur,nec ab vllo eũ violari,sed ꝓ vnius salute & incolumitate,omnes labores & pericula adiret.Adiectum etiam,ne leges vllæ præter eas quas Moses tulisset deinceps obseruarentur.Ita ille cum populo egit,inde Baalis phanum,qđ Ioras Athaliæ suasu Hierosolymis erigi passus fuerat,a summo ad imum est dirutum,Mathanq; loci sacerdos īterfectus.Erat tum Ioas quum regnum adeptus est annorum septem,mansit tamen illi regnũ incolume ad puberem ætatem accuratissima Ioiadæ tutela,quo viuo cultus quoq; religionis præter cętera regi iam adulto fuit curę.Nec Hieus īterim res Samarię multũ pacatas habuit,Syri Azahele duce,qui late in eam gentem per id tempus imperabat,omnem trans iordanem regionẽ ferro & igni fœde vastauere.Nec eam iniuriam Hieus est vltus,sed regni opibus per hæc turpiter afflictis Ioacha filio superstite,anno sexto ac vigesimo ex quo regnare cœperat,e vita migrauit. Hierosolymis Ioas vbi per ætatem regimẽ cepit,a pientissimo opere administrationem auspicat⁹ est,Salomonis templo magnifico sumptu reparato,qđ Athalia & filius magna ex parte labefactauerant.Nec ita multo post templi instaurationem,Ioiadas iam æuo consumptus ex humanis decessit,q Israelitarũ vnus post Mosen centũ & triginta vixit annos.Post Ioiadæ mortẽ,tũ demum Ioas quasi fręno & vinculis solutus,in ea vitia erupit,q̃ ad id tẽpus male dissimulauerat,alienas sacrorũ cerimonias cũ principibus ciuitatis amplexus,priori vitæ,pioq; īstituto longe diuersus abiit,prophetisq; in diram superstitionem,impiũq; cultũ reclamantib⁹,id scelus neq; regi,neq; cæteræ multitudini fore impunitũ,quo monitu non modo non nefario ille abstinuit cultu,sed Zachariam etiam Ioiadæ filium virum iustissimum,in templo obtruncari iussit,nec lento deinceps gradu diuina affuit vltio.Azahel Iudę fines ingressus Getheum agrũ fœde populat⁹ est,eratq; ad Hierosolymam castra moturus,quum Ioas sacris thesauris,regiaq; gaza exutus,pacem ignominiose petitam vix magno auri pondere sibi a Syro redemit,nec ita multo post quum in grauissimum incidisset morbum,longa ægritudine cõflictatus,eorum insidiis qui Zachariæ mortẽ iniquo animo tulerant,anno sui regni septimo & quadragesimo periit.Nec eo extincto res Samariæ pacatiores fuere,quin multo magis accisę sunt:maioribusq; cladibus immersæ,Syrus perpetuus gentis hostis plures vrbes Ioachani qui Hiei fuit filius primo ademit,inde eius copias victas occidione occidit,apparebatq; omnia breui in hostiũ potestatem concessura,quum pax Ioachani est reddita.Auro ne bellũ soluerit Ioachan,vt Ioas prius fecerat,an tributũ pẽdere sit pollicitus,parum liquido traditur:illud satis constat,quiete ab externis armis impetrata,breui res Samariæ in pristinam felicitatem restitui contigisse,quib⁹ pace & fortunis florentib⁹ Ioachan humanę necessitati concessit,quũ annos septẽdecim rerum potitus esset.Qua sane tempestate Diogenetus Athenis regnum obtinuit:Eudemus Corinthi,Acrazapes trigesimus quintus a Nino in Assyria,Sesonchoris in Ægypto,Albę in latio Agrippa & q interim ei successit Syluius Romulus,qui vndecimus fuit ab Ascanio,hũc qdam Remulũ vocãt in quibus est Eusebius.Dionysius Alladium scribit,quem tyrannico ait fuisse ingenio,& cum diis inimicitias exercuisse,ꝓpe qui in deorum contemptũ fulgura & tonitrua imitaretur,quib⁹ terroribus in sui admirationem verteret hominũ mentes,coliq; vt deus postularet,sed veris fulminib⁹,imbriq; cælesti,ac ꝓximi lacus inũdatione,qui fuit penes illius regiã,cũ tota domo periit,qua parte pellucente lacũ quũ vndæ paululũ subsidũt,in imo vado locorũ accolæ ædificiorũ vestigia se spectare opinãtur. Astipulatur vetustę phamę Liuius,q eũ fulmine consumptum tradidit.In hęc tempora Eusebius Lycurgũ reiicit.Timęus duos prodidit apđ Spartiatas Lycurgos diuerso tempore claruisse,q̃q̃ duorũ res gestę ad vnũ ob nominis celebritatem referãt.Q, si vera sunt,q̃ Timęus tradidit,vter hac tempestate fuerit in dubiũ venire potest,nam qđ ad legũ latorem attinet parũ omnino constat,qua potissimũ ætate fuerit.Quidã in & his Aristoteles Iphiti eum temporibus fuisse memorant,Olympiacasq; cũ eo ferias celebrasse.Eratosthenes & Apollodorus antiquiorẽ prima Olympiade arbitrati sunt.Plutarchus nõnullos credidisse ait visum ab eo Homerum,quem his quoq; datuisse temporibus prodiderunt quidam.Ipsa temporum ratio in qua Eratostheni & Apollo-

Athalię cędes.

Ioiadę verba ad populum.

Baalis tẽplũ dirutum.

Zachariæ mors.

Ioas interficitur.

Ioachan pacẽ redemit.

Qua Lycurgus ętate fuerit.

doro pene conuenit cum Eusebio,effecit vt credam eũ q eũ Spartiatarũ ciuitatẽ legib⁹ exoluit,re ponendũ esse in hæc tempora,de quo ob Laconica instituta legesq memoratissimas haud absurdũ sit paululũ in eius rebus immorari,nec breuitatis interim obliti in eo oĩa cõsectabimur,historiam eñ nõ vitã scribimus.Eo tamen libentius singula perstringam,quo magis varie,quæ ad ipsius peregrinationẽ attinẽt,obitũ,legũ lationẽ,ciuilesq institutiones,tradita reperio.Satis constat regnum a Polydecte fratre relictũ aliquãdiu ꝑ rege administrasse,mox vbi factus est certior vterũ gestare defuncti fratris vxorẽ,pueri si puer forte nasceret tutorẽ dũtaxat egit,ei qui postea natus est,Charilao nomen fuit.Sed maior oĩno erat Lycurgo authoritas q̃ tutoris esse soleat, quæ quo maior videbatur eo grauior inuidia est illi a Leonida pueri auunculo,& aliis matris necessariis orta,illum sedulo ad populum criminantibus,velut pupillaris tutelæ prętextu ambitio se quęreret,vt fratris filio quoquo modo expuncto regnũ occuparet.Ea res causam illi præbuit diutius peregrinandi,vt tãdiu abesset quoad puer ad eã peruenisset ætatẽ,qua p se hæreditariũ regis nomẽ tueri posset.Igiẽ in Cretã primo nauigauit,vbi satis cõstat cũ ciuitatũ principib⁹ cõgressum,multa ex his didicisse,quæ in Laconicis ĩstitutis retulit.Ex Creta in Asiam traiecit,hic cum forte Homeri poemata legisset,haud quidem pauca ex ea lectione hausit,ad ciuilem vsum ꝑtinentia.In Ægyptum inde transiit.Aristocrates Spartiates in Indiam quoq eum peruenisse ait & cum Gymnosophistis locutum,Lybiamq & Hiberiam ab eo peragratam.Eratq iam in magno apud suos ciues desiderio,nam præter nomen regium nihil erat in Charilao quod vtile esset ciuitati,contra in Lycurgo imperatorium ingenium & industria ad gratiam comparata.Reuersus itaq ciuitatis formam legibus ornare est adortus,ac priusq̃ tantũ sit opus aggressus Delphos ad oraculum concessit,vbi a Pythia diis charus,& deus potius q̃ homo iudicatus,accepto oraculo in quo erat,Annuere iis,quæ pararẽtur,& vt optima deũ ipsum probare,domũ reuersus cum paucis amicorum primo,inde cum optimatibus quæ in animo haberet secreto communicat.Annuentibus cunctis,ne quis alioqui rei saluberrimæ se infestius obiiceret.XXX.cõspirationis principes armati eximprouiso in forum processere.Attulit noua illa armatorum species stupotem ciuitati,eorum omnium quę pararentur adhuc ignarę,& Charilaus quoq in se ea moueri ratus,in ærarium trepide confugit:sed vbi quorsum illa tenderẽt certior est factus,vt populari mitiq erat ingenio in publicũ processit,vltroq suscepti operis se socium Lycurgo & aliis obtulit.Primũ igiẽ omnium seniores constituti q de republica cum regib⁹ qui duo sunt numero crearẽt cõsultarẽt,is ordo velut arbiter fuit,inter regiam potestatẽ & vim multitudinis,ne aut hęc cõtumacia sęuiret,aut imperio illi,octo & viginti seniores(tot enim Aristoteles fuisse scripsit)duobus regibus assidebant,ne nimium Dimocratia inualesceret prouidenęs,& rursus ne qui regnũ tenerent,tyrannicum quippiam molirentur:quæ hic ordo decreuisset cætera multitudo, vt sciret necesse erat.Addita deinceps post multos annos Ephororum potestas,huic paucorum administrationi,quæ gręco verbo oligarchia dicitur,posteaq̃ nimis visa est ferocessere,estq quasi frænum concilio illi iniectum,accidit id centesimo a Lycurgi interitu anno,quum Theopompus regnaret,cui post primũ Ephorum creatũ,quũ ei ab vxore exprobraret,fore vt filiis humilius esset regnum relicturus,q̃ a patre ipse accepisset,immo maius inquit,atq eo melius quo diuturnius Alterum ab oligarchia institutum,agrorũ diuisio,persuasit illi multitudini,vt solum omne Laconicum in medio positum æquis in singulos portionibus diuideret,oportere ratus ciuem ciui ingenio & virtute,non luxu & diuitiis pręstare.Abiit igitur vniuersa terra in sortiũ nouẽ & triginta milia.In nouem milia vrbanus ager,paganicus & municipialis in triplo & amplius maiorem numerum,portio quęlibet ea fuit,q̃ viro frumenti medimnos.LXX.fœminę.XII.annuos ferret. Quo contigit,vt Lycurgus aliquo interiecto tẽpore peregre forte reuersus,in Laconico agro demessas segetes ęqualibus aceruis intuitus,subrisisse dicat,atq ad comites cõuersus dixisse,videtisne,q̃ multorum fratrum Laconicus videatur ager?Habuit a principio in animo & res mobiles diuidere,sed inuidiã veritus q̃ inde imminebat(plures eñ videbant id ægre laturi)oẽm auri argẽtiq vsum e medio sustulit,ferreũq nummũ induxit percussitq decussem,quẽ iussit minimi valere,ac tum demum omnis furandi occasio sublata est.Ignitum ferrum ex quo nummũ percussit aceto extinxit,vt ad rem nullã amplius ob mollitiẽ vtile redderet.Oẽs ad hoc artes vt inutiles vrbe eiecit,q̃q̃ artifices ipsi sublato auri vsu sua spõte inde demigrarũt,quum ferrei nummi apud alios in vsu non essent.Mox vero vt omnem ex ciuitate tolleret luxum.publica conuiuia instituit,vt diuites promiscue & inopes vni adhiberentur cõuiuio, vnisq vescerentur epulis. Ac ne lautorum quisq̃ cœnatus in publicum veniret,q minus cupide & hilariter vesceretur, vt pa

Lycurgi successus. Charilaus.

Lycurgi cõsiliũ ĩ cõstituenda ciuitate.

Ephori id ẽ tribuni apd Lacedęmonios.

Ferreus nũmus.

Public⁹ cõuictus.

rum frugi a proxime accumbētibus obiurgabatur,quo plane instituto oīs vetꝰ e medio luxuria
sublata est.Exarserunt ex ea re potētiorum irę,impetuq; in eum facto alter est illi oculus baculo
excussus.Lycurgus iniuriam publice questus,Alcander qui vim intulerat ad suppliciū est ei dedi
tus,quem tātū abfuit,vt aliquo incōmodo affecerit,vt penes se etiā familiariter habuerit,reddi-
deritq; eo contubernio ex fluxo & molli,frugi & moderatū.Optiletis Mineruę tēplū in illiꝰ cladis
monumentū ab eo erectū phama est,qm̄ Dores optili oculū dicerēt.Diascorides qui Laconicā rē
publicā scripsit,Lycurgum baculo percussum memoriæ prodidit:cæterum ob eam rem lumine ꝓ
pemodum periclitatum,atq; id Mineruæ phanum recuperatę lucis non amissæ monumentum
ad posteros fuisse:cautum tamē ne Spartiatę cum baculo amplius ad conuiuiū intrarent.Is con
uiuandi ritus videtur mihi a Cretēsibus sumptus,qui eiusmodi cōuiuia a vitis phratrias dixe-
runt,Lacones ipsi philias haud dubio publicæ amicitiæ & hūanitatis argumēto,vel ꝙ quasi phi
ditias dicerēt,ꝙ ita conuiuando Pheidoni.i.parsimoniæ assuescerent.Qui sacrificii aut venatio-
nis causa cōuiuio nō occurrissent, iis domi cœnare permittebaẗ,cętera multitudo aderat.Prodi-
tum memoriæ est,Agim regem Atheniensibus victis in vrbem reuersum qum̄ domi apud vxo-
rem cœnaret,misisse q portionē suā ex publico peteret,nihilq; fuisse ab eo impetratum,Ephoris
dari prohibentibus.Qua ille cōtumelia instinctus,quia nihil ex hostiarū carnibus, vt moris fuit
in publicum misisset,ab eodem magistratu publice mulctatus est.Frequentabant pueri id conui
uium velut temperantiæ omnisq; ciuilis disciplinæ Gymnasium.Assuescere ibi vrbanis sermoni
bus iocariq; comiter discebāt,ac sine scurrilitate cauillari.Nullas Lycurgus leges scripto tulit,ro
tum ciuilis īstitutionis munus in ciuilē disciplinam reiecit.Fuit igiẗ Rhetarum siue sanctionum
hęc vna.Ne scriptis vterentur legibus.Altera ne domorum culmina prꝫterq̄ securi, ostiaq; ser-
ra fabrefacta haberent.Tertio sancitū loco,ne idē hostis sępius bello peteretur,ne crebro reluctā-
do bellicosi fierēt,sanctiones ipsas Rethas,quasi deorū decreta oraculaq; appellauit. Fuitq; id pe
culiare eorū qui leges ciuitatibus populisve ferrent,vt eas latas ad aliquod numē referrēt vti san
ctiores haberenẗ,sic Lycurgus ad Apollinem retulit,sic Draco & Solon ad Mineruam,qui leges
atheniensibus tulere.Minos multo illis antiquior in Creta ad Iouē. Trimegistus in Ægypto ad
Mercurium. Zooaster in Bactris ad Oromasim.Carōdas Carthagini ad Saturnū.Zamolchis in
Scythia ad Vestam.Numa Pompiliꝰ Romæ ad Egeriam.In Mose,nefas sit & impium id fictum
credere cuius legibus coram est numen astipulatū.In re vxoria haud tam pudicitię q̄ procreatio
ni ob assiduam militiam est consultum,eo vsq; vxoribus est indultum,vt eas viri heras appella-
rent,vnde adagium illud ortum vt Laconica mulier(Gorgonem fuisse ferūt Leonidis vxorem)
quæ probro a muliere quadam lacessita,quæ dixerit ex omnibus mulieribus dūtaxar laconicas vi
ris imperare,ita occurrisse fertur,vt diceret merito id fieri quando fœminarum solæ viros pare-
rent.Virgines,cursu,palęstra,disco,iaculo,exercebanẗ,vt ocio & muliebribus deliciis sublatis ro-
bustiores ad tolerandos partus fierent,nudę vt pueri in aperto versari,saltare,& cātare in sacris
quibusdam,præsentibus spectantibusq; iuuenibus,nudatio illa nihil turpe habuit,aderat nāq; ve
recundia,petulantia omnis aberat,hinc illa indoles tempestiuaq; in Laconicis fœminis ad omnia
promptitudo,cuius modo exemplū retuli.Qui cœlebs vixisset gymnicis spectaculis arcebaẗ,nu-
diq; hyeme forum circuibant,ne vt cæteri senes in honore apud iuuenes essent,nubebant virgi-
nes raptu,maturę tamen viro.Paranympha in cubiculum abductę capillos ad cutem resecabat,
sponsus inde ad eā ingressus cingulum soluebat,noctu tantū cū ea cōgrediebaẗ,nec prius spon-
sam aspiciebat interdiu q̄ ex illa factus esset pater,filiorum & sobolis societas dignis hominibus
ꝑmissa.Licebat seniorū cuiq; honestū ex iuuētute ac probū aliquē ad vxorē ꝓcreationis causa ad
ducere,atq; vbi eā alieno semine implesset,suū qđ nasceret̃ efficere,neq; probro dari siquis huic
q̄ fœcūdā pudicāq; haberet vxorē,suadere esset ausus,vt cū ea sibi congredi liceret,ceu bono fer
tiliq; solo operaturus liberorū causa.Ridebāt adhęc quarūdā gētiū stultitiā,ꝙ canes & equas nūc
precio,nūc gratia optimis eius generis animalibꝰ supponerēt,vxores ꝑsidio custodirēt,ex illis so
li ipsi siue amētes essent,siue ægri infirmiq; generare vellēt.Ius alēdi partus nullū parētibus, na-
tus infans in publicū deferebaẗ ad locū quē leschē dixere,vbi magno natu viri pueri formā stru
ti si ꝓbassent ex nouē millibꝰ sortiū vnā illi curabāt ascribi,infirmū & deformē ad Apothecas lo
cū haud lōge a Taigeto ꝓcipitē ac pręruptū exponendū dabant,vtpote reip.inutilē.Mulieres vi
no nō aqua pueros abluebant,quo liquore admoto cōstat resolui corpora debilitariq; , siqua sint
comitiali morbo obnoxia.Nulla lotis fomenta adhiberi,nulla teneris crepundia,solitudinibus te
nebrisq; assuescere.Ob idq; externarū gentiū qdā Laconicas nutrices liberis alendis adhibuerunt

Optiletis Mineruę rē plum.

Phratrię Philię.

Legū capita.

Legūlatorū mos.

Laconicę mulieres.

Laconicę virgines.

Laconū nutrimenta.

Laconũ pueri. Pueri a septimo anno in æqualiũ cœtu exerceri,literasq; pro necessitate addiscebãt,reliqua disciplina toleratu pcipiebat,ad cutẽ pueri tõdebant,nudis calcib⁹ ambulare,duodecimo anno tunicã vnã patrio instituto sortiri,neq; balneas neq; vnguẽta scire,thoris ex arũdine cõstructis quietem capiebãt,hyeme eos quos Lycophones dixerunt thoris immiscere.

Irẽ laconũ. Iren q cœtui præerat (is creabatur qui anno vno aut altero cæteros anteibat) grãdiores lignari imperabat,minores onera furto quærere.Maiorũ cõuiuia ingredi,inde etiã aliqd furari.Qui deprehensi erãt ĩ furto flagris admouebant,non quia nefas esset furari,sed q; parũ prudẽter & ingeniose esset id ab eo factũ.Irẽ quosdã canere iubebat,alios argutas quęstiões pponere,breue eẽ oportebat subitũq; respõsum: quod si quis negligentius fecisset,huius pollex ab Irene acri⁹ mordebat.Instituebant adhæc grauí vti oratione,sed quæ iucũditate non careret,sententiisq; breui sermone complexis. Satis quidem constat Lycurgum ipsum presso peracutoq; vsum dicendi genere,extant nunc quoq; ipsius apophthegmata quędam,sed totius gentis multo plura a Plutarcho & aliis literarum monumẽ

Laconic⁹ sermo. ris inserta,ita vt res in puerbiũ abierit,facili⁹ philosophari hoies posse q̃ Laconicũ sermonẽ imitari.Operępręcium est cognoscere quale ab initio studium fuerit omniũ ætatũ,quanta ad virtutem contentio,atq; æmulatio.In tris distincta erat choros omnis ætas.Tum in solennibus sacris

Laconum Chori tres. seniorum cœtus canere exorsus,fuimus olim robusti & iuuenes,canora voce pnũciabãt. Tũ adultę ætatis eum excipiẽs,nos quidẽ iuuenes sumus & fortes respõdebant,idq; si libet experiamini.Ad ea puerilis chorus,tã boni erim⁹ & meliores.Plutarchus author est,ad sua vsq; tẽpora perdurasse laconicos quosdã modulos,quib⁹ illi ad tibiã in hostẽ ituri vti cõsueuissent,quorum vim si

De cantu & modulatione laconica. quis diligentius attendisset,haud absurde Terpãdrũ & Pindarũ fortitudinẽ cũ musica iũxisse fuerit iudicaturus.Spartiatarũ rex pugnã initurus musis sacrificare solit⁹ dicit.Thucydides Laconici hui⁹ instituti est author,q tibiarũ modulis in prçliis vsos scriptũ reliqt,negat tñ id aliquo religionis ritu rei ve diuinę causa fieri solitũ,neq; vt vibrarentur animi excitarent ve ad pugnã,qđ cornua & litui apud Romanos factitarũt,sed vt æquali modulatoq; sensim gressu conuenientes pugnã capesserẽt,nec suos ordines distrahi sinerent,cui Thucydidis opinioni accedit Plutarch⁹ homo & ipse in historia grauissim⁹.Extat Laconici vatis carmẽ,quo apparet nõ tibia solũ Spartiatas in procinctu vsos,sed citharę etiam concentu,qui mos & ipse a Cretẽsibus sumptus videri potest,quod in creticarum rerũ relatione alio est a nobis loco demonstratũ.Herodotus Halyattẽ scribit Lydorum regẽ fistulatores & fidicinas,& qđ pene indignum sit relatu,cõuiuiorũ etiã de

Pugnę excitamenta. licias in acie habuisse,eo bello qđ Milesiis intulit.Romani præter cornuũ & lituorũ concentũ,ardentissimo militũ clamore bellũ capessebant,qđ longe diuersum ab eo est qđ Homerus de Achæis scripsit,quos tacitos fecit spirantesq; robur in pugnã procedere.Galli cum tripudio vt Polybius & Liuius scribunt,scutaq; super caput quatientes.Barbarorum quidã cum vlulatu prçliũ ineunt.Ex qua rituum varietate potest intelligi,cęteras gentes non id qđ Spartanos in bellico con

Diuersa laconum instituta. centu esse secutos.Capillos præterea a pubertate ex instituto alebãt memorabili legumlatoris dicto,comantibus capitibus multo pulchriora fieri humana corpora. Quę si sint alioqui deformia capillo haud dubie ferocescant.Prælium initurus rex captam immolabat.Domi militiæq; certa viuendi lege sunt vsi,bellicaq; exercitatione,patriæ non sibi natos arbitrantes,nullas quęstuosas tractabant artes,bellicę tantũ exercitationis studio teneri,solennibus epulis reliquũ dabat tẽpus, eoq; per hæc ventum est,vt quemadmodum Plutarchus præclare scribit,Spartani neq; vellent, neq; si vellent scirent amplius priuatim viuere,essentq; ex omni parte patriæ dediti,qđ vel vni⁹ vox declarauit optime (Parideres is dictus) qui cũ in trecẽtorũ numerũ suffragio non reciperetur,hilari fronte domũ repetens dixisse fertur,gaudere se plurimũ,q; trecentos viros patria haberet,q publico iudicio se meliores essent.Suffragandi ratio vt cætera ab aliis gentibus diuersa,

Suffragia laconum. pauci ad hoc ipm delecti cõclaue comitio ppinquũ subibãt,vñ ipsi neq; quẽpiã viderent,neq; ab vllo viderent,tum vero vt primo alterove loco cõpetitorũ nomina sortito educta essent,quantus vocum assensus ad singula nomina ortus esset,diligenter attendebant,ac quoto quisq; clamor loco maior minorve esset ad ipsorũ aures redditus,tabella petnotare,ex qua in publicum missa percipiebatur,cui competitorum plures essent voces suffragatę.Primus ad hęc Lycurgus omni superstitione sublata pmisit cadauera in vrbe sepeliri,tũ etiã circa tẽpla sortiri monumẽta, nec viri aut fœminę nomen licebat cuiq̃ sepulchro inscribere,nisi eorũ q fortiter in bello periissent, lugẽdi tempus vndecim erat dieb⁹ finitum.Nec ciuibus peregrinari permissum,ne alienos mores vrbi importarent. Quin & peregre eo delati,nisi qui reipublicæ vtiles essent,vrbe excludebantur. Thucydides est author,ne quid Laconicæ disciplinæ peregrinæ gentes imbiberẽt,quod satis in-

humane haud immerito aliqs dixerit. Plutarchus qd propius vero est, ne mutuo congressu noui sermones in vrbe orirent̃, & ex his noua iudicia, dissoneq̃ volũtates, q̃ sunt publicę rei pniciosissimę. Et hęc in Laconica ciuitate instituenda Lycurgus, q scdm hęc Lacedæmone pfecturus, velut Delphos periturus vt oraculũ sciscitaret̃, an rite illa apd Spartiatas a se edita cẽseret numẽ, satisve ad ciuitatis felicitatẽ ptinẽtia, oẽm cũ regibus multitudinẽ iuramẽto adegit, ne qd ante suũ reditũ, ex iis q̃ ad id tẽpus sanxisset mutari paterent̃, mox filiũ & necessarios cõplexus, quũ Delphis rem diuinã fecisset ne iusiurãdũ ciuitati remitteret Cyrrhæ sibi mortẽ cõsciuit. Timæus & Aristoxenus eum in Creta insula defunctum pdiderunt.

Lycurgi exitus.

MARCI ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIÆ HISTORIARVM AB ORBE CONDITO, ENNEADIS SECVNDÆ, LIBER SECVNDVS.



MBITIOSE Nimis ne impie dicam fecisse videri poteram, si dũ oium gentiũ illustriũq̃ virorũ gesta colligo tradoq̃ monumentis literarũ, ea q̃ deus optimus maximus, ad cuius puidentiã omnia merito referuntur, per viros pietate insignes operatus est miracula, quia talium rationem humana infirmitas nõ capiat, fiantq̃ ob id multis qui sapiẽtiores videri volunt parum probabilia, dissimulem, quasi vero illa digniora sint relatu, quæ Herodotus, Liuius, Dionysius & cæteri rerum scriptores olim secuti sunt portenta, cum haud dubie malorum dęmonum illæ insidiæ essent, q̃ hęc quæ ab summo & singulari deo profecta intelliguntur: quem humani generis consensus tam vere q̃ pie pollentem optimum maximumq̃ confitetur. Nec me magis Polybii qui hęc in historia non probat, q̃ multorum qui idem factitarunt, mouet authoritas. q̃q̃ hunc ipsum me merito rideas, qui suę ipsius censurę oblitus, aut certe historiæ necessitate duct⁹, in dęmonica illa suo rum temporum vanitate deliriisq̃ sit insigniter occupatus. Sed quid hoc attinet præfari, quum ex scriptoribus haud infimi ordinis extiterint, qui de huiusmodi rebus in parte operis vnum atq̃ alterum caput inscripserint. Sequar itaq̃ & ipse meum institutum, prophetarum diuinationes manifestaq̃ dei opera, in Iosephi historia, & in sacris libris tradita per partes relaturus, quale prædictionis genus in Heliseo extitisse memorant, qui quum iam senio confectus esset morboq̃ grauatus, vt non multo post vita migraturus putaretur. Ioas qui Samariæ regnum a Ioachane patre acceperat, ad eum ingressus, quum suam regniq̃ sui fortunam familiariter quereretur, q̃ Helisei tutelam sibi fatali necessitate adẽptum iri cerneret, vbertimq̃ interim fleret, eum flentem pphetа paucis consolatus, primo humanæ legi nec fas esse, nec posse iri obuiam ostendit, natum se ea conditione, vt quãdoq̃ e vita egrederetur: inde pcipit ibi coram ab eo arcum intendi ac se spectante sagittas emitti, mirantibus cæteris quorsum illius iussa tenderent, post tertium iactum Ioas destitit, tum quiescenti regi Heliseus, si sępius inquit arcum tetẽdisses, omne Syrium nomẽ per te deleri potuit: nunc sic habeto, breui fore, vt ex ea gente sis sagittarum, quas misisti, numero victorias æquaturus, recipiesq̃ ab hoste ter victo qcquid ille tuo olim patri bello ademit. Hæc ille. Nec ita multo post vita decessit. Ioas defunctũ honorificẽtissime extulit, & illud haud relatu indignũ, qd in eius sepulchro euenisse pditum est, homo quidam a latronibus interfectus temereq̃ vt scelus lateret, in eius deiectus tumulũ, sepulti corporis cõtactu, cõtinuo est ad vitã reuocatus. Ioas in spem certę victorię erectus Syriũ bellũ iã inde ab Helisei morte aio meditat⁹, cognito Azahelis regis exitu filiũ eius subita vi adortus, triplici prælio vicit, victũq̃ intra Syriæ fines cõiecit, ex eoq̃ ter victo quicqd ex Samarię regno Azahel occuparat, per ociũ recepit. Amasias qui Ioa patre defuncto Hierosolymis regnauit (sic eni accidit vt duo eodẽ nomine reges vtrobiq̃ in Iudęa rerum vno tempore potiti essent) a paternæ cædis vltione regnum auspicatus, omnes cõspirationis olim in eum initæ ad poenam requisitos capitali supplicio affecit, horũ liberos incolumes pstitit. Mosaicę legis haud imemor, qua diserte cautũ erat, ne patris scelera filius lueret. Accuratissimum inde habuit delectum, trecentisq̃ hoim milibus ad bellũ conscriptis, & vt præsens armorum apparatus terribilior esset hosti, centum milia ex Samaritano regno stipendio conduxit, etsi postea eorũ opa Amasias nõ est vsus, stipẽdio illis remisso, propheta, qui regi aderat, admonente, vt ab ipio Samaritanorũ cõmercio & societate suos abstineret. Externis igit̃ auxiliis repudiatis, cũ domestico exercitu i Moabitas Idumęos & Gabaonitas mouit, igressusq̃ hostium fines cum his acie conflixit, cruentoq̃ plio vicit, ex victis decem millia cecidere, totidem ferme capta. Inde late per hosticum effusus, ingentẽ prędam adeptus, ad Petram in Arabia castra fecit, &

Polybii calumnia.

Helisei diuinatio.

Helisei mors.

Mortui suscitatio.

Amasias ad bellum proficiscitur.

Samaritani Iudæos infestant. iam in apto victoriæ cursu erat Amasia, quũ stipẽdiariæ Samaritanorũ copiæ graui se ignominia affectas ratæ, quod velut parum idonei milites ac per hoc indigni qui Iuditarũ i castris militarẽt, dimissi essent, in Amasiani regni fines psidio nudatos, facto ĩpetu cæde & rapinis vsque Bethorõ oĩa turbauere. Nec victoria Amasię feliciter cessit, q psenti rerũ successu elatus ad patris ingenium, & mores recurrit, captiuos deos quos ex Malachitana victoria reportarat, religiose est cõplexus. Reclamare in eum pphera ac pter impietatẽ demẽtię quoque factũ redarguere, quod eos deos coleret qui neque cultores suos neque seipsos rueri potuissent, iniquo ille aĩo eiusmodi voces ferre, pstare tamen in suscepta vanitate. Affuit itaque vt sępe alias sceleris vltio, ad quam accelerãdã, ipse sibi viam inuenit, Amalechitana victoria elatus ad Ioam Samarię Regẽ scribit, esse sibi in animo omne Iudaicum nomen, quod maiorũ culpa in duo regna abiisset, in vnum corpus, vt antea, vnire, vel le: itaque & iubere, vt cũ ipsis tribubus antiquo sese imperio subiiceret. Quod si minus impigre iussa faceret, sciret se nõ multo post vtriusque regni vindicem affuturũ. Cęterum tantũ abfuit, vt minacissima Amasię denunciatio Ioam aliquo mõ mouerit, vt p literas regem ipsum suæ infirmitatis admonẽdum duxerit. Libanitani cardui fabula rẽpestiue literis inserta, qui suę humilitatis immemor cum cedro affinitatem iungere esset ausus, cui dum sedulo studeret, subito quadrupedis ĩpetu sit pculcatus. De Carduo & Cedro. Instruxit ille nihilo secius bellũ, quẽ venienrẽ intrepide Ioas excepit, sed plio vix bene inito inopinatus timor Amasię milites cepit, secuta deinceps turpis fuga, rex suorum pręsidio nudatus in hostiũ potestatẽ venit, tum victor Ioas capto extrema supplicia minitans, nisi se ĩtra regię vrbis mœnia duceret, admotis Hierosolymã castris, dirutaque murorũ parte trecẽtorum cubitum spatio, triumphanti similis Samaritanus Rex vrbẽ ingressus, ante ciuitatis oculos Amasiam pręse captũ egit. Tẽplo deinceps sacris thesauris spoliato, regiaque magis direpta q̃ expilata, mœstam & deformatam vrbẽ mœstissimo reliquit regi. Amasiæ interitus. Amasias quum vitam ob ignominiam & cladem acceptam indecore egisset, anno sui regni vndetrigesimo domestica cõiuratione periit, in cuius locum Ozias filius successit. Fuit Amasias ab Dauid vndecimus, inciditque clades illa in annum eius regni quartũdecimum, q a Dauidis interitu alter a quadragesimo ac ducentesimo fuit annus: Temporum supputatio. potiti sunt cũ eo regno, Telechus Lacedęmone, Athenis Pheredus, Aristhemedes Corinthi, Albę in latio Romulus aliquãdiu, & post eũ Auẽtinus Romuli filius, q vni ex collibus, qbus postea Roma cõdita est, nomen dedit. Sesecor in Ægypto Serapis pater, q deinceps p deo est in ea terra cultus, vt Eusebius scribit. Osorthonque ei successit. Cyprii que p id tps maris imperiũ obtinuere. Quidam rerũ scriptores his tpibus aiunt Carrhaginẽ conditam. Nec Ioas, vt ad res Syrias reuertatur stilus, Hierosolymitanę victoriæ sacrilegęque rapinæ diu supstes fuit, sed violati tẽpli vix anno citra Ioę mors. cunacto vita decessit, regno Hieroboæ filio per manus tradito, is quicquid terræ Hebræi ab initio ad Hemathon vsque, qua pte Iudęa ad aqlonẽ spectat, possederant, & ad meridiẽ, ad Asphaltidem vsque lacũ, a Syris locorũ accolis bello victis recepit. Ionas propheta. Prędixerat id futurũ Ionas homo vt tũ multa diuinatione clarus, ita ad posteros ob ea, q̃ in illo euenisse dicuntur, pcipua admiratione. Sacri libri & Iosephus quẽ plurimũ in Hebraica vetustate sequimur, cœlesti aiunt voce eum aliquando iussum in Ninum vrbem proficisci, ibique apta prędicatione populo significare futurũ, vt breui Assyrii imperiũ amitterent, veritũque ne ea vox in se hoĩm odia verteret, periculumque vitæ afferret, longe diuersum iter ingressum Ioppẽ maritimam vrbẽ venisse, nauique inde auectum in Ciliciam cursum intendisse, postea vero q̃ altũ tenuit adeo fœda est tẽpestate iactatus, vt nõ procul abesset quin maris magnitudine nauis victa, fluctibus obrueretur: nautæ in religionem versi, ex vectoribus aliquem esse aiunt, qui infestũ habeat numẽ, quique secum occulto aliquo scelere cæteros in apertum vitæ trahat discrimen. Iam enim satis psuasum erat omnibus, tantã vim maris sine cœlesti ira cieri nõ potuisse, quũ nulli flarẽt vẽti. Tũ siue sorte siue ipso id petẽte Ionas a nautis in subiectos fluctus deturbatur, exceptusque vastissimo Cęthi hiatu in eius aluo triduo fuisse traditur, quod si quis ab eiusmodi miraculis numinis pvidentiam sciungat, merã sibi fabulam narrari arbitretur, Cæthus Ionæ. sed ita cordi fuisse illi credere par est, in cuius potestate pręsidioque sunt oĩa. Scio ego Theologicæ disciplinæ authores grauissimos, id mystice factum interptari, vt figura illa fuerit eorum quæ postea in Christo dei filio euenerũt, q triduo in gremio fuit terrę, qd suo postea loco explicabitur, vt Ionas in beluę vtero. Cæterũ vbicũque ille (nã in Euxinum quidã aiunt delatum) est terris redditus, diuinæ non ignarus pvidentię q̃ æque terris marique polleat, iussa, q̃ nuper incassum Ozię gesta. detrectarat, pproperc facessit. Fuerunt Hieroboæ res gestæ magnificæ & amplæ, verum quę Ozias (sunt q Azariã vocent) in altera Iudęę parte gessit, nihilo minore phama feruntur. Philistæis bellum is primo intulit, Gethumque & Ianniam vrbes de ea gente cepit, captas diripuit, direptas

muris nudauit,inde bella bellis serendo,in Arabes Ægypto finitimos arma transtulit. Hic victor lateq; euagat⁹ in Erithrei sinus ora oppidū summa ope cōmuniuit,validoq; presidio firmauit.pari successu Ammonitas subegit,subactisq; tributum imperauit.Sicq; regni finibus Ægypto ten⁹ propagatis,Hierosolymam reuersus,vrbis mœnia vetustate priorumq; regū incuria collapsa,valide instaurauit.Constituit & aquæductus,& munitiones plerasq; Arabum montibus oppositas. Habuit interim sub signis florentissimas copias.CCCLXXX.hominum millia in eius castris fuisse dicuntur omnium armorum generibus optime instructa. Nec quum rei bellicę studio teneretur,agrorum est cultum aspernatus,varieq; in eo delectatus dicit̃,pręcipueq; plantarum satione.Sed tantam bonorum affluentiam vanus deorum cultus funestauit. Perpetuus felicitatis cursus a vera pietate eum auertit.In nulla fortuna minus homo sibi constat q̃ in ea, quæ prosperrima fit.Magnę itaq; illi cum Azaria Pontifice & vniuerso sacerdotum ordine de sacrorum ritu i templo altercationes fuere.Suntq; ꝓdigia interim tetra & obscœna eius oculis obuersata, demū ore totoq; corpore lepra infecto,coactus est patrio more,medio excedere, nec pro rege deinceps multa egit,sed filio ad administrationem admoto,priuatam vitam instituit.

Ozias lepra inficitur.

Per hæc tpa Phœnices septimo maris imperium tenuere,quum Aphron interim Athenis princeps esset,cui Tespie⁹ breui successit,in Ægypto Tachelothis,Egemon Corinthi,Albæ Auentinus,qui tertiusdecim⁹ ab Ascanio fuit,cuius mētio in priorem temporum relationem incidit.

Temporum supputatio.

Tonoscon in Assyria rex erat,quem Græci & Latini scriptores Sardanapalum vocant,fuit hic sextus a Nino & trigesim⁹, postremus eorum,qui in ea terra imperium habuere,mollis corruptaq; vita,vel fatum potius regni in causa fuit,vt orta a Medis defectione.plures vno tempore populi imperium detrectarint, atq; ita regnum multa indole quæsitum,maiore quadam auctum, perdita vnius hominis luxuria,supremaq; desidia est euersum.Abierat ille,omnis humanæ vicis,& rerum volubilitatis oblitus,in tantam vitę mollitiem,vt iam grandis natu puellari more corpus fuco componeret,muliebri stola molliter amiciretur,suauissimos interim potus, cibosq; per omnia elementa exquisitissimos,ne sua libidinibus,quibus erat immersus, deessent alimenta, sollicita commentus indagine. Per quæ eo ventum erat,vt alterno concubitu muliebria etiam pateretur,pudore vsqueadeo profligato,vt post mortem,qua nihil egit in vita pulchrius,eo vt creditur volente, hæc sint eius sepulchro inscripta.

Sardanapali vita.

Hæc habeo quæ comedi,& quæ cū amore & voluptate percepi.Cicero ita carmen digerit.Hæc habui quæ edi,quæq; exaturata libido Hausit,at illa iacent, multa & præclara relicta.

Sardanapali titulus.

Cæterum quia nemo tam perditis moribus fuit vnq̃,qui non aliquando mentem ad honestatis speciem reflexerit,in eo Sardanapalus verecunde agere, ꝙ eam vitæ turpitudinem a populorum conspectu remouerat,nec in apertum prodire vnq̃,nec interim pati quenq̃,præter cubiculares eunuchos,ad se venire.Repertus tamen vnus Arbaces (alii Arbacū vocant) homo prompto sagaciq; ingenio,qui Eunuchi ministerio ad eius præsentiam admissus. Erat is earum copiarum caput,quas Medi ad Nini vrbem regiam veteri instituto quotannis mittebant. Erat & Belesus Babylonici præsidii præfectus,atq; e numero sapientum,quos Magos illi vocant,vnus. Mutuo itaq; colloquio Arbaci familiaris factus:hic astrorum peritia fretus,Medo suadere cœpit,vt mentem & animum ad occupandum regnum adiiceret,futurum pollicitus vt nō multo post fieret voti compos.

Belesi præfecti cōsilium

His ille vocibus velut certo quodā impulsus oraculo,dat operā vt Eunucho aurea phiala corrupto,per speciem negocii ad regem admitteret̃,qđ nulli antea,aut certe raro cuiq̃ fuerat concessum.Tū vero regis vita ex proximo inspecta,magisq; ex omni pte q̃ ferret rumor contaminata,cōfert Arbaces cum Beleso cōsilium, vt vterq; in patriam post annuā militiam reuersus,suos ad defectionem perpelleret.

Arbacis facinus.

Missione igitur ad tempus impetrata,diuersi abeunt. Interim & per fidelissimos nuncios Arabiæ ꝓfectum,muneribus conciliatum,magnis pollicitationibus in consiliorum socium accipiunt. Anno igitur exacto cum copiæ de more conscriberentur, quod a minore Nino vt a principio dixi ad populos in fide cōtinendos fuerat institutū.

Arbacis & sociorum motus.

Arbaces & cōiuratiōis socii cū quadringentis milibus hoīm in vnum castra conferunt,tū vero summa imperii Arbaci delata,haud in occulto amplius defectionē habuere.Quo nūcio ꝑculsus Sardanapalus latebras primo circūspicere,inde subita animi fluctuatione ad arma reuocatus, ex iis gētibus quæ adhuc in fide erant,tumultuariū haberi impat delectū. Appropinquantibus itaq; hostib⁹, Rex cū suo exercitu stadia septuaginta a Nini vrbe,dimicatur⁹ occurrit.Hicq; cōmisso ꝓlio, Arbaces,& q cū eo erāt acie victi ad mōtes redigunt̃,fueruntq; inde Sardanapalo duo alia cū hostib⁹ secunda prælia,& iā in certa spe victoriæ erat,quum ducentis propositis talentis, qui Belesi aut Arbacis caput ad se deferret,nemo repertus est,q eos violare sustinuerit, tāto iā regem odio oī-

Sardanapalus Arbacē fugat.

um animi exarserăt. Egerat interĩ triplici pugna victos hostes Sardanapal9 ad Babylonicos vsq; montes, resq; propemodũ ad fugam spectabat. Sustinere tamen rem apte inclinatam Belesus, atq; astrorũ obseruatione victoriã toties victis polliceri. Rogare igit̃ vt suę arti eã moram darẽt, astra & deos omnia secunda portendere. His hortationibus duces & alii, loca q̃ semel occuparant obtinere perseuerarunt. Interim ingẽtes Bactrianorum copię q̃ a Rege fuerãt accersitę dictæ sunt appropinquare. Visum est Arbaci clam prodire illis obuiã, ducesq; ad colloquium vocatos, aut persuadẽdo in societatem belli trahere, aut si minus id queat, priusq̃ regiis copiis iungerent̃ armorũ vi ad id ipsum cõpellere. Sardanapalus oĩm, q̃ interim apud hostes parabantur, ignarus (tot enim secundis prælis elatus, ad voluptatẽ, q̃ quoquo mõ intermissa, validius q̃ rudis & inexperta cedẽtibus incũbit, velut ex longo interuallo cupide animũ reflexerat) hilare conuiuat̃, vinumq; militibus distribuit. Hac hostiũ negligẽtia per transfugam ad Medum delata, mutato consilio regia castra inuadit, hic structi paratiq; ad cędẽ, milites inermes, vinoq; & ciborũ crapula sepultos, more pecorũ sternunt. Pauor ingens, & fuga totis castris orta, semisomnes clamosa trepidatiõe agit, sine duce, sine imperio, alii in ferrũ ruere, alii per aduersa castrorũ qua fugam inclinassent per plana & abrupta abeunt p̃cipites. Rex castris exutus, cũ iis, q̃ nocturnę cędi supfuere, in vrbem compulsus est, cuius animus multis iam antea delitiis corrupt9, ita ad primã cladẽ eãq; magis sua negligentia, q̃ hostiũ virtute acceptã cõcidit, vt copiarũ, quę superant, ĩperio Salameno vxoris fratri dato, ipse tuendę vrbis p̃textu, pristinæ luxurię latebras cupide inuiserit. Cæterũ aduersæ res, q̃ alię super alias paucis diebus acciderunt, breuiorẽ illi voluptatẽ fecere. Nã & Salamenus haud multo post circa regiã vrbẽ bis acie victus concidit, quo sublato Assyrii fœdissima fuga ad flumẽ pręcipites aguntur, paucis in vrbem trepide refugientibus, cætera multitudo flumine interclusa miserabili modo periit. Tanta ibi cædes edita, vt Euphrates toto die cruentus fluxerit. hæc Diodorus. Herodotus cuius authoritas plus omnino apud me valet, significare videtur Tigrim fluuiũ nõ Euphratẽ Ninũ vrbẽ alluere. Ingens adhęc defectio secuta, plures gẽtes vbi regiã fortunã palã inclinare senserunt, vltro ad Medũ defecere. Rex ipse in manifesto discrimine cõstitutus, tris virilis stirpis liberos, & duas cũ his filias virgines in Paphlagoniã ad Cottũ p̃fectoq; fidissimũ misit, cũ magno auri põdere, vt si domus regia excidiũ passa esset, possent p veteri fortuna apud hospitem in honore esse. Inde auxilia ab his q adhuc in fide erant vndiq; accersit, q̃uis lõgã obsidionẽ laturus vetusto oraculo fretus, quo responsum erat, Ninũ vrbẽ capi nõ posse, nisi fluuius illi hostis fieret. Murorũ igit̃ fastigio (neq; enim arietes, alia ve bellica machinamenta ad disturbanda mœnia in vsu adhuc erant) armorũ omnifariã multitudine, rerũq; oĩm copia, quæ regi superabat, obsidio biennio distracta est. Tũ vero fluuius assiduis imbribus vltra modũ auctus, quum nõ paruã vrbis inundasset partẽ, eamq; ad viginti stadia perpetua murorum ruina enudasset, ratus Sardanapalus fatale tempus adesse, ne viuus in hostiũ potestatẽ veniret, pyram in regia ingentẽ struxit, auro huc argentoq; & oĩ p̃ciosa veste cõgestis, vxoribus adhęc, eunuchis, & quicunq; illi charissimi fuerãt, subiecta face incendit seq; incensę viuũ deiecit. Morte regis nunciata confestim Medus vrbẽ qua muri prociderant inuadit, quã nullo certamine ingressus. Rex consalutatus est. Fuit hic annus, quo Assyriorum est regnũ excisum, quater millesimus ab orbe condito trecentesimus atq; octogesimusprimus, p̃cessit humanę salutis primordium octingẽtos annos ac duodeuiginti. Herodotus significare videtur, post Assyriorum regnum a Medis euersum, multo deinceps tẽpore nullũ fuisse Regem, singulas ciuitates populari imperio vsas, absq; regibus fuisse, demum Ciaxarem insignẽ iustitię virũ a Medis regem constitutum, eumq; cęteris gentibus in societatem allectis, omniũ consensu late imperiũ obtinuisse, cuius deinceps posteri sint rerũ potiti ad Astyagem vsq;, quẽ Cyrus Persęq; regno & vita spoliarunt. Idẽ author est anno secundo decimæsepti mæ olympiadis Ciaxarem regem in Medis creatũ, quo apparet centum & amplius annos ab Assyriorum regno euerso ad Medũ inchoatũ interfuisse. Ctesias Gnidius ex regum annalib9 aliter texuit historiã. Vixit is annos septẽdecim apud Cyrum, eo bello captus, quod ille aduersus Artaxerxem fratrẽ gessit. Ex regiis igitur annalibus, q̃bus Persarum res gestę ordine cõtinebant̃, ille ĩ historiis p̃didit, Regno Assyriorũ verso cõfestim Medos impio potitos, Arbacẽq; a quo Sardanapalus victus est, eius gentis primum imperii nomen tulisse, ab eo Mãdanam filium regnum accepisse, cui Sarsomones postea successerit, huic Artecarmis, mox Arbianeis, post hunc Aristheus q cum Cadusiis grauissima gessit bella, vñ mutua vtriusq; gẽtis odia ad posteros durauere, Aristheo Arthapis, post hunc Artibanus regnauit, quem Astibaras est secutus, is cũ Sacis biẽnio bellauit, ob Parthos, q a Medis ad eam gẽtem defecerant. Erat tum Tarina Sacarum regina quę bel

Beles9 astrorum perit9.

Vincitur Sardanapalus.

Sardanapalus se desidię reddidit.

Strages.

Sardanapali exitus.

Anni mũdi

Ciaxares Medorum rex.

Medorum Reges.

llcis studiis magnū post se nomen reliquit.post Astibaram Apādas rerū potitus, is Astiagis quē
vicit Cyrus fuit pater,quiq; Medorū vltimus imperauit.sed hæc seruata rerum serie suo melius
explicabuntur loco.Cæterum ne longior postea de Medis sit nobis sermo instituendus, pauca de
terrę situ & moribus gentis sunt hic nunc subiicienda.Iacet Media longe fusa a Zagri trāsitu,q
Medica porta dicitur,ad Caspias portas stadiorū quatuor miliū & amplius longitudine.Parthia
Medię situs
ab ortu finit,qua parte Cossei latrocinio infames ardua tenēt loca,habet a septētrione Cadusios
cū qua gente mutua odia diu Medi vt dixi exercuere.Apolloniatide quam veteres Sitacenam di
xere ab austro clauditur.Trapiis & Armeniorū qbusdā ad occasum.A Medo nomē illi datū plures
credere,q fuit Medeę filius.Sūt q Medū quū in ea terra regnaret,id materno noī tribuisse existi-
Medeę & Iasonis gesta.
marēt.Phama est Iasonē post diuortiū cum Medea in gratiā rediisse, & ex Græcia in Pontū cum
valido exercitu secum Medea adducta nauigasse, tū eius interuentu Oetam graui bello leuatū,
inde in Armenios arma ab eo translata,mox & in Medos,domitisq; late gētibus Iasonē in iis ter
ris imperasse.Fuisse rei gestæ monumentū haud obscurum, q̄ præter gentium & terrarū noīa,
quarū hanc ab Armeno Iasonis comite Thessalici generis viro,illā a Medea,siue Medo eius filio
nominari contigit,Medea etiā vestis in ea gēte fuit,& Iasonius mons,aliaq; permulta quæ vete-
ri huic opinioni haud dubie astipulantur.Nec sum immemor q̄ de Medeę & Iasonis exitu alio sū
loco secutus,ex Diodoro illa,recētiora ex Trogo mutuar⁹.Sagittādi eqtandiq; studiū genti pręci-
puum ac pene peculiare.Peruetusta & regū veneratio.Tiara,pile⁹,& manicatæ vestes ab his ad
Persas cum imperio fluxere.Proprium Medorum regū fuit plures vxores ducere,mox & in pri-
Medorum mores.
uatos translatum,vt min⁹ septē habere nō liceret.Pulchrū & fœminę multos habere viros, pau-
ciores quinq; calamitatē arbitrari.Sterilis regio qua ad septētrionē obuersa est, quo fit vt ex ma-
lis in hunc vsum execatis ac cōtusis massam cōficiant,ex tostis Amygdalis panē,ex herbarū radi
cibus vinū.Ferinis carnibus plurimū victitāt.Et hęc de Medis qbus Arbaces peperit,vt diximus,
imperiū.Ille vt de eo adhuc pauca dicā,post Sardanapali interitū victoriā adeptus,quum bello-
rū sociis sua cuiq; reddere p̄mia.Belesum p quē fuerat omnia consecutus.Babylonis præfectum
Belesus Babylonis præfectus.
declarauit.Is post captā Nini vrbem ab regis Eunucho doctus vbi vis auri ingens lateret,q̄ Sar-
danapali fuerat,occulte id refossum,vt solus possideret,ab Arbace petiit, vt Sardanapali cineres
Babylonē liceret secū deferre,vouisse se medio belli tempore,quū fortuna adhuc anceps esset, vt
Belesi fraus
siquando Assyriorū regia capta & incensa,se illius cineres Babylonē translaturū,ibiq; monumen
tū regni Assyriorum ab Arbace se adiutore excisi posteris traditurū.Nec id grauate est impetra
tum,nam pręterq̄ q Beleso nihil ob recentem meritorum memoriā negare esset ausus, nulla su-
spitio inciderat,vt regia combusta,ex vetere regū gaza quicq̄ superesset. Paratis igit navibus,vt
fluuio cineres subueherent,auroq; in eas occulte imposito,res certo ad Arbacem idicio delata ē,
qua fraude cōperta iudices ex principibus castrorū Beleso dedit,qui peculatus iudicarent, iudi-
ces eum furti conuictum capitali supplicio damnarunt.Sed tantum abfuit,vt Arbaces illi quicq̄
Gratus Arbacis anim⁹ in Belesum.
mali fecerit,vt capitali pœna remissa,regium etiam aurū cum decreto antea honore habere iusse
rit,Babylonemq; lętum dimiserit,p cōcione fassus,maiora esse Belesi erga se merita, q̄ vt pro tā
pua offensa illi irasci debuerit.Cōciliauit ea res Arbaci,nō solū clemētię phamā, sed in noua ad-
huc administratiōe liberalitatis opinionē,qua neq; vtilior virtus,neq; decētior in summo princi-
pe esse pōt. Libet hic & par est,qm̄ Belesi causa in Magorum mentionem incidimus,pauca de illo
rū sapiētia & instituto iis q̄ adhuc diximus,subtexere,Fuerūt apud Babylonios Magi quod & in
Magorum instituta.
Ægypto sacerdotes ad deorum cultū instituti,hi per omnem vitam philosophari,astrorum peri-
tiā tenere,nūc auguriis,nunc carminibus sacris,mala hominibus auertere,bono afficere. Augu-
ria insomnia prodigiaq; fida interpretatione explanare.Nec foris instituebantur vt Græci,sed a
parentibus disciplinam velut hęreditariam sortiti,pueri domestice discebant, qua perpetua cura,
facilis sequebat̄ profectus,vna cōstāsq; dicendi ratio,nō varia & anceps,qualis apud Græcos,vbi
q eā tradere cōsueuerūt,varia de principiis,& rerū causis,atq; inter se repugnātia d sserebāt.Sed
hi Mundū cōmuni assensu æternum opinari,neq; principiū habuisse,neq; finem habiturum, vni
uersorum ordinem & ornatū diuina prouidentia cōstare.Cœlestia corpora nō sua sponte,fortui
tove motu,sed lege quadā certoq; numinis iudicio moueri.Astrorū cursum vetusta obseruatio-
ne pscrutari,multa ex illorū inspectione mortalib⁹ futura vaticinari. Maximam vim planetis tri
buere,præsertim huic quē nostri Saturnū vocāt.clarissimū Solem omnium arbitrari,& cui pręci
pua adesset virtus,Martē,Venerem,Mercurium & Iouem præ cæteris obseruari,quoniam velut
proprium cursum sortiti futura ostenderent,tanq̄ deorum interpretes,Quod ipsum vsqueadeo

Magorum cientia. persuasum habuerunt, vt quattuor illa astra vno nomine Mercurios appellarent. Ventis prerea imbribus, æstu, cometis, solis, & lunę defectu, terrę hiatu, multis deniq; signis, salubria simul ac pniciosa pdicere. Imaginari adhęc alia sidera illis subiecta, & ex his quędam nostro hemisphærio, alia subterraneo vagari, alternoq; singulorũ ortu & occasu, q̃ apud superos fierent, quæq; apud inferos significari. Pari adhęc cũ Ægyptiis errore, duodecim sibi deos finxerunt, quorũ singulis mensem vnum, & vnum in Zodiaco signum tribuere. Multa quidem regibus ventura vaticinabant, vt Alexandro victoriã cum Dario dimicaturo, Nicanori deinceps, Seleuco, & aliis Alexandri successoribus. Mox & Romanis Cęsaribus nõ pauca, quorũ euentus non caruit fide. Numerant prerea sidera quatuor & vigiti extra zodiacũ, ad Boreã. XII. reliqua notium polum versus, horum quæ appareant ad viuos pertinere arbitrati, cætera ad eos, qui vita defuncti essent. Hæc illi & alias rerum ambages offuderunt mortalium oculis, vt quæ de annorũ obseruatione memi nerunt quadraginta tria annorũ milia a prima suarũ rerũ memoria, ad Alexandri ascensum colligentes. qđ impudẽti quidẽ mendacio asserebãt, nisi aliqs eam annorũ rõnem menstruam interpretur, qualis apđ Ægyptios fuit, vt supra est a nobis significatũ. Sed ad Arbacem redeo, qui post

Arbaces Ninum vrbem diruit. Assyriorũ regni finis. victoriam rebus in Assyria strenue constitutis. Ninum vrbem diruit, ciuibus incolumitate concessa, quicquid ex oĩ præda reliquum fuit, in Hecbatanam Medię contulit, huncq; exitum habuit Assyriorũ regnum, qđ a Nino ad Sardanapalũ, longissima regũ serie annos mille, vt Diodorus scribit, & quadringentos habuit. Eusebius Beli tẽpora cõplexus (fuit & is in Assyria rex, maioremq; Ninũ pcessit) annos qnq; supra mille & trecẽtos colligit. Nec de regũ numero, vt video, inter scriptores conuenit, quidam a Nino ad Sardanapalũ qnq; & triginta in ea terra regnasse pdiderunt, alii triginta nec amplius posuere. Sed quantacũq; fuit illa regũ series, satis constat exci-

Regnorum collatio. dium imperii illius in ea tempora & annos incidisse, qbus Thespius Ariphronis filius Athenis rerum potiebatur. Corinthi Egeminon. Albę in latio Auentinus, cuius supra bis mentio facta est. In Ægypto Tachelotis. Heliseo in Iudęa, Iona & Amote pphetica diuinatione claris, quum Hieroboas interim Samarię. Ozias Hierosolymis regnũ obtineret. Successitq; haud multo post Hierobo ę Zacharias filius, qui sexto ab eo mese, quo regnare cœperat, domesticis exceptus insidiis. Selli cuiusdã opa periit. Sellus velut regnũ parricidii sibi pmium proposuisset, regis appellationẽ te-

Sellus. mere occupat: cęterũ haud multis inde interiectis diebus a Manaene copiarũ prefecto qui audita regis sui cęde, cũ haud modico exercitu, ex Tharso occurrerat, victus prelio interficitur. tum Ma naen rex creatur, huic quũ cęteri impio paruissent Thabraini soli omniũ venienti portas clausere, id ille iniquo animo ferens: Thabrain vrbẽ infesta oppugnatione aggreditur, quam cum breui cepisset hostiliter diripuit, & vt vnius ciuitatis excidiũ aliis documẽto esset, ne quid tale in se au

Phioialus. derent, in oẽm sexum & ætatem ferrũ immisit. Phioialus huic bellũ intulit, qui post Sardanapalũ non imperiũ, qđ nullũ vtiq; erat amplius, sed in Medicos reges contumax quandã regni speciem obtinuit. Hęc Iosephus. Ego Arbacem & cęteros reges qui eum secuti sunt, per pfectos crediderĩ Assyriam administrasse, nec vllo modo passuros fuisse, Sardanapalo interfecto quẽpiã regis nomẽ in ea terra obtinere. At siue reges, vt ab illo dicunt, siue illi potius prefecti fuerunt, multæ ex Assyria clades Iudaicę genti haud vno tempore sunt illorum ductu illatæ. Causam belli huius apđ

Iudęorum clades. Manaen. Iosephum non reperio. Manaen quum Assyrii Tharsum vsq; pdabundi pcessissent, suis viribus diffisus pacẽ ptio redemit, pactus in presens mille argenti talẽta, ac totidem singulis deinceps an nis in stipendiũ danda. Miretur fortasse aliquis (vt tenues tũc erant gentiũ opes) tantã argenti summã vnã Iudeę partẽ in ppetuum pacisci potuisse, sed Iosephus & bibliaci libri id habent. Ad iiciũt adhęc qđ adhuc magis mirũ videri possit, Manaenem pollicitũ auxiliares copias Assyrio mittere, qbus ille aduersus Medos vteret. Nec Manaen diu supstes fuit, fato Samaria defunctus

Phaceias. Phaceię filio regnũ tradidit. Is eo biennio quo regnare cœperat domestica cõiuratione est oppressus, a Phaceia, q eodẽ erat quo & Rex nomine. Tenuit regnũ parricidio q̃situm Phaceias, sed minus in eo administrãdo felix, q̃ in occupãdo fuerat, Phalasseris ductu Assyrii nouo Israelitas bello adorti oẽm Galaaditẽ terrã populatiõe vastarunt, trans Iordanẽ quoq; longe lateq; regiõe va stata, plurimi mortales sunt in predã abducti. Incidit in hæc tempora, Procæ regnum, qui quar

Procas Rex. Macedonici regni origo tusdecimus Albę ab Ascanio regnauit. Erat q; rex interim Corinthi Alexander. Alcmenes Lacedęmone. Athenis Agamnestor. Osorthon in Ægypto, quem Eusebius scribit ab indigenis Hercu lem cognominatũ. Macedonia Cranaus (per id enim tempus ortum est eius terrę regnum) de cuius origine haud alienũ sit ab historia nunc primũ quum in eius mẽtionem incidimus breuiter dicere. Fuit regio ipsa olim modicis descripta finib⁹, & ab Emathionis noĩe, cui⁹ prima ĩ ipsis

locis virtutis experimenta,vt Trogus ait,extiterit Emathia nominata. Pelasgi vna gens illi ea tē
pestate fuit,Boeotiaq; regio dicta.Sunt q a Macedone Osyridis filio arbitrent Macedoniam dein-
ceps nominatā,in regione Poeoniæ,quæ Macedoniç deinde portio fuit,vt quidam tradunt. Apia
nus Poeoniā a Gręcis nominatam extimat,q̄ Pannonia deinceps dicta est, in Poeonia Telegonus
Astriopei qui ad Troiā militauit pater regnasse dicitur , in diuersa regionis ora Europus & ipse
regnum tenuit.Interiecto deinde tempore Cranaus,cuius nuper mentionē feci,regni nomen sta- Cranaus.
biliuit.Is oraculi iussu cū Graecorum multitudine in eam terram venit,vbi cadentis imbris stre-
pitu densaq; caligine Capras ad oppidū fugientes secutus,Edyssam vrbem improuiso accessu oc
cupauit.Tū oraculi memor quo iussus fuerat capris ducibus sibi regnū quæritare, vrbem ipsam
Ægeam siue Ægien nominauit,caprasq; in prima acie quoties in pugnā descensum est,habere p- Ægea.
seuerauerit.Midamane itaq; & aliis,qui in his tum locis regnabant,finibus eius terrę pulsis, vn⁹
in oīm locum successit,tum demū populis solius impio assuescere coactis , legitimi regni formā
& quasi Macedoniç corpus deliniauit,eo vsq; rebus auctis,vt regiæ fortunæ, neq; Cranaū ipsum,
neq; posteros iam inde poenituerit.Perdicas post eū in ea terra regnauit,post quē lōga rerum se-
ries,quorum suo loco nomina reponenda sunt , ad Alexandrum vsq; qui orientem domuit,& ab
eo ad Persen,qui vltim⁹ in ea terra rex fuit,ordinem secuta est.Eius regiōis fines eo vsq; promo- Macedoniæ
ti sunt,vt centum quinquaginta sit complexa populos ab Ionio ad Ægeum extēsa.A septentrio- fines.
ne Delmatię latus habet,Mysiam superiorē,& Thracię partem.Ab occasu Ionio pelago alluitur,
a Dyrachio ad Elydnum fluuiū,& Epiroticas gentes,quę a meridie regionē attingunt. Inde iux
ta Achaiam per Pindum & Oetam montes linea deducta,qua orientem solem spectat, a Beso flu
uio ad Maliacum sinum Ægęo perfunditur fluctu.Quod inde supra est,Thracię ps obtinet.Sed
dum Cranaus Macedonici regni iacit fundamenta,in Palæstina Iudęa Oseas Beeri filius,duode Oseas.
cim pphetarum primus diuinatione claruit.Cui pene ęqualis fuit Iohel Phatuelis,q alterū in or Iohel.
dine locū sibi vendicat.Fuit & Abraāmus hoc noīe illustris.Sed Esaias sanctitate & eruditiōe lō Esaias.
ge clarissimus,quippe qui librum pphetica predictione suo nomine cōscriptum reliquit. Phidon Phidon.
quoq; Argiuus per hæc tempora primus apud suos mensuras,& pōdera inuenit . Hicq; tūc erat
aliarū gentiū status , quum in latio Procas Numitore & Amulio filiis supstitibus fatalem mortē
obiit.Amulius,neq; ius gentium,neq; fratris ætatē veritus, Numitore quē regnare oportebat in Amulius
ordinem redacto regnum occupat,nec contentus maiorem fratrem regio nomine pr̄iuasse,vt spē Numitorē
quoq; illius in posterū recuperādi adimeret.Egestū filiū,sunt q Lausum vocēt, tū primū pubescē priuat re-
tē infesso pcussoribus saltu,quo adulescens venabatur,insidiis exceptū obtrūcat.Cædeq; ad tem- gno.
pus dissimulata subornat,q dicerēt adolescētē ī latrones īcidisse,&ab his īterfectū se opinari.Nec
certe id mēdacium multum fidei fecit apud Albanos,nemini nō perspicue liquebat. Amulii frau
de Egestum periisse,omniaq; eius consilia eo tendere,vt fratrem,quem regia dignitate spoliasset,
orbitate conficeret.Nec vulgus hæc opinio fefellit , virili nanq; stirpe sublata , Rheam Syluiam Ilia vestalis
& ipsam Numitore genitam , ne matrimonio locata domesticæ vltorem aliquando sibi pareret, capitur.
vestalem virginem capit. Vetus & honorificum erat apud Albanos,virgines summo loco natas
deæ ministras legi.Latuitq; ob id alios fortasse Amulii consilium.Numitorem fratrem non late-
bat , dissimulat tamen dolorem suum, multitudinis inuidiam veritus , quæ fortunam sequeba-
tur , secumq; orbitatem suam, domesticamq; calamitatem dolebat.Quarto deinceps anno sub-
eunti Syluiæ Martis lucum,vt inde ad vsum sacrorum pure aquaretur,vis puellæ illata est.Per- Ilia fit gra-
suasum quidam habuere ab procorum vno fuisse eam compressam , qui illius nondum initiatæ uida.
amore captus , quum vltra diuturnum affectum ferre non posset , incautæ sit insidiatus. Alii in
Amulium id crimen conferunt , vt non tam puellæ forma motus , q̄ vt in apertum vitæ discri-
men vitiatam adduceret , armatum sese illi obtulerit, incertum vt culpæ author lateret , an vt
horridior occurrens ob metum iniuriæ magis obnoxiam haberet . Sed multo plures compressu
Martis grauidam factam prodiderunt , dubium ne vt hoc mendacio Romani populi originem
augustiorem facerent , an (vt tum erat hominum opinio) ita persuasum habuerint , qui hanc De Iliæ cō-
sunt opinionem secuti.Prodigiosum solis deliquium,quod eo die est factum,in fabulæ argumen- pressu non
tum adducunt,q caligo tenebræq; toto se coelo intenderint,ipsaq; imago quæ cum illa cōgressa vna opinio.
est,sanctior augustiorq; humana sit illi visa.Adiiciunt eum,quisquis fuit,puellam moestam con-
solatum prædixisse,gemellos eam vno partu daturam,vetuitq; existimare hominis, sed dei con-
gressu se grauidā fore,vt quos vtero concepisset,clarissimi essent inter homines futuri:ac cū his
ille nube amictus,sublimis sit visus per aerem deferri.Quid horū potissimum sequi oporteret ve-

terum scriptorum quidam parum exploratum habuere, nunc indignum ac pene impium rati, ad deorum naturã, quę beata & incorrupta sit, eã fraudẽ referre, nunc mediã quãdã inter deũ & homines naturam esse arbitrati, qua geniorum natio constaret, horumq́ cum natalium fœminis cõgressu, Heroas procreari contigisse. Quo apparet huius rei fidem, nec pro vana eos contempsisse nec talem visam, vt temere reciperetur. Marcus Varro quum neq́ factũ affirmaret, neq́ de suæ vrbis origine male opinari videri vellet, operępretiũ id esse, ciuitatibusq́ cõducibile testatꝰ est, si etiam falsum sit, suã originẽ ad deos referre, vt eo mõ humanus animus, velut diuinę stirpis fiducia, res magnas audacius aggrederetur, fortiusq́ gereret, ipsaq́ securitate trãsigeret felicíꝰ. Ego etsi video, q̃ in hmõi rebus tradendis sint Christiani hoĩs partes, diuum tamen Aureliũ secutꝰ, acerrimũ pietatis defensorem, in medio hunc locum relinquo, quod eo liberius facio, quia talis pene quæstio a nostris quoq́ Theologis iactata est, verũ Angeli, vt eorum verbis vtar, qui præuaricati dicuntur, cum hominum mulieribus concubuerint, vnde viri fortes, qui ab initio sunt gigãtes dicti procreati sint. Sed id totum idem Aurelius ad Sethi filios alio loco retulit. Taruntiꝰ homo mathematicæ disciplinę Varronis ætate peritissimus Romuli genesim intuitus, qđ ex his q̃ de illo erant memorię pdita, longa tẽporũ serie retro ad calculũ reuocata. Varronis iussu est consecutus, constanti asseueratione mõstrauit. primo anno secundæ Olympiadis Romulũ conceptũ tertio & vigesimo die mensis decẽbris hora tertia, qua sol omnino defecit. Natũ vero. XII. calendas octobris, qui vigesimus fuit septẽbris. Et hęc de Romuli origine a diligentioribus pdita, q̃ ab iis q̃ Eusebius collegit, pene nihil discrepant. Cæterũ quia in Olympiadis mẽtionem incidimus, fuit annus ille, quo prima est Olympias in Helide celebrata, trigesimusseptimus supra quater millesimũ ac quadringentesimũ mũdanę originis. Ab Iliĩ excidio quadringentesimusquintus. Alii huic numero vnũ adiiciunt annum. pcessitq́ vrbis originem, vt Plutarchus significare videt̃, tris annos & triginta: Humanę vero salutis septingentos septuaginta quattuor. Fuit idem annus ab eo quo primum in Olympia stadiũ est ab Hercule dimensum, trigesimus ac quadringẽtesimꝰ. Quũ interim Authomenes Corinthi regum omniũ nouissimꝰ terũ potiretur. Athenis Æschylus primariam potestatẽ exerceret, Cœnus in macedonia, in Ægypto Samnus. Quo tẽpore Ægyptii maris imperio sunt potiti, Bochorusq́ Dinasta iura dedit ipsi genti. In Iudęa Hierosolymis Azarias, cui non multo post Ioathas successit, quo accidit, vt quidã scriptum reliquerint, in quibus fuit Aphricanus, primã Olympiadẽ, Ioathę nõ Azarię tpibus celebrari contigisse. Et in Samaria regnũ Phaceias tenebat, cuius supra mentio facta est. Primę Olympiadis author Sphitus fuit Praxonidis, siue Hemonis filius, quo Chorebus Heliensis agone victor fuit. Eusebius Lydii regni principiũ eiusq́ gẽtis regẽ Ardisiũ noĩe, in annos primę Olympiadis reponit. Herodotus Argonẽ ex Heraclidarũ gente primũ Sardibus regnasse author est, nouissimũ ex ea gente Cãdaulem, vterq́ ab Alceo Herculis filio fuit oriũdus. Enimuero multo añ Heraclidarũ tẽpora, si Herodotꝰ vera tradidit, in Lydia est regnatũ, vbi Lydus Athis filius, qui ipsi terrę nomẽ dedit, multiq́ deinceps ab eo pcreati, in his locis regnũ tenuerũt. His Heraclidę successere, qui Iardana ancilla geniti oraculi monitu, vt dixi, ab Hercule in eam sunt regionẽ missi, vbi qngẽtos & amplius annos ab his procreati regnum tenuerunt. Candaules quo fuerit casu oppressus, suo deinceps loco explicabimus. Fuerunt Lydi quando in eius gentis mentionem incidimus Maones ab initio dicti, idq́ Homeri testatur carmẽ, inde a recentioribus Meones sunt nuncupati, hi oĩm primi, vt Herodotus scribit, aureum argenteũq́ nũmum pcussere, primiq́ Caupones & institores fuere. Sed morem hunc recentius inductũ existimasse videt̃ Trogus, q cum bellacissimus populus Cyro rebellasset, vi ad imperium retracti, ademptis armis iussi sunt vulgo cauponari, ludicrasq́ artes, & lenocinia exercere, quo acciderit, vt gens olim potẽs, & manu strenua. pręsenti mollitie antiquã virtutem amiserit. Iidem Lydi tesseratum & pilæ lusum, cæterorumq́ ludorũ genera commenti sunt. Plinius lanas sordibus inficere Lydorum commentũ existimat, fusumq́ & lanificiũ, linũ & retia ab his quoq́ inuẽta. In ea terra Pactolus ex Timolo defluẽs olim ramẽtis auri diues, vnde vetus illa regum gaza, celebresq́ Crœsi opes, in contemptũ etiã fortunæ philosophorũ oculis subiectæ Timolus in Hermum lapsus, in quẽ & Hilus, qui postea Phrygius est dictus, in Phocaicum mare vna mixti, vt Herodotus prodidit, erumpunt. Nunc Palæstinæ res ad se stilum reuocãt. Ioathas cuius regnũ in primæ Olympiadis annos, vt diximus, incidit, quum aliquanto priusq̃ Azarias pater fato defunctus esset administrationi admotus, pter ciuilia opera multa & varia, vrbis mœnia partim ab imo ad summũ erexit, partim vetustate collapsa sumptuose instaurauit. Intulit & Ammonitis bellũ, victisq́ tributũ imposuit, vt centũ sibi auri talenta quotãnis penderent. Et cho-

[Marginal notes: Veterum opinio de Ilię conceptu. — Romuli cõceptio & ortus. — ANNI MVNDI. — Authomenes. — Olympiadis author. Sphitus. — Lydus. — Lydorum instituta. Maones. Meones. — Lydorum opes. Timolꝰ seu Tmolus. Ioathas.]

ros tritici decẽ milia,atq; hordei totidẽ,auctoq; in hunc modũ regno,anno sextodecimo post patris interitũ & ipe vita decessit,regni administratiõe Achamo filio tradita,quidã p Achamo Achazũ habent.Claruit in Iudæa Ioathæ tẽporibus Amus propheta,in Pelopõneso Cynethon Lacedęmonius,q Thelegoniã scripsit,Camelus qui Europã,& Archinus,q Ætolicã & Italicã vastitatẽ.sunt qui Cyrenẽ,de cuius cõditione supra est a nobis memoratũ,p hæc tpa a Theteis memorẽt conditam.Spartiatę Ephoros habere cœperũt,quum Theopompus in ea ciuitate rex esset.Fuit Ephoroq; potestas nihil ab ea dissimilis quã tribuni plębis Romę habuere. Atq; is tunc erat aliarum gentiũ status,quũ Roma in Latio cõdita est,de cuius origine quo illustrius fuit in terris Romanũ nomen,eo maior nobis de ea re instituendus esset sermo,nisi stili ab initio suscepti vbiq; habẽda esset ratio.Cęterũ ne res tanta in arctum coniiciat,ab Ilię puerpetio paulo alti⁹res est repetenda,siquidẽ illa,siue genii(vt dixi)alicui⁹,siue mortalis potius cõpressu pręgnãs facta,vbi se vteq; ferre sensit,matris suasu,quã secretioris cõceptus ab initio fecerat participem,simulata ægritudine in priuato sese tenuit,non minus ad religionẽ q̃ ad celãdum vterum pertinete rata,si polluto corpore sacris abstineret.Amulius siue criminis cõsciẽtia,siue alia suspitione motus,per fidum sibi medicum sciscitabundus inquirit,quę vis ea morbi esset,quæ puellam tam diu a ministerio distineret.Verum matre aliisq; arcanum morbum excusantibus,quẽ maribus prodi nefas esset,Amulius vxori mandat,vt puellam obseruet tum vero per eam factus certior Rheam Iliam grauidam esse,nec iã abesse procul a partu, ne clam vtero solueret,custodes apponit,dum eã deferret ad populum: multitudine inde ad concionẽ vocata,puellam,vt incestam,parentesq; velut incesti conscios accusat,iubetq; inibi pro concione causam dicere.Ad ea Numitor nouam se audire fabulam præfatus,nihil habere se respondit,qd pro filia & suis posset dicere in nouo crimine,quod tum primũ sibi & domui suæ obiiceretur, poscit vt a filia & vxore discere liceat,quid probri id esset,tũ vere si culpa adsit,liberę se regi & populo iudicium de ea re permissurum.Domũ Numitor reuersus oĩa,vt acta erant, cognoscit ex vxore,adiicit illa pces atq; identidem obtestatur,vt puellæ expectetur partus,eã vnã rem facile declaraturam,an vera sint,quæ filia de criminis authore euentura audiuisset. Persuasum illi ab initio fuisse,genium secum quendã non hominẽ cõgressum,a quo edocta esset,fore vt gemellos pareret,breuem eã morã futurã.Q; si deorum aliquis eius culpæ sit author,Amulius & alii viderent q̃ pie facerẽt,qui eam rem atrociter vindicare adorti essent. Exoratus Numitor filiã custodiri iubet,inde in concionẽ reuersus,ordine exponit quæcunq; domi cõperisset. Censet itaq; expectandũ,donec puella soluta sit partu,vt quicquid id quod sibi & aliis suspectũ esset,ex ipso puerpetio cognosceretur.Fremere Amulius,nec sani quicq̃ inesse eiusmodi postulatis dicere,& iam puellã quoquo modo perdere destinabat,quũ a custodibus nunciatur,geminos ex Ilia pueros natos.Tũ Numitor filiæ culpã deprecat,diuinũ id opus esse affirmat,scire se mortaliũ neminẽ sobolis numerum prędicere potuisse,& iam tacita religio erat multitudini iniecta,Amuli⁹ muliebri id fraude factũ clamitabat,alterũ puerorq; medio illi nixu subiectum,vt religio crimini prætexeretur.Agẽdum esse lege in eam,quæ polluta sit corpore,exclamat,dandũq; documentum aliis,ne virginitatẽ,gentili sacro addictã,temere amitterent.Omnis multitudo Regem ad vindictam pronum secuta est.Publice itaq; Ilia damnatur, vt virgis prius cæsa,necaretur.Pueri qui ex ea nati essent in profluentũ abiicerẽtur.Qui multa fide & celebritate hæc executi sunt,puellã aiũt post partũ asseruatã,q; Amulii filia q̃ æqualis erat Iliæ,atq; simul educata multis precib⁹ & lachrymis,sit suppliciũ a patre deprecata,diuq; postea eã in custodia habitam,donec Amulii cæde perpetrata,a filiis soluta est.Maior tamẽ phama,Rheam Iliã posteaq̃ enixa sit,regis iussu necatam,gemellosq; ex ea editos ministris ab Amulio datos,vt in Tiberinum,quindecim fere milia passuum ab Alba profluentẽ,proiicerẽt. Mirabitur,nec immerito,aliquis,quid fuerit q; tam procul id ministretiũ Amulius ablegauerit,quum ex obuio pueri nup nati extingui potuissent,tenuis quidẽ lacuna,nedum lacus, qui proximus Albæ erat,vel amplissimi fluminis in re tam facili instar habuisset.Ego quãdo licet rerum scriptoribus suum in dubiis iudicium interponere,religione credo adductum Amuliũ, ob ea,quæ de Iliæ cõceptu audiuerat,pueros haud ausum fuisse extiguere,sed aluo impositos in amnẽ exponi imperasse,vt in deorum voluntate esset,an eos seruari vellent.Eadẽ res facit vt nõ grauate iis accedam,qui Iliam post nixum in custodia habitam scripsere,nisi suspicetur aliquis id familiæ dedec⁹ Amuliũ pcul ab oculis ciuitatis ablegãdũ cẽsuisse,fuisseq; id non publicũ,vt qdã arbitrati sunt,sed domesticũ iudiciũ.Verũ,vtcunq; res acta est, quũ fluuius, qd fa-

Ioathæ successus.

Achamus.

Poetæ illustres.

Ephori.

Vrbis Romę cõditio.

Iliæ & mris consilium.

Numitor p filia trahit i iudicium.

Deprecatio Numitoris

Damnatur Ilia.

Romul⁹ & Remus exponuntur.

tis conuenit, imbrib⁹ auctus, pleniore alueo flueret, ripaq̧ restagnantibus circa aquis haud q̄dē facile adiri posset, regii satellites necessitate coacti, in proximā alluuiā infantes abiiciūt, nec ita multo post remittente fluminis impetu, aluus qua Gemelli impositi erāt, lapidi īpacta, eos in subiectū cœnū leniter effudit, hic illi terra volutatione vagientes Lupam ad fluuiū traxere. Mirū est quod Romani & Græci scriptores hic tradūt, immitē alioqui feram, hominiq̧ minime placabilē, vbera iacentibus leniter demisisse, absterisseq̧ lingua fœdata iacentiū corpora. Talia de Cyro rege & Telepho sunt memoriæ prodita, quorū, hic a Cerua, ille a cane sit nutritus. Sed alterutrum animal homini amicum, & ob id fortasse minus mirū. Compellabant interim pastores regii stabuli, greges in pascua. Qui miraculo rei defixi, non nihil in vestigio se tenuerūt, aliosq̧ e proximo accersunt, velut parū suis ipsi oculis crederent. Sublato dein clamore, in subiecta loca ad flumen vt beluā arcerent decurrūt, illa placide se attollēs, iacētis pueros pastoribus reliquit. Erat haud procul a ripa Tyberis lucus, cū fonte q̄ e concaua specu pereni manabat aqua, atq̧ inibi Lycæi Panos ara, quo Lupa gressum detorsit, fons ipse fuit palatii ędificiis ꝓpinquus, cū rei hui⁹ monumēto ad posteros conspicuo. Lupæ simulachrū erat ex ære. & duo ad vbera infantes, quali figura & materia visit nostra quoq̧ tēpestate Romæ in parte Capitolii in conseruatorū vestibulo. Plutarchus non Lupam modo, sed & Martiū picū alimenta pueris præbuisse prodidit, qđ in Semiramide etiam quæ in Assyria regnauit accidisse proditū est, vt infans a volucrib⁹ sit nutrita. Pastores sublatos inde pueros ad Faustulum regii pecoris magistrū deferūt, ordineq̧ a se visa exponunt. Erat nuper Faustulus ex Alba reuersus, vbi de Rheæ Iliæ partu audiuerat, & cum iis forte in reditu, quibus exponendorū iniunctū erat negociū, aliquantulū viæ fecerat. Hæc Dionysius. Plutarchus ab ipso Faustulo expositos author est. Sed cuiuscūq̧ ministerio id fieri contigit, Faustul⁹, velut omniū ignarus, postulat sibi eos a pastoribus dari, quod quū haud ægre impetrasset, domum reuersus, pueros in gremiū vxoris tum mœstæ, ob extinctū nuper infantem quem enixa fuerat, ex improuiso effudit verbisq̧ consolatur, ꝙ pro vno, quem amiserat, alumni duo essent reperti. Hortatur itaq̧ eos omni studio, & diligentia aleret, in quib⁹ educandis, vt intentius perseueraret, oīa q̄ pastores a se visa enarrabāt, pro miraculo memorat. Liui⁹ a Faustulo pueros sublatos tradidit, fuisseq̧ ait multis ꝑsuasum Laurentiam, quę cū Faustulo nupta fuit, vulgato corpore Lupam inter pastores appellatam, fabulamq̧ inde ortam videri posse, vt Lupa pueris vbera præbuisse credatur. Gemellos Faustulus Romum & Remum vocat, a mamma, vt Plutarchus credidit, quā mitis fera illis iacentibus siccandam adhibuit. Idem author est ambos Gabiis Faustuli diligētia græcis literis institutos. Per quæ geniti & educati, vbi adoleuit ætas, quū formæ præstantia, & vigore animi, inter pastores lōge eminerent, nō in stabulis & circa greges vt cæteri ocio marcescere, sed salt⁹ & nemora venando circūire. Latrones insectari, prædam illis ademptā benigne inter suos partiri. nonnunq̄ etiā orta inter regios pastores, & eos, qui Numitoris erant, de pascuis, vt asso let, cōtētione, cū hi circa Auentinū, illi in regione palatii stabula haberent, plæriq̧ ex iis, q̄ Numitoris iura tuebant̄, media sunt rixa vulnerari, ac nouissime loco pulsi iniquo animo ignominiam ferre. Cæteꝝ nulli interim pastorū, maiore inuidia apud iniuria affectos q̄ gemini fratres eminebant. Quippe qui non vt cæteri in partibus esse credebantur, sed illorū ductu & audacia omnes credere sibi iniuriam fieri. His igitur insidiati pastores, quū Romulus Ceninam sacrorū causa profectus domo abesset, Remum subita excursione lacessitum ad arma cōpellunt. sensimq̧ ad insidiarū loca sequendi studio perductū, pene obrutum lapidibus capiunt. Elius Tubero, quem Liuius & Plutarchus sequūtur, cui & Dionysius libens astipulatur, Lupercale sacrum ait in palatio celebrari solitū, ex Arcadia ab iis, qui Euandri comites fuere in Latium delatum. Nec id modo ludicrum testari eius gentis in hęc loca accessum, sed & palatium ipsum, quod a Palanteo Arcadiæ, vnde illi venerant, Palantium ab initio dici contigit, mox & palatium. Iuuenes Lycæū Pana venerantes, lasciuo cursu nudi in suorum conspectu discurrebant, quæ sacrorum ratio non integra tantum, sed aucta etiam religione ad posteros trāsiit, adeo, vt qui summū gererent in vrbe magistratum, sine rubore ea de causa corpora nudarent. Appianus & Plutarchus authores sunt Antonium, qui postea cū Augusto & Lepido triumuir fuit consulem inter Lupercos cucurrisse. Nobilissimi iuuenes & adolescentes nudi per vrbē vagi, obuios cędebant loris, quibus etiam plæræq̧ matronæ, de industria occurrentęs, ob receptam vulgo opinionē, quasi ea res ad fœcunditatem attineret, palmas illis præbebāt feriendas. Huic Ludicro erant tū forte iuuenes ipsi, vt ille ait, intēti, quū latrones ob iram prædę sæpius adem

Lupa infantib⁹ præbet vbera.

Romul⁹ & Rem⁹ Faustulo dant̄.

Laurentia Faustuli vxor.

Quales ab īitio Romul⁹ & Rem⁹.

Lupercale sacrum.

ptæ,ceu pastores illi potius vt Dionysio placet fuerũt(neq; enim obscurũ erat id solenne) pa-
rati in incautos,armati in nudos,ex improuiso impetũ faciũt.Hic cũ media trepidatiõe se Ro
mulus defendisset,Remus cũ paucis temere in aduersum cuneum inuectus,in hostiũ potesta-
tem redactus Albam ad Amuliũ perducitur.Hic inter prima crimina illi obiicitur,q; Numito
ris agrũ eius ductu pastores hostiliter infestarẽt,ob eamq; rem dat Amulius captum iuuenem
fratri ad suppliciũ,cuius ea erat iniuria.Romulus posteaq̃ Remũ fratrem captum audiuit, cũ
ea pastorũ manu,quã tũ forte circa se habuit,abeũtes persequi certus erat,vt eos priusq̃ Albã
abitent cursu assequeretẽ.Sæuientem Faustulus a tam præcipiti consilio reuocat,reuocatũ in-
secretum abducit,hicq; verã originem,quã ob immaturam ætatem antea ĩ occulto habuerat,
solus soli ait.Conferunt itaq; inter se consilia, vt simul Remum periculo eximerent, totamq;
Numitoris domum ab Amulii iniuria vindicarent.Partiti inter se curas:Faustulus Albã pro-
perat,nequid in Remum temere statueretur,Romulus pastorũ manu diuersis itineribus ad vr
bem missa,ipse eodẽ pleno gradu occurrit.Interea haud procul aberat,quin Numitor sciscitã-
do Remũ agnosceret,nam & duos esse fratres audiuerat,& filiæ liniamenta in alterius ore in-
tueri,seu igitur ambiguę stirpis,seu potius præsentis fortunę admonit⁹,adolescenti in secretũ
adducto impunitatem pollicetur,si cum fratre & cæteris pastoribus,in asserenda dignitate sibi
auxilio adessent.Ad ea Remus quum omnia respondisset, quæ prætensæ spes salutis in pericu
lo constitutis suadere solet,Numitoris iussu soluitur, Romuloq; qui iam haud procul Alba
aberat,salutem fratris per fidissimũ quendam nunciat,quo ille lætus nuncio, pacate vt cæteri
ignoto habitu ad Numitorem,apud quem Remũ esse ex nuncio cognouerat,diuertit. Plutar-
chus cũ Pastorum manu & sub fœni manipulo quasi sub signis Romulum Albam venisse ait,
sed veriora mihi videntur,quæ Dionysius scribit.Is eo quo dixim⁹ modo,vrbem ait ab Romu
lo initam.Cæterũ iam prima apud Numitorem consilia agitari cœpta erant, quũ parum ab-
fuit quin Faustuli indicio fint fratres proditi.Properauerat ille periculo rei motus Albam ve-
nire,q vt maiorem rei fidem Numitori faceret,aluũ,qua infantes fuerant expositi,ĩ hũc vsum
affectuatam secũ habens,circa portas excusso pallio iussus est custodibus prodere, quicquid id
esset qđ lateret sub veste.Erat tũ ibi forte minister ille,qui Amulii iussu pueros exposuit,agno
uitq; continuo inspectam aluũ,atq; ob id aliquid inesse fraudis ratus,Faustulũ ad regem per-
ducendũ censet,circunsistunt itaq; eum plures, captumq; ad Amulium attrahunt. Hic veri-
tus ne cruciatibus fateri cogeretur,quæ in præsentia celare voluisset,omnia rite,vt acta erãt,
exponit,in vno,non minus tẽpestiue,q̃ feliciter mẽtitus,q; iuuenes procul Alba inter pastores
esse affirmauit,armentaq; cũ his sectari,non defuturam illis occasionem fugiẽdi ratus,aut ob
trũcandi regis, si a Numitore ad eum fuissent accersiti & iam negocium datũ erat militibus
vt Faustulũ secuti,ad se traherent,quicũq; ab eo monstrati essent,si sponte venire nollent,quũ
re occulte ad Numitorem delata,mutua inter auũ & nepotes,iam manifesto indicio, facta est
gratulatio.Complexusq; eos senex cum lachrymis ad vltionem hortatur.Armantur cõfestim
a Numitore serui,& ex clientibus & amicis plæriq;,pastores quoq; iamdudũ,vt iussi fuerant,
dissimulato negocio,diuersis itineribus,in vrbem frequẽtes cõuenerant.Huiusmodi manu am
bo fratri,in forum sine maiore tumultu deuolant,regemq; a paucis defensum obtrũcant,arcem
occupant,ne cæde regis tumultu orto ab irata multitudine opprimerentur.Hęc Fabius anti-
quissimus Romanorum annalium scriptor,quem Dionysius prę cęteris est secutus.q̃q̃ Plutar
chus nihil ab his diuersa prodidit.Pressius omnia Liuius,atq; eo fortasse cautius,nã si custo-
des circa portas fuere,nõ video qua ratione tam facilis fuerit pastoribus in vrbẽ ingressus,oc-
culta arma habentib⁹,aut cur regii pecoris magister cæteris suspectior esse debuerit, quũ lõga
consuetudine Albam commeandi,omnibus esset notissimus. Alii nihil fabulosum historiæ cõ
uenire rati,infantes duos nuper natos,fidissimarũ ministerio,Rheę Iliæ medio nixu Numito
ris consilio suppositos prodidere,eosq; pro vero partu ab Amulio necatos,q ex ea ediri sũt alẽ
dos Faustulo datos,qui quũ Amulii esset villicus, Filistini fratris suasu, erat is quoq; pecoris
& pastorũ Numitoris magister,negociũ suscepit, Artricemq; vocatam ferunt mulierem, quæ
eos aluit.Nec interim negant,Faustuli coniugem ob frequẽs adulteriũ,Lupã inter pastores ap
pellatã,vocisq; similitudine factũ,vt fabula sibi in puerorũ alimonia locũ ĩuenerit.Mox itaq; ab
ineũte pueritia Gabiis institutos,& apđ Faustuli hospites literas & Musicẽ,gręco ritu,armorũ
q; tractationẽ edoctos,ad Faustulũ deinceps cui⁹crediti eẽnt filii,sub pubertatis ãnos reuersi,or
ta inter pastores cõtẽtiõe,qđ ita Numitor ipse euenire voluit,vt causam haberet eos a rege po-

Remus ad Amuliũ perducitur.

Faustuli consilium.

Romuli ad Albam accessus.

Faustuli discrimen.

Amulii cędes.

Romuli & Remi educatio.

Varia de Ro.& Re. educatione opinio.

ftulandi,Albā ad Amulium accerfiti ambo venerint. Affuit excompofito Fauftulus cum plerifq; amicorū cognofcendi iudicii fpecie:cognitione rei ad Numitorē delata,poftea q̄ ille adolefcētes docuit q̄ effent,in Amulium armauit.& hęc illi,aut vera,aut certe vero fimiliora, de cōditorꝫ vrbis educatione,& Amulii cæde literis prodidere. Verum vtcūq; res acta eft,Numitor Amulio cęfo,populum ad concionem vocat,fcelera in fe fratris, nepotū originē,vt geniti, vt educati effent,ordine exponit:Amuliū quia fratrem per iniuriam regno fpoliaffet,vt Tyrānum,fe authore cæfum:quæ cum ille breuiter differuiffet,iuuenes per mediā cōcionem fuorū agmine ingreffi,Auum regem falutant. Confenfus ingens,& fauor vocum confecutus,ratum illi nomen & imperiū fecere. Igitur Albana re auo permiffa,honoribufq; matri reftitutis (Etenim Dionyfius & Plutarchus,viua adhuc Ilia Amulium periiffe fcribunt)cupido eos cepit vrbis hic condendæ,vbi expofiti & educati effent. Dionyfius id confilium exiftimat a Numi-

Confiliū cōdēdę vrbis.

tore ortum,q̄ pulchrum & vtile ratus,quoniam res Albana multitudine abundaret,ad propagandū nomen & gentem nepotibus perfuaferit,vt eam velut nouam ducerent Coloniam, Vrbēq; conderent. Apparebat in multitudine tranfcribenda,vires aduerfæ factionis, nouæ coloniæ pretextu,infirmiores fieri. Cęterum fiue proprium id confilium fiue auitum fuit:Iuuenes eius terræ charitate in qua ambo fuerāt educati,vt nouam vrbē ftatuerent,folum a Numitore accipiunt. Pecunias adhæc,arma,frumentum,feruos,iumenta, multaq; alia deftinato operi neceffaria. Ad tria hominum milia ex Alba in Coloniam confcripta,cæteris facultas conceffa, eo fi vellent demigrandi. Cum hoc illi apparatu ab auo profecti,quicūq; palatium & Saturniā

Ro.& Re. colonos ab auo accipiunt.

incolebāt,præfenti multitudini iungūt,diuififq; inter fe copiis,confeftim quicquid hominum fuit,velut in duas abiit factiones,inde & fratrum difcordia orta,nam parum ab initio cōuenit inter eos,quo potiffimū loco noua ftatuerētur moenia. Præferebat Romulus palatii fedem vt amborum altricē,Remus triginta procul inde ftadia tumulum ceperat Tyberi propinquum, māfitq; ipfi loco ab re nomē,Remoriaq; eft dicta. Id anceps confilium non nihil fatalem vrbis originem moratum eft. Demum eo eft decurfum,vt rem omnē materno auo permitterēt,is vt deos cōfulerent author ambobus fuit,irent & vterq; fuo templo fedens eodem tempore captarent auguria,atq; vtri meliores aues appar uiffent,is caperet locum,nomēq; vrbi daret. Sacris igitur,vt rite omnia fierent,perpetratis:Romulus palatium, Auentinū Remus occupāt. Alii

Ro.& Re. Augurium

Remoriā ab eo infeffam credidere. Cæterū fiue hic locus illi,fiue alius fit captus,fex continuo vultures præpeti volatu fefe Remo offerūt,quibus lætus ille confeftim Romulo iubet augurium nūciari,eūq; ad fe venire. Sed dū forte res ad Romulū pfertur,ecce,XII.illi vultures occurrūt:tū orta inter duces cōtentione,quū hic auiū numero,ille tempore regnum ad fe traheret, nec ætas vllū faceret inter eos difcrimē,vt hic pudore,aut ille alteri cederet,vtraq; multitudo regē fuū falutat ducē. Orif ex altercatiōe iurgiū,ex iurgio certamē,animifq; ira accēfis, velut diuerfæ inter fe acies hoftiliter cōfligūt:ibi Remus media turba temere ict⁹ cōcidit. Dionyfius parū integra fide Romulū a pricipio egiffe exiftimat,q̄ nullo adhuc captato augurio,regni cupidus miferit q̄ fratrē ad fe accerferēt,velut cōtinuo fibi aues augurium feciffent,quū interim Remus,quas ipfe obferuaffet,iis q̄ ad fe miffi fuerāt oftēdiffet aues,fed quū ī palatiū veniffet rogatus ab eo Romulus,ecquod tā cito auguriū obferuaffet,aliquandiu incertus ille,quid ad ea refpōderet,hęfitauerit,ac vix demū duodecim oftendiffe vultures,qui poft Remi acceffū rē

Rem⁹ interficitur.

plū fuerāt ingreffi,atq; ex ea fraude ait cōtētionē primo,inde præliū inter duces ortū,quo faucius Remus occubuerit. Verūenimuero q̄ augurii euentus Romulo felix in caufa fuit,iā in-

Vulturis natura.

de Romani id volucris genus potiffimū in auguriis obferuare perfeuerant,nifi forte alia eius obferuatiōis fit caufa,ꝙ innocētiffimus fit oīm animātiū Vultur,qui nihil attingit ex iis quę hūano labore q̄runtur,nullū animal interficit,folis cadaueribus pafcitur, volucribus mortuis

Fauftuli & fratris fteritus.

affinitatē fentiēs generis abftinet. Hic credibile ē Herculē,vt Herodot⁹ Pōticus fcripfit,nullo magis augurio,q̄ vulturis lætari folitū. Nec Remi dūtaxat morte fed multorū etiā cæde funeftum fuit id certamen,quo Fauftulus & Philiftinus fratres periere,dum pugnam diremptu ri temere fe iratæ multitudini ingerunt. Romulus in Remoria fratrem fepeliit, ipfe actorum poenitentia in defperationem adactus,fibi viam ad mortem inueniffet,nifi amicorum,& in primis Laurentiæ nutricis interuentu, quæ illi affidendo nunc precibus inftans, nūc caftigatione in fpem priftinam reftituiffet. Igitur cum tribus circiter hominum millibus qui pugnæ fuperfuerant,quum aliquanto maior ante numerus fuiffet, ad deftinatum opus fe totum conuertit. Scio ego ex veteribus rerum fcriptoribus fuiffe,qui fcripferint Remum quum in con-

temptum fratris vallum transiliisset, cauillantem, fore, vt non minus facile transcenderetur hostibus, q̃ sibi vallum quod munierat frater, a Celere quodam, vel vt alii tradunt, Fabio qui operi præsidebat rutro ictum concidisse. Sed quocunq; casu periit Romulus, fraternæ cædis suspitione non caruit. Celer in Hetruriam secessit. Vnde Plutarchus factum existimat, vt veloces a Romanis postea sint Celeres nuncupati. Cæterum Romulus fratris, & aliorum cæde prius expiata, vrbem quadrata forma ad duodecimum Kalendas Maii postridie Palilia, quem diem pastores ea temporum superstitione solennem agebant, sulco, qua fossa prius inde murus ducendus fuit, bobus mare & fœmina ad aratrum iunctis describit, eoq; aratri circumactu, ab vna ipsius instrumenti parte, nomen vrbi datum credidit Varro. Quod vero ad proprium nomen attinet, Græci scriptores in dubium trahunt, vnde Roma ipsa sit dicta, quo tempore, ac cuius ductu condita. Cephalon Gergethius author vetustissimus secunda ætate post Ilium captum vrbem conditam prodidit, ab Romoq; Æneæ filio ei nomen inditum, nec Cephalon tantum, sed Agathillus quoq; & Demagoras, vt Dionysius scribit, eius fuerunt opinionis authores. Damastes Ligeus & quidam alii Æneam aiunt ex Molossis in Italiam profectum, haud multo post Vlyssis ad eandem terram accessum, vrbemq; ab eo conditam, quę ducis iussu Roma sit dicta, ab Iliadum vna, cuius suasu, Troianæ mulieres, longioris erroris tædio, naues incenderint. Aristoteles non Æneam & Troianos eam classis iacturam in Latio fecisse arbitratus est, sed Achæos qui post Ilium euersum in eam Opicæ terræ partem fuerint tempestate delati: quum plures ex Phrygia in nauibus captiuas fœminas, quæ veritæ ne si in Græciam venissent, pellicatus suspitione immitius ab victorum vxoribus vexarentur, classem concremarint, viriq; necessitate adacti vrbem sibi constituissent, eamq; ab vnius nomine, quæ eius facinoris fuisset author, nuncupauerint. Gallias qui Agathoclis res gestas scripsit, Troadum vnam ex Æneæ comitatu Latino Aboriginum regi nupsisse prodidit, duosq; ex ea filios genitos Remũ & Romulum, qui vrbem a se conditam a nomine matris dixerint. Xenagoras historiarum scriptor, ex Vlysse ait & Circe tris liberos procreatos, Romulum, Antium, & Ardem, quorum singuli vrbes, quas in Latio statuissent, de se rite nominarint. Dionysius Chalcidensis a Romo inditum id nomen testatus est, sed ab eo qui fuerit Ascanii filius, vel vt alii scribunt Emathionis, vt alii Italici cui Leuctra Latino genita nupserit. Quidam Græcam vocem secuti, a belli robore id vrbi nomen datum affirmare sunt ausi. Liuius & omnis Romanorum scriptorum turba, haud dubie affirmat a Romulo, qui ex Ilia est ortus, genti nomen vrbiq; inditum. Perplexa hæc scriptorum variatio, vt arbitror, effecit, vt ne tempora quidem, quibus Roma sit condita, antiquis rerum scriptoribus omnino constent. Fuit vetus quædam persuasio, vulgarisq;, vt Dionysius ait, de ea re sermo, Romulum & Remum Æneæ filios post eius interitum Romum. Capuam, vt alio est a me loco dictum, condidisse, quam a Capi proauo nominarit, alteram in Ianiculo a patre nuncupatam, Romam inde de suo nomine nuncupasse, hancq; diu Albanorum regum temporibus desertam iacuisse. Tum demum a Romulo & Remo vestali Ilia genitis, Albanis colonos dantibus, instauratã. quæ vulgo celebrata, si vera sunt, instauratio fuit hæc, quam Liuius & alii originem vocant. Cæterum siquis adhuc vetustiora sectetur, reperiet fortassis aliam longe antiquiorem vrbis conditionem. Antiochus Syracusanus vir inter veteres scriptores haud obscuri nominis scriptum reliquit, venisse quendam ad Morgetem regem, qui diceret se Roma profugum. Regnauit Morgetes in terra Italica post Italum. Fuerunt tum regionis fines a Tarento Neptunam vsq;. Quo apparet aliquot ætates ante Æneæ in Italiam accessum, Romam in Latio fuisse. Sed longiore fortassis sermone, q̃ stilus exigat. nos hæc de vrbis origine sumus executi. Nunc satis constat conditionem quam Romani scriptores celebrant, quæq; Romulum Iliæ filium authorem habuit, in annum tertium septimæ Olympiadis incidisse, eo nanq; anno Antimachus Teius celebrat lunæ defectum, quem Plutarchus ait eo die factum, quo vrbs condita est. Eusebius & ipse idem tempus obseruat. Q; si recte ab his tempora colliguntur, fuit annus ille quo Roma condita est, quater millesimus a mundi origine quadringentesimus atq; vndequinquagesimus. Ab Ilii excidio, vt Dionysius scribit, trecentesimus ac vndetrigesimus. Ante Christi regis aduentum septingentesimus quinquagesimus secundus. Idem author in primũ annum septimæ Olympiadis conditionem vrbis reposuit, in quo est trium annorum variatio. Potiebaturq; tum rerum Athenis Caropus, in Assyria Medidus tertio ab Arbace loco regnũ obtinebat, in Macedonia Tyrimas, Samus in Ægypto, Hierosolymis Achamus. Is vt ad res Hebraicas reuertaẽ hi-

Alia de morte Remi opinio.

Celer.

Natalis dies vrbis.

Vñ Roma nominata.

Vetustas vrbis.

ANNI MVNDI.

Achamus.

storia, diuersus a patris instituto, externis atas diis statuit, & vt per omnia impiũ cultũ exerceret, filiũ pro hostia immolauit. Cuius manib⁹ haud multo post debitas expendit pœnas, bello a Rasino Syriæ & Phaceia Samariæ regibus illi orto. Hi, iũcta inter se societate, eũ aliquandiu Hierosolymis arcta obsidione fatigarũt: vrbibus interim plærisq; ex eo captis, direptisq; & incẽsis, & in his Achilacha Erithreo mari adiecta, quo antiquis cultorib⁹ cæsis nouos Rasin⁹ Rex Syriorũ induxit colonos. Vrbs regia, quum valide munita esset, capi non potuit, cuius potiundæ spe abiecta, hostes soluta obsidione, diuersi in suum vterq; regnum abierunt. Tum Achamus suorum scelerum furiis agitatus, in Phaceiam omnem vltionis iram detorsit. Valido itaq; exercitu ad bellũ instructo, Samaritani regni fines hostiliter adortus, Phaceiam ad arma compulit: nec ita multi intercesserũt dies, quib⁹ cruenta acie Achamus ab hoste victus, Centum triginta hominũ millibus amissis, & in his filio iuuene impigro, quem Amasias Phaceiani exercitus præfect⁹ interfecit, trepide in suum se regnũ recepit. Nec Phaceias victoria est negligenter vsus, sed hostem Hierosolymam prosecutus, omnia circa vrbem ferro est & igni populatus: ingens vis hominũ ab eo capta, & in Samariam abducta est. Cæterum Odidæ prophetæ monitu Phaceias captiuos domũ remisit. Nec Acham⁹, licet vict⁹, deinceps quieuit, sed reparãdo bello intentus, in Assyriã ad Tadaphasarũ regẽ misit, q̃ magnã cũ eo pecuniã paciscerentur, vt in societatem belli veniret. Nec Assyrius postulata abnuit, ictoq; cũ Achamanis legatis fœdere Syriam hostiliter inuadit, agrũ populatur, Damascũ expugnat, Rasinũq; in suam potestatem redactũ obtruncat: inde Samariæ fines ingressus subita excursione ingentem vim hominũ in agris opprimit, captiuam multitudinem cum Damascenis ad hoc ipsum seruatis, in superiorem Mediam transtulit. Achamus aurũ quod cum Assyrio per legatos fuerat pact⁹ bona fide persoluit. Inde eo furoris processit, vt augustissimum dei templum claudi iusserit inhibueritq; sacra fieri. Per hæc ille scelera, quũ annos sexdecim regnasset, moriẽs Ezechiæ filio regnũ tradidit, quo tempore periit & Phaceias, suorum fraude oppressus, quum annos nouem Samariæ regnum obtinuisset: Ozias eius cædis fuit author, cui regnũ parricidii pretiũ cessit, sed Phaceiæ manes nõdũ quieuerant, quũ Ozias graui bello a Salmanassare Assyriorũ rege petitus victusq; tributũ illi pendere est coactus. Eusebius & Bibliaci libri hoc rege significare videntur accidisse, vt ex duodecim Israelitarũ tribubus, multa hominũ milia in Medos sint trãslata. Cęterũ Iosephus Phaceia viuo eam cladem acceptam author est. Hic tunc erat in Iudæa rerũ status, Romulus interim fossa & vallo vrbẽ cingere adort⁹, haud prius ab incepto qeuit opere, q̃ eã munitionib⁹ circũuallatam, ab omni externo incursu, minisq; bellorum tutam reddidisset. Verũ reputans animo ciuium concordiam pro mœnib⁹ esse vrbibus, qua sublata nulla diu ciuitas stare possit, incomptam & agrestem multitudinem, certis velut legibus ciuilẽ in modum composuit. Aderant ad tria peditũ millia, ac supra hos equites trecenti, quibus ad cõcionẽ vocatis in hũc modũ eos affatus dicitur. Nouã quidẽ formam, expressamq; vrbis speciẽ cernitis, viri fortissimi, quã vestræ manus fossa & vallo valide munitã reddiderũt. Sũt hæc q̃s ignorat? infirmæ & nascẽti ciuitati ad omnem vim & iniuriam propulsandã, necessaria, sed maiore adhuc præsidio opus est, qđ res nulla alia p̄ter ciuiũ cõcordiã præstare possit. Conspiratio adsit, & cõsensus, q̃uis pauci & inermes facile locũ hunc tuebimur. Discordia, ingens humanarum rerum pestis, in primis vitanda est, quã nuper experti, parũ abfuit quin, non vrbẽ dixerim, quæ vtiq; tũ nulla fuit, sed cõdendæ vrbis cõsilia, & rationẽ tolleremus. Horreo memoriã diri illius certaminis, cupioq; si fieri possit in p̄petuũ aboleri: vel si aĩo excidere non possit, sit saltẽ nobis documẽto, ad dirã illã, maximeq; ciuitatib⁹ inimicã deinceps pestẽ fugiendã. Narrãt mihi quidã maiores natu, scite se plures Aboriginũ colonias, circa Latiũ, & alias quasdã p̄cul Latio sitas, q̃ nõ solũ optima pricipia habuissent, sed ad inuidiã vsq; luxuriosa sortita essẽt incremẽta, domestica seditiõe deletas. Sed sic sane habet, vt res paruę cõcordia coalescunt, ita sublimes & arduę discordia dilabũt. Quare vt tutiore loco sim⁹, & rẽ deoꝝ auspicio inchoatã tueri & augere valeam⁹, auctãq; posteris tradere, necessariũ duxi, vobis demõstrare, q̃ potissimũ rõ nobis ineũda sit, vt iuris & æq̃tatis formã, q̃ duo sũt ciuitatũ vincula, ĩ nouã vrbẽ inducam⁹. Siqdẽ haud vnã administratiõis formã vulgo receptã video, quidã vni⁹ cõsilio & ductu cõtẽti, regiũ nomẽ in ciuitatẽ induxere, alii optimatib⁹ summa rerũ p̄missa, paucoꝝ cõspirationẽ vtilẽq; cõsensum ciuili administratiõi expedire arbitrati sũt, nõnulli multitudinis arbitrio rẽ totã permiserũt. Vos vero quãdo deorũ benignitate eo ventũ est, vt si nõ absolutã, qđ tã breui contingere nõ potuit, omnino tñ aliquã ciuitatis speciẽ habeamus, in mediũ consulite, quæ

Marginalia: Acham⁹ impius. — Vincitur Achamus magno p̄lio — Damascus expugnat. — Clauditℓ dei templum. — Romul⁹ vrbẽ vallo munit. — Oratio Romuli ad suos. — Multiplex ciuitatis administratio

sit vobis regiminis forma inducēda. Nā quod ad me attinet, satis supq; adeptus videor, ꝙ me deducēdæ coloniæ, vrbisq; condendæ ducē & authorē habere voluistis, & ꝙ auspicatissimo loco satisq;, vt apparet, opportuno, eā vobis statui, statutāq; de meo noīe vobis probātibus, & ita euenire volētibꝰ, nūcupaui. Nunc satis īmortalitati prouisum est, cętera vestro arbitrio pmittēda existimaui. Etenī quācūq; ciuitatis formā vobis optaueritis, siue publicā, siue priuatā per sonā gessero, pro oīm cōmodis, cœptorūq; operę incremētis, vel quia ciuē oportet, vel ꝙ ducē & regē decet pro suis laborare, sciēs volēsq; excubabo. Huiusmodi oratione aut certe nō multū ab hac dissimili Romulꝰ ad suos vsus est, qđ materni aui cōsilio factū credibile est, ad ferocissimæ multitudinis inuidiā fugiēdā: ne si illiꝰ iniussu regiū nomē vsurpasset, cōtinuo inuidia inde, mox & odium esset illi ortum. Haud dubium erat quin, tum genus ipsum, tum virtutem in eo secuti Romulum aut neminē alium regē essent habituri. Igitur magno oīm consensu totius rei summa illi permissā, sed non prius regium nomen recepit, q̃ multitudinis scitum augurio sit cōfirmatum.

Romulus Rex declaratur.

Sinistra cæli parte fulgur in dextram discurrit, quæ obseruatio etsi vana est, & a veræ pietatis cultu abhorrēs, operępretium est tñ cognoscere, vñ ratio ipā auguria captātibꝰ orta sit, sinistri fulminis obseruādi.

De augurii obseruatione.

Dionysiꝰ author est, augures eā mūdi partē qua sol & cæteri planetę oriunt spectare solitos, omniaq; interim ad Septentrionē & arcticū polū vergentia sinistra augurantibus fuisse. Nulli præterea dubium est eā mundi partē nobis eminentissimā esse, & ob id multo aliis potentiorē, vnde vana persuasio orta, signa q̃ inde mortalibus darentur, esse longe omnium efficacissima. Sūt tamē qui iccirco sinistra auguria meliora arbitrati sint, ꝙ quæ nobis cælum spectātibus læua sint, ipsis fiāt superis dextera. Cōstat præterea Ascanio in Mezētium & Hetruscos eruptionem facturo, sereno cælo læua intonuisse, quo ille augurio fretus, victoriā sit ingentē adeptus: q̃ causa esse potuit vt talis obseruatio inde ad Romanos fluxerit. Nec ignoro videri posse morē ipsum ex Hetrusca disciplina sumptū, cuiꝰ Romulū haud ignarū fuisse crediderim, qppe q vrbē augurato cōdidit, nec regiū deinceps nomē, nisi augurio cōfirmatus, receperit. Enimuero satis constat ab ineūte pueritia cum Remo fratre Gabiis musicæ & literis institutum, quo in maiore errore fuerūt, q vtrunq; inter pastores adoleuisse arbitrati sunt.

Romulus Gabiis institutus.

Per hæc ille regnum adeptus ciuitatem moribus & institutis cōtinuo cōponere est adortꝰ. Primo itaq; multitudinē in tris velut ordines diuisit, Tribusq; ab ipā, vt credo, partitione nominauit. Inde earum singulas in denas diuisit partes, Curiæq; hæ nuncupatę (triginta numero fuere,) secuta & alia Curiarum diuisio in Decurias, vnde & decuriōes dicti, q illis præferunt.

Tribus.
Curiæ.

Tū ager in tot partes diuisus, quot Curiæ numero erāt, suæq; omnibus portiones tributę, tantū Rex ipe sibi terræ reliqt, quantū ad sacrorum vsum, templorūq; curam satis videretur. His ita cōstitutis, omnis spectata virtute viros, & quibꝰ tum filii essent, pollerētq; inter alios opibus, ab ignobili multitudine discretos, patres appellauit. Eorum progenies patricii deinceps dicti.

Patres.
Patricii.

Dubiū patres iccirco dicti sint, quia alios ætate præirent, an ꝙ his tñ filii essent: an honoris ea potiꝰ appellatio fuerit. Cæterū quæcūq; fuit eiꝰ nominis ratio, cērtū ex hoc ordine lectis senatus est cōstitutus. Liuius eam Romuli electionem fuisse existimat, Dionysius vnum ait a Rege in ordinem ascitū, cui quū ipse belli causa abesset, res vrbana tuto credi posset, cæteros eius permissu legit multitudo ipsa, vt singulæ tribꝰ singulos terniones darēt. Triginta deinde Curiæ tris singulæ ex suo corpore creatunt.

Senatus cōstituitur.

Senatꝰ is ordo dictus, vel a grauiętate eorū, q tū primū sunt in ordinē asciti, aut qa Latini veteres optimos quosq; solebāt senes appellare. Nec illud vt video multū cōuenit.

Senatus.

Sunt qui huiusmodi viros ab initio patres conscriptos appellatos existimēt, sed multo plures ita interpretātur, vt cū recētior numerus a Prisco Tarquinio fuit huic adhibitus, cōscripti dicti sint. Alii cū Sabini a Tito Tatio sunt Romā traducti, & in senatū allecti, conscriptorum patrum appellationem primo vsurpatam arbitrātur.

Cur patres cōscripti dicti.

Cæterū vt vulgus ipsum agros liberius coleret, ne vrbanis curis ab agresti opere sæpius auerteretur, ita ordinū officia coaptauit, vt senatores & alii q in vrbe residerēt, minorum in agris agentiū tutelā susciperēt, eorūq; vrbana negocia sedulo curarēt. Atq; in hūc modum patrocinia sunt vrbe adhuc recēti constituta.

Vnde patrocinia.

Ipse vero se imperii insignibus quū cætero habitu, tum XII. lictoribꝰ præcedētibꝰ, augustiorē populo reddidit. CCC. ex omni iuuētute lectis, quorū denos singulę centurię dederunt. Hi circa regē armis excubabāt, celeresq; ab exequēdi ministerii celeritate, vel a Celere, qui præfectus est illis, sunt postea dicti.

Celeres milites.

In fasciū numero. XII. vultures, qui ei auguriū fecerūt, videri pōt Romulus secutus, nisi ab Hetruscis morē ipm aliquis potius sumptū dixerit, quibꝰ quū. XII. populi essent, magistratūq; vnū communi nomine crearent, sin

guli suū illi apparitorem dare consueuerunt.Sella Curulis, Trabea & alia Romanorū regum insignia,inde haud dubie fuerūt.Sequūtur pauca legū capita,quando in longissima rerū serie haud oīa licet consectari.Mulier inquit viro legitime coniuncta,fortunarų sacrorūq; oīm socia illi esto,domusq; vt ille dn̄s,ita haec dn̄a:filia vt patri,ita defuncto viro hęres.Adulterii cōuictā vir & cognati vt volēt necāto.Si vinū biberit domi,vt adulterā puniūto.Quo instituto videri potest apd̄ Romanos morē inualuisse,vt quoties viri domū se reciperēt, filias & vxorem exciperēt osculo:an(vt Porcius Cato prodidit)olerent temetū,vt eñ corruptionē insanię principiū arbitrati sunt,ita corruptionis ebrietatē.Parentū in liberos omne ius esto,relegandi,vendendi,occidendi.Siquis a patre vēditus se in libertatē vindicarit,iterū ac tertio patri ius vendendi esto.Fuit id caput legis.CCC.deinceps anno in duodecim tabulis relatū. Mitigauit nō nihil austerū carmen Numa Pompilius,q tulit nullū patri amplius ius in filiū oportere esse, vbi illius iussu duxerit vxorē.Secuta & alia instituta,nequis libera fortuna sedentariā artē exerceret.Militaris disciplina,& agricultura ciuib[9] permissa,vnde laudationis mos ille manauit ad posteros,bonus miles,bonusq; colon[9].Haec ille,nec religiōis immemor,tēpla,aras,deorumq; simulachra cōstituit.Adiecit & dies festos,sacrificia,ferias,nūdinas,&alia plęraq; ad deorų cultū ptinentia. Peregrina sacra,& ea in primis,q̄ graecanico fieret ritu,vrbe exclusit,p̄ter Herculea iam inde ab Euandri tēporibus instituta.Alicarnasseus Dionysius. Varronē secutus.LX. ait sacerdotes,q publica saca facerent,tributim,curiatimq; ab eo institutos,additos & his aruspices diuinationū interp̄tes.Curiarū singulis suus genius cū sacrorų ministris dat[9],cōmunisq; oīb[9] Vesta.& annus ī decē mēses digestus,quib[9]nemo nō potest ītelligere,fuisse Romulū diuinarų humanarūq; rerū nō īperitū,nec añ Numae regnum,populū Romanū sine morib[9]& religione,vt plęriq; autumāt,mansisse.Sed dū haec a Romulo cōstituunt,multi mortales ī nouā vrbē cōuenerāt,ad qd̄ ipm̄ Romul[9] aliqn̄ antea inter arcē & Capitoliū,ipi loco ītermōtio nomen fuit,inter duo quęrceta vmbrāti loco Asylū constituerat,huc serui,& q domesticis erant iudiciis obnoxii,velut ad vnicū libertatis & vitę portū,certūq; p̄fugiū,ex circūiectis vrbib[9]migrabāt,q benigne accepti,& ad vrbē colēdā oībus officiis inuitati,frequentiorem reddebant in dies ciuitatē.Et iā res Romana adeo erat valida,vt neq; bello,neq; pace,finitimarū vrbium vlla esset inferior.Sed magnitudo illa breuis,& intra hoīs aetatē interitura,qū neq; domi spes p̄lis vlla esset,neq; cū finitimis cōciliata haberēt cōiugia.Cōsilio igit̄ patrū circa finitimos populos mittit Romul[9],q affinitatē nouae ciuitati,& societatē quęrerent,adiicerētq; nouitatē vrbis nō oportere cuiq̄ sordescere,multa ī terris esse,& in his vrbiū origines,q̄ modicis orta principiis(iuuēt modo dii)ī summū virtute hoīm & industria augeant̄.Certo scire se,qd̄ ad vtrūq; attineret,deos Romanae origini affuisse,virtutēq; hoīb[9] nō defuturā:ne p̄inde grauarentur secū genus & sanguinē miscere,ad qd̄,si nulla res alia hortet̄,certe quia hoīes essent, atq; iidē vicinorum accolae,inhumanū sit sibi denegari,qd̄ barbaris & ignotis saepe sit datū.Nusq̄ benigne legati auditi sunt,in quibusdā etiā conciliis contemptim rogati,an & foeminis quoq; Asylum aperuissent,ea tum demū digna cōnubia habituri.Tantū hoīm odia ab initio in Romanū nomē exarsere,nō tā(credo)hoīes,q̄ locū auersantiū,quē maiora in dies videbāt sortiri incremēta,q̄ sibi & posteris tutū crederet̄.Eā cōtumeliā Rex & alii passi,cōtinuo ad vim animū adiecere.Aegritudine itaq; animi ad tp̄s dissimulata,vt p̄sens cōsiliū cōmodi[9] celaret,nouū in noua vrbe spectaculum celebrare Romulus instituit,Neptūno equestri sacrū. Cōsualia id dixere.Persuasum plurib[9]scio,eundē geniū,Neptūnū equestrē eē,& Cōsum.Verū Dionysius, ea ratione diuersos existimat,quia Neptūno terrae domitori,nusq̄ apud graecos, aut Barbaros, ara erigeret̄,quū Romę īterim subterranea Cōso sacrata esset ara,fieri potuisse arbitrat̄,vt equorų cursus,diesq; illi festi Neptūno fuerint sacri ab initio,mox qa occultū de rapiēdis virginib[9]cōsiliū ad vota processisset,Cōso,qui arcanorū esset deus,ara fuerit loco condita.Spectaculo igit̄ finitimis īdicto,p̄claro,vt tū res erāt,apparatu Romulus solēnes celebrat ludos. Multi mortales viri p̄miscue & foeminę cū liberis,nō magis ludorų studio,q̄ vt nouā vrbē ītuerēt̄,sub ipos spectaculorų dies,ex Cenina,Crustumino,Antēnis,p̄ximoq; Sabinę tractu affuere,hospitaliter per domos inuitati,securi ludos &vrbē contemplant̄.& iā solēne ludicrū ad exitum spectabat, quum Romulus vti cōuenerat,purpurea veste,qua erat amictus, in sinum vt Plutarchus ait, collecta,suis ad rapiēdas virgines dat signum.Cōfestim igitur facto in hospites impetu,turbato coetu,tumultus & fuga oritur.Virgines,vt quisq; in hanc aut in illam inciderat,sine discrimine rapiūtur.Raptae nō sine vexatiōe,& miserabili plotatu,vt a suorū cōplexib[9]abstractę,do-

Leges a Romulo latae.

Osculi origo.

Quas artes Ro. ab īitio exercuerit.

Quae sacra ab initio recepta.

Asylum a Romulo cōstitutum.

Legati mittūt ad quaerenda cōnubia.

Consualia.

Signū rapiēdarū virginum.

mum abducunt. Edictum erat vt in sequentem diem intactæ seruarent. Tum quædã elegãtiore forma sunt patrib⁹ destinatę. Fuit in his vna oĩm pulcherrima, q̃ quũ a Thalassii globo traheret, multiq̃ iterim sciscitarent, cui eã adducerẽt, Thalassio nequa vis puellę inferret idẽtidẽ clamitatũ. Factaq̃ ob id vox nuptialis, qm̃ Thalassii nomẽ vnius pudicitiæ adiumento fuisset. Sextius Syllas Thalassiũ credidit fuisse direptionis signũ a Romulo datũ. Iubas & plerięq̃ Grę coꝝ, ad lanificiũ, ꝙ illi Thalassiam id vocẽt, eã attinere vocẽ arbitrati sunt, omenq̃ in nuptialib⁹ sacris inde factũ. Quot numero virgines raptę fuerint parũ cõuenit. Quidã triginta tantũ fuisse ꝓdiderũt, a quarũ noĩbus sint Curię deinceps noĩatę. Dionysius Iubã secutus sexcentas octoginta tris numero raptas ꝓdidit. Valerius Antias q̃ngẽtas & vigintiseptẽ, sed quãtuscũq̃ fuit ille numerus, parũ eñ, vt video, inter authores liquet, ad quartũdecimũ Kalẽdas Septẽbris, quo die cõsualia celebrata sunt, est id facinus ꝑpetratũ, quarto mẽse ab eo, quo vrbs condi cœpta est, vt Fabius scripsit. Cnęus Gellius quem Dionysius sequit, & quod multo est vero similius, non mense, sed anno conditę vrbis quarto, Sabinas spectaculo raptas memoriæ prodidit. — *Thalassius* — *Quot virgines raptæ.*

MARCI ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIÆ HISTORIARVM AB ORBE CONDITO, ENNEADIS SECVNDÆ, LIBER TERTIVS.



QVIBVS auspiciis, & ꝑ quos vrbs Roma fuerit cõdita, quo præterea cõsilio sint conditoribus ipsis cõnubia q̃sita, maiore fortassis verboꝝ complexu, q̃ stilus regrebat, retuli ꝓximo volumine. Iã hinc vt ea q̃ populus Roman⁹ ipse, domi, forisq̃ gessit, vt ab initio feci, cũ cęterarũ gentiũ rebus mixta, & iserta, seruato tẽpoꝝ ordine referã, opæpreciũ est originẽ vrbis, & ea q̃ origini ꝓxima sunt, cognoscere. Nã vt in pictura, ex ipsa symmetria, facile toti⁹ opis ratio iudicat, ita in ciuitatibus, earũ prĩcipia spectanda, cętera domestica in q̃bus est Liui⁹ magnopere occupatus, nisi q̃ maxime relatu digna videbunt, vt ad alia scribenda suppetat stilus, parcius exequar, alioqui suscepti opis magnitudo sero ad exitum perducat. Nũc vt ꝓposita stili varietas procedat, ad res Syriacas reuertitur historię explicatio, quæ dũ proximo a me loco relata Romæ gerebant, Ezechiæ in meliorem statum sunt administratione restitutæ. Successit is Achamo patri, a cuius impio instituto longe diuersus, administrationẽ inde auspicatus est, vt populo ad concionem vocato, publice præfatus sit, nil mirum cuiq̃ videri oportere, ꝙ tot clades duo Hebręorum regna, paucis annis adiissent, patris & aliorum impietatem, fauorem numinis a tota gẽte alienasse, sublatũ veterem sacroꝝ ritũ, templum augustissimũ prophanatum, cerimonias interpollatas, ferias, a maioribus institutas, celebrari vetitas, haud dubie apparere eiusmodi religionis contemptum, nõ modo ipsis impietatis authoribus, sed Israelitico etiã nomini bella, cędes, agroꝝ vastationes, captiuitatẽ, cęteraq̃ mala, a quibus vulgo mortales abhorrerent, continua malorum serie importasse, nec esse cur meliora sperari possent, nisi vetus pietas in vrbem, aliquot post annos restituta, pristinum ius recipiat. Velle ob id se, iubereq̃, qđ sibi ciuibusq̃ suis, atq̃ vniuersæ genti, bene feliciterq̃ verteret, templũ aperiri lustrariq̃, veteri cerimonia, sacerdotibus, ministris ĩstrui, vt populus ĩfando dęmonũ cultu excusso, pristi no ĩstituto sacrificaret, vetustas ferias patriũq̃ sacrorum ritum reciperet, quę oĩa vt rite, maioreq̃ cõsensu fierẽt (qm̃ Azimoꝝ dies ĩstabãt) conuentum vniuersę gẽti Hierosolymã indixit. Mittit & in Samariã ad cognatas trib⁹ q̃ suo noĩe regẽ & cęteros ad antiquam pietatem inuitarent, vt ꝓximis Azimoꝝ feriis, siqua adhuc veteris instituti cura, suorumq̃ maioꝝ reuerentia, aĩos tãgeret, frequẽtes Hierosolymam cõuenirent, vt totius gentis consensu, atq̃ ob id fortasse auspicacius, vetus sacrũ instauraret. Hęc ille. Verum tantũ abfuit, vt qui ex Samaria accersiti sunt, antiquũ solẽne p̃senti hortatione respexerint, vt legatos & prophetas, qui cũ his missi erant, contra ius gentiũ violarint. Multi tamẽ mortales, ex Zabulonia tribu Manassea & Isacharia, magis priuato, q̃ publico consilio, suoꝝ p̃fidiam detestati, sacrorũ die Hierosolymam conuenere. Vbi Ezechias patefacto purgatoq̃ tẽplo, ex Salomonis instituto ad aram maximam sacrificauit. Populus per dies Azimos in vrbe frequẽs fuit solẽnib⁹ epulis, & sacris occupat⁹. Vrbs deinceps tota, vanis est superstitionib⁹ asserta, ꝑegrina sacra cũ diis suis passim subuersa. Hęc circa religionem opat⁹ Ezechias, numinis fauore fręt⁹, Philistęos a Gaza vrbe ad Gethũ bello domuit, Salmanasari Assyrioꝝ regi tributũ, qđ pater fuerat solit⁹ pẽdere, minacissima belli denũciatione reposcẽti abnegare perseuerauit. Imminebat iccirco graue bellũ inde Ezechiæ. Cæterum Assyrius omnem armoꝝ ĩpetũ, I Osiã — *Ezechię sapientissimũ edictum.* — *Instaurat sacrorũ ritus ab Ezechia.*

Samariæ regẽ in pręſentia deflexit.Inferẽdi belli cauſa Salmanaſari fuit,ꝙ Oſias ad Suſam Ægyptioꝝ regẽ miſerat,qui ab eo auxilia peterẽt ad nouũ bellũ inſtruẽdũ,quod occulte in Aſſyrium moliretur.Samariæ itaqꝫ fines Salmanaſar hoſtiliter adortus,quũ ferociter imperata facere Oſias recuſaſſet,primo cęde & incẽdio oĩa complet,Samariam vrbem oppugnat,fuitqꝫ ea obſidio prӕter ſpem omniũ diuturna & laborioſa.Neqꝫ eñ Oſias ab initio credidit,tãdiu Aſſyriũ in obſidione manſurũ,neqꝫ Salmanaſar ſibi obſeſſum hoſtẽ tam ptinaciter reſtitutum. Multo igiť labore vtrinqꝫ exhauſto Samaria triennio,q̃ obſideri cœpta eſt,capitur:nec Salmanaſar vt aſſolet,victoria cõtentus,tributũ tantũ imperauit,ſed decẽ tribuũ multitudinẽ,cum ipſo rege ſubactam bello,in Mediã & Perſidẽ traduxit.Sic Iſraelitӕ ex Samariæ finibus ſublati ſũt anno nongẽteſimo ſeptimo ac quadrageſimo,ex quo eoꝝ maiores Ægypto egreſſi,eã terram iure belli ſuã fecere:Poſt Hebraici regni diſſidiũ anno ducẽteſimo ac quadrageſimo,vt Ioſepho placet,aliis qnquageſimo ſupra ducẽteſimũ.Cuthei Perſę:ſic eñ a fluuio nũcupatos credidit Euſebi⁹,in id ſolũ qđ Iſraelitę tenuerãt,velut in coloniã,a rege miſſi.Hi quũ gẽtiles deos ſecũ trãſtuliſſent,ita accidit,vt terra peſtilẽtia affecti,quũ defungẽdi morbi nullũ inueniteť remedium, ad veri dei cultũ cõuerſi,ſacerdotes a rege ex Iſraelitis,qui in Mediã tranſlati fuerant,ſibi mitti;vnde ſacra diſcerent poſtularũt.Hebręi Cutheos dicũt,Gręci Samaritas.Fuit ea gẽs reliquæ Iudęæ affinis,dubia ſemper fide & ſtudio in vicinos accolas:quippe quos feliciter agitantes cõſanguineos ſibi pdicare,vt a Ioſippo q Iſraelis fuit filius,oriũdos.Cęterũ illoꝝ opib⁹ aliquo caſu afflictis,negare vllã ſibi cũ ea gẽte neceſſitudinẽ eſſe.Eſaias pphetarũ maximus p hæc tẽpora,quibus alterum Iudaicę gẽtis eſt regnũ ſublatum:Hieroſolymis ſub Ezechia claruit.Æthiopes Sabahonis ductu,Bocchore armis victo,Ægyptũ occupãt.Sed obſcura rei phama,pſſeqꝫ nimiũ vt cętera ab Euſebio prodita.In Macedonia Perdicas tũ rex erat,Athenis princeps Æſimedes,& cum Meſſeniis Lacedęmonii bellum habebant.Fuerant Laconicę virgines in Meſſenioꝝ ſacrificio violatæ,eã Lacedęmonii iniuriã haud ferendã rati,bellũ in Meſſenios comparant,iurati inter ſe,nõ prius armis abſceſſuros,q̃ Meſſenam expugnaſſent. Fuit ea vrbs in Pelopõneſo Laconiæ propinqua,in ſinu maris locata,qui ab eius nomine Meſſenius eſt olim dict⁹.Obſidione igiť in multos annos diſtracta,quũ iã decimo anno Spartani domo abfuiſſent, variiſqꝫ belli caſib⁹ haud pauci,vt aſſolet,foris abſumerẽtur,frequẽſqꝫ delectus magis in dies vrbẽ multitudine exinaniret,nec,qa viri abeſſent,ſpes interim vlla ſobolis domi ſupeſſet,nemini dubiũ erat quin ciuitas,duplici clade affecta,breui ad nihilum eſſet redigẽda. Trahere tñ illi obſidionem, vxores tã longã viduitatẽ pertęſę,viros domũ reuocant,criminari eoꝝ pertinaciã,ꝙ priuatę iniurię vlciſcendę ſtudio,ſe ipſos,& patriã,tacita calamitate perderent:cogitarẽt animo,q̃ ſibi id bellũ magis eſſet q̃ hoſtibus pernicioſum. Illi intra mœnia incluſi,ſi aſſiduas clades ſentirent, quas belloꝝ caſus ferre ſoleant,iuuentutẽ tamẽ perpetua vxoꝝ fœcũditate reparari. Cõtra rẽ Spartanam domi virorum abſentia,foris bellicis caſib⁹ in dies magis extenuati,fore vt ſi pergerent diutius abeſſe,ciuitate virib⁹ exhauſta,nõ modo nõ inferre aliis bella Spartani poſſẽt amplius,ſed ne illata qdẽ propulſare.Irent & quãdoqꝫ poſteritati conſulerent,ſatis ſupqꝫ irę datũ, vidẽdũ eſſe,ne dũ alieno excidio ſtudeant,domeſticũ alãt.Huiuſmodi q̃relis moti,q in obſidione erãt,etſi veriſſima ea eſſe ſatis ſciebãt,q̃ mulierum querelis iactarentur, ſacramento tamen aſtricti,bellũ omittere nõ ſunt auſi.Variis itaqꝫ curis ancipites,eo decurrunt, vt domũ iuniores mitterenť,q poſt iuſiurandũ,ſupplementi cauſa fuerant in caſtra acciti.His permiſſum eſt, vt pmiſcue cũ omnib⁹ mulieribus cõcumberẽt.Ab huiuſmodi indiſcreti cõcubitus nota Parthenias,q inde orti ſunt,nominauere.Hi vbi adulti ſunt,quũ eoꝝ nemini cert⁹ adeſſet pater, nec futura bonoꝝ ſucceſſio ob id cuiq̃ expectanda,trigeſimo anno,poſtq̃ id acciderat, Phalãto Araci filio duce,q Spartanis ad Meſſenẽ ſedentib⁹ author fuerat,vt ad ſobolẽ tollendam iuuenes,q ſacramento nõ tenebanť,ad mulierum concubitum domũ dimitterenť, vt quẽ ortus authorem habuiſſent,fortunarũ quoqꝫ ducem haberent,Lacedęmone profecti,ne matribus quidẽ ſalutatis,quarum adulterio iniquo aĩo ferebãt ſe cõceptos,variis caſibus iactati,in Italiam delati ſunt.Vbi Tarẽtum,vt ſuo deinceps loco memorabiť,inſtaurarunt.Hęc Trogus,q Ephorũ ſecutus videri poteſt,niſi ꝙ hic,nõ ob ſtuprũ virginibus illatũ bellũ conflatum ſcripſit, ſed ꝙ Telochũ Spartanorũ regem,ſacrorum cauſa ad ſe profectum,Meſſenii interfeciſſent.Prӕterea cũ virginibus tantũ Spartanis iuuenibus permiſſum vt cõcumberẽt,inde Partheniis ſit ſoboli nomen datum.Adiicit & aliam pfectionis cauſam.Q; poſteaq̃ Meſſene capta eſt,qđ vndeuigeſimo,vt Cyrtheus ſcripſit,anno,ab eo quo obſideri cœperat,cõtigit,agrũ ex hoſte captum,quũ

Decem tribus in Mediam traducuntur.

Cuthei Persę Samariã incolunt.

Esaias.

Bellũ Messenium.

Spartani ab vxorib⁹ reuocantur.

Vnde Partheniæ.

Spartani diuisissent,tum neq; agri portione vlla,neq; honore Parthenias ipsos domum reuersi lacones dignati essent,duplici illi iniuria instructi,cum Elotibus (erāt hi serui apud Spartiatas)in cęterum corpus ciuitatis coniurant.Signum pp̄trandæ cædis,fuit laconici pilei elatio: sed coniuratione paucorū indicio patefacta,quia multitudo cōspiratorꝝ ingēs dubiā factura videbat victoriam,si vis tentata esset,seniorum suasu,ea cōditione,vrbe excesserunt,vt si nullam demum terram adepti essent,in qua ppetuo cōsisterēt,ī Laconiam reuersi,tertiā Messenii agri partē sortirent.Tum vero in Italiam delati,ab Achiuis bella cum Barbaris gerentibus, in armorum societatem accepti,Tarentum adepti sunt.Hic sermo verior mihi videt, q̄ quem Antiochus Syracusanus de ea re prodidit,Spartanos ad Messenium bellum ituros publice edixisse,vt qui reip.eo bello defuissent,p seruis haberent,quos illi Elotas dicerent , atq; ita accidisse, vt quicūq; lōga belli intercapedine domi orti sunt,infames sint habiti, Partheniçq; appellati. Iniquum videri potuisset eos infames haberi,q legitimo thoro orti essent,etsi parētes bello nō interfuissent.Cæterum ipsum nomen haud dubie demonstrat,Parthenias ita ortos,vt Ephor⁹ & Trogus meminerint.Cætera Antiochus ita disseruit,vt Parthenias diceret p̄sentem fortunā haud ferendā ratos,cum Phalāto,quem ipsi ducē sibi cōsciuissent,cōsilium cepisse,vt ī Hiacynthiorum celebritate,quū certamen in Amycleo celebraretur,Phalantus pileū capiti īponeret,ac tū repente ad destinatam cædem discurrerēt,sed præconis voce perterriti,qui nescio q̄d inter spectandū,magistratuum noīe,Phalanto imperauit,proditā coniurationē rati,multa consternatione sese spectaculo proripiunt,multi incerta fuga dilapsi in diuersa abierunt , quidam metu hęsitantes,supplices in medium processere,hi aliquādiu in custodia habiti, quoad Phalātus Delphos,ad oraculū de Colonia ducēda consulendum,mitteret.Pythium carmē q̄d illi est redditum,hoc habuit.Satireum & pingue solum tibi trado Tarenti , Incolere & late sedē per Iapigas ædes.Atq; ita Phalantus & Partheniæ cum eo profecti,a Barbaris & Cretēsibus,q ea Italiæ loca incolebāt sunt hospitaliter accepti. Cretēses ipsi Minois comites fuerunt,qui rege in Sicilia amisso,ex ipsa insula in Italiā transfretarunt:inde vero eoꝝ quidā,Adrię ora peragrata,in Macedoniā delati,Bugei nominati sunt.Cæteri,qui in Apulia subsedere,ab Iapige Dędali filio,quo duce eā fuerāt terrā adepti,Iapiges sunt dicti . Tarentum ab Heroe quodā nomen accepisse tradunt,sed cur ita cōtigerit,Antiochus,cuius hæc sunt,in obscuro reliq̄t. Latinorū quidam a Tara Neptuni filio locum a principio munitum arbitrati sunt:inde a Spartanis instauratum.Tarentinorum lusus & opulētia,in relatiōe rerum a Pyrrho rege in Italia gestarū, explicabitur.Nec ipsa instauratio loci,hoc loco referenda est:quippe q̄ aliquāto recētior fuit,q̄ vt in hęc tēpora reponi possit.Hic erat alibi gentium status,quum Romulo ob raptas nup virgines,bellum est a finitimis ortum.Plęrq; Sabinę ciuitates,ad quas ea potissimū iniuria pertinebat,ad Tatium Sabinorum regē confugerant,ibi multa de Romanorū iniuria questi,quum facile īpetratum esset,vt cōmuni nomine res vindicaret,rexq; & alii prę ita & ardore id postulātiū segnius oīno mouerent,Ceninenses,Crustumini,& Antemnates,quoꝝ dolor maior erat, q̄ q dilationē vllā pati posset,suo nomine bellū instruunt.Verū sic quoq;,quum socii parū impigre arma expedirent:Cenincēses magis cupide q̄ strenue in Romanū agrū irrupere.His effuse vagantibus,Romulus cū suis fit obuius,certamineq; leui iiecto fundit,fusosq; ac trepide palātes,ferro ad vrbē agit.Sūt q tradāt hostiū vallū,subito accessu Romulū inuasisse, castrisq; hostem exutū:Ceninā vsq; sequi p̄seuerasse,quā patentibus portis Romanū adeptū, mixto agmine ītra mœnia irrupisse,Acrone rege qui cū valida manu occurrerat īterfecto, quē secū cōgressum,vulnereq; pstratū,Romulus vita & armis spoliauit.Liui⁹ in expeditiōe cęsum significare videt,sed quocūq; ille loco cōcidit,Romul⁹ vir fact⁹ magnific⁹,nec eoꝝ q̄ strenue fecisset dissimulator,victore exercitu domū reducto,spolia hosti detracta,in Trophei speciem suspēsa,præ se in Capitolium tulit,Iouiq; Feretrio ad quercum pastoribus sacram dedicauit.Dionysius authorest,purpura eum indutum,caputq; laurea præcinctum , quadriiugo curru vrbi inuectū, expressamq; tum primum legitimi triumphi formam,quod miror a Liuio prætermissum.Romulus vbi in Capitolium venit,Feretrii Iouis templum est metatus,adeo modicis finibus,vt longitudo denos haberet pedes,amplitudine dimidio minore.Huc opima spolia, post Romulū,Cornelius Cossus ex Larte Tolumnio retulit.Nouissime omniū Marcellus eodem loco spolia duci Gallo detracta,dedicauit.Iuppiter Feretrii cognomen est adeptus,vt quidam aiunt,a ferendis spoliis,in qua Dionysius fuit opinione , Plutarchus a feriendo , quoniam Romulus percusso hoste , prima illa fuisset adeptus . Sed dum ea Romæ aguntur , Antemnates,agro-

Parthenię ī suos ciues coniurant.

De Partheniis varia opinio.

Phalantus Partheniarum dux.

Iapiges vn̄.

Bellū Sabinum.

Prima spolia opima.

Templū feretrii Iouis

Bellū ī Antemnates.

rum solitudinem nacti,Romanos fines incursant.Ad recẽtẽ hũc tumultũ cõuersus Romulus legione raptim educta,dispalatos hostes,nihilo maiore negocio,q̃ nup Ceninẽses,superat, Antẽnasq; capit.Dionysius vtrãq; vrbem credidit vna expeditiõe captã. Secundũ recentem hanc victoriam,Hersiliæ & raptarũ p̃cibus Romulus fatigatus,Ceninẽses & Antemnates cum coniugibus & liberis,Romam traduxit:eoq; facilius datum,q̃ satis perspicue apparebat,rẽ Romanam talibus breui auctum iri incrementis.Propius vero est,qđ alii tradũt,id consiliũ a Romu

Hersilia Romuli vxor.

lo ortũ,ipsumq; sup ea re ad Hersiliã,& eius populares,lõgum sermonẽ habuisse.Nupsit Hersilia Romulo postq̃ rapta est,ex qua mox illi muliebris stirpis infans nata est,quæ a nascẽdi ordine Prima est nũcupata. Mares deinceps duo ex eadẽ p̃creati, Aollius & Abillius,sed in hoc

Aollius & Abilli[9] Romuli filii.

quoq;,vt in tã vetusta assolet memoria,variant authores.Fuerũt q Hostilio claro viro,nõ Romulo,Hersiliã nupsisse traderẽt,sed priori phamæ plures astipulantur.Crustumini, qui & ipsi bellũ intulerant,sunt deinceps bello petiti,horũ conatus eo leuiores fuere,q̃ ad duplicem finitimorũ cladẽ vehementer animi conciderant.hi quoq; primo congressu victi,oppidũ amisere: vnde frequentet Romuli iussu est Romam migratũ.Coloni ex vrbe ad loca ipsa obtinẽda missi.

Cenina. Antemnæ. Crustuminum.

Cenina & Antẽnę Gręcorũ vrbes fuere,ĩde Aborigines Siculos Barbaros eiecerũt,ipsi Oenotriorũ,qui ex Arcadia venerãt,progenies. Crustuminũ Sabinorũ Colonia,multo ante Romam condità,deducta est.Clemẽtię hui[9] phama,qua Romulus fuerat in hostes vsus, finitimis vrbibus vulgata,multã mortalibus cupiditatem iniecit,Romã sua sponte cõmigrandi: vt sub tam miti rege essent. Ex Herruria igit̃ & toto Latio plerıq;,velut in nouã coloniã,cũ vxore & liberis transiuere,& in his Cælius,vir Hetrusci sanguinis,a quo vni ex his collibus quos vrbs post ea est complexa,nomẽ mãsit.Sabini interim bellũ occulte ĩstruxerãt,nec enĩ per irã aut cupiditatẽ quicq̃ vt antea egerunt,sed ad opes gẽtis,quæ tum p̃ualidæ erant,cõsilium accessit, vt pene prius sit bellũ illatũ,q̃ moueri diceretur.Dionysius nihil credidit per dissimulationem actũ; sed res more gentiũ prius repetiras,Romulumq; ob phamã ĩminentis belli,a Numitore frumẽto & armis adiutum.Cæterũ eo omnia Romanis ab initio grauiora fuerũt, q̃ sub ipm hostiũ

Arx Tarpeia

accessum,arx Tarpeia his prodita est.Fuit illa loco edito,e regiõe palatii,in iugo collis,q Saturnius primo,mox Tarpeius,nouissime a capite hũano,ibi p̃digiose inuẽto, Capitolin[9] est dict[9].

Arx p̃ditur Sabinis.

Pręerat tũc p̃sidio loci.Sp.Tarpeius,cui[9] filia,quũ forte in subiecta loca aquãdi studio exiuisset,armillis capta,qbus sinistra Sabinorũ exculta erant brachia,arcis proditionẽ cũ Sabinis pacta est,si ea sibi ornamẽta dono traderẽt.Alii a Tatio rege auro corruptã credidere, satis constat Sabinos noctu in arcẽ receptos,puellãq; clypeis obrutam, incertũ ne arx proditione capta videret̃,an vt documẽto posteris esset,nihil vsq̃ proditori fidũ esse oportere. Videnẽ inqt Antigonus reges amare proditorẽ,verũ vbi prodidit,oderũt:sic qui veneno vtunt̃, probant vsum etsi nefariũ,ab re ipsa vt letifera abhorrẽt.Est & alius sermo nõ nihil ab hoc diuersus .decreto

Varia de p̃ditione arcis opinio.

puellam,q̃ sinistris brachiis hostes gestarẽt.pepigisse , vt scutis Sabinos exutos,suis cõmodius trucidandos traderet,idq; suũ consilium.p̃ fidum nuncium,Romulo significãdum curasse:sed siue eius fraude cui res tradita est,siue casu ille in hostiũ potestatẽ venerit,sensisse hostem Tarpeiæ consilium,ac tũ siue pactũ secutus,siue p̃ Romanis insinuatus(nam id authores quos sequimur parũ perspicue tradunt)arcem(qđ satis constat)Sabinus tenuit,puellaq;,vt ambiguę fidei,Regis iussu necata.Hęc phama,etsi min[9] celebris:vero tamen propior est . Enĩuero,si arx ab ea spõte fuisset p̃dita,nunq̃ Romulus virginis memoriã in posterũ passus esset propagari, vt ab eius casu Tarpeius deinceps collis diceret̃.Iubas,Sulpitiũ Galbam secutus,scriptum reliquit.Sp.Tarpeiũ arcis pręfectũ,proditiõis postea accersitum,capitaliq; supplicio damnatum. Quę si vera sunt,ęquum sit credere arcẽ nõ hostium dolo,sed proditione amissam,nec Tarpeiã tantum,sed & patrem eius consilii fuisse participem.Antigonus & plerıq; alii Tatio rege natam Tarpeiã credidere,q̃ Romuli matrimonio nupta Capitolium patri ex occasiõe p̃diderit. Hę sunt q̃ de arcis proditione diligẽtiores memorãt.Nam Simulus ne audiendus quidem,qui Celtis nõ Sabinis Capitoliũ a Tarpeia proditum scribere est ausus.Potuerunt illũ loci appellationes sui erroris admonere.Satis qdẽ constat,Tarpeii nomen a Romulo,ad Superbi Tarquinii tẽpora,collem tenuisse,tum a prodigio ibi facto,Capitolium nominari contigisse. Sed tam hęc,q̃ illa appellatio.Senonicũ bellũ plures annos p̃cessit.Romani dolore amissę arcis,postridie inter Palatiũ & Capitoliũ structa acie stetere,q quũ ĩmoti aliquãdiu mãsissẽt nec ab hoste qcq̃ moueret̃,recuperãdi loci cupiditate in aduersũ collẽ agmen erexere. Sabini rei indignitate cõmoti temere subeũtibus occurrũt,Fit pręliũ iniquo Romanis loco.Pricipes vtriq; pugnã ciebãt

Hostius hinc cognomēto Hostiliꝰ:Metius inde Curtius,ambo p̄sentia & hortatione suoꝝ fortunā sustinent : Verū vbi Hostius superne ictus concidit,confestim Romana acies inclinauit: actaq; est cū strage,& fœda fuga in subiectā vallem.Nec hostis a tergo instans fugientes patiē a pauore & fuga animū colligere,quin perpetuo cursu,ad portam vsq; palatii fusum agmen agūt Sabini.Tū Romulus,q̄a neq; minis,neq; hortatione,suos poterat ī prçliū reuocare,sublatis ad cœlū manibus,statori Ioui vouet templum,si turpem suorum fugam sistat . Restiterunt demū Romani,Curtiūq; ex equo in prima acie ferociter exultantem,superbeq; conuicia & probra iacientē in Romanos,scire iā hostes,aliud esse virgines lattocinio rapere,aliud cū viris fortibus pugnare,rei indignitate accensi,primo loco submouērt,ac pene p̄cipitē,in aduersam vallē agūt,actum tanta vi vrgēt,vt periculi metu equū temere in proximam paludē immiserit.Perculsit Sabinoꝝ animos tanti viri casus:inde clamore sublato alta voragine obluctantē vocibus & hortatione iuuant.Suoꝝ ille nutu & fauore,equiq; agilitate fractꝰ,in aduersam paludis partē incolumis euasit.Fuit ea res spectantibus miraculo,atq; ab re iam inde loco nomē māsit , vt sit Curtii lacus dictꝰ.Est & altera crebrior phama,ab eq̄te Curtio,qui p̄ patriæ īcolumitate se in subiectū terrę specū p̄cipitauit,nomē loco inditū.Prælio per hæc vtrinq; instaurato,quū ictibus,& clamore omnia circūstrepereut,essentq; vtrinq; animi prçsenti certamine accensi, Sabinę mulieres,quarum causa erat bellū conflatum,ex transuerso inuectæ,inter vtranq; aciem medię passis crinibus,& veste lacera,cōstitere.Mox iu preces & lachrymas irrūpētes,nūc ad hos nūc ad illos manus suppliciter intendūt.Hinc patres,inde viros orant,ne vxorum,ne filiarum oculos infanda cæde polluant,flecterēt animos,lenirent irā,ne parricidio infando,hi suos partꝰ,illi nepotū progeniē violarēt:si cōnubii & affinitatis pœniteret,in se iras & arma verterent. Nos aiunt vobis odii,nos maloꝝ oīm causa sumꝰ.Satius sit nobis miseris hic coram mortem occūbere,vestraq; manu cadere,q̄ hinc patres,inde viros,mutuis se vulneribus conficiētes intueri. Mouerunt huiuscemodi lachrymæ,tempestiuęq; p̄ces præsentium animos, factoq; silentio,nō nihil immotę acies exaduerso stetere,se mutuo intuētes.Inde Romulus Tatiusq; iu mediū prodeunt,de pace acturi,qui nō nihil inter se collocuti,in has pacis cōditiōes descēdere,vt vtrūq; populū Romanos Sabinosq; pari iure regerēt.Et hæc fere sunt q̄ Liuius scripsit . Me aūt nihil pœnitet illorum esse opinionis,q rē nō ita temere initam scribunt,sed medio ardore belli, coiuisse Sabinas raptas vnū in locū,ac tum ibi Hersiliæ consilio,quæ,vt supra est significatū,Romulo nupsit,vel vt alii aiunt,Hostilio.Quidā eam fœminam grandem natu fuisse arbitrātur, Romęq; cum filia,q̄ īter cęteras virgines fuit rapta,materno affectu subsedisse.Nec de nomine multū cōuenit.Dionysius eā scripsit Secullią appellatā, sed q̄cūq; fortuna fuit mulieri ac quocūq; noīe,p̄cipua,qđ satis cōstat,īter alias fuit celebritate.Huiꝰ cōsilio,īter Sabinas agitatū ferūt,viroꝝ p̄missu,ad Tatiū Regē & parētes,aliquot fœminas ex suis popularibꝰ mitterēt,quæ suppliciter de pace cū his agerent,rēq; ad Romulum & patres,de summa rerum consultātes, in curiā delatā,ęque omnibus p̄gratā fuisse,earumq; pietatem tempestiuamq; prudentiā a rege & aliis laudatā.Missas itaq; triginta numero matronas,a quarū nominibus sint totidē ī vrbe Curiæ nominatæ.Varro de Curiarū nominibus,ab his omnino diuersa prodidit,eorū opinionem secutus,qui nomina prius Curiis indita arbitrantur,q̄ vllus legationis vsus in mulieribꝰ extitisset.Quid q; in numero quoq; missarum parum inter authores cōuenit, quū nō triginta,vt diximus,sed quingentæ ad Tatiū missæ dicantur.In eo oībus cōuenire video,bellum tertio anno,posteaq̄ bellari cœptū erat,mulierum interuētu,inter Romanos & Sabinos cōpositū,multosq; ob id meritū a Romulo & parētibꝰ illis honores decretos.Locus in quē ad faciēdam pacē vtrinq; coiuere,Comitium est dictum.& ne nō aliquid ea pace Sabinis datū videretur,cōparatum est,vt a Curibus Sabinis,vnde illi venerāt,q̄cūq; Romæ essent,cōmuni appellatione Quirites dicerēt,pariq; iure Sabini & Romani vnam vrbē incolerent:Reges ipsi ęqua potestate regnarent.Atq; secundū id fœdus,Romulus palatium sibi regiam cepit: Tatiꝰ Capitolium,qđ ab initio belli occuparat:Lacuq; exaggerato,in media conualle forum statuere. An Sabini omnes q ad bellū venerāt,cum Tatio Romę subsederint,parū compertum habeo.Illud diserte ponūt authores,habuisse Sabinoꝝ regē in castris,quū Romanis bellū intulit.XX.peditum milia,& equites octingētos.Aucta p̄ hęc multitudine,ciuitas ī tris diuisa est partes easq; a numero tribus dixere:Ramnensem vnam,a Romulo:a Tatio alteram,Tatiensem:tertiam ab Asyli luco Lucerē.Paribꝰ inde auspiciis ambo q̄nq; annos rerū in vua vrbe potiri sunt,expeditiōe dūtaxat vna in Camerenos suscepta,feliciterq; obita.Fuit Camerea Albanorum Colonia,

Romanorū fuga.

Templum Iouis statoris.

Lacus Curtius.

Sabinarum pulchrū facinus.

Pax īter Romanos & Sabinos.

Hersilia.

Vnde Romanę curiæ

Comitium.

Quirites.

Romanarū Tribuū nomina.

vetusq́ Aboriginū sedes. Loci incolę sępi⁹ ad causam dicendā vocati, quum iura detrectarēt, in se Romana irritarūt arma. Acieq́ dimicare ausi, ac pugna vna victi, tertia agri parte mulctati sunt. Principio inde sexti anni Laurētinoꝝ legati iiurias q̄stū, & ad res simul repetēdas missi Romā venere. Ex Tatii familiaribus qdā, latrocinātiū more, Laurētini agri fines ingressi, pecus inde abegerāt, obuiosq́ nōnullos spoliarāt. Censuit Romulus sontes ad suppliciū dandos, apud Tatiū plus oīno suoꝝ gratia, q̄ ius gētiū valuit, qui nō solum postulata non fecit, sed abeuntes etiā legatos a suis violari est passus. Sed sontiū pœnā Tati⁹ in se vertit, q quū haud mlto post Lauiniū ad solēne sacrū venisset, impetu in eū facto, priuato cōsilio, ab iis ītersicit, quoꝝ cognati fuerant a Tatianis violati. Tulit Tatii mortem Romulus minus ægre, q̄ laturus putabat, dubium, infida regni societate, an q̄a iure cæsum existimauerit. Corpus eius Romam delatum, regali exequiarum vt tū res erant, apparatu funerauit, defunctoq́ annuas statuit inferias. Impio itaq́ recepto, ad expiādā scelere ciuitatē author extitit, vt q Laurentinos legatos violassent, ad suppliciū dederent. Plutarchus religiōe id factū existimat, ꝙ cū pestilētia vrbē inuasisset, credere vulgo, qm̄ violata in legatis iura non vindicarent, eā cladē ciuitati deorū ira illatā. Romuli exēplum Laurentini secuti, & ipsi regiæ cædis authores cōmuni cōsilio dedūt. Eos Romę causam dicere iussos, quū haud leuia afferrēt, idētidē testati, regis iniuria se ad eius cædē cōpulsos a quo nō solū non redditę res essent, sed q ad eas repetēdas missi forent iure gentiū violato, cędi passus esset, Romulus crimine liberauit. Atq́ p hæc fœdere inter Romā & Lauiniū renouato pax cū finitimis erat, cū Fidenatiū iniuria Romanis armis negatū est qescere. Rati illi nouę vrbis opes plus in dies crescere, q̄ sibi & cæteris accolis tutū putaretur, vt p̄sentē fortunę cursum quoquo modo īpedirēt bellū occupant, subita in Romanū agrū excursione facta. Hæc Liui⁹. Diuersā belli cām Dionysi⁹ secut⁹, scaphas ait frumēto honustas, scdo Tyberi, Romā quū pestilētia laboraret missas Fidenates ītercepisse, rebusq́ vt moris fuit repetitis, nec redditis, Romulū iniurię authorib⁹ bellū intulisse. Cęterū siue Fidenates priores arma intulerīt, siue a Romulo sint pri⁹ illata, Romulus cū suis copiis hosticū īgressus, haud lōge a Fidenis castra locat: p̄sidioq́ in castris relicto, pedites in insidiis locat, ipse cū parte equitum tumultuose portis hostium obequitat. Insignis equoꝝ paucitas Fidenatib⁹ ad erumpēdū fecit aīm. Portis itaq́ repēte patefactis cū īpetu & clamore in effusos equites inuehunt. Romani leui, queādmodum iussi fuerāt, certamine iniecto, nūc pugnā detrectādo, nūc redeūdo in pliū sensim hostē ad insidiarum locum ptraxere. Tū pedites ex insidiis repente coorti, ex trāsuerso hostiū manum cū fremitu & clamore inuadūt. Qui cū Romulo erāt, ipsi quoq́ subito equoꝝ circūactu, pugnā a fronte instaurāt. Fidenates multiplici terrore pculsi, aliquāto effusiore cursu, q̄ nuper Romani egerār, vrbē repetūt. Instat victor eques, peditib⁹ mixtus, passimq́ fugientē sternunt, neq́ hostibus prius fugiēdi finis fuit, aut Romanis insequēdi, q̄ mixto agmine vrbem irruperūt. Capto oppido, Fidenatib⁹ arma abiiciētibus venia data est, in authores belli capitaliter est aīaduersū. Scripserūt qdā pcessisse Fidenates instructo agmine obuiā Romulo, cruētūq́ pliū cōmissum, inde victos hostes cū trepide vrbem repeterēt, Romanū intra muros traxisse. Romulus victor certā agri partē veteribus incolis adēptā, trecētis qui ad p̄sidiū vrbis relicti sunt, ex ęquo diuisit. Camerini & ipsi tēpoꝝ occasione vsi (fuit eī annus ille vrbi pestilētior) colonis ex improuiso oppressis, q eo missi fuerāt, a Romanis defecere. Hanc quoq́ iniuriā Romulus haud multo post vltus est. Captū bello oppidū diripuit, principibusq́ defectiōis interfectis Cameriā valido p̄sidio firmauit. Victor inde triūphās vrbē est inuectus. Currū ęneū quo ad id vsus est dedicauit Vulcano, cū titulo rerū a se gestarū, quas gręcis est literis, vt Dionysius scribit, cōplexus. Nec diu victor exercitus qeuit. Veientes Fidenatis belli cōtagione irritati. erant eī Fidenates, vt Liuius existimat, Hetruscoꝝ cognati. Plutarchus a Veientib⁹ Fidenas vt suæ ditionis repetitas ait, nec redditas, belli Romano inferendi eis materiā prębuisse. Hęc illi. Verū siquis inuidiā, qua ab initio Romanum nomē inter finitimos flagrauit, animo reputet, alium in aliis p̄textū causam tamen oībus vnā fuisse reperiet, ꝙ iniquo animo ferrēt, rē Romanā, supra q̄ tutum esset accolis, ppetuis successib⁹ augeri. sed quācūq́ tū illi causam secuti sūt, vrbis munitissimę situ, validaq́ iuuētute freti, in Romanū agrū, Tyberim trāsgressi, impetum faciunt, abductaq́ inde raptim p̄da, in pacatum abeūt. Romulus ad arcendam populationem egressus, vbi hostem nullū in agris inuenit, Tyberino fluuio traiicit copias, inde non tā pręde q̄ dimicationi intēt⁹, quadrato agmine Veios ire pgit. Veiētes pulchri⁹, & ad existimationē virtutis magis attinere rati, acie cū hoste cōfligere, q̄ mœnib⁹ inclusos vim arcere, appropinquāti Romulo obuiā pro

Tatius interficitur.

Deduntur vtrinq́ sontes.

Romuli iudicium.

Bellū fidenatium.

Fidenæ capiuntur.

Cameria diripitur.

deunt. Fit ꝓlium. Cęterũ quo veterano milite magis Romanus q̃ Hetruscus præstitit, eo minꝰ anceps fuit victoria. Fusi sunt Veiẽtes, & ad vrbẽ cũ cęde acti. Romulus, hostiũ agrũ ex ꝑte populatus: Romã victorẽ exercitũ reduxit. Hetruscus vna aduersa pugna fractus: Romã legatos ad ꝑetendã pacẽ, haud multo post, misit. Cui parte agri adẽpta, quæ Tyberi ꝓxima est, in centũ annos sunt inducię datę. Ex Liuio fere hęc, a quo Alicarnasseus Dionysiꝰ lõge abiit, vt plerisq; alias, diuersus. Is circa Tyberim scribit haud ꝓcul Fidenis pugnatũ, vbi Hetrusci ante Romuli aduẽtũ castra fecerãt, primoq; cõgressu æquo marte dimicatũ, sequẽti prælio, arte viribꝰ adhibita: Romulus post suos iugũ ꝓximi mõtis in insidiis tenuit, quæ res in primis iuuit Romanã aciẽ. Enimuero sequẽti die iterũ acie cõgressi, medio pugnę ardore, qui in insidiis steterãt, ex improuiso hostẽ a tergo adorti, haud dubiã fecere victoriã. Multi in ꝓlio, sed plures ĩ fuga absumpti, obiectu fluminis interclusi Veientes ꝓcipitãte metu plærisq; Tyberinũ amnem temere ingressi, vi aquarũ vorticibusq; ad vnũ ꝓpemodũ periere. Nec ita multis interiectis diebꝰ, reparatis belli viribus, eodẽ ferme loco pari euentu dimicare ausi sunt Veientes, ac tum demum castris exuti, magnaq; copiarũ parte amissa, vltra flumẽ abiere. Plutarchus & ipse duplicis pugnę author est, adiicitq; ex hostibꝰ ad duo & viginti milia desiderata: Romanorum duo milia, qui priori ꝓlio circa Fidenas cæsi fuerint. Siquidẽ hostes copiis abundãtes, vno tẽpore in Romulũ qui a fronte pugnã ciebat, & in eos, qui Fidenis irrupetãt, aciẽ explicuere. Haud absurdum est credere: Romulũ ad noui belli phamã Fidenas suspectã vrbẽ, & quasi futuram belli sedem supra trecẽtos, quos ibi ad ꝓsidium reliquerat, valido firmasse ꝓsidio. His Veiẽtes cladibus fracti non solum in posterũ quieuere, sed parte agri, vt diximus, mulctati, qui septẽ pagi sunt deiceps dicti, quinquagintaq; obsidibus datis, inducias in centũ annos datas suppliciter locoq; muneris a Romulo accepere. Ipse vbi Romã venit tertio triũphauit. Et hæc ille dum in humanis fuit, domi forisq; gessit. Cęterũ ne plura deinceps gereret, quũ adhuc reipublicę idoneus esset, immatura mors effecit, de qua nõ vna, vt video, inter scriptores est opinio. Sunt qui tradãt eũ, quũ forte ad Caprę paludẽ cõcionẽ haberet, subita procella cũ nimbo orta e cõcionis conspectu ablatũ nusq̃ in terris amplius extitisse. Sed ꝓpiora vero sunt, q̃ alii scribũt, a primoribus eũ interfectũ corporeq; in minutissima frusta dissecto, occulte sub vestibꝰ, a singulis ꝑ partes asportatũ. Quidam nouos ciues eius parricidii authores fuisse memorãt, mediaq; tẽpestate cędis occasionẽ arripuisse. Causę odii, quo inter suos flagrare coepisset, varię ferunt. Nonnulli qa iniussu patrum obsides Veientibus restituisset, conflatã illi ab eo ordine inuidiam arbitrant. Sunt qui dicũt ob ciues latrocinii cõuictos, & ob id ex Tarpeia rupe ꝓcipitatos, cãm cędis illi ab ignobilibus ortã. Alii quia iudicia iam solus audiret, in multisq; apertã exerceret tyrannidẽ. Ingens, qđ satis cõstat, defuncti desiderium est continuo secutum, diuiniq; honores illi habiti. Iulius cognomento Proculus ꝑ cõcione affirmauit, augustiore sibi habitu noctu occurrisse Romuli simulachrũ, qui, quasi cælo lapsus, astans q̃dam sibi ad suos Quirites dedisset mandata. Cõfestim venerabũda multitudo, vt vana tunc erat hoĩm ꝑsuasio, deum ipsum deoq; natũ Romulũ saluere iubet. Habuit eius regnum annos septẽ & triginta. Periit quinq; supra quinquaginta natus. Plutarchus vnum illius regno annũ adiicit, adimitq; vitę vnũ. Diẽ quo ex humanis decessit, vulgi fugã capratinasq; nonas dixere. Ipsum, siue a Quiritibꝰ, siue a lãcea quã quiritim dixere, siue martium & bellicosum interꝑtarent: Quirinũ appellari placuit. Mirũ est qđ Dionysiꝰ scribit, tãtũ sub eo rem Romanã creuisse, vt ex modicis copiis, quas ab initio habuit, post eiꝰ mortẽ cẽsa sint cõfestim Romę sex & quadraginta peditũ milia, equitũ paulominus q̃ mille. Per id tꝑs quo is Romę est rerũ potitꝰ, regnauit Albę aliquãdiu Numitor, in Macedonia Perdicas, Athenis Æsimedes, Elidicus & Hypomenes Medus cuiꝰ mẽtio supra facta est in Medis, & post eum nouissimis Romuli tꝑibꝰ Sebichꝰ. In Lydia, vt Eusebiꝰ digerit, Halyattes & Meles q ei successit, & sub Romuli exitũ Candaules, vnde Herodotus Lydorũ regum exorsus est historiam. Hunc Heraclidarũ vltimũ Sardibus Tyrannũ fuisse memorat: Mirsiq; nõ Melis filiũ. Habuit Cãdaules vxorẽ fœminam eleganti forma, vniceq; eã dilexit, nec fructũ secretæ cõsuetudinis satis voluptuosum credere, nisi supra q̃ sanũ virũ deceret, occultiores etiã corporis partes q̃s pudor & vestes abscõdunt, eũ Gyge Dascili filio, suorũ satellitũ vno, quo oĩm familiarissime vtebat, idẽtidẽ laudaret. Demũ tanq̃ res ipsa oculorum indigeret testimonio vt fidem inueniret, eo insanię ꝓcessit, vt inuitũ Gygẽ in secretiorem cubiculi partẽ traxerit: vnde per ocium nudatam cõiugem contemplaret. Mulier rerũ oĩm inscia, nihil tale suspicans, positis vestibus regiũ cubile ascensura, Gygem sese occulte foras proripientẽ, nõ sine rubore est intuita. Turbata igitur animo p:ę

Variæ de Romuli cęde opiniões

Cur Romulus Quirinus dictus.

Temporũ supputatio

Candaulis memorabile facinus.

nimioq; pudore confusa,in vltionē p̄ceps abiisset,nisi Candaules rem in lusum vertens, id sua
opera factū affirmasset.Dissimulauit illa ad tēpus dolorem suū,ne parum viro morigerari vi-
deret:postero die Gygē p fidū nūciū in secretū accersit,ibi turbato vultu hominem affata,aut
tibi inqt moriēdū est Gyges,qui,qđ nefas fuit,spectare es ausus,aut Candauli,q id tibi flagitiū
p̄suasit.Vide proinde vtrum malis in te,an in illo sceleris vltionē queri,sed illum potius plecti
velis,quo extincto,ero tibi ego qđ & illi fui,regnūq; simul tibi praemio adiiciā.Tum Gyges si-
ue īminēti p̄iculo mot⁹,siue regni cupiditate,siue vtroq; potius,ferro instructus,eadē cubiculi
Candaules a Gyge interficitur. parte,qua nup,in insidiis locatus,nocte,q̄ p̄xime secuta est,regem somno p̄ssum obtruncat: si-
mulq; ei⁹ thorū & tyrannidē occupat.Excepit Gygē animoꝝ mot⁹ ingēs:Lydis imperiū noui
hominis detrectātibus.Cęterū Delphicum oraculū Gygi regnum stabiliuit.Meminit hui⁹ rei
Archilochus Parius,visebāturq; apđ posteros Delphis donaria Gygiana appellata,q̄ ille hoc
nomine Apollini dedicauit.Herodotus scđm ea,q̄ Mydas ibidē statuit,oīm haec vetustissima
fuisse ait.Fuit Mydas Gordii fili⁹,q p̄t hęc tp̄a in Phrygia regnauit,idēq; ob diuitias quas in
gētes habuit,celebriore phama.Trogus & Herodotus Mydę meminerunt.Adiicit ille Alexan
Gordii nodus. drū Macedonē,q aliquot post aetates fuit:Gordim vrbē in Phrygia expugnasse,vt fatalē Gor-
dii nodū exolueret,qm̄ veteri oraculo constaret,regnum Asiae huic deberi,qui iugalis lori in-
uolucrū illud soluisset.Fuit Romulo ęqualis Ezechias Achami filius,q cū imperiū in duas reli
quas Israelitarū trib⁹ obtineret,acri bello a Sēnacheribo Assyrioꝝ rege est petitus.Authores
quos seqmur,cām belli hui⁹ nō tradūt,sed tributū iā antea Assyrio negatū,eā Hebręis nouo-
rū tēpoꝝ p̄cellā cōcitasse credere pat est.Fuisset ei⁹ exit⁹ belli nihil Ezechię felicior, q̄ Osiae &
Samaritanis haud multo pri⁹ fuerat,nisi manifesto numinis auxilio fuisset ille defensus.Enim
uero cęteris regni vrbib⁹,aut vi aut metu captis,quū Hierosolymā Assyri⁹ victor castra admo
uisset,legati supplices ab vrbe ad Assyriū venere,pacē orātes,quā si.CCC.argēti talēta,& trigē
Ezechias bello p̄mit. ta auri in p̄senti a sibi pēderent,Sēnacherib⁹ vltro polliceri,iureiurādo affirmās , fore,vt cū eā
summā Iudęi p̄soluissent,pacat⁹ Hierosolymitani regni finib⁹ excederet . Exoluit Ezechias ex
fide speratā auri & argēti sūmā,cęterū Assyri⁹ verso in Aegyptios & Aethiopas bello,partem
copiarū ad regię vrbis obsidionē cōtinuādā reliqt,velut multū interesset,p se an p aliū fieret qđ
nefas esset facere.Ezechias vbi vrbē nihilomin⁹ obsideri vidit,legatiq; ab hostiū ducibus missi
nūciarēt nō esse cur ab Aegyptiis,aut Aethiopibus auxilia expectaret,quoꝝ vtrāq; gētē subito
bello Sennacheribus implicuisset,stulte & regem ipsum & cęteros facturos,si extrema oīa ma-
lint experiri,q̄ deditionē facere,q̄ si tēpestiue facta esset,fore,vt aliquid ab ipsa victoris clemen-
tia sperarēt:contra si vim experiri mallēt,ciuiū & vrbis p̄sens īminere excidium , Fractus ani-
mo Ezechias,in p̄ces & vota,qđ vnū superat remediū,cōuersus saccū induit:Esaiā rogat,q san
Esaiae diuinatio. ctitatis & diuinationis phama cęteros mortales anteibat,vt p̄cibus si fieri possit,praesens exci
diū sibi & patrię dep̄cetur,veniāq; impendentiū maloꝝ imploret.Huius oraculo Ezechias ius
sus est in posterū sperare,numinis auxiliū haud suae genti defuturū,quin breui fore,vt Israeli-
tę tribus in Mediā & Persidē ablegatę,postliminio reuersę Samariā & sedes pristinas īcolerēt.
Trahebatur itaq; obsidio,quū graui pestilētia in Assyriis castris repēte orta,paucis dieb⁹ mor
taliū vis ingēs vita defuncta est.Nec ipsi regi multo p̄speriores in Aegypto res bellicę fuere,sed
Pelusiaca obsidione fatigat⁹ , Tharacis Aethiopis,qui in Aegypto tū late imperitabat,terribili
accessu,ob ingentes quas trahebat copias,nunciato,continuo soluta obsidione in Iudęā est re-
Pelusium. uersus.Sedet Pelusiū Nilo qua parte Arabiā ab Aegypto disterminat contiguū,vnde & flumi-
nis ostiū nomen habet,nec p̄cul inde Casius mons & Ostracinę locus magni Pōpeii sepulchrō
Clades a muribus illata. nobilitatus.Idumeę fines his se terris insinuant.Herodotus significare videt Arabū regē non
Assyrium Pelusiaca obsidiōe depulsum,p̄digio facto in castris memorabili.Mures oīb⁹ neruis
nocte vna & horis īprouiso incursu abrosis,totū pene exercitū scutis & arcubus spoliarūt. Be
rosus qui Caldaicā scripsit historiā:Sennacheribi meminit,cui⁹ arma tota sint Syria euagata,
quo authore fretus Iosephus,conat Herodotū mēdacii redarguere.Q; ille Arabū & Assyrioꝝ
regē Sennacheribū,vt ei⁹ verbo vtar,Pelusiū obsedisse scripserit,Sethūq; Vulcani sacerdotē eū
dē & Aegypti regē ab eo longa obsidione fatigatum.Euenisse inquit Herodotus,vt is militare
Sennacheribi p̄fligatio studiū asp̄natus,omnes Aegyptios bellatores agris quos a prioribus dono acceperant regibus,
exuerit,ob idq; subita illoꝝ defectiōe p̄senti tēpoꝝ nouitate destitutū,in Vulcani tēplo questū
p̄sentē rerū fortunā,& in somnis ei demōstratum,fore,vt auxiliares opes nō deessent,iret,& cū
iis copiis,quas intra moenia haberet,in hostē tēderet,ac tum demum nocturno murum incur-

ſu id factũ,nimirũ ad dęmonũ pſtigias ſtulta gens,vñ hęc Herodorꝰ didicit,referre maluit:q̃ ad
veri dei ꝓuidentiã,cuius id fuit opus.Sed tantũ abfuit,vt gẽs ipſa lucẽ in re ſimili viderit,vt qc
quid tenebrarũ eſt gẽtibus ab initio effuſum,ab Ægyptiorꝫ vanitate cõſtet eſſe pfectũ.Reuerſus
in Iudęã Sennacheribꝰ,exercitũ quẽ ad Hieroſolymę obſidionẽ reliquerat.peſtilentia pene cõ-
ſumptũ inuenit.Ioſephus & ſacri libri habẽt nocte vna in his caſtris ad cẽtũ octogintaquiqꝫ mi
lia hoĩm periiſſe. His ſi qs ꝓuidentiã excludat,qđ impiũ ſit facere,haud dubie ꝓ mendacio hæc
repudiet:pſertim tantã hoĩm ſtragẽ in vnã noctẽ coaceruatã. Erit itaqꝫ ſimilis vero,dũ Aſſyriꝰ
ad Peluſiũ ſedet,altera eſſe caſtra,quę ad Hieroſolymã hoſtis reliquerat.tot milibꝰfunerũ vaſta-
ta,niſi aliqs binis caſtris,poſt Ægyptiacã expeditionẽ in vnũ collatis,ingentẽ vim hoĩm exiſti-
met vnius noctis ſpatio dira pnicie cõſumptã. Sẽnacheribꝰ pręſenti clade cõſternatꝰin Aſſyriã | Sẽnacheri-
abiit:vbi haud lõgo iteriecto tpe a Seleuſtro & Adramelecho filiis eſt interfectus. Ezechias ho- | bus interfi-
ſtili terrore liberatꝰ, nihil qđ ad diuinos honores attineret,ptermiſit,Deo optimo maxio gratu | cit a filiis.
latus ꝙ ſe & ſuos,manifeſta ꝓuidẽtia pſenti periculo ſeruaſſet:multꝰ itaqꝫ ac frequens circa aras
eſſe:natuſqꝫ eſt ei poſt Aſſyriũ bellũ filius,quẽ Manaſſem vocauit.cũ naſciturũ quũ Eſaias præ-
dixiſſet:nec rex oĩno fidẽ haberet,petere a ſe ſignũ ꝓpheta poſtulauit.Tũ Ezechias petiſſe dicit,
vt vmbra ſolis.X.gradus retro,vnde venerat abiret:qđ quũ poſt Eſaię pces fieri cõtigiſſet,ſolu-
tus rex languore corpis.quo aliquãdiu fuerat implicitus,attẽtiore cultu,maioreqꝫ pietate,ſacra
inſtaurauit.Ioſephꝰper hęc tpa Aſſyriũ imperiũ a Medis euerſum credidit. Cæterũ nos græcos
ſcriptores,& Euſebiũ in primis ſecuti,eius regni excidiũ loco multũ diuerſo duximꝰ reponẽdũ.
Nõ poſſum nõ mirari quid ſit ꝙ ad hunc locũ idem author,& bibliaci libri,Aſſyriorũ tãtas re- | Anceps de
gũ opes fuiſſe dicant,quũ iam inde a Sardanapali interitu reges in Aſſyria eſſe deſierint.Suſpi- | Aſſyriorũ
cari libet aut Medorꝫ regũ eos pfectos fuiſſe,quos hi Aſſyriæ reges idcirco arbitrati ſunt:qa ex | regibus ſen
ea terra velut Syrię ꝓpinqua minę illę bellorꝫ Iudęę finibꝰ intendebant,aut certe locorꝫ vicinita | tentia.
tẽ ſecuti Medicę terrę reges Aſſyrios arbitrati ſunt, quãdo vtranqꝫ terrã Medi imperio obtine
rẽt.Id ego vt audacius affirmẽ,cõiectura haud inepta adducor,ꝙ captiuę Iſraelitarũ tribꝰ quas
Aſſyrio bello captas Ioſephꝰ tradidit,in Medos trãſlatę ſunt,nõ in Aſſyriã.Cęterũ ſiue rex ſiue
pręfectꝰ fuit,Baladus q Sẽnacheribo ſucceſſit(nã filiis parricidio pollutis regnare nõ cõtigit)
ex Babylone legatos ad Ezechiã cũ muneribus miſit,q ſocietatẽ & amicitiã ab eo peterẽt.Id rex
magnificũ ſibi & ad regni exiſtimationẽ ptinere ratus,Baladi amicitiã cupide eſt cõplexus:eſſe
qꝫ in ſpe ꝓinde optima regẽ in priſtinã fortunã reſtituẽdi,quũ Eſaię verbis increpitus,ꝙ teme-
re cũ ea gẽte ſocietatẽ & fœdus iunxiſſet,quę hebręo nomini ſemper fuiſſet infeſta:nec quietura
prius eſſet,q̃ oẽm Iſraelis ꝓgeniẽ,ad interitũ & memorię obliuionẽ pduxiſſet. Verũ ageret mo | Eſaię vatici
do,ſciretqꝫ in fatis eſſe,fore vt qñqꝫ ipſius liberi cũ oĩ regia gaza captiui Babylonẽ abducerẽ- | natio.
tur,fierẽtqꝫ ipſius nepotes ab ea gẽte eunuchi,Aſſyriorũqꝫ regi turpiter ſeruirẽt.Habuit ea res
iam inde quoad vixit Ezechię animũ ſollicitudini & mœrori obnoxiũ.cui poſtmodũ defuncto
Manaſſes filius ſub id tẽpus,quo Romulus deceſſit vita,in regnũ ſucceſſit:qbus ſit ille iactatus
caſibꝰ,ſuo poſtea loco explicabit.In hęc tpa Euſebiꝰ reponit pugnã illã memorabilẽ,quę de Ty
ria argolicę terrę portione,iter Argiuos eſt & Lacedęmonios depugnata.Herodotus Tarquinii
ſuperbi tẽporibus id accidiſſe ſignificare videt.Quę tẽporũ variatio ducẽtos ferme annos colli
git.Tot.n.interfuere a Romuli exitu,ad primos ſuperbi Tarquinii annos,qui vltimus oĩm Ro-
mę regnũ tenuit.Sed quocũqꝫ tpe id fieri cõtigit,ſatis cõſtat,Spartiatas poſt Lycurgi inſtitutũ, | Vetus ſpar
quũ oĩm fere græcorꝫ peſſime ad id tẽpus vixiſſent:iã inde vita in melius mutata,cũ in aliis,tũ | tiatarũ inſti-
in re militari,bellicaqꝫ gloria,oẽs qui Pelopõneſum,cęteraſqꝫ terras illi ꝓximas incolerent,longe | tutum.
pcelluiſſe.Domeſtica itaqꝫ virtute fręti,primo Arcades ſuis ſedibꝰ vi pellere ſũt adorti.Ex mueto | Arcades.
nulla vis animi minꝰab iiuria diſtat q̃ fortitudo.Difficile ẽ eo moderate vti,i quo nõ tã legibꝰ q̃
vi agẽdũ eſt,vt princeps videaris.Colebãt Arcades mediã ferme Pelopõneſum,montana pluri-
mũ illis mediterraneaqꝫ regio,hi cęteros gręcos vetuſtate pręſtare credunt. Pręter cætera gẽtis
monumẽta,quę vt fabuloſa prętereo.Dionyſius author eſt Arcades græcorꝫ primos,Ionio ſu-
perato,in Italiã colonos miſiſſe:hinc Oenotrũ phama eſt cũ Aboriginibus decẽ & ſeptẽ ætates | Oenotrꝰ &
ante Iliũ exciſum,cũ Peucetio fratre,claſſe in Italiã deuectũ.Fuit is iunioris Lycaonis filꝰ,quint | Peucetius.
tus a Pheroneo,qui primꝰ oĩm i Pelopõneſo regnaſſe dicit.Nec Maro vetuſtatis peritiſſimꝰfru
ſtra Oenotrios viros vetuſta admodũ memoria Italiã tenuiſſe pdidit,q̃q̃ poetico res ipſa teſti-
monio nõ eget,quę hiſtorię fide vtitur.hinc & Dardanus author in Samothraciã primo,mox i
Phrygiã aduectus.Habuere Arcades fertilia pecori paſcua,equis præſertim & aſinis equarum

suppositoribus, id certe genus excelluit Arcadicũ. Drymodis olim regio mox & Pelasgis dicta. Montes in ea celeberrimi, Pholoe, Cyllene, Lycęus, Menalus, Artemisius, Parthenius, Lampheus, & Nonacris: ex cuiꝰ rupe aqua manat gelidissima, in speciẽ toris collecta, mortifera est potãtibꝰ nullũ nõ vasis genus fathiscit vi pestifera liquoris. Eo veneni genere vt Plutarchꝰ scribit, Alexãder oriẽtis domitor, ab Iolla sublatus credit, equi vngula, quãdo alia nulla teneri potest materia in Assyriã vsq;, vbi ille periit, delato. Rẽ pecuariã plurimũ, locorũ cõmoditate, Arcades exercuerũt. Id genus hoim oraculi ambage decepti Spartiatę lacessere sunt bello adorti, & in primis Tegeatas: quoniã ex Delphis fuerat relatũ, fore vt Spartiatę Tegeatẽ cãpũ fune metirent. Instructi itaq; nõ armis solũ, sed & vinculis, tãq̃ ad indubitatã dimicationis aleã, Lacedæmonii in pugnã processere: sed vt sunt hoim spes sępe irritę, cõgressi Tegeatibꝰ Spartani, primo prælio victi, suis ipsi cõpedibꝰ vincti, hostilẽ cãpũ, vt Pythia vaticinata est, metiri sunt. Herodotꝰ author est vincula, q̃bus vincti Spartiatę fuerãt, ad suã vsq; ętatẽ, vt gestæ rei monumẽto essent, in Aleę Mineruę tẽplo pepẽdisse. Multi inde variiq; fuerũt Lacedęmoniorũ in Tegeatas conatꝰ: nec tãtũ irriti, sed ipsis etiã belli authoribꝰ pudẽdi. Iterũ Spartani Delphos sciscitatũ mittunt, qua potissimũ via ingressi, valeãt hostẽ subigere, ex oraculo tum demũ didicere, fore, vt nõ prius voti cõpotes fierẽt, q̃ Orestis ossibꝰ, quę Tegeę sepulta essent, potirent. Pythiũ carmẽ (nã operępreciũ est cognoscere, q̃bus dęmonũ ambagibꝰ fuerit ea tẽpestate humanũ genꝰ implicitũ) apposui. Hic duo flant vẽti vi peruehemẽte coacti. Forma hostis formę & plagę supindita plaga. Hic Agamẽnonides terra oiparente tenet. Quo tu sublato Tegeę sperabere victor. Tali verborũ ꝑplexitate ambigẽtes Spartani, quũ Pythiæ mẽtẽ auderet nemo interpretari, Lyches homo iter suos populares equestri militia functus, carminis inuolucrũ vnus oim explicuisse dicit, casu an sagaci cõiectura nõ tradit. Erãt tũ forte Spartani cũ Tegeatibꝰ inducias in annuũ tp̃s pacti, ob easq; bellorũ ferias, mutuũ erat vtrisq; ad alteros cõmerciũ. Tegeã Lyches ꝓfectꝰ, quũ ad ferrariã forte officinã venisset, intẽtiusq; ferrũ malleis subiectũ dũ cudit miraret, inq̃t opifex ille, q̃ id candẽs versabat, magis mirareris amice Lacon, si oculis intuitꝰ nuꝑ esses septẽ cubitorũ cadauer, q̃d his paucis diebꝰ est hoc loco refossum, id ego nõ sine admiratione intuitus, ne herois manes, cuiuscũq; id cadauer esset, offenderent, eodẽ cõditorio clausi, sepulchro diligẽter instaurato. Tactꝰ Lyches oraculi memoria, cõfestim suspicatus hũc esse locũ, de quo Pythię carmẽ tã ꝑplexe loqueretur, duos illos vẽtos alternis spirãtes, ferrarios folles eẽ camino applicitos. Malleũ & icudẽ formas hostiũ in se obuersas, ferrũ q̃d interim cuderet plagã illis inditã. Cõiectura igit haud inepta fretus, Lacedęmonẽ reuersus, q̃d Tegeę cõpertũ haberet in cõsultationẽ defert. Damnatur itaq; fictiti criminis ad hoc ipsum Spartiatarũ vnus, q̃ Tegeã in exiliũ iret, datiq; huic negociũ ex oraculi ꝓcepto Orestis ossa Lacedęmonẽ occulte deportãdi. Is vbi Tegeã venit, velut inibi vitã exilio acturꝰ, eã domus partẽ cõducit, ĩ qua fuerat cadauer refossum, ossibusq; ꝑ ociũ Lacedęmonẽ trãslatis. Spartiatę potiti bellũ instaurãt: victores deinceps multis pręliis magnã Pelopõnesi partẽ suę ditiõis fecere: mox Tyriã cãpũ Argolico agro adimere adorti, vt Maliacę terræ applicatẽt, graue cum Argiuis certamẽ adiere. Vtrisq; igit rẽ armis sibi vẽdicare parãtibus, ita est iter eos cõparatũ, vt trecẽti ab vtraq; parte dimicarẽt, atq; vtris vincere cõtigisset, loci possessio cederet. Copias inde ꝓcul abducũt, vt neutri suis succũbẽtibus opẽ interim ferre possent, fœdusve turbare. CCC. igit ab vtrisq; relicti inter se cõfligunt, fit prœliũ atrox, & quale pro patria dimicãtibꝰ haud iniri solũ, sed trãsigi etiã oportuit. Tãtũq; aiorũ ꝑtinacia valuit, vt cruẽta dimicatio sit in serũ diei ꝑacta, cęterisq; cadẽtibꝰ, Argiuorũ duo Crominus & Alcenor sup̃stites fuere, ac suꝑ hos Lacon vnꝰ Otriades. Is simulata morte, an noctis sit bñficio seruatꝰ parũ liq̃do tradit. Argiuis vt victoribꝰ pugna digressis Otriades spoliatis hostiũ cadauerib suo noie hic vbi pugnatũ erat tropheũ erigit. Herodotꝰ ĩ castra ab eo spolia sub noctẽ relata significare videtur. Postridie vtriq; ĩstructa acie affuere. Argiui q͏̃ suorũ plures pugnę sup̃fuissent victoriã ad se trahere. Spartani penes suũ bellatorẽ id decꝰ esse argumẽtãtes, q͏̃ Argiuis fugatis solus locũ obtinuisset, spoliaq; ex hostibꝰ vt victor legisset, & q̃d victorũ ꝓpriũ sit, Tropheũ suo noie statuisset. Ex altercatiõe pugna orta est, qua Argiui victi Tyrię possessiõe cesserunt. Attulit ea clades tantã victis indignationẽ, vt legẽ sanxerint, vt tonsis capitibꝰ viri nõ prius capillũ alerẽt, nec mulieres aurũ gestarẽt, q̃ Tyriã recuperassent. Lacedęmonii & ipsi cõtra faciũt, vt iã inde comati agerẽt, quũ ad id tp̃s tonsi fuissent. Otriades q̃ vnus prælio superfuerat, negauit tot viris fortibus, quos socios ĩ pugna habuisset, amissis, oportere se viuere ampliꝰ. Hic itaq; vbi fuerat dimicatũ, parta suis ciuibꝰ victoria sibi mortẽ cõsciuit. & ad Tyriã in hũc maxie modũ pugnatũ reperio.

Arcadiæ situs & montes.

Alexandri venenum.

Audi oraculi ludibrium.

Recens oraculum.

Spartani Orestis ossibus potiuntur.

Spartanorũ & Argiuorũ pugna de Tyria.

Lex Argiuorũ ꝓ Tyria.

Chates per id tēpus late mare obtinuerūt:& Spartani quos Phalāto duce diximus Lacedæmo- ne pfectos,in Italiā delati,Tarētū instaurarūt. Archias corinthius Syracusas in Sicilia cōdidit. Tarenti instauratio.
Is quoq; vt fuit eius seculi stultitia,oraculū secutus cū Acheo₃ manu quoq; Teneatæ magna Archias.
pars fuit Zeneos(agri fuit Corithiaci vic⁹,vbi Oedip⁹ dicit a Polibo nutrit⁹)in Siciliā cursum tenuit.Chersicrate ex Heraclidarū gēte in Corcyrā,cū parte copiarū,i nouā coloniā prius missi so,q Liburnis inde eiectis insulā obtinuit,q̄ tum Scherea dicebat.Archias,Doriēsib⁹ in fortunę societatē circa Zephyriū assumptis,in insulā delatus Syracusas cōdidit.Syracusano₃ opes tan Syracusarū
tū pcedēte tpe creuere,vt cū Carthaginēsiū ducibus sępe in Sicilia pspere dimicarint,magnosq; conditio.
Pœno₃ Atheniēsiūq; exercit⁹ deleuerint.De apparatu & opulētia vrbis in punicis & Romanis rebus referēdis lōgior sermo instituet.Cōditę eodē tpe Catina & Naxus,in eadē insula,vt Eusebius colligit. Strabo Catinā Naxio₃ opus credidit:Naxum a Chalcidēsib⁹ Theocle duce,post huius excidiū cōditū,simul & Doriēses Megarā i eodē insulæ tractu statuisse,quā pri⁹ Hibla dice- Megara olī
ret.Sub id tēpus Miscellus q cū Archia oraculū de cōdēda vrbe Delphis accepit:Iapigibus,vt Hibla.
Ephorus pdidit,inde eiectis,Crotonē in Italia cōdidit. Fuerūt Crotoniatę & ipsi fatis ab initio Crotonis
bellicę rei studiosi,sed plus oīno athletici certaminis,vt vno tpe septē ei⁹ ciuitatis viri Olympi conditio.
co stadio vicerint,vulgatūq; sit prouerbiū,Crotoniatū extremū cętero₃ esse gręco₃ optimum.
In hos annos incidit & Nicomedię cōditio,quā in Astaceno sinu Nicomedes Bithynię rex an- Nicomedia
tiquissimus cōdidit.oēs eius terrę reges olim Nicomedes dicti:vt Ptolemęi q in Ægypto postea regnarūt.Miror Eusebiū persuasum habuisse Nicomediā prius Astacū nominari contigisse. Strabo diuersam ab ea Astacū existimat:cui⁹cōditores Megarēses fuerint.His vrbiū originibus Hierophila Sibylla ęqualis fuit,quę & Samia est a loco cognominata. Varro in libris,quos de rebus diuinis ad Cęsarē scripsit,si vera Lactātius pdidit:decem huius ordinis fœminas relatu dignas iudicauit.Vnā Persidem quæ oīm vetustissima fuerit,cui⁹ Nicanor meminerit,qui res ab Sibyllarum
Alexādro gestas scripsit.Libycā alterā quā in Lamię procemio celebrauit Euripides.Secuta de- nomina.
inceps Delphica.Mox Cumea,cuius Nęuius in bello punico,Piso i annalib⁹,& Chrysippus i libro de rebus diuinis meminerūt.Quintā Apollodorus Erithręus ciuē ait fuisse suā,quæ Grajis ad Troiā tendētibus,Iliū fit vaticinata:Homerūq; dixerit mēdacia scripturū.Sexto Samiā loco reponunt.Celebre eius nomen in Samio₃ annalibus Eratosthenes fuisse pdidit:ppior
illi Amalthea noīe,vel,vt alii tradūt,Demophile,quę Cumis habitauit.Hęc nisi malus dæmon Alii Dei-
verius fuit,ad Tarquiniū regē libros,in quibus erant Romana fata,attulit.Fuit & Hellespontia phobe.
Troiano agro nata Heracliti Pōtici relatu celebris.Nonā Phrygii & ipsam generis Hellespontice subiicit Varro.Nouissimā Tyburtē noīe Albuneā dixit:cui⁹ simulachrū sit postea in Aniene repertū:negat Plini⁹id Sibyllę fuisse:Albuneā(credo)diuersam a Sibylla ratus.Multa fatidicæ fœminę verissimo oraculo vētura cecinere:& in his aliqua de Christi aduētu,quę manifesta deinceps fide sunt cōprobata,certissimusq; rerū demōstrauit euētus:non frustra Ægyptios existimasse mulieri diuinū spiritū appropiquare.Sed illarū oracula suo cōmodius loco sunt referenda:nūc tēpo₃ ordo postulat,vt ab externis reb⁹ad Romanę vrbis incremēta fiat tedit⁹:vbi Nu Numa Pō-
ma Pōpilius ex Curibus Sabinis accersitus,Romulo in regnū successit. Diu anceps certamē te pilius.
nuit ciuitatē,vtrius gentis regē creari oporteret:Sabinis quia post Tatii mortē ab Romulo diu regnatū esset,sui corporis regem fieri oportere cēsentibus,Romanis cōtra nitentibus,peregrinumq; hoiem vulgo aspernātibus,in variis voluntatibus oēs regē volebant libertatis dulcedinē nondū experti.Incessit interim timor alos patrū,ne quis subitus bello₃ motus vrbē sine capite,exercitū sine duce,repēte adoriret.Toto itaq; ordie in.X.decurias diuiso,per vices rēpub.annuo spatio in orbē administrarūt,regia isignia habebat is penes quē totius rei erat summa,id tēpus Interregnū est dictū,atq; inde receptū,vt eiectis etiā regib⁹ea tpis itercapedo,q̄ ciuitas fine summo magistatu esset,Interregnū diceret:Interrex vero is q iterea reipu.pſideret.Annoq; p hęc Interregnū
circūacto negabat ppl'us se id regiminis genus diutius laturū,exaudiri palā voces cērū sibi re- quid sit.
ges p vno ipositos,ni tyrāni veri⁹ dicēdi essent q̄ reges:tollēdū id regimē,aut vi excutiēdū seruitutis iugū.Is ppl'i fremit⁹curā iiecit patrib⁹ psentis administratiōis finiēdę,q vt gratiā apud multitudinē iirēt,vltro illi deferūt,qđ paulopost amissuri videbāt,vt ipsi quē vellēt sibi regē iuberēt,eo₃ iussum ita demū ratū fore,si pres authores facti essent:q̄ res adeo popularis oīb⁹ visa est,vt ne gfa & obsequio victi viderent,patrib⁹ pmiserit,vt ipsi legerēt quē Romæ regnare vellēt. Cęterū qa neutra duarū factionū,q̄ in senatu erāt,alteri cessura videbāt:neq; Sabini Romanū regē fieri,neq; Romani Sabinū,qui tū in curia sederet,laturi essent,vt psens certamen tolleret,co-

decursum est, vt externũ hoiem legeret, q spectata virtute dign⁹ iudicaret q in tãta ciuitate regnaret. Erat tũ in Curibus Sabinis Numa Põpilius, Põponis fili⁹, homo insigni iustitia sapientiaq; lõge maiore, q̃ rudi illo seculo indigenę homini, & ĩ solo patrio agẽti cõtingere debuisset. Quę res veterũ scriptorꝫ quosdã in manifestũ traxit errorẽ: vt q disciplinę sĩlitudinẽ secuti, Pythagorę eũ dedisse operã arbitrati sint, qđ ipm quũ diligẽtiorꝫ cõsensus, tũ tẽporũ ratio ꝑ falso redarguit. Enuero ꝑterq̃ ꝙ Liuius, Dionysi⁹, & Plutarch⁹ diuersi ab illis abeũt, Croto qdẽ ipsa vbi Pythagoras postea philosophat⁹ est, anno tertio decimę septimę Olympiadis cõdita est: qui in primos annos Numę ĩcidit, vt Eusebi⁹ colligit. Pythagoras vero circa qnquagesimã Olympiadẽ in ea Italię parte, q̃ magna est Gręcia nũcupata, studiis pħię claruit: qđ tpis interuallũ annos habet cẽtũ sexagita & amplius: quo sane tpe, Seruius Tullius, q Romanorꝫ regũ vltim⁹ pene fuit, regno potit⁹ est. Celebrẽ igiť viri phamã pres secuti, magno cõsensu eũ regẽ creãt. Missi ex primorib⁹ senat⁹, q cõfestim eũ Romã accerserẽt: hi vbi ad eũ venere, qđ ipsi populoq; Ro. bene verteret, nũciãt, cõi ordinũ cõsensu regẽ creatũ, se ad id missos, vt in vrbẽ ad regnũ capessendũ, si ita libeat, vocarẽt. Multũ diuq; recusasse ferť regnũ vltro delatũ adire, haud ignar⁹ rarũ ĩ publica administratiõe locũ ĩnocẽtię relinqui: patris tñ superũq; hortatiõe & authoritate vict⁹, ex Curib⁹ Romã ꝓfectus est. Fuit eius viri expectatio nihilo minor, q̃ iustitię phama esset. Postea q̃ vrbẽ ĩgressus est, vt erat tũ hoĩm religio, primũ oĩm ĩaugurari placuit. In arce itaq; ad meridiẽ versus cõsedit: augurq; illi lęuus astitit, baculũ hñs enodẽ, aduncũ (Lituũ eũ dixere) dextera regis caput tenebat: tũ tẽplũ certis finib⁹ imaginat⁹, Iuppiter inqt, si fas est hũc Numã Põpiliũ, cuius ego caput teneo, regẽ Romę esse, certa des ꝓcor nobis signa, itra eos fines quos aĩo & oculis cõcepi. Scđm hęc ille verbis pegit, q̃ signa mitti vellet: qbus cõspectis Numa de tẽplo descendit. Tũ rex ab vniuersa multitudine cõsalutatus, ciuitatẽ armis assuetã, velut iterũ cõdere adortus est. De Numæ disciplina haud vna, vt dixi, fuit hoĩm opinio, q veriora secuti videnť, ad tetricã Sabinorꝫ disciplinã id referũt: de quorꝫ vetustate varia sunt lřarũ monumẽtis ad posteros ꝑdita. Dionysi⁹ ĩ Reatina se ait historia legisse, Aborigenes eã terrã, vbi Cures vrbs postea fuit, olim tenuisse, & a Fabidio ex indigena puella & genio quodã nato, id oppidũ cõditũ: Curesq; ab eo, cuius fili⁹ sit credit⁹, noĩasse: vľ a cuspide vt alii opinati sunt, quã Sabini Curim dicerẽt. Zenodot⁹ Trœzeni⁹ Vmbrię indigenas in Reatino agro habitasse credidit: vñ a Pelasgis eiectos eã terram tenuisse ait, in qua Cures postea fuere, seq; ꝑ Vmbris Sabinos noĩasse. Porcius Cato id nomẽ ad Sabinũ quẽdã & ipm Sago seu Pistio terrę genio ꝓcreatũ retulit, tenuisseq; ab ĩitio eã gẽtẽ Testrinã vicũ Amiterno ꝓpiquũ: mox ĩ Reatinũ agrũ irrupisse, Cotinisq; vrbe bello capta Aboriginib⁹ in ea terra cõsedisse, paulatim postea colonis in ꝓxima loca missis, ita illorꝫ fines ꝓpagari cõtigisse: vt ab Occasu. CC. quadragita stadia, nec amplius a Tyrrheno littore distarẽt: totidẽq; ac decẽ ampli⁹ ab Adriaco ad ortũ. Est & alius vulgat⁹ de his sermo: Lacedęmoniorꝫ manũ ꝑ id tẽpus, quo Lycurgus eorꝫ ciuitatẽ legib⁹ & institutis munire est aggressus, seditione orta, ab iis qui legũ seueritatẽ parũ ęquo aĩo ferre poterãt, Laconia excessisse, diuq; postea variis casib⁹ agitati, Lacones vouisse dicunť, se in ea terra in quã primũ egressi essẽt, si ꝑ indigenas liceret, perpetuo mãsuros. Nouissime in Pometinis cãpis quo demũ delati sunt Feroniæ tẽplũ cõdidisse, noĩe ab ęquorea latione facto: mox eorũ quosdã cũ Sabinis habitasse: lõgoq; cõmercio factũ, vt plæraq; Sabinorꝫ ĩstituta sint Laconicis q̃simillima, bellica studia, victus tenuitas, sanctitasq; ac seueritas pene eadẽ. Curib⁹ itaq; Numa natus, patriã primo disciplinã, mox ingeniũ secut⁹, sanctitatẽ vitę in solitudine auxit. Duxerat is vxorẽ Tatiã vnicã Titi Tatii, q cũ Romulo regnauit: a soceroq; sępius Romã accersit⁹, in suo instituto ꝑmansit, sine cura & anxietate vlla, sacros deorũ lucos, prataq; virẽtia, ꝓcul ab oĩ ciuili ambitiõe frequẽs inuisere: ꝑ quæ genii cuiusdã cõmerciũ familiareq; cõgressum adept⁹, diuinarũ est rerũ ꝑitissim⁹ fact⁹. auxit eã opinionẽ posteaq̃ Romã venit, ꝙ quũ mane nihil domi obsoniorꝫ habuisset, vesperi incredibilẽ cœnæ apparatũ, eisdẽ illis, quos mane induxerat, apposuisset. Quib⁹ ĩterꝑtari volebat se suaq;, familiari deæ, quã Ægeriã vocarẽt, curę eẽ. Verũ qua rõne id fieri cõtigerit, illi viderĩt, q hoc ꝑsuasum habuerũt. Mihi vero qñ liberũ est cuiq; ĩ his, q̃ nõ multũ a fabulis distãt, q̃cũq; velit sentire, haud mľto ꝓpiora vero videnť hæc, q̃ de Numa & Ægeria vulgo tradũť, q̃ q̃ de Endymione & Luna, Cephalo & Aurora a poetis sunt tradita. Sed cõmẽtũ id Numę fuit poti⁹, q familiare sibi numẽ finxerit: vt ꝑferocẽ populũ, ad pacis & iustitię cultũ a rei bellicę studiis auerteret: sanctioraq; ĩstituta crederenť, siqua essent numinis cõsilio ĩ hoĩes ꝑfecta, q̃ quę a mortali aliquo ĩ quo haud tãtũ esset authoritatis, qđ & Minos in Creta, & Lycurg⁹ Minoẽ imitat⁹, ac plęriq; alii, vt alio est loco de-

Numa.

Pythagoræ seculum.

Numa rex inaugurať.

Cures vrbs vnde dicta.

Vñ Sabini.

Feroniæ tẽplum.

Numę vita

Ægerię cõgressus.

mõstratũ,fecisse credunt.Nec multũ vt video iter authores constat,Ægeria Musarũ vna fuerit an Nympha quędã ab his diuersa. At siue hoc siue illud fuit,ei⁹ cõgressu, vt multis persuasum est,religione & iustitia qbus beatissimę ciuitates fiũt,Numa rex ciuitatẽ instruere pseuerauit.Ianũ in ima parte Argileti fecit,pacis & belli indicẽ:vt quũ ciuitas in armis esset,pateret id tẽplũ rursus ea pacata clauderet.Locũ hũc ipse clausit,vt p id ciuib⁹& finitimis futurę pacis studiũ idiceret.Cęterũ Hostili⁹ cõfestim Numa defuncto id apuit:nec ampli⁹ q̃ bis deiceps est clausum Marco Attilio,& Tito Manilio cõsulib⁹ iterũ post primũ bellũ punicũ pfectũ. Tertioq̧ Augusto pricipe terra mariq̧ pace parta.Hic ciuilia eũ opa auspicatũ ppius vero est:cui⁹ est opinionis Liuius,q̃ qđ Plutarch⁹ & Dionysius scribũt,q inter nouissima ei⁹ opa Iani reposuerũt:tum qa huic Genio principia Romani ascripsere,& φ ppetuę pacis argumẽta,primo oculis ciuitatis quę ad cultũ religiõis erat traducẽda,obseruari debuerũt. Hęc pacis initia,secuta inde est agri, quẽ Romulus possederat,distributio,qua inopes psenti egestate leuati:nã iis tantũ Numa diuiserat.Inde finitimis ppl'is in amicitiã & societatẽ allectis,rpa cõstituit.Annũ ad cursum lunę in XII.digessit mẽses,quũ Romulus ex decẽ antea cõstituisset:mutatoq̧ mẽsiũ ordine Marti⁹,qui ineũtẽ inchoabat annũ,duob⁹ Ianuario & Februario platis,tertius in ordine est factus. Nec Romulus nouo exẽplo ea mẽsiũ paucitate videt mihi vsus,quũ lõge minorẽ numerũ barbaroꝝ & grecoꝝ quidã iã antea habuissent.Arcades,si Plutarch⁹ ver⁹ est author.quatuor mẽsibus annũ finiuere,sexto Acarnanes,quidã alii trib⁹.Ægyptii & ipsi mẽstruo anno vsi dicunt.Quia igr ad eũ annũ quẽ Numa cõstituebat,tricenos dies singulis mẽsib⁹ luna nõ explebat:deerãtq̧ dies aliquot solido anno,q solstitiali circũagit orbe,mẽsib⁹ iterponẽdis ita dispẽsauit,vt quarto & vigesimo quoq̧ anno,qđ Macrobi⁹ accuratissime colligit,ad metã eandẽ solis,vnde orsi essent,plenis oĩm annoꝝ spatiis dies cõgruerẽt.Fastos deiceps dies fecit & nefastos,qbus nihil cũ populo agi poterãt.Flaminẽ vnũ Ioui creauit,q Dialis est dict⁹:eũ isigni veste curuliq̧ sella excoluit.Duos deinceps adiecit Flamines,Marti vnũ,alterũ Quirino. Plutarchus a Romulo Flamines Ioui & Marti nõ a Numa creatos arbitrat⁹ est.Hos ab isigni,qđ capite gestabãt,quasi Filamines dictos existimãt qdã:alii a pileis,q̃si pilamines. Cęterũ infula,q̃ illoꝝ capitib⁹ sedet,q̃ flama,vt Dionysius scribit,est dicta,his veri⁹ q̃ vox alia,nomẽ fecit. Vestę virgĩes legit.Sacerdotiũ Alba oriũdũ Gigania & Berenia primo captę:mox totidẽ additę Camilla & Tarpea,huic nũero Serui⁹ Tullus duas nouissime adiecit.Hę.X.primos ãnos sacroꝝ ritũ pdiscebãt,totidẽ deĩde opabant sacris,tertio decẽnio,rudis & nup captas istituebãt.Postea vero siqua nubere voluisset,fas erat alterutrũ mallet seq.Cęterũ qñ serũ cõnubiũ secutis male vertit,vulgo ẽ i religiõe pseueratũ.Salariũ his Numa ex publico cõstituit.Perpetua virginitate iterim aliisq̧ cerimoniis venerabiles fecit.Siqua incesti cõuicta esset,ante ora ciuiũ mœsto silẽtio efferebat:viuaq̧ circa Collinã portã in subterraneũ specũ demissa,tellureq̧ supingesta necari.Id supplicii gen⁹ fuerit rũ primũ delinquẽtib⁹ irrogatũ,an in eã postea q primo incesti dãnata est,haud facile dixerim.Quid pter ppetuũ ignẽ custodirẽt,authores quos seqmur,parũ explicãt:vn⁹ oĩm Dionysi⁹ partẽ sacroꝝ,quæ Dardanus ex Samothracia in Phrygiã vexit:& ex Ilio Æneas in Italiã, fuisse suspicari videtur. Adiiciũt & Palladiũ,qđ Metellus põtifex ex flagrãti æde nõ sine oculoꝝ clade eripuit:sed quũ cętera i occulto sint,φ sacrat⁹ ignis custodiret,haud ambigit qsq̃.Is si vestaliũ icuria extinctus esset,custos flagro a põtifice maxio adhibebat.Multa alioqui i vestalib⁹ sanctitas,quippe q̃ fortuito occursu supplicio sontẽ eximerẽt. Vestę ędes quã Tellurẽ vulgo interpetati,pene sphęrica fuit forma cõstituta,ad imas Palatii ptes,quę regio est Capitolio obuersa. Gradiuo Marti.XII. sacrauit Salios:hi mẽse q ab eo nomẽ traxit,plures dies celebrib⁹ locis vrbis,solẽne ducebãt tripudiũ,tunica versicolori tegmine puniceo distĩcto amicti,Trabeã id genus vestis Dionysius vocat,ęneo balteo,& gladio succincti,dextera lãceã virgãve gestabant,lęua Thraciã ex ære peltã. Romani id Ancile vocãt, altiorib⁹ pileis,& in conũ erectib⁹,capita insigniebãt.Nihil ab his diuersos fuisse,Dionysius opinatus est,quos Gręci Curetas dixere. Romani suos a solẽni saltatione Salios noiarũt:nã φ a Salo Mãtineo,aut Samothrace viro sint dicti,qđ quidã suspicati sunt, eã Plutarchus opinionẽ vt vanã repudiauit.Idem nũc Agonales,nũc Collini dicti.Quę de Salioꝝ ancilibus Gręci & Latini scriptores memorãt, haud multũ a fabula distare credũtur. Peltam vnã æneam,ad cuius similitudinẽ vndecim alias regis iussu Mamurius mira arte fabrefecit,in Numæ regia repertã:quia eam nemo intulisset,e cælo in sæuientis pestis remedium delapsam vulgo crediderunt.Nec minus fabulosum,φ alii eam leuiter aiunt e cælo labentẽ in Numæ regis manus concidisse,ac tum miranda quędã fata vrbi per eam importari Ægerię ora-

Iani tẽplũ conditur.

Ter Ianus clausus.

Annoꝝ ratio diuersa.

Numæ annus.

Fasti dies.

Vñ flamines dicti.

Quę sacra vestales obseruarent.

Salii & Curetes siles.

Anciliorũ ratio.

culo cognitū. Qua religione animis iniecta, ingens cura Numā & patres incessit, cœlestis illius perpetuo asseruādę: quę res effecit vt plures inter se siles, multa sint arte fabrefactę, ne quę fatalis fuit, hūana fraude interciperet. Pōtifex est deinceps ab eo creatus Marti9 Marci fili9, vir patricius, cuius potestati oīa sacrorꝝ iura subiecit. Quib9 hostiis, qbus dieb9, ad quę tēpla sacra fieri oporteret formula edocuit. Si pōtifex a refectiōe pontis est dict9, vt Varroni & aliis placuisse video, qa pons tum nullus vtiq; fuit, q refici potuerit (cōstat em̄ post Numę tpa ab Anco Martio pontē primo Tyberi impositū) diuersa appellatiōe ab initio vocatum credere par est. Nec me praeterit fuisse, q a vetustissima sacrorꝝ ratione quę ad pontes fierēt, id nomē ab initio factum crederēt, quę opinio pari rōne refellit. Interiecti sunt tot sacris ordinib9 Feciales: his ea est cura tradita, vt Romani nullū iniuste bellū inferrēt cuiq;. Gnęus Gelli9 annaliū scriptor, id ab Ardeatibus prodidit acceptū. Alii ab Equiculorū gēte arbitrati sunt. Satis cōstat Numā bellū Fidenatibus indictur ū ob excursiōes ī Romanū agrū factas, ne nō oīa rite fierēt feciale ius & collegiū postremo cōstituisse. Hi siqua p iniuriā Romanis adēpta essent, res ablatas ab hoste repetebāt: q̄ si non redditę essent, bellū cōposito ad id carmine indicebāt. Pari potestate sontes res iuste repetētibus ad suppliciū dabāt, legatorꝝ iiurias vindicabāt: hi quę pia in fœderib9 essent tueri, sancire pacē: eādē si min9 legitime pacta esset, irritā habere: siqd Imperator aut exercit9 cōtra publicū iusiurandū deliquisset, scelus expiare. Et hęc Numa multa religione sanxit, quę oīa vt rite fierēt, Regiam sibi Vestę ꝓximā cōdidit, vt cōmodi9 rerū sacrarū speculationi imineret. Adiiciunt quędā fabulari historię similia. Faunū & Picū ab eo in Auētini parte magica ope captos, quū mons pomœrio esset tēpestate illa exclusus, vt fuit semp. At si q fuere, malos fuisse dęmōes affirmare ęquū sit, qui se ea forma illi vinciēdos obtulerint, vt supstitiosum regē, cū numeroso pplo densissimis errorū tenebris īmergerēt. Nā qd magis alienū a pietate credi potest, q̄ numē aliqd magicis posse artibus violari, aut ꝙ dęmones ipsi mōstrasse tradunt e cælo Iouē elici, aut fulmina ab eo impetrari, impetrata cæparū crinib9 & menadib9 pisciculis expiari: quo noīe Elicio Ioui in eo colle, receptę vanitatis argumēto, ara cōdita est. Quę sequunt maiore excusatiōe digna, ꝙ numē adoraturos circūagi oportere docuit, diis nō libādū vino ex vitib9 nō putatis, neq; sacra vlla nisi farina adhiberet ꝑpetrāda. Adiecit & Diis Manib9 sacra cū Libitinę ara, siue Proserpina ea fuerit, vt multis ꝑsuasum est, siue Ven9. Puerū trimo minorē lugeri vetuit, neq; natu grādiorē plures mēses lugēdū cēsuit, q̄ vixisset annos. Tēpus lōgissimi luctus in. X. mēses extēdit. His sacris ciuilibusq; institutis ciuitate instructa, tāta rerum animorūq; facta est mutatio, vt pristinus ille vigor Martius, quē rudis ppl'us sub Romulo imbiberat, in religionē & iustitiā versus, multo ab ea quę ab initio ꝑcepta fuerat, diuersam vitę inuenerit rationē. Oīs de pietate & religiōe erat sermo: duplex oīno hoīm animis hęrebat cult9: sacrorꝝ hic, ille agrorꝝ, quos certis finib9 vt meli9 oīa ciuibus cōstarēt, rex terminauit: Termino æde & ara positis, qui pacis esset & iustitiæ arbiter. Talis rerū stat9 nō solū ad mores valuit, sed ad tutelā etiā ciuitatis. Finitimi qui nō vrbē, sed castra in medio posita ad sollicitādā ꝑpinquarū gentiū pacē ab initio arbitrabant: ob idq; Romanū nomen infense oderāt, in eā deducti sunt verecundiā: vt sacrificulā vrbē, nō aliter q̄ templū quodda violare nefas existimarēt. Rex ipse ita ex sola religione pendere, vt hostiū accessu temere nūciato, subridēs respōderit. At ego sacrifico. Fuit & illud īgenii lōge ī posterū ꝑspiciētis, quū noue ciuitatis corpus velut ī duas abiret factiōes: quoniā Sabini alii, alii Romani noīarent: ne qua ex ea re discordia oriri posset, populū in diuersa distribuit collegia. Tibicinū, artificū, architectorū, infectorꝝ, sutorꝝ, coriariorꝝ, fabrorꝝ, figulorꝝ, & ex variarū artiū opificib9 cōtractis vnum oīm nouissimū, sua singulis sacra, venerationesq; diis reddēdas distribuit. Cōsociati p hæc diuersarū gentiū animi, mutuo inter se studio & beneuolētia coaluere. Talis fuit ciuitas, quā Numa moribus multiplicíq; sacrorꝝ cultu instituit, quū tris & quadraginta regnasset annos, iam octogenarius vita decessit. De liberis eius & vxorib9 variāt oīno rerū scriptores. Fuerūt qui vnā illi Tatiā nupsisse tradāt: ex qua mox illi Pōpilia orta; quatuor ꝑterea virilis stirpis liberi, Pin9, Calp9, Mamercus, & quē Pōponē noīauit: vnde Pomponii fuerint, Pinarii, Calpurnii, & Mamerci. Plures id totū p mēdacio reiiciūt, indubitato vnius familię argumēto, ꝙ Pinaria domus iā inde ab Herculis in Italiā aduētu aliquot ętates ante vrbem cōditā sub Euandro circa Palatiū celebris fuit. Nec Pōpiliā, de qua iter oēs cōuenit, ex Tatia, sed ex Lucretia quā regnū adeptus sibi matrimonio iūxit quidam, genitā dixere, ea Martio nupsit, qui in noui regis creatione suffragiis a Tullo Hostilio superatus, sibi mortem consciuit. Cæterum rem a patre infeliciter tentatā Ancus Martius vno dūtaxat rege interiecto, omnium ordinū studio est & fauore consecutus.

Vnde pontifex.

Feciales.

Faunus & Picus.


Lugendi ratio.

Romanę vrbis religio.

Collegiorū īstitutio.

De Numæ liberis.

MARCI ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIÆ HISTORIARVM AB ORBE CONDITO, ENNEADIS SECVNDÆ, LIBER QVARTVS.



VMA REM Ro. tenēte Athenis Absander mox & Erixias qui ei suc cessit, rerū potiri sunt, quib9 tpib9, mutata regiminis forma, nouē sunt principes in ea vrbe annua potestate cōstituti, q reipublicę pſiderent. In Macedonia Argeus regnū tenuit: huic Perdicas pater moriēs ostē derat locū, quo se & posteros reges vita defunctos cōdi oporteret, prę fatus tā diu regnū in gēte mãsurū, quoad Macedonū regū ibi corpo ra cōderētur: eaq̧ supstitione multis psuasum scio, extinctā in Alexā dro stirpē, qa sepulchri locū mutauerit. Fuit itaq̧ his æqualis Gyges in Lydia, in Phrygib9 Mydas Gordii fili9, q tauri sanguine epoto ex tinctus est. In Ægypto Merres, Æthiops Dinastes. Manasses Ezechiæ filius in Palęstina, q a patre Hierosolymorū regnū acceperat: is neglecto patrię religionis ritu a ma iorib9 tradito, tēplū pphanauit: sacerdotes ad hęc, & q in antiqua adhuc pietate pstabãt, cru de liter insectatus, impiū scelus, turpi seruitute expiauit: quippe q medio sui furoris cursu, Assyriis armis petitus maiore regni parte hostiliter populata, ipse dolo capt9, multa cū ignominia apud hostē aliquādiu fuit, tū palā testat9 se meritas suę impietatis pœnas luere, pœnitētiā egit, fauo req̧ numinis gemitu & lachrymis reuocato, ab hoste impetrauit, vt in paternū regnū remitte retur. Fuit clades illa regi & aliis documento, nihil nisi pręsens numen adsit, esse homini in vita tutū. Mutata igit̃ vitæ ratione oēm operā & studiū in religione collocauit: veteri sacrorū ritu instaurato, ex Mosis instituto sacris opabatur. Populus regis studiū secut9, nihil cedebat illi pie tate. Nec his opib9 cōtētus, muros vrbis & turres, maiore aliquāto apparatu, q̃ ab initio fuis sent, refecit: firmauitq̧ haud vno loco pſidia: egitq̧ reliquū vitę, pſperrimo rerū cursu, incolumi pacatoq̧ regno, quinq̧ annos & qnquaginta rex fuit: moriēs Ammoni filio regiminis habenas tradidit. Per hec tēpora Gelas in Sicilia condita est, & in Pāphilia Phaselis. Herodot9 Phaselim, Rhodū, Gnidū, & Halicarnassum Doricas esse ciuitates credidit. Est & Cyzicus in Propōtide, a Thessalis, & circa Thraciū Bosphorū in ora Asię Chalcedon a Megarēsib9 ędificata, loco satis importuno: ob idq̧ Apollinis oraculo, cōditores ipsi cęci iudicati sunt. Halicarnasseus Diony sius Leostratū p hęc tpa Athenis regnasse significat: qbus Hostilius Romæ rex est creat9. Cæte rū Eusebi9 Oligarchiā ait hoc tpe Athenis inductā, de qua in frōte huius voluminis est memo ratū. Hipponax Ephesi9 author carminis, & Niceps os Mathematic9 p idē tps claruere. Glauc9 Chi9 his ęqualis fuit, aliqd ex eo nois adept9, q ferri glutiniū, vt Eusebi9 scribit, cōmēt9 sit. Fuit & Scythes Lydus Aristotelis testimonio ad posteros isignis, qui diuerso tpe æs cōflare docuit: etsi Theophrast9 Delā phrygiū hoiem ei9 rei credidit authorē. Lesbū hac tēpestate maris sunt impe riū adepti, Carib9 ademptū: qđ semel quęsitū annos octo & sexaginta obtinuere. Talis erat alibi rerū stat9, quū Romę pplus Tullū Hostiliū regnare iussit: habuit is auū Hostiliū, q sub arce a Sa binis capta, quū pricẽps pugnā cieret, ict9 occubuit. Ex Medulia ille, quā ab Albanis cōditā Ro mulus fecit coloniā, per id tēpus quo vrbs ipsa cōdebat̃ Romā venit: duxitq̧ vxorē Seruiliam Sabinarū vnā, nobili loco ortā, quæ legationis ad patres qui arcē tenebāt, mittēdę cęteris popu larib9 fuit author. Ex Seruilia igit̃ & Hostilio Tulli regis est pater ortus. Ipse feroci vir īgenio, nec minus q̃ Romulus bellicoso, ætas ad hæc auitaq̧ gloria animū ad bellica studia excitabat. Optare igit̃ noui alicuius belli sibi occasionē dari, indignū ratus ciuitatē ocio senescere. Cæte rū cū nouādis rebus materia quęret̃, pene vltro se obtulit: interim vero agrū, quē Romulus pri mo, mox & Numa possederat, egenis ciuib9 diuisit: qđ ad animorū cōciliationē nō parū valuit. Est & Cœliū collē muro cōplexus, vbi regiā sibi quo lucus frequēti9 coleret̃ optauit sedē. Belli causa ex finitimorū inuidia Romano orta est: petit id vitium semp sublimia, vt ignis: estq̧ vt ve re dicit̃, cęcū: qppe quū alienos nitit̃ successus corrūpere, in suā sępe cladē pręceps ruit. Regna bat Albę C. Ciuilius: sunt q Cęliū scribāt, alii Cetiū. Ferebat is iniquo aīo rem Romanā in dies augeri: q quū impar īuidiæ esset, nec satis posset vitio tēperare, discordiæ causam inter cogna tas vrbes quęritās, Albanorū egētissimis, & in primis facinorosis, author extitit, vt Romanos fi nes latrocinio infestarēt, impunitatē facti pollicit9. Romani & ipsi tali iniuria instructi, inuicem ex Albano agro prędā agere, latronū etiā quibusdā interfectis. Eam serendi belli occasionē Ciui lius nactus, populū ad cōcionē vocat: Romanorū vim in Albanos, atrocitate verborum auget: quos vt facilius ad vltionē impelleret, saucios quosdā ex his qui fuerūt in agris itercepti, in cō

Regnorum collatio.

Manasses.

Manasses capitur.

Mutat vitā Manasses.

Conditio plurium vrbium.

Viri illustres.

Tullus Hostilius.

Origo Albani belli.

ſpectũ dedit:magno qdẽ aĩoꝝ motu res audita eſt,ſed nihil priꝰ moueri placuit,q̃ ab Romanis

Legati Albam.

repetitę res eſſent.Miſſi itaq; ad hoc ip̃m legati Romã.Tullus haud ignarꝰ ad qd veniſſent,cõfe‑ſtim ire iubet Albã,q & ipſi res priꝰ ibi,q̃ Romę rñſum vllũ Albanis daret̃, publice repoſcerẽt:

Hoſtilii ars ĩ legatis decipiendis.

ipſe iterim comiter eos,q ad ſe venerãt,cõplexꝰ,regio cõuiuio adhibet,quo p varias voluptates diſtracto ab negocio de ĩduſtria remorat̃.Qui Albã ire iuſſi fuerãt iterim mãdata pagũt. Certũ habuit Hoſtiliꝰ fore,vt Albani res nõ redderẽt.Sicq; p̃ſentis belli culpã penes eos fore,q priꝰ poſtulata nõ feciſſent.In foedere qd Romulus cũ Albanis ſanxit,diſerte fuerat exp̃ſſum,vt neutra ciuitatũ bellũ ĩchoaret,atq; vtra ſe lęſam aliqñ q̃reret̃,ab ĩiurię authoribꝰ iuſta recipet. Q; ſi nõ redderent̃,tũ neceſſario ruptis foederibꝰ indiceret̃ bellũ.Ne igit̃ priores Ro.res nõ reddidiſſe vider̃et̃,fierẽtq; ob id ip̃m Albanis obnoxii,cõuiuii ſpecie legatos tãdiu eſt rex Rõanus ludificatꝰ, quoad ſui res Albę repetiſſe credi potuerũt,bellũq; nõ reddẽtibꝰ ĩdixiſſe.Tũ legatis dicẽdi poteſtate facta,inde exorſi ſunt,vt ĩuitos dicerẽt ſe ea afferre,q̃ Regi & populo Romano minꝰ eſſent placitura,res repetitũ ſe veniſſe,ac ni reddant̃ bellũ indicere iuſſos.Tũ Tullus,ite inq̃t,regiq; veſtro renũciate Ro.regẽ deos facere teſtes,orareq;,vt vter prior populꝰ alteriꝰ legatos aſpernatꝰ

Ro.Regis denũciatio.

dimiſerit,ĩ eũ oẽs ĩminẽtis belli clades verterẽt.Reſq; ad bellũ iã haud dubie ſpectabãt,parabã‑turq; vtriq; arma ſumma ope,miſerabiliſq; iter cognatos futura erat dimicatio.Ab Troia Lauiniũ,ex Lauinio Alba,ab Albanis regibꝰ vrbis cõditores oriũdi.Leniit belli atrocitatẽ mitior terũ exitꝰ,neq; eñ acie eſt dimicatũ,ſed paucis vtriq; amiſſis,ex duabꝰ vna facta eſt ciuitas.Occupãt Albani bellũ facere,eductiſq; copiis quadragita ab vrbe ſtadia caſtra locãt.Locꝰ vbi primũ Alba‑

Foſſa Ciuilia.

nus cõſedit Ciuilia ſeu Cęlia eſt foſſa dicta. Vetuſtas cũ re nomẽ aboleuit. Romani & ipſi haud pcul inde locũ caſtris cepere,actiq; ſũt aliquot dies vtriq; ſine p̃lio.Morit̃ iterim Ciuiliꝰ:fuitq;

Morit̃ Ciuilius.

eiꝰ mors eo mirabilior,q neq; morbo eſt extinctꝰ,neq; veneno,neq; alteriꝰ ĩiurię ſigno ĩ eiꝰ cor‑pore exiſtẽte.Perſuaſũ ſcio multis ira numinis eũ ĩteriiſſe,q author ab ĩitio fuiſſet belli ĩter co‑gnatas vrbes ſerẽdi. Nõ defuerũt q p aduerſę factiõis viros,eũ nocturna vi necatũ interp̃tarent̃: qdã moerore & anxietate cõfectũ arbitrati ſunt,q parũ p̃ſpere res Albana a ſe mota videret̃.In

Metius Suffetius.

demortui locũ Albani Metiũ Suffetiũ dictatorẽ creãt,virũ neq; bello idoneũ,neq; pacis firmũ cuſtodẽ.Tullꝰ Ciuilii morte ferocior factꝰ,p̃ter hoſtiũ vallũ ducẽs,ĩ Albanũ agrũ caſtra trãſtu‑lit:ea res hoſtẽ coegit locũ caſtris mutare.Sublatis ſignis,Romani agminis veſtigia ſecutꝰ,ĩ pxi‑

Fidenatiũ conſilium.

mo Hoſtilianis caſtris loco cõſedit.Fidenates iterea & Veiẽtes ĩter ſe occulta cõſilia agitabant, vtriuſq; exercitꝰ p occaſionẽ pdẽdi.Inſidiarũ rõ talis erat,vt vbi hi Romanos Albanoſq; acie cõ‑greſſos ſenſiſſent(coiuerãt eñ Fidenas,eratq; inde via ĩ caſtra triũ horarũ) tã victũ exercitũ,q̃ victorẽ ĩuaderẽt:tũ vero vtriſq; victis victoribuſq; occidione cęſis, caſtra diriperẽt,ipſiq; ĩter ſe rerũ potirent̃. Cęterũ Ciuilio nõ litãte pugna in plures eſt dies diſtracta.Interim Fidenatis ho‑ſpitis lr̃is de duoꝝ populoꝝ pditiõe certior factꝰ,tã hoſtiũ q̃ pprio periculo motus,mittit qui Hoſtilio dicerẽt,colloquio opꝰ eſſe priuſq̃ in pugnã deſcẽderẽt. Ambo igit̃ in vnũ cõgreſſi,ita

Verba Metii ad Hoſtilium.

Metius Romanũ eſt regẽ affatꝰ.Res inq̃t Tulle p ĩiuriã ablatę,atq; a vobis vt cõpertũ habeo re‑petitę,nec redditę,regẽ noſtrũ Ciuiliũ nup ad arma cõpulerũt:nec vereor,quin eãdẽ ipſe quoq; prę te feras belli cauſã:ſed ſi vera magis q̃ ſpecioſa dictu fari libet,ĩperii cupido vtroſq; ad arma ſtimulat:q̃ vera ne ſint an falſa illi rectiꝰ iudicabũt,q belli huiꝰ authores extitere.Ego vt te arbitror nõ ignorare,inchoatũ bellũ ſuſcepi,in demortui ducis locũ ſubſtitutꝰ. Et quia viribꝰ,auxiliis,cõmeatu abũdamus,bellũ ſemel ſuſceptũ,ſtudio exequi certus erã:fuitq; vt vere dicã,mihi aĩus ab ĩitio acie cõfligere,vt de ſumma rei ĩter vtrũq; populũ armis decerneret̃.Cęterũ multis variiſq; pdigiis tetritꝰ,vel in primis q de euentu rei maxime ſollicitꝰ erã,extis ſępius arę admotis nũq̃ litare potui,pręlio abſtinui:nec interim deſperabã fieri poſſe,vt aliqua pacis mentio in‑cideret,verbaq; de ea re inde primo mouerẽtur,vnde minus pia ſtaret cauſa. Eteñ quid magis

Iuſta Suffetii exprobratio.

impiũ,deteſtabiliuſq; cõmitti potuit,q̃ parẽtẽ vrbẽ a filia oppugnari!vrbis veſtrę Alba ẽ mater vos Tulle Albani coloni,q̃bus ſiue vincere cõtigerit,ſiue victi eritis,fortuna eñ nõ mutat cauſam,ĩexpiabili ſcelere polluemini.Oportuit pinde iſtic primũ de pace ſermonẽ ĩferri,ĩiuriarũq; ſatiſfactionẽ pficiſci,vt grati in eos videremini,q̃bus oĩa debetis:ſed eo humana temeritas pceſſit,vt vis nõ iura in bello ſpectẽtur:nec qd deceat curat quiſq̃,ſed qd libeat:neq; pcul vt video abeſt qn ſcelꝰ p pietate habeat̃,latrociniũ p iuſtitia. Expectabã ego etſi fruſtra,expectaui tñ vt vnde oportuit prima cõponẽdę pacis mẽtio moueret̃, quũ p Fidenatẽ hoſpitẽ reſciui ĩter ſuos populares & Veientes inita eſſe cõſilia,vt quũ audiuerint nos prælio cõgreſſos,alterũq; aciem profligatã,tũ victorẽ exercitũ,victũq; recẽtes adorti,feſſos trucidẽt,atq; ita tpis momẽto Alba‑

nisi Romanumque nomē teterrima strage extinguāt. Hæc ille. Quib9 vt maior fides fieret, lr̃as ad se ex Fidenis missas regi recitari iussit: mox iterū exorsus, Perieram9 inqt Tulle, nisi vtriusque populi alteriusve fortuna pmisisset: vt nefaria vicinarū vrbiū cōsilia satis opportune ad nos delata eēnt. Nūc qa res nr̃ę curę sunt diis, vt video: age & hic corā īter nos de pace agam9: Aut si pn̄ti liber tate nō cōtēti sum9, in dubiāque īperii seruitiique aleā, siue fato, siue ęmulatione tuim9, ineamus viā aliquā, qua sine maiore clade, vtri nostrū alteris īpērēt, decernam9, prudētes viros imitati, q ī an cipiti cōsilio, tutiora malūt. Siqua pterea incōmoda adeūda sint: min9 noxia eligūt. Hęc Alban9 dictator. Ad ea Tullus: neque mihi inqt Suffeti, neque meorum cuiq̃ dubiū fuit: qn pessimo detestabi lique exēplo in vos arma inducerem9, si spōte & nō iniuria a nobis pfecta cōtigisset id fieri, q̄q̄ sic quoque pudor qdā tacitaque, vt sic dicā, religio man9 ab initio deuixerat: vt in pugnā & cędē nō prius irem9, q̄ deorum volūtatē in eo exploratā haberem9: q quoties cōsulti sunt, pliū ab his inire phibiti sumus. Nec duorum interī populorum pfidia nō nobis spectata fuit: de qua & ipe nō multo antea q̄dā p amicos cognouerā, cupiebāque ob id maxime pſens bellū sine maiore clade dissolui. Verūenimuero indignum arbitrabar eos, qbus iusta pri9 negata essent, quasi min9 iniuriā vlcisci possent: priorē de pace sermonē inferre, rat9 id ad eos ptinere, q bellū priores occupassent, q̄q̄ in eo nihil habeo, qd̄ te maiorē in modū accusem, discordię hui9 author fuit Ciuili9. Is prior arma intulit, idē meritas sui sceleris expēdit pœnas. Tollat (quādo id certamē neque dii, neque hoīes pro bāt) oīs veterū offensarū recordatio, nec tm̄ Suffeti q̄ramus, qua ratione pn̄s odiū & certamen finiam9: sed quonā modo oīs futuri belli in posterū materia tollat, puidēdū arbitror: nā qd̄ ad fu turā cōcordiā attinet: satis firmā pacē habituri essem9, si vos Albani nr̄ę fortunę & successibus nō īuideretis, sed decori poti9 & ornamēto duceretis: q ii q a vobis oriūdi sint, rei bellicę gloria & religione, lōge inter finitimos pollcāt: neque em̄ qd̄ sciā in re vlla a nobis læsi estis, cur vos Ro manis iratos esse oporteat: sed idcirco odistis, qa in maiore phama & celebritate sum9. Quę quū vera sint, vt Roman9 semp Albanū suspectū habeat, necesse est: caueatque vt hostē: eoque intētius, quo satis cōstat, nihil esse efficaci9 ad nocēdū, q̄ occultū inimicū: neque amic9 fieri pōt, q inuidet, vnū Suffeti praui hui9 affectus remediū fore arbitror: vt q̄ in aliis hoīes mirant, ne inuidiæ sti muli subeāt, sua ducāt non aliena, qd̄ ipm facile eueniet, si Albani populariter, aut eorum plurimi Romā ī cōmunē fortunarū possessionē demigrēt, id fœdus, hęc societas, & certa & ppetua erit, vel si hęc min9 placēt, in id discrimē, qd̄ de summa īperii pposuisti descēdēdū. Hęc em̄ vna aut nulla alia, ad stabilē & māsurā pacē, via relicta est: nā fœderū & pacis cōditiones neque firmę sunt neque diuturnę: vbi plus inuidia valet q̄ ratio, plus odiū q̄ iura. Aut vi igit opus est, aut volūta te, ne officiū deserat. Petiit Suffetius: vt ad primores Albanorum q aderāt, de Tulli postulatis bre uiter referre liceret: reque ab oībus reiecta, quū de certaminis ratione inter duces agitaret, Tullus a q̄paucissimis dimicādū cēsebat, ipseque aīo & viribus fretus, paratus erat p patria in oīne armo rum certamē descēdere: Suffetiū hortatus vt ipse idē faceret, æquū esse dictitās valdeque honori ficū, duces & īperatores ipsos, de suorum cōmodis disceptare: nec deerāt illustriū virorum exempla, qbus ille Albanū in sententiā traheret. Verū pbare ea Suffetius, rem tamē maiorem arbitrari, q̄ q̄ duob9 viris cōmittenda esset: pluribus opus esse pdicabat, q in tā arduā dimicationē, pro pa tria descēderent. Vt terni igit vtrinque cōcurrerent visum est: vel q is numerus in oīni re pfectus haberet, vel qd̄ ppius vero est, quia tergemini fratres in vtrisque castris essent, viri fortissimi: & ad oīne facinus parati. Erant hi ex duabus Seduinii Albani filiab9 vno partu nati: earū altera Ro mę Horatio: altera Curiatio Albę nupserat: vterque parēs fœcundū vxoris puerperiū, vt sibi pa triæque psperū, diligenti cura educauerat. Scio mirū videri posse ac fabulæ pximū legētibus, vno tēpore duabus ppinquis vrbibus, imo castris, Tergeminos fratres repertos. Sed rei hui9 Diony sius & Liuius sunt authores: astipulaturque his Plini9: Trogus author grauissimus septenos pdi dit in Ægypto natos. Iam & illud memorię proditū est mulierē in Pelopōneso quatergeminos enixā: & extremis Augusti principis tēporibus, Faustā e plebe fœminā Hostiæ vno nixu gemi nos mares, totidēque alterius sexus peperisse liberos. Cū tergeminis dux vterque suis egit, vt p pa tria vellent dimicare: monstrātes nullū esse maius in humanis vinculū, nullā maiorē necessitudi nem, q̄ q̄ mortalibus cū patria est: ibi libertas, ibi imperiū futurū docent, vnde victoria statura esset. Nec multa op9 fuit hortatione: vtrique em̄ cupiditate laudis, seu patrię charitate seu vtraque re potiusp, se oīne parati erāt discrimē adire: nihil ergo recusantibus, tēpus & locus pugnę ca pitur. Priusq̄ igit cōfligerent, fœdus inter reges his legibus est ictū: vt cui9 populi bellatores eo certamie vicissent: is alteri ex fœdere īperaret. Fœdera alia aliis legib9 fiebāt. Cęterū vna feriēdi

Rectū Metii cōsilium

Hostilii oratio ad Metium.

Peroratio.

Tergemini Horatii. Curiatii.

Feriēdi fœderis ratio.

ratio fuit oībus,q vni⁹ pfationis nouit carmē oīm nouit.Liui⁹ fœderis hui⁹ vt vetustissimi,formā disertte posuit:cui⁹ nō vim solū,sed & verba,ne qd varieť, visum est referre.Fœcialis inquit Tullū regē ita rogauit.Iubes ne me rex cū pre p̄rato populi Albani fœdus ferire? Iubēte rege sagmina īqt,te rex posco.Rex ait purā tollito.Fecialis ex arce graminis hęrbā purā attulit.Postea regē īterrogauit.Rex facis ne me regiū nūciū populiq̧ Ro.Quiritiū vasa comitesq̧ meos? rñdit rex.Qđ sine fraude mea pplīq̧ Ro.Quiritiū fiat,facio.Erat tū Fecialis.M.Valerius,patrē p̄ratū Sp.Fusiū fecit,verbena caput capillosq̧ tāgēs,flebat pr̄ p̄ratus ad iusiurādū patrandum.i.sanciēdū fœdus,multisq̧ id verbis pagit,q̄ lōgo effata carmine,haud opęprecium est referre:legib⁹ dein recitatis.Audi inqt Iuppiter,audi pr̄ p̄rate populi Albani,audi tu popul⁹ Albanus,vt illa palā prima,postrema ve ex illis tabulis cera ve recitata sunt,sine dolo malo vtriq̧ ea hic hodie rectissime ītellecta sunt.Illis legib⁹ popul⁹ Ro.prior nō deficiet,si prior defecerit publico cōsilio, dolo malo,tu illo die Iuppiter populū Ro.sic ferito:vt ego hodie hūc porcū feriā.Vbi id dixit,porcum silice pcussit.Eodē carmine pr̄ p̄ratus Alban⁹ & ipse vsus est. Fœdereq̧ in hūc modū icto, tergemini sumptis armis ī ęquū descēdūt,vtriq̧ suos pugnatores cūcteis hortanť,ac spargūt floribus fœlices ire iubēt,fortiter ꝑ p̄ria,ꝑ penatib⁹,ꝑ ciuib⁹ dimicare,qbus hortationib⁹ suopte īgenio feroces iuuenes,ferociores adhuc facti,īter duas pcedūt acies.Cōsederāt ꝑ castris,aduersi exercitus,nō tā p̄sitis pugnę periculo,q̄ cura libertatis,q̄ in discrimine erat,solliciti.Videbāt in paucoꝝ virtute fortunā vtriusq̧ populi sitā.Erecti igiť suspēsiq̧,in spectaculū minime gratum oculos defigūt.Illi vbi in vnū coiuerē:nā quatuor circiter soli stadia fuerāt in medio relicta,cū lachrymis,priusq̄ cōcurrerēt,sese cōplexi,miserabile spectaculū suoꝝ oculis pbuere. Ex miseratione idignatio orta,& fremitus ī reges,q quū alia rōne potuissent,cōsanguineas ī se dexteras cōmisissent.Hęc q spectabāt.Iuuenes ipsi ferociter cōgressi aliquādiu,erāt eñ armis oppido īstructi,corporib⁹ nōdū violatis ancipitē pugnā traxere.Tū demū arctius dimicātes,Horatioꝝ maximus natu,letali circa īguē vulnere accepto concidit,viderunt sui eū cadētē,pculitq̧ casus ipe Romanoꝝ aīos.Cōtra Albani clamore & lętitia exultare.Tū vero Horatioꝝ alter eo aduolans breuiorē fecit eā hostib⁹ lętitiā:qppe q iacēti fratri incubātē adhuc Curiatiū adortus,repetitis ictib⁹,gladioq̧ in iugulū defixo ꝓstrauit.Tū ęquata iterū fortuna par metus spesq̧ vtrinq̧ erat. Nulla vnq̄ dimicatio plures est ī paucis vices expta.Reflās nāq̧ Horatiis aduersa aura cū alterius casu,qcqd spei ad id Romani aluerāt,depssit,ꝑ interscapiliū huic Curiati⁹ gladiū ī viscera adegerat,quū ipse secto poplite vix vestigio cōsisteret.Tū cęteri Albani intacti adhuc Romanū circūsistūt,suoꝝ fauore & hortatione cōnixi:hic Horati⁹,q īpar duob⁹ erat,priusq̄ a tergo circūueniret,vt pugnā segregaret,capessit fugā.Romanis mœstū erat silentiū,& iā aliquātū spatii ab eo loco,vbi pugnatū erat,fuerat Horati⁹ emēsus,quū repēte & p̄ter spē oīm ī hostes,q paribus pene īteruallis seqbanť,cōuersus,q pxim⁹ aderat magno aīo venientē excipit,ac dū Albani alteri inclamāt,vt mature ferret opē fratri,iā Horati⁹ cęso hoste aīo & virib⁹ maior reliquū petebat.Tū ex insperato clamor & qualis ex subito successu oriri solet Romanū adiuuat militē,q pari successu p̄lio defunct⁹,tertiū Curiatiū obtrūcat.Liui⁹ p̄io cōgressu duos ait Horatios cōcidisse,trib⁹ Curiatiis vulneratis,ibiq̧ simulata fuga,q Horatioꝝ reliqu⁹ fuit,pugnā secreuisse. Curiatiosq̧ paribus īteruallis sequētes adort⁹,duos priores,priusq̄ vterq̧ alteri opē ferrepossit vnū post alterū,subitario cōgressu,duob⁹ ictibus cōfecisse.Tertiū inde petitū, fessum cursu grauiq̧ vulnere affectū,in quē his verbis sit Roman⁹ vsus,duos īqt Curiatios meoꝝ fratrū manib⁹ dedi,iam tertiū,vt Roman⁹ Albano īperet,dabo.Ac cū his vibrato gladio hostē vix arma sustinentē obtrūcarit,spoliaritq̧ iacentē.Romani quo res ppior fuerat piculo,eo maiore gaudio elati,Horatiū multa gratulatiōe,multisq̧ laudib⁹ accipiūt.Inde vtriq̧ ad sepeliēdos suos nequaq̄ parib⁹ animis vertunť,hi lętitia gestiētes,qa īperio aucti:illi quū liberi nup fuissēt,alienę ditiōis facti,mœrore & tristitia affecti.Sepulchra quo qsq̧ loco ceciderat,extitere.Horatioꝝ duo pene cōtigua,pplus Albā.Curiatioꝝ Romā versus locis īter se vt victi occubuerāt distātib⁹.Priusq̄ inde exercit⁹ diuersi abierit,petēti Metio qd Roman⁹ rex īperaret,respōsum est, vt iuuētutē in armis haberet,fore vt si cū Veientib⁹ bellādū esset,illoꝝ opa vtereť.Secundū hęc vtriq̧ domū est cōcessum.Ibat Horati⁹ trigemina spolia p̄ se gerēs,cui soror virgo, q̄ Curiatioꝝ vni despōsa erat,in cōferta multitudine circa Capenā portā obuia facta est,cognitoq̧ paludamento, qđ spōso ī futuras nuptias ipa dono miserat,flebili lamētatione crines soluit,virū idētidē noīe appellās.Mouit ferocē iuuenē intēpestiua puellæ cōploratio(Dionysi⁹ author est,stultitię exprobratiōe simul & sæuitię iuuenē iritatū) stricto gladio(qđ satis cōstat)puellā icrepās trāsfixit.

Tergemini in pugnam descēdunt.

Tergeminorū pugna.

Horatii vni⁹ cōsiliū

Horatioꝝ & Curiatiorum sepulchra.

Horatii facinus.

ſic eat inq̄t q̄cunq̄ Romanū lugebit hoſtē. Viſum id facinus patrib⁹ & plebi atrox. Cęterū recēs meritū leuabat inuidiā. Raptus tamē ī ius eſt manifeſti parricidii reus. Rex ne tā triſtis ĭgratiq̄ iudicii author eſſet, populo ad cōcionē vocato, duūuiros creauit, q̄ ꝑduellionē Horatio iudicarent. Lex erat: duūuiri ꝑduellionē iudicēt, ſi a duūuiris ꝓuocarit, ꝓuocatiōe ad populū certato, ſi vincēt caput obnubito, infelici arbori reſte ſuſpēdito, ītra vel extra pomœriū verberato. Duū uiri ſcđm horrendi hui⁹ carminis formā creati, laqueū reo iniici ꝑcipiunt. Tū Horatius Tullo authore ad populū inq̄t ꝓuoco. Ibi magnus aīorū motus extitit. Vulgo credere ingrati populi ad poſteros exēplū futurū, ſi virū de repu. optime meritū, q̄ nō ſolum libertatis publicę tuendæ author fuiſſet: ſed īperii etiā augendi, fortuiti parricidii crimine, cuius materia magis oblata, q̄ q̄ſita eſſet, necaret. Nemo erat cui nō recēs pugna illa tergeminoꝝ, recenſq̄ meritū aīo obuerſaretur. Valuit & Horatii pr̄is orbitas miſerabiliſq̄ deꝑcatio ad miſericordiam: clamitabat ſenex cui primā irā eius īiurię natura & lex tribuiſſet, ſe filiā iure cęſam iudicare, ni ita eſſet, ſe patrio iure fuiſſe in filiū aīaduerſurū. Addere his ꝑces & lachrymas, ne ſe quē nuꝑ egregia ſtirpe clarū cōſpexiſſent, in miſerabilē orbitatē, perpetuūq̄ luctū coniiceret. Nūc ille hęc ꝑcari, nūc filiū cōplexus, Curiatioꝝ ſpolia oſtēdere, q̄rereq̄ a circūfuſa multitudine, poſſent ne eū ſub furca vinctū ſpectare īter verbera & cruciat⁹, quē pauloāte triū hoſtiū ſpoliis inſignitū, ouātēq̄ vidiſſent! Valuit pr̄is miſerabilis comploratio, ſed plus oīno egregia viri īdoles, animuſq̄ ī oīmi periculo par, ita vt eū populus oībus ſuffragiis abſoluerit. Sed vt manifeſta cędes aliquo lueret̄ piaculo. Horatio eſt patri īperatū, vt filiū publica pecunia expiaret. Dionyſius id negociū pōtificib⁹ datum ꝓdidit, is duas ait extructas eſſe aras: Iunoni vnā cui ius ſororiū curæ eſſet, Iano alterā ad quas Curiatioꝝ & Horatię nuper īterfectæ ſint manes vocati, certaq̄ ſacrificia deinceps facta, poſtremo Horatiū ſub iugo miſſum, cui⁹ forma ea fuit: vt duo recta tigilla defixa ſtarēt, tertiūq̄ ſupne duob⁹ illis tranſuerſum īponeret̄. Id ſæpius refectū, ad ſuā vſq̄ ętatē duraſſe Liuius eſt author: ſororiūq̄ tigillū noīatū. Fuit is loc⁹ in via q̄ a Carinis deorſum ī Cypriū ducebat vicum. Tigillū (vt Dionyſius demōſtrat) duobus aduerſis parietibus erat fultū, quum ab initio lignea fuiſſent ſuſtētacula. Expiatoria ibi ſacra annua cōſtituta, Horatięq̄ gēti tradita. Puellę vbi icta cōcidit quadrato eſt ſaxo ſepulchrū cōmunitū. Angularis petra fuit, ſupra quā tergeminorum ſpolia ī foro ꝑpēdere. Horatię pilę ad poſteros nomē habuit. Lex inſuꝑ lata, vt q̄bus trini liberi eſſent, vſq̄ ad pubertatis annos ꝓ his ex publico alimēta darent̄. Et hęc poſt Tergeminoꝝ pugnā ſunt Romę acta. Albani īdigne ferētes, q̄ publica fortuna trib⁹ eſſet militibus cōmiſſa: nūc Metii ſtultitiā, nūc temeritatē criminādo, oēm culpā acceptę cladis in vnū cōferre, q̄ res vanum hoīs facile mutauit ingeniū: vt icti nuꝑ fœderis oblit⁹, q̄a recta cōſilia parū ꝓſpere fluxiſſent, ſcelere & flagitio q̄reret, quo pacto ſuoꝝ ſtudia ſibi cōciliaret. Vt nuꝑ igit̄ in bello pacem, ita tunc bellū in pace q̄ritabat. Verū quū plus aīoꝝ ineſſe ſuis q̄ viriū cerneret, ad bellū ex edicto gerēdū Fidenates & Veiētes occulte īpellit. Ipſe Tulli īperiū ſecutus, aduerſus Romanas legiones viribus ex occaſione vſurū pollicet̄. Albanoꝝ defectione Fidenates freti, Veiētibus ī ſocietatē belli aſſumptis, a Romanis deficiūt. Dionyſius ſcribit eos Romā ad cauſam ꝓditionis, quā Albano bello moliti eſſent, dicendā accerſitos, nō mō id iudiciū detrectaſſe, ſed aperta etiā defectione cōſternatos arma īduiſſe. Tullus domeſticas armauit copias, & ſocias ex Alba accerſiuit. Venerūt inde auxilia adeo īſtructa: vt ab Ro. rege laudatus ſit Meti⁹, cōſilioꝝq̄ ſecretoꝝ particeps fact⁹. Rex caſtra ad Tyberis & Anienis cōfluētē fecit. Hic Meti⁹ diuturne poteſtati aſſuet⁹, nā triennio rei Albanę Tulli ꝓmiſſu ꝑfuerat: ꝑterq̄ q̄ ſuoꝝ populariū iratos aīos lenire cupiebat, indignum etiā ratus ſummū Albanoꝝ magiſtratū cuiuſq̄ īperio ſubiacere, occulte ad hoſtes mittit, q̄ eos adhuc īcertos, quo in ſe aīo Albanus eſſet, ad pugnā hortaret̄, pollicitus fore, vt quū ꝑliū cōſertum eſſet ſubita defectione Romanas legiones ꝑſidiis deſtitutas ipſis obiiceret trucidādas. Cēturionib⁹ deīde & ordinū ductorib⁹ ī ſecretū abductis, occaſionē adeſſe docet, recuperādę libertatis, abolēdęq̄ ignominię, qua nō minus īpie q̄ īgrate, recēs colonia ſuā affeciſſet Metropolim: verū nolle ſe prius ſuū cuiq̄ cōſiliū patere, q̄ exploratū haberet, quo ipſi ad priſtinā libertatē recupandā eſſent aīo. Tū vero approbātib⁹ cūctis, fideq̄ ſilētii iureiurādo ab oīb⁹ accepta, Meti⁹ cętera exequit̄, ac ſimul q̄d ipſe paret, q̄d velit etiā ꝑ eos fieri edocet, ne in re ſubita animi titubarēt. Hoſtes poſtridie ī aciē deſcēdere, dextrū cornu Veiētes tenuerūt ſec⁹ Tyberim, lęuū Fidenates ad mōtes extēſum. Tull⁹ aduerſus Hetruſcos Romanā explicat aciē, Albanos Fidenatib⁹ obiicit. Initur pręliū. Cęterū Albano haud plus ab īitio animi fuit q̄ fidei, neq̄ ſuo ſtabat veſtigio, neq̄ aperte deficiebat, ſed ſenſim ad mōtes auxilia ſubtrahit, inde vbi tumulis ſucceſſit ſtu-

Lex duūuirorum.

Horatii pr̄is deꝑcatio.

Horatius abſoluitur.

Sororium tigillum.

Lex trium natorum.

Metii nefariū conſiliū

Vbi Tull⁹ caſtra fecerit.

Albanorū defectio.

ctuás aio:ná in te adhuc dubia cõsiliũ regi suum volebat,alia igiť atq; alia assimulando,quo for
tuna inclinaret,expectabat.Mirari id primũ Romani,q ꝓpiore loco steterãt:mox vbi latera nu
dari cœperũt:Albanis ad mõtes succedẽtibus ꝑ celerrimum eqtem regi nunciant , Albanos ad
hostes deficere.Tullus ĩ re trepida Marti. XII.vouit Salios:Palloriq; & Pauori suá vtriq; ędẽ:
claraq; voce eqtem ĩcrepás,vt hostis facile exaudiret,suo iussu ait Albanos id facere,nihil trepi
datiõe opus esse:fore,vt Albani ceu ĩperatũ esset paulo post hostẽ a tergo circũuenirẽt. Ea vox
nam Tullus eo cõfestim occurrerat:Fidenatibus suspitionẽ iniecit,ne ab Albano decepti inter-
Romanorũ victoria. cluderenť.Fit itaq; ab ea parte fuga.Fugientẽ hostẽ rex cum suis nõ nihil insecut⁹,vbi ita disie-
ctos ordines vidit,vt ĩ prælium redire nõ possent:ĩ Veiẽtium cornu,vbi acrior erat pugna oẽm
Veientium cædes. impetũ vertit,hac quoq; parte hostes ꝓculsi,abiectis armis in ꝓximum amnẽ cæci ruunt, multi
aquarũ impetu victi periere,plures tamẽ extrema ripa ĩret fugę pugnęq; consiliũ oppressi.Alba
nus vbi Fidenatem fusum vidit,vt & ipse nõ nihil egisse videretur,eqtem in fugiẽtem hostem
ex iugis q̃ insederat ĩmisit,mox copiis in planũ deductis,Tullo victoriá gratulať.Cõtra rex Ro
manus,ira ad tẽpus dissimulata,benigne Metiũ alloqtur , quod vtrisq; bene vertat,inqt,ite Al-
bani & vestra castra nostris iungite.Dionysius ait maiorẽ partem noctis Tullũ ĩ Veientium ca
stris q̃ ceperat fuisse,ibiq; ex captiuis oĩa exploratiora de Albanoꝝ proditione facta,cuius prin-
ceps & author Metius fuisset.Tum Romá noctu cũ rei ĩdicibus & paucis suoꝝ regem adequi-
tasse,vocatoq; in curiá senatu de Albanæ ꝑfidię vltione inter patres cõsultatũ variatũq; nõ ni-
Decretũ di ruẽdę Albę hil opinionibus.Demũ in sententiá regis frequẽter itum:vt Alba dirueret, parceretur ciuibus,
suppliciũ de Metio sumereť,ipse pari celeritate in castra reuersus:distabant Fidenę ab vrbe qn-
q; milia passuũ.Hic priusq̃ illucesceret,M.Horatiũ q Curiatios vicit,cũ Cẽturiis aliquot pedi-
tum,maiore tamẽ eqtatu Albam misit,q pacate vrbem ingressus,vbi ciues in potestatem rede-
gisset,oppidum a fundamẽtis dirueret.parceret templis,multitudinẽ omnẽ Romam traduce-
ret:ipse vbi illuxit,cętero exercitu ad cõcionem vocato,Albanis ꝓconis voce iussis propius tri-
bunal accedere,extremá concionem excõposito sepsit armis,datũ erat ꝓterea cẽturionibus ne-
gocium vt inter agendum qđ agere iussi essent nauiter facesserent: tũ silentio ĩdicto ita rex Ro
Tulli ofo ad exercitũ manus infit,Si vllo vnq̃ ꝓlio accidit,vt diis immortalibus gratias Romani ageretis,hesternum
illud certe fuit,quo haud cũ hoste solũ vobis dimicatũ est,sed cũ socioꝝ etiá ꝑfidia, q̃ eo magis
periculosa fuit,quo minus ꝓuisa:nulla eñ pestis efficacior est ad nocendũ,q̃ familiaris & dome
sticus ĩimicus.Qui eñ ex ꝓpesso sunt hostes,hos facile cauemus,occulta vis, & q̃ amicitiæ cu-
niculis ĩmissa,ex improuiso erumpit,formidabilis & perniciosa est.Ná ne quid vos lateat,haud
imperiũ illud fuit meũ hesternũ:vt Albani ad mõtes secederẽt,dixi meo id iussu fieri,ne vos so-
ciorum defectione cognita,ꝓlio auerteremini.Neq; culpę hui⁹ multos esse conscios arbitror,ná
q̃ multis credita sunt,diutius in occulto esse nõ possunt.Metius illius dux itineris fuit.Metius
defectionis author.Meti⁹ publici fœderis ruptor. Audeát vel maiora alii, ni suo Metius suppli
cio posteris erit documẽto,sacrata fœdera violari nõ oportere. Mouisset ille facile cõcionẽ suo
tum fidẽ implorás,nisi vibratis vndiq; a Romano gladiis Albani,q ad arma respicere cœperát,
metu coerciti cessissent.Cẽturiones vt iussi erát clamitantẽ Metiũ circũsistunt.Tũ rex,qđ felix
inqt faustũq; mihi,Populoq; Romano ac vobis sit,viri Albani decretũ est ex duabus ciuitatib⁹
Tulli denũciatio. vná facere,ex Alba oẽm multitudinẽ Romę collocare,prætet pristinas sedes nihil vobis adimi
tur,ciuitatẽ plæbi damus,primores in patriciatũ legimus.Neq; est cur de veteri patria solliciti
sitis amplius,missi sunt ante lucẽ cum.M.Horatio q omnia tecta publica & priuata ꝓter sacras
ædes diruerent:aut igiť Roma aut nulla alia est vobis patria habẽda:discite necessitati parere,
cui ne dii qdem ĩmortales repugnant.Qꝫ q̃ nulli mirũ videri debet, ꝙ res Albana in duos olim
diuisa populos,aliquádo in vnũ redeat.Ingemuit ad hęc Albana pubes,cęterũ armis vndiq; se-
pta silẽtiũ tenuit.Tũ vero Tullus in Metiũ cõuersus,si fidẽ Meti & iura seruare posses, ea a me
disciplina tibi viuo satis abũde erat adhibita,sed animi morbus ĩsanabilis est,nec ingenia natu
ra praua vllis ꝑficiunt exẽplis:qđ quum ita sit,doceas vt ęquũ est tuo supplicio cæteros mor-
tales,esse sacra fœdera sanctius custodienda,q̃ tu nõ minus ipie,q̃ perfide violare es ausus. Fa-
xim ne ꝑsens supplicii genus diuersum sit ab ĩgenio isto,& mente,quá iter Romanum Fidena-
Metii supplicium. temq; populũ ancipitẽ gessisti.Sic Tullus,duabusq; quadrigis admotis distẽtũ corpus ĩ earum
currus alligat,mox ĩ diuersum ab aurigis concitę,corpus fœde lacerũ distrauere. Auertit a tá
horrendo spectaculo oculos,ꝑssaq; pauore stetit multitudo aliq̃diu ĩmota,nec mirum:fuit eñ
id suppliciũ humanarũ legũ parũ,vt sic dicá,memor.Centuriones deinceps & q eius cõsilii par-

ticipes fuere capitali sunt, vt Dionysius scribit, supplicio affecti. Alba īterim īcensa & euersa est. In qua diruēda, neq; tumult⁹ fuit, neq; pauor, qualis captarū solet esse vrbiū, quū vi hostes ītra mœnia irrūpunt: sed īopinatum malum aīos silētio defixerat, mœror & īsignis tristitia in ore & oculis oīm eminebat, & ī primis obliuio quędā eo℞ q̄ agēda essent subierat ciuiū mentes, haud eīn q̄ asportanda crederēt, q̄q; relinquēda ī subito stupore expedire poterāt. Pars domo℞ postib⁹ hęrere, pars errabundi cum gemitu atria lustrare, vt q̄ scirent haud multo post interitura, & iā eqtum clamor migrare iubētium īstabat, exaudiriq; fragor tecto℞ in ima partis vrbis ꝓcumbētium. Tū qsq; ꝑ se curribus & iumentis, q̄ potest, quęq; ad manus fuere raptim extulit, & quum cōtinenti pene agmine abirent, publicā priuatāq; fortunā miserantes, alius alium cū lachrymis intueri. Vrbs ciuib⁹ exhausta solo æquata est, quadringētesimo ferme anno, ex quo ab Ascanio est cōdita. Alicarnasseus Dionysius qngentos minus tredecim stetisse annos, vno atq; altero loco significare videt, triginta ī Latio Coloniarum matrē. Albę excidio Roma aucta est, duplicatusq; ciuiū numerus: Cœlius mons quo laxius incoleret vrbi additur, vbi vt alio significatū est loco, Tullus sibi regiā cepit. Albani genere & opibus illustres ī patres legunt, Iulii, Seruilii, Geganii, Curiatii, Clœlii addunt a nōnullis Metilii, & Quintilii. Fecit Tullus Curiā q̄ ab authore est Hostilia noīata. Legit & decem turmas eqtum ex Albanis, veteres legiones suppleuit, nouas cōscripsit, auctaq; his viribus ciuitate, Fidenates bello sequēti anno sunt a Tullo repetiti. Et qa a nullo finitimo℞ auxilia īpetrarent, mercenario milite vsi, sub Romano℞ accessum vrbe egredi, acieq; sunt ausi dimicare: fusi fugatiq; in oppidum trepide compellunt. Secuta inde deditio est qbus Tullus voluit cōditionibus. Principes defectionis vltimo sunt supplicio affecti, cęteris seruata est libertas, nec ex veteri forma ciuitatis est qcq̄ illis adēptum, Romāq; Tullus reuersus secundū triumphum egit, siqdem primum de his & Veientibus simul victis egerat. Nouū deinceps bellum ab Sabinis ortum, cuius causa hęc tradit. Colebant Feronię Phanum cōmuni iure Latini Sabiniq;, hanc Persephonen qdam dicunt, alii Iunonem: hic frequenti mercatu Romani mercatores pecuniis prius adēptis, a Sabino℞ qbusdam sunt in vincula coniecti. Cæterū quum res hic repeterent, non modo nō ęqui qcq̄ responsum inde est, sed exprobratum etiā, haud ignaros esse Romanos, q tum res repeterēt, fugitiuo℞ multos ex Sabinia cum herili pecunia ī Asylum qđ Romulus aperuisset, cōfugisse, nec dominis repetentibus restitutos, humane igit facturos eos, si ęquo aīo ferant, ꝑ veteri iniuria sibi recētem illam, etsi multo leuiorē, repensum iri, nisi forte extra hoīm aleam soli haberi velit, vt quę ipsi nihil lacessiti ī alios fecerint, iniquum ducant sibi fieri. His vtrinq; obiectis nec purgatis, res ad arma spectare cœpit: nec ita multo post Sabini qbusdam Hetrusco℞, partim gratia, partim mercede domo excitis, ad syluā Malitiosam cum Romanis cōflixere. Fuit ibi pugna atrox, verum copiis nuper auctis, vtroq; genere pugnę facta est res Romana superior. Perierunt multi ī acie ex Sabinis, multiq; ī fuga cęsi. Hæc Liuius a quo dissentire pudeat. Dionysius ancipiti ibi marte ait dimicatum, præliūq; noctis īteruentu dirēptum. Clade pręterea vtriq; illata & accepta, diuersos domū abiisse exercitus in reliquū anni geturos. Pricipio vero alterius anni, ad Hereonem vrbem aliquanto maiore belli conatu est dimicatum, cētum septē stadiis ab vrbe Roma. Hic quoq; dubio marte, Tullū Saturno & Rheę solēnes ludos, q diu postea celebrati sint, duplicēq; salio℞ numerum, gradiuo Marti vouisse. Ac tū demū Romanos victorię cōpotes factos, hostiumq; castra expugnata, vastataq; regiōe Tullū Romā reuersum tertio triūphasse, haud facile dixerim, fuerit ne locus hic quē Dionysius (nam is author est eo℞ quę vltimo loco retuli) Hereonem vocat: quē alii Eretum dicūt Tyberi propinquum. Nec ita multo post Sabinis Romanos fines cōtra pacē, quā ꝑcibus a Tullo redemerant, īcessentibus, nō tam suis viribus fretis, q̄ q eo bello socios habituros se Latinos sperabant: enīuero ea quoq; gens bellum cū Romanis habitura putabat. Tullus bello qđ instabat in aliud tempus dilato, pactisq; cum Latino noīe induciis, ī Sabinos se totum cōuertit, ac tum demum ad Maleficā syluam, quā vnā Liui⁹ pugnā celebrat, ancipiti marte per multas horas dimicatū: Sabinosq; īclinante iam die victos, & ab eqtibus q ad eos insequendos fuiit a rege missi, cū multa cæde disiectos, atq; eo℞ agrum late populatum. Et iam ob hęc, q̄ bello gesserat, Hostilii īgēs erat phama, magnaq; viri gloria, quum Romā nūciatum est: ī Albano mōte lapidibus pluisse. Ad eam rem ex ꝓximo cognoscendā missi qdam domū renunciarunt, nō solum q̄ phama vulgata essent vidisse, sed vocem etiā ex vicino luco sibi redditā videri, qua Albani ꝑciperent patrio ritu sacra facere, q̄ suo cultu cū ipa patria excidissent. Id ꝓdigiū causa fuit, vt Nouēdiale sit sacrū publice cōstitutū, dubiū oraculo vocis ex luco reddite, an aruspicū decreto, religio ipa

Diruitur Alba.

Ro. augef.

Familiæ nobiles ex alba

Fidenatum deditio.

Feroniæ phanum.

Sabinorum responsio.

Vincuntur Sabini.

Tulli regis votum.

Nouū Sabino℞ bellum

Prodigium

Nouēdialis sacri origo.

(quod satis constat) in multas ætates exiit: vt quoties tale esset prodigiū nunciatū, nouē dierū feriæ celebrarent. Nec cū Latinis pax deinceps lōga fuit, q iam inde ex quo Alba, quę fuerat Latii caput, excisa est, aperte oderāt Romanos, verū plures annos mutuis potius odiis est certatū, q̄ armis, qntodecimo demū anno ab Albę excidio Tullus legatos ad. XXX. Latinorū vrbes misit, q̄ Albanę fuerant Colonię, q illis significarent, æquū videri Romano regi, vt quando Alba, q̄ fuerat ipsarū vrbiū mater, Romanis armis cessisset: ipsę quoq̄ q̄ eius ditionis fuerāt, Romanorū iussa facerēt. Romani regis postulata, publico gentis cōcilio, in Ferentino oppido iactata, nō solum nō assensu aliquo audita sunt, sed ingēti etiā fremitu bellū in Romanos, si qcq̄ inde moueretur, decretū duob⁹ ad id ducib⁹ creatis, Anco Publicio Corano, & Sp. Vecilio Lanuuino. Fuit inde bellū quinq̄ annos sed mite quidē, quippe quū nullę vrbes interim, aut captæ, aut direptæ sint, neq̄ in extremā dimicationem vsq̄ descēsum, sed subitis excursionibus veteri more vtriq̄ alteros infestarent, circūactæq̄ nō nihil iterim a bellicoso rege copię: Meduliaq̄ ad officiū retracta, quū iam a Romuli tēporibus Romanorū facta ad Latinos desciuisset. Grauis interea pestilentia domi militiaq̄ inualuerat, multiq̄ vtrobiq̄ vulgo moriebanť: tum demū Numę pax & religio cœpta est vulgo ad deorū irā placandā desiderari, ad q̄ ipe quoq̄ rex repēte cōuersus, quū occulta quædā elicio Ioui faceret sacra, quia nihil his rite ab eo ageret, nō solū nō spē vllā cœlestē impetrauit, sed sollicitati numinis ira ictus fulmine cum tota domo conflagrauit. Id tū vulgo est creditū, verū scio multis, qđ propius vero est, persuasum fuisse, eū humana fraude periisse. Martiiq̄ Anci q post eum rex fuit insidiis oppressum, vt quū procelloso die rex domi sacra faceret, sit ille regiā cū paucis ingressus, ibiq̄ Hostilio cum vxore & liberis interfecto domū incēderit. Regnauit Tullus annos duos & trigīta, vir bellica virtute īter paucos memorabilis. Post ei⁹ mortem populus Ancū Martium regē creauit. Patres authores facti creatū probarunt. Sic Liuius. At mirū est q̄ in oībus fere Dionysius ab eo dissentiat, quippe q quū multis aliis, tum hoc loco lōge ab eo diuersus, regem Ancum ait a senatu creatū, eāq̄ creationem ratā populum habuisse. Fuit is Numæ regis ex Pōpilia, q̄ Martio Pontifici nupsit, nepos. Sed dū Romę Hostilius regnū indipiscit, Argeus (cuius supra mentio est facta) & post hunc Philippus, q ei successit, regnum in Macedonia obtinuit. In Media Phaartes. Ardis, Gygis, q Candaulem occidit, filius in Lydia, Hammon in Iudæa, q anno secundo sui regni domestica coniuratione oppressus periit. Fuerūt qui duodecimo regni anno, nō tertio, eum periisse traderent. Huic Iosias successit. De hoc deq̄ Psammetico, q per id tempus in Ægypto regnauit, loco haud multū diuerso memorabiť. Vixere cum his Archilochus Lacedæmonius, & Simonides: vt qdam scribunt, Lyrici hic carminis ille Iābici author, Aristoxenus Musicus, Zeleucus q Locrensibus leges scripsisse diciť, & Alcmęon vt Eusebi⁹ ait. Cęterū Crotoniates ne is fuerit q prim⁹ (si vera Laertius tradit) de naturę ratione, & animæ īmortalitate scripsit, an alius pro certo non ausim ponere. Satis scio, cum his viuere non potuisse, etsi fuit, vt ille prodidit, Pythagoræ discipulus. In hæc quoq̄ tempora Cypseli Corinthii pricipatus incidit, a quo Demarathus prisci Tarquinii pater Corintho pulsus, ī Hetruriā est naui delatus. Phalaris Astipalensis & ipse tyrannidē aliquanto antea Agrigenti in Sicilia occuparat, cuius insuetę crudelitatis memoria adhuc durat, æneū is taurū sontibus in eo inclusis admouebat igni, vt recepto ęstu mugitus medio cruciatu, nō gemit⁹ exaudirenť, vnius ingenitę sęuitiæ exēplo vere laudabilis, q̄ Perillum Atheniensem nefandi illius operis authorē oīm primū tali supplicio affecit, vel ex tali supplicio dignū iudicās, q̄ nisi sęuo carnificiq̄ fuisset ingenio, eā machinā ad hoīm cruciatus cōmentus esset nunq̄. Extant & literarum monumēta eplę q̄ ad Paurolā filiū, & alios plerosq̄ Laconica breuitate cōscriptę. Ipse subito īcursu populi periit. Reponit Eusebius ī id tēpus Byzantii conditionē, authorēq̄ Pausaniā noīat. Id oppidū in ora Thraciæ est, circa Bosphorū: de quo plura alio deīceps loco sunt a nobis dicēda. Lampsacum ī Hellesponto huic ęquale proditur, sed propius vero est, eam instaurationē fuisse. Plinius Adrastiā id oppidū ab Homero appellatū existimat. Strabo regionē nō oppidū poetā noīasse arbitratur, nomēq̄ ab Adrasto, q primus Nemesis tēplum cōdidit, ipsi loco datū, quē Milesii coloni tenuerūt. Pari ratione refellūtur, quæ de Abdera condita idē Eusebius scribit. Adiacet Hellesponto in ora Thraciæ, eā ipse author Lampsaco ęqualem existimat. Cęterum Pomponius & Iulius Solinus, ab Diomedis Thracū regis sorore conditā meminere: vnde sit & nomē sortita. Quæ si vera sunt, temporū ratio Eusebio constare nō potuit. Idem ille Selinuntē ī Sicilia his tēporib⁹ cōditā author est, cuius cōditores Megarenses fuere. Nūc Iosię gesta, cui⁹ regnū Hostiliano aliqua ex parte æquale fuit, sunt ordine referēda: Mira sunt q̄ de præmatura eius pietate

XXX. Albanorū coloniæ. — Latinum bellum. — Hostilii interitus. — Anc⁹ Marti⁹ rex creať. — Tēporū supputatio. — Zeleucus. Alii zaleuc⁹. — Phalaris sæuitia. — Byzātium. Lampsacū. — Adrastia. — Abdera. — Selinūtis cōditio. Iosias.

Iosephus in historiis ꝓdidit.XII.annos natū omnē vanū sacrorꝫ cultū edicto sustulisse ait,subuertisse lucos.populū ad antiquā religionem reuocasse,tēplum ab eo instauratū,ad qđ donariis excolēdum principes viros Palęstine gētis multifariā adhortatus sit.Erat ipę interim aliis exēplo,ne qs a vera religione aciem deflecteret,eoqꝫ intētius id praestare, quo ex Holoa Salomi foemina prophetica spiritu cognouerat,ingens ab externis armis populo imminere discrimen, ob maiorꝫ impietatem,gentileqꝫ cultum ab his abdicatum,quod scelus,totius gētis captiuitate pudēdoqꝫ seruitio esset expiandū.Oībus itaqꝫ vanis superstitionibus sublatis, frequentissimo Iudaicae gentis conuentu,azimorꝫ ferias Hierosolymis celebrauit. Agnos ꝓmiscue & Haedos.CCC. milia numero ad paschale sacrū pagendū populo diuisit,boues in holocaustū ad tria milia. Florebat itaqꝫ Iudęorꝫ regnū opibus & religione,quū Romę Ancus Marti⁹ regnare coepit. Fuitqꝫ annus ille quo hic est rerū potitus,trigesimęqntae Olympiadis secundus: vt Dionysius scribit: Eusebius vltimū quartę & trigesimę fuisse ait,q ab orbe cōdito sexagesimus fuit supra quingentesimum ac quater millesimū.Is priusq̄ ex administratione quicq̄ egisset,multitudine in concionem aduocata,Miretur(inquit)fortasse aliqs Quirites,quid sit ꝙ grauem pestilentiam ciuitas domi militieqꝫ pluribus sit annis ꝑpessa,cęterū siquis cōtra reputet q̄ neglectus iacuit omnis sacrorꝫ rit⁹, toto Hostilii regno,desinet regrere,vnde lues haec tetra,tot funera,tam diuturnus luctus,miserā hanc vrbem deformarint.Hęc eñ sunt deorꝫ tela,his armis hoīm scelera vlciscuntur,fame,siti,pestilentia,alluuionibus,caeterisqꝫ diris tempestatibus, qbus arcendis, non bellica studia,nō hostiū exuuię,nō laureati currus,sed pietas,iustitia,religio. Nō vi & iniuria humanae res,sed ęquitate crescūt.An dubiū est cuiq̄ regna.& quicqd opū in terris,in deorꝫ potestate esse, qui nisi ꝓpitii sint,oēs nostri conatus,omnia consilia,vana & irrita sint.At pulchrū est,dicet aliquis,imperiū auxisse,reddidisseqꝫ Romanū nomē illustrius, magisqꝫ inter finitimos venerabile. Ego vel minimā ciuiū cladē,hac de causa acceptā,cum tota ista laude nō cōfero,atqꝫ ita persuasum habeo,vt nullus sit firmior status,nullum ꝑsidiū tutius,hoīm beneuolētia,qua reges & regna ipsa tutius q̄ armis muniunt.Nihil eñ huic stabile aut māsurum esse potest diu,q multis sit formidolosus.Et ne extrema sequamur exēpla,vter status tēporum huic ciuitati vtilior aut tutior fuit,pestilēs hic morbisqꝫ & ęgritudinibus obnoxius,quo pene plures ciues periere,q̄ hodie supersint.quo diis & hoībus huic vrbi iratis,bella bellis serēdo,nō die,nō noctu a cęde & furore bellico respirauit ciuitas,quū agri īterim squallidi & inculti iacerēt, vrbs solitudine defor mata:an ille q sub Numa fuit rege:quo nullae insidię,nulli metus aderāt:agrorꝫ nitor,frequens ciuitas,certa pax tranquillaqꝫ,quū finitimi nō solū nō odisse Romanū nomen, sed quasi religiosum quoddā tēplum hanc vrbem venerari Nota est vox illa Numę,securioris illius vitę testis: nunciato hostiū accessu.Ast ego(īquit) sacrifico.Sciebat rex optimus,aut ita certe persuasum habuit,diis ī quorꝫ potestate sunt reges,& omnia q̄ regum sunt, ꝓpitiis, nullas hominū minas timeri oportere.Q꞉ si superum fauor,tutela,ꝑsidium,sunt quae res hoīm,populos regna, tuentur, augēt,seruant,agite Quirites & sacra bellicis studiis ītermissa,solēnesqꝫ cerimonias, vt ab initio īstitutae sunt,diis īmortalibus rite peragamus:his moenia,ciues,lares,omniaqꝫ sacra prophanaqꝫ tuenda ꝑmittamus.Illi nos nostraqꝫ vt antea fecere,ab oīni domestica externaqꝫ clade tuebunt.Iidem salubritatem dabunt,copiā,successum,nō odia,non īsidiae,disceptationesve vllae ciuitatē hanc semper sollicitā habebunt,aut siqua aderunt,dii ad victoriā viā inuenient.Nec vobis Quirites,quum ad religionem īuito,ita īter hostias & aras manus reuincio, vt ad arma, siquādo necessitas cogat,vos respicere ꝓhibeā. Scio ego satis rem Romanā armis ꝑfecisse, sed multo plus religione:quod quum ita sit,in animo est qcqd cerimoniarū Tulli regis temporib⁹ intercidit,id ipm diligenti cura instaurare,vt sciant finitimi caeteriqꝫ mortales, Romanos eos esse,q suae sint originis non īmemores.Marte genitus fuit conditor vrbis huius,fuit tamen ab Rhea Ilia vestali:haec ab Aenea mortalium pientissimo oriūda.Nec vereor qn ꝓspera omnia hic futura sint,vbi religio humanas opes tuebitur,opes ipę religionē.Hęc quū Ancus magno oīm consensu perorasset,pontifices ad se vocauit,ab his commētarios de rebus sacris acceptos diligenter exscripsit,ī publicoqꝫ cognoscere volētibus ꝓposuit,in partem fori tum primū locati sunt,verum qa nondum tabulae ęneae erant in vsu,in quernis excidendos rex curauit.Liuius in albo,relatos credidit.Sacris p hęc in pristinum statū restitutis, ociosam multitudinē Ancus in agros dimisit,laudareqꝫ palā diligenter agricolā,segnem & inertem corripere. Persuasum fuit ab initio oībus populis Latini noīs caeterisqꝫ finitimis,fore,vt is qui ab eiusmodi cura regnum auspicatus esset,auito exemplo inter aras & sacella cōsenesceret,qua persuasione adducti, quia

ANNI MVNDI.

Oro Anci regis ad populum.

Adhortatio.

Peroratio.

Latinorum iniuriæ.

fœdus cum Tullo ictũ habebât:belli causam Latini quęrere:occultis latrociniis Romanos fines infestabât,nonnunq̃ etiã aperta vi asportabât inde prædam.Cęterũ quũ res repeterẽtur, negabât publico consilio ea fieri:nec cũ sontes ad suppliciũ deposcerent,se fœdere vllo teneri interpretabâtur,quoniã Tullo,cũ quo id ictum esset,vita defuncto,nihil amplius eo noĩe tenerẽtur. Mediũ erat ĩ Anco ingeniũ.& pacis studiosum:etsi necessitas tulisset a re bellica nihil abhorrẽs. Is superbo Latinorũ responso,patientiã tẽtari suam ratus,tentatáq;, nisi ad arma fugeret, haud multopost contemptui futurã,fœciali iure ab Equiculorũ gẽte accepto , vt rite bellũ indiceret (Dionysius ab Ardeatibus id sumptũ videt existimare)Latinis bellũ indixit. Repetendarũ rerum,belliq; indicẽdi ratio talis fuit.Legatus vbi ad eorum fines, vnde iniuria orta erat,venisset,

Bellorum cerimoniæ.

operto capite laneo velamine.Audi(inq̃t)Iuppiter,audite fines,ac cuius sint populi noĩat: Audiat fas.Ego public[9] sum Po.Ro.nuncius,iuste pieq; legatus venio.Peragit deinceps postulata. Inde Iouẽ testem facit.Si ego iniuste impieq; illos hoĩes,illasq; res dedier Po.Ro.exposco:nunq̃ me patrię compotẽ esse finas.Hęc quũ fines transcenderet,quũ aliquis occurreret , quũ portas vrbis ingrederet,hæc vbi forũ ingressus esset.Tum si quos poposcisset,nõ dediti essent,tribus & triginta dieb[9],tot eñ solennes erant,peractis,ita bellum indicebat.Audi Iuppiter & Iuno:Quirine & dii cœlestes,terrestresq;,vosq; inferni dii:ego vos testor populum,ac tum qs esset noĩabat iniustũ esse,neq; ius persoluere:sed de his rebus in patria maiores natu consulemus,quo pacto ius nostrũ adipiscamur.Tum eo Romã reuerso de bello in curia consultabat:quod si vt piũ iustũq; decretum esset:fœcialis hastã ferro præfixã ex sanguine arbore præustam habens,ad eorũ fines,quib[9] erat bellũ indicendũ,reuersus,tribus,nec minus,puberibus p̃ntibus dicebat. Q; populi priscorũ Latinorũ hoĩesve prisci Latini Po.Ro.Quiritũ vim fecerũt,deliquerunt:q; Po.Ro.

Belli indicẽdi forma.

Quiritũ bellũ cũ priscis Latinis iussit esse,Senatusue Po.Ro.Quiritũ,cẽsuit,cõsensit,cõsciuit:vt bellũ cũ priscis Latinis fieret:ob eã rẽ ego populusq; Ro.Populo priscorũ Latinorũ,hominibusq; priscis Latinis,bellũ indico,facioq;.Idq; vbi dixisset hastã in eorũ fines contorquebat.Hęc tum indicendi belli ratio legitima fuit,in qua explicãda:Liuii verba ex annalibus,vti credo,ab eo accepta,ne qd ex veteri formula variaret,placuit vsurpare,quod & alio loco,haud multũ ab hoc diuerso,feci:ne quid ex veteri p̃scripto deperiret . Cum exercitu igitur Latinorũ fines ingressus

Politoriũ ab Anco capitur.

Ancus Politoriũ gentis vrbẽ vi cepit.Dionysius author est:certis cõditionibus oppidũ Romano deditũ.Inde Ancus cæterorũ regum exemplũ secutus , omnẽ multitudinẽ Romã traduxit, Auentinũq; inhabitandũ his dedit:vt quemadmodũ Sabini Capitoliũ,Albani Cœliũ,ita recẽs multitudo vacuũ ad id tẽpus collem frequentem redderet.Sequenti anno Politoriũ bello repetitum,miserant prisci Latini eo nouos colonos.Cæterũ vi receptũ ne sæpius rebellãdi materiã Latinis exhiberet,incendit Martius rex atq; diruit.Mox tota belli moles in Meduliã versa, quã

Medulia.

aliquandiu antea oppugnatã,prius vi Latini occuparant q̃ Romanus subsidio affuisset. Tũ ibi vrbe valide firmata Latini in aperto castra fecerãt.Pugnatũ itaq; hic est aliquoties dubio marte, variaq; fuit vtrinq; victoria.Postremo oĩbus copiis connixus Ancus,hostẽ ingenti prælio vicit,

Tellene.

Tellenéq; vrbem expugnatã,vt nõ multo antea Politoriũ,omni humano cultu exhaustã reddidit.Iis q Romã migrare iussi sunt,sedes ad Murciæ ædem datæ:Ianiculũ etiã,ne locus vrbi imminens arx hostiũ quandoq; fieret.Tum vero pons Tyberi sublicius,vt quidã scribunt,ad per

Põssublici[9]

uiũ vsum impositus.Quarto deinceps anno ab eo,quo Latini id oppidum expugnarũt: Ancus bello Meduliã recepit.Tenebãt hostes & Fidenas , quas a Romanis triẽnio ante humano cultu exhaustas,colonis eo missis subito insederãt,eam rem Ancus haud ferendam ratus,Latinis armorũ vi loco deiectis vrbẽ diruit,bis deinde cum Latinis acie dimicatũ,dubio marte prius ,altero mox p̃lio victi Latini in castra reuersi sunt,nec postea,nisi excursionib[9] vtrinq; factis est hinc inde bellatũ.Miror Dionysiũ haud multo postq̃ p̃spere cum Latinis pugnatũ est,Fidenas iterũ captas tradidisse,nec video quę defectio euersa vrbe tã cito sequi potuerit.Cęterũ siue sola fuit Anci in Fidenates expeditio,siue vt ille ait,duplex:Fidenati bello rex defunct[9],in Sabinos mouit,q & ipsi rupto fœdere cum Tullo rege prius icto:eam Romani agri partẽ populati fuerant, in qua p̃ximum fuit illis rũpere.Nihil igitur minus expectãtes,q̃ improuisum regis occursum castra modico prędio munita habebant:in prædã & populationem temere effusi,aperte vaga

Sabini castris exuũt

bãtur,qua hostium negligẽtia ad regem perlata.L.Tarquinio, de quo haud multo post habendus est sermo,cũ omni equitatu in populatores misso,ipse cum expedita legione,ad hostiũ castra cõtendit,potiturq; his est,sine vllo maiore certamine.Sabini p agros sparsi,prędęq; intenti, vbi ab Romanis equitibus viderunt in se impetũ fieri,cõfestim in castra sunt confugere conati

quæ postea q̃ ab hoste teneri senserũt:fugã in ꝓpinquos mõtes,multa cõsternatiõe.capessunt. Ad eos persequẽdos expeditũ militem Martius ĩmittit:qui fessos assecutus,præter paucos,q locorũ opportunitate seruati sũt:cæteri ad vnũ sunt occidione occisi.Sabini hac vna clade fracti,Romã legatos misere,qui de pace agerẽt:quæ eo facilius est impetrata:quia bellum cũ Latinis nondum profligatum Romani habebãt.Veientes velut de industria ad Romanũ nomen defatigãdum,finitimi in orbem bella aduersus vnũ populum susciperent:biennio postq̃ cum Sabinis ita est bellatum,Romanũ agrũ subita occursione infestare cœperunt:inde quia in aĩo habebant,eam agri partem,quã Romulus suis maioribus ademerat,armis vindicare: Tyberi superato ad Fidenas,veterem belli sedẽ,castra muniũt.Ancus expeditis cohortibus, & equitũ vna in hostẽ eductis,primo vagas excursiones inhibuit:inde acie dimicare ausum nõ solum egregie superauit:sed castris etiã Tuscum exutum,cũ multa cęde disiecit:ob eãq; victoriam triumphũ egit.Nec post hãc cladem Veiẽtes quieuere:sed bello accuratius q̃ antea instructo,eodẽ loco iterum cum Romano rege confligũt.Recẽtioris huius pugnæ euentus nihilo fuit Hetrusco felicior q̃ ãtea fuerat.Eminuitq; eo ꝓlio in primis Tarquinii virt⁹ quẽ alis equitũ Ancus præfecerat: Fuerat illi nomẽ ab initio Lucomoni,habuitq; Demarathum patrẽ:qui Cypseli tyrannidem ab Corintho fugiens,in Hetruriã naui delatus,Tarquiniis vxorẽ duxit: fœminã nobili loco ortã: ex q̃ mox illi virilis stirpis liberi orti Lucumo & Arũs.Lucumo superfuit patri,omnium bonorum hęres:quũ Arũtis, qui aliquanto antea q̃ pater vita defunctus est:grauida esset vxor relicta:quæ quum vterũ ferre ignoraretur,factũ est vt puer,qui ex ea postea natus est,quia bonorũ expers ab auo relict⁹ est:ob paupertiẽ Egerius sit dictus.Lucumo:qui nihilo inferiores diuitiis gerebat aĩos:quum Tanaquilẽ fœminã summo loco natam,matrimonio sibi iũctã haberet:nec interim Hetrusci qa peregrĩe eẽt stirpis,publice priuatimve honore vllo afficerẽt: vxoris hortatu patriæ & oĩm necessitudinũ oblitæ,modo virum honoratũ cerneret,consilium cepit migrãdi Romã:vbi in noua ciuitate facile locus ad nobilitatẽ parãdam virtuti pateret.Sublatis itaq; reb⁹ Tarquiniis ꝑfect⁹, quũ ad Ianiculum venisset:fuit tum is collis Hetruscorum Romanorũq; confinium:prodigium est ingẽs illi oblatum.Aquila leuiter cœlo demissa,pileũ in curru cũ vxore sedẽti abstulit.Dein sublimis supra carpentũ præpetẽ librãs volatum,velut sui ministerii cõscia,sedẽtis capiti oblatũ restituit.Accepit id Augurium læta Tanaquil,eiusmodi artis nõ imperita (fuit id studium Hetruscis peculiare)virũ itaq; cõplexa,magna & sublimia sperare iubet: auem auspicatissimã in ipo hoĩs vertice auspicium fecisse.Igitur haud vana spe pleni,in vrbẽ igressi,Lucumo Tarquinii est cognomẽ adeptus:vxor Caia Cecilia nũcupata: manifesto erroris eorum argumẽto,qui Romanas mulieres sine prænoĩe fuisse persuasum habuere: in quibus Possidonius fuit. Nec multũ deiñ temporis ĩtercessit:per amicos quos benigno sibi alloquio,multaq; comitate conciliauerat,Rom.regi insinuatus:liberaliter dextereq; officia circa illũ obeũdo,eo gra & familiaritate breui ꝓcessit:vt secretiorib⁹consiliis militię domiq; adhibitus,præter equitũ præfecturã,tutor fit postea filiorum ab rege relictus.& Tarquinii successus tales fuerũt.Martio nouũ bellum est a Volscis post Veientes bis victos ortũ,prædonibus eius gẽtis Romanos fines infestantibus.Circũegit aliq̃diu per hosticũ copias Anc⁹ multũ interim prędę trahens:inde hostem Velitras cõpulsũ,suppliciterq; pacem petentem, his legibus obsidiõe soluit:vt q̃ti dãna ab eorũ hominibus illata Roman⁹ Rex æstimasset, publice soluerẽtur:sontesq; dederẽtur a suppliciũ.Neq; pacatis Volscis diu Romana arma quieuere.Sabinorũ quidã ad id tẽpus non fuerant Romani Populi vires experti: latrociniis primo,mox lucro allecti,apertis excursionib⁹ Ancũ vrbe exciuere:qui cũ primo accessu vallum propius Sabina castra iecisset,hostẽ ad pugnã elicuit:nec magnũ ibi negocium fuit:fusi,ac fugati sũt castrisq; oĩs opulẽtiæ refertis Sabini exuti.& hæc nouissima fuit Anci regis expeditio.Vrbanæ eius actiões neq; ipsæ memoratu indignę:pręter Auẽtinũ & Ianiculum, quæ prim⁹ Romanorũ regum loca inhabitari iussit,sublicium pontem Tyberi imposuit:hũc qa põtifices(qua potissimũ religiõe adducti haud facile dixerim) reficere cõsuessent,ab ea re nomẽ accepisse tradũtur.Carcerẽ ad terrorẽ crescentis in dies audaciæ,foro ꝓpinquum extruxit,Feretrii Iouis ædẽ ampliauit,fossa Quiritiũ magnum vrbis munimentum planiorib⁹ locis eiusdẽ fuit opus.Imperii demũ finibus ad mare propagatis,Hostiam vrbem inter mare & Tyberini fluminis cubitum condidit:& circa vrbem ipsam Salinas constituit:parteq; mari auersa,nõ nihil fines ãpliati:Mesia sylua Veiẽtibus adempta.Hisq; domi & militię ge

Sabinorũ cędes.

Triũphat Ancus de veiẽtibus.

Tarquini⁹.

Lucumo.

Egerius.

Prodigium

C.Cecilia.

Tarquinii successus.

Volsci vincuntur.

Anci Martii opera.

Anci interitus. ftis,nullo regũ,qui prius posteriusve fuerũt celebritate & gloria iferior,quarto & vigesimo sui regni anno,fato periit.Sed dũ Romę ille Rex fuit,Necho,q Psamnietici maioris fuit pater,terrifico belli apparatu,ex Ægypto in Medos & Assyrios pfectus, ad Euphratẽ ꝑpemodũ processerat.Illarũ belli causam Iosephus nullam aliã,preter regni cupiditatem,fuisse ait. Quũ igiẽ per Medinarium fines ductaret Necho,Iosias in Assyrii gratiã, aut cetere qa parũ sibi tutũ arbitrabatur numerosum exercitũ intra Syriæ fines tã ociose vagari, ab instituto itinere Nechonem conatus est auertere,amicũ se nõ hostẽ Iosię venisse Necho prędicabat, belluq se nõ Syriç Palęstinę,sed Medis & Assyriis inferre.Hortatur Iosiam,vt iniuria nulla lacessitus,ne pergeret se nouo bello implicare,nec arma in alios comparata in se verteret,integrũ cuiq esse bellũ excitare:finire autẽ victoris esse non victi.Hęc ille.Iosias nihilo secius cõtra tendere,& iam aciẽ in Nechonem instruebat,quũ volitans ab vno cornu ad alterum, vt suos ad pugnã hortaretur,sagitta temere ex aduerso imissa,letale accepit vulnus. Id reĩ impedimẽto fuit quo minus fit vtrinq cõcursum, nã priusq signa canerẽt,inopinato regis

Iosię interitus. casu Palęstini territi acie excesserũt. Ipse Hierosolymã relatus paucis dieb⁹ dolore vulneris moritur,quũ annos vnũ & triginta rex fuisset.Hieremias propheta eius interitũ miserabili

Hieremias Ezechiel. carmine lamẽtatus est,diuinoq afflatus numine teterrimã cladẽ,quę vrbi istabat, populiq captiuitatẽ pdixit,quę Ezechiel & ipse prophetico impulsus spiritu, vẽtura vaticinat⁹ est: ambo quidẽ sacerdotes,sed Hieremias diutius in vrbe versatus,quippe qui a tertiodecimo Iosiaci regni ãno,ad id tẽpus,quo populus Babylonẽ captiuus migrauit,Hierosolymis esse

Ioachimi captiuitas. perseuerauit.Iosię Ioachimus filius successit.Hunc Necho ex Medica expeditione reuersus ad se in castra accersitũ,in vincula cõiecit:Eliachinũ eius fratrẽ, qui Ioachimus & ipse dici maluit:Hierosolymitano regno pfecit,annuo ei tributo iperato. Ioachimũ vinctũ secum in Ægyptũ abduxit,vbi moerore confectus,breui vita decessit. Tris menses regno potitus est. Miratur Eusebius hęc ita esse tradita,quãdo Nechonẽ hũc,ĩ sacris libris Pharaonẽ legeret, appellatũ,de quo noĩe lõgior alibi a nobis habit⁹ est sermo.Nũc illud adiiciã,Nechonẽ hũc ab Herodoto,quẽ sequimur,non Nechaonem,vt quidam scribũt,vocari, quẽ a Sabacho ait Æthiopum rege interfectũ,filiũq in Syriam aufugisse,quũ adhuc prne puer esset,indeq a Saitanis Ægyptiis reductũ,vnũ ex.XII.regibus qui vno tempore in Ægypto fuerũt,creari

Ægypti fabulosa vetustas. cõtigisse,post Tethonis regis interitũ.Mira sunt & a fide multũ abhorrentia, quę hoc loco Herodotus dr Ægyptiorũ vetustate refert,a Minete rege,qui primus ĩ ea terra rex fuit, ad Sethonem ipsum,qui fuit Vulcani sacerdos,ideq & rex,progenies hominũ trecẽtas intercurrisse,atq vnã & quadraginta, q vndecim milia annorũ haberẽt trecẽtosq & sexaginta, vt centũ anni tris cõtineãt progenies.Quo tẽporis interuallo bis solem prędicẽt occidisse, vbi nũc oritur,totideq vbi occidit oriri cõtigisse.Hęc tũ Herodoto Ægyptii sacedotes persuasere,grande ei coenaculũ mõstrantes,vbi. CCC.quadragintaquinq colossi lõga serie stabant,neq nomine,neq rebus gestis discreti,quo apparet cõmentũ illud gentis fuisse,ad arguendã vetustatẽ suã,cuius vsq ad ridicula mendacia fuit ostentatrix.Post Sethonem igiẽ duodecim reges creati,sanctissimo foedere ab initio inter se pacti, ne sibi alius alii insidiarẽtur,sicq fida cõspiratione Ægyptũ administrarẽt,interim oraculo cognitũ est,vt is q ferrea phiala in Vulcani esset rẽplo libaturus,solus Ægypti regnũ obtineret: nec lõgo deinde tẽpore interiecto,quũ forte in Vulcani æde solenni sacro reges oẽs starẽt de more libaturi, Antistes tẽpli numero aberrãs singulis,ꝑterq Psamnietico,qui vltimo loco steterat,phialã

Psamnietici facinus. obtulit,qua ille necessitate adactus,detracta sibi galea,libauit,ferebat tũ ipse vt cęteri reges galeam,eaq re animaduersa,cõfestim oraculi memoria circũstantiũ animos subiit,rariq id cõsilio factũ,dignũ Psamnieticũ iudicarũt,qui morte mulctaret: cęterũ cũ id casu cõtigisse cognitũ est,pcipua regni parte exutũ,in palustrẽ Ægypti partẽ relegarũt cęteri reges ea lege,vt reliqua Ægypto abstineret.Eã ignominiã ægre tulit Psamnieticus, secretaq consilia

Latonę oraculum. agitabat,vt pſentẽ cõtumeliã vlcisceretur.Ex Latonę interim oraculo,qđ in Buti vrbe oĩm verissimũ apud Ægyptios habebaẽ,relatũ est,fore,vt æreis viris auxiliantibus quãdoq visus,

Iones in Ægyptũ appulerunt. qui e mari affuturi essent,se Psamnieticus ĩ summã dignitatẽ vindicaret: nec multũ deinceps tẽporis pcessit,quũ Iones Caribus mixtis pdãdi studio maria lustrãtes,vi tẽpestatis vo lũtario cursu excussi,Ægyptũ tenuerũt. Vnus itetim indigenarũ eos ĩ littus egressos cõspi cat⁹,nouitate rei cõmot⁹,trepide Psamnietico nũciat,æreos hoĩes adesse:cataphractũ militẽ Ægyptii ad id tẽpus nũq viderant. Sensit ille fatale tẽpus adesse, cõfestimq inito cum Io

nibus & sociis fœdere, multis pollicitationibus in destinati belli partes traxit, hisq̧ copiis fret⁹ Psamnieticus, facile reges a q̄bus fuerat relegat⁹ e medio sustulit, totiusq̧ gētis vnus est ditionē adeptus. Durauit ab his principiis initū cū ea gente cōmerciū. Ægyptiacæq̧ res notiores sunt gręcis factę. Quo credo cōtigit, vt Herodot⁹ res ei⁹ gētis ab Psamnietico po tissimū sit scribere exorsus, velut notiore phama pceptas: cū vetustiora sparsim esset execu tus. Nos quoq̧ ei⁹ vestigia secuti, nihil post Israelitarū ex ea terra egressum in Ægyptiacis sum⁹ reb⁹ cōmorati. Extiterunt ad posteros Psamnietici monumēta plęraq̧, & eorꝫ aliqua cum cęteris regib⁹, priusq̄ esset in exiliū act⁹, cōmunia, vt Labyrinthus supra stagnū Myrios vrbē versus, quę Crocodillorꝫ est dicta, ī quo sex milia domiciliorꝫ fuisse tradunt: Pyramidesq̧ in laterib⁹ maiore admiratiōe dignę, q̄ Ephesię Dianę tēplū. Nec stagnum Myrios humano opere factum minus conspicuum. Fuit id Labyrintho pximū circuitu triū miliū & sexcentorꝫ stadiorꝫ, ab Aquilone in austrū porrectū, quinquaginta passuum altitudine, in quo medio duę pyramides quinquaginta passus aquis extantes, pari mensura in imum vadum depressę. Passus senis pedib⁹ cōstat quaternis cubitis. Pes sexdecim digitis. Sex mēsiū spatio, Nili corriuatione repletū id stagnū. Regnauitq̧ Psamnieticus annos quatuor & quinquaginta. Herodotus. X. annos huic numero ademit. Oppugnauit is vndetriginta annos Azotum Syrię vrbē, ac postremo expugnauit: nulla vnq̄ vrbs longiorē, q̄d memorię pditū sit, tulit obsidionē. Necho auito noīe appellatus Psamnietico successit, q & Necepsos est ab aliis dictus, fuerit ne hic mathematicus ille illustris, cui⁹ Plini⁹ meminit, an ali⁹, ab eo diuersus, haud facile dixerim. Fuerūt reges cū M. Anco pter Psamnieticū & Iosiā, quorꝫ gesta lōgiore executi sumus sermone, in Macedonia Philippus Arei fili⁹, q aliquot ętates eum præcessit, q magni fuit Alexādri pater. Sadiactes in Lydia, cui quum. XII. regnasset ānos, Aliattes successit. In Media Cyaxares, & Periāder Cypseli fili⁹ Corīthi rerū potit⁹ est. Fuit Aliattes hostis Cyaxari primo, mox affinitate illi est iūct⁹. Belli īter eos gesti origo fuisse tradit̄, q̧ seditiōe inter pecuarios Scythas orta, manus ingēs eorꝫ, patrio solo pulsa, in Mediā cōcessit. Hos Cyaxares benigne cōplex⁹, etsi supplices ad se venissēt, familiariter affari tradereq̧ illis Medicos pueros arcu & s̄mone īstituēdos. Interiecto deinde tpe, quū Scythæ assidue venatū irent, ac ferę semper aliquid afferrent, contigit tamen quādoq̧ vt nihil domū tulerint, quos sine venatione reuersos intuitus Cyaxares, vt ingenio fuit iracundo, multis eos probris insectatus est, quā illi contumeliā haud ferēdā rati, ex pueris quos instituebāt vnū trucidatū, in dissectę ferę spēciē regi obtulerunt: celeriq̧ deinde fuga in Lydiam ad Aliattē perfugerūt. Eos Cyaxari reposcenti: nā Rex & alii qui conuiuio interfuere, ex humanis carnibus ferinas rati gustauerāt, quū Aliattes eos tradere recusasset, bellū īter Medos Lydosq̧ conflatū est, quinq̧ annos vario euentu vtrinq̧ bellatū: dimicatūq̧ est etiam nonnūq̄ noctu atrociter. Sexto deinceps anno collatis signis, quū neutro adhuc acies inclinasset, contigit vt repentino solis deliquio nox ex die sit facta. Quā lucis mutationem, aliquot ante annos Thales Milesius, de quo non multo post dicā, Ionibus pdixerat futurā. Tenebrarum igitur interuentu, pugna dirēpta est, animisq̧ ad pacē inclinantibus, fœdus futurāq̧ amicitiam affinitate sanxerūt: Arsena Aliattis filia Astyagi Cyaxaris filio cōnubio locata. In fœdere sanciēdo, vetusto gētis instituto, memorabile illud seruatū, vt brachia circa humeros ferientes, vterq̧ alteri⁹ sanguinē lampserint. Post Medicū bellū Cimmerios Aliattes Asia expulit: Smyrnam vi cepit, & Clazomenas bello inuasit, vnde euentu frustratus infecta re abiit. Sed hęc obscuriore phama ad posteros prodita. Illustrius bellū q̄d a patre acceptū cū Milesiis gessit. Gerēdę rei ratio nō nihil a cętero bellādi vsu diuersa fuisse tradit̄. Eniuero Aliattes velut statis expeditionibus, vbi fruges adoleuissent, hostibus instare. Tū vero ad fistularum cantū, fidiūq̧ ac tibię hosticū ingressus, Milesii agri arbores & sata populari: campestrium tectorū & cęterarū rerū iniuria pertinaciter abstinere. Quinquennio sic bellatū, quo tēporis spatio Milesii semel atq̧ iterū acie sunt victi, in Limineto prius, mox ī Męandri campis, duodecimo belli anno ineunte (nam ab Aliattis patre sex annos Milesii fuerant prius vexati) quū forte incēsis de more segetibus, Assesię Mineruę phanū deflagrasset, nec ita multo post reductis domū copiis Aliattes in grauē morbū incidisset: Delphos misit, qui de valitudinis euentu oraculū consulerent. Negauit vates Pythia se vllū daturam responsum, nisi Assesię Mineruę prius tēplū Aliattes instaurasset: q huiusmodi necessitate districtus, Miletum ad Thrasibulū (is tū Milesiorū erat tyrānus) misit, qui cū eo tantisper inducias pacisceretur

Labyrith⁹.
Myrios stāgnum.
Passus.
Pes.
Longissimā obsidio.
Necepsos.
Regnorum collatio.
Aliattes.
Cyaxares.
Scytharū facinus.
Deliquium solis sub Aliatte.
Fœdus āti quo more.
Ad tibiarū cantum.
Aliattes exibat ī hostē.
Mineruę phanum.

Trasibuli Tyrāni cō silium.

donec Mineruę templū reficeretur. Thrasibulus, q de legatorum aduentu nōnihil antea fa ctus erat certior, qcqd tritici in vrbe fuit, in publicū deferri, tanq̄ venale imperauit, nec em ptorem inueniret, ciues & ipsi iussu velut oīa affluerēt in aperto conuiuari. Ficta hęc opulē tię species legatorū oculis pręter opinionē oblata, causam Aliatti pbuit soluendi cum Mile siis belli, quū post tot fœdas populationes nullo rei frumentarię incōmodo affecti putaren tur. Neq; pax solū Milesiis reddita, sed societas est etiā ab Aliatte cum Thrasibulo inita. Fe rūt hūc qnq; a Periandro per fidissimū internunciū rogatū, quo pacto posset sibi Corinthio rū principatum stabilire, nihil nūcio respōdisse, sed sequi iussisse se extra vrbē, ibiq; quum agri segetem pręteriens, altiores spicas baculo decussisset, hoīem recta Corinthū abire impe rauit. Hęc posteaq̄ Periandro renūciata sunt, causam illi pbuere, vt principib⁹ ciuitatis, aliis alia vi interfectis, Tyrannidē sibi in posterū firmauerit. Miror hūc Periādrū in eorū nume ro, quos Gręcia sapiētes appellauit, quorundam iudicio relatum, qui & Lysiden vxorē (alii Melitam scribunt) in pellicis gratiam interfecisse dicatur, & vt Aristippus pdidit, sciēs vo lensq; cū Cratea matre cōcubuit, filium relegauit, & Corcyrensiū natos, quantū in se fuit, Aliatti excęcādos pbuit. Cęterū q̄ infesta illi oīa fuerint, sub extremū vitæ tempus, ipse cō mētitio sepulturę genere declarauit, quippe qui veritus ne insepultus iaceret, duob⁹ robu stis militibus occulte mādasse dicitur, vt via quadam noctu ingressi, qui primus hominū eis occurrisset ferro obtruncarent, ac q̄ occultissime quirēt corpus humi cōderēt. Mox qua tuor seorsum missi qui duos illos nocturnis exceptos insidiis interficerēt, interfectos huma rēt, secuti qui hos quatuor ex īprouiso peremerūt, horū quoq; pcussores pari fraude a plu rib⁹ oppressi, oīaq; nocte vna, inęqualibusq; interuallis gesta, ipse primis duobus se ignotū obtulit, a quibus ferro exceptus periit, ignobiliterq; ex sententia est humatus. Eodē Tyrāni dem tenente memorabilis ille Arionis incidit casus, vt scribit Herodot⁹. Fuit Ariō nulli eo rū qui ea tēpestate fidib⁹ canebāt, phama & celebritate secūdus, in Lesbo natus, patria Me thymnęus, docuitq; primus oīm Corinthi Dithyrābū. Cęterū quū diu apud Periādrū fuis set, cupido animū incessit videndę Italię, vbi magna cū gratia versatus, posteaq̄ grandē sibi pecuniā quęsiuit, Corinthiorum nauigium conduxit in Achaiam rediturus, haud temere aliis ob aurū qđ secum vehebat ausus se credere. Nullus enim grauior homini comes in so litudine, nulla res viatorib⁹ infestior, quippe q̄ ex hospitib⁹ hostes pariat, & inter notos per cussorē inueniat. Vbi igit in altū euectus est, nautasq; suis rebus inhiare, capitaliaq; de se cōsilia agitare vidit, vltro illis oīe aurū obtulit, tantū mortē deprecatus, qđ ipsum nō mo do nō psuasit, sed cōfestim in subiectos fluct⁹ desilire iussus est, aut sibi manum inferre. Tū ille his malis circūuentus, cū lachrymis rogare pergit, vt priusq̄ id fieret, se elegātiore cul tu amictū, paululū canentē audirēt. Id quū haud grauate impetrasset, sup foros stans Or thriū exorsus est carmen, nec diutius morat⁹, vt erat insigniter cult⁹, ipsamq; Cytharam te nēs in mare dissiliuit. Mirū hic accidisse ferūt, vt cadēs a Delphino sit except⁹, & in Tæna rum Laconię pmontoriū ppetuo cursu delatus, indeq; pedestri itinere Corinthū ad Perian drum venisse. Hic quū ordine q̄ acciderāt ab eo exponerentur, nulláq; apud Tyrannum fa cerent fidē, tantisper in custodia est habitus, donec Corinthii nautę appulerūt, qui ad Peri andrum venire iussi, de Italię statu primū appellati, mox mētiōe de Arione iniecta: Ecquid haberent ne quid de eo rogati certi aliquid dicerēt, feliciter hoīem agere inquiūt, multaq; celebritate Italicis vrbibus florere, incolumē a se Tarenti relictū. tū ad alterius partis mēda ciū arguendū, iussus est Arion eo habitu quo fuerat seruatus in conspectū venire, quo viso conuicti sceleris nautę, nihil inficiari sunt ausi. Herodotus ingēs in Tęnaro ex ęre donariū cōstitutū, Arionēq; delphino sedentē, rei alioqui parū credibilis monumentum, ad suā vsq; ętatem durasse ait. Sed neq; Herodoti authoritas, nec quia Lesbii & Corinthii cōstanti as seueratione veteri phamę astipularenē, apud me tanti fuisset vnq̄, vt rē quę multo sit fabu lę q̄ veritati ppior, temere essem referre ausus, nisi Mecœnas Flauianus, & Flaui⁹ Alphius, Pliniusq;, & Gelli⁹, hos secuti, memorię pdidissent, Augusti Cęsaris tēporib⁹, pauperis cu iusdā filiū, ex Baiis Puteolos literariū ludū frequentantē, citro vltroq; tota Lucrini inter capedine plures annos a Delphino gestatum. Circa Hipponē Aphricæ alium ex hominū manibus vescentem, q̄q̄ id ipsum minus mirum, & a Flauiano eius terrę procōsule vnguē to psusum memorāt. Et ab Egeside proditum ait Plinius, in Ialiso Rhodiorum vrbe Her miam puerum Delphinum longa consuetudine per fluctus equitantem, subita procel

Trasibuli facinus.

Periandri interitus.

Arionis casus.

Ariō a Delphino excipitur.

Mira de delphini & hominis commercio.

la demersum. Idemq; & Naupacti accidisse, a Theophrasto est literarum monumẽtis datũ. Quę multa & varia de Delphino testimonia faciunt, vt si nõ oĩno lectoris fidẽ adhæc credenda astringã, nõ indigna tamen existimẽ quæ citra ruborẽ a me referri deberent. Et hæc de Arione sunt mẽorię ꝓdita. Claruerũt ꝑ id tẽpus ĩ Syria Palęstina Hieremias, cui⁹ mẽtio est nuꝑ facta, & Sophonias, haud obscura diuinatiõe, & cũ his Olda mulier ꝓphetica. Draço qui leges Atheniẽsibus ante Solonem scripsit. Thales Milesius Examii filius, q̃ Græcoꝝ primus physicẽ tractauit, materno genere a Cadmo oriundus, omnium primus sapiẽs vocatus. Callimachus author est cœlestem vrsam ab eo obseruatã. Figuratur id sidus septẽ stellis, in quarũ vna ex duabus posteriorib⁹ caudę mũdũ verti Erachones, & Higinius Erachonẽ secutus, credidit. Idẽ solis defectũ primus deprehẽdit, atq; eũ qui in Medici belli tempora incidit, vt supra significatũ est, aliquanto prius futurũ dixisse fertur, eundẽ solẽ arbitratus est Lunę proportione multo maiorẽ, conuersiones cœli, & de animorũ immortalitate, vt q̃dã ꝓdiderunt, primus oĩm disseruit. Mundũ animal esse credidit, ac dęmonibus plenũ. Anni tempora eiusq; vices obseruauit. Id temporis spatium in.CCCLXV. dies partit⁹ est, Ægyptiorũ disciplinã secutus, cuius gẽtis sacerdotib⁹, q̃ iidem sunt apud illos, qui & sapientes, vt operã daret in Ægyptum nauigauit. Terpander Musicus his ęqualis fuit, q̃ primus carmen ad Lyre concentum accõmodauit. Milesii per hęc tẽpora Boristhenem cõdiderunt: quæ eadẽ est & Olbia nũcupata, a fluminis ostio distantẽ stadia intra continentẽ ducenta. Miror Herodotũ, in longissimo de Boristhene fluuio sermone, nullã oppidi hui⁹ mentionẽ fecisse. Hũc post Histrum oĩm Europę fluminũ idem author maximũ arbitratus est, & ab Aquilone per Scythiam incertis, vt Nilũ in Aphrica, fontibus fluere. Pascua circa ripas lętissima, pręcipueq; pecoribus accõmodata, in ponticũ erumpit mare, circa ostia vis salis ingẽs concrescit. Antaceorũq; piscium captura inibi frequens, vnde & salsamẽta, q̃a ossibus id piscis genus careat, laudatissima. tanta flu. ꝑspicuitas, vt inter cęteros amnes, liq̃dius fluat, quadraginta dierũ nauigatione cognitus. Sinope aliquãdo post Boristhenẽ in Põto cõdita est, fluuiali triũ dierũ nauigatione a Phasidis ostio, & in ora Macedonię quę Ionio obuersa est Epidamnus. Corcyrẽsiũ id opus: Dyrrachiũ inde ominis causa dici cõtigit, sed vetustiora sunt oĩno, quæ Appianus de Epidamno, & Ione qui nomẽ ꝓpinquo mari dedit memorię ꝓdidit. Est & Dodonęi oraculi origo his tẽporibus interiecta, de quo fabulosa mihi videnẽ quæ eius loci antistites ꝑdicare soliti dicunẽ, geminas fusci coloris colũbas ex Ægypto vno tẽpore deuolasse, quarum in Aphricã vna, altera in Epirũ ꝓcesserit, hæcq; fago sidens humana voce sit locuta, ibiq; loci, Iouis oraculum cõdi oportere, seq; interpretẽ futurã dixerit, fore, vt q̃cq̃d inde mortales didicissent, fato eueniret. Pari ꝑdicatione quæ in Libyã delata est Ammonis Iouis oraculũ cõstituit. Hęc qualia mihi viderenẽ ꝓxime testatus sum nisi aliquis, nec inepte, nõ colũbas illas, sed malos fuisse dæmones dixerit, q̃ volucrũ specie Aphricę & Europę vno sint tẽpore insidiati, vt miseros mortalium aĩos, multis alioqui tenebris immersos, quibusdã adhuc maioribus, minusq; extricabilibus immergerẽt. Cęterũ minus a fide abhorrẽt, quę ab Ægyptiis Herodot⁹ ait se didicisse, celebri sermone a maioribus traditũ, mulieres duas, quę Thebis sacerdotio fungerenẽ, a Phœnicib⁹ inde deuectas, quarũ vna sit in Aphricã ab his delata, in Epirũ altera, oraculũq; ab vtraq; hic, vbi primũ gescere sit datũ, multa religione cõstitutũ. Et hęc fere in Martii Anci tẽpora inciderũt, nisi hęc quę de duob⁹ oraculis traduntur, multo vetustiora habenda sint: quũ ne authores qui dẽ desint, q̃ Æneã quũ in Ambraciã venisset, terrestri itinere, ad Dodonęi Iouis oraculũ venisse scribãt. Anco regi fatali necessitate sublato, L. Tarqnius in regnũ successit. Is oĩm primus regnũ ambitiose petiisse dicitur, cõposita ad id oratione, qua est ad populũ vsus, duobus Anci filiis tũ pubescere incipientibus, quibus tutor relictus a patre, sub comitiorũ tẽpus, nequid illoꝝ ꝑsentia sibi officeret, venatũ ablegauit. Summa eius orationis quam pro concione habuit, fuit hæc, vt diceret neminẽ indignari oportere, q̃ Romę peregrini generis homo regnũ peteret, haud enim rẽ se nouã affectare, quãdo Tatius olim nõ peregrinus modo, sed hostis quoq; Romani nominis factus rex esset, & Numa Põpilius, qui ne Romã q̃dẽ viderat, vltro ex Curibus Sabinis fuisset in regnũ accersit⁹. Se vero, ex quo sui iuris fieri cõtigisset, Romã cũ coniuge & fortunis oĩbus vltro cõmigrasse, præcipuã vitę partem, qua ciuilib⁹ hoĩes fungunẽ officiis, Romæ egisse: domi forisq; sub duce & magistro haud pœnitẽdo, domesticis militaribusq; institutis imbutum & edoctũ. Et q̃d sine inuidia liceret dicere

Hieremias. Sophonias. Olda. Draco. Thales. Terpander Musicus. Boristhenes. Antacei. Sinope. Epidamn⁹. De Dodonęi oraculi origine. Anci regis exitus. Tarquinii oratio.

obsequio in regem a se cũ ciuibus omnibus certatũ, cũ ipso rege beneficiis & liberalitate in ciues. Hęc illũ etsi ambitiose, vere tamen memorãtẽ, populus regnare iussit. Ipse regnũ assecutus, bellũ cũ Apiolanis primũ gessit. Fuit haec ciuitas ex priscis Latinis haud ignobilis. Belli causa inde orta, ꝙ quũ cęteri Latini, tũ oĩm maxime Apiolani, post Anci ĩteritũ latrocinio & excursionib⁹ Ro. agrũ infestauerãt. Bis itaqꝫ suoꝝ auxiliis fræti, cũ Tarquinio acie cõfligere ausi, toties ꝑlio victi intra mœnia cõpelluntur, irrequieta deinceps oppugnatiõe fatigati, vrbẽ tueri ad vltimũ nequiuere, quã vi captã hostiliterqꝫ direptã victor Roman⁹ incẽdit, ac funditus diruit, oppidanorũ qui bello idonei fuerũt pauci supstites, traditis armis cũ reliqua ꝑda veniere, vxores & liberi in seruitutẽ abducti. Inde in Crustumerios rex duxit, q sub Anci regis interitũ, cœperãt cũ Latinis sentire. Suis itaqꝫ virib⁹ diffisi Ro. portas aperuere. recepta vrbe Targnius paucis q fuerant defectionis authores in exiliũ actis, cęterę dedit multitudini veniã. Adiecit his recẽtes colonos, nequa in posterũ veterib⁹ nouarũ rerũ occasio relinqreť. Nomentani q in eadẽ causa fuerũt, & ipsi veniã ꝓcibus impetrarũt. Collatini in aciem descendere ausi, insigni clade accepta, trepide intra mœnia refugerunt. Mox arcta obsidione pressi, cũ nulla a sociis mitterenť auxilia, dedere se coacti sunt. Tarquinius tam clemẽter in hos, q̃ in Crustumerios & Nomẽtanos vsus est victoria, deditis arma adimit, ꝓecuniã imperat, fratris filiũ Egeriũ noĩe ꝑpetua potestate vrbi ꝑficit, q a prefectura Collatin⁹ est postea cognominat⁹, q̃ in familia appellatio ꝑpetuo mansit. Hoc rerũ successu Targnius elatus, Corniculũ Latinorũ vrbẽ, vt tũ res Latii erãt, valde opulentã oppugnat. Cęterũ priusq̃ mœnib⁹ copię admouerenť, oppidanos ad colloquiũ vocatos, Rex ad Romanã amicitiã hortať: sed quũ nihil inde pacatũ redderet, totis virib⁹ vrbẽ aggressus est, multũ diuqꝫ hic laboratũ, Cornicula nis fortiter resistentibus: Romani cõtra ꝑdę cupiditate accẽsi, vi muros trãscendere summa ope cõtendũt. Fuit itaqꝫ obsidio lõga & laboriosa, demũ fessis hostibus, omniqꝫ auxiliorũ spe abiecta, quũ varie sentire cœpissent, erãt q hostẽ qbuscũqꝫ conditionib⁹ intra mœnia accipiẽdũ cẽserent, alii trahendũ bellũ, durandumqꝫ dicere, quoad vita superesset, patriã penatesqꝫ tuendos: quę aĩoꝝ dissensio quũ pristinã illam tuẽdę vrbis cõspirationẽ soluisset, nec res ꝓcul abesset a seditiõe, Romani subita vi vrbẽ occupãt. pauci ex puberibus viui in potestatẽ venere, cæteri pugnãdo fere ad vnũ occidione occisi sunt, vrbs direpta & incensa, imbellis multitudo in seruitutẽ abducta. Latini vni⁹ vrbis excidio cõmoti, tãto aĩorũ cõsensu, q̃to ad id tẽpus nunq̃ alias, bellũ instruunt, Romanumqꝫ agrũ ingressi, partẽ illius optimã fœde populanť, ingẽti simul pręda inde abducta. Occurrit eo Targnius trepidis nũciis excit⁹, cũ expedito exercitu, hosteqꝫ in Romano agro nõ reperto (abierãt eñ honusti ꝑda in pacatũ) vlciscendę cladis cupidus, in hosticum trãsiit, vagaqꝫ populatione effusus, parẽ hostib⁹ cladẽ, paucis dieb⁹ repẽdit. Mutuis deinceps excursionibus Romanus Latinusqꝫ vterqꝫ alterũ icessere, donec ꝑlio haud ꝓcul Fidenis cõmisso, Latini victi castris exuti sunt. Tũ victorẽ Tarquinius exercitũ aliq̃diu circũegit, Latinosqꝫ mœnib⁹ clausos territare, hic demũ Latinorũ plęriqꝫ ppłi, vicinoꝝ excidio pculsi, de ĩperio recipiẽdo cõsilia agitare. Et iã Fidenates, Camerii, & alia quædã oppidula, vltro Romanis armis cesserãt. Latini veriti ne ad alios populos serperet ea aĩorũ inclinatio, atqꝫ ita oĩe Latiũ Romano ppło subiiceret, suis opib⁹ diffisi, ad alienas cõfugiũt, Sabinosqꝫ & quinqꝫ Hetruscorũ vrbes, in societatẽ belli asciscũt, ipsi totis viribus connixi, cũ valido armorũ apparatu Romanos fines irrũpũt: Tarquinius oẽm vim belli in latinos flexit, castraqꝫ castris cõtulit. Hic plures dies, quũ vtriqꝫ alteros timerẽt, de summa belli haud decernere ausi, leuia inter se ꝑlia ꝓ occasionẽ alteri⁹ partis obibãt. Demũ accẽsis vtrinqꝫ animis ad pugnã totis viribus est ab vtraqꝫ parte cõcursum. Fuit prę liũ ꝑ diẽ atrox, neutro tamen adhuc fortuna inclinante, interuẽtu noctis est oppressum. Postero die, vbi primũ illuxit, Tarquinius in cõspectu hostiũ aciem in procinctu habuit, vt pugnę cupidis faceret dimicãdi copiam. Cæterũ Latinis prelium detrectantibus, Rex ꝓ ocium spolia legit, suosqꝫ sepulturę dedit, postridieqꝫ ei⁹ diei auxiliares Hetruscorũ copię in hostiũ castra venere. Quibus Latini fræti, iterũ in ęquũ descendũt. Nec Romanus, q̃q̃ hostiũ vires auctas cerneret, certamine abstinuit. Atrox ab initio cõcursus fuit, pugnaqꝫ diu anceps, ĩde vero a sinistro cornu Romana legio parũ fortiter Hetruscis resistebat, quũ re ad Targniũ, q dextero cornu pugnã ciebat, trepide delata, iussis qui aderãt locũ strenue tueri, cũ ala vna equitum, robustissimorũqꝫ peditũ parte subsidiis subtracta, paululũ post aciem circũuectus, in Hetruscã cohortẽ q̃ maximo

Targnius Rex creať.

Crustumerii.

Nomẽtani.

Collatini.

Corniculũ capitur.

Latinorum opes semifractæ.

Atrox certamen.

potuit impetu est inuectus,turbauit improuisa res hostiũ aĩos,mox & pedites,qui pulsi erãt in pugnã reuersi,momẽto tẽporis,Hetruscis in medio cęsis,dexterũ Latinoꝝ cornu fudere, secuta deinde & ab altera parte fuga. Tarqniꝰ,vbi hostẽ turbatũ,illiusq; spem oẽm in pedi-bus repositã vidit,celeri cursu ad inimica castra contẽdit,qbus priusq̃ Hetruscus a pauo-re se reciperet potitus est. Cędes haud vno loco edita, & q in castris erãt, qua cuiq; ꝓximũ fuit,in subiecta loca dilapsi,& ab Romanis equitibus excepti,passim trucidant. Alii ex acie digressi,pauidiq; in castrorũ munitiones incidẽtes,pene prius cęsi sunt,q̃ castra ab hoste re-cepta animaduerterint: Ita duobus malis metu & pauore circũuenti, post teterrimã cędẽ,ab iectis armis,se suppliciter dedũt. Tarqnius,ꝑter captiuos,quos sub corona vẽdidit, cęterã prędã militi diripiendã dedit: inde cũ victore exercitu Latinorũ oppida oppugnatũ ire per git. Latini recẽti clade fracti oẽs ad vnũ Romanis armis cessere,a qbꝰ ꝑfugas, & mãcipia in agris capta Tarqnius recepit. Cęterũ nec stipẽdiarii,nec vectigales facti, sed in amicitiã po puli Ro. societatẽq; recepti. Rex victor Romã reuersus,de Latinis triũphauit. Nec diu Ro. arma quieuere. Sabini suoꝝ cõsiliorũ cõscii,societatisq; cũ latinis initę, rati ita futurum,vt Ro. qui cũ ea gente iã bellũ profligatũ haberent,in se oẽm vim armorũ verterẽt,bellũ infer re occupãt,vt in Ro. agro,potiusq̃ in suo armis disceptaretur , nec multo post acriter cum his est dimicatũ,fuitq; certamẽ ipsum perdiũ,atq; anceps,primisq; se tenebris intẽdẽtibꝰ pu gna dirẽpta est. nec Ro. Sabinive plures dies aliquid deinceps mouere, neq; obsidentes ipsi, neq; ab vllo obsessi silẽtiũ vtriq; intra vallũ tenuerũt. Demũ nullũ maius certamẽ experti, domũ reuersi sunt,vt maioribꝰ viribꝰ ꝑ ociũ cõparatis,de sũma rerũ iter se dimicarẽt. Liuiꝰ ob inopinatã vim belli priꝰ ait hostẽ Anienẽ superasse,q̃ illis obuiã iri potuerit,ibiq; dubio marte pugnatũ,reductisq; Sabinoꝝ copiis i castra, Tarqniũ Romã reuersum,suas vires no uo egre,qua parte rẽ Romanã laborare senserat,firmaturũ. Hic quũ ad veteres cẽturias qs Romulus scripserat,alias addere statuisset,suoq; noĩe insignire,id qa inaugurato Romulus fecerat,negat Actius Nauius clarꝰ ea tẽpestate Augur,nisi secũdis auibꝰ,posse cẽturiis ipsis addi qcq̃,aut adimi. tũ Rex ęgre ferẽs se ab intẽpestiua religione interpellari,ad fidem artis eleuãdã,age inqr Acti etsi potes q̃primũ mihi expedias, an inaugurato fieri possit , qđ aĩo cẽcepi,quũ ille rei ipsi,quãcũq; aĩo volutasset,aues addicere renunciasset: Ast ego (rex ait) aĩo agitabã,cotem hãc nouacula discindere. Cęterũ an vera tuę aues denũciẽt,tute ipse ex perire. Incredibile est,qđ ibi euenisse aiũt cotẽ tõsorio cultro haud cũctãter a Nauio discis sam,q̃ res effecit,vt tãta iã inde authoritas arti accesserit,vt nihil publice domi forisve nisi auspicato fieret: cõcilia ppli,exercitꝰ vocari,qcqd publici negocii inchoandũ erat,nisi aues admisissent,solueret. Statua Nauii eodẽ loco,quo res acta est,velato fuit capite in comitio ad lęuã Curię,cũ cote,vt eiꝰ miraculi extaret monumẽtũ. Rex ne cõtra religionẽ rẽderet,de equitũ cẽturiis nihil mutauit,veteri nũero rãtũ alterũ adiecit, vt mille & ducẽti eqtesꝰ in tribꝰ cẽturiis essent,sub iisdẽ noĩbꝰ qbus priores fuerãt appellati. Liuiꝰ Ramnẽses,Luceres, & Tariẽses vocatos scribit: Dionysius nõ cẽturias sed tribꝰ,q̃ tres ab initio fuerũt,his noĩ bus vocaras existimat. Hac copiarũ parte Tarqnius auctꝰ in hostẽ rediit, iã eñ Sabini He-truscorũ fręti auxiliis bina castra circa Anienẽ fecerãt. Est is fluuiꝰ ex q̃draginta amnibꝰ qui Tyberi miscent,post Narẽ maximꝰ,in Trebulanis orit mõribꝰ. Strabo qđ miror, ex Alba ꝑ Marsos primo fluere dixit. Cęterum cõcitatꝰ ac passim cõfragosus ꝑter vicũ Varronis, Ty bur vsq; ꝑgressus,ꝑcipiti casu i Cataractã deiicit,vñ cũ strepitu & ruina excussus,potiusq̃ emersus,ꝑ cautes & saxa nõ nihil fatigatꝰ,aliq̃diu ꝑ ęquiora etiã loca impacatꝰ ruit, sedato mox alueo,ac vbiq; fere nauigabilis,Tyberi,haud ꝑcul Fidenis,infundit. Anius Hetrusco rũ Rex id fluuio nomẽ dedisse fert,quũ priꝰ Parẽsius diceret. Is filiã a latronibꝰ interceptã, quũ eo vsq; secutꝰ recipere nequisset,doloris impatiẽs vltro se in amnẽ ꝑcipitãs periit. Binis itaq; castris partiq; inter se distantibꝰ,circa Anienẽ,vt dixi,metati erãt hostes. Tarqnius lo cũ superiore ripa castris cepit paulo eminẽtiorẽ. Hic priusq̃ cũ hoste cõfligeret, arte aliqua opus esse ratꝰ,vt hostẽ,quo nũero militũ erat inferior,ingenio superaret,ad terrorẽ illi incu-tiẽdũ,ingẽtẽ vim lignorũ incẽsam,secũdo fluuio,paulo ante lucẽ i scaphis & ratibꝰ ad hũc vsum q̃sitis dimisit. Quę sublicijs eiꝰ pontis impactę,quẽ Sabini a tergo habebãt,vt cõmea tũ ex pacato acciperẽt,cõfestim supimpositas phalangas corripuit. Miraculo fuit primo an telucana illa flãma Sabinis. Mox vbi põtẽ deflagrare aĩaduerterũt,multi ex ꝓximis castris ad restinguẽdũ ignẽ temere decurrũt. Inuadit ilico Romanꝰ structa acie hostiũ vallũ haud

Latinoꝝ cędes.

Latinoꝝ deditio.

Sabinũ bellum.

Actius Nauius Augur.

Auspicioꝝ supstitio.

Anien fluuius.

Tarquinii stratagema

vno loco,vt qui in aduersa erãt castroꝝ parte,subita oppugnatiõe occupati: lateri,qđ erat in flumẽ obuersũ,qđq magna fuit ex parte militibꝰ nudatũ,ob cõcursum ad amnẽ factũ,opitulari neqrẽt.

Sabinorum clades.

Modico igit̃ negocio Tarqniꝰ castris est potitꝰ, cędes & cõsternatio ingẽs secuta,multi metu in flumẽ temere ruẽtes,aquarũ ĩpetu superati perierunt.Sed vix bñ castra q̃ citra flumẽ hostes fuerãt metati,ꝑ hęc capta fuerãt,quũ aduersa parte fluminis exauditꝰ est eoꝝ clamor,q ꝑ noctem scaphis amnem traiecerant, vt Hetruscorũ castra, q̃ erant vltra Anienem,eodẽ tẽpore inuaderẽt,nã & illi improuiso accessu,pene prius castrorũ munitiones irruperũt q̃ adesse putarent̃.Ita bina hostiũ castra vno tpe Ro.est adeptus.Ferunt Sabinoꝝ scuta secũdo Aniene,inde Tyberino flu.ad vrbẽ delata,priꝰ pene q̃ nũciari posset,insignẽ victoriã fecisse,ꝑda ingẽs parta,quã cũ captiuoꝝ multitudine Romã Tarqniꝰ misit,hostẽ ꝓsecuturꝰ.

Spolia cremantur.

Spolia hostiũ,q̃ noctu,ꝓ pontis credo deflagratiõe,fuerant Vulcano vota, in vnũ cõgesta ĩcẽdit.Liuiꝰ author est,Sabinos post eã cladẽ reparatis viribꝰ,iterũ acie cõgressos,ac tũ quoq ꝓlio victos quieuisse,Collatiãq tũ demũ illis ademptã. Dionysius ꝓterq̃ q eã vrbẽ iã ante Romanorũ factã ꝓdidit,Sabinos ait castris ad Aniẽnẽ exutos inducias ĩ sex annos impetrasse,qbus domitis Hetrusci,totius gẽtis noĩe, bellũ in Romanos instruxerint publico decreto edictũ,vt q eã militiã detrectasset,extra corpus Tusci noĩs haberet̃,copias educũt,Tyberiq traiecto ad Fidenas castra muniunt,vrbẽ ꝓditione capiunt,magnaq colonorũ parte,q diuersę erãt factionis,inde abducta,validoq ꝓ̃sidio ad custodiã loci relicto, in Ro.excurrũt agrũ:nec inde multũ in hostico fuere,sed flumine traiecto honustꝰ pręda exercitus in pacatũ abiit.

Fidenę occupãtur ab Hetruscis.

Tarqniꝰ acceptę cladis vltionẽ accelerãs, domesticis externisq copiis cõtracto exercitu, bipertito in hostẽ mouit:Egerio cũ auxiliaribꝰ Latinis ad Fidenas oppugnãdas relicto,ipse cũ cętero exercitu Veientanũ ingressus agrũ,oĩa hostili populatiõe foedauit.

Egerius castris exuit̃.

Interim q Fidenis ꝓ̃sidio erant,auxiliis ex Hetruria occulte acceptis,in Egerii castra impetũ faciũt,q̃ parũ attente custodita,primo ĩpetu capiũt:inde dispalatos milites,q pabulatũ exiuerãt adorti,multã passim cędẽ edidere.Sed q̃ hic res male gesta est,tã feliciter circa Veios ꝓuincia Tarquinii ductu est administrata, q cũ oĩbꝰ fere Hetrurię copiis ꝓspere dimicauit,inde late agros populatꝰ,Agyllaq nõnihil oppugnata(apud Dionysiũ Acyllã reperio,fuit id oppidũ Cere deinceps nominatũ)hic aliq̃diu statiua habita.

Agylla nũc Cere.

Cęterũ quũ frustra ob loci sitũ res mota esset,copiis citra Tyberim reductis,Fidenas laborioso certamine recepit.Fidenatiũ q fuerãt defectiõis authores,alii cęsi virgis,securi subiecti sunt,alii in exiliũ acti,vrbs ĩpa ꝓ̃sidio firmata est.

Heretus vicus.

Vltimũ Tarqnio bellũ cũ Hetruscis ad Heretũ fuit,est is vicus Sabini agri Tyberi ꝓpinquꝰ, hic illi castra fecerãt in spẽ adducti,fore,vt qñ induciarũ tps exiisset,cõmuni noĩe Sabini secũ rẽ in Ro.gererẽt. Verũ longe aliter euenit: nã cõi cõsilio Sabinoꝝ nulli ob recẽtẽ acceptarũ cladiũ memoriã,bellũ suscipe sunt ausi.Plęriq spõte sua in Hetruscoꝝ castra venere,qbꝰ illi fręti,qa nõnihil eiusmodi auxiliis suas vires auctas videbãt:cũ Ro.legionibꝰ,q̃ regis ductu ꝓsto affuere,manꝰ cõserunt,fuitq ea pugna nihilo illis ꝓsperior,q̃ priores illę duę fuerãt,mĩtũq phamę Ro.regi ex ea victoria accessit.Patres vt triũphãs in vrbẽ rediret decreuerũt.Ipse nec diu Romę cõmoratꝰ, ĩ hostes recẽti clade ꝑculsos duxit.Tũ vero oẽ Hetruscũ nomẽ,dãnatis armis toties ĩfeliciter motis,maiores natu mittũt,vt pacem quibuscũq legibus possent cum Ro.rege cõponerẽt.Tarquinius solam cõfessionẽ pricipatꝰ ab eis petũt,libertatẽ pristinaq iura seruaturũ se pollicitꝰ:irẽt & suoꝝ populariũ aĩos explorarẽt,an caput & arcẽ ĩperii Ro.dici vellẽt. Tũ si ea res ĩpetrata foret, futurũ,vt cętera cõuenirẽt.cũ his dimissi legati,q haud multo post cũ pricipatꝰ insignibꝰ affuere.

Hetrusci Rõanis de imperio cedunt.

Insignia q̃ illi ad regẽ attulerũt hęc dicunt̃.Corona aurea.Sella eburnea.Sceptrũ habẽs in sũma cuspide aqlã,Tunica purpurea.Fuerũt q &.XII.secures, q̃ deiceps reges & cõsules q post illos secuti sunt,ꝓcesserũt,ĩde sũptas crederẽt.

Insignia imperii tusci.

Strabo ꝓter cętera ĩsignia ab Hetruscis accepta adiicit & tubas.Tarqniꝰ inuidiã declinãs eoꝝ vsum nõ priꝰ recepit,q̃ de ea re patres authores facti sint.Ea oĩa ornamẽta sũmi ĩ vrbe magistratꝰ,corona tñ & picta toga adẽptis,post exactos reges vsurparũt.Nouissimũ bellũ Tarqniꝰ cũ Sabinis gessit,qm eos q cũ Hetruscis ad Heretũ militassent Ro.deditos noluissent,quum ad suppliciũ reqrerent̃. Vtrinq igit̃ bello sũma ope ĩstructo,Sabini Aniẽnẽ trãsgressi,ĩ Ro.agrũ tumultuose irrumpũt,lateq effusi cędis & populatiõis oĩa cõplẽt.Occurrit eo Tarqniꝰ ex vrbe excitꝰ.nec ꝓcul ab hostiũ vallo cõcedit,abstinuitq tãdiu a dimicatiõe,donec cęterę copię ex vrbe affuisset tũ vero ĩ ęquũ descẽdit,pugnęq hostibꝰ copiã fecit,nec Sab.certamẽ detrectauere,ferociaq

Sabinum bellum.

militũ numero nihilo Romanis īferiores. Inito ꝑlio, haud minore ardore & vi aïorũ in acie ꝑstitere, q̄ man⁹ a principio cõseruerãt, donec cõspecta a tergo noua acie, ne ĩ medio cęde rẽtur, ad fugã inclinarũt. Fuerãt pedites mixto equite p noctẽ ĩ insidiis ad hoc ipm locati, q ardore pugnę subito ex ĩsidiis coorti, tãtũ terroris hostib⁹ iniecere, vt cõtinuo fugã fecerĩt. Multi igit̃ in acie, sed ĩ fuga multo plures interfecti: capti etiã q̄plurimi, vt ex opulẽto nuꝑ exercitu pauci ĩ ꝓximas vrbes effugerint, castra ab iis, q ad p̄sidiũ relicti fuerãt, ꝑditis reb⁹ Ro. dedita sunt. Repararũt haud multo post Sabini afflictas opes, copiisq; in vnũ cõtractis, castra ĩ apto metati sunt. Nec Ro. rex q ad hos nouos conatus opprimẽdos occurrerat, quũ hostẽ ad certamẽ ꝓuocasset, elicere potuit, vt ĩ æquũ descẽderet, leuia q̄dã ꝑlia, eaq; tumultuaria, vt iter pabulatores, ꝑ aliquot dies cõmissa. Tarqnius lõgioris morę impatiẽs viis circa castra insessis, oẽm pabulandi occasionẽ, alteriusve cõmeat⁹ importãdi, hostibus ademit. Senserũt illi cõtinuo famẽ, paucisq; diebus rerũ oĩm inopia adacti, silẽtio noctis, pluuioq; & strepẽti cœlo, ꝑ loca deuia stationib⁹ auersa tm̃ arma habẽtes ĩ pacatũ abiere. Ita bellũ ĩ qntũ annũ distractũ, postremo nõ p partes, vt antea, sed oẽ Sabinũ nomẽ, delectu ex oĩ ætate, q̄ arma ferre potuit, accuratissime habita, ĩ extremũ pugnę discrimen descẽdit. Qua latinorũ Hetruscorũq; auxiliis fręt⁹ lõge superior Ro. fuit: ea demũ acie toti⁹ gẽtis opes ita ꝓrsus cõcidere, vt Tarqnio seq̄nti ãno eoꝝ fines ĩgresso, minaciterq; denũciãti nisi ĩ aciẽ descẽderẽt, vr besoppugnaturũ sese: vniuersũ nomẽ Sabinũ, vt Hetrusci fecerãt, ꝑ legatos deditionẽ fecerĩt. Iisdẽ qb⁹ illi legib⁹ sunt Sabini ĩ fœdus & amicitiã accepti. Illd̃ mõ exp̄ssũ vt Romę caput esset ĩperii. & hęc sunt q̄ Tarqni⁹ bello gessit: quoꝝ p̄cipuã partẽ miror a Liuio p̄termissam. Nec domestica multo illis ĩferiora: ab initio em̃ regni cẽtũ ĩ patres legit, qui minorũ gẽtiũ sunt deĩde appellati: sic. CCC. numero senatores esse cœperũt, quũ ad id tp̄s. CC. nec ãplius fuissent. duas vestales priori numero adiecit. Persuasum scio fuisse qbusdam, suppliciũ quo vestales incesti cõuictę affici cõsueuerũt, vt circa Collinã portã viuę terrã subirent, ab eodẽ rege excogitatũ: Pinariãq; primã oĩm eo regnante sic necatã. Circa forũ tabernas & officinas ad ornatũ simul & vsũ ĩstruxit, muros vrbis rudi pri⁹ materia eductos, grãdiorib⁹ saxis ad regulã formatis, prim⁹ moliri est adort⁹. Cloacę qb⁹ aquę subterraneis fornicib⁹ ĩ Tyberim laberent̃ eiusdẽ opus fuisse credũt̃, magnitudo opis ex eo, q̃d dicã, facile põt ĩtelligi. C. Aqli⁹ author est Cloacarũ repurgationẽ mille postea talẽtis a cẽsoribus locatã. Extruxit & Circũ maximũ q ĩter palatiũ pãdit̃ & Auẽtinũ, cęmẽtitiis sedilib⁹ circa areã ędificatis, quũ ãtea sub ligneis tabernaculis arida tectis arũdine spectare moris eẽt. Liui⁹ locũ Circi tũ primũ designatũ credidit, spectatũq; ab ĩitio ex furcis spectacula duodenos pedes a terra sustinẽtib⁹. Circi area tria & dimidiũ ĩ lõgitudinẽ habuit stadia, latitudo ei⁹ q̄ternũ fuit iugerũ, id soli spatiũ trib⁹ laterib⁹ portic⁹ paululũ repãdę claudebãt. CL. miliũ spectatoꝝ capaces. Tẽplũ q̃d rex Ioui, Iunoni, & Palladi bello Sabino vouerat, ĩ Tarpeio colle extruẽdũ destinauit, Liui⁹ soli Ioui votũ existimat. Fũdamẽta igit̃ circũscripsit Tarqnius, q q̄ regno excidit, pene ad exitũ ꝑduxit. Mox eiectis regib⁹ a Puluillo ẽ cõsule dedicatũ. Preterea medio ei⁹ regni tp̄e magnũ ĩ regia factũ est ꝓdigiũ. Alebat̃ ĩfans ex Ocrisia Corniculana fœmina, nobili loco nata: sed tũ vi bellica apd̃ Tanaqlidẽ serua. Fuit illa Tullio Corniculano regii generis viro matrimonio locata. Is Corniculi excidio fortiter ꝓ patria dimicãs mortẽ occubuerat, cui⁹ vxor p̄gnãs cũ cęteris popularib⁹ Romã est ĩ seruitutẽ abducta. Quã ob elegãtẽ formã, eximiãq; prudẽtiã Tanaqlis liberaliter penes se habuit, puerũ ex ea natũ ĩdulgẽter alere ĩstituit, cui patris erat nomẽ ĩditũ. Accidit igit̃, vt mediis crepũdiis dormiẽtis pueri visum sit caput ardere. Tũ q forte aderãt subita & noua re ꝑculsi, trepide aquã ex ꝓximo deposcũt, flãmã extĩcturi. Vetat id Tanaqlis fieri, spectatrixq; flãmę circa caput leniter pascẽtis silẽtio astitit: donec illa cũ sõno remittẽte ĩfans spõte est sua exp̄rect⁹. Tanaqlis remotis arbitris regi ꝓdigiũ interp̄tat̃: scire ĩqt te Tarqni oportet, puerũ hũc, quẽ domi humili cultu educam⁹, dubiis reb⁹ nostris lumẽ, domuiq; afflictę p̄sidiũ aliq̃n futurũ: decet ꝓinde qa expedit, vt materiã hãc publici priuatiq; decoris p̄cipua diligẽtia nutriam⁹, facileq; illi viã ad futura fata nostra q̄ramus indulgẽtia. Assensit his Tarqni⁹, iã ãntea ĩ seipso augurãdi prudẽtiã, q̄ erat ĩ cõiuge, exptus, cœptusq; est puer iã inde regio cultu educari. Ipse vbi p ætatẽ adoleuit, tãtũ ĩdole p̄stãtiaq; ĩgenii domi militięq; ꝑfecit, vt filiã Tarqnius ei vltro despõderit, ac tũ demũ vt filiũ cõplexus, ei⁹ opa ĩ publicis negociis sic domi, militięq; vsus. Ob hęc ille in tãto erat honore apud patres & plębẽ, vt nemini dubiũ esset Tarquiniũ nõ tã generum

Tarquinii stratagema

Cedũt Sabini Romanis.

Senatores aucti.

Prima vestalium necata.

Circus maximus.

Prodigiũ ĩ Seruio Tullo infante.

Tanaqlidis prudẽtia.

sibi q̃ successorẽ quęsiuisse. Angere id duos Anci filios, qui ꝑter q̃ ꝙ iā antea iniquo animo ferebāt, aduenā hominē post patris interitū regnū Romę obtinuisse, perspicue futurū videbāt, vt nisi regiis cōsiliis iretur obuiā, paulo post Seruius, ex serua natus, regnū occuparet. Inuidia igif̃ pudorq́ꝫ Martiorꝫ exagitabat aīos, si virili stirpe Anci regis īcolumi, regnū, qđ ille tenuisset, nō aduenis modo, sed qđ īdigni⁹ adhuc esset, seruis ex serua natis occupādū pateret. Primo itaq́ꝫ regē falsis adorti criminibus ad populū īsimulāt, tāq̃ Actianę cędis cōscium. Fuerat Actius Nauius (qđ populus moleste tulerat) incerto authore ꝑ id tēpus interfectus, quā illi materiā nacti, ꝑ hoīes suę factionis plębis aīos in Tarquiniū irritabant, velut supbissim⁹ rex pati nequisset Actii phamā ī ore oīm esse, qppe q ei⁹ conatib⁹ religione iniecta aliqñ augurādi prudētia obstitisset, in argumētū cędis iussu regis ꝑpetratę illud ꝑtēdere, ꝙ tāti viri mors silētio obliterata esset. Parū abfuit qn plębs eiusmodi criminibus incēsa regē ī forū descēdētē, ꝓ polluto & impio abegerit. Cęterū tēpestiua generi purgatio, veritasq́ꝫ lucis amica, nō solū restitit ꝑnti inuidię: sed falsam etiā opinionē, de ea re cōceptā, animis vulgi discussit. Tulit Targnius ciuili aīo eā iniuriā, nec tm̄ ei⁹ mot⁹ authorib⁹ dedit veniā, sed ī veteri etiā familiaritate & cōsuetudine, ob patris memoriā ꝑseuerauit. Illi vero nihilo ꝓpterea pacatiores facti, triēnio q̃ hęc acciderāt, duos suę factionis viros occulte subornāt, q agresti habitu rusticanis ābo ferramētis accincti, tāq̃ ab ītermisso opere nuꝑ auersi, ī regiā allercātes irrūpūt, hic mutuo se cōuicio īcessentes, fideq́ꝫ regis īplorātes, mltitudinis ī se oculos vertūt: tū vero ad regē vocati, iussiq́ꝫ īuicē dicere, vn⁹ rē excōposito orditur, ī quē dicētē quū totus rex auersus esset, alter elatā securim ī ei⁹ caput deiecit, teloq́ꝫ ī cadētis vulnere relicto, ābo sese foras eiiciūt. Alii moribūdū regē cū clamore excipiūt: Lictores regis ꝑcussores euestigio assecuti, ad suppliciū retrahūt. Fit cōcursus vndiq́ꝫ īgēs ī regiā. Tanaquilis ī subita trepidatione salubri cōsilio vsa, regiā claudi iubet, arbitros eiicit, ac tāq̃ ī spe supuicturi regis, q̃ ad curationē vulneris necessaria videri poterāt, studio cōparat: inde Seruio ī secretū abducto, moribūdū senē ostēdit, dexterāq́ꝫ iuuenis tenēs multis ꝑcibus obtestatur, ne soceri mortē inultā socrūq́ꝫ inimicis ludibrio esse patiaf̃: inter hęc illa clamore multitudinis excita q̃ haud āplius sustineri poterat, ex supiore ꝑte domus qua via illi noua subiecta erat populū affata iubet ciues bono aīo esse, viuere regē ait, atq́ꝫ ex subita mētis alienatione concidisse eū violēto ictu. Cęterū vulnus qđ accepit, haud qdē letale esse, cruore absterso oīa salubria videri, esse se ī spe haud dubia, vt paucis dieb⁹ ipm̄ ꝑiculo seruatū viderēt. Interim iubere eū Tulli dicto populū audiētē esse, ipm̄ ꝓ rege ius dicturū quoad vulnus curaret. Seruius igif̃ socrus cōsiliū secut⁹, cū trabea & lictorib⁹ ī publicū ꝓcessit, regiaq́ꝫ sedēs sella q̃dā decernere, alia velut regē de his domi cōsulturus, in aliud tēpus differre. Atq́ꝫ ita plures dies Targnii vita assimulata, quū ille euestigio post acceptū vulnus expirasset, ꝑ speciē alterius vicis fungēdę suas Tullius opes firmauit, tū demū morte regis palā facta, firmo ꝑsidio munit⁹, prim⁹ oīm iniussu populi, volūtate patrū regnauit. de ꝑcussorib⁹ sumptū est supplicium. Anci filii vbi regē viuere creditū est, cernerētq́ꝫ Seruii opes eas esse, vt ipsi tuto in vrbe esse nō possent, Pometiā exulatū abierūt. Regnauit Tarquini⁹, qđ Liui⁹ & Dionysi⁹ scribūt, annos duodequadraginta. Eusebius quinq́ꝫ & quadraginta prodidit.

Criminaf̃ Targni⁹ ad populū.

Obtruncaf̃ Targnius.

Tanaqlidis calliditas.

Seruius Tulli⁹ rex creatur.

M. ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIÆ HISTORIARVM AB ORBE CONDITO, ENNEADIS SECVNDÆ, LIBER QVINTVS.



ETVSTVM Iudęorū regnū per hęc tpa variis cōuulsum cladib⁹, pene fundit⁹ īteriit. Fuit tū forte Babyloniorꝫ princeps (sacri libri regē fuisse aiūt) Nabuchdonosor, homo acri īgenio, & ad bellū magis q̃ ad ociū cōparato. Mouerat is in Nechonē Ægypti regē sub quo tū Syria tota erat, cōsederatq́ꝫ ad Circamē vrbē Euphrati ꝓximā: quo Necho cū valido occurrit exercitu, vt primis illi⁹ conatib⁹ obsisteret, & ī regni finib⁹ potiusq̃ ī viscerib⁹ bellaret. Cōmisso igif̃ inter eos ꝑlio Necho magna exercitus parte amissa, pugna excessit: Nabuchdonosor victor oēm Syriā ad Pelusium vsq́ꝫ, prӕter Iudęā armis subegit. Hęc Iosephus. Verū cur terra ipsa Assyrius omne ius belli abstinuerit, quū Nechonis beneficio, Heliachimus in Iudęa regnaret, haud quidē ītelligo. Quarto deinceps āno q̃ hęc gesta sunt, q Heliachimi fuit regni octau⁹, Iudęi ab Assyrio graui sunt bello petiti. Rex suis viribus diffisus annuū tributum pactus, se peri

Anceps Historię relatio.

Heliachimus rex.

culo exemit.Ceteru distulit ille cladē quę sibi regnoq suo instabat,vitare tamē non potuit. Iā em̄ tertiū tributū ppēderat,cū rumorib⁹noui belli fret⁹:qd Necho i Assyriū struere ferebat,cōtra icti foederis iura tributū nō reddidit.Reclamare Hieremias ppheta,q diuino afflatus spiritu ventura oīa videbat vt psentia,incassum Ægyptiacas opes spectari,fore breui, vt Assyriis armis ciuitas ingēti clade afficeret.Audiri hęc vulgo:sed nemo illi fidē habere. Quidā etiā ex salubri alioq pdicatione,seni inuidiā facere,tāq excidiū regi patrięq omināti:arreptusq i iudiciū,parū abfuit qn extremo sit supplicio deditus.Seniorū authoritas pl⁹ oīno valuit,q̄ vulgi odiū,solutusvinculis haud multo post librū i tēplo recitauit,quo oīa q̄ regi,vrbi,tēplo,mala iminebāt,fuerat cōplexus.Hūc quū Heliachim⁹ postea legisset,nec irę tēperaret,suis manib⁹ cōcerpsit,concerptū flāmis iniecit,ac tū demū prophetā ad suppliciū reqsiuit,cui sese ille mature subtraxerat.Nec ita mlto post affuit Assyri⁹, quē rex Hieremię prędictionē veritus,renouato foedere intra moenia accepit.Tū Nabuchdonosor Iudaicę pfidię exēplū secutus,foedus nuper ictū p irrito habuit, oēm florem iuuentutis cū ipso rege militib⁹ imissis,gladio cōfecit.Corpus extra muros insepultū abiecit.Demū regis filio,q eodē fuit quo pater noīe,regni administratione pmissa,triginta hominū milib⁹ ex omni multitudine Hierosolyma secū abductis,exercitū in Assyriā reduxit. Sed ne iuueni quidē diu regnū incolume māsit:parū tutū ratus Nabuchdonosor,eū in Syria regnare, cuius patrem insepultū abiecisset,Tertio post mēse quo Babylonē venerat,nouū exercitū sub prefectis in Palęstinā misit,tū nouo terrore pculsus,inopsq cōsilii Ioachim⁹ iunior, ne recētiore aliqua clade ciuitatē hostis afficeret,vltro i eius fidē cōcessit.Ille vt pollicitus erat vrbē,pacate est ingressus,mox regis iussa executus, Ioachimū cū matre & necessariis oib⁹ pter Sedechiam eius patruū,quē regē cōstituit,Babylonē traduxit. Iussi cū his migrare opifices,& quicūq militię idonei essent.Māsit Sedechias annis octo i foedere:inde homo sua spōte leuis, paucorū cōsiliū secutus,ab Assyriis ad Ægyptios defecit,Hieremia Hierosolymis, & Ezechiele,q tū Babyloni cū aliis seruiebat,vrbis & regni excidiū pdicantibus. Babyloni⁹ hostis Sedechię pfidiā vlturus,cū q̄maximo exercitu Syriā ingressus, pcipuā regni partē ferro & igni populatus est. Et iā castra Hierosolymis admouerat, quū de Ægyptiorū aduentu trepide allatū est.Assyrius soluta obsidione hosti obuiā processit,quē prælio superatū Syrię finibus expulit. Persuasum habuit Sedechias, & q illi in Hieremię inuidiā adulabantur, hostē ad obsidionē nō rediturū, quē quū propheta non multo post affuturū affirmaret, rideretur q interim,vt mēdax,periculo qd instabat substracturus se quādo publicę saluti cōsilio pdesse nō poterat,vrbē egressus Anathotum,q̄ patria illi fuit (distabat is locus stadia viginti ab Hierosolymis)iter itēderat. Ceterū ex itinere in vrbē retractus,in custodia & vinculis est habitus.Coepta est iterim vrbs iterū obsideri,hęsitq hostis moenibus duodeuiginti mēses, pmebātq duo iportuni hostes ciuitatē,fames,& pestilētia, Hieremiasq e carcere idētidē pdicare.vt hostiū fide implorata,pacatū intra moenia Assyriū acciperēt,ne vana pertinacia, omnia sacra & prophana simul perderētur. quibus vocibus offensi ciues,eū a rege ad suppliciū postulatū,carcere educūt,eductum in coenoso immergunt lacu,vsq propemodum ad fauces,vt lōgiore cruciatu distēderēt,fuitq ibi quoad iussu regis refossus inde est,Æthiopis cuiusdā ministerio,Sedechię gratissimi. Oppugnabat vrbs iterim aggeribus, bellicisq machinis,resq p regios pfectos impigre gerebat:Rex ipse i Reblata Syrię vrbe erat. Demū post multos hicinde labores exhaustos,vrbs noctu capta est.Sedechias vbi hostē intra moenia esse sensit,ab eoq iam tēplū teneri, cū vxoribus,liberis,& amicorū plęrisq intēpestę noctis beneficio vsus,clandestine vrbē egressus,in deserta loca occultā intēdit fugā. Hostiū duces Sedechię fuga p dedititos cognita,expeditios eqtes vbi primū illuxit,ad eū euestigio persequēdū misere.Et iā aliqd cōfecerat itineris,sperabatq fore,vt cū suis in pacatū abiret, quū aduētātiū fremitus ex ppinquo redditus,nō regē solū,sed qcūq regię fugę se comites destinarāt,subito metu perculit.Fit repēte circa Sedechiā fuga,aliisq alio trepide dilabētibus,Rex cū liberis & vxoribus capitur. Inde ad regē pductus ingratitudinis & perfidię primo icrepitus,q regnū suo beneficio adeptus,ad hostes cōtra foedus & iura defecisset, mox vt dirū secū spectaculū ferret,iussit victor Assyrius filios & amicos corā interfici. Ipm iniectis cathenis luminib⁹ priuauit,Babylonēq ad ppetuos cruciatus dimisit. Operępciū est cognoscere,q̄ diuersa significatiōe idē pdicarint duo clarissimi pphetę,hęc q̄ in Sedechia euenerūt.Scripserat Hieremias fore,vt Babylonē ille captiuus perducerēt. Ezechiel cętera vt

Hieremiæ diuinatio.

Nabuchdonosor Hierosolymas capit.

Hierosolyma iterum desolatur.

Hieremias in custodia habetur.

Hieremias in lacū mergitur.

Hierosolymę capiūt.

Capitur Sedechias.

Hieremias vaticinari:inficiari tñ eũ Babylonẽ visurũ. Viderat ꝓpheticꝰ ille spũs multo an tea,fore vt pduceret,verũ luminibꝰ priuatꝰ,hic pductũ iri nõ ignorat:sed orbitatẽ suppssit. Atq̃ hũc exitũ habuit regnũ,tãta indole in Dauidica gẽte ab initio locatũ, in qua a Dauide,qui princeps stirpis fuit:ad Sedechiã,vnꝰ & viginti lõga serie in Palęstina reges fuerũt.

Quot ãnos regnatũ sit Hierosolymis.

Habuitq̃ id regnũ ãnos quadringẽtos duosq̃ & quadraginta:vel vt alii colligũt septem & quadraginta:apud Iosephũ duplo maiorẽ numerũ redactũ repio. Victor hostis,nobilissimã vrbẽ oĩ sacro ꝓphanoq̃ cultu spoliatã,augustissimoq̃ tẽplo direpto & incẽso,a fundamẽtis diruit,captiua multitudo oĩs sexus & ætatis Assyriũ secuta,Babylonẽ migrauit. Nec Palęstinę res deiceps,etsi pñti clade afflictę,sine motu diutius fuere. Pręfecerat Nabuchdonosor ipsi terrę Godoliã Aichami filiũ,q̃ sparsam p deserta multitudinẽ,ad locorũ cultũ omĩ officio & lenitate reuocauit,breuiq̃ cõtigerat,vt satis freques ager vicatim coleret. Tenebãtq̃ adhuc Iudęi oppida q̃dã,cœperãtq̃ pñti ocio a pristinis cladibꝰ respirare, quũ Godolias in cõuiuio,iã vino grauis,ab Ismaele,& octo,q̃ cũ eo cõspirarãt,interficit. Iudęi inopinato casu consternati,veriti ne ob patratã Godolię cędẽ ab Assyrio ad suppliciũ deposcerent:Author eñ culpę cõfestim ad Bachalim Hãmonitarũ regẽ pfugerat:Hieremiã cõsulũt q̃d ĩ re ancipiti fieri oporteret. Principes gẽtis cẽsebãt in Ægyptũ trãsẽudũ. Hieremias ex oraculo

Profectio Iudęorũ in Ægyptũ.

monuisse fert,vt ĩ patrio pmanerẽt solo:futurũ vt Assyrius nõ multo post tota Ægypto potiret,ipsiq̃ alieni sceleris pœnas luerẽt. Visus est his Hieremias parũ credibilia canere, eiusq̃ vocẽ aspernati,sublatis rebꝰ q̃ asportari potuerũt,Palęstinas egressi populariter in Ægyptũ demigrãt:Hieremia & Barucho eiꝰ discipulo ĩ exiliũ abductis. Nec ita multo post Assyrius ĩ Syriã venit,q̃ ĩ vltionẽ patratę cędis,si q̃ mortaliũ ĩ Palęstina adhuc erãt, Babylonẽ traduxit:reddiditq̃ p hęc Iudęã oĩ humano cultu desolatã. Acciditq̃ recẽtior hæc clades, quinto ferme ãno post Hierosolymã excisam. Atq̃ ĩ hũc maxime modũ,duę reliquę Iudęorũ tribus:ãnos circiter cẽtũ & trigĩta post Israelitas ex Samaria sublatos ĩ Mesopotamiã sunt

ANNI MVNDI.

traductę. Incidit Palęstini regni excidiũ,vrbis dico & tẽpli euersio,ĩ annũ quartũ septimę & quadragesimę Olympiadis, q̃ a mũdi origine supra quatermillesimũ sexcẽtesimꝰ vndecimꝰ fuit. A decessu populi ex Ægypto sexagesimꝰ secũdus supra millesimũ,si Iosephus recte colligit tẽpora. Ab tẽpli ædificatiõe trecẽtesimꝰ ac.LXX.añ annũ humanę salutis q̃ngẽtesimꝰ

Apries.

nonꝰ. Eratq̃ p id tẽpus rex ĩ Ægypto Apries,quẽ Taphrẽ Iosephꝰ,Eusebius Vaphrẽ noiat. Fuitq̃ Sãnietici iunioris,siue Sãnis,nã vtrũq̃ nomẽ repio:filius,q̃ in Æthiopas bellũ ĩstru-

Fugitiua ex Ægypto profectio.

xit,vlturus reor trãsfugiũ ducẽtorũ miliũ hoĩm,q̃ ex Ægypto ĩ eã terrã populariter migrarũt. Herodotus & Pliniꝰ fugitiuę huiꝰ ꝓfectiõis meminerũt. Ad Apriẽ hũc Iudęi post Godolię cędẽ in Ægyptũ pfugere. Is Sidoniis bellũ ĩtulit, & cũ Tyriis nauali ꝑlio dimicauit. Nouissime ĩ ꝑlio ĩ Cyreneos ĩfeliciter cõmisso,magna ab eo pars Ægypti defecit. Ad quos motus sedãdos Amasis missus tumultuario militariq̃ fauore rex est creatꝰ. Sed de Amasi, suo postea loco est dicẽdũ. Regnauit cũ Aprie in Medis Cyaxares q̃ fuit Astyagis pater, Is ꝑ

Temporũ collatio.

ter bellũ q̃d cũ Aliatte Lydorũ rege gessit,vt proximo est volumine memoratũ,in Assyrios quoq̃,q̃ a Medis defecerãt,bellasse dicit,Ninũq̃ vrbẽ clarissimã ab eo vi captã Eusebiꝰ scri-

Illyrii infantis ductu vincũt.

bit,ac funditꝰ excisam. Regnauit ĩ Macedonia p id tp̃s Europius Philippi filiꝰ,q̃ infans a patre relictꝰ,a Macedonibꝰ ĩ aciẽ,quũ adhuc ĩ cunis esset,est delatus,cũ Illyriis acie dimicaturis. Siq̃dẽ pugna vna cũ ea gẽte parũ ꝓspere cõmissa,vt necessitas in acie pmanẽdi oĩbus imponeret:puerũ vt dixi,mediis crepidiis in procinctu statuerãt. Persuasum ad id vulgo erat Macedonas vincere non posse,nisi regiis auspiciis dimicarent,nec defuit opinioni euentus. Recentiore ꝑlio tanto Macedones animorũ ardore certasse dicuntur,vt momẽto temporis Illyriis strage afflictis gloriati sint priori certamĩe nõ virtutẽ sibi bellicã,sed ducẽ defuisse. Fuerũt his æq̃les Stesichorus Lyrici carminis author:Pittacus Mityleneus Hyrradii filiꝰ, sapiẽtis nomẽ ĩter paucos adeptꝰ:Duris eũ Thracẽ fuisse arbitratꝰ est,is cũ Alcęi fratribus Melanchrũ Lesbi insulę tyrãnũ ꝓfligauit,quẽ ĩsectatus est suo carmine Alcęus,sed eo bello

Pittacus Phrynonẽ rete supat.

q̃d Mitylenei de Achilitidis agro cũ Atheniẽsibus habuere:Pittacus impator factus,singulari certamine cũ Phrynone Atheniẽsiũ duce cõgressus. Erat is valido corpore,q̃ppe q̃ Pancratiastes & Olympionices fuit:vicit tñ vires corpis animi prudẽtia:Rete habuisse fert Pittacꝰ sub clypeo occultũ,quo medio certamĩe hostẽ minꝰ ad tales ĩsidias cautũ,subito iactu ĩplicitũ pemit. Ex ea pugna exẽplũ retianę pugnę ĩ arenã manasse mẽorãt,rei vsq̃ ad Romani senatꝰ sugillationẽ theatralibꝰ spectaculis vsurpatę. Administrauit ille deiceps rẽp. decẽ

ānnos,quā pluribꝰ īstitutis ornatā spōte restituit.Alcęus,& Sappho mulier his sūt tpibꝰ in
terjecti,vterqꝫ Lesbius,& poeticis studiis clarꝰ.Sed Sappho,si vera sunt q̄ Herodotꝰ de fra
Sapphus p̄cipitatio.
tre eiꝰ Caraxo pdidit,aliquāto recētior,vt ī Amasis tpa eiꝰ musa īciderit,cuiꝰ filiū Cābyses
vicit.Phaontē Lesbiū amauit īpatiēter,vt carmē,qđ eius noīe circūfert,clare demōstrat.Ex
Leucadia rupe q̄ amores sedare credita est,ī subiectū mare,vt Menāder scripsit, dedit se p̄ci
pitē.Claruit cū his Solon Salaminius & ipse sapientis appellatiōe clarus. Tenebāt p id tp̄s,
Megarēses Salaminē īsulā: de cuiꝰ possessiōe Atheniēses diu cū Megarēsibꝰ pene ad īterni-
ciōnē armis disceptauerāt,cœpatqꝫ ob id capitale eē,siqs Athenis de vēdicāda īsula legē fer
Solonis cō filium.
re ausus eēt:Solon occultū īgressus viā,simulata īsania cōpositū domi de ea re carmē,cœno
oblitꝰ ad cōcitādos ciuiū aīos publice recitat.Fuitqꝫ carminis pricipiū.Ipse q̄dē pręco cha
ra Salamīe relicta,Aduenio & cātꝰ cōcio nostra tulit.Mox cętera executꝰ ciuitatē ppulit,vt
abrogata lege,īsulā armis repetēdā iusserit.Ad qđ bellū Solon dux declaratꝰ ē.Hic duplex
est phama.Sūt q tradāt Megarēses q īsulā tenebāt,p trāsfugā a Solone ad id missū,monitos
nobilissimas Atheniēsiū matronas,solēnē Choreā ī Goliade,patrio ritu,Cereri celebrare.Fa
cilis futura eis rapina,oī virili cœtu īde excluso.Megarēses ī spem p̄dę erecti,naui cōscēdūt
quos pcul īt uitꝰ Solon,īpuberes adolescētes,muliebri cultu ferrū sub vestibꝰ habētes,Cho
reā ī littore,vt mulierū speciē applicātibꝰ p̄berēt,agere īperat.Qui simulac classē attigissent,
ferro occupatā,ī suorū aduētū vi tenerēt.Atqꝫ ita Megarēses,spe p̄dę,ī littꝰ egressos ī Athe
niēsiū p̄tātē venisse,quoꝝ nauibꝰ hostes vsi,īsulā subito īcursu occupauerit. Altera phama
Salamis ab Atheniēsibꝰ occupat̄
est ęque celebris,oraculi monitu Solonē cū q̄ngētis Atheniēsiū ī īsulā noctu nauigasse,ī insi
diisqꝫ post pmōtoriū,qđ ad Eubœā spectat,sedisse.Megarēses incertis rumoribꝰ exciti,hostes
haud procul abesse,speculatoriā p̄mittūt nauim.Eā Solon ī p̄tātē redactā,Megarico ornatu
lectissimis iuuenū deditqꝫ,quasi vani rumores fuissent,pacati p Megarēsibꝰ vrbē annauiga
rent.Ipse terrestri itinere mœnia adortus,in se q̄cq̄d hominū in vrbe fuit subito exciuit,ita
hostibus terrestri p̄lio īētis,q in naui erāt improuiso appulsu vrbē occupār.Attulit ea res
multū splēdoris Soloni, cęterū Megarēsibꝰ insulę obsessioni adhuc īcūbētibꝰ, post multas
& varias vtriusqꝫ ciuitatis clades,apud Spartiatas iudicio est vtrinqꝫ certatū,in quo maior
adhuc gloria Soloni q̄sita est.Fert̄ ī Salamine vēdicāda Homeri testimonio vsus.Poetę car-
mē fuit.Bissenis Salamine Aiax cū nauibꝰ ibat: Cecropidū quo castra loco posuere phalan
ges.Phileū p̄terea & Erysacē Aiacis filios ciuitate ab Atheniēsibꝰ donatos,& ab his insulā
Mos humā di diuersus
dono acceptā,& illđ additū q̄ Salaminii Atheniēsiū morē secuti,defūctos cū humi cōderēt
ad occidētē nō ad oriētē vt Megarēses ora verterēt.Pythiū p̄ter cętera oraculū Atheniēsiū
cām iuuisse fert̄:cuiꝰ voce Ionica Salamis appellata est.Secūdū id iudiciū p̄tor creatꝰ est So
lon cū ferēdarū legū potestate,ī qbus cōscribēdis Epimenidis Phestii opa vsus dicit̄, qui ex
Creta p id tp̄s ad piacula q̄dā sacrorū expiāda ab Atheniēsibꝰ accersitꝰ,a Solone fuerat in
Epimenidis somnꝰ
amicitiā receptꝰ.Hūc q̄dā sapiētū numero adiiciūt.Mirū est qđ de eiꝰ somno memorię pdi
derūt q̄dā:septē & q̄nquagita ānos ī spelūca quadā sopore p̄ssum iacuisse,tū demū excitatū
qūū in apertū exiuisset,faciē rerū circa se tā breui mutatā stupuisse,videri nāqꝫ sibi paululū
dormiuisse,admiratiōis itaqꝫ plenꝰ domū diuertit,vbi vix a maiore fratre q iā senex erat sic
agnitꝰ.Eiꝰ rei phama Gręciā puagata vt supis charissimꝰ ī multa deīceps veneratiōe fuit.
Inter cętera diuinatiōis eiꝰ oracula,illđ memorię est pditū,Munichiā locū Athenis muni-
tissimū diu cōtēplatꝰ,dixisse fert̄,īcredibili rerū futurarū cęcitate mortales teneri,certo scī-
re se Atheniēses fuisse locū ipm dētibꝰ diruturos,si pspicerēt quātu īde mala ī posterū ciui
Thaletis diuinatio,
tati īminerēt.Siū quodā p̄sagio Thaleē Milesiū adductū ferūt,q ī pte Milesii agri admodū
ignobili humari voluit: q̄m ibi Milesioꝝ forū aliqñ eēt futurū.Epimenides expiata vrbe in
Cretā reuersus est,vbi q̄tuor & q̄nq̄gita supra cētū ānnos natus vita decessit, vt Colopho-
nius scripsit.Cretēses tercētū vixisse ānos p̄dicabāt.Solon oīm primū alieni æris tabulas de
creto rescidit,ne cui deīceps liceret ī nexū fœnerari:q̄dā nō sorte sed fœnore leuatos īnopes
pdiderūt,ea tabularū abolitio Sisathia noīata est.Draconis decreta q̄dā(nā is Atheniēsibꝰ
Sisathia,
leges aliquāto priꝰ scripserat) ob pœnarū magnitudinē cēsuit abrogāda.Oībꝰ fere legibus
q̄s ille tulit poena erat morte definita,vt ocii & desidię cōuicti,capite plecterēt̄. Qui olera
fructusve alieno p̄dio sublegissēt,eodē quo & parricidę supplicio punirēt̄.Pręscripti huius
Draconis leges sāguine notatę.
atrocitate magno postea cōsēsu excepta Demadis oratoris clarissimi vox ē,q̄ Dracōis leges
sāguine notatas dixit. Ipse Dracon rogatꝰ ad qđ oīa īdifferēter delicta capitali aīaduersiōe

Solonis cē- vindicāda existimasset,ita occurrisse fert,minora flagitia a se morte digna iudicari,maiori
sura. bus sceleribꝰ idcirco nullū atrociꝰ suppliciū a se irrogatū,qa haud maius morte vllū repire
potuisset.Ciuitatē deīceps Solon cēsus,ęstimatiōe ī ordines distribuit.In prīo ii fuere, qbus
Attende qngētoꝝ Medimnū eēt cēsus.Scđo dein loco ascripti,q trecētis cēsi forēt,equosq; alere pos-
legem. sent.Tertiꝰ equorū onere adēpto,pari cēsu ęstimatꝰ. Et ex his fere ordinibꝰ magistratꝰ crea
ti,q īfra fuerūt mercenarii nūcupati.Cōcionis habēdę,iudicādiq; munia, cęteris exclusi ma
gistratibꝰ obibāt,quā ciuilē cōstitutionē videt mihi Romę Seruiꝰ Tulliꝰ,magna ex pte,imi
tatꝰ.Cōsiliū ī Ariopago ex ānuis magistratibꝰ cōstituit:īstituti huiꝰ,Draconē authorē pdi
derūt qdā.Secūdū hęc,q̄ dixi,vt oēm Solon ciuilis discordię occasionē ī futurū tolleret , ne
temeraria multitudo īcertis (vt solet) flatibꝰ iudicia turbaret,ex q̄tuor tribubꝰ q̄ Athenis
erāt,q̄drigētos legit viros ex singulis cētū,his pmissū,vt q̄ Ariopagitę decreuissent, si ęqua
visa forēt,pbarēt:si minꝰ eēnt placita,pari potestate rescinderēt. Atq; ita,velut duabꝰ ancho
ris nixus,aduersus oēs fluctꝰ īmobilis māsurꝰ ciuitatis statꝰ videri potuit.Parricidii affecta
Legū tęq; tyrānidis dānati,ne magistratū caperēt lege vetuit,nec hos solū ab honorū petitiōe ex
pita. clusit:sed eū quoq;,q orta ī ciuitate seditiōe,neutrā ptiū secutꝰ esset,mali ciuis eē ratꝰ, quū
pprias ratiōes ī tuto collocarit,nulla cōmuni cura sollicitudineve teneri.Habuit nec minꝰ
admiratiōis illđ,vt fœminę q̄ viros parū ad rē venereā idoneos sortitę eēnt,vnū,quē vellēt,
ex mariti ppinqs īpune admitterēt.Pecuniarias dotes e medio sustulit,vt pauca vestimēta,
& vasa q̄dā paruo empta,paterna domo ferret mulier,testatꝰ cōiugii societatē, nō pcio,sed
natoꝝ charitate ītigi oportere.Ne ī defunctos vita maledicta iacerent.Siqs ī sacro,aut ī iu
dicio,ciui cōuiciū fecisset,qnq; drachmis mulctaret.Legādę pecunię,cęterarūq; rerū faculta
tē testari volētibꝰ pmissū,quū priꝰ patrio īstituto ī familia eē debere cēserent,q̄ amicitia p-
pinqtati plata est,& gratia necessitati,ī eo cautū ne demētia subdolave psuasiōe fieret. Plo
ratꝰ & lamētatiōes ī alieno funere sustulit.Nec subsidia alimētave vlla filiꝰ patri deberet,a
quo nō arte eēt aliq̄ ad vsū vitę īstitutꝰ.Qui illegitimo eēnt thoro pcreati,neu parētes ale
rēt.Enīuero q meretricio nō abstinet cōgressu,is pbelle demōstrat,se nō liberoꝝ pcreationi
sed voluptati studere,seq; ipm mercede priuat.Mœchū ī adulterio dephēsum,īpune necari
voluit.Qui vim īgenuę virgini attulisset,decē drachmis mulctari.Ius vēdēdę filię sororisve
sustulit,nisi virginis adhuc ī stupro dephēsę.Qui Isthmia vicisset,cētū drachmas:q Olym-
pia,qngētas pmiū ferret. Qui lupū vinctū attulisset,qnq; Drachmas ex publico acciperet:qui
Lupā,drachmā vnā:hoc pecoris,illud bouis pciū. Vetus fuit Atheniēsiū hāc beluā auidius
sectari,quippe q̄ ęque sit pecuarię rei & agroꝝ cultui infesta. Ex omni genere frugū mel &
cęrā extra Atticos fines asportari pmisit.Nullū ciuitate donari,nisi opificē q cū tota domo
se Athenas cōtulisset,aut ppetuo exilio natali solo pulsum.Hęc illiꝰ īsigniora legū capita,q̄
Fōs Roma sum eo studiosiꝰ executꝰ,q ex his,velut ex primario quodā fonte,manarūt leges,qbꝰ postea
narū legū. Romani vsi sunt.Cęterū opępciū est legētibꝰ cognoscere,q̄ fuerint magnarū vrbiū ab initio
leges & instituta,q̄ aut pmiū pponūt,aut puniūt,qbus vinculis ciuitates ipsę, vt Solon p-
In tabulis clate scripsit,cōtinent.Idē suas leges ligneis tabulis,quas Axianas dixere, notatas in centū
incisę leges annos sanciēdas curauit,haud ignarus fore,vt his ciuitas lōga tēporis intercapedine assue
ta,ī ppetuū deīceps sanciret.Herodotus ī decē annos.Atticis legibꝰ cautū pdidit:sed vt oīa
sanctius custodirent,in Solonis verba Senatus populusq; in foro ad lapidē iurauit , ipse ad
Solon in Æ oēs disceptationes declinādas,q̄ praua legū interptatione in dies magis oriebant,ī Ægyptū
gyptū na- nauigauit,multūq; ibi dedit operā eiꝰ gētis sacerdotibꝰ. Inde ī Cyprū delatus Philocypro
uigat. regulo author extitit,vt vrbē Epenā in Cilicia,a Demophoōte Thesei filio olim cōditā am
Soli. pliaret ī opportunioreq; trāsferret locū,qđ ille secutꝰ ī authoris memoriā Solos deīceps di
xit.Cōgressus est & cū Thalete Milesio,apđ quē de re vxoria,deq; liberis orto sermone,quū
Thaletis vtrūq; vitta modū pbaret Solon,mirareturq; Thaletē eū eē q nūq̄ pcreationi operā dedisset ,
cōmētū. rē ille cōmētꝰ est haud memoratu īdignā.Hoiem subornauit,q se Athenis illis ipsis diebus
Miletū applicuisse diceret,iñ de ciuitatis statu appellatꝰ,oīa ibi florere diceret,vnū dūtaxat
sub id tps,quo īde soluisset,lugubrē casū accidisse,q clarissimi viri filiꝰ vnicꝰ,cuiꝰ pater pe
grinari diceret,adolescēs pclarę īdolis fato cōsūptꝰ eēt : cuiꝰ funꝰ tota ciuitas magno esset
luctu psecuta.Tū demū de patris noīe rogatꝰ,excidisse id sibi diceret, qđ si subiiceret,posse
se facile reminisci.Postridie igit quū frequēti foro,ābo de more inābularēt,obtulit se ille ex
cōposito . Hic ad primā funeris mētionē quū Solonis aīm perculisset,moxq; fabulę pgressu

hospes ille eo peruenisset, vt tãtũ pr̃is nomẽ reticeret, cętera haud dubie filii interitũ Soloni nũciarent, quũ iã amenti filiis ipse sui nomẽ subiecisset, atq; id ipsum esse nauta affirmas-
Fœdum in Solone spectaculum.
set, doloris magnitudine victus, ꝑsonę simul suę, atq; loci oblitꝰ, sese humi affligit, capillũq; & barbã vlulatu alternis manibꝰ cõuellit, mugitu eiulatuq; totũ cõplet forũ. Oĩs multitudo fœditate rei cõfestim ĩ eũ vnũ cõuersa est. Thales vanę illiꝰ cõflictatiõis cõscius, aliquãdiu passus est hospitẽ ĩsana illa muliebriq; lamẽtatiõe debacchari. Postremo afflictũ humo leniter attollẽs, sis inqͣ bono aĩo Solon, viuit filiꝰ tuꝰ. At volui te nõ ignorare ad qd ĩsaniæ liberoꝝ amor parẽtes adigat, & q̃ nõ inepte faciãt, q hęc aĩoꝝ vincula, quũ honeste possint effugiãt. Fuit deinceps Solon nõ nihil apd Crœsũ ab eo Sardis accersitꝰ, ibiq; regios ĩtui-
Crœsus.
tus thesauros, rogatꝰ eoquẽ mortaliũ felicissimũ, aut quẽ Crœso feliciorẽ arbitraret, Tellũ
Tellus.
inqͣ Atheniẽsem virũ optimũ, qq; optimos quũ haberet filios, fortiter ꝓ patria dimicãs, occubuit. Iniquo id Crœsus tulit aĩo, atq; iterũ sciscitatꝰ quẽ inqͣ secũdũ Tellũ istũ cuiꝰ fortunã tãtis opibꝰ ꝓtulisti, beatissimũ hoĩm iudicas? Cleobẽ rñdit & Bythonẽ fratres egregio mutuoq; inter se amore, pietateq; in matrẽ ĩsigni, cuiꝰ currũ quũ boues iumentaq; deessent,
Cleobis. Bython.
ęq̃tis iugo ceruicibꝰ ad Iunonis tẽplũ ꝑtraxere, qđ pietissimũ spectaculũ quũ totiꝰ in se multitudinis oculos vertisset, essetq; mater oĩm voce felix iudicata, ipsi post sacra epulati media noctis gete ãbo aĩam exhalassent. Crœsus adhęc ira incẽsus, ergo me inquit negas ĩ beatis & felicibꝰ habẽdũ? Tũ Solon, nulla inqͣ rex, vt arbitror, mirãda res est, quę fortunę subiacet, nec q eã possidet a me vnq̃ felix iudicabitur. Sapiẽtes viri eũ felicẽ arbitrari solent, cui optatissimus vitę exitus cõtigit. Nec multo plura deinceps locutus, Sardibꝰ discessit. Nec abeũtẽ Crœsus vllo est honore ꝓsecutꝰ. Erat tũ ibi Æsopus fabularis historię author, qui quũ ĩ magna eẽt apud regẽ dignatiõe, molesteq; ferret Solonẽ inhonoratũ mitti, monuisse eũ dicit regũ cõsuetudine aut minime, aut q̃placidissime vti oportere. Cui ab eo ita est occursum, Imo Hercule aut minime, vt ais, aut q̃optime. Athenas reuersus ciuitatẽ graui seditiõe turbatã ĩuenit. Erãt tres ĩ ea celebres factiões, qrũ vniꝰ prĩceps fuit Pisistratꝰ, hõ cal-
Pisistrati via ad Tyrãnidem.
lido ĩgenio, dominãdiq; cupidissimo, q vt ad prĩcipatũ, quẽ aĩo cõceperat cõmodiorẽ sibi faceret gradũ, inopũ causã aduersus diuites suscepit tuẽdã. Nouissime q̃ũ ab hostꝰ aduersę factionis ĩsidiis exceptꝰ, curru ĩ publicũ delatꝰ, vulnera pp̃lo ostẽtat, q̃ ipse sibi intulerat, ibiq; multa q̃stꝰ, ꝓ ob suũ in plębe subleuãda studiũ capitalibꝰ petitꝰ eẽt ĩsidiis, nec hoĩes aduersę factiõis insidiari desituros, q̃diu ipse de multitudinis cõmodo cogitaret. Cõmẽdare igit salutẽ suã pp̃lo, ꝓ quo capitales subiisset simultates, certo scire se nisi aliquo publico p̃sidio staret, breui futurũ, vt inimicoꝝ fraude opprimeret, nihil minꝰ affirmãs tutũ hoĩ, q̃ ĩter eos viuere q & nocere possint, & velint. His ille facile obtinuit, vt circa se p̃sidii causa, L. armatos haberet viros. Hi ab ipso armoꝝ gñe Corynephori sunt noiati, ea Pisistrato materia data est tyrãnidis sibi stabiliẽdę. Ferũt Solonẽ diu multũq; obstitisse, q̃q̃ iã grãdis natu, ne viro dñandi cupido latꝰ armis cõmunirẽt. Fugere alios Pisistrati artẽ, se aũt ꝑspicue cernere,
Pisistratus Tyrannidẽ occupat.
q̃ ꝑniciosa ille libertatiq; ĩimica aĩo agitaret cõsilia. Publice hęc Solon ĩ Pisistratũ, q postea est carmĩe cõplexꝰ. Aspicite in linguã, & blãdi fallẽtia cũctos Verba viri, q nos vulpinis passibꝰ ãbit. Permissum Pisistrato est vt nõ solũ Corynephoros publice decretos haberet, sed si maiore adhuc opus ei esset p̃sidio, ad libitũ sibi cõpararet. Hmõi ille occasione fretus arcẽ armis occupat, apertãq; exercet tyrãnidẽ. Fit cõtinue ab Alcmeonidis fuga, q diuersę erant factiõis. Solon clare vociferari, eẽ libertatẽ armis repetẽdã, faciliꝰ dictitãs potuisse adolescẽtẽ tyrãnidẽ opprimi, sed multo pulchriꝰ fore adultã restingui. Quũ his ille parũ oĩno ꝓficeret, ex publico domũ reuersus, ĩ Angiportu arma q̃cũq; domi habuit, ordine disposuit; deos hoĩesq; testatꝰ, nihil a se, qđ ad ciuiũ libertatẽ attineret, p̃termissũ. Monitꝰ ab amicis fore, nisi vrbe excederet, vt Pisistrati iussu ĩterficeret, in ea eẽ ꝑseuerauit, rogatusq;, q̃ fretꝰ vi in sñia
Pisistrati leges.
consiliū iniit,vt Cyro in Mediā accersito,ipsm Astyagē iam grauē oībus,regno deiiceret. Literas quas ad Cyrū Harpagus dedit,vt occultior res esset,exenterato lepori insertas,fidissimus seruus in Persidē detulit.Prçceptū huic erat,vt leporē Cyro suis manib⁹ daret,moneretq; vt remotis qd munus sibi vellet cognosceret arbitris.Harpagi literę in hūc sensum scriptę erāt,Cyre Cābysis fi li,quē dii respiciūt,nunq̄.n.aliter seruatus esses,vlciscere auū Astyagē,tuæ necis authorē. pdidit enī ille te quātū in se fuit,licet dii nō pmiserit,sed q̄ tex ipse fuit tuę vitę isest⁹,tā ego mitis & salutaris,q te nō vt iussus erā occidi,sed exponēdū Bubulco dedi.Cętera q̄ in te puero seruādo ēue nerint nō ignoras,vt opinor,nec q̄lia ipse ab Astyage,ob te seruatū,sum postea passus.Nūc si me audis,iā breui illi⁹ regno potieris,vbi Persas ad defectionē ipuleris in Medos ducito,tū siue ego, siue ex ducib⁹ ali⁹ fuerit cū exercitu tibi obuiā missus,ita.n.inter nos cōparatū est, ab Astyage q est oībus iā grauissimus,ad te cū copiis trāsibit,atq; ita fiet,vt sine vllo maiore certamie,Medorę impio potiaris.Tu tanq̄ oīa hic tibi pata sint,cætera ad expeditionē attinētia studio exeqre. His Cyrus istructus haud in tanta occasiōe desedit,sed libello,quē ipse domi cōposuerat,in Persarum cōcilio recitato,se toti⁹ Persici nōis ducē ab auo designatū affingit.Mox edicto impat,vt cum singulis falcibus freqntes in certū sibi diē adessent.Hęc Herodot⁹. Trogus p getē Cyrū ait monitū, vt q prim⁹ oīm sibi mane occurrisset,eū assumeret cœptorę comitē, Sybaręq; Persici gnīs quēdā ex ergastulo ei oblatū,atq; illi adēptis vinculis secū Persopolim duxisse,vbi p cōciōe edixit,vt oēs cū securib⁹ sibi adessent. Venerūt igit,vti iussi fuerāt,vna Arteatæ,Persæ,Pasatgatæ,Meraphii; Masii.Sed Pasargatę oīm pstantissimi,in qbus Achemenidarū cognatio fuit,vñ Persarum reges oriundi.Alii Persę sunt Panthelei,Derusiæi,Carmanii,atq; omnes aratores. Alii rem pecuariam exercent,Dai,Mardi,Dropici,Sagartii.Cęterum quando ad hoc venim⁹, vt de Persis longior habendus esset sermo,nihil a nostro erit alienum instituto, si de situ regionis,deq; moribus gentis quod in aliarū quoq; gentiū relatione fecimus,ppauca subiiciā.Habet Persarū terra ad septētrionem Medos,secus lineā q̄ p Parcoatrā montē ducit,Susianā ab occasu solis,ab ortu Carmaniam, Meridiana plaga finit,qui ab ipsa quam alluit terra,Persicus nominatur, magna sui parte persunditur.Id terrę nomen a Perse Iouis & Danaes filio accepisse credit,a quo & Persopolis totius gētis caput.Cœlū Persę Iouē credidere,Solemq; in primis olim venerari sunt,quem Mitram dicūt. Colūt & Lunā,Venerē,Ignem,& Tellurem,non aras,non statuas habuere, sed sub dio, excelsoq; loco sacra operari,cū impcationibus coronatā hostiā ad arā statuentes,nihil præter hostiæ aīam superis dandū existimare,quorundā tamen in ea gēte extra focis imponere moris fuit. In flumine Persę non lauantur,nec micturiunt,nec cadauer iniiciūt,Reges creāt ex vna familia.Qui regi nō paruerit,capite & brachio amputatis,insepultus proiicit.Vxores ducunt multas,aluntq; propagandę sobolis gratia pellices q̄plurimas.Reges pmia pponunt iis, qui vno anno plures procrearint filios,qui creati sunt,ante quartū annū ad cōspectū patris,gentili instituto,non pducuntur. Nuptię verno equinoctio celebrant.Sponsus malū,aut cameli medullā,nec super hæc aliud quicq̄ cœnatus thalamū ingreditur.A quinto anno,ad quartū & vigesimū discit equitare, iaculari, sagittare,& in primis vera loqui.Disciplinarū magistris cōtinētissimis vtūtur,qui fabulas, deorū laudes virorūq; illustriū cōplexas,cū cantu,interdū voce tantū,ad vitę institutionē referunt:eris sonitu vocati vnum in locum ad hæc discenda pertendunt.Ratio ab his deposcitur eorū,q̄ pueri audierīt,vocē interim,latus & spiritū eorū exercentes,decursione vtuntur,duce sibi,quem sequantur,ex principū filiis aliquo ad id lecto.Campus quem decurrāt,vt minimū, triginta habet stadia,Ad æstū & frigus perferendū,torrentiū transitu exercent,in armis & madidis vestibus perdurant,pascunt,rusticant.Fructibus,Therminthο,Glandibus,Piris agrestibus,vescuntur. Quotidianus cib⁹,post cursum cęterasq; corporis agitatiōes,panis durissimus, Cardamū & Salis granum,assę carnes indifferenter & elixę.Aqua potus.Venantur missilibus telis,ex equo arcu & sagittis vsi,vtuntur & funda,ante meridiem arbores serunt,radices effodiunt,arma fabricant, aut lino & retibus student.Pueri auro exornant,& in primis deliriis Pyrop⁹ est illis lapis.A vigesimo anno ad quinquagesimum militāt.Forensem vsum nō norunt. Neq; vendunt quicq̄ neq; emūt. Cetra in Rhombi speciem ad bellū instruunt,ac præter Pharetrā,Sagarim,& Sicas,habent & Pileum turritū.Squamosum gestant circa pectus thoracem.Principes anaxiridem triplū habent,& tunicā manicatā,ad genua demissam,intus candida fulcura,exterior pars colore infecta. Amictū æstate purpureū,hyeme variū,Tiaras Magorū infulis sīles.Vulgus duplici muniunt tunica, ad media vsq; cruta demissa,circū caput Sindonii veli volumē ingens.Lecti & poculorū ornatus ex auro & argento.De rebus maximis nō nisi medio potu consultāt,eam demū cōsultationē firmio'

Harpagi literę lepori inclusę.

Cyri edictū

Persarum gentes.

Persis vnde dicta.

Persarum mores.

Persarum institutio.

rem rati,q̃ q̃ a ſobriis ſit inita.Noti inter ſe,& æquales,oſculo ſe in occurſu excipiunt.Qui humi
Magorum ritus. liore fortuna ſunt,venientẽ adorãt. Solo ſepeliũt corpora,cęra oblinentes.Magos inſepultos abii
ciunt auibus laniandos.Hi cũ matribus inſtituto quodã peculiari coeunt.At ritus moreſq; Per
ſarum tales vt alii ſcribunt olim fuere.Adiicit his pauca Herodot⁹,haud memoratu indigna,vt
ridere corã rege,aut ſpuere nefas duxerint,& flagitioſum.Gręcos ab his rideri, q̃bus perſuaſum
eſſet,deos ex hoĩbus ortos.Qui ſemel deliquerit,ne regi quidem licuit non occidere.Quicq̃d ne
fas eſſet facere,idẽ & dicere nefariũ arbitrari.Spuere aut meiere in flumen turpe ac foedũ haberi,
turpius creditũ debere,ſed oĩm turpiſſimũ mentiri.Cadauera nõ prius humare q̃ a canibus,aut
alite traherent̃,& q̃d indecorũ cęteraꝝ ſit gẽtium opiniõe,parẽtes inopia adacti vulgo filias pſti
Cyri edictũ. tuebant.Q̃ꝫ q̃ Babyloniorꝫ id eſſet ꝓprium.Cyrus igit̃,vbi Perſas,quos vndiq; ad ſe edicto acce
ſiuerat,adeſſe vidit,impat his,vt locũ.xx.circiter ſtadiorꝫ vepribus ſpiniſq; obſitũ,vnius diei opa
purgatũ ſibi redderẽt,inde diurno ope feſſis p̃cipit,vt poſtridie ſibi lauti adeſſent, ip̃e ex paternis
interim gregibus vim pecorꝫ ingentem occidit,& cum his boues plurimos,vt opipare tot homi
num milia,vno tempore.prandcrent. Tum epulis eo tempeſtiue congeſtis,quo manus illa ingens
ex impio coitura erat,larga vini copia,ciborumq; elegantia paſſim diſcumbentibus appoſita,mul
to luxu & hilaritate pars diei non pua acta eſt. Vbi vero abunde epulati ſunt, in concionem Cy
rus eos vocat,ac primum oĩm rogat,vtra opa ſuauior animis fuiſſet,heſterna illa,quę inter vep̃s
& ſpinas,in arcta locorꝫ ſeritate,ęgre conſumpta eſſet,an recentior,quã virẽti prato, multa cum
voluptate.pauloante exegiſſent.Quum magnum eſſe inter vtranq; diſcrimen,tota concio recla
Concio Cyri ad ſuos. maſſet,vt tantũ pręſens hęc haberet voluptatis,quantum ærũnarum prior illa habuiſſet.Recte ĩ
quit Cyrus iudicatis,ſed aduertite viri Perſę,q̃ vtraq; cõditio ſit veſtris reb⁹ nõ diſſimilis, ſiq̃dẽ
volentibus vobis honeſta ſequi,& meũ audere q̃ viros fortes decent,eadem longeq; maiora com
moda adſunt,ſi minus,ærumnę nihilo heſternis illis inferiores nos poſteroſq; noſtros ꝑpetuo pre
ment,Medorum iniuriæ,ſupbęq; dominationi obnoxios:quin agite potius,& me ducẽ ſecuti quẽ
ad hęc ipſum dii ab auita iniuria ſeruarunt,vt mihi meiſq; popularibus non ſolum ſeruitutis iu
gum adimerem,ſed ademptum etiã ſuperbiſſimis Medis imponerẽ,arma ſumite,bellum p̃occupa
te,vi & audacia libertatem a Medo repoſcite.Nemo niſi ſua culpa diu ſeruiuit,viri fortis eſt, aut
pulchre viuere,aut pulchre mori:q̃q̃ nihil eſt quod de victoria dubitemus.Nam prӕterq̃ q; viro
rum multitudine abundamus.Medorꝫ principes vt mihi ſcribitur, pleriq; ob Aſtyagis ſupbiſſi
mum impium,noſtras opes ſubita tranſitione iuuabunt. Celeritate opus eſt,vt non prius Aſtya
Peroratio. ges Perſas defeciſſe ſciat,q̃ bellum inde ſibi illatũ ſentiat.Me ducẽ habebitis, cui priuſq̃ naſceret
dii hanc victoriam impiumq; portenderunt.Quum hæc ille potaſſet, miro omnium conſenſu de
fectio ſecuta,bellumq; in Medos decretũ.Aſtyages interim certior fact⁹ de his q̃ a Cyro parabã
tur,eum ad ſe p nuncium accerſiuit.Cui Cyrus reſpondiſſe dicit̃,ſe non multo poſt Aſtyagi affu
turum,ac fortaſſe citius q̃ ipſe vellet. Tum Medus quum iam bellum haud dubie inſtaret,exerci
tum accuratiſſimo delectu cõtrahit:veterũq; iniuriaꝝ oblitus,Harpagũ virũ fortiſſimũ ei p̃fecit:
Vincuntur Medi. atq; ita paucis interiectis diebus,Perſę Mediq; cõgreſſi,ignobili multitudine Perſis ad cędem ob
iecta,Harpagus cũ delecta hoĩm manu,ad Cyrũ trãſiit.Medi qui in aciem deſcenderunt magna
ex parte cęſi.pauci turpiter diſiecti,ad regem ꝑuenere. Nec Aſtyages animum ad eã cladẽ remi
ſit,cæterum multa Cyro minitans,primo Magos,quorꝫ ſuaſu eũ adhuc puerũ dimiſerat,patibu
lo affixit,oẽm ætatẽ ad bellum armat:qua incõpta multitudine fractus, venienti Cyro ꝓceſſit ob
Capitur Aſtyages. uiam.Fuitq; ſecunda hæc pugna nihilo Medis felicior,quippe qui non ſolũ victi ſunt,ſed Aſtya
ges quoq; captus,in hoſtium poteſtatem venit.Inſultare illi Harpagus,multaq; coram exprobra
re,& inprimis nefariam coenam,qua ſibi filium epulandum appoſuiſſet. Miratus Aſtyages hoĩs
fiduciam,eum rogat,an ipſius opa Cyrus rebellaſſet:quum ſua non alterius dixiſſet, Stultiſſimũ
eum iniuſtiſſimũq; Aſtyages appellauit,& q; alii non ſibi regnum cõparaſſet , q;q; ſuis populari
bus,nihil tale meritis,nõ ſolum impium,ſed libertatem etiam ademiſſet. atq; hoc maximo modo
ANNI MVNDI. Cyrus Medorum regnum euertit,anno (vt Trogus meminit) ab eo , quo Arbaces Aſſyriorum
regnum ſuſtulit,trecenteſimo & quinquageſimo,qui quatermilleſimus fuit ab orbe condito,ſex
centeſimus ac quadrageſimus,quum Romæ interim Seruius Tullius rerum potiret̃. In Macedo
nia Alcetas,Croeſus in Lydia,in Ægypto Amaſis,quorum illi Cyrus,huic Cambyſes eius filius
poſtea regnum ademere.

M.ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIÆ HISTORIARVM AB ORBE CONDITO, ENNEADIS SECVNDÆ, LIBER SEXTVS.



Styage & Medis bello victis,vrbes & populi plerique,q ad id tps tributa tũ ipsi genti pependerãt,suam cum Medico regno cõditionẽ mutatam rati,Cyri ĩpiũ ab initio detrectare cœperũt.Quę res illi multorũ deinceps bellorũ pbuit materiã,ipse ĩ Persidẽ reuersus, Astyagẽ auũ regno spoliatũ nullo maiore incõmodo affecit,sed quoad vixit,penes se ĩ honore habuit,mitior ipse ĩ hostẽ,q̃ ille ĩ nepotẽ fuisset.Sybarẽ quẽ,p qetẽ admonit⁹,sibi gerẽdarũ rerũ sociũ assũpserat,ob psperũ rerũ euentũ Persis pfecit,sorore illi pri⁹ cõnubio locata,inde in Babylonios mouit. Erat tũ ibi rex Labyrith⁹ noĩe,q late int Assyrios opib⁹ pollebat, fu't is Nitocris reginę fili⁹,vt Herodot⁹ pdidit, q̃ vt ĩ ei⁹ vrbis vetustate referẽda,ãtea fuit a me significatũ,variis Babylonẽ opib⁹ excoluit.Euphratẽq ĩsixit põte,vt puius eẽt vsus ciuitatis,q̃ flumine antea dirẽpta,nauigiis ab vtraq ripa ad alterã traiiciẽdę multitudinis mos fuerat De magnitudine & appatatu vrbis, quũ Semiramidis gesta exponerent,abũde,vt arbitror,memorauim⁹.Iosephus Barbara,vt solet,voce non Labyrinthũ,vt Herodot⁹,sed Baltasarẽ ait a Cyro expugnatũ.Verũ quocũq ille fuit noĩe.Cyrus domo pfect⁹,quũ ad Gyndẽ amnẽ peruenisset,q in Matienis ort⁹ mõtib⁹, p Dardaneos in Tygrim elabit Tygris Opim vrbẽ pteriẽs,rubro mari ĩfundit,erat Gyndes nulla sui pte vadabilis,& ob id nauigio traiiciẽdus.Experiri ĩterea Cyrus,siq̃ flumẽ tranari posset,quo accidit, vt ex sacratis Phœbo eqs, vn⁹ violẽtis vorticib⁹ arrept⁹,vna sit cũ eqte absorpt⁹.Tulit eã rẽ Cyr⁹ iniquo aĩo,expeditio neq intermissa,totũ exercitũ ad fluuiũ ipsum in riuos diducendũ admouit,atq ita paucis dieb⁹ in centũ octoginta alueos corriuatũ,mulierib⁹,qđ se facturũ iurauerat,reddidit vadabilẽ, ipse in hunc modũ fluminis iniuriã vlt⁹,Babylonẽ pgredit.Nec Assyrii ad bellũ ĩparati erant,vt q iam multo ãtea Persarũ accessũ fuerãt pstolati.Vbi primũ igit Cyr⁹ circa vrbẽ cõsedit.Assyrii mœnibus egressi,acieq cõfligere ausi,victi cũ mlta strage sũt ad vrbẽ fugati.Lõga deiceps fuit obsidio, quã Babylonii,vt in vrbe munitissima,oĩq cõmeatuũ gñe referta,ferocit cõtẽnere,futurũ rati,vt hostis lõga obsidiõe fatigat⁹,& ad desparionẽ cõpulsus spõte obsidionẽ solueret. Sed lõge aliter euenit,ac illi psuasũ habuere,Cyr⁹ haud ĩ ocio eẽ,sed mẽte & ocul' ĩuestigare,q̃ potissimũ via,ĩ vrbẽ irrũpet.Demũ siue ipe sibi explorãdo,siue ali⁹ id mõstrarit (parũ.n.id cõstat) ĩ vrbe expugnãda tali ẽ cõsilio vsus.Bipertito copias mœnib⁹ admouit,& q̃ pte Euphrates vrbi ĩfũdit, quaq ĩde egredit.Edictũq ẽ Persis,vt ĩstructi patiq starẽt,occasionẽ oppiẽtes, vt quũ fluuii decremẽta sensissent,atq circa riuos tranabilẽ factũ,eũ repẽte ĩgressi ĩ vrbẽ euaderẽt.Cyr⁹ ipe cũ mltitudie minus valida ad lacũ cõtẽdit,in quẽ olim Nitocris regina Euphratẽ corriuauit,cũ fluuio põtẽ ĩposuit.Hui⁹ itaq alueo cõfestim repurgato,repente oẽm aquarũ vim in eum detorsit.Agebãt forte diem illũ solẽnẽ Assyrii,erãtq choreis & epulis intenti,oĩm rerũ securi,quũ alueo aquarum defectu exinanito,Persæ,priusq̃ res ab vllo aĩaduersa sit,vrbem haud vno loco irrupere.Herodot⁹ author est,potuisse eo die Cyri exercitũ deleri,si Assyri⁹ explorato hostiũ ingressu,portulis q̃ ad fluuiũ ducunt,subito obseratis,riparũ fastigia occupasset,vñ Persas fluuio & ripa inclusos, & ob id ad oẽm iniuriã obnoxios,telis & lapidib⁹ supne obtriuisset.Sed ciuiũ negligẽtia, q̃ quũ cæteris rebus,tum in bello multis pniciosa fuit,factũ est,vt prius sint Persę oppido potiti,q̃ q in vrbe erant se expugnari censerint.Mira quidem & pene a fide abhorrentia sunt, q̃ Herodotus de Assyriorũ regum opulẽtia tradidit,Artabum argẽti plenã quottidie ab iis,qui p regibus tributũ postea exegere,fisco inferri solitã,fuisseq id mensurę genus Attico Medimno capacius, Medimnum trib⁹ impleri Chœnicibus,Chœnicẽ octo & quadraginta Cyathis,qua mẽsura colligit,quãtũ argẽti põdus singulis diebus tributi noĩe regib⁹ penderet.Nec illud minus memorabile,eosdẽ habuisse reges ad fœturã sexdecim equarũ milia.Raro in Assyria (vt pauca de terra dicã) pluit, quicqd in ea frumẽti puenit fluminis irrigatiõe parat,nõ sua spõte vt in Ægypto, sed accolarũ ingenio & labore diffusi,tãta alioqui vbertas vt ducena vulgo,& vbi eximie ferax est,trecẽtena messe redũdet tellus,quatenũ digitorũ latitudine tritici & hordei folia.Sesami & Milii pceritatẽ instar arborũ attolli,q̃ oĩa sibi explorata quũ eã terrã perlustrasset,cunctãtius tñ Herodotus memoranda censuit,velut parũ credibilia,iis qui ea nõ viderint,talia pderent.Palmis vescunt. Ex qb⁹ mel & vinũ cõficiũt.Fluuialib⁹ nauigiis vtunt,in speciem clypei orbiculatis,nõ puppi,non pra discretis quę sup Assyrios in Armenia salicib⁹ texunt,crudo corio exteriore parte obducto, duo plurimũ illa doliis palmacei vini honusta,secũdo fluuio contis agũt,qui vbi Babylonẽ venere,exposita merce nauim dissoluunt,coriaq cõplicata in asinũ,quẽ ad hoc ipsum aduexere ĩponũt,prę nimio enĩ

Cyri clemẽtia.

Labyrinth⁹ rex.

Gyndes a Cyro corriuatur.

Assyrii in vrbem compelluntur.

Expugnat Babylon.

Artabus. Medimnus. Chœnix.

Assyrię feracitas.

Mira Euphratis nauigatio.

impetu aduerso Euphrates fluuio nauigari nõ põt. Inde vbi in Armeniã rediere, recẽtiora cõfici unt, eodẽ argumẽto supinducto, quo apparet coriorũ magis, q̃ lignorũ pſidio Euphratẽ nauigari.

Euphratis ortus.

Orit fluuius in Periarde monte maioris Armeniæ, haud pcul a Tygridis fonte, p Assyriam inde & Babylonẽ lapsus, in rubrũ mare euoluit. Amiciunt Assyrii (qñ ad hoc ventũ est, vt de eius gẽ

Assyriorũ ritus.

tis ritu & morib⁹ loq̃remur) duabus tunicis, linea vna ad pedes demissa, altera linea breui, candidaq; stola his supiniecta. calceos pedibus inducunt, quales Thebanæ soleæ fuerunt. Alunt comas mitraq; redimũt, vnguentis delibuti in publicum exeunt, annulũ signatorium singuli hñt, & sceptrũ affabre factũ, cui malũ, aut rhosa, aut liliũ, aut aliud simile sit impositũ, sine insigni aliquo id gestare indecorũ & turpe creditũ. Ex legibus qbus ea gens vsa dicit, ea mihi res memorabilis visa est, q virgines iam maturę viro, in publicum pductæ, singulis annis iis vænales pponebant, q

Nubendi modus.

vxores ducere vellẽt, dabãturq; primo vænũ formosissimę queq;: quib⁹ min⁹ spectata erat forma, & quas nõ modo nõ quisq̃ sibi mercaturus fuisset, sed ne gratis quidẽ alioqui ductur⁹, ea pecunia q̃ fuerat pulchrioribus venditis in publicũ redacta, cõnubio locabant. Herodotus author ẽ, hũc olim morẽ in Venetis Illyrico finitimis seruatũ, idq; phama se cõpertũ habuisse. Ego tenuerit ne mos ille gentis aliquãdo, haud multo plus q̃ ille cõpertũ habeo, tãtũ affirmare possum. Venetiis cuius vrbis opes hodie terra, mariq; insigniter pollent, inter pręclara ciuitatis instituta, virgines

Pius mos in Venetis.

furto cõceptas, & ad limen pietatis expositas, ex publico ad nubiles vsq; annos, in opto, sub tetrica disciplina institui, q̃ sunt elegãtiore forma, qm̃ sint ĩgenue institutę, aut sine dote matrimonio locari, iis pſertim q periculo aliquo, aut graui morbo seruati, votorũ dãnati, eas sibi in vxores de poscũt. Alii pudicitiã secuti, aut formã, sine dote ipsas sibi virgines iungũt, modo ii sint qui liberaliter quas duxerint habituri existiment, aut si nihil horũ sit, minus graui dote nubũt q̃ forma pſtãt, q̃ si facie fuerint parũ liberali, etsi pari disciplina institutę. Altera Babyloniorũ lex, quo vtilior eo magis memorabilis, quũ nullus ab initio in his esset medicorũ vsus, lege ferunt cõparatũ, vt

Medendi vsus.

qui ægrotare cœpissent, eos de morbo cõsulerent, qui idem languoris genus passi essent, medicãq; ad id leuandum opẽ aliquã experti. Apud alios scriptũ reperio, in publicũ ægrotos deferri solitos, legeq; cautũ, vt qui aliquãdo ęgrotassent, male affectos circuirẽt, docerẽtq; singulos, qua ipsi ope potissimũ adiuti, aliquãdo morbo defuncti essent. Eorũ sepulchra in melle, funebris luctus qui & Ægyptiis, qui cũ vxore noctu cõgressus est, nihil prius vtetq; tãgit, q̃ lotus fuerit. Fuere in his fa

Piscium esus.

milię q̃dam, nulla re alia nisi piscibus victitãtes, quos ad solẽ arefactos, pistillisq; tusos, ex eaq; materia asseruata, vndiq; respersa, offas conficiebãt, torrebãtq; eas in vsum panis ad ignem. Herodotus Babyloniis victis in Massagetas Cyrũ mouisse ait, vbi cum vniuerso exercitu periit. Trogus & alii in Crœsum Lydię regẽ, oẽm belli impetũ ex Assyria cõuersum prodidere. Successit Crœsus Aliatti, cuius haud vno est loco mẽtio a nobis facta, tãtęq; vni opes cõtigere, quãtę regũ oĩm qui

Crœsi diuitię.

tum in terris essent nulli, quippe qui ex cõgestis opibus adeo pependit, vt Solonẽ a se inhonoratũ dimiserit, q mortaliũ felicissimus nõ fuisset ab eo iudicatus. Sed post Solonis obitum experiri cõtigit, nullã in auro esse felicitatẽ, neq; in terris esse mortalibus fidũ quicq̃, pter virtutem, q̃ p oẽm vitã sola sit hoĩ stabilis, & mansura. Fuerũt Crœso filii duo, mutus qdem vn⁹, & ob id ipsum pot ro inutilis, vocalis alter, atq; inter æquales oñi iure princeps, cui Atys erat nomẽ. Viderat pater

Atys.

per quietẽ fore, vt is ferrea traiectus cuspide occũberet, qua insomnii figura territus Crœsus, neq;

Adrastus Gordii fili⁹.

rem bellicã tractare passus est amplius, neq; arma domi habere. Venit interim Sardis Adrastus Gordii regis filius, nepos Midæ, ex Phrygia, qui quũ imprudẽs fratrẽ occidisset, a pře eiect⁹, paternã cũ Crœso amicitiã secut⁹, in Lydiã extorris sese cõtulit. Hic fraterna cæde a rege expiat⁹, hospitio filiiq; cõtubernio est adhibit⁹. Nec ita multo post Mysiis opẽ a Crœso aduersus Aprũ, qui circa Olympũ Mysię oĩa fœde populabat, ĩplorãtib⁹, pře pene inuito ad eũ perimendũ Atys cum

Aper Olympius.

Adrasto est pfectus, q a rege custos est illi & comes datus. vbi vero ad Olympũ puenere, pluresq; simul belluã, indagine reptã, feriẽdi studio circũstetere, vrgẽte fato ita accidit, vt telum, qđ Adrastus parũ caute ĩ aprũ miserat, ex tergo ferę in Atym violẽter excussum mediũ trãsfixerit. Adrastus vbi ad Crœsum venit, post supplicẽ satisfactionẽ sese regi vltro supra filiũ mactãdũ obtulit. Cęterũ venia dignus a Crœso iudicatus, seipm̃ sup Atys bustũ ferro traiecit. Biennio q̃ hęc ĩ Ly

Adrasti interitus.

dia euenere, Astyages a Cyro est victus, q̃ res ingẽtẽ Crœso sollicitudinẽ iniecit Persicę potentiæ priusq̃ nimiũ inualesceret occurrendi. Sed affinitas q̃ Crœso cũ Astyage fuit, causa videt extitisse illi arma in Persas induẽdi. Verũ quacũq; re ĩpulsus, nihil temere mouendum rat⁹, deorũ mẽtes sciscitari primo statuit, an feliciter sibi esset euenturum, qđ in Persas bellũ moliret. Misit Crœsus vno tpe ad Hãmonẽ Iouẽ in Aphricã, Delphos, Dodonã, Amphiaraũ, ac Trophoniũ, & ad Bran

chidas Milesię orę.Sed vt oīm fidē melius exploraret,sequereturq́ qđ verissimum omnium esset expertus,aliis alio dimissis,cæterum oībus pcepit,vt obseruato die,quē certū vnū singulis cōstituit,qđ ipse domi ageret,numē cōsulerēt.ferūt eo die,quo Pythiā Delphis cōsulendā censuit,testudinē pariter & agnū cōcisos in aheno coxisse.Atq́ hoc inde carmē relatū. Noui ego q̄s numerus sabuli,mensuraq́ ponti.Mutū pcipio,fantis nihil audio vocē. Venit ad hos sensus nidor testudinis acris.Quę simul agnina coquit cū carne lebete. Cui sup est stratus stratum cui desup est ęs.Hęc quū Crœsus legisset,partīq́ ex aliis locis vera essent responsa ad se delata. Delphicū oraculū oīm verissimū iudicauit,facturusq́ inibi sacrificia,tria pecorū milia immolauit, tantū aureo rū vasorū,& vestiū in ignē cōiecit,vt centū septēdecim lateres aurei conflati inde sint, & in tēplo repositi.Leo aureus.X.talentorū inter cætera donaria dedicatus ab eo est,duę pateręaurea vna, ad dexterā templi locata,ad lęuā altera ex argēto sexcentarū āphorarū. Aquiminaria duo,& ipsa vtraq́ materia.Tale fuit tūc Crœsi in fauore numinū sibi cōciliādo studiū.Cęterū q̄ de belli euentu accepit oracula,hoc fere habuere,vt dicerent,fore,vt si Crœsus bellū Persis intulisset, magnū regnū euerteret,qđ ille exitium hostiū,nō suū arbitratus,ingēti studio in Cyrū arma cōparauit. Misit interim ad Athenienses & Lacedęmonios,hos Doricæ gētis in terra Gręcia, illos Ionicæ lōge principes.Dores a Doro Hellenis filio fuerūt,etenim quum ab initio altera gens Pelasgica diceretur,altera Hellanica,hęc nunq̄ solū mutauit,illa sub Deucalione Phthiodis oram in Thessalia coluit sub Doro,q̄ ad Ossam & Olympū iacet,indeq́ a Cadmęis eiecta,in Pindo locum tenuit,quē Macedonū dixere.Rursus in Dryopē migrauit,atq́ ita Peloponēsum ingressa,Dorica ē demū cognominata.Exercebatq́ per id tēpus,quo Crœsus in Gręciā legatos misit,Pysistrat⁹ Athenis tyrānidē,cuius pater quū forte in Olympia spectaret,tale illi pdigium accidit,ahenum cū carne foculo impositū,igni nondū accenso,tanto repente ęstu ferbuit,vt aqua vsq́quaq́ efflueret,qđ ostentum intuitus Lacedæmonius Chilon,qui forte aderat,suasisse dicitur,ne fœcundam duceret vxorem,aut si quam duxisset,eiiceret:filiūq́ si quē haberet,abdicaret .Hippocrates nō persuasus Pysistratum tulit,qui Nisea ex Megarensibus capta,aliisq́ præclaris operibus ciuitati insinuatus ea arte,quā supra memorauimus,ad populum vsus arcem occupauit. Eiectusq́ est ille haud multo post a Megadis & Lycurgi principū aduersę factiōis viris , priusq̄ tyrānidē stabilire potuisset: orta inde inter libertatis assertores discordia,Megades pactis cum Pysistrato filię nuptiis,eum in vrbē restituit.Phya muliere pgrandi statura nouo schemate ornata,& in currū imposita, q̄ p vrbem circunuecta pro Minerua Pysistratū restituendū clamitabat,ludibriū vel barbaris gentibus pudendū,nō modo ciuitati sapientiæ studiis principi olim futuræ. Pysistratus in vrbē reuersus, Megadis filiā vxorem duxit,cum qua quoniā parum legitime coiret,ne ex ea filios procrearet,erāt illi adolescētes liberi ab Alcmeone oriundi,puella flagitium viri ad matrē primo, mox p eā ad patrem detulit,q̄ domestica iniuria Megadē ad nouā discordiā in ciuitate ferendā adegit: eoq́ milites in Pysistratū cōcitante,veritus tyrannus ne aliq̄s subitus in se fieret impetus,vrbe cū filiis excessit,annoq́ pene circūacto,Thebanis & Argiuis opem ferētib⁹,& cū his Liedamo Naxio Marathonem Pysistratus occupauit.Mox Athenienses qui obuiā processerāt eximprouiso adortus, fudit,fugauitq́:atq́ ita tertio post psperam vnā pugnā rerū potitus est Athenis.In hoc tum statu res Atheniēsiū erāt,quū ad eos ex Lydia legati venerūt. Erāt Lacedęmonii & ipsi lōgo cū Tegeatibus bello impliciti,etsi iam Horestis ossa,qđ diuerso est loco significatum,oraculo adepti , I spe certa victoriæ erant.Legati quod iussi fuerant,Lacedęmoniorum societatem ad bellū petiere,quā rex sibi adiungere oraculo erat monitus.Eam haud grauate Lacedæmonii cōcessere, cū pter regis celebritatē,tū quia olim ab eo fuerāt auro donati, ad qđ emendum Sardis publico noīe miserant,Thoracem ex ea materia Apollini dedicaturi.Addiderūt & donū,æneā regi paterā triginta amphorarum capacem,quam legati a Samiis capti,ad regem non tulerunt.Crœsus Lacedęmoniorum amicitia fręrus,sed multo magis oraculo,exercitū in Cappadocas qui tū Cyri impio parebant,summa ope cōparat.Ferē Crœsus a Sandane Lydi generis homine, longeq́ in futurū prospiciente monitus,ne qđ temere moueret in eam gentem,cui aqua potui esset,& vestis scortea,ex quibus victis nulla expectari possent pręmia (siquidem nihil ante Crœsum victū fuit Persis in vita lautū aut elegans) contra videret ne si Lydorū gaza semel foret hostib⁹ delibata, sibi suisq́ dirū festinaret exitiū.Audiit hęc Crœsus,cęterū belli cupiditate incēsus secutusq́ Pythiū carmen p vanis repudiauit,quasi igit Astyagis vltor (is enī fuit illi prætext⁹ belli) ad Halim fluuiū copias admouit.Dirimebat is Lydū imperiū a Medico,qui in Armenię montibus ortus, per Phrygas & Matienos,mox inter Cappadoces & Paphlagonas lapsus in Euxinū deuoluit. Crœsus Halim pō

Pythiæ vaticinium.

Crœsi donaria.

Pelasgi.

Hellenes.

Dores.

Prodigium

Pysistratus sæpius eiectus.

Phya.

Halis fluui⁹.

te copias traiecit. phama est fuisse in illis castris Thaletẽ Milesiũ, qui quũ nusq̃ fluuius foret va-
dabilis, nec vllus adhuc esset pontis vsus, quũ sinistrũ amnẽ castra haberent, fossam a fluuio mili-
tari opere in dexterã duxit, castra a tergo amplexus, in eamq; fluuio repente immisso, mediũ alue
um inter aditũ foueæ & exitũ penitus exaruisse. Alii adeo extenuarũ ferũt, vt facile citro vltroq;

Crœsus Halis extenuat.

vel pedibus vadari potuerit. Copiis igiť, siue ponte, siue (vt alii ferũt) vado traiectis, Crœsus ad
Pteriã Cappadociç locũ munitissimũ, haud ꝑcul Sinope, castra fecit. Syri Cappadoces a Græcis di

Cappadoces Syri.

cebanť, fuerãtq; re vera Syri priusq̃ Persę imperitarẽt. Sũt q̃ Cappadociã, q̃ a Cappadoce flumi-
ne, vt Plinius scribit, nomẽ sortita est, minorẽ Armeniã vocẽt, in q̃bus videť mihi Ptolemæus esse
Alii Armeniç partẽ arbitrati sunt. Cyrus & ipse cũ valido exercitu haud multo postea affuit, po

Lydi & Persęcõgrediũtur.

sitisq; in cõspectu hostiũ castris, leuibꝰ primo prçliis Lydorum vires explorare, inde vtrinq; in pu
gnã totis viribus descẽsum, & ad extremũ diei multa hincinde cęde cõmissa, dubio est marte di-
micatũ. prçlium interuentu noctis diremptũ. Crœsus dicitur a suis incusatus, q̃ cum multo ma-
ioribus copiis q̃ ipse haberet confligere esset ausus, cuius inuidię admonitus, sine vllo maiore ꝑlio
Sardis copias reduxit, eo cõsilio, vt ab Amasi Ægyptiorũ rege, cũ quo ictũ fœdus habebat, auxi-
liares copias accerseret, & a Labyneto Babyloniorũ tyranno. sic enĩ Herodotꝰ rem digerit, quasi
prius sit Crœsus victus q̃ Babylon a Cyro expugnata. Trogus Babyloniis laborãtibꝰ, Crœsum
subsidio venisse scribit: ac tũ ibi prælio victũ, de suo iam regno sollicitũ, in Lydiã refugisse, sicq; ac
cidisse, vt Babylone capta, Persę bellũ in Lydiã auerterint. Misit Crœsus & in Pelopõnesum ad la

Prodigium circa Sardis

cedęmonios, inde quoq; vt a sociis arma accersitũ, quũ interim vis colubrorũ ingens, in suburba-
nis Sardiũ locis repente extitit, eos equi in pascua dimissi passim deuorarũt, quo prodigio rex cõ-
motus ad coniectores Thelmisses misit, qui de ea re sciscitareť. Respõsum est externũ exercitũ af
futurũ, qui idigenas subigeret. Terrę filiũ colubrũ esse, equũ hostem & aduenã. Cyrus post Crœ-
si digressum, vbi eum partitũ ad tps copias audiuit, & velut in hiberna dimisisse, opportunũ cre-
didit, priusq̃ aliũde hosti auxilia mitterenť, copięq; ĩ vnũ cõtrahi possent, improuiso accessu Lydi
am inuadere. Raptim itaq; ad hostẽ ducẽs, tanta est celeritate vsus, vt pene prius in conspectũ ve-

Subita Cyri in Crœsũ expeditio.

nerit, q̃ ab Pteria mouisse diceret. Crœsus inopinato malo perculsus, quia longũ erat aliũde copi-
as expectare, Lydos in prçlium ꝑducit. Nulla gens ea tẽpestate tota Asia prõptior ad pugnã fuit
neq; equitãdi hastęve tractandę agilitate melior. Cõcursum est in campo, qui vrbi præiacet, plani
tiem ipsam plures rigãt amnes, atq; maximus horũ Hermus, qui ex monte Didymete Marti sa-
cro decurrens, prçter Phociã oppidũ mari infundiť. Cyrus vbi hostem ad pugnã egressum vidit,
Harpagi Medi cõsilio vsus, aduersus Lydũ equitatũ, cui Persicus haud dubie impar erat, vim ca-
melorũ ingentẽ in fronte collocauit, his peditẽ subiecit, post pedites equitatũ oẽm stare iussit. Cõ
flixere vtrinq; acies, primoq; concursu pene decretũ est. Nã Lydorũ equi, insueto camelorũ odore
aspectuq; territi, cõfestim in fugam versi sunt, qua re aĩaduersa Lydi ad pedes desiliunt, impigreq;
vibrato ferro Persarũ peditẽ cominus excipiunt, stetereq; magis animo q̃ viribus, dubiãq; aliquã-

Vincitur Crœsus.

diu pedestrem pugnã fecere. Demũ pluribus ab vtraq; parte cæsis, fusi fugatiq; paucitate sua Ly-
di intra mœnia se trepide recipiunt. Scdm hanc vnã pugnã Crœsus iterũ ad Lacedęmonios mi-
sit, qui etsi tum forte cum Argiuis de Tyriæ possessione certabant, vt ex Eusebii sententia diuer-
so est loco explicatũ, cẽsuerũt tamẽ ferẽdã & amico & socio regi opẽ. Et iam copię studio instrue-
bantur, quũ Lacedęmonẽ allatũ est, regiã vrbem a Cyro expugnatã, Crœsumq; viuũ in hostiũ po
testatem venisse. Quartodecimo nãq; die, ex quo Sardiani oppugnari cœperant, proposito a rege
prçmio huic, qui primus muros transcendisset, atq; vrbs interim capi nequiuisset, Mardus q̃dam
cui Hyrocades nomẽ erat, a parte arcis, qua nullũ fuit prçsidiũ ob loci arduitatẽ, conspicatus for-
te militẽ ex arce descendentem, vt galeã inde deuolutã reciperet, cũ plerisq; ꝑ crepidines & abru-

Capitur Sardiana arx.

pta saxa vrbi insinuatus arcem occupauit, vrbs ipsa hostiliter direpta. Phama est Thelmisses oli
prædixisse Sardis inexpugnabiles futuras, quacunq; versum Meles rex, qui primus in ea vrbe re-
gnauit, Leontem filiũ ex pellice genitũ circunferret, ob idq; puerũ circũquaq; ductũ, prçterq̃ cir-
ca arcem, qua vrbs locorum difficultate insuperabilis tum illi visa est. Sardibus captis, Crœsi filiꝰ
qui mutus, vt dixi, erat (alter in Olympii apri venatione perierat) ex hostibus quendã media ca
ptæ vrbis trepidatione Crœsum a tergo inuadentẽ intuitus (ignotus hosti rex erat, nec ipse mo

Crœsi filiꝰ ex muto fit vocalis.

riendi cupidus ferrũ sciens declinasset) patris periculo motus, exclamasse dicitur. Homo ne Crœ
sum perimas, atq; hæc ille primo effarꝰ vocalis deinceps fuisse fertur. Herodotꝰ author est. Crœ
so olim de clade filii sollicito, quærentiq; per omnia remediũ an id naturæ vitiũ corrigi posset, ac
de ea re oraculũ consulenti, tale ei carmen a Pythia redditũ. Lyde genꝰ rex multorũ valde inscie

Crœse.Ne cura nati exoptatã audiſſe loquentis Intra ædes vocem, ſine q̃ potior tibi longe.Ille die quoniam primum infelice loq̃tur.Qua Pythiæ voce nihil ambigue ea q̃ poſtea in puero euenerũt,ſunt regi demõſtrata.Ipſe ad Cyrũ pduct⁹,atq; ingẽti pyrę,vt viuus cremaret̃,ipoſitus,ter alta voce dicit̃ Solonẽ inuocaſſe.Subierat extremis reb⁹ animũ,q̃ ille felicẽ in vita dixerat neminẽ.Tũ Cyri iuſſu interrogatus,qd ea vox ter repetita ſibi vellet,quæ ipſe olim de fortunæ variatione,veraq; felicitate,a Solone viro ſapientiſſimo audiuiſſet, expoſuit. Per quæ Cyrus humanæ imbecillitatis admonitus,iuſſit Crœſum igne ab ſuis ſeruari. Cæterum flamma vehemẽs pyram inuaſerat,vt ſatagentibus Perſis,appareret prius regẽ periturũ,q̃ humana ope vincto ſuccurri potuiſſet.Imber repẽte e cœlo deiect⁹ ignẽ,q ad perniciem inualuerat,oppreſſit.Crœſus per hæc ſeruatus,vbi ante Cyri pedes eſt conſtitutus,rogatus ab eo ecquiſnã hoĩm ei pſuaſiſſet,vt ſibi bellũ inferret,reſpondiſſe fert̃.Ego inquit Cyre id feci tuo pſpero,meo infelici fato,Græcorum deo authore,qui me ad bellum tibi inferẽdum impulit.Neq; enĩ eſt quiſq̃ tã demens,qui ſine magno authore bellum paci audeat pferre,quum in pace filii parẽtes,in bello,parẽtes filios ſepeliãt.Cæterũ vt hæc fierent dęmon in cauſa fuit.Cyrus hoĩs ſermonẽ cõſtantiãq; demiratus,vincula illi adimi iuſſit,iuxtaq; ſe locatum monentẽ audiit,ne pateret̃ Perſas Sardiana pręda nimiũ diteſcere, fore vt q natura cõtumaces eſſent,in longe maiorẽ inſolentiam abirẽt, minuſq; obſeq̃ntes ad militaria munera obeunda fierent,qua admonitione Cyrus cõmotus, ad oẽs portas vrbis præſidia appoſuit,pfatus edicto,velle ſe ex oĩ pręda decimã Ioui voto ſeruari,quo noĩe multum eſt illi manubiarum q̃ſitum.Crœſus deinceps ab eo precatus eſt,vt liceret ſibi Delphos mittere, qui vincula quibus ſolutus eſſet Apollini ſuo noĩe dedicaret, rogaretq; numen,an ii qui præcipua in deos eſſent veneratione,talibus afficerentur pmiis.Pythia huic,qui cum vinculis eſt miſſus, reſpondiſſe dicit̃,qd fatale foret,ne ipſi qdẽ deo effugere fas eſſe, Crœſum Gygis abaui ſui,q Candaulẽ ex Heraclidarum gente occidit,crimẽ luere,nec qd ad oraculum attineret,hẽre eũ cur Phœbum mẽdacii argueret,diſerte illius verbis fuiſſe expreſſum,euerſurum Lydię regẽ,ſi bellũ Perſis intuliſſet,magnum impium,oportuiſſe Crœſum,niſi cęca regnãdi cupiditate ductus,temere bellũ facere occupaſſet,iterum ſciſcitari,vtrum duorum regnoꝝ,q̃ in futuri belli aleã itura eẽnt,excidium maneret.Hęc Pythia,qb⁹ palã eſt factũ,falſa oraculi interptatiõe,Crœſum ſibi ſuoq; regno exitium peperiſſe,quũ quatuordecim interim regnaſſet annos,fuitq; deinceps ipſe apud Cyrũ in ſummo honore,cui in Maſſagetis cęſo ſupfuit,nã ſiue priuſq̃ hęc in Lydia geſta ſunt,ſiue poſtea ẽ Babylon expugnata (etenĩ diuerſe id authores tradũt) ſatis cõſtat,ampliãdi regni cupiditate Cyrũ vltro Maſſagetas,Scythicã gentẽ,trans Araxẽ fluuiũ ad ortũ ſitã bello petiiſſe. Eſt Araxes vt pdiderunt qdã maior Iſtro,ſunt & q minorẽ tradant.Inſulę in eo freq̃ntes.Leſbo ſua magnitudine pares,q eas accolunt æſtate radicibus veſcunt̃,quas paſſim effodiunt, arborum fructus in hibernũ vitę vſum aſſeruant:ſunt & in his arbores,cui⁹ fruct⁹ in ignẽ cõiecti,vt vinum ppius aſſidẽtes ebrios reddunt,qd amẽtię gen⁹ ad tripudium ipellit ita affectos, & ad intẽpeſtiuã cãtilenam. Orit̃ Araxes in Mãtienis,vbi & Gyndes, quẽ Cyrus Babylonica expeditione in multas diſſecuit partes,ſexageno ore in paludes euoluit. Accolunt hęc loca,q crudis victitãt piſcib⁹, marinorũq; vituloꝝ pellibus amiciunt̃.paludibus deinceps Araxes emerſus, ppetuo curſu in Caſpium mare elabit̃.Caſpium p ſe late pãdit̃,nec cum alio miſcet̃ mari,eius lõgitudo q̃ndecim diebus enauigatur,latitudo paulo plus dimidio.Hęc Herodotus,cui Gręcoꝝ plęriq; temere accedunt.Plini⁹ cui ob Romana ſigna lati⁹ geſtata exploratiora hęc oĩa fuere,in lõge diuerſa fuit ſentẽtia.Diſtat Caſpius ſinus Põtico.ccclxxv.millib⁹ paſſuũ.Nec de Araxis ortu,vt video,inter eos cõuenit,quos ſequimur,ille in Mãtienis naſci,nec pcul a Gyndis fontibus pdidit.Hic in Eniochis mõtibus quos alii Coraxios dixere,ortũ habere opinatus eſt,ſex millibus paſſuum ab Euphratis fontibus. Muſi vel vt alii tradunt,Cyro amne auctũ,in Caſpiũ pelagus elabi.Habet id mare,qua ad veſperũ vergit,Caucaſum montẽ pręterũ ſummę altitudinis,variarum gẽtium incolatu celebrẽ,& in his q̃dam q̃ pecorum ritu in ppatulo coeant.Qua vero ſinus ad Aurorã ptendit̃.planities illa ingens pręiacet,quam Maſſagetæ incolebant,cui tum genti Cyrus,ſiue deorum fretus fauore,quo puer ſeruatus videri volebat,ſiue ſpecie inſomnii bis per quietẽ auo obuerſara, q̃ Aſiæ illi imperiũ portendebat,proſperoq; geſtarum rerum curſu elatus,bellum inferebat. Erat per id tempus Maſſagetarũ Thomyris Regina,q̃ cũ filio a viro relicta,late in eã gentẽ impium obtinebat. Miſit Cyr⁹ qui eã ſibi in coniugẽ depoſceret,illa nõ ſe ſed regnum a Cyro peti interpretata,acceſſum propinquãri interdicit,qui vbi dolus nõ proceſſit,aperte bellum oſtẽdit,& iam ad Araxem venerat,copiaſq; ponte traiicere parabat, quum his conſiliis occupato Caduceator a Thomyre ſuperuenit,

Crœſi Pyra.

Crœſi conſtantia.

Crœſi vincula.

Pythię reſponſum.

Crœſus ſupſtes Cyro.

Araxes.

Caſpium mare.

Thomyris Regina.

multa tegine noīe obtestatus, ne pgeret nō lacessitus Massagetis bellū inferre, fineretq́ sua fortuna Thomyrim vti. Q̄ si oīa potiusq̄ pacē mallet, staretq́ sententia ferro cū ea decernere, paratā esse Thomyrim ad vtrūq́, aut intra suos fines venientē excipe, aut si ipse ita malit, se cū suis copiis Cyri fines transcensurā, vt de summa belli vel vno plio decerneretur, tantū verbo significaret, vtrū euenire mallet, pugnādi copiā, neq́ hic, neq́ illic defuturā. Ea re in cōsultationem delata

Crœsi sententia.

cæteris hostē in pacato excipiendū censentibus, Crœsus vn⁹ oīm fortunę volubilitatē suo exemplo demōstrās, regē hortari vt porro ire pergeret, alienā terrā potiusq̄ suā belli sedē factur⁹. quonīā si, qd̄ nollet, intra regni fines vinci cōtigisset, nil aliud videret eo cōsilio quæsitū, q̄ victoribus Massagetis Persarū regnū p manus tradere, qd̄ nullo mō accideret, si in hostico etiam parū psperе pugnet, flumina, mōtes, saltus, vel modicis psidiis retēti, satis ad oēs hostiū conatus frāgendos futuri essent, & qd̄ oīm maxime spectari oporteret, turpe & ignominiosum videri, inuictum regē mulieris pugnā detrectare: iret pinde, ibiq́ armis cōfligeret, vbi primū hostis venisset obuiā. Hęc Crœsus monere, inde cōsiliū adiicit, quo hostis sine maiore certamine vinceret. Audio inqt Cyre Massagetes oīs lautioris vitę esse exptes, quū castra trās Araxē feceris, fueritq́ ppinquus hostis quasi subito metu pculsus, castra cū omni cōmeatu imbelliq́ multitudine relinque, ipse fugienti similis retro abi, tecūq́ oē robur copiarū ad fluuiū recurre. Video nisi fallor, futurū, vt hostes in insuetā rerum opulentiā, ciborūq́ copiā incidentes, paulo post vino crapulaq́ sepulti, tibi veluti pecora ad cędē dedant. Cyrus Crœsi cōsiliū amplexus, Reginæ nūciari iubet, se illi breui affuturū, ipse secū reputās q̄ dubii eēnt bellorū exit⁹. Cābysem filiū priusq̄ copias traiiceret cōplex⁹, in Persidē cū Crœso remisit, cōmēdata filio siqd sibi accideret captiui regis dignitate. Araxe deinde

Cyri somnium.

transmisso nocte q̄ pxime secuta est, Cyrus p qetē imaginat⁹ est se Dariū Histaspis filiū maximū natu cernere, duas in humeris alas habentē, quarū vna Asiā, altera Europā inumbraret. Erat Histaspi Aristimeni filio ex liberis Darius natu maxim⁹, qui tū viginti annos nat⁹, in Perside fuerat a patre relictus. Histaspē Cyrus somno exprectus, suspensusq́ nocturna specie, remotis arbitris affatus, se certo deorū monitu cōptū habere ait, a Dario ipsius filio sibi, suoq́ regno insidias parari. Iret ipse domū, daretq́ enixe operā, vt quū Massagetis victis in regnū rediuisset, sibi filiū sisteret. Interim in officio cōtineret. Hęc ille fatorū ignar⁹. Cæterum imago illa periturū Cyrū ea expeditione mōstrauit, regnūq́ ad Dariū haud multo post puenturū, qd̄ breuissimo Cābysis regno iter iecto accidit. Progressus inde Cyrus diei vni⁹ itinere ab Araxe castra fecit, ibiq́ appropinquante hoste, oībus excōposito paratis, cū expedita multitudine ad fluuiū secessit. Affuit interim Thomyris filius cū tertia copiarū pte, ad tētandas hostiū vires missus. Is cęsa Persarum multitudine q̄ in castris fuerat relicta, ingēti præda potitus, cōfestim in vinū & epulas cōuersus, ad multā noctem traxit cōuiuiū, iam vino graues passim in somnū vertunt Massagetę. Cyrus interim structo

Massagetarū strages.

agmine affuit, tetraq́ hostiū est cędes edita, quidā semisōnes capti, & in his Spargapises Thomyris filius. Illa vero cognito filii & aliorū casu, misso ad Cyrū caduceatore, dolū illi exprobrauit, q̄ nō bellica virtute, sed veneno filiū vicisset: iret, & psenti victoria cōtētus restituto sibi filio Massagetarū finibus excederet, q̄ nisi mature fierent, solē testari, futurū, vt virū cruoris auidū ad satietatē in suorū volutaret sanguine. Cyrus mulieris verba aspnatus, nihilo secius instare, Spargapi-

Spargapisis facinus.

ses interim ebrietate experrectus, a Cyro petiit, vt vincula adimi sibi iuberet, satis fore, si se sub custodiam haberet. Cōcessit rex illi id haud grauate, solutusq́ ferox iuuenis, sibi eximprouiso mortem cōsciuit. Trogus pugnādo eū periisse ait. Cæterū quocūq́ casu morte obiit, haud vna deinceps phama secuta est. Trogus Thomyrim audita filii morte, simulata fuga Cyrū ad mōtiū an-

Persarum strages.

gustias traxisse ait, ibiq́ Persas suis artibus captos, ad vnū cū rege trucidasse, vt miraculo sit datū, q̄ ex ducentis hoīm milibus, nemo q eam cladē nunciaret, sit repertus. Herodotus in aperto dimicatū scribit, cōmissumq́ vtrinq́ tā acre pręliū q̄tum inter Barbaros nunq̄ alias. primoq́ sagittis certatū, mox lāceis, nouissime collato pede pugionibus, magnāq́ exercitus partē cū Cyrote lis occubuisse. Illud ambobus cōuenit. Cyri caput in vtrem humani cruoris plenum Thomyrim

Massagetarum ritus.

demisisse, inde supbe insultantē identidē dixisse. Expleas te Cyre qui cruorē tantopere sitisti. Sūt Massagetę, qn̄ tam multa de ea gēte diximus, vestitu & victu Scythis perq̄ similes, quo fit vt Scythę a plerisq́ credantur, ex equis pugnant, & pedibus, vtroq́ pugnæ genere pene inuicti sagittis hasta, sangari. sic enim ferrum quo vulgo accincti sunt dicitur. Auro in baltheis & capitis ornatu vtunt, aureos thoraces equorum pectoribus inducunt. Ex auro fræna & phaleras conficiunt, æras cuspides hastis pręfigunt, ære pharetras muniūt. Ferri & argēti nullus apud eos vsus, singuli vxorē ducunt, eaq́ cōmuniter vtuntur, idq́ Scytharū soli faciunt, si Scythæ habendi sunt.

Quoties aliqs mulieris libidie capit,suspēsa ad currū pharetra cū ea fine pudore cōcūbit.Terminus vitę nullus gēti p̄finitus.Vbi qs admodum cōsenuit.eum p̄pinqui & necessarii,in vnū coeūtes,cū aliquot ouibus īmolāt,atq ita humanis carnib⁹ouilla mixtis vescūt.Id gen⁹ mortis apd eos beatissimū.Lāguore extīctos nō edūt,dān͂ loco id ducētes sepeliūt.Nihil oīno sere pecoribus victitāt & piscibus,quos Araxes abūde suppeditat.Lac plurimū potāt. Ex diis vnū solē venerant:soli equum mactāt pnicissimo scilicet sideri aīal velocissimum.Et ipse qdē Cyrus sic periit anno ex quo regnare cœperat trigesimo,vir cum per cætera memorabilis,tum in victoria,supra q̄ dici possit,mitis.Quo magis mirum est,Thomyrim illi cruoris sitim exprobrasse.Astyagē auum victor seruauit,sic Crœsum,sic Babyloniis bello victis dedit veniā,sic Iudęis q Babyloni ea tēpestate seruiebāt,ī Palęstinā abeundi potestatē fecit,qd ī Danielis grām id gēti datū videri pōt.Quē ob creditā sāctitatē,Babylone capta p̄cipuo apd se ī honore habuit Cyrus.Iosephus & Eusebius authores sunt,haud multo prius q̄ Cyrus Assyrioꝝ opes fregit,pdigium ī Baltasaris regia ingēs apparuisse,verterat is vasa Hierosolymitano tēplo sublata ī prophanū vsū,qd cęteri reges sacrilegiū auersati,ea ī sacro reposuerāt.Tū vero accidisse,vt spēctā te rege,man⁹ ex aduerso pariete sit orta,q̄ hęc pauca excripserit,Mane,Tethel,Phares,q̄ vt Iosephus interp̄tat,n̄ẽꝝ,pōdus,& fragmētū,signficēt.Hęc magi vndiq a rege acceriri quū interp̄tari neqssent,vnus oīm Daniel regis ac regni p̄pinquū excidiū,p ea verba significari demōstrauit.Q̄m cęli numē,cuius p̄uidētia oīa fierēt,ānos regis dinumerās,appēdēsq illius vitā & regnum,Medis ac Persis frāgēs distribueret.q̄ tristis denunciatio,etsi Assyriū vehemēter affecit,haud p̄pterea minus gę ab eo veridicus vates reportauit,sed regi cęterisq mlto venerabilior ē factus.Miror Iosephum p̄suasum habuisse,vno tpe a Cyro & Dario Babylonē captā, & qd pene ridiculum ē Astyagis filium fuisse ait,de Medico gñe ortū.Legerat credo ab vtroq eā vrbē obsidiōe expugnatā,q̄ res eum ī manifestum traxit errorē.Cęteꝝ Trogus & Herodotus haud dubie demōstrār Darium Histaspis filium,q vno Cābyse īterfecto,Cyro successit.reꝝ ī Perside potitum,ipsūq Persā nō Medū fuisse, neq Astyagē aut Cyꝝ vīculo necessitudinis vllo attigisse.Obsedit is quoq Babylonē vrbē & expugnauit,sed tpe oīno diuerso,cui si vera Iosephus scribit,adeo Daniel familiaris fuit,vt vni⁹cōsilio nutuq regii thesauri,ac pene tota regni moles ministraret.sed siue Cyro ille,siue Dario amic⁹fuit,q iā grādē natu sub altero fuisse oportet,tā aduersa Babylonioꝝ pricipū flagrauit īuidia,vt quū viꝝ p̄spēcta sāctitate aliter criminari nō possent,eius vitę sint nouo calūnię genere īsidiati.Cōptū his erat Danielē,tertio quoq die,in secretū cōcedere,nec publico vllo priuatove negocio ita interpellari,vt de pietissimo orādi instituto aliqd remitteret.Igit excōgitato ad regē deferunt,pricipibus & pp̄lo videri,triginta dieꝝ ferias vniuersę gēti debere īdici,qbus neq humana,neq diuina curare liceret cuiq̄,ac si qs eas minus diligēter obseruasset,is maiestatis reus,leonibus laniādus obiiceretur. Rex ignarus eoꝝ q̄ parabāt,author fuit feriaꝝ pp̄lo indicēdaꝝ.Tū cæteri⁹ quiescētibus Daniel nihilo secius diuī stertio post die operat,neq loco,neq tpe,vt res occultari posset,immutato. Parcunt
Hic aduersa Satrapum factio coorta,locum ad crimināndum nacti Danielis cōtumaciā ad regē Leones Dadeferunt.Dānat ergo,magisq nō repugnāte q̄ iubēte rege trahit ad supplicium.Iosephus im nieli.
pune eum p noctē fuisse ī Leonū cauea scripsit,Diuinæ lsæ pluriū dieꝝ spatio versatum īter feras sine offēsa,meminerunt.Fuit regi ea res admiratiōi,ascribebatq id diuinæ p̄uidētiæ,q p̄ter oīm opinionē leones fame sæuiētes,vni hoīm plutes dies parsissent.Cauillari interim ęmuli,nec p̄uidētia id fieri dictitabāt,sed q leones sagina expleti hoīem fastidirēt. Poscere pinde, Prophani
vt ieiunis iteꝝ obiiceret.Tum rex,& hoc qdē periclitari iuuat,mō vos prius experiamini,an illorum satietas sit vobis similiter parsura,tum leonib⁹affarim exaturatis,eoꝝ quosdā in caueā laniantur a leonibus.
obtrudi ī perat,quibus nihilo p̄pterea fuit mitior leonū feritas,sed fœde laniati palā ob⁹fecere Danielē miraculo seruatū.Atq ob eā rē mirabilior q̄ antea,charior fuit regi.Hui⁹ op⁹fuisse credit Mausoleum ī Ecbatanis Mediæ vetustum,facie tn̄ ad posteros recēti,quo Medoꝝ reges defuncti,ad Vespasiani vsq tpa cōdi cōsueuere.Inter cætera diuinationis eius monumenta,illud ab Iosepho p̄dit indubitato creditæ sanctitatis argumēto,& ob id certe memoratu dignissimū.Subito quodā horrēdoq motu terræ,quū forte Susis eēt,in publico dep̄hēsus,ī faciē concidit,cæterisq diffugiētib⁹,visus est sibi arcana quadā vi in pedes statui,voceq audire qua iuberet ea spectare,q̄ multa humanarū reꝝ ptrbatione essent in terris futura.Tunc cōspicatus dicit arietē magnitudine immani,plurima cornua habentem,atq oīm eminentissimum quod Danielis vi
extremo agnatum esset loco,inde ab occidente sole Hircum p aerem delatū sibi intueri visus,q sio.

clara nuꝑ fortuna,multisq; diuitiis pene nudus circuibat milites,cibũ mẽdicans. Tũ vero neq; lachrymis tẽꝑrauit ãpli⁹,neq; apta lamẽtatione abstinuit. Has intẽpestiuas lachrymas Cãbyses demirat⁹(aderãt.n.q oĩa illi q̃ fiebãt nũciarẽt)misit q ab Sãnieto sciscitaret̃,qd esset,ꝙ quũ liberoꝝ calamitatẽ tã pulchre ꝑtulisset,vt ne lachrymã qdẽ in eoꝝ malis emiserit,cõtra,ad vnius mẽdici aspectũ in fletũ ꝓrupisset.Cui aiũt ab eo respõsum,vt diceret domestica mala multo maiora fuisse,q̃ vt a se fleri possent,amici fortunã dignã sibi visã,quã fletu & lachrymis, qñ aliter opẽ ferre nõ posset,ꝓseq̃ret̃.Croesus & alii primores,q cũ Cãbyse erãt,ad eã vocẽ ꝓpriç fortunç admoniti,nequerũt & ipsi fletu abstinere,tetigitq; subita cõmiseratio victoris aĩm, vt cõfestim miserit,q Sãnieti filio parci iuberẽt,sed serũ fuit ĩꝑiũ,pierat adolescẽs,quũ nũcius a rege affuit.Ipm regẽ,qd ꝑstare potuit,nõ solũ seruatũ voluit,sed penes se quoq; ĩ honore habuit donec res nouas moliẽtẽ,taurino sãguĩe epoto,ad mortẽ cõpulit. Phama est habuisse ĩ aĩo Cãbysem,priusq̃ hostilẽ ĩ se aĩm gerere cõꝑrisset,eũ Ægypto ꝑficere:nã & Inari Aphri,& Pausiri Amyrthei filiis ĩ deditionẽ receptis,regnũ restituit,ĩ Amasis cadauer ĩexpiabilis odii dedit exẽplũ,id refossum,ac verberib⁹cęsũ,ꝑter patriũ morẽ cõcremauit, q̃q̃ haud Ægyptiis tãtũ id moris fuit,vt hũana corpa nõ cõburerẽt.qa ignẽ deũ quendã arbitrarent̃,ob idq; hũana carne flãmã violare nefas ducerẽt,sed Persis quoq;,q belluã quãdã aĩatã ignẽ existimabãt,q̃ quicquid adepta esset deuoraret,inde exaturata moreret̃.Ægypto domita Cãbyses triplex bellũ aĩo destinauit.Nauale vnũ aduersus Carthaginẽses.Pedestre alterũ in Ammonios.Tertiũ ĩ Macrobios Æthiopas,q Aphricã ad australe mare incolũt.Sed priusq̃ in hos aliqd moueret,statuit legatos ad eoꝝ regẽ mittere,vt legationis specie itinerũ rationẽ,& opes gentis specularent̃,q̃ Solis mẽsa apud eos esse diceret̃. Ferunt pratũ suburbanis fuisse locis,quo oĩm quadrupedũ carnes assę noctu magistratuũ cura inferrent̃,eoq; vbi primũ illuxit,vulgo ciues occurrere,hilariterq; epulari.ꝑsuasũ indigenis fuisse aiũt,terrę felicitate ibi alimẽta assidue reponi. Ad hos igit̃ legati cũ munerib⁹ missi,Ichthiophagis ducib⁹ ex Elephantina vrbe ascitis,q Æthiopicã ob mutua vtriusq; gẽtis cõmercia callebãt linguã.Fuerũt dona q̃ regi tulerũt,Purpureũ amiculũ, Aure⁹ torquis,Armillę,Alabastrũ vnguẽti,& phoenicei vini cadus.Sũt Æthiopes ipsi ad quos tũ legãti missi sunt,si vera Herodot⁹ ꝓdidit,oĩm hoĩm maximi ac pulcherrimi,diuersoq; ritu a cæteris mortalib⁹ viuẽtes,tũ id in aliis seruant,tũ ĩ creãdo rege,quẽ vtriq; ꝑcipua statuta,validoq; corpe ex oĩ numero eligũt.Ad hũc igit̃ quũ legati venissẽt, exposuissentq; se a Cãbyse Persarũ rege missos,vt cũ eo amicitiã & hospitiũ iũgerẽt,attulisse adhęc se ad eũ dona q̃dã,q̃ idcirco ille præ cæteris mittẽda existimasset,ꝙ ipse eoꝝ vsu maxime caperet̃.Hæc illi.Cæterũ legatorũ accessus nihilo secius fuit regi & aliis suspectus.Respõsum ꝓinde his parũ pacate, libereq; exprobratũ,parũ iuste facere Cãbysem,q nulla lacessitus iniuria,alienũ regnũ inuadere moliret̃. Qd vt tutius fieret,legationis ꝑtextu misisset,q vniuersam regionẽ explorarẽt. Verũ feliciter Persis euenire,ꝙ dii eã Æthiopib⁹ mẽtẽ nõ dederint,vt aliena appeterent, q̃ si data esset,breui exptur⁹ fuisset,an Æthiopes ii sint,qbus temere sit bellũ inferẽdũ.Interim vero priusq̃ aliquid temere moueret,suas idẽtidẽ metiret̃ vires,& quũ arcũ quẽ a se intẽdi cernerẽt,vtiliter tractasset,tũ de vi Æthiopib⁹ inferẽda cogitare inciperet.Hęcq; ille effatus,robustissimũ arcũ valide curuauit,legatisq; Cãbysi deferẽdũ obtulit.Inde purpureũ amiculũ tractãs,qd esset rogauit,ac qua id ratiõe infectum,Ichthiophagi purpurę rationẽ exponũt,idq; hoĩm cõmentũ esse demonstrãt.Dolosi inqt ille hoĩes,dolosa & vestimẽta.Mox de tortili auro,& armillis sciscitat⁹,vbi in regio ornatu ea eẽ audiuit,risisse dicit̃.Gloriatusq; est ꝙ ex eadẽ materia apd se captiuoꝝ eẽnt vincula,nec ita multo post ad carcerẽ ꝑduxit,vbi sontes aureis erant cõpedib⁹,& catenis ligati. Est eñ in ea gente æs rarum ac maxime preciosum,nihil itaq; eorum quę attulerant præter vnũ laudatũ,sed quũ alia atq; alia q̃rendo eo peruenisset Æthiops,vt a legatis ꝑter alia multa triticeũ panẽ Persis in vsu esse didicisset,totiusq; gentis vitã ãno octogesimo plurimũ terminari, miratus dicit̃ cur tãdiu viuerent ii qui stercore vescerent̃. Viuunt Macrobii Æthiopes vulgo annos cẽtũ & viginti.Plinius lõgioris est author vitæ,ĩ vitreis vasis sepeliũt cadauera.Legatis in Ægyptũ reuersis,Cãbyses haud multũ deinceps moratus in Æthiopas mouit,Carthaginẽsiũ bello ĩ aliud tẽpus dilato,Phœnicibus,qui vltro in fidẽ venerãt,in ꝓgeniẽ suã bellare recusantib⁹.Omnis nauticus apparatus phœnicius ferme erat.Nec Rhodii & alii qui aderant tanti interim esse, vt Tyriis ꝓuinciã detrectantibus punicum obire possent bellum.Ipse sine maiore aliquo cõmeatu pene præceps,cũ omnibus copiis ꝓfectus, auxiliaribus græcis Memphi ad prçsidiũ relictis,Thebas ꝓcessit.Nec multum distant a fabulari historia,quæ de hac vrbe græ-

Sãnieti responsum.

Samnieti interitus.

Cur Ægyptii & Persę cadauera non comburunt.

Mensa solis

Munera Cãbysis ad Æthiopũ regem.

Æthiopum formæ & ritus.

Æthiopum vires.

Aurea vincula captiuorum.

Longioris vitę Æthiopes.

Thebæ Ægyptiacæ.

ci ſcriptores,& latinoꝝ qdā ſcripſere,ꝙ centū portas habuerit:id eſt Homericū carmē teſtat̃,
qdā penſile totū oppidū fuiſſe adiiciūt,ita vt numeroſi exercitꝰ nihil ciuitate ſentiēte a regibꝰ
vrbe educerent̃.flumē mediā vrbē īterſecat.Diodorus Buſyridē authorē memorat.Ambitꝰ ve
bis cētū tradit̃ & quadraginta ſtadioꝝ.Nec ea mihi vident̃ exequēda,q̄ de Mēnonis coloſſo ibi
referunt̃,etſi Strabo author diligētiſſimꝰ q̄ de eius crepitu,nō cōcētu,vt vulgo eſt perſuaſum,
cōpta ſe habuiſſe mēorat.Semel ī ea vrbe pluiſſe dicit̃,āno quo Sāmetꝰ ad Peluſiū eſt a Cābyſe
Bellū ī Ammonios. victus.Hinc Cābyſes qnquaginta milia lectoꝝ peditū in Ammonios miſit,ad ſacra & ꝓphana
eiꝰ gētis diripiēda,& vt Iouis oraculū apd̄ eā gētē incēderēt.Ipſe parū mētis cōpos reliquū co
piarū ꝑceps in hoſtē rapuit.Vix qntā partē itineris exercitꝰ cōfecerat,quū cōmeatus defecere;
& iā maligne terra pabulū ꝑbebat,ꝑgere tñ porro ire demens impator,ac q̄diu miles potuit ra
Perſarū fames ingēs. dicibꝰ & herba veſci pſeuerauit,vbi vero ad ſabulū puenere,oīa tū ſimul deſiderati cœpta,di
raq̧ fames militē inuaſit.Hic res infanda accidit,vt Perſę inedia adacti,decimū quēq̧ ſorte du
ctū vulgo mādere occœperint,quo atroci caſu territus Cābyſes,magna militū iactura interim
facta,ꝑ Thebas Mēphim rediit.Et Æthiopica expeditio hunc exitū habuit.Qui in Ammonios
miſſi fuerāt,in ſeptimo die q̄ Thebis ꝓfecti ſunt,ad Oaſim vrbē puenere.Inde ꝑ arenoſam va
ſtitatē repetito itinere,nuſq̄ amplíꝰ in hoīm cōſpectū venere.Nā neq̧ ad Ammonios peruentū
eſt,neq̧ ex tanto numero retro qſq̄ eſt reuerſus.Fert̃ ab Ammoniis poſtea celebratū ſermonē
pueniſſe eos ad mediū fere arenarū ſpatiū.Tū illis prādētibꝰ violētū auſtrū repente coortū,in
Milites arenis ſūmerſi. gētibuſq̧ arenę cumulis ſupingeſtis,ad vnū e cōſpectu ſublatos.Cābyſes duplici clade affectꝰ,
oēm male geſtæ rei irā in Ægyptios effudit,eius gētis ſacerdotibus interfectis,& Api boue fer
ro violato.Erat Apis ex boue alioqui ſterili genitus.ꝑſuaſum habuit Ægyptiorum vanitas,eā
Apis bos. fulgure ictā fieri grauidā,eoq̧ cōceptu Apim naſci,quē Epaphum dixere,erat illi candor qua
dratę figurę in frōte,in tergo aqlæ effigies,inſignis cāthatus ī palato,niger cętera.Inde ī ſuos
Cābyſes ſęuire cœpit:Merdimq̧,ſiue Mergidē(vt Trogus ait)primo occidit.erat is illi ex am
bobꝰ parētibꝰ frater,q quū arcū ex Æthiopia miſſum cęteris validius intēdiſſet,liuore motus
Cābyſes in Perſas remiſit.inde ꝑ quietē viſus eſt nuncius adeſſe,q diceret Mergidē ſolio ſedere
Cābyſes fratrē īterficit. regio,qua ille viſione cōſternatus,cōfeſtim Prexaſpē hoīm fidiſſimū in Perſidē ad eū interimē
dū miſit.Quidā Suſis interfectū prodidere.Alii media venatione.Nōnulli in rubrū mare ꝑcipi
tatum.Nec vno parricidio cōtentus,aliud nō minus fœdū cōtinuo adiecit.Erāt illi tres ſoro
res,quarū natu maxima,primo illi nupſit,huiꝰ amore captus,quū palā ꝓ vxore primo habere
dubitaſſet,Perſarū iudices rogauit,an lex vlla foret,q̄ ꝑmitteret ſororē fratri nubere.Cęterum
Iudicum reſpōſum ad Cambyſem illi tā prudēter,q̄ vere reſpōdiſſe dicunt̃,ſe legē nullā inuenire,q̄ fieri ꝑmitteret,at ſcire ſe alte
ram eſſe legē,qua Perſarū regi licitū eēt agere qcqd vellet,eoq̧ legis ꝓtextu Cābyſes Atoſſam
ſororē ſibi matrimonio iunxit.Inde aliā duxit minorem natu Meroen,vt quidā aiunt,nomine,
nā q ipſius Cābyſis matrē Meroen vocatā exiſtimāt,Herodoti authoritate refellunt̃,qui Caſſa
bane ex Achemenidarū gēte Cābyſē,nō Meroe,genitū ꝓdidit.Nec vetꝰ Ægyptioꝝ opinio il
los a mēdacii ſuſpitiōe vindicat,q Ægyptiaca eū fœmina natū credidere,quū ipſi quoq̧ in ma
nifeſto fuerint errore.Enimuero ſi pellice ille ortus fuiſſet,q apud Perſas legitimo thoro natī
īperiū,ſi adſint,obtinere ſolent,ad Mergidē Cyri regnū,nō ad Cābyſem perueniſſet.Sed quocun
q̧ fuit noīe,q̄ ſecundo loco nupſit,eū in Ægyptū comitata eſt.Hanc Cābyſes,q Mergidis fra
tris ſibi parricidiū exprobraſſet,ictu calcis interemit.Tradunt quidā canis leoniſq̧ catulos ab
eo cōmiſſos,aliquādiu īter ſe certaſſe.mox leonculo ſupante,alterū canē fratri auxilio accurriſ
ſe,atq̧ ita duoꝝ aſſultu leonē ſupatū.Ad qd̄ ſpectaculū puella fleuiſſe fertur,rogataq̧ a Cāby
ſe,vnde illę īterēpeſtiuę lachrymę,reſpōdiſſe ait̃,Mergidis fratris memoriā ſubiiſſe aīm,cui nul
lus in morte affuiſſet vltor,ob eā Gręci a Cābyſe īterfectā memorāt.alius tñ apud Ægyptios
(vt Herodotus ſcribit)de eiꝰ morte fuit ſermo.In cœna quū forte lactucā ederet,folia eā diſcer
pſiſſe ait̃,inde virū rogaſſe,vtrū dēſa ne an diſcerpta pulchrior lactuca viſa eſſet,quū dēſa ille
reſpōdiſſet,illud Meroe ſubiecerit(ſi Meroe fuit illi nomē)hāc tu imitatꝰ es,qui Cyri domum
parricidio cōuulſam reddidiſti.Ad quę Cambyſes ira percitus,eā pręgnantē humi afflixit,qua
Cābyſes ſororē occidit. vi abortu edito vita defuncta eſt.Per hæc ille in ſuos debacchatꝰ,cū in dies amētior fieret (fe
rūt eñ ab ineūte ętate ſacro eū morbo cōflictatū,nūq̄ poſtea ſatis aīo cōualuiſſe)Prexaſpis quē
maxime diligebat filiū ſagitta trāſfixit,& qd̄ crudelíꝰ fuit,tā diro ſpectaculo patrē adhibuit,in
cuius inuidiā adoleſcētē occidit,qm̄ ab ipſo Prexaſpes rogatus,qualis a Perſis haberet̃,per cę
tera optimus reſpondiſſet,niſi ꝙ aliquāto auidíꝰ vino indulgeret.Nec ita multis īteriectis diē

bus ex Persarũ primorib⁹ quosdã in caput humi defodit, est & Crœsum interficere conat⁹, ꝙ le niter ab eo moneret, ne in suos populares temere sęuiret. Sed quũ ab his quibus cędes mãdata erat Crœsus impetrasset, vt tãtisper ferro abstinerẽt, donec regis ira defetbuisset, tũ si in cõsilio pstaret, pagerẽt mãdata: cæterũ remittẽte ira, Crœsus seruatus est. Sed dũ per hęc ille in Ægypto insanit: Magi fratres, quorũ alter a Cãbyse curator rerũ fuerat relictus, de occupãdo regno cõsilia inẽũt, resciuerãt hi de Mergidis nece, q̃ inter paucos adhuc erat vulgata. Magorũ minor Mergidi erat ętate & liniamẽtis perq̃ silis, & qđ ad rẽ assimulãdã nõ parũ valuit, fuit & Mago Mergidi nomẽ. Hũc maior frater regio solio p Mergide Cyri iã mortuo collocat, mittitq̧ ĩ oẽs gentes, pcipueq̧ in Ægyptũ caduceatores, ad exercitũ, quẽ Cambysi sciebat infensum, vt abrogato illi imperio, Mergidi Cyri filio parerẽt. erat tũ Cambyses in Acathanis Syrię, q ratus vera esse q̃ de fratre efferebant, parũ abfuit q̃n Prexaspem occiderit, cui fratris cędẽ demandarat, velut minus dicto obœdiẽs fuisset. Cæterũ sciscitãdo eo puenit, vt Magorũ fratrum eã ĩtelligeret fraudẽ esse. Tũ irarũ æstu feruẽs, equũ cõscẽsurus vt in Persidẽ raptim duceret, vagina gladius excidit, strictaq̧ ferri acie femur sauciauit: Fuerat ei in Buti vrbe oraculũ redditũ, futurũ vt in Acathanis moreret. Cæterum qa & in media Acathani erant, vbi oĩs regia custodiebat gaza, ibi senio se cõfectũ vita decessurũ, ad id tẽpus psuasum habuit: Sed cũ audiuisset Acathanos eã quoq̧ Syrię gẽtẽ noĩari, hoc inqt loco fatale est Cãbysem Cyri filiũ mori. Moxq̧ Persarũ primorib⁹ ad se vocatis in hũc modũ est eos allocut⁹. Cogor viri Persę nũc demũ vobis apire, qđ semp alioq occultũ habui, oblata est mihi p quietẽ, quũ ĩ Ægypto essemus, nocturna species q̃ me ad nefariũ scelus impulit. visus fuit mihi nuncius astare, q diceret regiũ soliũ a Mergide teneri. Ego domesticarũ rerũ sollicitus, nec ignarus q̃ res lubrica sit regnũ, qđ haud pauci mortales appetũt, misi q fratrẽ meum Mergidẽ interficeret, eũ ratus mihi nec aliũ p quietẽ insidiatorẽ demõstrari. Paruit dicto Prexaspes, cui id parricidiũ patrãdũ dedi, ipe a me ex Ægypto in Persidẽ missus, ipe fraternę cędis minister fuit, ipse hoĩem suis manib⁹ sepeliit, optimusq̧ perpetratę cędis esse potest testis. Verũ qsqs ille dæmonũ fuit, aliũ mihi Mergidẽ in somnis ostenderat, Magorũ fratrũ minorẽ natu, a quo cõpertũ habeo regale soliũ teneri. O facinus indignũ humanãq̧ rerũ caliginẽ, me ne fratrẽ amantissimũ occidere, dum vanas vito insidias! aut regiam stirpem dũ timeo, seruis ad regnum occupandũ aditum facere oportuit! o me miserũ & infelicẽ, q Cyri domũ suo psidio spoliatã, infimo cuiq̧ inuadẽdã reliqui. Sed quid ego viri Persę hęc q̃ror, quũ talia sint, vt mutari nõ possint! quin audite q̃so, ad quæ ego vita exiẽs vos hortãdos duxi. p solẽ & si quid in cælo sanctius est, vos oro, & obtestor viri fortissimi, ne vestra discordia patiamini regnũ tãta indole q̃situ, ad Medos relabi, ne iugum qđ Cyrus pater meus Medis & aliis gẽtibus ĩposuit, in vestras recidat ceruices, iterũq̧ alieno impio subiiciamini, & Persæ qui iã multos annos tributa a Medis, totaq̧ fere Asia exegerũt, seruitio adacti tributarii fiãt. Sati⁹ fuisset nunq̃ ĩperandi dulcedinẽ degustasse, q̃ degustata turpiter priuari. Quin agite & regnũ fraude occupatũ constãti conspiratione reposcite, exercitus penes vos erit, virib⁹, expẽitia, gratia lõge Magos pstatis, intelligãt scelerati fratres Cãbyse etiã defuncto regnũ turpiter quęsitũ, turpius relinq oportere: q̃ vobis faciẽtib⁹ tellus pcot vberius pariat, fœtura pecorũ crescat, augeat soboles, ppetuaq̧ maneat libertas. Contra, vltionẽ aspernãtibus, moriẽs oĩa dira imprecor. Posteaq̃ Cãbyses ita perorauit, miserabilis cõploratio est a circunstãtibus orta, nec ipse multo post supfuit, dolore vulneris victus, paucis diebus expirauit, quũ octo ppemodum ãnos regnasset. Tenuerũt deinceps regnũ Magi fratres menses septem. Cæterum paucorũ coniuratione oppressi perierunt. Enuero haud res a prĩcipio facile credita est, vt Magus pro Mergide Cyri filio regnaret. Nec Prexaspes qui eũ occiderat, post Cãbysis interitũ libenter inuisum crimẽ vulgabat, ne tã nepharię cędis vnus apud Persas inuidiã sustineret. Ambiguis igitur principum animis, vltio in id tempus distracta est. Tũ demũ Othanes qui coniuratorũ vnus fuit, factus p Phœdimam filiam quę cum Mago cubabat, certior, (nã ad eũ nulli alioqui patebat accessus) eũ auribus carere, id vt exploraret pater illi per internunciũ mandarat. Cyrus enim dũ regnaret Mago haud leui quadã de causa aures pciderat. Sic Herodotus. Trogus id a Cãbyse factũ pdidit. Hoc itaq̧ indicio ille pditus. Othanes vbi exploratũ habuit nõ esse Cyri filium, qui regnũ occupasset, veraq̧ fuisse ratus, quæ Cambyses de cęde fratris moriens fuerat confessus, re cũ paucis communicata, consilium inter se conferunt, de Mago & fratre trucidãdis. Nec rem apte sunt tentare ausi, quũ armorũ præsidia veriti, quibus illi erant septi, tum ꝙ omni genere liberalitatis magna in se studia conciliarant. Sex igitur rem ab initio mouere cœperunt, quib⁹

Magi fratres occupant Persarũ regnum

Cambysis morituri ad suos oratio

Cambysis interitus.

Cõiurat̃ in Magos. Darius ex Perside vir clarus opportune supuenit,q cõiuratiõis socius assumpt⁹, negate rẽ aliquo mõ differẽdã,p psidia ipsa in regiã ad Magos pacate penetrandũ, certo scire se milites Persarũ primorib⁹ reuerẽtia cessuros,ac si qs circa cubiculi ianuã obsisteret,eo obtrũcato celeriter ad Magos irrumpẽdũ.Et iã cõueniebat inter oẽs rẽ maturãdã esse,quũ allatum est Prexaspem se ex alta turri pcipitasse,q magnis pollicitationib⁹,iniecto etiam metu nisi id faceret,fuerat a Magis ĩductus,vt ex alta turri populũ alloqueret̃,ibiq Mergidẽ Cyri filiũ esse diceret q regnaret,fuisse se a Cãbyse iussum,vt de ei⁹ cede mentiret̃,id quũ ille se facturũ recepisset,pductusq est ad hoc ipm in cõspectũ populi,a Cyri memoria eiusq meritis ĩ Persas exorsus,ad Cãbysem descẽdit,a quo sibi Mergidis fratris cedes fuisset iniũcta,inuitũq se Mergidẽ necasse testat̃,nõ Cyri filium esse q regnaret,sed Magorũ alterum,ac quũ hec alta voce dixisset se ĩ caput ex summa turri pcipitauit. Hec fama cõiuratos iã ad Magi cædẽ egressos ita turbauit,vt consilii inopes,eorũ alii tantũ facin⁹ differẽdum dicerẽt,alii exequẽdã illico rẽ cõtẽderẽt,interim augurio cõfirmati,septẽ em̃ accipitres duos vultures apto cęlo insectati disiecerãt,porro ire pstiterunt. Per statiões igit̃(facile em̃ euntib⁹ multitudo cessit) ad ĩtimã ianuã venere,ibi eunuchorum quosdã,vlteri⁹ ire phibẽtes,repẽte obtruncãt:sentiunt id magi,q forte iter se de Prexaspis casu cõsultabãt,cõfestimq tumultu excitati,hic arcũ,ille lãceã adeptus occurrũt:tũ cõfertis manib⁹,q telum habuit duos ex cõiuratis cõsauciauit. Alter,cui arcus erat,qa post congressum ĩutilis fuit,in pximum se pripuit cubiculũ fores occlusurus:Darius & Gobrias,q ex cõiuratis vn⁹ fuit,vna cũ eo locũ irrũpũt.Tũ Gobrias cũ Mago cõplexus,speculantẽ Dariũ qua potissimũ pte Magũ,sine Gobrię clade,ferro traiiceret,quid cũctaris exclamat, eius morã increpãs, huic quũ Darius respõdisset,ne p hoste amicũ interimeret,vel p vtrũq inqt ille gladiũ adige. Tũ Darius vibrato ferro,Gobria incolumi,Magũ pstrauit.Interfectis capita adimũt,duobusq sauciis ad arcis psidiũ relictis,ceteri cũ tumultu & vociferatione in publicũ pdeũt.fuit res ipsa æque oĩbus grata:nã post Prexaspis casum,satis inter oẽs cõstabat,Magũ nõ Cyri filiũ imperare.Ceteri Magorũ q eo tumultu obuii fuerũt,ad vnũ sunt oẽs obtrũcati. Tumultuq deinceps sedato,principũ cõsultatio aliquot dies tenuit,deberẽt ne popularẽ administrationẽ inducere,an regiã,vt antea.Qui Democratiã pbauit,Cãbysis insolẽtiã ante oculos ponebat,adiicere & illud,nihil mortalib⁹ min⁹tutũ,q̃ vnius libidini salutẽ & fortunas multorũ subiicere,q si sit natura optimus,licẽtia tñ & rerũ oĩm affluẽtia,vanaq psuasiõe tyrãnicos ĩbibat spũs,fiatq in dies insolẽtior,nec tãtũ singulis hoĩni,sed vrbib⁹ quoq & populis pniciosus,& qđ oĩm eẽt maxime detestabile,ĩuidet rex inqt optimo cuiq,nec inuidet solũ,sed capitali ĩsectat̃ odio,quũ formidolosa sit regibus priuata virt⁹,atq ob eã rẽ magnope inuisa. Adiiciebat,& alias regũ iniurias,cedes,stupra,rapinas,exilia,quorũ nihil bonis accidit,quũ multitudo dominat̃,q̃ administrationis ratio,quũ ob alia multa,tũ ob id pcipue optabilis esset,q ius arctissimũ ciuitatis vinculũ,oĩbus exequet̃.Hec fuit Othanis snĩa.Megabyzus cõtra nihil populari multitudine insipiẽtius dicere:qppe q tyrãnũ fugerẽt,in plebis ĩtẽperiẽ ĩciderẽt:enuero si qd rex tyrãnusve faciat,id intelligẽs facit:plebis aũt pprium esse,nihil ĩtelligere.Hec & alia ĩ eãdẽ sentẽtiã Megabyzus quũ disseruisset,laudaretq paucorũ administrationẽ: Darius tertio loco sentẽtiã dixit,qui tribus statib⁹ ppositis,vt optime pplus,optime pauci,optime vn⁹ imparet : multo vni⁹ ĩperiũ pclarissimũ iudicauit,nihil meli⁹ affirmãs vni⁹ viri impio,q optim⁹ sit,cui multa in hãc sentẽtiam afferẽti,ceteri quatuor assenserũt.Cœptũ est igit̃ inter eos de regis creatione agitari,primoq priuilegia qdã Othani(siue Ortani vt Trogus ait)& ei⁹ familię decreta,q in sortem regni vltro venire noluit.Sex reliqui ita inter se cõparant,vt mane eqs sedẽtes suburbanis adequitent,ac cuius equus primus ante solis ortũ(nã id pcipuũ est apud Persas numen) hinnitum dedisset,rex a ceteris salutaret̃. Trogus inter eos conuenisse ait,vt in regiam conuenirent,sed vbicũq res acta est,satis cõstat,Orbatem equorũ Darii domitorem, hominem callido ingenio, hic quo mane adequitandũ fuit,equã noctu ad coitum herili equo subiecisse.Quo cõtigit,vt principibus eo appropinquantibus,confestim Darii equus ad amatę equę desiderium, hinnitũ emiserit.Secutum & alterũ a cælo signum,q illico(vt Herodotus scribit) superne tonuit,quibus signis cõmoti,equis ad terram desiliunt:Dariumq venerati regẽ cõsalutãt.Populus principũ electionem secutus,ratum illi regnũ fauore & assensu fecere, atq in hunc maxime modũ Darius Histaspis filius est Persarũ regnũ adeptus.Sed dũ in Ægypto ea,quæ diximus,a Cãbyse gererent̃:Polycratis Samii principat⁹ res Grecię varie sollicitabat.Fuit is Eacis filius,qui Samũ insulã armis occupatã,cũ Pantagnoto & Silosonte fratribus primo tenuit: mox horũ vno

Marginal notes: Prexaspes e turri volẽs pcipitat̃. — Magi opprimuntur. — Gobrias. Darius. — Democratia. — Monarchia — Creandi regis ratio. — Dari⁹ fraude rex creatus. — Polycrates.

interfecto, altero q̃ ĩ exiliũ acto, solus tyrãnidẽ exercuit. Res huius tã celeri cursu creuere, vt vnius Polycratis felicitas, tota Grecia & Ionia celebri pdicatiõe extolleret. Nihil ille tã arduũ molie bat, aut tã difficile, ĩ quo nõ fortuna eius votis respõderet. Aderãt Polycrati cẽtũ biremes, & in his sagittarii mille, quibus opibus fretus, vtraq̃ Ægei maris orã cũ ĩteriectis ĩsulis suę ĩiurię reddi dit obnoxiã, eo fiducię puectus, vt vulgo pdicaret, se magis iis gratificari, qbus adẽpta restitue ret, q̃ qbus nihil ademisset. Vicit interim & Lesbios nauali plio, q aduersus eũ opẽ Milesiis latu ri venerãt. Eos captos Polycrates fossam, q̃ Mileti moenia cingere fuerat adortus, fodere adegit. Non latuit Amasim regẽ hoc Polycratis luxuriosũ incrementũ, fuit ille rex, vt dixi, Ægypti, & Psamnieti pater, fatoq̃ sub id tp̃s, quo Cãbyses Ægypto bellũ intulit, vita decessit: erat q̃ illi cũ Tyrãno vetus amicitia, quã mutuis inter se officiis muneribusq̃, nihil obscure celebrabãt. Tũ Amasis ppetua & ĩoffensa Polycratis felicitate cõmotus, ratusq̃ vt in hũano corpe valitudinẽ, sic fortunę cursum nihil ĩterruptũ piculosum eẽ mortalibus, ad Polycratẽ scripsit, nõ placere si bi illũ psperrimę fortunę in pricipis amicissimi rebus ppetuũ tenorẽ, nescio quã numinis ĩuidiã in posterũ metuẽti, optabilius sibi videri, p varias fortunę vices mortalia traduci, cęterũ ad laxã dũ secũdarũ rerũ cursũ, arbitrari se nõ ab re futurũ, si Polycrates se re aliq̃, ex iis q̃ charissimæ essent spõte spoliaret, cuius desiderio aĩm afficeret. Hęc qa vera visa sũt, pterea ne amicissimi re gis authoritatẽ cõtẽnere videret, biremi in altũ euectus: Smaragdũ, vt Herodotus scribit, vt Pli nius, Sardonychẽ annulo ĩclusum putãs se ea iactura ab oĩ fortunę inuidia redimere, ĩ medios fluctus deiecit, nec lõga deĩceps fuit mora, qnto post die ne diuturnũ illud desideriũ eẽt, piscator pgrandẽ piscẽ Polycrati dono obtulit, in quo exenterãdo reptũ coqui annulũ cũ letitia ad Po lycratẽ deferũt, qd ille diuinitus fieri ratus, rẽ vt acta erat Amasi literis significauit. Tũ rex secum reputãs insidiãtis fortunę vices, ratus haud fieri posse, vt q semp feliciter vixisset, felicem sortire tur exitũ, quasi exploratũ haberet, fore, vt teterrima aliqua clades eũ in posterũ maneret, ĩ Sa mũ caduceatorẽ misit, q cũ eo iura veteris amicitię solueret, testatus se id facere ne hospitis cau sa postmodũ in aduersis doleret. quo nihil meo iudicio minus humane potuit fieri, tanq̃ ex for tuna amici q̃rẽdi sint: humanior qdẽ vox illa Periãdri, infelicibus amicis is esto q & felicibus: ex horruit Amasis alienũ excidiũ, quũ interim domesticũ postibus hęreret. Haud enim multo post Polycratis rebus cui amicitiã remiserat, adhuc florẽtibus, Psamnietus eius filius regno excidit. Po tuisset ille paterna amicitia incolumi Polycratis opibus iuuari, quas ille vltro Cambysi obtulit, quadragĩta instructis ad bellũ triremibus, sub id tp̃s quo in Ægyptũ mouit, in auxilium missis, at neq̃ in Psamnieti odiũ, aut in Cãbysis gratiã, vt Herodotus credidit, sed vt Samiorũ multi tudine, q̃ suo erat principatui infesta, insulã leuaret. Senserũt Samii se pcul domo de industria ablegari, pgressiq̃ ĩ Carpathiũ vsq̃ mare, de sũma rei cõsilio inter se inito, retro cursũ flexere. Alii ex Ægypto aufugisse memorãt, domumq̃ reuersos Polycratẽ maritimo plio supasse, inde in littus egressos, pedestriq̃ pugna vna male habitos Lacedęmonem nauigasse. Fuerant Samii aliqñ auxilio Lacedęmoniis aduersus Messenios, ac pter vetus Samiorũ meritũ, erãt Spartiatæ Polycrati infensi, q̃ crateram quẽ Croeso p legatos destinauerãt, & thoracẽ ab Amasi rege ad se missum, ille olim intercepisset. erat Thorax ille lineus, cæterũ frequẽtibus aĩaliũ figuris, & au ro lanaq̃ versicolore intextus. in eo venatiões multę, quarũ singulę trecenas sexagenasq̃ bestio las haberẽt. Alter eius regis Thorax ĩ Lyndo fuit, in tẽplo Minerue, cuius singula fila trecenis sexagenis filis cõstitisse, Mutianus ter cõsul tradidit. Cõcitarunt ad bellũ Lacedæmonii Corin thios q & ipsi Samios oderant, ob trecentos Corcyreos pueros qui a Periãdro ad Aliattẽ ĩ Ly diã missi, a Samiis fuerãt intercepti, Corcyrẽsibusq̃ restituti. Ablegãdorũ puerorũ causa Periã dro ex Corcyrẽsiũ iniuria est orta, q Lycophronẽ eius filiũ occidissent. Instructa igit classe Lace dęmonii, cũ Samiorũ pfugis, & Corinthiorũ appẽdicibus, Samum obsedere, factaq̃ ex oppido eru ptione, aliquãdiu anceps pugna fuit. Demũ Samiis ĩ vrbẽ refugiẽtibus, fuisset eo die captũ oppi dũ, si cętera Archiã & Lycopẽ multitudo secuta esset, duo illi hostibus cõmixti vrbis moenia ir rupere, atq̃ a suis exclusi mortẽ oppetiuere. Lacedęmonii quadragesimo die, ex quo Samũ vene rãt, quũ parũ assidẽdo pficerẽt, soluta obsidione in Pelopõnesum abiere. Fuerũt q crederent ad ulterina aureę monetę spẽcie Lacedęmonios corruptos pmature bellũ soluisse, eã Tyrãni iussu pcussam ferunt, vt plũbeus esset nũmus, inducta aurea supficie: & hęc prima Dorũ in Asiã ex peditio fuit. Est Samos ĩ ora Ionię inter Miletũ & Chiũ, CCC. stadiorũ ambitu circũnauigata. Plinius duplo & amplius maiorẽ pdidit, Parthenias olim dicta, dum Cares eã inhabitarent, mox Adriũsa, inde Anthemusa, Melãphylus, Cyparissia, vino parũ felix, cætera tam ferax, vt lac gal

Polycratis tyrãni felicitas.

Amasis rex

Prospæ fortunæ cursus periculosus.

Polycratis fortuna in annulo.

Amasis remisit amiciciam Polycrati.

Samiorum defectio.

Amasis Thorax.

Inimicitiæ inter Corinthios & Samios.

Samos oppugnatur.

Sami insulę descriptio.

linaceũ ferre græco puerbio diceref,trib⁹ fluminib⁹ irrigata,Imbraso,Chesio,& Bethe fontib⁹, Eucarto & Leucothea,mõte vno īsigni Gergetio,bis Iones huc Coloniã deduxere,& ex Ithaca & Cephalenia aliqñ cultores missi. Samii exules post īfelicẽ vnã expeditionẽ a Lacedæmoniis destituti,primo ī Siphnũ īsulã nauigarũt,missaq; triremiũ vna ad Siphnios,postulatũ vt pecuniã sibi aliquã mutuo cõcederẽt.Erãt Siphnii ea tẽpestate auro & argẽto finitimorũ ditissimi,q̃ duo ībi metalla vulgo fodiebãt,qđ Samii nõ ĩpetrãtes Siphniũ sũt agrũ populati,mox & īsulanis ꝑlio victis cẽtũ talẽra expssere.Fuerãt Siphnii iã antea oraculo moniti,vt rubẽtẽ legatũ cauerẽt,qđ tũ demũ de Samia triremi q̃ ad petẽdã pecuniã est missa,Pythiã sensisse est cognitũ,q̃ vt in cęteris nauib⁹ olim mos fuit, rubrica oblita.Samii Cydoniã postea cõdiderũt in Creta,quũ ad Zacinthios inde sũmouẽdos eo nauigassent.Eusebius author est,Dicęarchiã in Tyrrheni maris ora a Samiis cõditã,ab his de,qb⁹ nũc habet sermo,an aliis,haud facile dixerĩ. & his casib⁹ iactati sũt,q Polycratis tyrãnide sũt Samo īsula deiecti.Pari īiuria sed euẽtu meliore Pythagoras,relicta Samo,ī Italiã nauigauit.Fuit is Mnesarchi annulorũ sculptoris filius, vt Hermippus pdidit:circa Crotonẽ diuersatus,ibiq; velut nouũ sapiẽtię dogma,qđ Italicum est dictũ,īstituit,sectatores ab authore ipso Pythagorici,id illi nomẽ Aristippus īditũ pdidit a deo,q nihilo minus Pythio vera loqret.Fabulosũ putãt eũ idcirco necari aĩalia vetuisse,qa nobiscũ ius aĩę cõe habere arbitraret,sed vt mortales faciliorib⁹ cibis assuesceret, in qb⁹ parandis igni aliove maiore apparatu nõ esset opus.Aquã vt biberẽt,velut īde valitudo corpis maiusq; existeret īgenii acumẽ.Sũt vulgo nota q̃ de aĩarũ errorib⁹ solit⁹ sit pdicare. Aristoxenus põdera & mẽsuras ab eo Grecię inuectas pdidit.Gellius Palamedẽ horũ authorẽ meminit,Phidonẽ alii.Hesperũ & Luciferũ idẽ esse sidus primus Pythagoras dephẽdisse fert.Nec vnus de ei⁹ morte sermo est.Fuerũt q eius domũ a Crotoniatis ob tyrãnidis suspitionẽ incẽsam crederẽt,ipm cũ.XL.philosophię sectatorib⁹ vrbe egressum psequẽtib⁹ iugulũ nudasse,atq; ita cum plęrisq; suorũ īterfectũ.Alii nõ publico cõsilio id factũ meminerũt,sed discipuli fraude,qa cũ cęteris nõ fuisset a Pythagora admissus.Dicęarchus Metapõti in museo incẽsa domo se renuisse ait:ibiq; inedia cõfectũ.Hermipp⁹ bello periisse tradidit,qđ īter Agrigẽtinos & Syracusanos sit gestũ.Ipse diu pegrinat⁹ cũ Chaldęis ẽ cõgressus.& cũ Epimenide Cretẽsi,Pherecidi historico adolescẽs operã dedit,quorũ vterq; si vera Eusebi⁹ colligit,supbi Tarqnii tẽporibus claruit. Ipse Polycrates,cuius Tyrãnidẽ Pythagoras fugit,haud multo prius q̃ Cãbyses pditiõe piit, ab Orœte Lydię pfecto fraude capt⁹.Causa q̃ Orœtẽ ad Polycratis necẽ īpulerit,varie prodit. Mitrobatã scripserunt qdã,vnũ ex Cãbysis ducib⁹ eũ in iurgio vt ignauũ corripuisse,q Samũ insulã suæ puĩcię finitimã,occupare ad id tẽpus nesciuisset,quã hõ priuatę antea fortunæ paucissimis septus latronib⁹ iãpridẽ tyrãnide pssam obtineret,hisq; vocib⁹ illum accẽsum ad eã sibi cõtumeliã demẽdã,Polycratẽ quoquo mõ interficere statuisse.Fuerũt qui Caduceatorẽ dicerẽt ab Orœte Samũ missum,& a Polycrate maiore quodã negocio occupato negligenter auditũ,ob idq; barbarũ se cõtẽni ratũ,de Tyrãno in suã potestatẽ redigẽdo cõsiliũ cepisse,qđ vt cõmodi⁹ pficeret,tali ferũt eũ arte vsum,vt occulte ad Polycratẽ miserit,q suo noĩe illi significaret,cõptũ hẽre se Cãbysem ī suos crudeliter sęuiẽtẽ,se quoq; īterficere cõstituisse,& iã veteri sene ex Ægypto pfecti essent,q de cęde sua mãdata haberẽt.Statuisse ꝑinde se cũ magno regii auri põdere ī Samũ trãsfugere,mõ illi⁹ ꝑtẽ ad vitã honeste agẽdã sibi polliceret,hortari ꝑinde vt ipse ad id aurũ accipiẽdũ iret,ad qđ pri⁹ īspiciẽdũ ex fidissimis aliquẽ Magnesiã mitteret,vt pecunię magnitudĩe cognita,ne rãtã e manib⁹ ptermitteret occasionẽ.Erat Polycrates natura auri cupidissim⁹,verũ vsus aliq̃to cupidiorẽ fecerat.Iã.n.ad maris impiũ obtinẽdũ aĩm adiecerat: qppe q post Minoẽ primus regũ fuerat pelago potit⁹.Nihil igit fraudis īesse ratus,nullã.n.a se īiuriã ī Orœtẽ pfectã sciebat:q̃re īsidias caueri oportuisset. Et iã oĩbus Cãbysis nota erat sęuitia,q̃ fidẽ ī primis rei fecit.Misit itaq; Meãdriũ scribã suũ,de cuius aduẽtu Orœtes certior factus,octo scrinia minutis lapidib⁹ plena supficie auro adęq̃ta,Menãdrio spectanda subiecit.Tũ vero res credita ẽ.ipeq; Polycrates cũ paucis ī qbus fuit Democedes Crotoniates, medicus ea tẽpestate clar⁹,ī cõtinẽtẽ traiecit.Fert domo pfectur⁹,idẽtidẽ a filia monit⁹ ne iret, pcibusq; illius ppemodũ retẽtus.Fuerat puella sibi visa ī qete sublimẽ patrẽ videre,quẽ lauaret Iuppiter: Sol vero vngeret.Cęterũ neq; pces filię,neq; lachrymę īminẽs fatũ rũpe potuerũt,qn auri cupiditate duct⁹ Magnesiã cõtẽdit.Est vrbs ipa ad Męãdri caput,vt Herodot⁹ scribit.Liuius id flumẽ ī sũma Celenarũ arce ortũ habere credidit,īde media vrbe dilapsũ p Carras prio,deinde Ionas īter Priẽnẽ & Miletũ pelago īfundi.Hic Orœtes Polycratẽ in potestate redactũ patibulo

Siphnos insula.

Samiorum errores.

Pythagoræ profectio.

Pythagoræ interitus.

Orœtis ars in Polycrate capiẽdo.

Polycratis filiæ insomnium.

Polycratis exitus.

affixit,atq; ita verissimũ filię insomniũ expertus,quippe cælesti imbre ꝑfusus a Ioue lotꝰ est:& a sole exudãte mẽbris abdomine iniũctꝰ.Et Polycrates hũc exitũ habuit,quã Amasis ex nimio rerũ successu fuerat diu ãtea suspicatꝰ.Nec Orœtes multo post Polycratis manibꝰ meritas exoluit pœnas:quippe post Cãbysis mortẽ,quũ ĩ Magoꝝ nouitatibꝰ nihil rẽ Persicã iuuisset,Mirobatrẽq; & filiũ,a Dario ĩ ꝓuĩciã missos,ĩterfecisset,iratꝰ ille,ratusq; vbi cõsilio locꝰ sit,ibi nihil vi agi oportere,Bageũ ex fidissimis vnũ misit,cũ lr̃is,ad milites q erãt ĩ ꝓuĩcia,vt p̄fectũ obtrũcarẽt.Hi Darii imperiũ secuti,Orœtẽ ex ĩprouiso adorti,ꝓ cõciõe fœde trucidarunt.

Orœtis cędes.

Fuit Polycrati æqualis multaq; familiaritate iũctus Anacreon Teiꝰ Lyricoꝝ author,& Hippicꝰ carminũ scriptor,& in Hebręis Iesus Iosedechi filiꝰ,& Zorobabel totiꝰ pricepsgẽtis:& cũ his ꝓphetarũ nouissimi Zacharias,Aggeus,& Malachias,qbꝰ diuinatiõe florẽtibꝰ,Zorobabelis ductu tẽplũ est Hierosolymis ĩstauratũ:cuiꝰ ĩtermissi opis recẽs reparatio in scd̃m Darii regis annũ icidit,quadriẽnioq; est ad summũ ꝑductũ.

Tẽpli reparatio.

Dariꝰ Persarũ regnũ adeptꝰ,primũ oĩm duas Cyri filias Atossam,quę Cãbysi nupserat,& Aristonã virginẽ sibi matrimonio iũxit,ne ex Cyri domo regiũ fastigiũ oĩno sublatũ videreť.Duxit & Parmym Mergidis filiã & aliã insup natã ex Orthane,q ex ꝑcussoribꝰ vnus fuit.

Darii cõiuges.

Herodotꝰ author est,his legibꝰ,q̃ sunt futuro regi ab ĩperii assertoribꝰ p̄scriptę,illud diserte exp̄ssum,vt vxorẽ ex alia familia,q̃ eoꝝ q ĩ Magos cõiurassent regi habere nõ liceret,vt his quoties vellẽt ad reges pateret aditꝰ. His necessitudinibꝰ Dariꝰ firmatꝰ,oẽ regnũ in quatuor &.xx. partitꝰ est ꝓuĩcias,qbꝰ tributũ ĩscripsit,id vt nouũ,ita regi ĩuidiosum fuit,vt vulgo Cyrꝰ a Persis pater,Cãbyses dñs,Dariꝰ ĩstitor vocareť.Fuit summa ãnui tributi,ex tot gẽtibꝰ exacti,si vera sũt q̃ Herodotꝰ scribit.XIIII.miliũ talẽtoꝝ auri,argẽti,qngẽtoꝝ & sexagita.Babylonica ea talẽta fuere,quoꝝ singula appẽdebãt Euboicas libras septuagita,quo facile põt ĩtelligi,quãtũ id argẽti põdus fuerit.Gẽtes q̃ tributũ pepẽdere,octo circiter & sexagita,q̃tuor & vigĩti vt supra est significatũ Satrapiis cõplexę.Supra id auri & argẽti põdus,dabãt Æthiopes certũ pueroꝝ numerũ,Arabes thura,Colchi & q Caucasum ĩcolũt,ꝓmiscue pueros & puellas.

Tributa Persici regni.

Hę Dario opes q̃ sitę erãt,quũ secũ cõsilia agitare cœpit,ad qd̃ potissimũ facinꝰ aĩm adiiceret,vnde ꝑpetuũ sibi & suis bellicę rei decus q̃reret.Et iã varia voluẽti,Atossę cõiugis cõsiliũ supuenit. Fuerat hęc ab Democede medico curata,q cũ Polycrate ab Orœte captꝰ,post illiꝰ cędẽ cũ cętera familia fuerat in Persidẽ missus. Hic quũ Dariũ pedis luxatiõe laborãtẽ,vt.VII.cõtinuos dies,totidẽq; noctes insomnes egisset,feliciter dolore leuasset,aureis cõpedibꝰ donatꝰ,ĩ multo honore haberi cœperat.

Democedes medicus.

Is Atossę cũ viri tũ ꝓpria corpis curatiõe insinuatus,regię cõiugi ꝑsuasit,vt Dariũ hortareť ad bellũ Grecię inferẽdũ,ratꝰ ita fore,vt si rex ad id aĩm adiecisset,vt ipse ad eius terrę statũ speculãdũ missus ĩ patriã,cuiꝰ miro desiderio tenebať,trãsfugeret.Huiꝰ impulsu Atossa virũ aggressa,Darii aĩm varie versatũ eo ꝓpulit,vt ad Gręciã ĩuadẽdã mẽtẽ adiecerit,q̃q̃ Scythicũ bellũ aĩo.moliret.Vt priꝰ igiť q̃ arma mouerenť terrę sitũ & mores gẽtis exploraret,statuit ex suis quosdã mittere,q oĩa priꝰ diligẽter specularenť,qbꝰ Democedes Atossa adnitẽte,vt gẽtis & locoꝝ peritissimꝰ,Dux potiꝰ q̃ comes est datꝰ.

Democedes a Dario missus.

Democedes diu ĩter Grecos versatꝰ,primo ab Æginetis talẽto cõductus,mox ab Atheniẽsibus minis cẽtũ,nouissime a Polycrate duobꝰ talẽtis in Samũ accersitꝰ,cũ eo ĩ Persarũ ꝑtãtẽ venerat.Qui igiť a Dario missi sunt,primo ĩ Phœniciã cũ Democede venerũt:digressi inde duabꝰ triremibꝰ & oneraria vna,orãq; Gręcię circũuecti,Tarẽtũ appulerũt:ibi Persę ꝓ exploratoribus aliq̃diu ĩ custodia habiti,iterim Democedes Crotonẽ ad suos abiit,quo Persę haud mlto post dimissi cũ nauibꝰ secuti,quũ vi capere,& ad naues trahere conarenť,violati sunt,onerariaq; naue spoliati.

Democedes ad suos perfugit.

Sed quũ inde in Syriã nauigarẽt,circa Iapigiã capti,a Tarẽtino quodã Gillo redẽpti,in Phœniciã ad suos incolumes abierunt.Hiq; primi ex Asia in Gręciã speculãdi causa traiecerũt.Inter hęc grecię inuadẽdę cõsilia,Darius Solisontẽ Polycratis fratrẽ,a quo,cũ priuatꝰ adhuc esset,cũ Cãbyse amiculo vno fuerat donatus,ĩ Samũ restituit,deiecto inde Menãdro,q Polycratis scriba fuerat post quã Tyrãni cędẽ arcẽ occupauerat,Orthani q vnꝰ cõiuratoꝝ fuit ea ꝓuĩcia a rege iniũcta.

Darius Solisontem in Samum restituit.

sed quãto hic apd̃ Dariũ in honore fuit,tãto peiore fortuna Intaphernes,quẽ in Magis opprimẽdis rex sociũ habuit,is a cubiculi custode ad regẽ ingredi ꝓhibitus,quũ ei nasum & aures abscidisset,cũ tota familia & necessariis est ad suppliciũ raptꝰ. Intaphernis vxor ad regias fores cũ lachrymis & eiulatiõe ꝓstrata,fidẽ & clemẽtiã regis ĩplorabat.Darius mĩa motus,ad eã misit,q illi potestatẽ faceret vnius quẽ ex clarissimis vellet,sibi deposcẽdi:pollicitus se ei vitã donaturũ quẽ ex oĩbus noĩasset.

Mulier fratrẽ viro & filiis ꝑtt.

Tum vero praeter spem oĩm,quum sibi fratrẽ restitui poposcisset,iussa est a rege dicere,qd esset ꝙ in tali discrimine viro & filiis,fratris salutẽ ꝓtulisset,respõdisse ferť,posse se cõnubio spoliatã,si libeat,

alteri in posterũ nubere,& ex eo p ætatẽ adhuc parere,ita vt virũ & liberos esset breui habitura,recuperãdi fratris,parẽtib⁹ iã senio cõfectis,nullã spem sibi reliquã fieri.Qua virili poti⁹ q̃ muliebri voce rex pmotus,nõ solũ fratrẽ,sed ex filiis etiã maximũ natu restituẽdũ cẽsuit.Sed dũ circa regẽ hęc ita acta sunt,Babylonii ĩterea,reb⁹ oĩb⁹ pri⁹ ad bellũ cõparatis,a Dario defecerũt,ex oĩ mulierũ numero,vnã sibi qsq̃ delegit maxĩe optatã:cęteras(matribus dũtaxat electis)ne tam impio parricidio se pollueręt,ĩ publicũ pductas,populariter necarũt.Id aggressi facin⁹ne nimia multitudo tolerãdę obsidioni grauis esset.Darius copiis ad bellũ mature ĩstructis,Babylonẽ obsidione cĩgit.Assyrii oẽs Persarũ conat⁹ aspernati,ĩ ipsis murorũ fastigiis tripudia agẽtes,pbra in hostes iacere,futurũ pdicãtes,vt tũ Babylone potirenť,quũ mula pullũ enixa esset.Tenuit inde obsidio annũ & mẽses circiter septẽ:octauo igiť mẽse,Zopyri Megabyzi filii mula,ex iis q̃ frumẽtũ ĩ castra cõuehebãt,forte enixa est.Nasciť mulus ex equa & asino:cõtra q asina & equo gignũtur,hinnulos veteres dixere:obseruatũ ex duabus speciebus tertiã pcreari,neutri duarũ similẽ: nec tale genus ad pcreationẽ eẽ vtile.In Romanis annalib⁹ haud vno est loco pditũ,mulã peperisse:& Theophrastus author est,ĩ Cappadocia vulgo id aĩal parere.Sed qa vulgo psuasum est, per eũ modũ generata,naturę vitio,sterilia esse,res tum pdigii est loco accepta.Zopyrus re a domesticis ad se delata fœtũ ĩtueri voluit.Subiit vox ĩterim a Babyloniis iactata,tum Persas vrbẽ capturos,quũ tale aĩal peperisset.Fatale igiť tp̃s adesse ratus,vt pręcipuã tãti opis a rege gratiã reportaret,nasum & aures,fœdũ sibi in modũ pcidit:comã resecuit,inscripsitq̃ multis tergum vibicibus:inde ad Dariũ ingressus,perculsum ea viri clade, authorẽq̃ & causam requirentẽ,docet eã non alienã iniuriã esse,sed manũ semet sibi ĩtulisse.hortatq̃ simul vti suũ audiret cõsiliũ, perpetrasse se id facinus,vt veri trãsfugii fides hostibus fieret:iturũ se in vrbẽ,daturũq̃ operã, vt Assyrii ad pugnã egrederenť:ipse interim inutiles copias de industria trucidãdas circa mœnia obiiceret,donec re sępius bene gesta esset ad se imperiũ delatũ:tũ emissis in pugnã hostibus aduersa pte vrbis patefacturũ suis portã,qua in vrbẽ irrumpãt:daret modo rex operã,vt res tota silẽtio tegereť,totũq̃ mẽdaciũ p vero affingeret.Doluit Darius tãti viri vicẽ:pbauit tñ eius in se studiũ & cõsiliũ,pollicitusq̃ est nullã se occasionẽ,vt negociũ ad optatum pduceret exitũ, prętermissurũ.Zopyrus trũco corpe,cruoreq̃ respersus,ĩ vrbẽ abiit:significauitq̃ qs esset:multaq̃ de Darii in se iniuria questus,multa illi simul minitans,magno est studio ab hostibus acceptus:haud eñ obscurũ erat illius nomẽ inter Persas.Triplici deinceps prelio excõposito victor quibus ad septem Darianorũ milia occidione occisa sunt:dux & murorũ custos magno oĩm cõsensu declarať:tum demũ copiis haud vno loco mœnibus excõposito admotis,cæteris in psens certamen occupatis,p Cissias Zopyrus portas suos in vrbẽ accepit. atq̃ in hunc modũ Babylon est a Persis iterũ capta.Darius muros vrbis magna est ex parte demolitus,portasq̃ diruit:tribus deinde milibus ciuitatis principibus,vnde orta videri potuit defectio,patibulo affixis,cæterę multitudini veniã dedit.Adiecit & fœminarũ.L.circiter milia,in supplementum sexus:has aliunde accersitas,p cuiusq̃ dignitate & fortuna,ciuibus matrimonio locauit.Zopyrus regis & oĩm iudicio Persarũ post Cyrum pręstãtissimus iudicatus.Celebris inde fuit Darii vox sępi⁹ ex eo audita,maluisse Zopyrũ sibi ĩ integrũ restitui,q̃ vigĩti Babylões bello q̃sitas.Post hãc Darii victoriã,Iudęi qui ad id tp̃s Babyloni fuerãt,Zorobabelis ductu in Palęstinam sunt reuersi. Fertur Darius post Magorũ cædẽ q.VII.mensibus,& nõ tribus annis,vt quidã scribunt,regnũ tenuere,quum de futuri regis creatione ĩter imperii assertores agi cœptum esset,deo optimo vouisse,si regnũ indipisceret,futurũ,vt eius tẽplũ Hierosolymis restitueret.Cęterũ sub id tempus & Zorobabel ad Darium est in Assyriã pfectus:cui iã inde a priuata fortuna fuerat admodum familiaris.Rex venientẽ inter fidissimos cubiculi ministros habuit. Accidit interim vt oẽs subditarum gentium pręfectos,regio Darius cõuiuio acceperit:centum.XXVII. prouinciarũ magistratus vni cœnæ adhibitos scribit Iosephus:hic frequẽti accubitu illatam a rege quęstionẽ:quid horũ maxime pollẽs crederet:vinum,an rex,an mulier,an veritas. Hic qui primus sententiam dixit,vinum sibi oĩm potẽtissimum videri censuit,q̃ vertat fallatq̃ omniũ mentes:Reges infantes effingat,seruos iuxta,ac liberos audentiores reddat,humiles æquet potentib⁹,animorũ vertat habitus,ęrumnis coopertos leuet,mœrorẽ excutiat,alieni æris obliuionem inducat:ita eos animet,qui id debent,vt non miseriã comitem habere,sed omniũ se beatissimos putẽt:nihil interim vile loquãtur:magistratus & reges cõtemnat,amicitię iura soluat,inimicos armet,sodalitia iura perrumpat,& quod oĩm maxime mirabile sit,eorũ obliuionẽ inducat,quę nuperrime homo egerit:sed illud adhuc mirabilius,mortem,quã omnes reformidant,qui vino ing

Babylonii a Dario deficiunt.

Mula parit.

Zopyri facinus.

Zopyr⁹ ad hostes trãsfugit.

Capiť Babylon.

Darius vouit tẽpli restitutionẽ.

Quæstio. Vini opera.

caluit,negligat,ac cõtẽnat.Pro rege q deinceps dixit,tali est sermone vsus,vt diceret nihil esse in terris ptãte ac vi regia maius:cuiꝰ impio nobilissimũ aĩal hõ pareat:q populos & ignotas gẽtes armis subigat:nec qcq̃ esse in terris sanctiꝰ.potẽtiꝰ,inuiolabiliꝰ rege:hęc vna ptãs alieno,quũ velit,periculo bella trãsigit,mõtes diruit,valles ęquat,maria quo libet inducit,inducta expellit,flumina cursu detorquet,solo adęquat turres & mœnia,victũ perdat,seruet perituros,mors & vita hoĩm in viuꝰ ptãte fit:huic serui,agrestes,oppidici,boni ęque ac mali opant̃:& quũ voluptatibꝰ cũctis delitiisq̧ perfruant̃ reges,vt tutiꝰ dormiãt,firmo custodiũtur p̃sidio:qđ quũ ita sit,nihil dicere in terris regio fastigio maius esse aut beatiꝰ.Hos ꝑ vino & rege sic locutꝰ,Zorobabel his verbis excepisse tradit̃,fassus magnã vini vim esse,sed regis maiorẽ:verũ si qs recte singula metiret̃,mulieris lõge maximã:quippe q̃ reges ipsos,qbus cęteri subiacẽt mortales,patiãt,& educẽt: hæc ipm vini reptorẽ edidit:& vt sileã pria vitę alimẽta,q̃ vni merito accepta referunt̃:nõne illiꝰ immẽsa vis est,ꝙ cũ cæteris inuiti seruiamus,huic vni satagimus seruire!aurum & diuitias huic quęrimus:hęc leges dat viris,pręscribit,iubet,vetat.Hęc viroꝝ oculos & mẽtis aspectũ defigit: huic vni oĩa vltro damꝰ,vltro indulgemus,parẽtes & cęteras necessitudines ob hãc viuã linquimus.An fando auditũ est nunq̃,summos reges & Heroas puellari forma captos,seruisse:legesq̧ his a virginibꝰ datas,flagra intẽtata,muliebres habitꝰ inductos,collũ redimiculis ornatũ! Vidi ego inqt,qđ fas sit dicere,Apamã Rabezaci filiã,regi tãtarũ opũ dño alapas incutere,diadema illius capiti adẽptũ sibi imponere:cõtra regẽ ipm mœrore angi,suppliciterq̧ iratę satisfacientẽ. Et hęc Zorobabel de muliebri vi verissime executꝰ,cõuersis in se oĩbus,ꝓ vero pauca hęc subiecit.Habẽt se hęc,vt diximus,rex optime:cęterũ si vero cõparent̃,friuola sunt hęc qdẽ & mutila. Enĩuero,terra maxima est,cælũ imẽsum & mobile:suntq̧ dei maximi hęc opa,isq̧ verus & iustꝰ, imo ipsa veritas,imortalis & ęternus:huiꝰ nutu potestateq̧ oĩa regunt̃:qđ ęquũ quodq̧ piũ est respicit,impietatẽ odit & scelera:ille ęqua lãce hęc oĩa expẽdit,repẽditq̧ vt qsq̧ meritus est, vel pręmia vel supplicia.Ac ꝑ hũc modũ sermone ad cæleste numẽ deflexo,suscepti voti Dariũ admonuit.Laudata ęque ab oĩbus Zorobabelis prudẽtia,sed a rege maxime,q surgẽs,hoĩem complexꝰ,macte inqt esto Zorobabel,tua istarũ rerũ oĩm prudẽtia,age nũc & quę tibi fieri velis postula dignꝰ sane,cui nihil qsq̃ negatũ velit.Tũ ille neq̧ argẽtũ mihi rex inqt posco,neq̧ aurũ,sed tẽpli restitutionẽ abs te deo ꝓmissam,& vasa quę Cyrꝰ reddere destinauerat.Annuit Dariꝰ,Satrapisq̧ & Toparchis scripsit,vt Zorobabelẽ deducerẽt,& ad Syrię pręsides mandata dedit,vti Iudæos,q ex Babylone in Palęstinã reuersi essent,liberos esse sinerẽt,imunẽq̧ terrã haberent,vicos q a finitimis tenerent̃ restituẽdos curarẽt,ad tẽpli refectionẽ cedrinã ex libano materiã subministrarẽt,& qđ oĩm maximũ ac ꝓpemodũ citra fidẽ Iosephus scribit,quadragĩta talẽtoꝝ milia ĩ id opꝰ cõtulit.Zorobabel a rege dimissꝰ Babylonẽ venit:hic quũ tribules suos,q ibi adhuc erãt,docuisset,quę a Dario ĩpetrata forẽt,facile perpulit,vt populariter inde abscessẽrint:virorũ numerũ,q tũ demũ in Palęstinã remigrarũt,apud Iosephũ cõfusum reperio. Mulieres cũ imbelli multitudine.XL.milia fuisse tradunt̃.Ad Tybiarũ & Cymbaloꝝ cantũ,lætũ agmen Zorobabele Salathielis duce ab Dauide oriundo ĩ Syriã venit,Iesu sacerdotũ principe. Tũ demũ intermissum templi opus,iterum produci est cœptum:& q̃q̃ Samaritis multa interim criminãtibus querẽtibusq̧ arcẽ finitimoꝝ ceruicibus,nõ tẽplũ ĩponi,Sisimioq̧ & Zarabacene Syrię & Phœnicię p̃fectis apud Dariũ per lr̃as opus interpollãtibus, Darii tñ rescripto, septimo demũ anno ab eo quo iterũ cœptum erat ędificari,opus cõsummari cõtigit:in quo dedicando veteri more multa populi lętitia est sacrificatũ.Nõ possum nõ mirari si quadraginta talentorũ milia Dariꝰ restituendo operi impẽdit,recentẽ templi faciẽ,ab ea quę olim fuerat tã diuersam fuisse,vt Iosephus scribit,qui diu sacerdotes ait cum lamentatione vetustiorem templi apparatum,desiderasse.Satis constat quarto circiter & quadragesimo anno ab eo,quo Cyri permissu tẽplũ a fundamẽtis instaurari cœperat,opus ad exitum perductũ,q annus sextus fuit Dariani regni,q incidit in secũdũ annũ sextę & sexagesimæ Olympiadis.Darius anno quo Tarqnius ex vrbe Ro. electꝰ est,aut certe eo q est ꝓxĩe secutꝰ in Perside regnare cœpit,q octogesimꝰ fuit supra sexcẽtesimũ ac quatermillesimũ a pria mũdi origie.Neq̧.n.Eusebio accedo,q Tarqnii regno ãnos qnq̧ dedit & trigĩta,secutꝰ credo Dionysiũ,q octogesima Olympiade Tarquiniũ regno excidisse prodidit.Sed Liuius & cęteri,quos sequor,qnq̧ dũtaxat & viginti annos illi dederũt:quo numero colligit̃ annos ducẽtos & quadraginta quatuor Romã sub regibus fuisse,q̃ parta vt dixi libertate,mutata regiminis forma,pro regibus cõsules habere cœpit. Suntq̧ primi oĩm centuriatis comitiis L.Iunius Brutꝰ & Tarqniꝰ Collatinꝰ creati.Id nomen vel ab eo,ꝙ patres in curia de

Regis excellẽtia.

Mulieris vis.

Veri efficacia.

Dariũ in Iudęos indulgentia.

Cõsummatio templi.

ANNI MVNDI.

Primi cõsules Rom.

repū, cōsulerent, ab initio ea potestas sortita est, aut ꝙ maiores cōsulere dixerūt, qđ posteri iudicare, vt ꝑ eā vocē magistratus potestas qualis esset intelligeret. His oīa insignia retēta q̄ fuerāt & regū, ꝑter coronę togęꝙ palmatę vsum. Cęterū veriti ne in noua libertate ægre laturus esset popul⁹, si ambo fasces retinuissent, ꝑ quos multiplicat⁹ videri poterat terror, iter se cōparāt vt alternis mēsib⁹, hos duoꝝ alter haberet. Brut⁹ q nō acrior vindex libertatis fuit, q̄ deinceps cūctos Collatino cōcedēte prior id īsigne est adeptus. Dionysius secures tm̄ alteri consuli adēptas scribit, alioq. XII. ministros eū ꝓcedere solitos. Brut⁹ ad stabiliēdā libertatē cōuersus ciues sacramēto adegit, vt neꝙ Tarqnios, neꝙ mortaliū quēpiā āpli⁹ Romę regnare paterent, & vt maiores adhuc opes curię accederēt. Senatoꝝ numerū Tarqnii iiuria extenuatū ī trecētoꝝ sūmā expleuit, & ne ī re vlla regis pſentia desideraret, Mani⁹ Papyri⁹ Rex sacrificulus est creat⁹, q ea sacra pꝑetraret, q̄ reges facere cōsueuissent. Id sacerdotiū pōtifici subiecere, ne qđ regiū nomē recēti libertati officeret. Exaudiri iterī voces, Collatini nomē īsectātiū, q qm̄ Tarquinii cognomē ferret, īuisus erat multitudini. nomē itaꝙ nō mores hoīs ptęsi, neꝙ ꝓbare, neꝙ tutū libertati credere, Tarqnios nimiū regno assuescere. Regnasse Priscū Tarqniū Romę, mox vno Tullo interiecto superbū vi regnū occupasse, iam eo pulso ad hominē eius familię imperiū deuolutū, nescire Tarqnios priuatos agere. Quū eiusmodi voces ad Brutū delatę essent, plębē eiusmodi suspitionis sollicitatā, ad cōcionē vocat, ibiꝙ iureiurādo prius recitato, populū docet, nihil Romę esse, vnde libertati periculū immineret, & iam se enixe dare operam, ne quid relinquatur, qđ illi formidolosum esse possit, inuitū se hominis causa dicere, qđ ne dicturus quidem fuisset, nisi patrię charitas pluris apud se valeret, q̄ cęterę necessitudines. Persuasum esse Po. Ro. libertatem haud sibi in tuto esse, si regiū genus non solū imperio, sed si in vrbe residuū cernat. Hūc tu Tarquini Collatine metū ciuitati adimas quęso, meminit po. Ro. faterurꝙ te reges eiecisse, cumula beneficiū tuū in hāc vrbē, nomē ipm, qđ vnū ī te aīos offendit, hinc eiice, res tuas tibi libēter reddit populus, ac si qua desunt me authore munifice augebit. Tu hīc amicus facesse. ciuesꝙ tuos vana forsitan suspitione libera, nemini nō ꝑsuasum est, cū Tarqnia gēte hinc regnū abiturū. Quū hęc Brutus dixisset, primores ciuitatis, & in his Sp. Lucretius Collatinū ꝓ se dicere parātē circūfusi, variis hortationib⁹ flexerūt, vt primo se magistratu abdicarit: inde rebus Lauiniū trāslatis, vltro ciuitate excesserit, Brutus cōfestim ad populū tulit, vt oēs Tarqnię gētis exules essent. Inde ex Seruii formula cēturiatis comitiis, sibi Valeriū collegā creauit. Dionysius, qđ vero est propius, vt ex iis q̄ postea secuta sunt suspectus Collatinus esse cœperit, aliquāto postea vrbe excessisse existimat, qppe q & de bonis Taqnio restituēdis suppliciꝙ de cōiuratis sumēdo aperte a collega dissenserit. Etenim Tarqnius Latinoꝝ aīos frustra ab initio ꝑlicitatus Romā misit, qui a Senatu peterēt, vt priuato sibi ī vrbē redire liceret, paratū esse se patribus & populo administrationis suę rationē reddere, vel si id nō daret, postularēt, vt sibi bona redderent, ne cū liberis ex tāta nuper fortuna mēdicare cogeret. Auditi legati qui ab eo venerāt, oēmꝙ spem reditus primo abiicere iussi sunt, neꝙ eius rei, qñ oīa frustra mouerent, amplius mētionē facere, de bonoꝝ restitutione certatū est sentētiis inter cōsules, Bruto idētidē reclamante, dari regibus ansam, immo instrumētū & neruos, ad populū Romanū bello insectandū. Corrupturos eos, si bona reciperēt principes populoꝝ muneribus, vt suos ad bellū in Romanos cōcitent, cōtra Collatinus iniquū censebat priuatū Tarquiniū priuatis rebus spoliatū iri, velut aliud in eo eiiciēdo ciuitas quęsisset, q̄ vt se ī libertatē vindicaret: tāta animoꝝ varietate res ad populum delata est, vt vix vno plures fuerint qui suffragio res reddendas cēsuerint. Sed dū hęc transfigūtur, legati, vt ab iuuenibus Tarquiniis iussi fuerāt, nobiliū adolescētiū plęrosꝙ conuenerāt. Cœperat illos pſentis status pœnitere, quū liberius viuere assueti, æquatū sibi ius cū infimo quoꝙ iniquo animo ferrent. Facile igitur eo perduci, vt cōsilia cū legatis, qui alia atꝙ alia assimulando in vrbe de industria morabantur, de Tarquiniis noctu per proditionem recipiendis conferrent. Et iam apud Aquilios cœnati, legatis petentibus, literas ad regios iuuenes, vt certiora omnia essent, conscribunt. Erant eius coniurationis conscii duo Iunii T. & Tiberius Bruti consulis filii magno fortunę ludibrio, vt vnde nuper libertas Po. Ro. affulsisset, in eadem domo reperti essent, qui eam euertere conarētur M. & Manlius Gellii, ex Bruti sorore geniti. Liuius Gelliorum nominibus suppressis, Vitellios subiicit, quoꝝ soror Brutoꝝ iuuenū esset mater, fuerūt & Aquilii duo, quibus Collatinus auūculus erat. Cōiurati, submotis arbitris, hęc iter se moliebant, q̄ res effecit vt Aquilioꝝ seru⁹, nihil sani inesse suspicat⁹, ꝙ adolescētes principes ciuitatis, occulta traherēt colloq, post clausum ostiū obseruabūdus stetit, atꝙ ibi quū de ꝓditione qdā auribus percepisset, maiora rei

Rex sacroꝝ

Bruti verba ad Collatinū.

Collatin⁹ in exiliū abiīt.

Tarquinii postulata.

Cōiuratio nobilium

Vindicius.

argumēta sunt oculis oblata,per rimas intuēs, cōspicatus est literas ad Tarquinios obsignātes. Tum illa oīa certa adesse ratus,nō ad cōsules,ne illi ad domesticū scelus opprimēdū,omne in se supplicium verterēt:sed P.Valeriū & ipsum libertatis authorē,licet per id tēpus priuatum,quasi aliud negocium secutus,rem omnem noctu detulit.Ille periculo rei commotus,data seruo fide

Literę a Valerio itercepte.

futurę securitatis,prima luce,cum magna clientum manu ad legatos & literas intercipiēdas,in Aquiliorū ædes irrumpit:quibus non sine ingenti,vt Plutarchus scribit, contentione potitus, rem ad cōsules,qui iā in forum descēderāt,affert.Hic resignatis literis,vbi proditio palam facta est,cōiurati in vincula cōiecti sunt:de legatis non nihil est dubitatum:plus tamen valuit ius gētium,q̄ præsens criminis inuidia,bona regis diripenda sunt populo data,vt omnem cum eo & filiis spem pacis in posterum amitteret: Tarquiniorū ager circa Tyberim Marti cōsecratus est. Desecta seges cū stramēto(qa religiosum fuit in humanū vsum vertere)in fluuium deiecta,medio Tyberis alueo,vadosis obhęsit locis. Tenuis ęstiuo anni tēpore fluebat amnis:accidit ꝓpter ea vt limo aliaq; materia eodē temere congesta,insula paulatim sit facta,quæ nostra tempestate,

Insula trāstyberina.

vetustis operibus,nōnullis etiam recentibus conspicua,in trāstyberinā regionem,duobus pontibus ex vrbe trāsmittit.Alii,qđ fabulosum mihi videtur,id postea accidisse arbitrati sunt,quum Tarquinia quædā vestalis agrū huic finitimū publice reliquisset.Direptis bonis,agroq; Marti dicato,sontes ad suppliciū sunt ꝑducti,at primi omniū consulis filii,quoꝝ preces lachrymasq;, sed magis fortunā patris populus miseratus,amborū vitam paratus erat patris merito cōdonare.Perstare Brutus nullo patrio affectu in ore eminēte,filiosq; ad palum deligatos de more cædi

Brut⁹ de filiis suppliciū sumit.

iubet.Cōuerterāt illi multitudinis in se oculos,sed plures omnino cōsulis vultū,in medio filiorū cruciatu,velut mente alienatū cum stupore intueri,& illi ita virgis cæsi,securi percussi sunt. Iam nemini dubium erat,quin tali pręiudicio cęteri quoq; securibus confestim subiiciēdi essent: verū vbi Aquilii ad tribunal producti sunt,ađ Collatini pedes procubuerūt. Tū Brutus eos ad supplicium atripi iubet,nisi causam vellent dicere.Edicit Collatinus vt tantisper supplicium lictores differant,dum pauca cum Collega loqueretur.Tum ille summotis arbitris,Brutū roga-

Collatinus pro Aquiliis intercedit.

re obtestariq; cœpit,vti sibi Aquiliorū supplicium remitteret,in nulla re alia se molestum futurum repromittens,admonere interdum vt videret,ne dum de sontibus sumeret suppliciū, aliquem in ciuitate motum cōcitaret:addit & pro sororis filiis lachrymas,quę cum nihil Collegā de sentētia mouissent,quādo inquit Brute,neq; Collegę tui preces te mouent,neq; admonitiones vllę,iā ego potestate quę mihi tecū cōmunis est,Aquilios fratres supplicio eximo.Plutarch⁹ sumpto de filiis supplicio Brutum ex publico cessisse scribit:mox vero quum Aquilii auunculi fauore fracti supplicium euaderent,Valerium in eos manum iniecisse,clamoreq; multitudinis Brutū ad tribunal reuocatum suffragio populi damnādos permisisse.Veriora tamen mihi vidētur,quę Dionysius scribit,vt Collatino vltionem interpellante,Brutus excandescēs,cōtinuo populū ad concionem vocauerit:hicq; primoribus patrū iuxta se locatis,huiusmodi sit in Col-

Oro Bruti ad populū.

legā oratione vsus.Vellē equidē Quirites Tarquiniū Collatinum,quem mihi Collegā in tuenda libertate dedistis,de omnib⁹ quæ in vsum reipublicę essent,quod futurum ab initio speraui, mecum sentiret,tyrānosq; quos ciuitate eiecistis,exules iudicastis:non sermone solum,sed opera etiā,vt par erat,insectaretur,bellumq; aduersus eos cum suis ciuibus gereret. Cæterū quando vt video,nō propinquitate solum sanguinis,sed studio & voluntate Tarquinius cōiunctissimus est:nam & de eorum reductione mētionem inferre est ausus,quasi parū perspicue liqueret quæ reipublicæ pestis pararetur,si is in vrbem receptus esset,qui crudelissimū in ciues exercuit imperium:nihil enim difficilius dediscitur,q̄ regem agere.trāseo q̄ bellorum neruos,pecuniam

Pecunia neruus belli.

infestissimo hosti restituēdā censuit:& quasi arma quibus Romanū imperiū persequeretur,quātū in se fuit,restituit.Nunc quoniam,si deo placet,impune licebit in libertatem,pro tyrannis,coniurare,proditionis cōuictos supplicio subtrahit.Sed ne non omnia vobis nota sint Quirites,dicam breuiter quid sit,cur Aquilios & coniurationis socios,ad suppliciū deposcā,vt per ea.quę dixero,intelligere possitis,in quod discrimen vestrā libertatē paucoꝝ temeritas adduxerit.Conuenerāt in Aquiliorū domū scelestissimi quidā ciues,in quibus filii mei ambo fuere:hi consilio cum tyrānorum legatis inito,de Tarquiniis per bonorū cædē reducēdis,literas ad tyrānos ꝓpria manu notatas,dederāt:actū erat,qs nō videt?de libertate vestra Quirites:actum de publica salute,nisi numinis cuiusdā,huic ciuitati ꝓculdubio amici,ꝓuidētia factū esset:vt per Aquiliorꝝ seruū,ad P.Valeriū primo,inde p eū res ad nos mature delata esset. Literis publice recitatis,filios meos sceleris cōuictos,duplici iure,extremo affeci suppliciōneq; passus sum meorum

causa publicũ decretũ,vestrũq; iusiurãdũ infirmari,videbãq; q̃ indigne facere,pniciosoq; exẽplo peccare,si publice charitati,priuatã ptulissem.Nemo nõ p me post hac leges & iura oĩb⁹ necessitudinib⁹ ptulerit.Parabã,qđ reliquũ erat,de cęteris supplicium sumere,quũ pro Aquiliis ad tribunal cõstitutis,bon⁹ collega meus ĩtercessit.Iã si Collatini cognatis ignoscit,vt ius oĩbus æquet aliis quoq; ignoscat necesse est,vos videte Quirites,an iusiurãdũ,cui se tota ciuitas astrinxit,an publicas leges,priuato cõsulis studio ãtiquari velitis.Illud certo scio,fore,vt Collatin⁹ sui piurii diis quos hoim cõsilia latere nõ pñt,meritas qñq; luat poenas.Cęterũ qñ aptũ ciuitatis hostẽ,nõ cõsulẽ agit,vestro multãdũ suffragio subiiciã.Etenĩ quorsũ Quirites sẽtẽtiã illã ĩ curia ab eo dictã,quũ pecuniã regib⁹ restituẽdã cẽsuit,tetẽdisse arbitramini?quo nũc pñtes eripiẽdoq; sontiũ conat⁹? nisi vt libertati,quã vobis ĩuider,ĩsidiatores pluries,regib⁹ ĩ vrbẽ reditũ domesticis & externis opib⁹ paret.Ego Collatine,q meis liberis nõ pepci,sororis tuę filiis parcã? q corp⁹ illud apđ nos hẽs apđ hostes aĩm,q patrię pditores seruas vt libertatis custodẽ ĩterficias?at tñ abest vt eoq;,q̃ petiisti,qcq̃ factur⁹ sim,vt tibi magistratũ istũ abrogẽ,iubeãq; hinc facessere,ne talia in posterũ moliri possis,q an rata eẽ velitis,dabo vobis nũc calculos Quirites, vt cõtinuo ĩ suffragiũ mittã,vnũ illud pfat⁹,aut Collatinũ vos hodie aut Brutũ habituros.Quũ ita Brut⁹ perorasset,Collatin⁹,ira & dolore stimulãtib⁹,collegę pditorẽ ĩsidiatorẽq; Brutũ appellat, q se ĩsontẽ nec tale qcq̃ meritũ,iratę multitudini dignitatẽ suã & fortunas criminãdo obiecisset.Vociferari hęc ille,fortunãq; suã lamẽtari,quũ pplo calculos petẽte Sp.Lucretius tẽpestiua hortatione interfat⁹ a Collatino obtinuit,vt qñ apta ĩmineret ignominia, priusq̃ populus iret ĩ suffragia,se magistratu abdicarit,rebusq; Lauiniũ trãslatis,vrbe cessetit.Cui abeũti Brut⁹ author extitit,vt XX.ex publico talẽta sint data,ipseq; ex suo quinq; adiecit.Hęc Dionysius,q vt libere dicã qđ sentio,diligẽti⁹ oĩa de origine vrbis,q̃ Liui⁹ & cęteri,explorata mihi habuisse videt.Brut⁹ Collatino eiecto,ne solus regnare velle crederet,cõfesti P.Valeriũ,quẽ in asserẽda libertate sociũ habuerat,cẽturiatis comitiis sibi collegã creauit,magistratuq; ab eo inito,de cęteris cõiuratis supplicium est sũptũ.Indici libertas,& pecunia ex Ærario data,primusq; vindicta liberat⁹,ciuitate donat⁹ est.Quidã vindictę nomẽ ab illo ductũ existimãt, qa ei vĩdici vel,vt alii tradũt,vĩdicio fuerit nomẽ.ipse,qđ satis cõstat,Cenincsis fuit.mãsitq; ex eo mos,vt q ita liberati essent,in ciuitatẽ accepti viderent. Tũ Dionysi⁹ cẽtũ in senatũ ascitos existimat, numerũq; trecẽtoq; expletũ bona regis direpta,Martiq; agrũ,vt dixi,cõsecratũ,q equis,iuuenibusq; se ad bellicas artes exercẽtibus,stadii vsum deinceps pbuit. Tarqnius,vbi hęc q̃ Romę acta erant cognouit,haud dolore tñ spei ad irritũ cadẽtis,sed ira etiã odioq; accẽsus,nihil amplius dissimulãdũ rat⁹,bellũ aperte molit in Romanos,Vrbes Hetrurię circũire,supplexq; obtestari,ne se Hetrusco sanguine oriundũ ex tãto nup regno,cũ trib⁹ filiis vxore ac tota domo extorrẽ eẽ paterent,fuisse alios ex Hetruria & Sabinia,Romã ĩ regnũ accersitos,se ĩ ipa vrbe natũ,regnũq; augẽtẽ,nefaria paucoq; cõspiratiõe pulsũ,quoq;,qa nemo vn⁹ satis regno dign⁹ sit vis⁹,ptitos eẽ ĩter se dignitatẽ,sua bõa ne qs ei⁹ esset sceleris exps,diripiẽda data eẽ pplo,ferrẽt p deos sibi opẽ,patriã suũq; regnũ reposcẽti,iducerẽt arma,secũ suas legiones toties a Rõanis cęsas agrũq; oli adẽptũ vltũ irent. Mouit Veiẽtes vet⁹ amissi agri dolor,Tarqnięses nomẽ & cognatio regis,pulchrũ putabãt,vt hoĩes sui gñis Romę regnarẽt,duo itaq; ppli Tarqniũ secuti,ĩ Romanũ agrũ tumultuose irrũpũt.Consules audito hostiũ accessu,& ipsi nõ expectato vt Tyberĩ trãsirẽt, cũ lectissimo exercitu ad Iuniũ pratũ illis obuiã pcedũt.Liuius ad Arsiã syluã,Plutarchus sacris vtrosq; lucis cõsedisse scribit. Quoq; Arsius hic,ille Esui⁹ sit dict⁹. Initũ est eqstre pliũ,quo quũ neutra ps alteri cessisset,pedestris ĩde pugna grauior fuit,regebat dexterũ Romanoq; cornu P.Valeri⁹,qđ Veiẽtib⁹ erat oppositũ,ĩ sinistro Brut⁹ pcurabat,cui ex aduerso steterãt Tarqniẽsiũ copię,& ĩ his Tarqnii filii quorũ Aruns manu prõptissim⁹,nõ nihil aciẽ pgressus,pbrosis verbis Brutũ cõpellãs, ad singulare certamẽ puocat. Eã cõtumeliã Brutus haud ferẽdã ratus,exaduerso equũ cõcitat,quẽ veniẽtẽ Arũs ĩtuitus,deos regũ vltores ĩuocat, totisq; ĩ hostẽ efferẽ virib⁹. Infestis itaq; hastis cõgressi, vterq; alterũ p scutũ & thoracẽ traiecit,eq graui repcussu auersi,tã hic, q̃ ille moribũdũ eqrẽ effudit.Tũ demũ clamore vtriq; sublato,pedestris pugna secuta est.Liui⁹ mutuo intuitu se duces cõspicatos,temere aduersos vtriq; ĩ se equos cõcitasse ait,qb⁹ cadẽtib⁹,eqstre sit pliũ initũ. Nouissimã pugnã peditũ fuisse,tãtoq; aĩoq; ardore dimicatũ,vt varia sit victoria certamẽ direptũ. Pulso Ro.cornu,post cõsulis casum a Tarqniẽsib⁹ sinistra pte,Veiẽtib⁹ dextera Valerii ductu fugatis,ita vt vtriq; lęuo cornu sint victi,dextero vicerit.Cęterũ nocte q̃ pxime secuta est tãt⁹ terror hostes cepit,vt irrito icoepto pro victis Tarqnięses Veientesq;,tacito agmine domũ diuersi

Iura oĩb⁹ necessitudinib⁹ pferẽda.

Peroratio.

Collatinus abit in exilium.

Vindicii nomen & vindicta.

Tarqni⁹ bellũ Ro. ĩfert.

Arsia Sylua Atrox pugna.

Brutus & Aruns diuersi concidunt.

adierint.Phama est nocte illa,quæ pugnæ successit,ex ꝓpinqua sylua(Liuius Arsiam,vt dixi vocat.Dionysi⁹ Herois Horatii sacrũ id nemus fuisse ait)ingẽtẽ vocẽ redditã,siue hui⁹ fuerit siue Fauni,Syluani ve,vno plus Hetruscoꝝ prelio occubuisse,Romanos acie vincere:quo ꝓdigio territi hostes ꝓ victis cesserint.Romani de summa rerũ solliciti,pñti omine firmati,vbi primũ illuxit,spolia legũt. Valeri⁹ triũphãs Romã rediit,primusq; quadriiugo curru est vrbẽ,vt Plutarchus ꝓdidit,inuect⁹.Collegę funus,quãto maximo potuit apparatu extulit,laudauitq; ꝓ cõcione.Primus ne Valeri⁹ morẽ hũc funebris laudatiõis apd Romanos induxerit,haud facile dixerim.Atheniẽses,vt Dionysi⁹ credidit,Medicis tpibus funebri primũ sunt laudatiõe vsi:quę tpa iis,qb⁹ hęc Romę cõtigerũt,aliquãto sunt recẽtiora. Anaximenes tñ ad Solonẽ id retulit ĩstitutũ.Matronę Brutũ vt patrẽ p annũ luxere.Persuasum Ro.habuerũt,vt Plutarch⁹ scribit,haud tẽ tãtã Romulũ ĩ cõdẽda vrbe gessisse,quãtã ĩ asserẽda libertate Brut⁹ ĩ eaq; stabiliẽda gesserat. Nullã ex eo virilẽ stirpẽ relictã Dionysi⁹credidit,ea cõiectura duct⁹,ꝙ quũ Brut⁹ patrici⁹ esset, q lõgo deĩceps tpe id cognomẽ Romæ tulerũt plebei fuerĩt:sed Dionysii rõ ĩ hoc,meo iudicio, leuis,qñ vt ĩ qbusdã aliis euenire potuerit,vt familia aut fortuna,aut volũtate ex patriciatu ad plebẽ trãsierit. Valerio cõsuli post Collegę mortẽ ingẽs est iuidia cũ atroci crimĩe orta,& ꝙ sibi Collegã nõ subito surrogasset,& ꝙ in Velia ędificare cœpisset.Erat is locus pruptus Romano ĩminẽs foro,quasi ergo regnũ affectaret,vulgo eũ suspectũ habere,odisseq; infense oẽs:quã ppli suspicionẽ posteaq̃ Valerius p amicos resciuit,multitudine ad cõcionẽ vocata:inde ita exorsus est,vt Collegę sui Bruti fortunã laudaret,q priusq̃ gloria,quę illi parta erat,in ĩuidiã verteretur, pulchre mortẽ occubuisset,se infelicẽ appellare,qui ad inuidiã reseruat⁹ ex liberatore patriæ ad Aquilios & Vitellios recidisset.Nulla ne ergo Quirites inqt,tã spectata apd vos fides erit vnq̃, quę nõ suspitioni sit & infamię subiecta!Ergo Valeri⁹ ille infestissim⁹hostis regũ,in ea vrbe regnũ affectare cœpit:quã vt liberã videret,se cũ paucis tãtę inuidię obiicere non dubitauit!Ego vnq̃ credere potuissem,si in arce habitarẽ,ciuibus suspectus vt essem meis!Tã leui ne momẽto, mea apud vos pendet fides,vt vbi sim potiusq̃ qui sim spectari oporteat!Nõ obstabunt publicę libertati Valerii ędes Quirites:tuta erit per me vobis Velia:nec ego parietes demoliar solũ,sed ipsa quoq; ędificia in imo colle statuã:habitabũt in Velia illi qb⁹ melius q̃ Valerio credit libertas.Ita ille ꝓ cõcione locutus,parietibus ad imũ disiectis,in infimo cliuo,vbi public⁹postea vicus fuit domus iterũ est illi cõstructa.Hęc Liuius.Leui amicoꝝ admonitione Valerius impulsus,vt Plutarch⁹ ait,domũ quã inhabitabat diruit:ac interim dum aliã in imo loco statuit alienas inhabitauit ædes:domus illi a pplo publice erecta est. Scdm hęc comitiis habitis Sp.Lucretiũ sibi Collegã Valeri⁹ subrogauit:quo paucis dieb⁹ defuncto,populi suffragio M.Horatiũ illi substituit:his popularib⁹ factis omni repẽte inuidia excussa,iucũdus esse oĩbus cœpit:quam opinionẽ,vt oĩ erga ciues officio augeret, summissis populo fascibus in cõcionẽ venit,qui mos postea apd Romanos tenuit.Ipse per hęc Publicolę cognomẽ adeptus.CLX.quatuor priori senatoꝝ numero adiecit.Alii vero a Bruto,vt meminimus,id factũ ꝓdidere.Leges ad hęc plerasq; tulit:quib⁹ ꝓuocatio a cõsulib⁹ ad pplm est pmissa,vt capitale esset huic q iniussu ppli magistratũ capet,ciuiũ vectigalia tolleret.quo cõtigit,vt vulgo prõptiores ad quęst⁹ & opificia sint hoĩes facti.Scio a Romulo ita ab ĩitio sancitũ,vt q Ro.essent, sedẽtariã artẽ nullã exercerẽt:sed militię tm̃ & agriculturæ oẽm operã ĩpenderet.Addidit & alio capite,vt q tyrãnidẽ affectasset, impune occideret:nefas deinceps rat⁹,pub.pecuniã priuatæ domui inferri,Saturni tẽplũ Ærariũ cõstituit.Populo vt duos q̃stores crearet.pmisit.Creati P.Veturi⁹ & M.Minuti⁹.Scio fuisse q scriberẽt q̃stores sub regib⁹esse cœpisse.CXXX.milia tũ primũ in ęrariũ illata,tributo orphanis & viduis remisso.& hęc Valeri⁹,vt Plutarchus & Liuius scribit,priusq̃ Sp.Lucretiũ sibi Collegã subrogasset:ĩ cui⁹ demortui locũ M.Horati⁹,vt dixi,est ei Collega dat⁹.Is Capitolii dedicationẽ sortit⁹,vbi Idib⁹Septẽbris añ tẽplũ dedicatur⁹ stetit(etẽm op⁹ iã cõfectũ erat)fraude,vt credit,Collegę q eũ quoq; titulũ cęteris honorib⁹ cumulari voluisset,a M.Valerio cõsulis fratre,quũ iã postes teneret,monit⁹ est,ne pgeret funesta domo id agere,filiũ ĩ castris piisse.Tũ ille,incertũ,qa nõ crediderit an ea poti⁹fuerit cõstãtia,vt a pio opꝫ nequerit auerti:ite inqt,& cadauer efferte:nã ego luctũ istũ & fletũ nõ admitto:sicq; carmẽ qd ab ĩtio orsus erat,execut⁹,tẽplũ dedicauit.Id op⁹supb⁹Tarqnius,quũ ab auo Sabino fuisset bello votũ,extruxit:eoq; ĩ exiliũ acto sors illi⁹ dedicãdi Horatio cõsuli obtigit.Bis postea cõsecrari cõtigit,a Catulo semel,quũ priore ciuili bello ĩcẽdio cõsumptũ Sylla ĩstaurasset.Iterũ a Domitiano pricipe quũ Vitellianis tpib⁹incẽsum,Vespasian⁹pater prĩo sumptuosissime reparasset:ĩde pari clade absumptũ priusq̃

Oraculum.
Funebris laudatio.
Iunia gens.
Verba Valerii ad populum.
Valeri⁹ demolit ædes suas.
Publicola cognomen.
Sedentaria ars.
Primi quæstores.
Capitolii cõsecratio.

P. Valerius T. Lucreti⁹ Consules.

sacrati cōrigisset, tertio est refectū: ānoq̄ p hęc, q̄ dixim⁹, circiſacto P. Valeri⁹ iteꝝ & T. Lucreti⁹
sunt cōsules facti. Dionysius M. Horatiū scđo assertæ libertatis anno Valerio collegā datū scri-
bit, ī eo a Liuio & aliis diuersus, ꝙ hic tertio post exactos reges āno Romā a Porsena obsessā, il-
li altero nō tertio existimāt. Cęterū siue hoc siue illo, qđ magis credo, id āno ē gestū, Tarqni⁹, qđ
īter oēs cōuenit, vbi ad Arsiā syluā parū ꝓspe est ab Hetruscis pugnatū, ad Porsenā Clusii regē

Verba Tarquinii ad Porsenam.

supplex se cōtulit. Hic mīta de fortuna sua q̄st⁹, ꝙ ex opulētissimo regno, nefaria cōiuratiōe eie-
ctus, cū filiis īops & extorris exularet, idētidē ꝑcat⁹ ne ꝑmitē īiuriā īultā eē pateref, parū qdē tu-
tū ipi, cęterisq̄ regib⁹ futurū ꝑdicās, si eiiciēdoꝝ regū exēplū ppłoꝝ aīos īsedisset, eē libertatē na
tura hoī gratissimā: q̄ quū semel delibata sit, nisi cū vita illi extorqri nō possit: ꝑitura īter hoies
discrimīa, regiūq̄ fastigiū, quo nihil sit ī terris pulchri⁹, nisi q̄ta vi eā ciuitates expetāt, tāta re-
ges ipi cōtētiōe regna tueant. Hmōi ꝑces hortatiōesq̄ Porsena secut⁹, ꝑterea pulchrū ratus ho
minē Hetrusci sanguis Romę regnū obtinere, se vltorē ꝓmisit, fore pollicit⁹, vt si fieri nō posset
vt ī regnū restitueref, ꝑ quo esset oīa factur⁹, datur⁹ saltē operā, vt Roānos, si bona venia nō q̄at,
vi ad res ęqua ęstimatiōe reddēdas cōpelleret: quoꝝ cū neutrū ꝑ legatos, ad id Romā missos, im
petrasset, decreto bellū Romanis ītulit. Cōmuniuerāt interī Romani in Ianiculo locū: īminet is
collis vrbi: etsi Tyberi ab ea disiūct⁹, eūq̄ ꝑsidio obtinere placuit, apparebat prīos hostiū conat⁹ ea
ꝑte irrupturos. Subiit terror īgēs ꝑres, ne Romana plębs belli metu ꝑculsa, Tarquīos ī vrbē acci-
peret: qđ ne accideret, oīa illi blādimēta ꝑ id tpˢ dedere, ꝑmū oīm annonę ē cura habita. Alii in
Volscos ad frumētū cōparādū missi, alii Cumas, salis quoq̄ vēdēdi arbitriū cuiq̄ datū, quū ad

Indulgētia patrum in plębem.

id tpˢ publice cariusq̄ venisset. Portoriis tributoq̄ plębs liberata. Hęc patrū īdulgētia ꝑppor
tuna fuit ad mltitudinē ī officio cōtinēdā, vt īcredibili cōspiratiōe sūmi īnfimiq̄, ea tēpoꝝ no
uitate, pari studio libertatē defenderit. Et iā hostes aderāt, deiectoq̄ ex Ianiculo ꝑsidio, parū ab-
fuit qn īprouiso accessu ꝑ sublicium pōtē, q̄ tūc vn⁹ erat Tyberi īposit⁹, ī vrbē euaserit. Horatius

Coclitis facinus.

cui ex eo ꝙ oculū iā ātea ī bello amiserat, Coclīti erat cognomē, pōtē ꝑsidio obtinebat, is hostē
ex Ianiculo decurrētē, trepidāq̄ suoꝝ turbā arma ordīesq̄ reliquētē ītuit⁹, ꝑrio ꝓximū quēq̄ ꝑ-
hēsare, & a fuga cōuertere conatus est, alta voce testat⁹, frustra eos ī vrbē abire, quā relicto pōte
hostis haud dubie eēt occupatur⁹. Vociferari haec ille, minasq̄ ꝑcib⁹ miscere. Verū vbi parū se
ꝑficere sensit, rēq̄ semel inclinatā sisti verbis nō posse vidit, prima ꝑte pōtis insessa, irruētē hostē
fortiter excepit: duo viri fortes cū eo māsere Sp. Larti⁹ & T. Hermini⁹. Ipse trucē oculi aciē cir
cūferēs, obiecto scuto Hetruscū hostē tā diu sustinuit, quoad pōte pene rescisso, ꝑiculi socios in
tutū abire iussit. Tū fragor abrupti pōtis a tergo exaudit⁹, alacritasq̄ ꝑfecti opis irā hostib⁹ accē
dit, obtinere ille nihilo secius locū semel insessū, regūq̄ seruitia Hetruscos vocare, q̄ alienę ꝑtāti
addicti, alterius libertatē oppugnatū venissent. Ea demū cōtumelia hostes adacti, plures vno tpe
in Coclitē tela cōiiciūt, vt vi loco deturbatū, ī subiectū flumē ꝑcipitarēt. Tū ille satis tuta oīa a
tergo sciēs, oēq̄ ab vrbe ꝑiculū abesse, fluminis geniū ꝑcatus vt se ꝓpitio exciperet alueo, ī Tyberim
cū totis armis desiliuit. Et vt plus admirationis phama hęc q̄ fidei esset ad posteros habitura, ꝑ
dēsa hostiū tela ī vlteriorē ripā īcolumis euasit. Dionysius vltra flumē iusta acie dimicatū scri-
bit: Valeriūq̄ consulē ꝑlibus vulneribus affectū acie excessisse, ac tū demū rē Ro. apte īclinasse,
Hetruscūq̄ mixto agmie ī vrbē irrupturꝰ fuisse, nisi Coclitis virtus ferocissimos hostiū conat⁹
ꝑtinaci fregisset statu. Et hoc tū facin⁹ est a Coclite editū. cū altero luie adēpto Cyclopē dixere
qdā: mox delapsa loquēdi cōsuetudie Coclē dici contigit, q̄q̄ Coclitē plures scripserīt. Nec tātā

Romanoꝝ gratitudo ī Coclitem.

ciuitas virtutē reliqt īhonoratā. Statuā illi ī foro posuit, tātūq̄ dedit agri possidēdū quātū die
vno circūarare potuit. Accessit huic publicę gratitudini & priuata, qsq̄ sua se fraudās alimo-
nīa ex domesticis copiis aliqd ei, ī summa īopia, cōtulit ad victū: ipse īcessu debilitat⁹ ob vulnera
eo ꝑlio accepta, etsi oībus charissimus, oīs militaris ciuilisq̄ muneris vixit inde īmunis. Porsena
vbi primi conat⁹ irriti fluxere, ad obsidēdā vrbē cōuersus, Ianiculū ꝑsidiis firmat: mox circa Ty
beri castra fecit: cui⁹ alueū, nauibus vndiq̄ accitis, custodiri placuit: neqd ānonę ī vrbē furto pos
set noctu subuehi, q̄ nauigioꝝ occasiōe Tusc⁹ hostis vsus, oēm citra flumē regionē crebris excur
siōibus adeo reddidit ciuitati īfestā, vt oē pecus ītra moenia cōpulsū, foetore & strage īedia mo
rientiū grauiorē redderet Romāis obsidionē: nec metu magis id accidere q̄ cōsilio, vt hostes licē
tiosi⁹ effusi qñq̄ īsidiis caperēt: ī quā vnā Valeri⁹ occasionē erect⁹, pastorib⁹ edicit, vt exqlina por
ta q̄ maxīe erat hostib⁹ aduersa, pecus ī pascua ꝓpellāt, resciuerūt id cōtinuo hostes trāsfugarū
īndicio, multiq̄ maioris spe ꝑdę flumē trāsmere, q̄ eruptiōe pluribus locis ex vrbe vno tpe facta
in medio foede hostes cęsi, haud temere amplius trans Tyberim euagari sunt ausi. Obsidio erat

tamẽ,multiq́ȝ ob ĩualeſcẽtẽ famẽ ad hoſtes quotidie trãſfugiebãt,nec dubitabat Porſena, q̃n ſedẽdo vrbẽ vel fame eſſet expugnatur⁹,ſed in graui annona multi,vt dixi, ex vrbe ad hoſtes trãſibãt,appebatq́ȝ haud dubie,ſi ciuitas nõ aliquo caſu pſiti obſidione leuata eſſet,fore,vt fame domita,breui vellet nollet ad deditionẽ cõpelleret.Eratq́ȝ res Roãna ĩ hoc ſtatu,quũ C.Muti⁹ cui Cordo ab initio cognomẽ fuit:patricii gñis adoleſcẽs,ſenatũ adiit,docuitq́ȝ eſſe ſibi ĩ aĩo,in hoſtiũ caſtra trãſire,rẽ ſi de⁹ pſiti voto ãnuat,patriç & ciuib⁹ nõ ĩutilẽ auſuro,noluiſſe de ea te eos celare,ne aut eũdo p trãſfuga ĩ vrbẽ retraheret,aut ſi parũ pſpere id cõſiliũ fluxiſſet,ne deeſſent q talis ſui ĩ patriã aĩ teſtioniũ ad populũ exhiberet.Hęc ille,cũctiſq́ȝ pbantib⁹, boniſq́ȝ ominib⁹ euntẽ pſequẽtib⁹,curia eſt dimiſſus.Ipſe habitu tuſco ſermoneq́ȝ pditus, quẽ puer a nutrice didicerat,ad hoſtes occulte trãſiit:ibi quũ ad Regis tribunal veniſſet,vt militũ vnus multitudini mixt⁹ pxime cõſtitit,regiũ ſcribã ſtipẽdiũ militib⁹ numerantẽ ferro adortus,priuſq̃ aliqs opem ferre potuerit,p rege obtrũcat.Liui⁹ Porſenã in eodẽ tribunali fuiſſe ſcribit.Dionyſius ſolũ ſcribam ſedentẽ a Mutio cõſpectũ,q ex ſplẽdore cult⁹ percuſſorẽ rerũ oĩm ignarũ ĩ errorẽ traxerit. Etenim vero Muti⁹ ne ſe pderet qs rex eſſet,rogare nõ eſt auſus.Cruẽto igit̃ mucrone p mediã turbam vadẽs fugã molit⁹ eſt,multis tñ circũſiſtentib⁹ ad Porſenę cõſpectũ captus metuẽdus magis q̃ metuẽs pducit̃,tum rogat⁹ qs eſſet,& qua ĩpulſus cauſa tãtũ fuiſſet facinus adortus,Roman⁹ ſum inqt,meq́ȝ ciues Mutiũ vocãt,hoſtis hoſtẽ occidere volui,nec min⁹ eſt animi ad mortẽ,q̃ ad cędẽ fuit:facere & pati fortia Romanũ eſt,nec vn⁹ ĩ te Porſena hũc animũ geſſi,magn⁹ eſt qdẽ noſtrę iuuẽtutis numerus,q in tuũ caput mecũ cõiurarũt,eodẽ diſcrimine parati,aut te hoſtẽ patrię eximere,aut vt ipſe feci fruſtrati euẽtu,mortẽ occumbere,vn⁹ poſt aliũ ĩ te quoquo mõ graſſaturi aderũt,nõ acie tecũ Rõani dimicabũt,tua ſoli⁹ vita petit̃,pinde ad hoc te diſcrimẽ ſi iuuat accĩgas,hoſtẽq́ȝ credas tibi vbiq́ȝ affuturũ,cũ ſingulis tibi vni res erit.His ille minis cõterritus,ſimulq́ȝ ira ĩfenſus ignẽ ad ſuppliciũ admoueri iubet:ni cõtinuo dicat, q̃ inſidiarum eſſent ambages illę.Tũ Muti⁹,vt ſcias inqt rex q̃ vile ſit iis corpus,q ſe patrię deuouerunt,nihil ĩnuit⁹ hoc faciã,nã & manus,q̃ ictu aberrauit,det pœnas neceſſe eſt.Hæc ille.Simulq́ȝ foculo ad ſacrificiũ accẽſo,dexterã iiecit,quã quũ,velut nihil ea ad ſe clades ptineret,ĩmoto ore cõcremaret,rei miraculo Porſena attonit⁹,ſede ſua exiluit,iuuenẽq́ȝ ab altarib⁹ amoueri iuſſum pacatiore vultu alloquit̃.Abi ĩqt hic,ĩ te magis hoſtilia,q̃ ĩ me auſus,macte tua iſta virtute,ſi miles nũc meus,nõ hoſtis eſſes.Cęterũ ſis licet ea auſus,qbus merito in te qlibet ſęuiret,haud patiar tñ tãtã indolẽ ſuo pmio fraudari,liberũ te inuiolatũq́ȝ abire pmitto.Tũ Mutius.Qñ inqt Rex,tali in me clemẽtia fuiſti,eſtq́ȝ apud te,vt video,virtuti honos,iã bñficio a me feres:qđ neq́ȝ minę neq́ȝ cruciat⁹ vlli exprimere potuiſſent.CCC.Rõanę iuuẽtutis pricipes cõiurauimus,vt ĩ te occulte graſſaremur, ipſe oĩm primus ſorte ductus affui,aderũt mox alii ſuo qſq́ȝ tpe,quoad fortuna te ad cędẽ opportunũ dederit.Hęc fere Liuius.Dionyſi⁹ arte vſum ait Mutiũ aliquãto maiore,vt quaſi mortẽ reformidãs ad Tribunal regis deſtitut⁹,vltro faſſus ſit,Porſenę ſe occulta qdã ſi vitã polliceret̃ dicturũ,q̃ magnopere ad ei⁹ ſalutẽ ptinerẽt,ac tũ demũ dicere iuſſum,ſpecioſo mẽdacii gñe ita hoſtis aĩm verſaſſe,vt cõtinuo ille de bello cũ Romanis ſoluẽdo cõſiliũ iniuerit.Vident̃ hęc q̃ Liui⁹ & cęteri Romanarũ rerũ ſcriptores de Mutio tradũt,haud multũ ab iis diuerſa,q̃ Agatharchides Sami⁹ de Ageſilao Themiſtoclis fratre ſcripſit,q Mardoniũ p Xerxẽ ĩ Perſicis caſtris interfecit:melior tñ ĩ Scęuola euẽtus,qa pax ſecuta:de qua deliberante rege quũ q̃reretur iterim ratio,qua Rex iã ĩde tut⁹ eſſe poſſet,aliiq́ȝ alia partim ĩepta, partim vana in mediũ afferrent.Aruns Porſenę filius,nõ expectato vt ſentẽtiã rogaret̃,aut vnã dixit ad ſalutẽ viã ſupereſſe,quã paucis eſſet demõſtratur⁹,aut nullã mõſtrari poſſe aliã,ſi cõfeſtim ex hoſtib⁹ Romanos ſibi pr̃ amicos faceret,qua voce velut oraculo quodã Porſena pmot⁹,legatos cõtinuo Romam miſerit,q hæc a Romanis ſunt poſtulare iuſſi:vt Tarqnium & filios reciperẽt, q̃q̃ nemini dubium erat,id nullo mõ ĩpetratum iri.Inde ſi id nõ daret̃,vt bona illis redderent,poſtremo vt agro decederẽt olim Hetruſcis circa flumẽ adẽpto,qđ vnũ vt bello ſe ſoluerẽt Romani a ſe ĩpetrari pmiſerunt.Iuſſi ſunt deĩde obſides dare in ea q̃ pmitterent̃,priuſq̃ pſidiũ ianiculo deducerẽt.Quidã authores ſunt:Legatos cũ Mutio Romã veniſſe.Alii eũ iã antea dimiſſum caſtris ſecutos.Inter oẽs cõuenit:Mutii virtutẽ a pr̃ibus honoratã,datumq́ȝ illi trãs Tyberim agrum,q̃ Mutia ſunt prata deĩceps appellata:ipſi quoq́ȝ ob cladẽ dexterę man⁹ Scęuolę eſt cognomẽ inditũ,nã quũ ferrũ illi reſtitueret̃,lęua accepiſſe manu dr̃.Gręci ſcęuũ ſiniſtrũ vocãt.De obſidib⁹ inde varia phama eſt,dubiũ Cloelia duce,an Valeria Publicolę filia deceptis cuſtodib⁹ Rõanæ virgines Tyberim trãſnauerint.Ferũt ab iis ĩpetraſſe,quorũ cuſtodiæ creditę erãt,vt liceret ĩte

Mutii Scæuolę cõſiliũ

Mutii facinus.

Mutii conſtantia.

Ageſilai facinus.

Mutia prata.

Scęuola vñ

ad flumē se lotū, rogasseq; vt tātisp ab intētione oculoꝝ abstinerēt, dū positis vestib⁹ se fluuiali aqua abluerēt, ne nudę cōspicerent. Atq; ita Cloeliæ hortatu ī vlteriorē ripā nādo euasisse. Cui⁹ rei fides apud eos erit, q hęc legerit. Nā qd ad rei magnitudinē attinet, vix crediderim, tātā vim fluminis puellarū agmē supare potuisse. Illud si in talib⁹ cōiectura vti fas est, a fide min⁹ abhorrebit, īcidisse eas ī fluuiatile aliqd nauigium, viciniꝫ castris ripę alligatū: nā his vulgo, vt dixim⁹, vsi sunt hostes, ea obsidione, ad excursiones ī aduersam regionē faciēdas, quā illę occasionē adeptę, ad suos occulte traiecerint. Eēnuero quoquo mō res acta est. Cloelię equestris statua publice posita est, quo argumēto adducti quidā, equo eā fluuio trāsuectā falso pdiderūt, nā si ita accidisset, vna seruata esset, nō oīs obsidū cœt⁹. Liuius Cloelię id datum credidit. Plini⁹ & Plutarch⁹ Valerię P. Valerii, q tum cōsul erat, filię. Dionysius, q rē vt cętera latius exequit̄, ad Cloeliam & ipse īclinat, repetitasq; obsides scribit ab Hetruscis, sub noui belli denūciatiōe, nisi ab Romano cōsule in castra reducerent. Atq; ita Valeriū consulē, ad obsides reducēdas in castra pfectū. Cuius aduentu explorato, Latinoꝝ eqtum alam a Mamilio, Tarqnii īpulsu, missam, q venientē consulem & virgines anteq̄ venirēt in castra, opprimerēt, velut certa ex eo pignora habiturus esset Tarqnius, eoꝝ q̄ a Romanis peterent. Sed aliquāto pri⁹ Cōsul cū virginib⁹ affuit, q̄ vēturus putaret. Eratq; iā vētū ad ipsas Hetruscoꝝ munitiōes, quū eqtes, q ad īsidias mittebant, veniētibus occurrūt. Tum ibi quoq; vis a Latinis intētata, fuissentq; Valeri⁹ & comites violati, nisi Aruns Porsenę fili⁹, cū Hetruscoꝝ eqtum globo, psto affuisset. Id facinus adeo iniquo aīo tulisse Porsena dicit̄, vt cōfestim Tarqnium, cum filiis, & genero auxiliisq; Latinis, excedere iusserit castris. Ipse Cloelię indolē miratus optionē virgini dedit, vt ex maribus quos obsides acceperat, certum sibi deligeret numerū, fore, vt quos illa sibi dari poposcisset cū ea domū remitteret: īpuberes adolescētes petiisse dicit̄, & ꝙ ætas illa virginali pudori cōueniēs esset, & alienę iniurię magis obnoxia. Donata adhęc equo phaleris ornato, qd in causa esse potuit, vt eqstris sit illi Romę statua cōstituta, ī summa via sacra fuit virgo insidēs equo. Porsena eiectis Tarqniis nō pacē solū, sed amicitiā quoq; cum Romanis initā, vt omi officii genere cōfirmaret, castra omi gñe cōmeatuū referta, Romanis habēda reliqt. Miror Liuiū dubitare, qd esset, ꝙ bona Porsenę hostiliter vendi dicerent, q̄ res a tā pacato digressu abhorrere videret̄. Ego vetustę illi⁹ liberalitatis monumētū id fuisse crediderim, vt eo mō, quo ea a qstoribus post regis discessum vēdita sunt, grata apud posteros mēoria, talis sit auctio inter cætera vrbis solēnia celebrata: tantū eīn abest, vt Hetruscoꝝ ab vrbe discessus hostilis fuerit, ꝙ statua sit deinceps Porsenę iuxta curiā publice constituta.

Cloelię equestris statua.

Tarqnii castris eiiciuntur.

Cur bona Porsenę vēdi dicerent

MARCI ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIÆ HISTORIARVM AB ORBE CONDITO, ENNEADIS SECVNDÆ, LIBER OCTAVVS.



VNC exitū habuit bellū, qd Porsena Rex, libertate adhuc recēti, Romanis minacissime intulerat. Nullo vnq̄ tpe tot fortitudinis exempla vno bello extiterunt. Mansit libertas Ro. Po. incolumis priuata magis q̄ publica virtute. Eratq; tū hic rerū Romanarum stat⁹, quum Darius bellum Scythis intulit: Hi quum olim Cimmeriā gentē bello psequerentur, Asiā ingressi, terrā Medicā multis affecere cladib⁹, dubium, cōsilio an via aberrantes. Tenuerunt Cimmerii loca circa Meotim, lateq; olim eoꝝ opes in his locis claruerunt, manifesto veteris potētatus argumēto, ꝙ Cimerius mōs, & sinus q Meotidis ostium continet, ab ipsa gēte nomē sit sortitum. Idē Scythę q Cimmerios insectati in Mediam peruenere, bellicę rei studio, octo & viginti annos domo abfuere. Interim diuturna viroꝝ absentia Scythicę mulieres cum seruis cōgresse, numerosam ex his sobolē genuere, q̄ iuuētus vbi per ętatem adoleuit, Scythis longa expeditione reuersis, pfundam fossam a Tauricis montibus ad paludem obiecerunt, veriti ne parentibus ob vulgatum adulterium interfectis, ipsi luminibus priuati, seruire cogerent̄. Scythæ passim rem pecuariam exercētes, ne lac furarentur, vulgo seruitia luminibus priuabāt. Periculi itaq; atrocitate admonita seruilis illa manus, dominos lōga militia reuersos, fossa venientibus obiecta, fortiter excipiunt. Primo itaq; irrumpere sunt conati, sed quum multa irrita plia fecissent, nec via ad seruile illud agmē subigēdum pateret aliqua, essentq; interim cōsilioꝝ inopes, vnus ex omi multitudine rem indignā fieri exclamat, nec mirum si bellando nil ipsi proficerent, se mortalium solos, quum ad plectēdos seruos venissent, armis vsos, quum flagro res transigi potuisset, id vnū telum mancipiis formidolosum esse, cætera vt īsueta aspernari, haud dubium esse, si fustibus & loro accincti in aciem processissent, fore, vt

Cimmerii.

Scytharū bellum in seruos.

Serui flagris subdēdi.

illi suę paternęq; cōditiōis admoniti,cōfestim terga verterēt,placuit multis iā laboribus exhaustis,id quoq; expiri,arcu & sagittis positis flagra,qbꝰequos agebāt, ī seruos ituri corripiunt,q̄ minaciter vibrādo ī vallū decurrūt.res mira hic facta dr̄,sed a natura nihil abhorrēs,q̄ ītrepidi cōtra ferri aciē steterāt,lori & fustiū aspectu territi,herilibꝰcesserūt minis,atq; p hūc maxīe modū Scythę in patriā reuersi sunt.Miror Pōpeiū Trogū scribere,Scythas cum Ægypriis,diu de vetustate certate ausos,vt nos ī prio Rapsodię huiꝰ libro scripsimꝰ,cęterū si vera sunt,q̄ de his Herod.pdidit,ipsius gētis cōfessione: sūt oīm mortalia Scythę pene recētissimi,quū a Targitao ex Ioue & Borysthenis filia orto,q ipsā terrā ad id tp̄s desertā,primus tenuisset,mille ad Darii accessū āni,nec āpliꝰ ītercurrisse dicerent.Nec minꝰa fide abhorrēt,q̄ de puella īdigena,ab Hercule ī Scythia cōpressa tradunt,vn̄ Agathyrsus,Gelonꝰ,&Scythas orti sint.Herodotꝰeoꝝ opinioni accedit,q Scythas pecuarios,quū a Massagetis bello vexarentur,trāsmisso Araxe ī Cimmeriā venisse tradūt,etenī regio,quā postea Scythę tenuerūt Cimmerioꝝ fuisse dicit̄,q̄ illi domestica seditiōe afflicti,Scythis īgruētibꝰ,terrę possessione cesserint.Cimmerioꝝ monumēta,pter illa q̄ statim ī pricipio huiꝰlibri sunt a me memorata,Cimmerii muri,& portoria Cimeria,diu in ea terra extitere . Scythicā gētē multis fuisse inter se noībꝰ,varicq; viuēdi ritu discretā,alio est loco significatū,mītitudo tāta,vt phama sit,Arantē eiꝰterrę regē,quū hoīm qbꝰ imparet numerū scire voluisset,edicto pcepisse, vt singuli Scytharū īdigenę,singulas sagittarū cuspides,vnū in locū cōiicerēt,essetq; capitale,siqs intra certū tēpus nō id fecisset,tātāq; æris vim ex ea re ī vnū coaceruatā, vt ahenū sexcētarū amphorarū capax sit tali materia cōflatū,idq; ī Exīmpeo īter Borysthenē & Lipanū flumina locatū, vn̄ fons in Hipanim defluit,amaritudine adeo īsigni, vt cōfestim īfusus, amnē reddat potui īhabilē.& Dariꝰ hāc belli ī Scythas cōparādi causā p̄ se tulit.Artabanꝰ Darii frater Scytharū īopiā abhorrēs,multū diuq; regē monuisse dicit̄,ne id hoīm genꝰ bello adoriret̄, vn̄ nulla pdę emolumēta essent expectāda,maiusq; piculū maneret eos,q bellū īferāt si res minꝰ feliciter fluxissent q̄ victorię fructꝰ,si pspere oīa euenirēt.Predicare hęc ille,cęterū rex nihil eoꝝ psuasus,bellū haud seciꝰcōparat,ī quo īstruēdo Oebazꝰ,cui tres filii erāt, Darii familiaritate fretꝰ,ab eo petiit,vt ex tribꝰliberis,vnū sibi domi relinq̄ret,cui Rex omē credo auersatꝰ,sedato vultu,velut nihil ea re offēsus,īmo oēs īqt tibi Oebaze relinquā,simulq; ī mediū pductos obtruncari iussit in cōspectu pris.Inde Susis pfectꝰ, ad Thraciū Bosphoꝝ numerosū traxit exercitū.Hic os pōtici maris ī āgustias q̄tuor stadioꝝ cōtractū ī ppōtidē Euxinū exonerat, anguste fluēs cētū & viginti stadioꝝ lōgitudine,ppōtis ad qngēta patet stadia.lōgitudo eiꝰ pene triplo maior,tū demū mare iterū āgustiis exceptū,ī Ægeū trāsmittit̄, hic quoq; septē stadioꝝ Euripꝰ Europā ab Asia dirimit. Dariꝰex Bosphoro ī Cianeas trāsmisit insulas,Euxini maris vastitatē cōtēplaturꝰ,cuiꝰ lōgissima nauigatio est a Bosphoro ad Phasidis ostia nouē dierū,& octo noctiū cursu.Cōficit iusta velificatiōe nauis lōgiore die milia passuū septuaginta,nocte.X.minꝰ. q̄ mēsura tria milia habet & trecēta stadia, vt q̄ lōgissima pōtici maris sit nauigatio,q̄ q̄drīgēta habet & duodecim milia passuū.Circuitꝰ pōti,vt Polybio placet, duo & viginti stadioꝝ milia cōtinet.Meotis palus,q̄ circuitu octo miliū stadioꝝ patet,dextra læuaq; fluminibꝰreplet̄,in pōtūq; p Cīmeriū Bosphoꝝ defluit.Polybiꝰ futurū credidit,vt assidua fluminū exaggeratiōe,Meotis palus & Euxinū mare,qđ & pōticū dicit̄,aliqn̄ vadosum fieret,qđ in Meoti sua tēpestate pꝑmodū euenisset,quū nullibi stagnātes aq̄,plus qnq; vlnis, aut vbi plurimū septē vado distarēt,ob idq; maiora nauigia paludē ipsā nō ferre,sed vadorū incremēta minꝰ in pōto sentiri ob aq̄rū multitudinē,eē tn̄ vniꝰdiei a terra arenarū tumulos, quos fluēta Istri materia in altū ppulsa faciāt,quatenꝰfluuialis aq̄ īpetꝰpcul littoribꝰ durat, indubitato exaggeratiōis,quā ille futurā dixit,argumēto.Adiicit illud qđ ad īstitutā demōstrationē ptinet,q quāto Meotis pōto dulcior est,tāto pōtꝰipse nr̄o mari minꝰ amarꝰ . Fuit qđ ad Bosphori nomē attinet,circa pōti ostiū,ī ora Asię locꝰ,quē īcolę bouē dixere,vbi primū Io Inachi filia cōstitisse tradit̄ ī fabulis.Oīm igit̄ primꝰ,qđ sciā,has maris āgustias Dariꝰpōte iūxit,cū Mādrocles Samiꝰ posuit. Ipse Ionibꝰ Istrū cū classe sexcētarū nauiū annauigare, pōtēq; fluuio īponere,ac se ibi p̄stolari iussis,terrestrē exercitū,ī quo septingēta milia equitū peditūq; fuisse dicunt̄,in Europā pōte trāsmisit.Iones interim,Æoles & Hellespōtii,q classem ducebāt Cianeas pteruecti,ad Istri ostia nauigarunt, subuectiq; aduerso fluuio, duoꝝ dierū itinere,ad eū locū,vbi primo amnis scindit̄,incipitq; Ister appellari,nā sup id diuortiū Danubiū accolę vocāt,vt fuerat eis imperatum,pontē statuerunt, nauibꝰ arctissimo nexu inter se

Serui Scytharum flagris superātur.

Scytharum vetustas.

Agathyrsꝰ. Gelonus. Scythas.

Cimeriorū monumēta

Ahenū ex cuspidibus factum.

Fōs amarꝰ.

Oebazi fi liorū cędes.

Bosphori Thracii angustiæ.

Pōti descriptio.

Meotidis exaggeratio.

Pons Bosphoro impositus.

Danubius.

Ister. Tearus fluuius. Artiscus fluuius. Thracum insania. Europei Scythæ. Cōsultatio Scytharū. Dissensio inter Scythas Scytharū cōsilia ī administrādo bello.

cōpactis, Rex & ipse tātisp aliqd terrarū emensus, ad Tearū fluuiū consederat, vbi triduo statiua habuit. Clarus mirabili ortu Tear⁹, fontib⁹ duodequadraginta ex eadē petra manātib⁹, cæterū salubribus aquis clarior, q̄ scabiē variosq; curare credant morbos. Fluit Tear⁹ in Contadestum Cōtadest⁹ in Agrianē, Agrianes ī Hebrū, Hebrus ī mare, iuxta vrbē Anū. Erexit Cippū Darius ad Teari fontes, quē ita inscripsit, Teari amnis capita, optimā aquā, pulcherrimāq; continēt, ad ea puenit exercitū ducēs aduers⁹ Scythas, vir optim⁹ atq; pulcherrim⁹ cūctoꝝ hoīm Dari⁹ Hystaspis fili⁹, Persarū cęteręq; cōtinētis Rex: mouit inde Dari⁹ castra ad Artiscū amnē, q p Odrises fluit, vbi milites, ei⁹ edicto, singuli vnū in locū lapides singulos cōgesserūt. Māsere in posterū ex eo facto acerui lapidū ingētes, quos militaris turba circa flumē statuit. Rex inde ad Istrū tendēs Gethas Thracū fortissimos subegit. iidē Thraces quū tonat, si vera Herodot⁹ scribit, sagittas in cœlū excutiunt, superis minitantes. His impio subactis, Persarū signa sunt ad Istrū fluuiū admota, quo vbi vētū, cōfestim pōte iādudū ad id parato, copię ī hosticū sunt trāsmissæ. Pōtem Iones obtinere iussi, qđ vt fieret, Coes Mitylenæoꝝ p̄fect⁹ Dariū monuit, siqdē Rex traductis copiis ī aīo habuit, soluto pōte naues dimittere. Statiōe igit̄ ad fluuiū relicta, Scythicū ē solū īgressus. Maritima Scytharū ora, ab Istro ad Borysthenē decē dierū patet itinere, tātūdē a Borysthene ad Meotim paludē, a mari ad Melāchlenos, q maxime sunt mediterranei. XX. dierū ē iter, vt ducēta in singulos dies supputent̄ stadia. Habuit itaq; Europea Scythia quaq; versum quatuor stadioꝝ milia, peculiari appellatione Scythę dicti & Tauri, q his circa Chersonnesum iungunt̄, ī ora sūt supra hos Agathyrsi, ide Neuri, mox Androphagi, postremiq; maxiēq; mari auersi Melāchleni. Scythæ ad primos Persarū motus, ingēti hostiū apparatu territi, de administrādi belli ratione inter se cōsilia cōferūt. octo Reges de summa rerū cōsultaturi vnū ī locū coiuere, hi vbi p nuncios facti sunt certiores, Bosphoꝝ primo, mox Istrū a Persis supatū, q Istro finitimi erant, eūdū obuiā cēsere, nec piculo cedēdū, nā pspicue patere, quo tēderēt hostiū cōsilia, decretū Persis esse, suo iperio Scythiā, & oēm Europā adiūgere, posseq; id ex eo ītelligi, q̄ Bosphoro supato oēs gētes q̄ inde ad Istrū iacēt, armis subegissent, quū pacati alioq potuissēt p eas terras ducere. Sed nihil nō sui iuris post se relinq passi sunt, oībus terris impare volētes. Erūtq; nihilo meliore cōditione, siqui nos relinquēdos existimēt, nec eī nobis, magis q̄ cæteris Scythis imminēt psica arma. Vniuersę gēti vult Dari⁹ frēnū īponere, aut hic resistendū est, fortiterq; p libertate dimicandū, aut quocūq; recessu dephēsi, p partes pereundū. Nulli eī dubiū est, pluriū gētium viribus in vnū cōtractis, haud parum ad res gerendas momētum affuturum. Cōtra solutis & ī partes abeuntib⁹ seruitutē aut mortē īminere. Sunt qdē Scythę, velut ī eadē naui, nec multum refert puppis ne an pra obruat̄: vos vero decernite vtrū fati⁹ arbitremini, hic nobiscū resistere, an tā diu piculo abesse, donec incēdiū hoc, quo ardere cœpim⁹, oīa late corripiat. In iis q̄ vitari nō possunt, fortiora cōsilia cautis sunt, & timidis p̄ferēda. Turpe est vinci, sed fugere, vt tardi⁹ vincaris, multo turpius. Hęc Scythę maris accolę, q nominatim bello petebant̄. Geloni, Budini, & Sauromathę, alacri aīo auxilia polliceri. Cōtra Agathyrsus, Neur⁹, Androphag⁹, & cū his Taurorū & Melanchlenorū Reges, stulte se facturos fremere, si bellū qđ sua iniuria alii in se concitassent, ipsi cū periculo exciperēt. Maiores eorū qui auxilia implorarēt, nihil lacessitos Medicam terrā longo bello vexatā armis subegisse. Verūenimuero sua ipsos victoria vsos, neq; p̄dę, neq; celebritatis illius cęteros Scythas fecisse participes, dignū arbitrātes vt soli īperarēt, qui belloꝝ onera sustinuissent. recte qdē vbi labor, ibi pmiū: potiti itaq; sunt imperio, qđ ipsi sibi quęsiuere. Nūc qn̄ Persas deus aliqs ad vltionē excitet: quid est, inqt, cur eos quos īperii & honorū expertes fecere piculoꝝ socios habere velint? aut q ab inferēdę iniurię cōsilio abfuerunt nūc ne illata vindicent̄, sua corpora obiiciāt? Potuisse eos debuisseq; auxilia impetrare, si Medi nulla pri⁹ iniuria lacessiti, Scythiā armis inuaderēt, aut si nō vnū noīatim populū bello peterēt. Verum quia neutrū fieret, irēt, & q cōflandi belli authores fuissent, ipsi periculo suo cōflatū ppulsarēt. nā qđ ad se attineret, quieturos se tā diu pfessi sunt, donec Medicis armis lacessiti essent, tutius fore affirmātes bellū iuste ppulsare, q̄ vltro per iniuriā inferre. Scythę tot gētiū societate destituti, quia acie cōgredi nō audebāt, multitudine bifariā diuisa q̄ lōgissime ab hoste recesserūt pabulis prius corruptis obstrusisq; passim puteis, vñ locoꝝ incolę aquari erāt soliti. Sauromathę iussi sunt, si eo Persarū impetus inclinassent, secūdū Meotim ad Tanaim flumen cōcedere, qui si eo vsq; secuti essent, cum cęteri e vestigio instarēt, carpēdoq; ac lacessendo omnia eunti redderent infesta. Inde Budini, & Geloni, per auersa loca insinuati, vnius diei itinere propius hostem accederent, cui sensim cedendo in eorum fines bellum traherent qui repudiata societate se periculo

Scytharum ars.

subtraxerãt, vt vel inuiti Persarũ accessu arma induere cogerent, ipsiq; bello p hæc alibi incẽso in suos fines deflecterẽt: nulla interim bñ gerẽdę rei occasiõe ꝓtermissa. Scythę ĩ húc modũ bellũ partiti, currus, qbꝰ filios & vxores extulerãt, cũ pecoribꝰ iã antea ꝓcul ablegarãt, dato pastoribꝰ mãdato, vt semp ad Aqlonẽ tenderẽt. Ipsi triũ dierũ itinere ab Istro Persis occurrũt, hic vnius diei spatio ab hostiũ castris metati, oĩa circũ germina corrũpũt. Persę vbi Scythicũ eqtatũ ĩ cõspectu habuerũt, cõfestim in eũ ĩpetũ facere. Cessit ille excõposito, Darianosq; sequẽdi cupidos, a rectiore via ad Tanaim detorquet. Tũ cedẽdo instãdoq; plures sunt dies cõsumpti, demũ Tanai ab vtrisq; superato, labit is ex Ripheis mõtibus in Meotim, oĩs Sauromatharũ regio sine memorabili vllo ꝓlio tumultuosius lustrat, in Budinorũ ĩde agrũ Scythę hostẽ traxere, vbi aliquot Budinorũ gẽtis oppida q̃ vtiq; lignea erãt, cõbusta sũt a Persis. Ex Budinica regione in solitudinẽ septẽ dierũ est ventũ, supra quã Tyssagetę Scythę incolũt: quatuor inde flumina in Meotim decurrũt, Licus, Hoarꝰ, Tanais, cuiꝰ mõ mẽtio facta est, & Gyrges. Darius vbi in solitudinẽ est ventũ cursum inhibuit, castraq; ad Hoarũ metatus plures ibi dies statiua habuit, octo interim vrbes pari inter se spatio distãtes cõdere adortꝰ, ĩpfectas reliqt. Flexit inde ad occasum Medus.

Errores Scytharum & Medorum.

Scythę & ipsi p solitudinẽ circũuecti in Melãchlęnos prio, vt ab initio cõstituerãt, mox in Androphagorũ fines, ceu vi cõpulsi, hostẽ ĩducũt, duobusq; pplĩs p hęc turbatis, in Neuridẽ abeũt, Neuri & ipsi cõsternati fugã faciũt, & iam ad Agathyrsos Scythę de industria cursum intẽderant, quũ caducеatore ꝓmisso vetiti sunt ab Agathyrsis suos fines ingredi, futurum si porro ire tenderẽt, vt ꝓ hostibus haberent. Hæc simul nunciari iubẽt, simul & ipsi ad suos fines insedendos populatiter occurrũt. Ferox illa denunciatio effecit, vt Melãchlęni, Androphagi, Neuri, & cęteri Scythę Aqlonẽ versus, in solitudinẽ cõcesserint. Tũ Darius sequẽdi tędio, equitẽ ad Idãthyrsum Regẽ Agathyrsorũ misit: vt gẽtis illa ludificatiõe belli posthabita, eũ ad acie dimicandũ hortaret, vt vel vno ꝓlio decerni posset, q̃tũ Persę Scythęq; vtriq; alteris virtute pręstarent, vel si bellica virtute cederet, qa cõfligere non auderet, dona sibi vt victori, & dño mitteret, seq; suo impio subiiceret.

Darii postulatum.

Hiades. insulã peragrauere.Sunt Persę & Hiadũ vrbibus quibusdã potiti:in easq nihilo secius q̃ in cęteras sęuitũ.Nam qđ ad Ionas attinet,mares execti sunt,lectissimę virgines ad regẽ missę Ionum seruitutes. Templa subiecto igni cõcremata. Atq in hũc maxime modũ tertio Iones in seruitutẽ sunt redacti:bis olim a Lydis,mox ob defectionẽ a Dario factã.Maritimę copię ex Ionia cũ nauibus profectę,quia dextera ora iam antea Persicis fuerat armis subacta,omnẽ bellorũ vim in lęuũ latus deflexere. Erãt ĩ eo tractu,Perinthus,Sylembria,& Byzantiũ,loca p̃ cęteris illustria,horũ Byzantii,Phœnicię classis appulsu nõ expectato,in ĩteriora Euxini cõcessere.vbi Byzantii Messãbriã condunt. Messambriã cõdiderũt.Phœnices maritimis vrbibus incẽsis,Proconesum,& Artacẽ capiũt, captasq pari clade afficiũt:inde in Chersonesum reuersi,cęteras vrbes,q̃bus primo accessu abstinuerãt,subuertũt,soli Cyziceni,q iã antea sub Persis erãt,eius cladis expertes fuere,& Cardiani q subigi nequere.Horũ p id tẽpus tyrannus erat Milciades Cimonis filius,nepos Milciades. Stesagorę,q a Milciade Cipseli filio,ei⁹ terrę ĩperiũ acceperat.Milciades ille maior a Dolonchis Thracibus ĩuitatus,vt ĩ Chersonesum duceret coloniã,pertęsus Pisistrati tyrãnidẽ,cũ Dolonchi. volũtaria suorũ manu Athenis p̃fect⁹,quẽ Dolonchi locũ ad inhabitãdũ dedere,tenuit:qđ illi facere fuerãt oraculo iussi,quũ de euentu belli,qđ cũ Absinthiis habebant,solliciti Delphos cõsultũ misissent.Pythia ita Dolonchos monuit,vt domũ abeũtes inde sibi colonię in suã terrã ducẽdę authorẽ sumerẽt vbi primo hospitaliter ĩuitati essẽt.Accidit igiť vt Athenis pegre trãseũtes,a Milciade ĩ hospitiũ adducti sint.Vbi ergo ĩ eã terrã venit,ad arcẽdos Absinthiorũ aliarũq gẽtiũ incursus,Thraciã Chersonesum,ab extrema Isthmi ora, ad alterã,sex & triginta stadiorũ spatio,mœnibus cõmuniuit. Is quũ forte Lampsacenis bellũ ĩtulisset,ĩsidiis capt⁹,terribili Crœsi regis ad Lãpsacenos denũciatiõe est dimissus.Caduceator q a Crœso venerat,vbi Lãpsacũ venit:his diciť verbis vsus (erat Milciades ipsi regi charissimus) Nisi Milciadẽ Lãpsaceni viri missum feceritis,denũcio vobis futurũ, vt a Crœso in morẽ pini exteramini.Hic quũ Lãpsaceni ĩter se q̃rerẽt,& qd esset qđ rex se vt pinũ diceret Exterere vt pinum. extriturũ,vix tandẽ qdã grandis natu docuit,naturã eius arboris esse,vt semel excisę nulla amplius subnascatur soboles,sed radicib⁹ intereat,qđ illi excidiũ veriti,confestim Milciadi vincula ademere:Atq ita ille Crœsi est bñficio seruat⁹.Reliquit hic moriẽs Stesagorę filio Cimonis germani fratris e matre regnũ:durãte deinceps cũ Lampsacenis bello, Stesagoras apud curiã,a quodã qui transfugę nomine ad eũ venerat,securi percussus periit. Successit huic Milciades frater,quẽ Pisistratidę ex Athenis cũ triremi miserant in Chersonesum ad res fratris repetẽdas. Ad hũc magnus est Chersonesitarũ cõcursus factus ad Stesagorę casum cũ eo deplorandũ,quibus in vincula coniectis,ipse tota Chersoneso potitus est, conductisq auxiliariis filiã Oloris Thracię regis duxit vxorẽ.At nihilo secius ipse quoq grauib⁹ est casib⁹ iactatus,tertio anno ex quo Chersonesum occupauerat,Scytharũ metu,q Dariano bello ĩritati, hucusq p̃cesserãt,ex ea terra p̃fugit,Scythisq digressis a Dolonchis triẽnio priusq̃ cęteris curis ĩplicareť,fuerat reductus.Is quia eius sentẽtię author fuit,vt Iones põtẽ q Istro fuerat ĩpositus,Dario excluso dissoluerẽt,Persicas opes veritus, vbi Phœnices Tenedũ venisse sensit,cũ q̃nq triremib⁹,quas p̃ciosissimis reb⁹ refserserat , ex Cardia Athenas cursum ĩtẽdit,sed dũ Negritẽ sinũ trãsmissa Chersoneso nauigaret , a Phœnicia classe Milciades Athenas p̃fugit. circũuẽt⁹ ægre cũ quatuor triremib⁹ ĩ Imbrũ,ex Imbro Athenas euasit, quinta in qua erat Metiochus filius maxim⁹ natu,nõ ex Oloris filia,sed alia vxore procreat⁹,capta est,quẽ ad Metiochus capitur. Dariũ missum tãtũ abfuit vt ob patris p̃fidiã rex aliquo malo affecerit,vt domo etiã & fortunis ãplissimis ĩ Persis collocarit.Sed q̃q̃ ĩ Dario mite,vt apparet,fuerit ĩgeniũ,vix tñ tã ĩ eo ornãdo naturã secutũ crediderim,q̃ vt ĩ bello,qđ in Atheniẽses aĩo moliebať,tã iuuenis animũ q̃ patris,ad rẽ opportuni⁹ gerẽdã,beneficio occuparet.Atq hacten⁹ p hęc ĩ Ionas est sęuitũ,quorũ q tãtis cladibus supfuere,vectigales facti ad tp̃s geuere.Sed dũ hęc a Persis in Ionia & Hellespõto gesta sunt,aut certe nõ multo pri⁹,nã ex ĩstituta rerũ explicatione,Romana plurimũ externis sunt a nobis p̃ferẽda,triẽnio postq̃ ad Regillũ lacũ pugnatũ est,neq pax certa,neq bellũ,vt Liui⁹ scribit,cũ Latinis fuit.Dionysius post cladẽ ibi acceptã,quũ adhuc Posthumius dictator esset,legatos ait ex toto Latio Romã venisse, veniã ĩplorantes, suppliciterq ĩ curia petitũ,ne Senatus Populusq Roman⁹,ob vnĩ defectionis crimen, cui⁹ causa penes ciuitatũ principes esset,q suos populares inuitos ad arma compulissent.Latinũ nomẽ ad internicionẽ dederẽt,quin cognitionis originisq suę memores,in societatẽ & amicitiã deditos reciperent. Aut si cũ victa gente tam æquis cõditionibus nõ videretur agere

Regillus lacus. Latinorũ legati ad Roma.Populũ

dum darēt ipsi quas vellent leges,nullas quidem tam duras,& difficiles daturi, quas nō Latini libenter bello prelaturi essent.Hęc quę illos cum fletu,ad pedes Dictatoris obuolutos,multū diuq; precatos,quibꝰ emollita senatus ira,pleriq; patrum prę nimia misericordia lachrymas dederint. Tū vero haud vnā in curia sententiā dictā. T.Largium,qui priori anno Dictator fuerat, pacis veniq; dādę authorē fuisse,& vt parce p̄senti fortuna Po.Ro.vteretur,vt vnius viri,sic ciuitatis ornamentū esse dictitātē,nō corrūpi rebus prosperis, sed moderate suos ferre successus,felicitates hominū p se inuidiosas esse,sed tū multo magis,si miseris & afflictis acerbæ sint, & contumeliosę.Meminisse adhęc oportere nil minus tutū esse volentibꝰ imperare,q̄ arma adhuc tenētē in extremā necessitatē & desperationē adducere,instandū vestigiis maiorū,qui magnū victorię fructū in clementia posuerunt:Id argumento esse q̄ hostium quos vicissent,alios ciuitate donassent,foedere alios,& hospitio sibi publice & priuatim iunxissent,idq; nō in Latinis modo,quos sępius vicerūt,sed Hetruscis quoq;,& Sabinis sedulo factitassent: Debere adhęc imperium qd̄ stabile mansurumq; sit,beneuolētia potius,q̄ vi & armis muniri,cuiꝰ ratio tota in fide & cōsensu patere volentium sita esset,nō in terrore,& sęuitia.Stultum esse ab eo fidem expectare cui libertatem,qua nihil est homini natura charius,ademeris:quare beneficio non sæuitia,societate non seruitio, studio non metu,censere Latinos ad officium reuocandos,quando nulla re homo homini faciliꝰ, q̄ æquitate copuletur,qua sublata neq; foedus,neq; societas vlla diuturna esse posset. Accesserunt huic sententiæ plurimi patrum.

T.Largii verba ad senatum.

Seruius tamen Sulpitius vnum adiiciebat,vt in foedere renouādo dimidium agri Latinis adimeretē,in quem Romani coloni mitterentur,indigenis mixti, velut in vnum corpus Latini Romaniq; coalescerent,sic pax Romano firmior certiorq; futura. Secuta Spurii Cassii sententia longe atrocissima,quę censebat vrbes funditus euertendas,authores defectionis ad supplicium deposcēdos,cęteram multitudinem Romam traducēdam, imitandos conditores vrbis,qui ne Albæ quidem,vnde se oriundos sciebant,quia insanabili esset in se animo,pepercissent,esse inuidiā vitium incurabile,& qd̄ plus omnino,q̄ tolerari possit,suis affectibꝰ indulgeat,augeriq; cum alieno successu,nec nisi clade alterius luctu ve remitti,nec vllo modo expectādum,vt Latini desināt Romanis inuidere,quibus quo magis res vrbis huius florebūt inquit, eo validius illis suspectę erunt & inuisę:Bellaq; bellis serendo,si aliter non queant,variis bellorū terroribus Romanum nomen semper sollicitum,suspensumq; inter bellum & pacem habebunt. Hæc Spurio fremente.

Sp.Cassii sētentia atrocissima.

Dictator & maior pars senatus mitissimam viam ingressi,legatos in curiam reuocatos perhumane benigneq; affati,pacem se daturos polliciti sunt:si q̄ primū captiuis,& trāsfugis Romam missis,Romanos exules suis finibus pellerent. Quod quum sedulo illi fecissent, ex veteri formula foedus est cum ipsa gente renouatum,anno quartodecimo, ex quo reges habere Romani desierant,tum demum Tarquinius Latio eiectus,quum iam nonagenarius esset,Cumas ad Aristodemum Tyrannum se contulit,vbi regno,patria,opibus, priuatus, necessitudinum omnium inops,paucis diebus fato decessit.

Foedꝰ cū latinis renouatum.

Tarqnii interitus.

Liuius triennio,vt dixi,postq̄ ad Regillum lacum cum Latinis est pugnatum,neq; bellū,neq; pacem,cum ipsa gente fuisse scribit , quo temporis spatio, Aulo Sempronio &.M.Minutio consulibus,ædes fit Saturno dedicata,trahitq; in dubium tempora,annalium scriptoribꝰ parū perspicue ea digerentibus,illud interim pro certo ponere ausus Ap.Claudio &.P.Seruilio consulibus,qui annus,vt ipse colligit,quartus a Regillana fuit pugna Tarquinium Cumis mortuum,haud inficiatus fuisse quosdā qui Aulo Posthumio &.T.Virginio,quorum anno cum Latinis sit pugnatum,Appium Claudiū & Seruiliū subiecissent, quibus Consulibus Tarquinii mors Romam sit nunciata. Eodem anno Signia colonia, quam Tarquiniꝰ deduxerat,suppleto colonorum numero,iterum deducta est. Romæ tribus vna & triginta factæ. Idibus Maii ædes Mercurii dedicata.

Ædes mercurii.

Volsci cū quibus Latino bello nec pax fuerat,nec armis disceptatum,quia tamē ex cōfesso in Romanos exercitū cōparauerāt,bello sunt a consulibus petiti. Cæterū inopinata re perculsi.CCC.principū filios,a Cora & Pometia obsides cōsulibꝰ dederūt,q bus Romā reuersis,vix paucis interiectis diebus,bellū occulte reparāt. Hernicis in societatē assumptis,legatos ad sollicitādos Latinorū animos passim dimittūt. Latini post cladē ad Regillū lacū acceptā non solū arma,sed eos quoq;,q se ad ea recipienda hortarent,vehementer odisse,eaq; ira effecit,vt Volscorū legatos iniectis vinculis Romā,cū indicio eorū quę a Volscis pararent,ad consules & Senatum miserint. Id adeo fuit patribꝰ gratum,vt captiuorum sex milia ad Regillū lacū capta,Latini nominis vrbibꝰ remiserint,ac tū demū de foedere cum ipsa gēte renouādo qd̄ ad id tēpus fuerat negatū,vt Liuiꝰ ait,ad magistratꝰ reiecerint. Gaudere tū Latini facto,coronāq; aurea dono Ioui in Capitoliū miserūt. Venit cū legatis multitudo ingēs eorū q Romę seruiuerāt,

Latinū foedus renouatur.

gratulaturi iis, apud quos fuerant, q̄ liberaliter habiti ab his essent, humaneq; in sua calamitate culti, iungūtq; ob eam rem hospitium inter se & amicitiam: factumq; his mutuis officiis, vt nūq̄ Latinū nomen fuerit Ro. imperio coniunctius. Instabatq; nihilo secius Volscum bellum, quū grauis Romæ ob æs alienum orta est inter ciues discordia. Fremebat plæbs, q̄ ipsa foris pro libertate dimicaret, domi fœneratorū iniuria circūuenta, fortunis & libertate spoliaretur, tutam se magis inter hostes, q̄ inter ciues in suum tergum sæuientes, esse multos sui ordinis creditoribus addictos, in diesq; plures addici, apud quos nexis multo miserior sit vita, q̄ si in hostiū manus incidissent. Actum de libertate plæbis esse, nisi præsenti iniuriæ iretur obuiam. Hanc inuidiā suā spōte gliscentem, miserabilis vnius fortuna maiorem in modum auxit, magno natu quidam, squalida veste, fœdoq; habitu, corporis pallore & macie insigni, se repente in forum proiecit, ad hūc visendum multorum factus est concursus. Efferauerat prolixior barba & capilli oris effigiem, verū quia ordinem duxerat, aduersasq; cicatrices honestorum aliquot præliorum testes ostētaret, pluribꝰ noscitantibꝰ, vnde habitus ille tetraq; deformitas, circūfusa multitudo sciscitabat. Tum ille duo se de triginta stipendia fecisse testatus, multaq; pro publica libertate pericula adiuisse, quorum plurimæ toto corpore cicatrices testes essent. Sabino bello fructibus & pecore ab hoste direptis villaq; incensa, ob tributū iniquo suo tempore imperatum, æs alienum fecisse, idq; semel conflatum perpetuis vsuris paterno se agro primū exuisse, mox & auito, inde fortunis aliis, postremo ad corpus velut tabem quandam peruenisse. ductū se a creditore cum duobus filiis, non in seruitutem, sed in ergastulū & carnificinam sæuissimam. Ostentare tergū recentibus verberibꝰ fœdū, multisq; cum lachrymis Quiritium fidem, aduersus ea quæ indigne pateretur, implorabat. Ad hæc visa auditaq;, tanta animorum indignatio orta est, vt toto foro primum tumultuatū sit, clamor inde & trepidatio totam vrbem peruasit, vincti solutiq; in publicum se proripiūt, nullo deest loco volūtarius seditionis comes, discurritur passim totis viis, nec sine periculo patrum, qui tum forte in foro erant, a quibus violandis concita multitudo haud abstinuisset, ni propere consules Ap. Claudius & P. Seruilius opportune ad seditionem opprimendā occurrissent. Tū in eos multitudo omnis conuersa, vincula & sordes corporis ostentare, ibiq; suam quisq; militiam exprobrātes q̄rere an miseri id ciues meriti essent. Irent & senatū in curiam vocarent, se consilii arbitros moderatoresq; futuros. Pauci admodū patrū, qui tum forte in foro erant, in curiam coiuere, cæteri metu se in priuato tenebant. Verū quū nihil per infrequentiam transigi posset, obstrepere multitudo, de industriaq; id fieri, impediendę rei causa, patres non adesse, miserias suas ludibrio senatui esse. Iam & consules haud dubie tergiuersari, vt ea actio ingrata patribꝰ, longeq; odiosa interiecta mora discuteretur. Sęuire itaq; multitudo nec procul abesse, quin cōsularis potestas violaretur: tū demū periculo rei, ne discordia ad cædem prorūperet, frequentior curia facta est. Hic non modo inter patres, sed inter consules ipsos parum conueniebat. Appius homo violento ingenio motū illū vanissimum comprimi oportere arbitrabatur, vno atq; altero ad supplicium arrepto, cæteram multitudinem quieturam. Seruilius iratos animos, lenibus remediis flecti, magis q̄ vi frangi tutius putabat. Afferūt interim tumultuoso nūcio Latini equites Volscos infesto exercitu ad vrbem venire. Is nūcius longe aliter patres, ac plębem affecit, gaudebat hęc pręsenti terrore, deosq; superbiæ patrū vltores adesse clamitabat. Hortabanturq; alius alium, ne darent nomina, satius cum cæteris, q̄ solos perituros. Patres contra ancipiti malo detenti, de salute sua, deq; summa rei vehementer esse solliciti, adeo seditio ex vna ciuitate duas fecerat. Hic quū nihil præ nimia trepidatione expediri posset, Seruilius cui ingenium mitius, magisq; populare fuit, hortatu patrū in concionem prodiit, ostenditq; circunfusæ multitudini causam plæbis curæ patribus esse, iamdudum de eius commodis deliberabūdos sedere, cæterum interuenisse præsenti consultationi, quæ ad partem ciuiū pertineret, maiorem alteram de vniuersa Repub. nec quum hostes haud procul a mœnibus essent, negociū bello præuerti vllum debere, nec si res dilationem patiatur, honestum plæbi esse, nisi mercede prius accepta, nolle pro patria militare, neq; patribus decorum videri, metu & necessitate suorum ciuium fortunis, non volūtate consuluisse, concioni deinde addidit fidem edicto, quo ne quis ciuem Romanū vinctū, aut clausum teneret, imperauit, quo minus edendi nominis apud consulem potestas fieret. Neu quis bona militis, dum in castris esset, possideret, aut vēderet, nec liberos nepotesve eius moraret. Ad id nouū edictū ex tota vrbe factꝰ est ad consulē concursus, vis nexorū ingens ex priuato se proripientiū in publicum processit, magnoq; omniū studio consul legiones in hostē duxit. Tētarūt Volsci Romana castra, an ob seditionem nuper motā, trāsitio aliqua ad se fieret, (Enimuero Romanæ discordiæ fiducia bellū ea gēs re

Discordia ciuilis ob æs alienum.

Seditio ciuilis.

Ap. Claudius. P. Seruilius cōsules

Sedatur discordia authoritate Seruilii.

parauerat,satis constanti phama priusq̃ ulla aperta seditio erupisset, plæbem a patribus alienatam)senserunt vigiles hostium accessum,conclamatumq; est in castris ad arma. Volsci vbi id sibi inceptum irritum cessit,reliquam partem noctis quieti dederũt,postero die, vbi primum illuxit,Romanum vallum ferociter inuadunt.Continuit parumper suos Seruilius,vbi vero sensit signum ab omnibus efflagitari,militem auidum certaminis in hostem emisit. Volsci ad primũ cõgressum fusi,fugatiq;,se trepide in castra receperunt,quibus postea metu relictis cum omni præda Romanus potitus est,inde ad Suessam Pometiam Romana castra admota,quæ paucis diebus capta,prædę militibus cessit.Cæterum dum foris hæc a Seruilio geruntur,Appius cõsul,vt Volscorum supplicium aliis documẽto esset,ne datis obsidibus fœdera violare amplius auderent,trecentos eius gentis obsides in foro securi percussit.Mecetrani Volsci Pometina clade territi Seruilium Romam decedẽtem adeun. pacem implorant.pax illis ex senatus consulto data,ager tamẽ ademptus.Sabini & ipsi non nihil terroris iniecere,subita in Romanum agrum incursione. Tumultus fuit is verius q̃ bellum,nam noctu trepide nunciatum est Sabinos per Ro.agrum ingressos,late omnia vastare circa Anienem , simulq; Aulus Posthumius (Liuius Autelium pro Aulo scribit,fuerat is Latino bello Dictator)cum toto equitatu est in hostem missus.Secutus Seruilius consul,cum robore copiarum.Sabinorum perq̃ pauci sunt in agris reperti.plures quidem cibo & vino graues in villis oppressi,cæteri Romanorum occursum veriti in pacatum trepide abierũt. Res tanta est celeritate confecta,vt nocte vna auditũ sit & finitũ bellum Sabinũ.Dionysius maiore quadam vi & quasi iusta acie in Sabinos dimicatum scribit.Postridie,ne belli aliquãdo materia deesset,legati Arunci senatum adiere,bellum ni agro Mecetranis adempto decederetur, indicturi. Aurũcus exercitus cum legatis domo profectus,circa Ariciam eodem die conspectus, tantam ciuitati trepidationem incussit,vt ne legatis quidem pacate respõderi potuerit.Infesto itaq; agmine in Auruncos itum,nec procul Aricia collatis signis,prospera pugna debellatum est. Ciues paucis diebus toties victores consulis promissa expectabant.Appius cum insita superbia,tum gloriam bello partam inuidens collegæ,primo ne triumphus ei decerneretur author fuit,inde vt eius fidem irritam faceret,ius asperrime de creditis pecuniis dicere.Et iam qui nexi fuerant reddebantur creditoribus,nectebantur alii,tum vero vndiq; ad Seruiliũ concursus fieri,ab eoq; auxilium implorabat ciuitas,rogare obtestariq;,ne ciues suæ fidei creditos fœneratorum crudelitati proderet,sed fidem plæbi datam exolueret. Audire ille preces,cæterum patrum cõspirationem veritus,tergiuersari,ita medius inter vtrunq; ordinem agens neutrius gratiam reportauit. Patres mollem consulem & ambitiosum,plæbs perfidum arbitrari,eoq; odii ciuitas euecta est(Appium enim iam antea oderat)vt orta inter consules ipsos contentione,vter Mercurii ædem dedicaret(siquidem hoc anno secundum quosdam dedicata est) patresq; ad plæbem id decretum reiecissent,additumq; esset,vt cui populus eam dedicationem demandasset,is vrbicæ annonę prę esset, mercatorumq; collegium institueret.Populus consulibus posthabitis M.Lectorio primipili centurioni,ad vtriusq; consulis ignominiam,honorem demandarit.Per hæcq; iam anno circum acto Appius & Seruilius magistratu abiere.Secuti consules Aulus Verginius &.T. Vetusius. Principio huius anni plæbs vno cum patribus certamine ferocior facta,incerta quales habitura esset consules,pars in Exquiliis,pars in Auentino,nocturnos celebrat cœtus,de ea re quũ consules ad patres retulissent,totus ordo in eos inuectus,ipsorum culpa id accidere vociferatur, solutũ esse deiectumq; corpus reipub.consulum ignauia,vnum virum plusq̃ cõsulem in republi. superiore anno fuisse Ap.Claudium,qui eiusmodi cœtus momento temporis discussurus fuerit.His vocibus male habiti consules,quum quæsiuissent,quid patres fieri vellent,decernunt, quando perspicue appareret multitudinem ocio lasciuire,vt q̃ acerbissimũ habeant delectum.Dimisso senatu consules tribunal ascendunt,citantq; nominatim iuniores,quũ ad nomen nemo responderet, negaretq; circunfusa multitudo plæbem decipi posse amplius,nunq̃ militem vnum habituros nisi ciuibus promissa soluerentur,quia haud dubiũ si vis tentata esset, fœdum certamen mouebatur,priusq̃ vltima consules experirentur,in curiam reuersi,iterũ consulunt patres,identidem testari ingentem seditionem excitari,si vi agẽdum sit.Tum ferocissimus quisq; patrum ad eorum sellas progressi,magistratu abire iubent,si imperio vti nescirent,aut metu non auderent. Tum illi,quando vobis ita euenire placet,parati sumus omnia experiri patres,q̃q̃ æquum esset, vt qui intra parietes curię tam ferociter loquũtur adessent.prę̨sentis inuidię aut socii aut spectatores. Cũ hisq; in forum reuersi,quendam de industria qui forte in proximo steterat,citari iubent,qui quũ tacitus staret,eiq; ne violari posset plurimi circũsisterẽt,Lictorẽ cõsules ad eũ mittũt, quo repulso

Volsci aciẽ vincunt.

Obsidum ccc.cædes.

Diuersi bellorũ motus

Appii Claudii ĩ collegã inuidia.

Seruilius patrũ &plębis odiũ icurrit

Aulus Verginius. T.Vetusius consules.

Fœdũ certamen.

indignum facinus fieri clamitātes, qui patrū forte aderāt, ex superiore loco deuolant, vt lictori auxilio essent. Tū impetu a lictore in eos verso, discerpti a multitudine fuissent, nisi consulum intercursu sedata fuisset rixa. Consulibus iterum in curiam reuersis, senatus tumultuose vocatur, postulantibusq; iis, qui pulsati erant, quæstionem, ibi consules tumultum & vociferationem senatui exprobrantes, q nihil plus sanitatis in curia, q̄ in foro esset, sentētiam ordine rogare cœperūt. P. Verginius primus sententiam dixit. Censuit is eorum habendam rationem, qui P. Seruilii fidem secuti, Volsco, Sabino, & Arunco bello rempub. iuuissent. T. Largius haud tempus adesse dicebat, quo merita tantum exoluerentur, totam plæbem alieno ære laborare, haud enim discordiam semel motam sisti posse, nisi vna omnib⁹ consulatur, quia si alia sit aliorum futura conditio, accēdatur magis seditio. Ap. Claudius immitis, & semper plębi maxime infestus, lasciuire magis multitudinem q̄ sęuire pręfatus, ex prouocatione id malū natum dicere, ridere plæbem minas consulum, verius q̄ imperium. Irent & Dictatorem crearent, a quo prouocatio nō esset, tū huius si quis periclitari velit lictorem violare audeat, quum sciat ius de tergo vitaq; sua esse penes eum cuius maiestatem violarit. In hac sentētiarū varietate etsi ferox nimis & horrida Appii sententia videbatur, q̄ omnia in vi reponebat, verum quia Volsci & Equi in armis erant, vt Latini nūciabant, & Sabini iam bellū erāt illaturi, qd ex Crustumeria nūciabatur, tot tantisq; difficultatib⁹ circūuenti patres, consulibus mandant, vt Dictatorem creenr. populari, māsuetoq; ingenio, ne in subita terribilis per se magistratus creatione aliqs maior motus oriretur. Consules. M. Valeriū Publicolæ fratrem Dictatorem dixere. Is proposito edicto, nihil fere a Seruiliano illo superioris anni diuerso (erat adhęc Valeriorū nomen. & ob eiectos tyrannos. primūq; consulatū satis populare, plæbiq; minime formidolosum) iuniores citati, omni omisso certamine, nemen cōfestim dedere, decem legiones conscriptæ, quantus ad id tempus nullus antea exercitus, nec bellum dilationem patiebatur: iā Latini nūciantes suū ab Equis agrum vastari, petebant a senatu, vt aut ipsi legiones mitterent, aut permitterent Latinos per se suos fines tueri. Vetusius (nā nō placebat Latinos arma retractare) cū parte copiarū in hostes primo missus, qui suo accessu populationem inhibuit, cessere. Equi in altiora montiū, magis locorum natura q̄ armis freti. Verginius in Volscos profectus vastatione agrorū hostes in aciem exciuit. Qui cū multitudine abundarent, contemptim iniuere pugnam: Consul defixis pilis iussit suos immotos stare, vbi vero hostis ad manus venisset, vibrarent gladios. Intulerūt se igitur Volsci Romanis, velut metu stupētib⁹, mox vero impressione ex aduerso facta. gladiisq; circa ora micantibus, territi, tanq̄ in insidias pręcipitati, terga vertūt, vbi ne ad fugam quidem satis vires suppetebant, quum temerario procursu nuper inuecti, corpora fatigassent. Fusos igitur Romanus agit, ægreq; fugam molientes facile adeptus, in eorum castra agmine pene mixto irrūpit. Quib⁹ potitus, pergit abeuntis agminis terga carpere, multaq; fugiētium agentiumq; pertinacia, Velitras vtrunq; agmen vno tempore peruenit, quo cōtigit, vt Volsci Romaniq; simul vrbem sint ingressi. Tū cędes ibi ꝑmiscue omnis sexus & ætatis edita, pauci seruati, qui abiectis armis veniam petiere. Hæc in Volscis gerebantur, quum Valerius Dictator Sabinos acie vicit. Equite repente immisso, turbauit primo hostiū aciem, inde cornua late producentes. priusq̄ a pauore animos reciperent, pedites mediam aciem, ordinibus parū ibi apte coeūtibus, inuadūt, inde facilis victoria secuta, fusis hostib⁹ Dictator castris potitus est. Romā deinceps reuersus de Sabinis iterū triūphauit. Locus ipsi ac posteris in circo ad spectandū publice datus. Veliternus ager Volscis ademptus est, Coloniq; Velitras missi. Bellū cū Equis qui se montibus tenebant adhuc integrū erat, fuitq; ea mora militi suspecta, velut de industria bellū traheret, vt priusq̄ Romam itum esset. Dictator se potestate abdicaret, eiusq; promissa irrita vt priore anno Seruilii cōsulis, caderent. Perpulerūt itaq; consulem huiusmodi querelis, vt nō sine piculo in aduersos mōtes agmē temere direxerit. Hostiū ignauia effecit, vt res stulte nimis & ꝑcipitāter mota, feliciter cesserit. Territi Romanorū audacia Equi, castris, quæ arduo munitissimoq; loco habebant, turpiter relictis, in subiectas valles ꝑ victis abierunt. Fuit victoria eo lætior, quo minus expectata prædęq; affatim in castris quæsitum, sicq; triplici bello ciuitas defuncta, tota in domesticorum certaminū euentū sese erexit. Verumenimuero fœneratorū gratia adeo pręualuit, vt quū Valerius in curia de nexis retulisset, quæ prima post reditum fuit illi actio, ostendissetq; quid sibi fieri placeret, reiiciente eā senatu relationē, se magistratu abdicauerit, testatus se ciues, qui ex sua fide ad eā diem pepēdissent, haud spe vana frustraturū amplius, videre tamē, se velut ea q̄ oculis videnē, fore, vt nō multo post optarēt patres, vt tales plębs Romana haberet patronos, qualē ipsi concordię authorem in curia repudiassent. Nā qd ad se attineret, pace foris parta nō esse cur in

Tres sentētię dictę in senatu.

Marc⁹ Valeri⁹ Dictator.

Volsci acie vincuntur.

Capiuntur Velitræ.

Sabini a Dictatore ꝑlio superātur.

Eq vincunē

Valerii i senatū oratio

Valerius se Dictatura abdicat.

Dictatura amplius permaneret, priuatus potiusq̃ Dictator seditioni interfuturus. Eũ curia egressum frequens plæbs fauore est & laudibus domum prosecuta. Satis constabat, quia fidem publicam exoluere non posset, se dictatura abdicasse. Vix crediderim pro concione eum, quod Dionysius scribit, accusasse patrum perfidiam, questumq́ multum de eo ordine, quia septuagenarius esset, excusata corporis imbecillitate, magistratu abiisse. Fuisset id quidem imminenti seditioni, vt citius in apertum erumperet, gradum facere, subdereq́ plebeio furori faces. Verecundior abdicatio illa, quam Liuius celebrat, multoq́ ad multitudinem in officio cõtinendam, salubrior. Patres veriti ne demisso exercitu, occulta rursus consilia, coniuratione aliqua fierent, consulibus mandant, in quorum verba miles iurauerat, vt per causam renouati in Equis belli, legiões vrbe educant. Nec plæbem latuit quorsum tenderent senatus consilia. Confestim ad vim conuersi animi, primoq́ inter milites agitatum, de consulum cæde vt sacramento milites soluerentur, tantum tunc apud omnes valebat sacramenti metus. Docta deinde multitudo religionem non solui scelere, Sicinio duce viro ad id tempus ignobili, iniussu consulũ in montẽ tria milia passuũ ab vrbe, qui fuit post ea sacer dictus frequenti agmine secessit. Dionysius cui libenter accedo author est, legionibus extra vrbem (vt iussi erant consules) ductis, castrisq́ bifariam factis, secessionẽ vtrinq́ Sicinii ductu factam. Fuit hic annus ab vrbe condita ducentesimus ac sexagesimus, ab eo vero, quo libertas parta erat sextusdecim⁹. Hic igitur communito ad tempus loco, pacatę legiones, nihil preter q̃ ad victũ erant necessaria ex proximo sumẽtes, plures sese dies renuerũt. Mutuus interim pauor ciuitatem agitabat. Timebant patres residem in vrbe multitudinem, contra inermis turba a suis destituta, iratũ ordinem vehemẽter formidabat, omnia incerti mutuiq́ terroris plena, nec facile senatus expedire poterat, qua potissimũ via ingressus, præsenti malo iret obuiã, erat q́ suspectior longior mora, ne si ciuili seditioni hostes interuenissent, de summa rei periclitãdum esset, nam & Volsci & Hernici in armis esse dicebant, & Sabini, ne q̃s terror deesset, ipsi quoq́ minaciter bellũ ostentabant. Nulla igitur, nisi in ciuiũ concordia, reliqua spes erat. Eã p̃ æqua & iniqua in ciuitatem reuocandã patres rati, Meneniũ Agrippam siue Memmiũ, vt Plutarchus scribit, virũ multa facundia, & quia plebeis ortum natalibus, multitudini non mediocriter charum, in castra, de reconciliatione acturum, mittunt. Is vbi eo venit, stetitq́ in medio dicturus, fabulari narratione, eaq́ perbreui, ita multitudinis animos versauit, vt continuo ad pacẽ inclinauerit. Sermonis illius summa hæc fuisse traditur. Conspirasse olim in ventrem cętera mẽbra corporis, quũ non omnia in vnum vt postea consentirent. Enimuero ocium illi & voluptatem inuidebant, indignumq́ arbitrari, se omnia vitę ministeria obire, eũ solũ in medio quiescere, ciborũq́ voluptate p̃frui, ambulare pedes, operari manus, audire aures, oculos videre, olfacere nares, linguã loqui, dentes cibum subigere, vnũ ventrem esse in toto corpore, qui nihil nisi voluptatem sentiret, conspiratum ob id a cęteris partibus in hũc vnum, ne ipsius desideriis occurrerent, ne manus cibũ darent, ne os datum acciperet dentesve conficerent, factũq́ hac ira, vt dũ ventrem inedia domare contẽdũt, mẽbra ipsa fint cũ eo extrema tabe consumpta: ac tum demũ apparuisse, ventris quoq́ haud segne in alendo corpore esse ministeriũ, quippe qui suggerens vitalem in omnes venas sanguinem alat ipse potius cętera membra, q̃ ab eis alatur. Atq́ huiusmodi illũ similitudine vsum, plebis irã in patres, qui domi residerent, p̃sentẽq́ seditionẽ, fabulosę illi cõpa rãdo, ita multitudinem flexisse fertur, vt facilis secuta sit recõciliatio, tũ primũ plebi datũ est, vt suũ haberet magistratũ, q sacrosanctus esset, cui auxilii latio aduersus cõsules foret. Diserteq́ expressum, ne patrũ cuiq̃ eum magistratũ capere liceret. Ita Tribuni duo primũ creati. C. Licinius & L. Albin⁹, q tris sibi collegas cooptarunt, quorũ vnus Sicinius seditionis author fuit, qui duo reliqui fuerint parum cõuenit. Et hęc breuiter Liuius vt cętera. Dionysius variis inter patres sententiis certatum scribit, esset ne plebs ad concordiam reuocãda, an qui secessissent pro exulibus habẽdi, atq́ ex Latio & oppidis circumiectis accersendi qui vrbem incolerent, seruiq́ libertate donandi, quib⁹ in bello vterẽtur, qđ fieri oportere Appius Claudius in primis censuisset, homo vehemens, & qui cũ M. Valerio, non solum sententia, sed conuicio etiam in senatu disceptauit, hoc superbiam Appio factionẽq́ exprobrãte, Valeriæ genti illo ambitionem tyrannicũq́ studiũ. Dictã & a Menenio ait primo loco sententiã, quã cũ ferociores patrũ (erat eñ pacis author) minus p̃batent. Sp. Cassii & Posthumii Cominii consulũ, q per secessionẽ magistratũ iniuere: denũciatione territi tãdẽ quieuere, Siquidẽ cõsules interfati, in summo reipub. periculo, quãdo plures in fœneratorũ gratiam turbatores pacis essent, appellaturos se de repu. seniores tantũ, in eorũq́ sententiã passuros senatuscõsultũ fieri. Atq́ ita quiescẽtib⁹ cęteris Menenii sentẽtiã tenuisse, missos in castra ipsum senę

Noua populi seditio.

Secedit plebs in sacrũ montẽ.

Menenius.

Menenii fabulare exẽplum.

C. Licinius. L. Albinus primi Trib. plę.

Sp. Cassius Posthumi⁹ Comini⁹ cõsules.

tentiæ authorē Meneniū.M.Valeriū.P.Seruiliū.Q.Posthumiū Tubertū.T.Ebutiū,Seruiū Sulpi.Au.Posthumiū & Auliū Verginium,omnes prętet vnū consulares,vbi quum legati leniter audax facinus multitudini exprobrarent,cōtra,qui plębis causam tueri,omnē discordię culpā in patrum superbiā,& sęuitiā reiiceret,Menenii fabula tēpestiue adhibita,animos ad pacem inclinasse, nec duos tū primū Tribunos,sed quinq; numero creatos.L.Iuniū cognomento Brutū.C.Siciniū Bellutum.C.&.P.Licinios &.C.Iusilium Riuganum,ac sacrata lege magistratum inuiolabilē factum.

Sacrata lex.

Legis formula talis ad posteros est tradita.Tribunum inuitum tanq̄ vnum e multis nemo vllum cogito agere,neq; verberato,neq; alteri vt verberet imperato,neq; occidito,neq; occidi iubeto.Si quis horum aliquid fecerit,impius execrabilisq; esto,bonaq; eius publicantor ad sacra Ceteris,& qui aliquem hæc agentium occiderit,cædis expiatus esto.Iuratum inde in præscriptū legis,araq; vbi castra fuerūt Ioui metum soluēti erecta,ibiq; sacra peracta sunt,quę res loco postea nomen dedit,vt mons sacer diceretur.

Quare sacer mons.

Hęc Dionysius tanto longiore q̄ Liuius sermone,vt si verbosum vni⁹ stilum mihi sequendum proposuissem, nunq̄ vel sero institutū opus ad exitum perduceretur.Ciuitatis statu in hunc modum pacato,delectu a consulibus habito,Posthumius,collega ad vrbis præsidium relicto,in Volscos legiones duxit,Antiatibusq; Volscis leui prelio fugatis,Longulamq; cōpulsis,oppido breui potitus est.Mox Mucamitem (Dionysius Polum scribit) ex eadem gēte vi cepit,tum Coriolos consul magna vi est oppugnare adortus,erat in his castris Cn.Martius patricio genere iuuenis,valideq; manu prōptus,cui Coriolano,ab pręclaro facinore in oppugnatione illa edito,postea cognomē fuit.

Coriolanus vñ dictus.

Eratq; is forte eo die in statione, quū Volscæ legiones eximprouiso conspectæ,tumultum in castris exciuere.Is cætero exercitu ad excipiendum hostem conuerso,cum iis,quos secum in statione habuit,non solum eruptionem ex oppido factā sustinuit,sed pulsos etiam vi hostes,porroq; ad vrbem fugatos,persecutus,per patentem portam ferox intra mœnia irrupit,cædeq; in proximo edita,ignem temere arreptum, in tecta pomœrio contigua contorsit,quæ res hostibus terrorem,Romanis fiduciam auxit.

Corioli capiuntur.

Fumus procul conspectus clamorq; ex vrbe redditus,speciem sociis prębuit,capti ab Romano oppidi, ita vno tempore Antiates & Volsci perculsi animo,fugati sunt,atq; oppidum captū.Dionysius Martii operā non minus claram in acie eo die,q̄ in expugnando oppido fuisse ait,quippe qui Coriolis captis,ipse ad consulem gestę rei nuncius aduolarit,petieritq; eum sibi locū dari,qua maxime hostes impressionem facturi viderentur,factumq; vt in mediam hostium legionem perrumpens, circunuentusq; magna suorum strage,maiore hostium,tam diu in orbem pugnauerit,quoad milites partim pudore,partim minis consulis victi,in hostem ruentes,refractis cuneo ordinibus,sese Martio iunxerint,ac tum demum hostes,non solum gradu summotos,sed multa cęde strageq; passim edita fugatos.Consul postridie Martiū p cōcione laudatū,falerato equo donauit,& ex captiuis,quos ipse legisset,decem numero adiecit,& magnum argenti pondus,lectasq; ex omni præda primitias.& hæc consul illi magno circunfusę multitudinis fauore & cōsensu detulit,cui Martius quum gratias egisset,equum in vsum belli accipere se dixit,& ex captiuis vnum priuatum hospitem, vt liberum dimitteret ad suos,cęteris muneribus abstinuit.

Martii liberalitas.

Conciliauit ea liberalitas apud milites maiorem adhuc fauorem Martio.Volsci bis acie victi,aliquot oppidis eo bello amissis,quieuere: fœdus deinceps cū Latinis ictum est,vt Liuius & Dionysius scribūt,nec mihi excidit, qđ loco haud multū hinc diuerso scripsimus,post pugnam ad Regillū lacū commissam,fœdus cum latinis renouatum,cuius rei est Dionysius author,Liuius huius tātum meminit,ille vtrūq; posuit.

Fœd⁹ cū Latinis renouatum.

Cuius fœderis forma hæc fuerit.Romanis atq; omnibus Latinis vrbibus inter se pax esto, donec cęlum terraq; eundem habebunt statum,neq; bellum inferentibus vllis tutos transitus præbento,bellū q; gerentibus opem ipsi ferunto totis virib⁹,spoliorūq; & pręde de hostibus communib⁹ vtrinq; æquā sortiuntor partē.priuatorūq; cōtractuū iudicia intra decem dies conficiuntor.His fœderibus nihil addi adimiq; liceat,nisi Romanis omnibus Latinisq; aliquid addendum adimendumq; videbitur.Hæcq; fœdera Romani Latiniq; tunc inter se sanxerunt.

Fœderis formula.

Alter consul Cassius,dum foris hæc geruntur,ędem Cereris,Liberi,& Proserpinæ,quæ supra circum cōstituta est,dedicauit. Eam ædem Dionysius,q est hui⁹ dedicationis author,a Posthumio Latino bello votā, memoriæ prodidit,nec ita multo post adiicit,Latinis feriis diem vnum,in plębeę reconciliationis memoriā additum,quum duo antea omnino fuissent.Quorum vnum Priscus Tarquinius sacrū sanxit,ob Hetruscos a se bello victos.Alterum ipse populus regibus ciuitate eiectis,ob assertā libertatem.

Cereris Liberi Proserpinæ ædes.

Menenii mors.

Meneni⁹ Agrippa q publicę recōciliatiōis author fuit,hoc quoq; āno mortu⁹ ē,re domestica tā tenui,vt sūpt⁹ funeri deesset,extulit eū plębs sextātib⁹ in capita collatis.Mirot Dionysiū scribere eū

consulem vita decessisse, triumpho nuper de Sabinis acto. Liuius Cassio & Cominio consulibus T.Geganium &.P.Minutium statim subiicit, omni interim Sabini belli mentione suppressa, nec quod eam fidem adhuc magis eleuat, ipse.q rei hui⁹ est author, quis illi fuerit collega expedit: & ne non semper idem aliquid a Liuio diuersum proderet, quod ad plebis stipem in Menenii funus collatam attinet, author est, patrum decreto, Menenianas exequias publica impensa instructas, plæbem vero, eam pecuniam, quam in hoc ipsum contulerat, nõ recepisse, sed Menenii filiis in patris memoriam dono datam voluisse. Habuit, quod satis constat, sequens annus. T. Geganiũ &. T.Minutium consules, secutaq; est horum fasces annonæ inopia ingens, quia per secessionem plebis, quę in æquinoctium autumni incidit, agri minus culti fuerant, frumentum primo ex Hetruria aduectum aliqua ex parte vrbicam leuauit famem. Missi erãt qui & in ora Cãpanię, & in Opicis circa Cumas frumentum coemerent, Chalcidenses & Cumei vrbem ipsam condiderũt, vt diuerso est a nobis loco proditum. Dionysius Erethriẽses conditores tradidit, quippe qui procedente tẽpore sint a Gallis & Cumeis eiecti. Mirũ est, quod idem author scribit, sub id fere tẽpus, quo Tarquinius regno excid t, Cumas a Dauniis, Vmbris, & aliis circuniectis gentibus, tantis opib⁹ oppugnatas, vt quingenta peditum milia duodeuiginti equitum vno tempore barbari in armis habuerint, accidisseq; interim prodigium memorabile, q; Vulturnus & Clanis amnes hostium castra præterlabentes, retro flexerint cursum: eoq; miraculo Cumanos in spem bene gerendæ rei erectos, inpugnam egredi ausos, fretosq; locorum opportunitate immensum profligasse exercitum. Nec ita multo post Aristodemus Aristocratis filius cum duobus millibus Cumanorum in Latium (vt ille ait) ad Aricinorum subsidium, qui ab Arunte Porsenæ filio obsidebantur, publico Cumanorum decreto venit, prælioq; circa Ariciã cum Hetruscis conserto, Aruntem interfecit, disiectisq; Tuscorum copiis, posteaq̃ domum venit, primoribus ciuitatis, in quorum manibus erat res Cumana, in curia obtruncatis dominatum occupauit, multitudineq; duabus tyrannicis largitionibus, agri alieniq; æris diuisione, delinita, nobilium liberos in agros relegauit, ciuibus arma ademit, corruptaq; muliebribus illecebris iuuentute, stabilitam his artibus tyrannidem plures annos obtinuit. Nouissime ab optimatium sobole, quæ in agris adoleuerat, nocteq; vna cũ tota domo oppressus periit. Sed hęc postea. Anno eius principatus quartodecimo, quũ phama & opibus floreret, Romani frumentatores Cumas venere. Ibi ab Roma exules, qui eo Tarquinium secuti fuerant, ad iniuriam coorti, probris primo legatos incessunt, inde quum Aristodemus appellaretur, negarentq; Roma. se in mandatis habere, vt de publico negocio vspiam disceptarent, posteaq̃ tyrannum rem ad exules trahere apparuit, nec rem procul ab iniuria abesse, nauib⁹ cum pecunia relictis, noctu quum iam nihil obscure custodiri cœpissent, in pacatũ concessere. Liui⁹ frumentum, quod ibi fuerat coemptum, ab Aristodemo. pro Tarquinii bonis quorum ipse hæres esset, retentum scribit. Nec qui in Pomentinum agrum frumentatum iuerant, hospitalius sunt a Volscis accepti. parum abfuit quin pro exploratoribus sint capti. Fuerant & in Siciliam missi. P. Valerius &. L. Geganius, qui triticum inde emerent, hi tẽpestate iactati in insula hyemarũt, eratq; tum Gelo Siciliæ tyrannus, & non Dionysius maior, vt Macer Licinius prodidit. Enimuero Dionysius octogesimo post anno Syracusis regnauit. Gelonis pmissu Romani libere in Sicilia frumẽtati, ad quinquaginta milia modiorum tritici, cuius partem haud modicam dono a tyranno acceperant, quũ iam. T.Geganius &. M.Minutius consulatum iniuissent, Romam adduxerunt. Nec fames timenda erat amplius, si benigne patres annonam populo remisissent. Cæterum deliberante senatu, quãtũ ex eo plębi dari oporteret, pleriq; patrum, & in his Coriolanus, venisse tempus censebant, quo Tribunatus necessitate patriciis expressus, aliquanto maiore vi a plębe repeteret. Fame domandã multitudinem, quã ipsa sua stultitia fecisset, nisi tribunitiã potestatem patribus remitteret, cur ego, inquit Martius, plębeios in vrbe magistratus video? ego qui Tarquinium non tuli, Sicinium feram? secedat nunc, auocet plæbem, patet in sacrum mõtem via, rapiant si possũt ex agris frumenta, quos steriles & incultos reddidere, vtantur annona, quam ipsi suo fauore fecerunt. Potuisset fortasse in tanta fame plæbs adigi, vt relaxandæ annonæ conditionibus priuo se magistratu spoliaret, sed ferox nimis ea patribus sententia est visa, & vt ferox ita ad ciuitatis cõcordiam parum idonea. Verũenimuero ipsa rei mentio ita multitudinem offendit, vt vulgo fremerent, se velut hostes fame peti, fraudariq; peregrina annona, nisi Cnęo Martio & supbissimo cuiq; patrũ Tri. Plę. dedant, nouũ plæbi carnificem ortum, nouum tyrannum, cui aũt seruiendũm sit, aut inedia pereũdũ. Fecisset impetũ multitudo in eũ curia exeũtẽ, ni pp opportune Tribuni plæbis ei diẽ dixissent, tũ vero suppressa omniũ ira, vbi apparuit factã esse multitudine eius vitę & mor

Menenii in teritus.

T.Gegani⁹ P.Minuti⁹ consules.

Cumarũ cõditores.

Prodigium

Aristodem⁹ Cumis tyrãnidem occupat.

Interit⁹ Aristodemi.

Gelo tyrannus.

Coriolani sñia aduersus trib. potestatem.

Coriolano dies dicitur

tis dominā. Paruifaciebat primo Martius Tribunorū minas, auxilii nō pœnę ius Tribunitię potestati datum prędicabat, plębis eum magistratum esse non patriciorum. Hęc ille. Verum adeo in fense in id iudicium plębs est coorta, vt pspicue appareret, patres fortissimi vnius viri pœna defū gi oportere. Restiterunt igitur aliquādiu aduersa inuidia, totius ordinis opibus in discutiēdo cō cilio vsi, quod vbi parū id processit, in preces versi, a plæbe suppliciter petere, vt vnius viri sibi vi

Coriolanus i exiliū abit

tam condonarent. Ipse quum nihilominus sæuientem videret plæbē, ad diem non affuit, absensq́ damnatus, Antium in Volscos abiit exulatum. Hæcq́ de Martii exilio Liuius. Cæterum odium Martii in plæbem inde Dionysius exordium habuisse scribit, q̄ in petitione consulatus vir ingē

Quę Dionysi[9] de Martii iudicio.

tis spiritus passus fuerat repulsam, secundumq́ eam in annonæ causa insectationem vim a tribu nis illi curia egresso intentatam, ægreq́ patriciorum incursu ab eo viatorem repulsum. Longus deinceps sermo de Martii damnatione trahitur Tribunitiis Senatoriisq́ contentionib[9] refertus, Tribunis patres ad populum criminantibus, q̄ Velitras (nam Velitræ & Orba colonię eo anno patrum decreto ductæ fuerant) plæbis partem ablegassent, vt Veliterno cælo, cuius pestilens aura eo ipso anno omnes fere loci indigenas extinxisset, miseri ciues illuc missi, extinguerentur, & q̄ populum annona fraudarent, vt multitudinem fame adactā, Tribunitia potestate sublata, in pristinam seruitutem redigerent, Martium præ cæteris insectando, q̄ in Tribunitiam potestatē, vniuersamq́ plæbem superbe fuisset inuectus, consulibus aduersa inuidia resistentibus, mitissimisq́ actionibus iratam plæbem lenientibus, recriminantibusq́ Tribunos, vt superbos & insolētes, qui non paterentur integrum esse patribus, in curia quod de republica sentirent loqui, negantibus se natusconsultum vllum factum, vt horrea populo clauderentur, rem ipsam tantum in consultationē venisse. Cæterū q̄a liberius sentētiæ cœptę dici essent in curia Tribunitio furore discussam, paratum esse senatum omnia plæbi, quæ honesta & vtilia essent, vltro exhibere, modo beneficii loco collata, non vi Tribunitia expressa credi vellent. Perseuerasse deinceps ait Tribunos nihilo secius Coriolanum ad populum vexare, ibiq́ pro concione, aliquanto contumacius q̄ antea in plębem & Tribunos Martium coortum, eorum iussu ad supplicium arreptum, consulum tamen interuentu iterum seruatum, sed post Trinūdinū, diē illi dictam, certatumq́ inter patres sentētiis, vtrum patricii capitis iudicium plębi permitterent, Appio Claudio reclamante, seruitutis iugū per speciem Tribunitiæ potestatis haud accipiendum, contra, M. Valerio ad concordiam retinendam, & liberam eius iudicii potestatem populo permittendā censente, identidemq́ illud affirmāte, vel ob id ipsum vnum, q̄ sibi alieni capitis potestas facta esset, plæbem suæ iræ moderaturam Martii præterea ornamenta omnibus nota, pudorem haud dubie multitudini impositura, quicq̄ de eo viro durius statuendi. Atq́ ita demum re populo permissa, vbi iudicii dies affuit, multitudine in vrbem coeūte, Martium intrepida oratione vsum, suaq́ in Po. Ro. merita simul & vulnera, quæ pro patria accepisset, militariaq́ ornamenta, vario animorum motu pro concione ostēdisse, secundumq́ eam actionem a Tribunis accusatum, nec solum quia in plębē fuisset inuectus, atq́ in plæbis magistratum, q̄d ad inuidiam illi faciendam Tribunitiis actionibus sæpe fuerat iactatum, sed q̄ tyrannidem quoq́ affectasset, quod ex eo intelligi posset, quia prędam, ex Antiati agro ipsius ductu captam, non in ærarium retulisset, sed inter eius expeditionis socios partitus esset, vt eiusmodi illecebris, satellitum sibi manu conciliata, commodius ad nefarium scelus aspiraret, atq́ ea re quia credita est magis multitudinis iram accensam, tum non centuriatis comitiis, quę ex Seruii Tulli pręscripto fiebant, in quibus primę classis, quę ex ditissimo quoq́ constabat, plurimum suffragia valebant, sed tributis comitiis, quę ne fierent diu multumq́ consules obstitissent, ex vna & viginti Tribubus, quibus tū dati sunt calculi, nouem pręsentem Martium absoluisse, cęterarum suffragiis perpetuo exilio damnatum. Hęc Dionysius & Plutarchus, quo magis miror Liuium tradidisse Martium, quia ad diem iudicii non affuisset, absentem damnari contigisse. Nec satis intelligo, quid Dionysius author alioqui grauissimus secut[9], crediderit, hoc primum iudiciū ex prouocatione ad populum delatū, q̄ si post partam libertatem adiecisset accederē illi haud grauate, sed excidit illi credo (nā non legisse q̄d scripserat absurdū est dicere) Hostilio rege Marcū Horatiū perduellionis reum a duūuiris ad populum prouocatione certasse, ab eoq́ absolutum. Martii damnatio vehementi dolore patres affecit, cum ob tanti viri exilium, tū quia gradum tribunitię potestati factum videbant, ad vexandam deinceps tristibus iudiciis nobilitatem. Ipse Martius domum reuersus vxorem & matrem muliebriter lamentātes consolatur inde ambas ad liberos & domum concordi animo tuendam hortatus, nemine salutato, Antium in Volscos exulatum abiit, vbi Actii (erat is Volsci nominis longe princeps) hospitium adeptus

breui illi ob hostilem animū,quem in patriā gerebat,insinuatus est Martius.Conferūt itaq; inter Martius &
se consilia de bello in Romanos excitando. Verū quia fieri nō poterat,vt vulgus temere arma to- Actius Tul
ties infeliciter tentata assumeret,arte opus esse rati,vt qđ sua spōte multitudo factura non vide- lius bellum
bať,iniuria & vi aliqua externa faceret,sedulo belli seminariū quęritabāt,in quo reperiēdo, haud quęritant.
multū necesse fuit elaborare,breuis facilisq; via est q̄ ducit ad flagitiū & scelus.Parabanť ex ista Ludi Plębeii
ratione tum forte Romæ magni ludi. Valerius nunc Plębeios,nunc Circenses eos varie nomina- Ludi Cir-
uit.Lactantius Circenses fuisse ꝓdidit. Dionysius eos ab Aulo Posthumio Latino bello votos au- censes.
thor est.Ludoꝝ pompa ex Capitolio p forū in circū maximū mittebať.Rerū apparatus talis fuis-
se tradiť:Equitū filii,quibus ætas apta esset pompę,equis sedentes,quiq; pedibus stipendia factu-
ri erant,suis alis centuriisq; discreti præcedebāt, vt exteris gentibus ostenderēť qualis quantaq;
iuuētutis indoles in spem ciuitatis interim subolesceret,hos aurigę sequebanť,quadrigę,bigæq;,
& equi desultorii.Mox Athletę leuioꝝ grauiūq; certaminū,pudenda tantū velati, cæterum cor-
pus nudi,cursu,palęstra,cęstibus certaturi.Saltatorū deinceps chori,virorū prim⁹,alter pubesce-
re incipientiū,postremus puerorū.Ordine deinde tibicines subsequi,vtres & tibiolas inflātes.Ci-
tharœdiq; lyras septichordes eburneas.& q̄ Barbita nūcupata sunt habētes.Saltatorū cultus,tu
nicæ puniceæ cingulis æreis strictæ,enses lateribus pendentes. Tela breuiora viris. Galeæ æreæ,
cristis insignes.pennisq; excultę.Prębant choris viri singuli saltationis & tripudii modū pręmon
strantes,bellicos motus,atq; vehementes,proceleumaticis & rythmis imitantes.Enoplia saltatio
in his vsurpata,q̄ & Pyrrhica nuncupata est a Pallade,vt creditur,reperta.Alii Curetes eius sal- Pyrrhica si-
tationis authores arbitrati sunt.Enoplios choros.Satyriscoꝝ cœtus e vestigio sequebať.Erāt hi ue Enoplia
in Sylenos & Satyros figurati,cauillabundo motu,ridicula in magnis imitātes. Atq; hūc demū saltatio.
ordinem Tibicines alii & Citharœdi,vario sequebanť cōcentu. Ibant inde q passim thura & aro Satyrisci.
mata thuribulis adolebant,multaq; odorū fragrantia. Deorū simulachra auro argentoq; cęlata,
virorū humeris ferebanť.Tum demū Thensam,summi vrbis magistratus,magna oīm ordinum
caterua,religiose sequebanť.Talis Circēsiū ludorū fuit pōpa,quos tum instaurari contigit,ꝙ qui
dam e plębe homo.T.Latinus siue Tyberius Atinius,vt alii scribunt, per quietē a Ioue erat mo- T. Latinus.
nitus,vt cōsulibus nunciaret,nō placuisse sibi proximorū Circensium pręsultorē,instare vrbi peri Tyberius
culū ingens,nisi darent operā,vt sibi ludi exintegro fierent.Id ille imperiū,quū forte detrectasset, Atinius.
teat,quũ q̃ vltro dantur,huic qui dat dulciora sint,& accipiẽtibus firmiora,q̃ si fuerint vi aut metu expressa.Id vos minime aduertentes,velut mare alienis flatibus agitati,nullum in ciuitate ociũ,nullã quietẽ esse sinitis,quo fit vt nõ tã pax reb⁹ nostris,q̃ bella expediãt: bellãdo enim crescũt ciuitatis opes,pace,& ocio,& domestica discordia soluunt.Q; si cętera senatus decreta salubria ducitis,reipublicęq; necessaria,cur nõ & hoc ipm,vt alia arbitramini?Sin ipm ordinẽ nihil opportune sentire putatis,cur id consiliũ non tandẽ ex vrbe tollitis, ac vos ipsi cõsulitis, decernitis,ĩperatis,omniaq; ad libitũ geritis?Sed paulatim video ipsum ordinẽ dissoluitis,modo vnũ ex illustrissimis,modo aliũ tribunitiæ ĩiurię subiiciẽtes.Quãto satius fuisset ĩ vniuersũ semel ordinẽ inuehi:vt qđ iãpridẽ vester animus parturit,aliqñ pareret?Nec vos hoꝝ maloꝝ causa estis,sed illi qui vos suo furore agunt,impellũt,ꝑcipitant:quippe qui neq; alios norũt regere neq; ipsi regi volũt,quorum temeritate nauis hæc,in qua oẽs sumus,diu antea naufragiũ fecisset,nisi aliorũ prudentia iam latus acclinans erigi cõtigisset.Hæc vobis Quirites siue auditu iucũda sint,siue molesta,tã audacter,q̃ vere a me dicẽda existimaui,satius ratus in libertate mori,q̃ ad alienã voluptatẽ loquẽtẽ salutẽ adipisci.Profuit libera oro innocentię testis,& fiduciæ.Cæterũ Verginius collega in iudicium productus,omnem victoriæ laudem cũ reo participãs,quicqd adhuc minarũ a Tribunis impẽdebat,suo testimonio discussit.Trib⁹ in suffragiũ vocatę,ad vnã oẽs absoluere.Post certamẽ hoc domesticũ,cõtinuo aliud recens est a Veiis exortũ.Sabini ob ea,quę nuper Veientibus feliciter euenerãt, cum Hetrusco arma iunxerãt.P. Valerius ad id bellũ missus,noctu copiis ad hostem perductis,Sabinoꝝ castra,quæ in cõspectu socię ciuitatis erant,primo aggreditur:pugnatũq; non nihil in ipso munitionũ aditu,perpaucis Romano manipulis temere occursantibus. Obtinuerũt nihilominus Romani vallũ,cędesq; ingens totis castris edita est.Multi pręcipiti fuga in Veientiũ castra profugerunt,q̃ haud procul inde erant,vno fere tempore Sabinus Romanusq; illoꝝ portis incidere.Hic maior omnino labor:nã & qui in illis castris erant,cũ Sabinis iuncti,nõ solũ vallũ tueri adorti sunt,sed in apertum erumpentes,ferociter manũ conserunt.Aderat ex proxima vrbe altera manus , clamorib⁹ in auxilium excita:iustoq; prælio pugnabatur,quũ Ro.eques a consule in Hetruscum missus, apertam fecit fugam:ita duo exercitus,duęq; potẽtissimæ gentes,eadem hora (vt Liuius scribit)debellatę sunt.Dionysi⁹ author est ꝑ reliquũ diei,& sequẽtẽ noctem Hetrusca fuisse castra oppugnata.Postridieq; sub lucem a Veientibus relicta,Romanũ occupasse.Consul benigne ꝑdã militib⁹ partitus,vbi hostẽ intra mœnia se tenere vidit,nec spes vlla interim fieret pugnandi amplius in Sabinos transgressus,late omnem eorum regionem prædatus est . Ita cũ victore exercitu ꝑdaq; onusto Romam reuersus,decreto patrũ triumphauit . Erãt tũ Volsci quoq; & Equi in armis,castraq; in Latino fuerãt agro metati,quẽ magna etiã ex parte populatione fœdarant.Eos Latini assũptis Hernicis,sine Romano aut duce,aut exercitu castris exuere, castrẽsiq; ꝑda potiti sunt.Dionysius per id tẽpus ait,vtriusq; gentis copias cum P.Valerio cõtra Sabinos & Veientes stetisse.C.Nautius,qđ satis constat,in Volscos missus,oẽm eorũ regionẽ segete iã in agris flauescente passim corrupta terroris & populatiõis cõpleuit.Habuit sequẽs annus CM.aniliũ & L.Furiũ cõsules.Manilio Veiẽtes ꝑuincia euenere,q̃ bello inclusi,vbi a cæteris Hetrurię populis auxilia ĩpetrare nequiuerũt,pacẽ suppliciter petiere.in.XL.annos induciæ petẽtib⁹ datę,frumento in exercit⁹ alimoniã,& stipẽdio imperato,Manilio Romã venienti,pro curuli triũpho,quẽ petebat,ouatio,q̃ pedestris fuit vt Dionysius interpretat̃ triũphus,a patribus est decret⁹.His consulibus censa sunt Romę cẽtũ tria milia ciuiũ.Cõsules ꝑximo loco fuerunt.L.Æmylius Mamercus & T.Iulius Vopiscus,siue Opiter Vergini⁹,vt Liui⁹ scribit.Hoc anno Genutius Tripl.quũ de lege agraria,cõsulib⁹ impediẽtib⁹,nihil obtinere potuisset, Manilio,& Furio,prioris anni consulib⁹,diẽ dixit.Crimini illis datum,ꝙ decẽuiros ad agros diuidẽdos patrum decreto non creassent.Certi erant patres,rei indignitate moti, pro duoꝝ consularium dignitate,aduersus tribunũ vnũ,totius ordinis opibus certare,& iã frequẽs patriciorum manus in foꝝ descẽderat,tribunitiam actionem impeditura,quũ repente in foꝝ affertur ,Genutium domi mortuũ inuentũ.Perculit inopinatus casus multitudinem,ita vt momẽto temporis dilapsa sit foro,sed Tribunos pręcipuus pauor inuasit,collegę exitu admoniti q̃ parũ ꝑsidii sacratis legib⁹ inesset.Habetur igit̃ a cõsulib⁹ delectus:Tribunis nihil impediẽtib⁹. Ferre id iniquo animo plębs,tribunitiãq; potestatẽ cũ Genutio sepultam fremere.Eundũ obuiã præsenti iniuriæ,nec ad nomen cuipiã respondendũ:mutuis itaq; hortationibus accensi,stat nomẽ nolle dare,mittit̃ interim in Voleronem quẽdam,qui in conspectu stans ad nomen non respon

Peroratio.
Absoluitur Seruilius.
Veientes & Sabini vincuntur.
C.Manlius L.Furi⁹ cõsules.
L.Æmylius Mamercus. T.Iuli⁹ Vopiscus consules.
Genutius Trib.domi interficit̃.

derat,lictor.Negare is se militẽ fieri oportere,q̃m ordinẽ duxisset.Hic tribuni appellati cũ nihil auxilio adessent:prouoco inqt Volero ad populũ.Cęterũ quũ nihilo secius a lictoribus trahere,virgasq; in se expediri cerneret,ꝑualẽs ipẽ corpe,adiutusq; ab iis,q proxime steterãt,lictores a se repulit:tũ vero consules ad vim cohibẽdã e tribunali decurrẽtes,cõcitata multitudie, facile experti sunt,parũ tutã esse sine virib⁹ maiestatẽ.Violatis lictoribus,facibus disiectis,e foro in curiã cõpellunt,incerti,quatenus Volero eēt victoriã exercitur⁹.Cõsulit sup ea cõsternatione ferlatus,q̃stiq; sunt cõsules suã iniuriã.Multæ ferociter sentẽtię efferuẽte ira dictę,vicere tñ seniores patrũ,q ab omni certamine abhortebãt.Hi sedãdã quoquo mõ discordiã,nõ vltiõe augẽdã cẽsuere.L.interim Piuarius,& P.Furius cõsulatũ iniuere.Eo anno matronę plurimę abortũ enixę cõfestim exanimatę sũt:Vrbiniaq; vestalis incesti cõuicta,viua est defossa.Plębs Voleronẽ cõplexa Tribunũ ꝓximis comitiis creauit.Tulit ille ciuiliter priuatã iiuriã,nec(q̃d olim erat expectatio)q̃cq̃ grauius statuit in prioris anni cõsules,q̃ ꝓuocatiõi nõ cessissent.Rogationẽ tulit ad populũ,vt plębeii magistratus Tributis comitiis crearent̃,rẽ specie minime atrocẽ, sed q̃ patriciis potestatẽ p clientũ suffragia quẽ vellẽt Tribunũ creandi,adimebat.Gellius author est,Lęliũ Felicẽ eo libro,quẽ ad Q.Mutiũ scripsit,tria comitiorũ genera Romæ olim vsurpata prodidisse,Curiata quũ ex generibus hoim suffragiũ ferret̃,nomẽq; ideo rei datũ,q̃ curiatim p lictorẽ calarent̃.Cẽturiata,quũ ex cẽsu & ætate fieret,quorũ ratio abũde alio est loco relata,cętẽrũ vt illa p lictorẽ,ita hęc p cornicinẽ calari solita.Tributa reliquũ genus appellatũ,ex regionibus & locis cõflata.Restiterũt summa ope patres,eã actionẽ p cęteros tribunos ĩpedientes.Plębs & ipsi,haud suorũ cõmodorũ oblita:Voleronẽ sequẽti anno tribunum refecit,apparebatq; extremũ certamen cũ plębe instare,q̃d veriti patres ipsi quoq; violentũ infestũq; multitudini cõsulẽ Ap.Claudiũ dedere,cui T.Quintius est collega dat⁹.De turbulẽta horũ administratione,suo postea loco memorabit̃.Proximus liber ea quæ Xerxes rex Persarũ in Atheniẽses,& totam pene Græciam gessit(in hæc enim tempora inciderunt)ordine explicabit.

Volero nouæ seditionis author.

I.Pinarius P.Furius consules.

Vrbinia.

Tributa Comitia.

Curiata.

Cẽturiata.

Tributa.

M.ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIÆ HISTORIARVM AB ORBE CONDITO ENNEADIS TERTIÆ, LIBER SECVNDVS.



DVPLEX bellũ velut hęreditariũ Xerxes a patre accepit.Ęgyptiacũ,q̃d tanta celeritate confecit,vt de eo nihil ab iis rerũ scriptorib⁹, quos sequimur,sit ꝑditũ memoriæ.Europeũ alterũ aduersus Athenienses,& magnã Gręcię partẽ,tã diuerso euẽtu ab priore illo administratũ,vt dubiũ sit verũ maior in eo inferẽdo terror fuerit,an ĩ illato ludibriũ.Bellũ ipm etsi magna ex parte fuerat a patre instructũ summa ope ornare pseuerauit,multis ad id exequendũ ambitiosum sua spõte regẽ impellẽtib⁹,& ĩ his Mardonio iuuene impigro,rerũq; nouarum cupido,ex Gobrye & Darii sorore genito.Sollicitabant & Alebandæ Thessaliæ reges Persarũ in Europã accessum,& Pisistratidæ Atheniensium exules.Iis ille stimulis enixus aliquãto bellũ inferre adortus,quum altero a Darii morte anno Ægyptium inchoasset,miraq; celeritate confecisset,cõfestim illi Europeũ subiecit,q̃q̃ in eo cõparando quadriennium consumpserit.Cęterum ne temere a se initum videretur,frequẽti suorum concilio multa de se magnifice pfatus,quid in animo haberet ostẽdit: cæteris vero assentientibus,ab Artabano patruo monitus dicit̃,ne Mardonii & aliorum vanitatem secutus,Græcos fortissimum genus hoim,vt imbelles cõtemneret,monuisse olim se Dariũ patrẽ eius,ne Scythis bellum inferret,q̃ ex ea gente maius periculũ immineret q̃ futuræ ꝑdæ spes vlla spetari posset.Euentũ expeditionis illius plane ostẽdisse,conducibilius regi fuisse,fratrẽ audire,q̃ temerariũ aliorũ cõsiliũ.Q̃d,ne ipsum quoq; Xerxem talis postea pœnitẽtia subiret,idẽtidẽ monebat,vt iterũ atq; iterũ seipsum rex cõsuleret,q̃ñ recta cõsultatio maximũ deliberanti esset lucrum.Q3 si fortuna etiam consiliũ superasset,quia bene cõsultũ esset,leuiora fierent aduersa.Vides inquit,vt pręgrandia animalia eminentioraq; loca sępius q̃ humilia e cælo feriant̃:Deusq; sublimia & ardua deprimat,nec quicq̃ patiatur ĩ terris diutius insolescere.Res haud dubie properãdo errorẽ pariũt.Nec quia ĩnumeris imperes gẽtibus,alienas opes cõtemnas,sæpe immẽsi etiã exercitus ab exiguis copiis supati sunt,q̃d his paucis annis ad Marathonẽ accidit,vbi sexcenta hominũ milia vnius populi viribus cessere.Nolim in tanta te inchoanda fando mali aliqd ominari:verũ paratus sum cũ Mardonio spõsione atrocissima certare,vt ducat ipse quantas velis copias in Græciã,ac si inde victor redierit,tũ ego cum filiis ex-

Xerxis bella.

Graii belli ĩpulsores.

Artabani consilium.

In celeritate error.

tremo affici supplicio nõ recusabo:si victus,ipse cum suis capite puniat.Ita fore,vt Mardonius suo piculo sentiat,aduersus quales viros Xerxi bellum psuadere cõtēderit. Iniquo animo tulit Xerxes ominosam Artabani sententiā,fuissetq; eius iussu cõtinuo ad supplicium raptus,nisi necessitudo & maiestas homini obstitisset.Fuerat is Darii frater,notauitq; tum illum ignominia vt futurę expeditionis comitē repudiauerit,pfatus fore,vt sine tali comite,destinatum bellum cõficeret,stare sententiā eos vlcisci a quibus Persæ primum iniuria affecti essent,ppositum esse aut agendi certamen,aut patiēdi,aut oīa Persarū sub Gręcis,aut quæ eorum essent sub Persis futura.Nullum esse inimicitiarum medium,nec de euētu belli se nimium sollicitari,qn̄ se in eos bellaturum sciret,quos Pelops Phryx Persarum seruus ita olim subegisset, vt ad sua vsq; tēpora,& regio ipsorum non parua,& regionis incolæ cognomē ab eo tulerint. Sic Xerxes in Artabanum patruum stomachatus,vbi se domum recepit,alia atq; alia pensitando,eo propemodum peruenit,vt Artabani sententia nõ amplius displiceret,& iam de belli cura deponēda secum agitabat,quum somno pressus,p quietē moneri sibi visus est,esse bellum exequēdū,& rursus altero insomnio oleagina corona pcinctum sibi caput videri,cuius oleæ ramis vniuersa occuparet terra.Iā & Artabanus quoq; multis minis per noctē ab incerto dæmone territus,ne pgeret destinatum bellum impedire,regi reconciliatus bellādum cēsebat.Per hęc Xerxes adhuc magis in bellum incēsus,ratus numen etiam ppitium ad id gerēdum sibi affuturū,Athon mõtem a copiis naualibus,q̄ ad Eleuntem Chersonnesi in statione erant,in Isthmo a continente p̄cidi imperat,opus maioris ostentationis q̄ vsus.Quinq; vrbes cum suo monte sunt a continēti ora rescissę,Dion,Olophyros,Acrothoon,Thyssus,Cleone.Euripus Classiarioꝝ opera fact⁹ duarum triremium capax: commeatibus p̄terea ad mare pari studio deportatis,ipse a Critallis Cappadocię(huc eīm edictū erat,vt vniuersę copiæ cõuenirēt)Sardis versus mouit. Haly deinceps fluuio transmisso p Phrygiā Celenas duxit,vbi Mæandri fontes oriunť. Fabulari videť mihi Herodotus,qui hic Sileni Marsiæ pellem,in vtris speciem suspensam,sua ait tēpestate fuisse,q̄ ab Apolline illi detracta diceret. Nec minus mirum: etsi vero ppius,qđ de Pythio Atygis filio memorat.Habitabat is homo Celenis.Xerxē & omnē eius exercitum ob diuitiarū affluentiam hospitio accepit.Miratus rex hominis liberalitatē,sciscitatus est,ecquis hic Pythius esset:vbi Celenium esse,mortaliumq; omnium secūdum se ditissimum haberi cognouit p magno habuit negocio,talem virū appellare.erat eīm iam inde,a Dariana illa in Scythiā expeditione,plurib⁹ notus.Dederatq; tūc ille regi aureā platanū dono,& vitē aureā.Xerxes hominē ad se accersitum,ecquantū pecuniarū possideret interrogauit:cui ille,haud te inquit celabo regū maxime,neq; dissimulare fas est.Posteaq̄ accepi te celerrime ad mare vēturū,volēs tibi ad bellū pecuniā dare,subducta mearum pecuniarū ratione,comperi mihi esse argenti bis mille talenta:auri vero quadragies centū milia,nūmū daricorum septem milibus minus,quę omnia ad vsū belli huius do tibi Xerxes dono:nā mihi victus ex mācipiis & agricolis abūde suppetit. Hęc ille.Cui hilari vultu Xerxes.Ego(inqt)Lyde hospes,ex quo Persidē egressus sum,neminē adhuc sum nactus,q in meū exercitū tali sit hospitalitate vsus,tantūq; auri vltro dono obtulerit.Ob q̄ vicissim ego te meū facio hospitē, & ne ad ista quadragies centena milia aliqd desit, septē milia aureoꝝ nūmū tibi ex meo numerari iubeo.Tu hęc & cętera q̄ ad hunc diē possedisti libere habeto,taleq; te semp geras hortor,neq; eīm vnq̄ pœnitebit te,tuæ in regē liberalitatis.Celenis inde Xerxes digressus,Colossas venit,vbi Lycus amnis hyatū terrę subiēs occuliť, rursusq; post qnq; stadia in apertū euadēs Mæandro infundiť.Inde ad Cydra oppidū promota sunt castra,vbi Cippus a Crœso erectus Lydię Phrygięq; fines disterminās.Hinc p Lydiam ducēs:Calletabū prętergressus,vbi ex myrica & tritico cõficiēdi mellis ratio tenebať,Sardis versus ad dexterā flectens,in pulcherrimam Platanū incidit,cuius specie delectatus,aureo monili donauit,eamq; ppetuo tuendam iussit.Sequenti deinde die Sardis venit:vnde caduceatores in Græciā misit,qui terrā sibi & aquā peterent ab omnibus eius gentis ciuitatib⁹,prętera a Lacedæmoniis,& Atheniēsib⁹,a quib⁹ caduceatores olim ad hoc ipsum missi,in puteos piecti fuerant.Mandat adhæc circa Abydū & Seston,qua vtrūq; littus ab altero septem distat stadia,vt pons Euripo imponereť,quem iam ictum subita dissoluit vis pelagi.Quod qum Xerxi nūciatū esset,indigne ferens,trecenta Hellesponto iussit verbera infligi, compedesq; in imū vadū demitti.Phama est missum ab eo q & stigmata Hellespõto inureret.Satis cõstat eiusdem Iperio colaphos mari icussos,barbaraq; voce increpitū,q Xerxem nihil de eo male meritū lęsisset,ve rū fore vellet nollet,vt ab rege ipo pedib⁹ trāsireť,merito ei vt doloso & amaro flumini a nul-

Xerxis indignatio i Artabanum.

Pelops Persarū seruus

Xerxis somnia.

Athos a cõtinente abscinditur.

Mæandri fontes.

Marsię pellis.

Pythii Celenii diuitiæ.

Lyc⁹ amnis

Platan⁹ aureo monili ornatur.

Xerxes verbera īfligit Hellespõto.

lo sacrificari.Et Xerxes in hũc modum sęuiit in Hellespõtum,manifesto barbaræ vanitatis ar
Pons mari ĩponitur.
gumẽto.Qui põtẽ fabricati fuerãt extremo sunt supplicio affecti.Pons duplex inde mari ĩposi
tus,sexcẽtis septuaginta quatuor triremib⁹ biremibusq; tenaci nodo cõnexis,codices ĩde ligno
rũ in latitudinẽ ratis adęquati,nauibusq; instrati sunt,supneq; cõnexi,mox & materia cõgesta
munitis vtrinq; lateribus,ne iumenta & equi maris aspectu exterrerent̃,hyemeq; p hæc exacta
Eclipsis sol.
ineunte vere,cũ toto exercitu ad mare descensurus,magno est ostẽto territus. Sol sereno cælo
sese repente subtraxit,noxq; terris inducta est.Sciscitatus rex Magos de pdigii ratione,ad Gręcos
ptinere responderũt,quoꝝ id numen esset,vt Luna Persarum,defecturũ haud dubie Græ
cię terrę statũ.His rex cõfirmatus,quũ iam ex Lydia motur⁹ esset,Pythius hospes ab eo pcat⁹
est,vt ex quinq; liberis qui Medica signa sequerent̃,maximũ natu sibi relinqueret,qui se iã gra
uem ætate in re domestica administrãda iuuaret. Tulit id Xerxes iniquo aĩo,omen vt credere
par est, auersat⁹:Pythioq; amarissimis verbis increpito,ꝙ extra tot mortaliũ sortẽ,filiũ sibi po
nere esset ausus,psertim quũ rex & regis liberi psenti essent bello affuturi, quẽ sibi pater depo
Pythii fili⁹ dissectus.
poscerat,in duas ptes dissectũ,dimidiũ hoc ad dexterã viæ,reliquũ ad lęuam statui iussit,exerci
tũq; per hominẽ ita dimidiatũ traduxit.Sardibus digressum duplex Persarum equitum ordo
Ordo copiarum.
duplex & peditũ seq̃batur,ipse curru sedebat,cui Hysei equi erant iuncti.Est Medicæ regionis
cãpus ingens,vbi prægrãdes alebãtur equi.Præibatq; regiũ currũ venerabilior alter Ioui sacer
Currus Ioui sacer.
quẽ octo equi candore insigni trahebãt.Post Persicos ordines reliquus promiscue exercit⁹ age
bat̃.Primo ad Caicum flumen ventum:inde per Thebęum campum, & Antandrũ in Iliensem
terrã descendit,vbi sub Idæ radicibus exercitũ pernoctantem grauis e cælo tempestas est ador
ta,ita crebro fulminũ casu,vt plęriq; exanimati sint,inde ad Scamãdrũ rex processit q impares
Scamander epotus.
potãtibus Medis aquas habuit.Est Scamander qui & Xãthus,vt Plato demõstrat,ex Ida orit̃
Iliũq; pterlapsus Hellesponto apud Sigæum infunditur,nec Simoenti miscetur vt quidã falso
arbitrant̃.Xerxes Iliũ ascẽdit,vt Priami vrbẽ inuiseret,ĩmolauitq; Iliacę Mineruę boues mille:
Mille boues ĩmolat Xerxes.
Ilio digressus,pter Rhethion iter ad mare intẽdit.Inde p Ophyrnũ & Dardanũ in Abydenos
descẽdit campos.Erexerant illi Abydeni aliquãto antea prętoriũ,ex candido lapide,loco paulo
editiore.Vnde & mare nauibus coopertum,totãq; planitiẽ bellatorũ multitudine oppletã rex
cõtẽplatus,& se felicẽ testat⁹ est,& lachrymas in tam lętum spectaculũ dedit . Aderat tũ forte
Xerxis lachrymæ.
illi Artabanus patruus,q vbi & ipse est belli author fact⁹:pristina ignominię nota abolitã.Gra
ię expeditionis comes a rege ductus.Is intẽpestiuas Xerxis miratus lachrymas,duos(inqt)rex
diuersos animi affectus p te fers vno tẽpore,gaudiũ quũ te vere beatissimũ pdicas,tristitiamq;
& moerorẽ illachrymans,nisi lachrymæ illæ,prę nimio,vt fit,gaudio manãt . Reputabam(rex
inquit)mecũ,q̃ breue sit humanę vitæ spatiũ,subiitq; nostræ sortis miseratio,ꝙ tot hoĩm mi
lia,quot subiecta oculis habemus,ante cẽtesimũ annũ sint ad vnũ interitura.At miserabiliora
Arbatani sermo.
his in vita patimur(inqt Artabanus)ꝙ in tã breui etiã vita,nemo adeo felix extitit,cui nõ sæ
pius subierit animo moriẽdi voluntas.Calamitates & morbi crebro vitã pturbãt,efficiũtq; vt
quũ breuis sit,nimis tñ longa multis videat̃:estq; ob id mors optatissimũ tristioris vitę perfu
giũ,sed qa dulci quodã rerum gustu hãc natura respersit:fit certe vt minus illa homini videa
tur optabilis.Hic Xerxes,vera sunt ista q̃ prędicas Artabane,sed age nũc,& quia iucũda in ma
nibus habemus,nulla tristiũ fiat mẽtio.Illud poti⁹ dicas velim,nisi nocturna te species illa a p
posito reuocasset,poeniteret te hodie suscepti belli,quũ tãtũ rerũ apparatũ habeas oculis sub
iectũ?Poeniteret inquit,ac nescio quonã modo in dies magis pertimesco,ne grauem aliquẽ hoc
bello sæuiẽtis fortunę experiamur impetũ,duoq; me magnope terrent,& ꝙ scio nullũ esse por
tũ,qui tam numerosę classis sit capax,ꝙ si sit in anchoris standũ,cælũ & aquę formidandę sint
nec terra vlla nobis petẽda,q̃ tã validum possit alere exercitũ,quo fit vt pręter bellorum casus
q incerti & varii sunt,fames magnoꝝ exercituũ teterrima pestis sit timẽda.At vir ita demum
optimus est,qui deliberãdo,quę accidere possunt,pręuidet,puisa põderat & meritur,ac q̃ ĩ his
solers sit,tã in illis gerendis audax & inuictus.Secundũ eum sermonẽ plura Xerxes subiecit,q
metũ eleuabant:Sũma tamen ea fuit,vt diceret satius esse omnia alacriter aggressum,dimidiũ
ęrumnarũ pati,q̃ omnia præsumpto metu,etiã si pspera sint,sollicitudine corrũpere.Nec illud
Artabanus obtinuit,vt Ionũ opera Xerxes eo bello nollet vti;quippe qui ob veterẽ cũ Græcis
Traiicitur exercitus.
cognationẽ,merito suspecti essent.Nec ita multo post exercitus Hellespõtũ duplici põte supa
uit.Eo qui in Bosphorum spectabat,equites & peditatus oĩs traductus; altero ad meridiẽ ver
so iumẽta cũ impedimẽtis.Verũ priusq̃ Hellespõtus sit superari coeptus,mane Xerxes soli sa

crificans vota fuſcepit,ſi ſine aliqua maiore clade Europã ſubigere cõtigiſſet.Peracto ſacro au
reũ craterẽ in mare ꝓiecit,& cũ eo Acinacẽ(eſt is Perſicus enſis)dubiũ,Soli an Helleſponto,ꝙ
priſtini facti pœniteret.Septẽ dies & totidẽ noctes ſine intermiſſiõe in trãſmittẽdo exercitu cõ
Prodigia regi oblata. ſumpti.Tetrũ regi & q cũ eo in Europã ſuut tranſgreſſi confeſtim eſt ꝓdigiũ oblatũ,quo recte
cõiectãtibus ꝓſpici potuit,qualis futurus eſſet eiꝰ belli exitus.Equa leporem eſt enixa,aĩal fu-
gaciſſimũ,& quum Sardibus adhuc eſſet Xerxes,mula eſt mulum enixa ambiguis genitalibꝰ
ꝑditum.vtrũq; oſtẽtũ Xerxes iuxta aſpnatus:pergit exercitũ porro agere,ducebatq; terreſtris
Melane epotus. copias p Thraciã Cherſonneſum,vbi Melane flu.q & Niger dici potuit,aquãtibꝰ non ſuffecit
copiis,trãſmiſſo amne,ad ſinũ cui id flumẽ dedit nomen,Medus iter flexit,vbi vero in Doriſci
cãpũ ventum eſt,locus haud inhabilis viſus eſt ad recenſendas copias . Exercitu itaq; per ptes
Xerxis copiæ. recenſo,habuit terreſtris apparatus Myriades cẽtũ ſeptuaginta,q numerꝰ habet decies ſepties
centum armatorũ milia,eſtq; ſummę author Herodotus,Trogus decies centena milia fuiſſe ꝓ
didit.Erãt ſub ſignis Perſę.Cephenes olim a Gręcis dicti,a ſe ipſis Artei, Perſeus Danaes filiꝰ,
Gẽtium & ducũ noĩa. ſiue Perſes Perſeo & Andromeda genitꝰ,vt quidã ſcribũt,ipſi genti poſtea nomẽ dedit.Erãt &
Medi.Hircani,Aſſyrii,quos Gręci Syros dixerũt,& cũ his Chaldęi,Bactrii,Sacę Scythicũ ge-
nus Indi,Arii,Parthi,Choraſmii,Sogdii.Dadicę,Pactyes,Vtii,Myci,Paricani,Arabes,Æthio-
pes,Pœni,Paphlagones,Lygies,Macieni,Mariãdyni olim:mox a Lydo Atyis filio nomẽ adepti,
Myſi,Bithyni ex Thracia ꝓfecti,Strymoniiq;,Cappadoces,Phryges olim quũ Europei Mace-
donũ accolę fuere,Bryges dicti,Lydi & ipſi Meones olim a flu.nũcupari,Minyę,Moſchi,Tiba-
reni,Mocrones,Moſynœci,Colchi,Alarodii,Aſpires,& cũ his Inſulanæ gẽtes,ex rubro mari.&
hi terreſtria ſequebant̃ ſigna,erãtq; ſingulis gẽtibꝰ ſui duces.Copiarũ tñ oĩm imperium penes
Mardoniũ fuit Gobryæ filiũ,& duos Xerxis patrueles Tritantechmẽ Artabani,q bellũ ab ĩi-
Triremes. tio inhibuerat,& Smerdomenẽ Othanis filiũ.Triremes fuere mille.CCC.& amplius.In q̃bus
Phœnices erãt.Cyprii.Cilices,Pãphilii,Lycii,a Lyco Pãdiõis filio:Dares,Aſiatici,Cares,Iones,
Aeoles,& Helleſpõtii.Nauiũ ĩperium habuit Prexaſpes , Aſparhemis,Megabizus,Megabatis,
Achemenes,& Arabignes Darii filii.Aderant & ſui duces ſingulis claſſibꝰ,q horũ ĩperio pare
Arthemiſia bãt,& in his Arthemiſia Lygadamis filia.Paternũ illi genꝰ ex Alycarnaſſo,ex Creta maternũ.
Mauſolo nupſit,quo vita defuncto,quũ pupillari filiũ ętate ex eo aleret,ne accerſita q̃dẽ,quĩq;
naues ad bellũ optime inſtruxit.Nullius ducũ,neq; cõſiliũ,neq; in ꝓlio opa fuit illuſtrior.Xer-
xes vbi terra mariq; copias recognouit,immẽſa rerũ opulẽtia exultãs,Demarathũ regẽ,q Lace-
dęmone eiectus exul ad Dariũ venerat,ꝑcõtatus eſt,an tota Gręcia eẽt tãti,vt tuto eã vim ho
minũ expectaret.Ille medio belli apparatu Lacedęmonẽ ad magiſtratus literas dederat, q̃bus ſi
gnificabat,quãta belli moles Gręcię ĩmineret.Cęterũ Demarathꝰ vt occultiꝰ res tãta ad ſuos
ꝑferret̃,tabellę Gręcis literis notatę cęrã ſupinduxit,a Xerxe igit̃ rogatus,vt vete fortaſſis ita
parũ opportune de ſuorũ virtute locutus,vehemẽter regis animũ offendit.Sũma eiꝰ ſermonis
Demarathi verba ad Xerxem. hoc de Gręcis ad regẽ habuit,vt diceret Gręciã ſemp paupertatis fuiſſe alumnã, hoſpitẽq; virtu
tis,quã a ſeuera diſciplina ſibi ab initio aſciuiſſet.Cõflicturos,vt de ſuis ciuibus loqueret̃:Spar
tiatas mille,ſi nõ ſint plures,aduerſus oẽm Medorũ exercitũ,atq; id patria lege facturos,q̃ iube-
ret aut vincere,aut mortẽ occũbere.Ex Doriſco Xerxes ꝓfectus:Samothraces ꝑtergreſſus mu
Lyſꝰ amnis defecit vt Scamander ros,ad Lyſum amnẽ venit,cuius aquę & ipſę frequẽti aquatione defecerũt.Poſt Lyſũ ꝑter Ma-
roneã & Abderã ad Pyſirũ Medus proceſſit,hic iumẽtis dũtaxat potãtibus,ſexaginta ſtadiorũ
Pyſiriũ ſtagnum. ſtagnũ exaruit,Per Thraciã inde ꝓgreſſus,poſt Pieres dextrũ Pangeũ habẽs,ad Strymonẽ flu-
uiũ ꝓuenit,vbi albis equis magi patrio ritu litauere.Mox ad locũ eſt ventum vbi Strymõ erat
pontibꝰ iũctus. Erat hic locus quem nouem Hedonorũ vias accolæ dixerũt,totidẽ ibi pueros
virgineſq; indigenas viuos magi defodere,dirũ ritũ & execrabilẽ,cęterum Perſarum gẽti pecu
liarẽ viuos humare.A Strymone per Biſaltiam ductꝰ ad Acãthũ cõſedit exercitꝰ, vbi Xerxes
Artachees. Artacheem amiſit virũ genere Achemenidã,cui quatuor digiti fuere ad quinq; regiorum cu-
bitorũ longitudinẽ.Vniuerſus defuncto exercitus tumulũ cõgeſſit.Ex Doriſco ad hæc loca in-
Tripertito duxit Xerxes. ſtructus ꝓceſſerat exercitus,inde locorũ difficultatibꝰ tripertito ductari cœpit . Mardonius &
Maſſiſes ſcđm mare claſſem ſecuti ſũt:Techaes & Gergis remotiſſimũ a mari iter ingreſſi,in
ter vtroſq; Xerxes ſuũ egit agmẽ.Naualis exercitꝰ poſtq̃ a rege diſceſſit,ꝓfoſſam ad Athõ na-
Pallena. uigauit,ꝑteruectuſq; Amphelon & Toroneum promõtoria ex Sitonię ora,& mox ex Pallena,
q̃ & Phlegra olim dicta eſt,cõmilitiũ accepit:Croſſeam orã Thermeo ſinui cõterminã perſtrin
gens,qua Axius mari infundit̃:cõſtitit hic claſſis iuſſa regẽ expectare.Ipſe ex Acantho ꝓfectꝰ,

per Peneium agrum & Crestonicum iter faciens,super Chidorum amnem Leones, nullo alioqui homine aut iumento violato,in Camelos qui commeatum portabant impetum dedere. Sunt his locis Leones multi,sunt & agrestes boues vastis cornibus.Leonũ termin⁹ est Nestus flu.& Achelous,q per Acarnaniam fluit,si vera scribit Herodotus,vltra Acheloũ ad occasum in Europa indigenam leonem vidit nemo,neq; vltra Nestum ad ortum.Xerxes vbi Thermam venit,vnde & Thermęus sinus,substitit inter Bottietidem & Macedonicũ agrũ. In his quoq; locis Echidorus amnis Xerxianis copiis impar fuit aquantibus.Rex a Therma Sidonia sedens naui ad Peneii ostium visendum nauigauit.Labitur Peneus in mare inter Olympũ & Ossam mõtes angusto meatu.Tempe eam intercapedinem vocant.Tradunt Thessaliam,quia continuis sit montib⁹ circundata lacum fuisse olim,priusq̃ Peneus exitum sit adeptus.Sed vehementi ne aliquo motu terræ id acciderit,quod ipsi indigenæ persuasum habuisse videri possunt,qui duorum montium dissidium ad Neptumnũ motorem terræ referebãt.An Herculis(qđ quidã scribũt)alteriusve mortalis id opus credi oporteat,nõ habeo dicere .Xerxes locũ cõtẽplatus retro ad exercitũ abiit.Vbi præsto illi affuerunt legati,quos a principio miserat in Græciam.Populi qui per terram & aquã legatis dedıtam imperiũ accepere,fuerũt,Thessali,Dolopes,Æmenses,Perrhebei, Locri,Magnetes,Melienses,Achei,Phthiotæ.Thebani,cæteriq; Bœotii pręter Thespiẽses & Plateenses,qui cũ Gręcis aduersus barbaros percusserant fœdus.In fœdere ita erat expressum,vt quicunq; græci, nulla necessitate adacti,sese Medisdedidissent,eorũ decimus quisq;,reb⁹ gręcię bene constitutis, sacer deo esset.Athenas & Spartã non miserat Xerxes,quoniã a Dario patre olim missos in profundissimũ puteum præcipites egerant,iubentes inde eos terrã Regi & aquam quęrere.Spartani quum post legatorum necem deorum iram incurrissent,nec aliquo modo lætiora exta obuenirent,publico decreto statuerunt,suorũ sanguine barbaro satisfacere,repertiq; sunt duo Spartanis,& Bulis,qui se pro patria vltro morti deuouerunt.Mirum est quod de amborum constantia Herodotus scribit,in maritimã Asię orã appulsos,vt inde Susa ad regẽ irent,pœnas p Spartanis omnibus & supplicium expensuri,quum ab Hydarne regis præfecto,hospitio accepti,ad persarũ imperium recipiendũ hortarent̃,respondisse dicuntur, Hydarnem non intelligere,quid suauitatis haberet libertas,quam si aliquãdo delibasset,suasurũ Spartanis fuisse,vt nõ solũ hasta,qđ facerent,sed securi etiã pro ea dimicarẽt:inde in Persidem profecti,ne adigi quidẽ potuere vt regem Persico more adorarent,quin ambo contumaciæ & fiducię pleni ad eius conspectũ constituti,se ad suppliciũ & pœnas,pro legatis lacedæmone peremptis,publice exoluẽdas, venisse testati sunt. Digni quorum memoria ad posteros duret,sitq; æuis omnibus mansura . Negauit Barbarus se Spartiatarum exemplum imitaturum,per quos ius esset gentium violatũ,atq; ita eos intactos a se dimisit.Nec Græcia tantam bellorũ procellã clausis,vt dici solet,excepit oculis,quin Atheniẽses qui præ cæteris proximi inuidiæ erant,phama eorũ quę pararent̃ ab initio perculsi,Delphos de futuro statu ciuitatis consultum miserant.Minacissimũ oraculum primo loco redditum,adeo ciuitatem exterruit,vt rursus legati sint Delphos missi,cum olearum palmis veniam imploraturi.His Aristonice Pythia pluribus carminib⁹ respõdit,in quibus hæc fuere.Iuppiter e ligno muris tritonida donat.Qui soli inuicti tibi sint natisq; saluti.Id oraculũ,quum alii aliter interpretarẽtur,Themistocles Neoclis filius,numẽ significare ostendit salutem ciuium in nauib⁹ esse. Ornandam pro mœnibus classem,in ea Atheniensium salutem contineri.Tenuit ille huiusmodi interpretatione,vt oẽs naues q̃ ad Æginiticũ erant bellũ decretę,in hos casus instruerent̃.Placuit ĩterea mittere,q in Medorũ castra penetrarẽt(venerat iã in Lydiã Xerxes) hostiũ copias exploraturi.Hi deprehensi,non modo nõ suppliciosunt aliquo affecti,sed oĩa oculis lustrare iussi sunt, incolumesq; dimissi.Adeo Xerxes suis opibus confisus,in certa spe victorię erat,vt ne hostes quidem eas latere voluerit.Miserũt Atheniẽses Argos,miserunt & in Siciliam ad Gelonem tyrannum Dinomenis filium,in Cretam quoq; & in Corcyram missi sunt legati.Argiui odium suum in Lacedęmonios pretendentes,cum quibus vetus erat certamen conflatum,publice cõfessi sunt malle se a Barbaro sibi imperari,q̃ Lacedęmoniis cedere , q̃q̃ iam antea haud obscuri rumores erant,Argiuos cum Xerxe fœdus occulte ictum habere,veterem cum Persis consanguinitatem secutos,quum a Perse oriundi dicerentur,qui Persei Danaes & Andromedę Cephei fuit filius. Gelon ad quẽ legati in Siciliam venerant satelles fuit Hippocratis,qui Cleandri Patarei fuit frater,septem annos Cleander Gelę Tyrannidem exercuit . Hic igitur bellis quibus Hippocrates, post mortem fratris,Zancleos & Leontinos superauit,magnumq; cum Syracusanis bellum gessit,Gelon quia strenuam tyranno vbiq; operam nauasset, prefecturam equitum primo adeptus

v

Margin notes:

- Vbi leones ĩ Europa.
- Echidorus epotus.
- Tempe.
- Thessalię situs.
- Populi q terrã & aquã hostibus dedere.
- Spartanis & Bulis.
- Verba pro libertate.
- Xerxes deditos nõ recepit.
- Oraculum Pythię.
- Exploratores dimissi.
- Argiui Persarũ consanguinei.
- Gelon.

in qua administranda adeo Hippocratis opes auxit, vt præter Syracusanos, quos ad Elorũ amnẽ prælio superatos Corinthii, Corcyreique, ea conditione liberarũt, vt Camerinã, quæ ipsorum fuit, Hippocrati traderent, cæteras circumiectas vrbes vi & armis tyranno subegerint. Sed Hippocrate ante Hiblam cadente, huius liberis tutor relictus ad se Gelon principatum traxit. Nec ita multo post, per Syracusanos exules a plębe eiectos, ab eoque restitutos, Syracusis est potitus. Tum vero Gelæ principatũ Hieroni fratri permisso, ipse iam inde Syracusis fuit, quã vrbem magnopere auctam reddidit. Geloos & Camerinos euersis eorum vrbibus, Syracusis traduxit. Megarensiũ deinceps locupletissimos quosque, qui vltro ei bellum intulerãt, ad deditionem compulit. Ad hunc Gelonem Lacedæmoniorum & Atheniensium legati venere, societatem & auxilia aduersus Xerxem petituri. Gelon etsi eo bello, qđ haud multum antea in Egestanos & Carthaginenses gesserat, nulla a Gręcis auxilia impetrarat, ea tamen cõditione ducentas triremes, cum. XX. milibus armatorum est ad bellum pollicitus, si sibi maritimi vel terrestris exercitus imperiũ detulissent, idque legatis aduersantibus, prędicantibusque milite non duce gręcos indigere, renidẽs Gelõ, vos inquit græci habetis qui apud vos imperent, at qui imperantibus pareant nõ habetis. Ite igiť hinc retro vestris ciuitatibus renunciaturi, ver ex anno illis exaruisse, & ex Sicilia hæc a Gelone relata. Putarunt quidam negata a Gelone auxilia, ob bellum, quod ei cum Carthaginiensibus, & aliis plærisque populis instabat, a Terillo Himerensi conflatum. Qui tyrannide eiectus a Terone Agrigẽtinorũ principe ex Phœnicibus, & Pœnis, & alia gentiũ colluuione, ad. CCC. hominũ milia cõtraxerat, duce Amilchare Annonis filio Carthaginẽsiũ, vt Herodotus ait, rege, fuisseque Gelonẽ eo die victorem in Sicilia victo Amilchare, quo & græci ad Salaminem aduersus Xerxem dimicarũt. Erat Amilchar Carthaginẽsi patre natus, matre Syracusana. Mirũ qđ de eo rerũ scriptores memoriæ prodiderunt, eum acie victum, e conspectu ablatum, nec vsq̃ gentium viuum, aut mortuum extitisse amplius. Carthaginẽses memorare soliti dicuntur, p̃lio a prima luce ad crepusculum noctis extracto, quum Amilchar tum forte sacrificaret, accensa pyra, vbi suorũ fugã inclinare vidit, se viuũ in eã iniecisse. Corcyrei se opem graciæ laturos polliciti. LX. triremes ad bellũ instruxere, q̃ circa Tęnarõ sedẽtes, Salaminiæ pugnæ nõ interfuerunt, noluerint ne adesse Xerxianas opes veriti, an p Ethesias, vt ipsi postea p̃dicare soliti sunt, nequiuerint, haud quispiã in re tã vetusta facile dixerit. Nec Cretẽses auxilio fuere, exprobrata illis ab oraculo velut ignauia q̃ cæteras gẽtes tueri aggrederenť, Minoem regẽ suũ vlcisci nequissent. Obsedere eñ Cretẽses Camicum quinquẽnio in Sicilia, vnde quũ infecta re abscessissent, Italiæque orã nauigarẽt, tempestate disiecti, vbi fractis nauibus spem in Cretam abeundi sibi omnino ademptam viderunt, mutato nomine se pro Cretibus Iapyges & Mesapios vocitantes Hiriam condiderunt. Thessali quia non vulgo ꝓbarentur q̃ Elenadæ p se nõ publico cõsilio mouissent, pro gręcia ab initio sentire crediti ad. X. hominum milia, duce Themistocle Neoclis filio, ad præsidiũ Thessaliæ impetrarunt. Insederantque angustias inter Ossam & Olympum, quum ab Alexandro Amynthæ filio certiores facti, cum numeroso, & ob id inuicto exercitu Xerxem ad Hellespontũ venisse, veriti ne hostium multitudine proculcarẽtur Græci, ad naues reuersi ad Isthmũ Corinthiacũ sese receperunt. Horum discessus fecit, vt & Thessali aperte ad medos defecerint. Græcis ex Thessalia in Isthmũ reuersis, magno ibi conuentu cõsultatũm, decretumque, vt Thermopylarum angustias p̃sidio obtinerẽt, classisque ad Artemisiũ stationẽ haberet. Est is locus haud ꝓcul Chalcidico freto, inter Sciathum insulam & continentem Magnesię oram. Breuis ibi traiectus, Thermopylisque vicinus. Qđ ad Thermopylas attinet, aditus in Gręciam arctissim⁹, vt quibusdã in locis vix ad vehiculũ agẽdum sufficiat. Quod montis ad Hesperum vergit, inaccessum, & prælti p̃cipitii vsque ad Oethã montẽ. Quod vię ad auroram vergit vadoso mari excipiť, in eo ingressu fuerũt calida lauacra, ollas locorũ indigenę vocitabant, ab aquarũ feruore, desup ara Herculi extructa. Ad hos ingressus murum Phocenses Thessalorũ metu exædificarunt. Super quem Pylæ. i. portæ erant, quę res nomen loco attulit, vt ab aquarum ibi scatentiũ tepore, & Phocaicis portis sint Thermopylæ nuncupatę. Murum vetustate collapsum Gręci ad tempus resarserũt. Ad hũc igiť locũ insidendũ, ex Isthmo digressi sunt Gręci, ibi Xerxẽ in Pieria esse cõpertũ habuere, & classis eodẽ tempore est ad Artemisiũ admota. Ex Therma. X. velocissimę regis naues Sciathũ versum cursũ tenuerũt. Has plenis velis ad se veniẽtes ꝓcul cõspicatę, tres speculatorię Gręcorũ naues cõfestim fugã fecere. Has Barbari insecuti Ægineticã primo oppresserũt, mox & Trœzeniã. Attica circa Penei ostiũ littorib⁹ impacta p tẽpe, q i ea erãt & Thessaliã dilapsi in Atticã se receperũt. Hostiũ accessus ex Sciatho nocturna flãma iis q ad Artemisium stabãt, significatus, tãtum illis terrorem iniecit, vt

Hippocrates. | Gelon adeptus Tyrannidẽ. | Gelonis adagiũ i athen. & Lacedæ. | Siculorum opes. | Amilchar. | Cretẽses q̃ I Italia sedest | Thermopylarũ descriptio. | Gręcarũ nauium fuga.

continuo reli?a statione ad Euboicum euripum sese receperint. Nec ita multo post cętera classis in oram Magnesię venit, manseruntq; barbaro huc vsq; nauales terrestresq; copiæ incolumes, quum ducenta quadraginta hominũ milia in nauib⁹ essent, sub terrestribus signis decies septies centum milia. Mox alia Herodotus supputatione vsus, ex omni genere hominum, qui Xerxẽ ad Sæpiadem & Thermopylas secuti sunt, colligit Myriades quingentas viginti octo, & amplius q̃ ratio habet bis ac quinquagies centum octoginta tria milia hominũ. Mirũ est quod idem author prodidit, in tanto mortalium numero, Xerxe cuius in tot centena milia hominũ fuit imperiũ p̃stantiore forma, proceriore ve statura fuisse neminem. Nauales regis copiæ pristina statione digressæ, terrę Magnesię oram tenuerunt. Primę nauium littoribus applicitę, alię in anchoris stetere ad octauum vsq; ordinem in altũ progressę, quieteq; ibi pernoctatum, sub diluculum ex sereno cælo, & tranquillo quum mare efferuescere cœpisset, atrox est tempestas naues adorta, secutus inde violentus subsolani flatus, qui a matutino æquinoctio spirans, præter naues quę subductis subito anchoris in altum abierunt, cæteras atroci conflictatione vexatas, mutuo primo concursu p̃pinquis mox scopulis disiectas fœde lacerauit. Amissarum nauium numerum qui minimum posuere, haud quadringentis pauciores fuisse meminerunt, virorum supra q̃ dici possit vis ingẽs absumpta. triduum tempestas renuit, quarto demum die, quum remittente vento, strati iacuissent fluctus, Magnesię p̃montorium circunuecta classis, in sinum qui ad Pagasen pertinet, rectum tenuit cursum. In ea ora Hercules, quũ ex Argo naui aquatũ exiuisset, ab Iasone & Minyis relict⁹ creditur. Aphete locus ex ipsa re dictus. Hęc Herodotus. Strabo non, quia Hercules ibi fuerit relictus, sed q; argonautę ex eo littore in pontum dimissi sunt, nomen loco inditum prodidit. Herculemq; plures in Bithynia, ob casum Hylę, subsedisse memorant. In eo appulsu quindecim Xerxianę naues a Gręcis captę, quas Sandonices pręfectus Æolides agebat. Is quum a cętera classe p̃cul aberrasset, Gręcos ad Artemisium stantes conspicatus, nam eo Græci, post hostium classem tempestate disiectam, ex freto Euboico redierant, suos ratus Sandonices se videre, in Graias naues temere cursum deflexit. Ad Aphetem Medica erat classis. Xerxes per Thessaliam iter faciẽs, magnitudine exercitus Honocum amnem ad vadum exiccauit. Per Achaiam inde in Melienses venit, in Trachiniisq; campis consedit, Thermopylis proximus. Gręci qui locorum angustias insederant ad quatuor milia fuere & octingenti, pręteraq; his Leonides Spartanus, qui vigesimus erat ab Hercule. Et iam aduentante Xerxe, cęteri metu perculsi, abeundũ inde censebãt Isthmũq; præsidio obtinendum, solus Leonides in statione permanendum contendebat, Gręcię salutem in eo vnico pręsidio sitam esse affirmans. Accessit interim Medus eques ad Thermopylas explorandas, & quo præsidio locus teneretur ex proximo cognoscendum. Accidit forte vt Spartani, qui tum in statione stabant, sint ab eo tantum conspecti, cæteris intra murum agentibus, qui in aperto stabant, pars gymnasticum ludum exercebant, pars sibi capillos comebant. Hæc ille speculat⁹, contempta paucitate, quę oculis occurrerat, nunciat regi quę viderit. Mirari Xerxes hominũ audaciam, nec coniectare poterat quam spem tam pauci alerent. Tum Demarathus, hæc sunt ingr rex, quæ circa Hellespontum de hominum virtute prædicaui, nuncq; iterum prędico, longe grauius, q̃ pro numero hominum credi possit, video his locorum angustiis tibi & tuis instare certamen. Nam q; capillum sibi comunt, non ea gentis mollities est, vt cultum in re seria quærant, sed Spartiatarum peculiare, vt quum animæ periculum adituri sint, tum sibi capillum componant. Ridere Xerxes Demarathum, vt vanum, ac ratus fore, vt Gręci inde sua sponte facesserent, quatuor dies pugna abstinuit. Cęterum quinto die haud vltra expectandum ratus, Medos & Cissios in eos immisit. Hi conserto prælio, quum nihil proficerent, nec Gręcos gradu submouerẽt, quin caderent ex ipsis q̃plurimi, nec procul abesset quin in fugam verterentur, Persę prælium iniuerunt. Clara erat Gręcorum pugna, sed Lacedęmoniorum multo clarior, qui periti inter imperitos insigniter pugnabant, conferti cedere, inde repente aduersis pectoribus hostium agmina excipientes, proximos prosternebant. Fertur Xerxes quum pugnæ spectator adesset, ter e solio resiliuisse suorum periculo commotus. Die itaq; vno per irritum certamen, cruentum alioqui Barbaris valdeq; funestum consumpto. postridie Persę iterum prœlium inituri adsunt, rati fore, vt Gręci, labore fessi, vulneribusq; graues, pugna abstinerent. Verum vbi compositius aliquanto, ac ferocius q̃ antea ad pugnam sese expedire visi sunt, appareretq; nil ibi pręter ignominiam. lucrifieri, sine maiore vllo certamine Persę castra repetunt. Obtinebant valide locum Gręci, nisi Epialtes Trachinius regem consilii inopem docuisset, occultum esse tramitem qui per iuga montium Thermopylas duceret. Quæ res omnem Græcorum spem, consiliumq; propulsandi hostis haud

Xerxis copię.

Xerxes pulcherrimus.

Tempestas.

Pagase.

Hercules relictus.

Aphete.

XV. Xerxis naues intercipiuntur.

Thermopylarũ p̃sidiũ.

Lacedę. capillũ comũt

Biduo ad Thermopylas dimicatum.

Epialtis indicium.

dubie fregit. Is se Persas per montes circunductum pollicitus, cum Hidarne & iis quos a rege Hidarnes accepit Asopum amnem transgressus, iter totã nocte fecit, a dextra Oetheos montes, læuaq; Trachiniorum terram habens. Sub exortum solis in cacumen mõtis euasit, vbi mille Phocensium erant, ad præsidium locati. Subitus hostium accessus (nam arborum densitate preuideri non potuerant) perculit Phocenses, ita vt ne tentato quidem certamine pręsidio cesserint. Iam

Thermopylarũ pſidiũ circũuenit.

Persæ ex summo montis vertice rapidi decurrebant quum Megistias vates extis de more inspectis, indicauit mortem iis qui ad Thermopylas erãt imminere, transfugę etiam notum fecere, Persas montes circuite, iam & speculatores tertio loco id significabant: cęteris itaq; metu dilabẽ

Leonidæ facinus.

ribus, Leonidas cum Spartanis, Thespiensibus & Thebanis, quos obsidum loco retinuit, pręsidio locum obtinere perseuerauit. Fertur dux ipse de aliorum salute sollicitus, alios hortatus, vt dum liceret, in pacatum abirent, sibi non licere creditam ab omni Gręcia stationem turpiter deserere, quin aut retento loco sibi deinceps honestę viuendum esse, aut in vestigio cadendum pro salute patriæ. Scio quibusdam persuasum fuisse, eum certo moriendi consilio præsidium retinuisse, vt

Oraculum.

suo periculo interitum qui patrię imminebat, depelleret. Fuerat sub initium belli ex Delphis oraculum Lacedæmonem allatum, aut vrbem ipsam aut regem proximo bello interiturum. Pythiũ carmen fuit. Vobis ampliuagę col tis qui mœnia Spartę, Aut vrbs clara dabit Persa victore ruinam, Aut si non erit hoc orsundus ab Hercule quidam: Flebit extinctus rex in Lacedęmonis ora. Xerxes sub exortum solis, tempore quo Epialtes dixerat, obseruato, in hostem mouit. Leonidas & qui cum eo erant in apertum egressi, pugnam capessunt. Atrox ibi certamen initũ, Persis sese prę

Leonidæ interitus.

nimio dimicandi studio vrgentibus, adeo vt nonnulli in subiectum mare pręcipitari sint. Spartani lanceis primo, mox his fractis hostem gladiis excipiũt. Fit cędes ingens, multis vtrinq; cadentibus. Tantũ abfuit vt Spartani eo die ob paucitatem remissius dimicarint, vt longius q̃ antea a muro venientem hostem exceperint. Leonidas igitur fortiter dimicans qua maxime prœliũ exarse

Thermopylę expugnãtur.

rat, mortẽ occubuit. Perierunt & ex Persis inibi plęriq; viri illustres, & in his duo Xerxis fratres, Abrocomes & Hiperantes, qui super Leonidę cadauer dimicantes, alius super aliũ concidere, adeo vehementi Lacedęmoniorum Persarumq; conflictu, vt ter hostib⁹ in fugam versis, Spartani Leonidę corpus subtraxerint. Fecerũtq; deinceps tã diu ambiguũ certamen, quoad Epialtes & alii a tergo affuerũt. Tum intra murũ recepti, tumulũq; qui in pximo forte fuit, occupãt. Hic Thebani,

Spartani dictum.

priusq̃ instauratũ sit pręliũ, testati se Thebanos esse, inuitosq; militare, transitionem fecere. Cæteri ad vltimũ dimicãtes, eo quo circũuenti sunt loco, occubuerũt, quorũ deinceps Spartanus maxime celebratur. Is quum a Trachinie quodam audiuisset, tantam vim sagittarum spargi a barbaris in prælio, vt solis conspect⁹ adimeretur, nec illud inquit inutile erit, sub vmbra, non in sole, pu

Lacedęmoniorũ virt⁹.

gnabimus. Trogus author est Leonidam post aliorum digressum suos hortatum, vt ea postremo virtute pugnarent, quę maxime Spartano esset digna nomine, ne fortius mansisse q̃ dimicasse viderentur, nec expectandũ vt ab hoste circũuenirentur, sed in castra hostium erumpendũ, atq; ita, quando nihil facilius q̃ honestum persuadeatur, morti, quę instabat, deuoti ad hostiũ castra contenderint. Sicq; vasta cæde a principio noctis vsq; ad magnam partem sequentis diei, velut inter inertia pecora euagatos, inter quingentas cæsorum cateruas Leonidam, & alios pulchre mortẽ occubuisse. Sed mihi propiora vero videntur ea quæ priore sunt loco relata, quorum est Herodotus author. Amphyctiones Græciæ hoc carmine memoriam eorum, qui ad Thermopylas dimicarunt, insigniendam curarunt. Terdecies centum hic certarunt milibus olim E Peloponneso bis modo mille viri. Ex omni Spartanorum numero Eurytus & Aristodemus feruntur, ob extremam lippitudinem e castris a Leonida remissi, sed de Aristodemo nõ vnus fuit sermo, quo modo sit domum reuersus. Tertius qui cladis nũcius rediit, tanto fuit apud suos opprobrio, vt ignominiarum impatiens sibi vim intulerit. Xerxes Thermopylis potitus, Demarathi consilium in

Achemenis consilium.

Sparta subigenda requisiuit, fuissetq; eo vsus, nisi Achemenes Xerxis frater a proposito auertisset, identidem prędicans perfidos esse Græcos, & qui aut fortunato inuideant, aut meliorem oderint, nullam proinde fidem genti habendam, accedere se Achemenis consilio Xerxes dixit, cæterum non esse cur Demaratho eo nomine conuicium fieri deberet, solere ciuem ciui inuidere, hospite vero ergo hospitem prospera fortuna vtentem nihil beneuolentius esse, rectiusq; consulere: abstinendum proinde ab eiusmodi insectatione esse, nec Demarathum fidum hospitem in perfi

Demarathi tabulę.

diæ crimen deuocandum. Hęc ille. Verum Achemenes haud interim vana pdicabat, iam enim Demarathus, vt dixi, occultioribus tabulis supinducta cera, quæ in Perside parabãtur Ephoris significauerat. Ambiguam tabularũ rationem Gorgo Leonidæ vxor magistratibus noua specie

hęrentibus demonstrauit. Et hęc quidem sic ad Thermopylas gesta dicuntur. Gręcorũ naues q̃,
CC.numero vnaq; & septuaginta,& cum his nouem penticõteri, ad Artemisiũ interim stabant,
eratq; omnium imperium penes Euribadem Lacedæmonium. Athenienses etsi numero nauium
peritiaq; rei maritimæ priores sibi partes alioqui vendicabant,quia tamen spes omnis retinendæ
libertatis in concordia sita erat(etenim intestina seditio tanto deterior est bello,quãto bellũ ipsũ
deteri9 est pace)nequa discordia ob eam rem moueret,passi sunt classis imperium apud externũ
hominẽ manere.Medo igitur ad Aphetas appellente consultatũ est inter Gręcos de fuga,Chalci
denses Euribadẽ obsecrãt ne classem subduceret,priusq̃ vxores & liberos periculo subtraxissent
Scire se cõfestim ipsis abeuntib9,totam Euboeam barbaro prędæ concessurã. Id illi ab Euribade
quum impetrare nequiuissent,Themistocli Atheniensi octoginta occulte talenta pollicentur,si
ibi Gręcos in certũ tẽpus remoraretur.Premit Themistocles Atticę classi,etsi oĩa alioqui erãt,
vt dixi,sub Euribade Chalcidensi.Igit pecunia Euribade & Adimãto Corinthiorũ duce a The
mistocle corruptis,in eadẽ statione est perseueratũ.Barbari vbi Aphetas venere,audito q̃ proxi
mo loco essent hostium naues(ad octoginta stadia Artemisium inde aberat)vt Græcos interci
perent.CC.triremes ex omni numero delectas,extra Scyathũ circũagũt,iuxta Caphatea & Gere
stum promontoria,ad Euripum,ne Euboeam hostes circũuecti ab hoste cernerent.His nauib9 di
missis,quia intercluso euripo,omnis spes fugę Gręcis videbatur adempta,in sequentem diẽ signũ
ab iis,qui missi fuerant,expectabat cætera classis quæ ad Aphetas stabat,erantq; interim reficien
dis nauibus occupati classium pfecti,quum Scyllias Sicyonius qui inter hostium classarios erat,
omnium qui ea tempestate fuerunt vrinator optimus,ad Gręcos transfugit. Ab Aphetis ad Ar
temisium octoginta stadia sub aquis natasse traditur,res fabulæ q̃ fidei propior. Herodotus, qd
minus a vero abhorret,nauigio eum delatum existimat.Sed fiducia arbitror sub aquis in tutum
euadendi,si necessitas coegisset.Is quę apud hostes pararẽtur ordine exposuit,quot naues circũ
agi iussę essent,Euripiq; angustias insidere,& q̃ valide concussa fuisset nuper hostium classis,plã
cuit,priusq̃ illæ q̃ circũmissæ fuerant,adessent,fortunam experiri,aggrediq; classem ad Aphetas
stantem,dum nihil minus q̃ hostem expectaret. Barbari Græcarum nauium paucitatem asper
nati,patefacto aditu,Græcos temere inuectos in medium accipiunt,illi puppibus repente obuer
sis pugnam intrepide capessunt.XXX.q; Xerxianas naues a fronte excipiũt,Fuit certamen ho
stibus grauius omnino,q̃ animo conceperant,cæterum prælio in plures horas extenso,quũ nunc
hi,nunc illi superiores essent,interuentu noctis pugna dirempta est. Densus imber cum magno
cæli fragore,crebrisq; fulminibus nocte,quæ secuta est, vtrãq; classem sollicitam habuit. Trire
mes interim,quæ insulam circuibant,eadem tempestate disiectę,incuruis Euboeæ petris allisę,no
ctu perierunt.Postridie q̃ ad Aphetas nauale prælium fuerat commissum,quinquaginta Atti
cę naues superuenere,quibus aucti Gręcorum animi,iam & speculatorię naues nunciabant. CC.il
las hostium,quę vt Euripum insiderent ab Aphetis soluerant,circa Euboeę littora proxima tem
pestate absumptas,in Cilicum naues eximprouiso impetũ dedere,quibus corruptis priusq̃ maius
prelium consererẽt,nox vtrãq; classem ab altera diremit. Tertio deinceps die Xerxianę classis du
ces iniquo animo ferentes,tot milia nauium a tam paucis vexari,non expectato, vt a Gręcis qcq̃
moueret,ipsi sua sponte in altum euecti,patefactis cornibus,quũ lunata specie classis in pcinctu
staret,ex aduerso Gręci i pugnã pcesserũt,magnis vtrinq; animis aduersę naues cõflixere,fuitq;
pugna atrox p reliquũ diei,barbaris multitudine in plio stãtibus,nam vbi primũ pugna iniecta
est,iis qui principes manũ conseruerant cedẽdi facultas adempta est,multitudine a tergo ingruẽ
te.Multi interim Gręcorum cadebant,sed barbarorũ multo plures:certamine itaq; in serũ diei di
stracto,neutroq; adhuc fortuna inclinante,diuersi in suã vtriq; stationem abierũt,fuit tamen res
Persica eo die melior q; quinq; Gręcę triremes ab Ægyptiaca classe circũuentę cum suis turmis
in hostium manus venere,Atticę naues adhęc plus dimidio concussę,multisq; hominũ vulneri
bus male affectę,q̃ res in causa fuit,vt continuo cœptũ sit agitari de classe in interiora Gręcię re
ducenda.Superuenit his incommodis & alius atrocior nuncius,Leonidã & Spartanos ad Ther
mopylas cęsos,hostem viarũ angustiis potiri. Tum vero Gręci nil amplius cunctandũ rati,e ve
stigio ex Artemisio soluunt,Themistocles in littus egressus,in his locis vnde hostem,si ad Arte
misium venisset,aquaturũ certo sciebat,hęc in lapidibus scripsit. Viri Iones haud iuste faciitis q̃
aduersus patres vestros militatis,& Gręciã in seruitutem redigitis,sed qd pcipuũ fuerit state a
nobis,sin hoc facere nõ potestis,saltẽ nũc sitis in medio,qd & facite,& Cares vt ipsi idem faciant
obsecrate Q; si hoꝝ neutrũ licet agere,vt maiore sitis necessitate obstricti,q̃ vt vobis integrũ sit

Consiliũ ad iterimẽdos gręcos. (margin, beside "mistocle corruptis … proxi")

Scyllas vrinator. (margin, beside "ab iis,qui missi fuerant …")

Natalis pugna. (margin, beside "stantem,dum nihil minus …")

Biduo Gręci ęquo marte dimicant. (margin, beside "ctu perierunt.Postridie …")

Themistoclis ars. (margin, beside "mopylas cęsos …")

commilitium mutare,in re saltem gerenda dum pugnam conserimus imbellius agite, memores vos a nobis oriundos esse,& inimicitiarum nobis cũ barbaro a vobis principium extitisse. Videt mihi Themistocles ambiguo hęc consilio scripsisse,vt si literæ barbarum laterẽt,misericordia flecteret Ionas,traheretq; in partes:si minus,suspecti fierent regi,ac ꝓpterea minus illi vtiles in pugna,quorũ non esset opera vsurus.

Xerxis cõsiliũ ĩ tegẽda suorũ clade

Xerxes vbi Thermopylarũ est angustiis potitus,primũ omniũ eos qui in pugna ceciderant sepeliendos curauit,qui ad.XX.milia fuisse dicuntur. Horum mille ferme insepultos,vti casu occubuerant,iacere permisit,cęteros in altissimam foueam ad hunc vsum occulte excauatam,demitti imperat,terramq; studio complanari,classiariis deinceps ꝑ præconem potestatem fecit loci adeundi,vt sciri posset quem exercitum habuisset temerarius Gręcorum conatus.Leonidæ regis cadauer capite prius adẽpto cruci præ nimio odio affixit,frequẽtet ex Histiæa(nam eo classis processerat,postq̃ ex Artemisio Græci profecti sunt) ad Thermopylas itum,visendę rei studio.Interim regi nunciatur gręciá occupatam esse in Olympiaco Agone spectando.Hic quum Xerxis filius Tritantechines interrogasset,ecquod id pręmiũ esset, quo Græci tam alieno tempore allecti,sacris certaminibus vacarent,vbi oleaginam coronam, victorem præmium ferre didicit,in Mardonium conuersus exclamauit.Proh q̃bus viris Mardoni nos bellum inferre voluisti,qui non certamen ꝑcuniarũ agitant,sed virtutis.

Phocensiũ facinus.

Thessali interim ira in Phocenses accensi,ob varias clades,quibus haud vno tempore fuerant ab his affecti, nam & tria milia Thessalorum circa Parnasum,sexcenti Phocensium gypsati nocte vna confecerant, & rursus eiusdem gẽtis equitatum insidiis exceptum male perdiderant,postremo cum tota Thessalia ad barbaros defecisset,soli ipsi Gręcię studiũ secuti,in partibus mansere,his irarum stimulis agitati Thessali authores Xerxi fuerunt,vt per Doridẽ,quæ media inter Phocenses iacet & Meliẽses,duceret,futurum rati,vt illorum res,barbarorum multitudine,breui obruerentur. Abstinuit Persa ab omni Doriẽsium iniuria,enimuero occulte cũ rege sentiebãt.Phocẽsiũ pauci capti,quippe qui ante hostium accessum,partim Parnasi iuga insederãt,partim ad Ozolas Locros profugere.Eorum ager incursatus,fœdaq; vastatione affectus.

Vrbes Phocensium dirutę.

Vrbes Thessalis hortantib⁹ direptę & incensę,ita vt ne sacris quidẽ ædibus sit temperatũ.Drimonẽ,Charadrã,Grochũ,Tethroniũ, Ampliceam,Neonem,Triteas,aliasq; plęrasq; vrbes hostilis flamma cõsumpsit.Phocensium quosdã per montana insecuti hostes ceperunt,& cum his mulieres etiam aliquot,quæ stupro supra modum vexatę perierunt. Vbi ad Panopeas est vẽtum,bipertito barbarus ducendũ ratus, ipse cum dimidio copiarũ Athenas versus flexit.Cęterę copię sub ducibus Parnasum dexterũ habẽtes,ad templum quod Delphis erat diripiendũ,ꝓcesserũt,Panopeorum oppido Dauliorũq; & aliis quibusdã Phocensiũ locis obiter incẽsis:horũ expeditio eo tendebat,vt direpto q̃d Delphis erat tẽplo,omnẽ regi pecuniã reprę sentarẽt.Delphii ad phamam appropinquantis hostis territi,sacros thesauros,siue oraculo moniti sunt ne quid mutarent,quã ab initio in animo habuissent,eos humi cõdere,siue religione fręti,cuius barbari postremo admoniti futurum sperabãt,vt nefario sacrilegio abstinerent,fugã molientes in aperto relinquunt.Ipsi Parnasi vertices transgressi,ad Corycum antrum quidam,alii ad Amphissam Locridem contendere,plures cum liberis & vxorib⁹ in Achaiam concesserant.LX.circiter viri cum vate vno in oppido remansere. Vbi eo barbari ꝑuenerunt,magna tum rerum miracula sunt eorum oculis oblata.Nunq̃ mali dęmones, quorum haud dubie fuit domicilium illud,maiorem hominum capturam sibi oblatã videre, q̃ quum ea tempestare,Xerxem & totum orbem quem ille secum trahebat,nouæ licebat superstitioni addicere.

Miracula circa Delphos.

Duo igit̃ scopuli ex Parnasi vertice repẽte cõcussi,in subiectos hostes deuoluti, multos subsitium obtriuere.Fulmina adhæc de cælo cum fragore deiecta, & sacra arma sua sponte e penetralibus mota,vociferatioq; ex proximo Mineruæ templo exaudita,subitam barbaris consternationẽ iniecit,vt præcipites se inde quasi furore perciti per decliuia montis eiecerint,in quos Delphii saxa & tela torquẽtes,stragẽ ediderũt insignẽ.Hisq; phasmatũ ambagibus templũ inuiolatũ mansit. Trogus quatuor milia hominũ Delphos venisse ait, quę manus tota sit fulminibus fœdaq; tempestate consumpta,ac tum demũ palam factum,quanto maior offensa est deorũ q̃ hominũ,tanto ꝑsentiorem pœnam grauiorẽq; sequi oportere.Sed dũ hæc circa Parnasum gerũtur Græci qui non paruã spem in Peloponnesiacis armis repositam habebãt,vbi eos Isthmum munire audiuere,vt cætera Gręcia exclusa suam duntaxat terram tuerent,consiliorũ dubii, tantisper Atheniẽsium rogatu ad Salaminem substitere, dum illi rebus suis consulerent. Proposito itaq; edicto, vt quo quisq; posset vxores & liberos emitterent, Troezenem quidam,alii Æginam non nulli Salaminem nauibus auexerunt. Plutarchus author est, canem Xantippi qui Periclis

Canis Xantippi.

fuit pater, in littore relictum, quũ abeuntis domini desideriũ ferre non posset, triremem secutum Salaminem vsq; nando peruenisse, ibiq; longa maris iactatione confectum, expirasse. Cęterum his ita se habentibus, tantus Grę̨carum nauium numerus Salaminem confluxit, vt trecentarũ quinquaginta octo sit paucis diebus ibi classis expleta. Æschylus centum octoginta Atticas naues in iis fuisse prodidit. Xerxianas mille, nec amplius Plutarchus, quod miror a tota Græcia Athenienses destitutos ad Salaminem suis duntaxat viribus stetisse significat. Sed nos Herodotum libētius sequimur. Euribades igiť & alii consultare, quo potissimum loco cũ hoste nauale prœliũ conferrent. Erāt qui dicerent, circa Isthmũ potiusq̃ apud Salaminem, quia si hic vincerentur, nulla spes subsidii adesset Salamine obsessis, ibi vero ob Peloponnesi situm omnia tutiora. Tenebat adhuc ea cōsultatio, quũ trepide nũciatur, barbarum Atticam terrā ingressum, omnia circa Athenas ferro & igni vastare. Xerxes castris Athenas admotis vrbem multitudine exhaustā occupauit. Arcis oppugnatio aliquādiu victoriā remorata est. Plerique infimi ordinis, qui ob inopiam effugere non potuerunt, ligneo vallo eam munierũt, oraculum quod Delphis fuerat relatum secuti, breui tamē Xerxes ea vi potitus, quicũq; intus fuere obtruncatis, templũ cũ ipsa arce diripuit, & incendit. Et hęc quarto circiteř mēse euenere, ex quo Xerxes Hellesponto copias traiecit. Quibus Salaminem nunciatis, consternati duces fugam per se quisq; moliri, tempestiua tamen Themistoclis ad Euribadem hortatione factum, vt illic hostem expectare sint ausi. Ferunt Themistoclem multa in eā sententiā differentē, vt si classis inde proficisceref, actũ videri de totius Grę̨ciæ salute, ab Adimantho Corinthiorũ duce interpellatũ, q indignũ diceret, vt in tāto negocio is audiretur, qui sine patria esset, alludens scilicet ad pręsentem Athenarum fortunam. In quem Themistocles ferociter inuectus, & solum & vrbem multo firmiorem Atheniensibus q̃ Corinthiis esse testatus est, quum ducentæ ferme naues instructę starent, quas Græcorum nemo posset propellere. Sequenti igitur die sub ortum solis mare & terra horrēde mota est. Iam & ad Phalerum barbara classis erat, ibi rex per Mardonium classiariorum ducum sententiam de futuro certamine sciscitatus, cæteris confligendum esse censentibus, sola Arthemisia regina in hunc modum diciť locuta. Ego inquit Mardoni neq; prœliis quę circa Eubœam gessimus, fui omnium ignauissima, neq; minima ab initio ad bellum contuli, quæ cum sim talis, æquum existimaui ea quæ in rē Persarum esse sentio, hic coram fari. Itaq; hoc primũ suadeo, vt rex nauali prœlio, si fieri potest, abstineat, nec cum his nauale prœlium depugnet, qui tanto cæteris viris in mari pręstant quantũ vos viri præstatis nobis mulieribus. Enimuero quid quęso attinet venire in discrimē naualis pugnæ? Athenæ Medorum sunt, quarum gratia bellum hoc ortum videri potest, nonne & reliqui Græci (nemo enim regi obstabat) qui illius sese opibus opposuere, tam celeriter obtriti sunt q̃ temere arma induerunt? Persica res in possessione est victoriæ, nunc audi in quo res hostium statu sint. Si nostra hic classis esse perseuerabit, Rexq; terrestribus copiis in Pelopōnesum ire perget, cōsensus hic Græcorũ soluatur necesse est, si vno tempore Athenienses hic & Pelopōnēses illic rebus consultum volēt suis Cęteri auxiliares in suas quisq; vrbes, ne liberis & fortunis domi periclitentur, dilapsi abibunt. Addo q ne commeatus quidem affatim hostibus adsunt, qbus diutius classem alere possint. Quare nisi res præcipiteť, plura quidem indubitatā pollicentur victoriam, contra, qui rei maritimæ fortunam experiri malunt, videant ne res naualis male gesta, terrestrib⁹ sit copiis exitio. Metuo & illud, quod sæpe euenire solet, ne bonis quidem dominis mali sint serui, vt malis boni, & nunc quidem inquit, quum Xerxes regum omnium sit optimus, serui sint mali: quippe qui quum plurimi simus, vel ignauia, vel perfidia fit, vt hac belli parte, non magis Xerxes timendus sit, q̃ eum timere oporteat. Tam libera oratio ciuilius q̃ cōsueuerat, est a Xerxe Mardonio referente excepta, laudataq; reginæ indoles, aliorũ tamē consensum secutus signũ pugnę proposuit, ipseq; spectator adesse cōstituit. Procedebāt interim Isthmũ versus terrestres regis copię. Insederantq; has Peloponnesi angustias, quæ inter Ioniũ sunt & Ægæum. Lacedæmonii, ac plærique alii, eius terrę populi, duce Cleombroto, Leonidę, qui ad Thermopylas periit, fratre: valido muro a mari ad mare, irrequieto opere deducto. Et iā certi erāt vi inde hostē arcere, q̃q̃ Pelopōnensiũ quidam cum Medis sentire crederentur, nec em̃ gens vna terram ipsam ea tempestate incolebat, sed septem in ea censebantur gentes. Indigenę duę Arcades & Cyaurii. Et vna Achaica, quæ nunq̃ Peloponneso excessit, q̃q̃ sedem quandoq; mutauerit. Aduenæ quattuor, Dorienses, Ætoli, Dryopes, & Lemnii. Hæc gentium varietas, varia alebat studia, vt non vna tum voluntas esset in Græciæ libertate tuenda. Nec his quoq; multum conueniebat, qui ad Salaminem stabant, de statione asseruanda, Corinthiis & aliis plęrisq; vbi auditum est Persas Isthmum versus

Atheñ. naues.

Xerxes Athenas capit.

Terrę mot⁹

Arthemisię vtilis cõs.

Quæ gētes Peloponnesũ icolerēt.

ire,reclamantibus indignam r m ab Euribade fieri,qui dum Atheniẽses audiat, Peloponnesum patiatur sine præsidio esse.Noua igitur disceptatio inter Græcos orta est, iterũq; de re consultari cœptum,ibi Peloponnesiacis obtinentibus,vt loco decederet,

Themistoclis cõsiliũ.

Themistocles per Siciniũ filiorũ pędagogũ,hostibus consilium Græcorum noctu deferendũ curat,ac velut rebus Gręcię iam perditis Xerxi gratificari vellet,suo nomine iubet barbarũ monere,vt priusq̃ inde Gręci dilaberentur,pugnę locũ occuparet,futurũ haud dubie,vt quicqd Gręcorũ adhuc in partibus esset, paruo negocio opprimeret.Properato opus esse,ne si quę sua sponte sese offerret,occasio negligeret,mox paulo quũ frustra id fieret requirẽda esset.Hęc Sicini⁹ Themistoclis nomine ad hostẽ detulit,qbus eo maior fides est habita,quo in maiore res Gręcię discrimine sitę erãt.

Persarũ conatus circa Salaminẽ.

Psyttaleã igit insulã & Ceon Cynosurã & quicquid freti interiacet Munitia tenus,& alia circa Salaminẽ loca,noctu hostes occupant,nequa Gręcis pateret effugiũ,& hęc occulte,multoq; silẽtio, veriti ne si hostis se circũueniri sensisset,priusq̃ illucesceret,noctis vmbra vsus fugam occuparet.Sed hęc omia, aliquanto priusq̃ facta sint,oraculo fuerant prędicta,haud obscura significatione eorum , quę in pugna erant euentura.

Oraculum delphicum.

Carmen delphis relatum hoc habuit.Auricomæ postq̃ Dianę littora iungent Nauales pontes cũ littoribus Cynosurę Spe stolida fortes & Athenas Marte subegit,Compescet iuuenẽ miritissima pœna superbũ,Isthinc tum furiis sibi cedere cũcta putantẽ. Nam miscebitur æs æri mars sanguine pontum Inficiet,Graiis tum libera tempora reddet, Saturno genit⁹, simul & victoria pollens.Et hęc sub initium belli ex Delphico illo dęmonũ sacrario fuerãt Atheniensibus relata.

Aristides.

Aristides interim,qui Atheniensium optimus habebatur, ex Salamine, quo per Themistoclem & alios eius factionis viros Athenis eiectus se contulerat,ad Themistoclẽ venit, ratus tali tempore reipu.priuatas inimicitias publicę saluti posthabendas , Themistocli nunciat circunuentos esse a Xerxianis Gręcos,dimicandum esse fortiter,aut si Gręci non viri sint turpiter moriendum.Probat Themistocles Aristidis officium,hortaturq;,vt quę de hostium consiliis ad se detulisset,Euribadi & cęteris ducibus nũciaret,maiorem inquit illi fidem tibi habebũt hęc dicenti,q̃ mihi,qui iam dudum hic manendi sum author,quod quum Aristides fecisset pugnandi necessitate imposita omnes a fuga ad prętium animum conuertunt.

Gręci se ad pugnã expediunt.

Dubius adhuc consensus erat,non omnib⁹ Atheniensi viro fidem habentibus,quum Teniorum naui transfuga eadẽ nunciantẽ,nulli amplius dubium fuit,quin vbi primum illuxisset,de summa rei,deq; vita esset cũ hoste dimicandum.Themistocles vehementi oratione vsus,suos ad virtutem hortatur.Phama est Euphrantide vate iubente tris barbaros adolescẽtes Sandanes regis sororis filios,Omestyę Dionysio immolasse.Inde animis ad pugnam deuotis,naues Gręci soluũt.CCC.& octogita numero fuisse dicunt.In hos mouentes cõtinuo barbari,ex aduerso cursum intẽdũt.Atheniẽsibus Phœnices occurrunt,Iones contra Lacedęmonios stetere,q id cornu tenebant, qđ ad aurorã erat obuersum.

Quo ordine classes instructę.

Atheniensium triremis initium pugnę fecit,Æginitę a se ortum postea memorare sunt soliti.Gręci gratum seruantes,prętiumq; non minore ratione,q̃ animo capessentes,magnum ab initio barbaris,temere ĩcõsulteq; ruentibus,negociũ iniecere.Nec vtrisq; idẽ animus,nec par studium.Gręci fortunas,libertatem,vitã ipsam,in aperto discrimine sitam videbãt.Nullum erat medium,aut vincendũ sibi esse arbitrari,aut cadendum.Contra barbari de aliena gloria,& imperio dimicãtes,magis numero q̃ viribus fręti,cõfuse & incõstãter prętiũ ciebãt:quo accidit,vt primo concursu res Graia superior esse cœperit.

Arthemisię virtus.

Eorũ qui a Xerxe eo die steterũt Arthemisia regina neq; fortius,neq; cõstãtius pugnauit quisq̃.Regis vox post obitã pugnã audita est,fuisse eo die sibi viros fœminas,fœminas viros.Satis cõstat medio ardore pugnæ,Calyndẽsiũ triremẽ ab Arthemisia depressam,dubium,casu an cõsilio,feliciter illi cessit q; nemo Calyndensiũ seruatus est q ad regem accusator extiterit:quo igitur longius extrahebat prętium,eo plures regiarum nauiũ corrũpi a Gręcis aut capi.

Persarũ clades.

Et iã multę aut captę aut depressę erãt,quũ fuga cœpta est fieri.Tũ multo maior clades regię classi incidit,dum barbarę naues cęcę ruunt,seq; mutuo affligunt concursu.Quib⁹ depressis nulla superesse barbaris salus nandi imperitis.Contra gręci aut ad proximas suorũ naues,aut ad littora euadebãt brachiorũ crurũq; soletti iactatione.Inclinabat iam vt dixi res Persica,quum Phœnices corruptis nauibus ad regem cõtendũt,Ionas proditionis insimulantes.

Iones pditionis insimulantur.

Cęterũ ita accidit,vt tantisper dum illi gẽti inuidiã faciunt, Ionica triremis Atticam vnam insigni certamine vicerit,quo spectaculo Rex ira in Phœnices accẽsus(erat enĩ supra modũ mœstus)extremo eos affecit supplicio,hęc adiiciẽs.Sic perire oportere imbelles,q meliores insimulãt Et ipsi qđe Phœnices ita regis iussu interfecti sunt.Trogus author est,Iones,vt moniti fuerant, ab Atheniẽsibus se prętio subtraxisse,quorum defectione regia sit classis victa,barbaris acie dila-

bentibus ad Phalerũ fuga inclinauit. Ægenitę,Salaminio freto infesso,fugiẽtes excipiebãt. Plures tñ Phalerũ vnde foluerãt,ꝑuenere,& in his Arthemisia,cui fugiẽti infesto cursu institit Atheniẽ sium Trierarchus:indigne ferebãt Atheniẽses fœminas quoq; in se arma induisse,decemq; milia dragmatum pręmium ꝓposuere,qui eam viuã cepisset. Aristides,qui ante initã pugnã Salaminẽ se receperat,ipse ea parte rem Graiam pro viribus iuuit. Plærisq; Atheniensiũ qui ad Salaminiũ stabant secũ assumptis,in Psyttaleam transiit,subitoq; accessu Barbaros oppressit,qui in statione ibi erant. Atq; in hunc maxime modum constat ad Salaminẽ a Gręcis in Medos nauali prœlio dimicatum. Xerxes vbi res suas mari afflictas vidit, veritus ne Ionum aliquis a Græcis subornat9, ad soluendos pontes in Hellespontum nauigaret, ipseq; in Europa dep̄hẽsus vita periclitaretur, fugam meditatus,turpissimo cõsilio nouũ schema astruxit, aggereq; aggredit̃ in Salaminem de- Xerxes fugã meditat̃. ducere,in quẽ vsum mandat Phœnicũ onerarias cõnecti,constantiam eã alii credere,cæterũ Mardonius quẽ non latebat regis ignauia,ad fugam rem spectare arbitratus,regi suadere est adort9, qđ ille sua erat spõte facturus,vt.CCC.milibus lectorũ hoĩm secũ relictis,ipse ne quos regni motus aduersi belli phama concitaret,ex Europa cum cæteris copiis in Asiam trãsiret. Sciebat Mardonius ingens odium sibi apud regem & alios conflatum,ꝙ eius belli author fuisset,satius ducẽs aut Græciam subigere,aut magnum opus aggressus, si minus conficeret,honeste mortem occũbere. Xerxes in Persidem misit,qui aduersam pugnam nunciaret,tanta pernicitate Persę vsi dicũtur in rebus subito nunciandis,vt nihil in humanis trãscurreret celerius, id negocium ita est ab Cursorum ipsis excogitatum,vt quot dierũ itinere via constaret,tot viri ad cursum exercitari , paribus in- pernicitas. teruallis,locati starent,hiq; ꝑ manus,alı9 alii,literas tradentes,irreqeto cursu suũ cõficiebãt spatium. Apud Græcos facẽ cursores ꝑ vices ferre ꝑseuerabãt. Herodotus author est eã equorũ apud Persas cursitationẽ,Angarion vocatam. Prior nuncius quo significabat̃ Athenas a rege captas, Susa perlatus,tantum lętitię omnibus attulit,vt vię myrto stratę,odoramenta multa passim adolerẽt. Salamię cladis recentior nuncius adeo oĩm aĩos affecit,vt vulgo vestes laniarẽt,vociferatio Nunciorũ neq; & eiulatu irrequieto publicum testarentur dolorẽ,Mardoniũ vulgo execrantes,qui eius bel- diuersitas. li fuisset author,non tam de classe,q̃ de rege solliciti. Xerxes Mardonii cõsiliũ cupide complexus atq; eo cupidi9 ꝙ Arthemisia ꝑsenti cõsultationi admota idem sentire visa est. Eã rex Ephesum dimisit,cũ liberis suis,& Hermotino Perdusiensi eunuchorum sibi gratissimo. Hic Pœniũ Chiũ mangonem,a quo puer ipse fuerat exectus, in vltionem iniurię quatuor liberos coegit testib9 pri Eunuchi uare,atq; ipsum iam grandem natu filiis castrandũ dedit,adeo interdum vltio,etsi fera,multo ta vltio. men grauior acerbiorq; iniuriam sequitur. Nocte quæ diem pugnæ secuta est, præfecti nauium ex Phalero soluere sunt iussi,celeriq; cursu in Hellespontũ ire,vt in aduẽtum vsq; regis præsidio pontibus essent,nequa Gręcorum opera interim soluerent̃: Græci abeuntem classem Andro ten9 secuti. Themistocles in Hellespontũ eundũ censebat,pontesq; abrumpendos subita vi. Euribades contra,satis in pręsentia Græcos habere aiebat,si ꝑsenti bello seruarentur,nec inuitum hostem retinendum,quippe qui cum pugnãdi necessitate ferocior factus esset,periculum esse,ne Græciam magna ex parte afflictam ad interitũ perduceret. Assentiti huic sententiæ Peloponnesiaci duces, Athenienses cõtra continuãdũ cursu arbitrari,ac si socii ire recusarẽt,suis viribus egregium facinus tentandũ. Hic Themistocles humanæ vitæ casus secum reputãs,vt suũ dũ liceret apud Xerxem meritum collocaret,ad quem tutum sibi pateret effugiũ,si se casus aliqs ꝑsertimq; ciuiũ in- Themisto- uidia,quandoq; patria eiecisset,quod nõ multo post ꝑsaga mens futurũ ꝓuiderat, author Athe- clis nuncius niensibus fuit haud vlterius sequendi. Siciniũ deinde ad regem occulte mittit , q̃ eũ doceret quæ ad Xerxem. Athenienses,de ꝑsequenda classe,pontibusq; soluendis,consilia agitarẽt. Igitur q̃ maximo posset silentio properandũ ad pontẽ,si incolumis cuperet in regnum abire. Hic non vnus de Xerxis in Xerxis re- Asiam reditu celebrat̃ sermo,quidã,in quibus est Trogus,accepto Themistoclis nuncio, cõfestim ditus. sese fugę expediuisse aiũt,relictoq; ducibus exercitu , ipsum magnis itineribus ad Hellespontum contendisse,vbi quũ marinis tẽpestatibus solutos põtes offendisset, piscatoria scapha Hellespontum traiecerit,magno fortunę ludibrio,vt is paruo sordidoq; lateret nauigio,quem nuper vix totũ mare ceperat,eiq; seruoꝝ careret ministerio, cuius exercitus ꝓpter multitudinẽ terrę & aquis graues essent,fluminaq; aquantibus nõ sufficerent. Herodotus Mardoniũ ait cũ lectissima parte copiarum in Thessalia relictum,inde regẽ ægre trahere cepisse reliquũ exercitũ,laboratumq; interea tãta cõmeatuũ inopia,vt ne ab hęrbarũ qdẽ radicibus,foliisve arborum, ac corticib9 miles abstineret. Ex inedia,vt assolet,pestilẽtia exercitũ inuasit,corporaq; duplici clade affecta,passim efflabant animam,bestiis volucribusq; cadauerũ saginam sequentibus. Ad postremum quia pontes

soluti essent, aiunt exercitũ nauib⁹ Hellespõto traiectũ. Est & ali⁹ de ea re sermo. Xerxẽ Athenis
cum exercitu ꝓfectum, ad oram vsq; sup Strymoas peruenisse, ibi vero copiis Hidarni relictis q̃s
ad Hellespontum pduceret, ipsum Phœnissa exceptum naui, cursum in Asiam tetendisse, ac tum
Discrimen fœda tẽpestate coorta in discrimen vitę adductũ, qui quũ a rectore nauis quęsiuisset, an spes salu
Xerxis & co tis superesset vlla vectoribus, nullã pręter vnam, ab eo responsum, si vectorum multitudine leua-
mitum. retur nauis. Erant plurimi nobiles cũ eo viri, tum rex suos hortatus est, vt siquam sui curã habe
rent, suo in mare desultu nauẽ exonerarent, quę quũ dixisset, illos rege adorato confestim e naui ĩ
fluctus desiliisse. Idem quum alii nõ pauci fecissent leuata naui rex incolumis Asiã tenuit. Tũ ibi
gubernatorem nauis, quia regis aĩam seruasset, aurea corona donauit, donatũq; ob eoꝝ iacturam
qui in subiectum mare sese naui deiecerant, capite mulctauit. Sed posterior hæc phama minus ce
lebris. Verũ quoquo mõ ille in Asiã reuersus est, fugiẽti illis Gręciã reliqt. Fuitq; hic ann⁹, quo ẽ
ANNI ad Salaminẽ pugnatũ qntę & septuagesimę Olympiadis primus, si recte tpa digerit Eusebius, idẽ
MVNDI. vigesimus prim⁹ supra quatermillesimũ ac septingẽtesimũ a mundi origine, ab Roma condita du
centesimus sextus, siue quintus, vt alii colligunt, ac septuagesimus. quo magis miror Eusebiũ tra-
didisse. X. ferme annos post Fabiorũ cędẽ a Xerxe in Græciã descensum. Quum Dionysius au-
thor sit illam Fabiorũ cladẽ in eos annos incidisse, quibus Medi Xerxis ductu Gręciam bello in-
uaserunt. Nepos Cornelius quarto ãno, postq̃ ad Salaminem nauali ꝑlio est dimicatũ, Fabios ad
Cremeram cæsos prodit. Græci post Xerxis discessum, Andrum insulam obsedere. Primi ex insu-
lanis Andrii recusarunt poscenti Themistocli pecunias in stipendiũ dare. Cui alleganti Atheniẽ
ses ire illuc duobus magnis numinibus impulsos, suadela & necessitate, alii vi dicunt & necessita
Duo An- te, duo apud se quoq; magna esse numina Andrii respondisse dicuntur. Inopiam & impossibilita
driorũ dii tem, quibus diis obnoxii pecuniam daturi non essent. Fuit in Themistocle ingenium supra q̃ dici
Themisto- posset, versatile, & ad Apophthegmata illa q̃ in ciuilis vitę partem reponuntur extemporale, qđ
clis ĩgeniũ. a pueris præceptorem non latuit, cuius vox memoriæ prodita est, nihil paruum se cernere in pue
ro, sed eũ magnum aliqđ, siue bonũ, siue malũ futurum augurari. Stesimbrotus eum Anaxagoræ
studiosum fuisse prodidit. Fertur & Melisso Samio operam dedisse. Mnesiphilus eũ Phrearii au-
ditorẽ fuisse arbitratus est, qui neq; orator fuit, neq; physicus, sed quandã rerũ gerendarũ prudẽ
tiam & cognitionẽ docuit. Fuit Themistocles splẽdoris & glorię supra cęteros mortales cupidis-
simus. Huius vox illa, quã Pindarus est in Artemisii prelio secutus, initium vincẽdi esse fiduciã.
Neq; illud minus vrbane colligebat, anteire filiũ suum ceteros Græcos potẽtia, Gręcis Atheniẽ-
Initium vin ses imperare, se Atheniensibus, sibi coniugẽ, coniugi filiũ. Filias matrimonio locare volentib⁹, ma
cendi fidu- gis virũ sine pecuniis, q̃ pecunias sine viro quæri oportere pcipiebat. Andrii ex contumacissimo
cia. responso aliquandiu sunt obsidiõe fatigati. Est Andrus Cycladum vna, trium & nonaginta mili
Andrus. um passuum circuitu. Myrsilus Cauron primo, mox & Antãdron dixit. Callimachus Lasiã. Alii
Nonagram, Hydrusam, Epagrim. Gręci vbi Andrũ expugnare nequeunt, Carystio agro popula-
to (nã hi quoq; ad Medos defecerant) Salaminem rediere. Hic votis rite solutis Isthmũ nauiga
rũt, pręcipuũ ibi pręmiũ daturi Græcoꝝ meritissimo, qui rem pſenti bello oĩm optime gessisset.
Ibi quũ primo loco singuli principes singulos calculos haberent, in scdo Themistocles multo su
perior fuit. Obstitit haud dubie liuor, quo minus id iudiciũ sequeretr. Themistocles ex eo conuen
Pręcipuus tu Spartam venit, vbi honorificentissime est acceptus, inde ꝓficiscentẽ, qđ nulli hospitũ ad id tẽ
honor The pus fuerat datum, multi ad Tegeaticos vsq; fines persecuti sunt. Idẽtidem Athenas reuersus ab
mistoclis. ignobili quodã iurgio exceptus, q; non ipsi sed Atheniẽsib⁹ eũ honorẽ Spartani exhibuissent, ita
Themisto- occurrisse fertur, res sic habet vt ais, neq; ego si Belbilintanus forem, sic a Spartanis honoratus
clis & Seri- essem, neq; tu si etiã Atheniensis. Sic Herodotus quẽ in his libens sequor. Plutarchus Seriphiũ
phii hoĩs eum hominem fuisse ait, a quo conuicio iactatus, q; eũ Athenarũ celebritas, nõ virtus illustrasset
iurgium. ita responderit, vera sunt hęc inqt hospes, at si ego Seriphi essem natus, neq; ignobilis forẽ, neq;
si tu Athenis, clarus fuisses vnq̃. Hęc Gręci post regis fugã. Artabazus cum. LX. milib⁹ hominũ
quos a Mardonio accepit Potideam & Olynthum obsedit, tenebãt eã vrbem Bottici e sinu Ther
meo a Macedonibus eiecti. Hos obsidione captos ac in paludem deiectos Artabazus trucidauit.
Trogus Olynthum ait a Mardonio captam, non ab Artabazo, vt scribit Herodotus. Potideam
quum tris menses obsedissent Barbari postremo maris æstu inde depulsi, in Pallenẽ concesserũt,
Barbarorũ plus dimidio copiarum amisso, qui maris alluuioni superfuere, a Potideatis ferro excepti, ad vnũ
clades. interfecti sunt. Artabazus secundum hanc suorum cladem in Thessaliam ad Mardonium qui in
ea terra hibernabat, se recepit. Classis regia ex Hellesponto in Samum transmisit, ibiq; hiberna-

uit.Erãt trecẽtę numero naues cõtẽtę ſi Ioniã a defectione cõtinerẽt,Græcoꝝ triremes.C.ac decẽ in Æginã ſub initium veris conuenerant.Cęterũ iuxta Gręci Barbariq; ex Mardonii motib⁹ pendebãt.Qualis illius fortuna in adminiſtrãdo bello futura eſſet,talia & rerũ in mari gerendarũ cõſilia vtrinq; emerſura.Erat Aeginę græca claſſis,Dux Leutichides ab Hercule oriũdus: Athenięſium dux erat Xantippus Ariphronis filius.Hic illis ſedẽtibus legati ex Ionia ſupuenere, rogantes,vt Ionas ꝓgeniem ſuã ſeruitute liberarent. Vix multis ꝓcibus tenuerũt,vt Delũ vſq; claſſis ꝓcederit,vlteriore nauigatione abſtinuerunt,cætera rati ad Ionię orã vergẽtia hoſtiũ pſidiis teneri.Sed iuxta Græci Barbaros,Barbari Gręcos formidabãt, neutri niſi ꝑ occaſionẽ ſua ſtatiõe mouturi.Sic mutuus timor vtroſq; reb⁹ gerẽdis aliq̃diu abſtinuit.

Mutuus Græcorũ & Barbarorũ metus.

Mardoni⁹ ĩterea Alexãdrũ Amynthæ filium,cuius ſororẽ Gigeã ſibi matrimonio iunxerat,Athenas miſit, vt ſi fieri poſſet Athenienſes traheret in Medorũ partes,ita futurũ ratus,vt ſi ſocietatis ſpecie a cætera Græcia Athenienſes abduxiſſet,haud multo poſt terra mariq; victor exiſteret. Fuerũt Macedonũ reges a Perdica oriundi.

Macedonũ regnũ orig. Perdicæ omen.

Is cũ Æropo & Gauane fratribus ex Argis ꝓfugus,cæterũ a Themeno oriũdus in Illyricũ primo,inde in Macedoniã trãſgreſſi,mercenariã opam ei⁹ terrę regi locauere, alẽdis eq̃s vnus & bob⁹ alter,terti⁹ pecorib⁹ paſcẽdis. Accidit aũt,vt dũ panis a Perdica coq̃ret,duplex fieret,id quũ ſemel atq; iterũ eſſet aĩaduerſum,rex ꝓdigiũ auerſatus,domo fratres expulit, qb⁹ emeritã mercedẽ poſcẽtibus,radios ſolis ꝑ fumarium inſertos,ſe illis mercedis loco dare reſpondit,ibi ſolem enſe circunſcriptum ſe Perdicas accipere dixit, hauſtuq; patẽris ſinus velut complexum ſe ferre ꝓdicans abiit.erat is fratrum minimus. Rex ſecum reputans quorſum om̃e illud tenderet, eq̃tes in eos abeuntes ĩmiſit,vt aſſecuti obtruncarẽt. Verũ ſic accidit,vt amne ab eis tranſmiſſo, ſubito pleno alueo fluxerit,ita vt q̃ veſtigio hęrebãt,tumidũ nequerit amnẽ trãſnare.ꝑ hacq; illi ꝑiculo ſeruati,in diuerſam Macedonię plagã trãſgreſſi,ꝓpe hortos habitarũt,q̃ Mydę Gordio geniti fuiſſe dicebant. Genuit Perdicas q̃ regnũ cõdidit,de cui⁹ ſucceſſu alio eſt a me loco mẽoratũ, Argeũ.Arge⁹ Philippũ.Philippus Æropũ.Ærop⁹ Alcetã.Alcetas Amynthã.Amynthas Alexãdrũ,q̃ Athenas eſt a Mardonio miſſus.

Macedonũ regum ſucceſſio.

Is ob vetus cũ Athenięſibus hoſpitiũ, multis hortationibus egit,vehemẽterq; eſt adnixus eos in regis ſocietatẽ & amicitiã trahere.Aderãt forte Lacedæmonioꝝ legati,hi multũ diuq; ſũt Athenięſes hortati,ne ſe totãq; ſecũ Græciã funeſta ſocietate ꝑditũ irẽt,meminiſſe eos oportere,bellũ qđ vniuerſã Gręciã ꝑuaſerit ĩpoꝝ cã ſuſceptũ,nec barbaris eẽ fidẽ vllã habẽdã:qb⁹ neq; fidũ,neq; ſanctũ eẽt q̃q̃.Nec multo plus Alexãdro,q̃a Athenięſiũ ſit hoſpes,credẽdũ,q̃ Tyrãn⁹ tyrãno operã nauatã velit. Athenięſes deinde ſunt locuti,ſumma oĩm q̃ renũciari voluerũt fuit hęc,vt dicerẽt q̃diu ſol eodẽ itinere mearet,neq; amicitiã ne ſocietatẽ ſibi cũ Barbaro futurã.Poſtremo & ipſe monit⁹,ne deinceps talia ſuaſur⁹ Athenas veniret, ne hoſpes ab hoſpita ciuitate,q̃ nollet,alieno odio pateret.

Reſponſum Atheñ. ad Alexãdrũ.

Cũ his Alexãdro dimiſſo, Lacedęmonios hortati ſũt,vt q̃ñ iã ver appeteret,nec dubiũ eẽt,q̃n poſt Alexãdri reditũ cõfeſtim Mardoni⁹ ĩ Atticã moueret,vt cõtractis copiis ſecũ in Bœotiã irẽt, vbi ad hoſtẽ ꝓcul diſtinẽdũ primas belli ꝑtes in aliena terra occuparẽt.Id Athenięſiũ cõſiliũ tunc erat,quũ Mardoni⁹ auditis,q̃ Alexãder ex Athenis tulerat,nihil amplius moratus,cũ oĩb⁹ copiis ꝑ Bœotiã Atticos fines ĩgreſſus Athenas iterũ occupauit,decimo mẽſe ab eo quo Xerxes eas cepat.

Athenæ iterum a Bar. occupant.

Ex Athenis Barbarus Salaminem miſit ad Athenięſes,q̃ eo populariter migrauerãt,Murichidẽ quẽdã Helleſpõtiũ,cũ his fere mãdatis,q̃ nuꝑ Alexãder Athenas tulerat,ratus q̃ñ armis ſubacta eſſet Attica, Athenienſium ferociã magna ex ꝑte remiſiſſe,eoq; terũ oĩm deſperatione adductos, vt iã de pace cogitare inciperẽt. Is vbi in ſenatu expoſuit,q̃ eſſent Mardonii poſtulata,Lycidaſq; vnus e ſenatoribus ſñiam dixiſſet,videri ſibi de ea re eẽ ad populũ referendũ,corrupt⁹ ne pecuniis a Barbaro,an metu ĩcertũ,verũ adeo iniq̃s aĩs ea ſñia excepta ẽ,vt multitudo facto ĩ Lycidã ĩpetu,lapidib⁹ obruerit,nec viterũ tñ ea vltio fuit,q̃n & mulieres ipſę,ĩ Lycidę domũ ruẽtes,vxorẽ & liberos lapidarũt.

Atheñ. vltio in Lycidam.

Sub id tẽp⁹ Athenięſes Lacedæmonẽ ad Ephoros miſerũt,q̃ ſe ꝓditos ab eis quererent.Lacedęmonioꝝ hortatu,honeſtiſſimas ab hoſte conditiones ſibi nuꝑ oblatas repudiaſſe,vt cõi Gręcię cõſenſu libertatem tuerent.Iam primũ oĩm neq; eos qđ ſe facturos receperãt militẽ miſiſſe, vt primis hoſtiũ motib⁹ in Bœotia occurreret,neq; vbi hoſtis Atticã eſſet ingreſſus,afflictas res Athenienſiũ reſpicere.Quare viderẽt,ne Athenięſes ſocioꝝ ꝑfidia ac vi hoſtiũ coacti cogerent fidẽ cũ re mutare, ablectiſq; armis dare aditũ barbaris ad reliquã Gręciã ſubigendã.

Querelæ Atheñ. ad Lacedęmones.

Ephori vbi legatoꝝ poſtulata audiuere, in aliquot dies reſponſum diſtulere.Perſuaſum plęriq; habuere fuiſſe Ephoris aĩm negandi auxilia,verum tantiſper expectatione decreti legatos ludificari,donec murus ad Iſthmũ q̃ iam ad exitum ſpectabat,conficeretur.Cęterũ Chilei ſñia palam in curia ꝓdicantis,cernere ſe excidiũ

Gręcię patari, si Athenięses ad hostes deficerēt, qnq; milia hoīm cōtinuo cū Pausania ad bellum misere. Erat is patruelis frater & tutor Philistarchi Leonidę filii. Cleōbrotꝰ Pausanię pater haud multo antea vita decesserat. Spartanis Isthmū versus ire maturantibꝰ Argiui confestim ad Mardonium mittunt, q illi nunciarēt Lacedæmoniorū iuuentutē ire Atheniensibus auxilio, ipse consilium ad eos accessu ꝓhibendos mature adhiberet. Turbatus eo nuncio Mardonius, quia Attica regio parū erat eqtabilis, cęterū si vinci contigisset, neq; ad euadendum nisi per angustias habilis,

Athenę diruunť & cremantur.

Athenis incensis ac dirutis, retro in Bœotiam abiit, vbi & Thebę vrbs amica, & regio equitatui idonea erat. Hic Mardonius iuxta Asopū amnē ab Erythris, scdm Lysias agrūq; Plateensem castra extendit, ita vt in frontibus dena essent stadia nec amplius, eaq; in hunc modū disposita valide cōmuniuit. Herodotꝰ author ē audiuisse se ex Thersandro Orchomenio, viro spectatę fidei, q

Audi præsagium Medi cuiusdam.

iam grandis natu memorare esset solitus non multo priusq̄ fit ad Plateas dimicatum, Thebis se conuiuio interfuisse, quod Mardonius & quīquaginta honoratissimi Persarū celebrabāt, cū totidē Thebanis, ac tū ex barbaro quodā q ꝓxime accubuerat audiuisse, futurū, vt paucis diebus ex iis Persis, qui cœnæ adhibiti essent, quiq; in castris agerēt, q̄paucissimi supessent, ac cū his vberti lachrymas effudisse, eūdēq; a se admonitū, videret an expediret id Mardonio significare, ita occurrisse. Hospes qoqd euenire oportet, id hoi ineuitabile est. Nā ne credibilia quidē dicēti, quū fatalis necessitas instar, vlla habereť fides, multi quidē Persarum quū id sciamus, Mardoniū tn̄ necessitate coacti sequmur. Est hoc in hoībus acerbissimū, cū q multū p se sapiat, minime potētē esse. In ea castra q̄ Mardonius in Bœotia fecerat, oīm auxiliarium nouissimi Phocēses mille venerūt.

Phocensiū facinus.

Hos Mardonii iussu in apro stāres Persicus eqtatus eximprouiso circūstetit, percrebruit interim rumor totis castris, iussos Phocēses ab eqtatu iaculis cōfodi. Tū vero illi periculi magnitudine cōmoti, quū ad pulchrū se certamen expedirēt, appereteq; haud multos mortē obituros, spōte cessit eques, ipsiq; a Mardonio appellati vt strenui & fortes viri iussi sunt bn̄ spare, futurū, vt si in fide pstarēt, neq; se, neq; regē bn̄ficiis vincerēt. Lacedęmonii q Pausania duce Athenięsibꝰ auxilio missi sunt, nō nihil circa Isthmū substitere, quoad eo cęteri Pelopōnēses copias qsq; suas misere. Inde ad Eleusinē castra faciūt, quo Athenięses ex Salamine traiiciētes, iūctis copiis ad Erythras ī Bœotia cōsederūt. Hi certiores facti Mardoniū ad Asopū castra hre, cōfestim & ipsi eo ꝓgressi, in conspectu hostiū sub Citheronis radicibꝰ muniūt castra. Persicus equitatus in eos statim est missus;

Gręci ad Citheronē castra faciunt Masisticasꝰ.

Gręci ab initio pugna abstinuerūt, in quos q̄q̄ ꝓbra multa a barbaris iacerenť, abstinuere tn̄ congressu. Adeqtabat in frōte Masistus vir apud Persas inclytꝰ Nyseo equo sedēs, habebātq; Megarenses ea pte, qua Medicus eqtatꝰ impetū dederat, stationem. Hi quum aliquandiu fortiter restitissent, hostiū tn̄ impressiōe degrauati ad Pausaniā mittūt, sustinere se adhuc hostē, verū nisi recens miles subsidio adsit, fore, vt nō multo post victi statione decederēt. CCC. Athenięses, Megarensibus iam fessis successere sagittariorū manu secū assumpta, tū pugna ibidē instaurata, Masisti equus insigni arduitate sagitta pcussus, vehemēti calcitratu sessorē excussit. Circūsistūt Masistū cadentē Gręci, multisq; vulneribus petitꝰ ob aureū thoracē aliquādiu violari nō potuit. Oculo demū pcusso collapsus interiit. Atrox ibi pugna orta supra iacētis corpꝰ, cruētūq; vtrinq; pliū victoriā aliquādiu ancipitē fecit. Postremo Gręci Masisti corpe potiti sūt. Tāti viri interitus adeo fuit barbaris luctuosus, vt se, equos, iumēta, more patrio totōderit. Gręci scdm hāc pugnā audaciores facti, ex Erythris ad Plateas vt cōmodiꝰ inde aqrent castra trāsferūt, inibiq; ad Gargaphiū fontē vallū pferūt. Lacedęmonii dextrū latꝰ tenuere, lęuū Athenięses. Sūma copiarū omniū tā le

Copiarum numerus.

uis q̄ grauis armaturę, centum & octo milia ac ducētos habuit. Mardonius Persas Lacedęmoniis obiecit, Atheniensibus Bœotios, Locros; Melięses, Thessalos, & mille Phocēses. Barbarorū copiæ cū Gręcorū appēdicibꝰ, numerū trecētorū qnq̄gīta miliū expleuere. Fuisset a pricipio cōcursum, nisi Egesistratus Eleus aruspex Mardoniū monuisset, nihil se lęta exta inspicere. Erat Egesistratꝰ

Egesistratus.

Lacedęmoniis infensus, q ab eis olim captus cōiectusq; in ligneas soleas sibi vt euaderet calcaneū amputare ē coactꝰ, sed exercitū in Lacedęmonios odiū ei in exitiū vertit. Enīuero mox in Zacyntho captum Lacedęmonii extremo supplicio affecerunt. Decē igiť dies sine vllo memorabili pliō trāsiere, vbi vero vndecimꝰ illuxit, Mardoniꝰ cū Artabazo de summa rerū in colloquiū venit. Ibi Artabazi snīa erat, vt copiis Thebas reductis, qū frumēto & pecuniis abūdarent, pliō abstinerēt, dareturq; interim opa, vt cōsensus ille Gręcorum solueret, ciuitatū principibꝰ pecunia corruptis. Id sentire & Thebanorū plęriq; q rei consultandæ fuerant admoti. Audire Artabazum & alios Mardonius, longioris tamen moræ impatiens, persuasum enī habebat, se exercitū lōge meliorem q̄ Gręcos habere. Cernebat pręterea suas opes in dies deteriores fieri, Gręcorum transfugiis pro

ductis itaq; Grecis & aliis in cõcionẽ,rogauit an eẽt q sciret oraculũ vllũ extare,quo significare Persarum
Persas in Grecia perituros,ad quã vocẽ quũ parti rerũ ignoratiõe,pti metu silẽtiũ tenuissent,ar ni cõsultatio;
hil ẽ,vt video,inqt,qđ vereri debeam⁹,nã qđ i fatis eẽ aiũt.si a Persis delphicũ tẽplũ diripeẽ,tũ fo
re,vt gẽs ipsa i Grecia piret,enixe ẽ a nobis cautũ,ne huic fato essem⁹ obnoxii.Id ille.Herodot⁹ ta
le oraculũ nõ Persis redditũ fuisse ait,sed Illyriis & Encheleorũ copiis.Signũ itaq; Mardoni⁹ dari
iussit,vt seqnti die sub lucis exortũ sese ꝓlio expedirẽt.Alexãder silẽtio noctis Atheniẽsiũ stationẽ
adeqtãs,certamen de sũma rei instare ducib⁹ occulte significauit.Hortatusq; est, vt fortiter dimi
carent,scirẽtq; Mardoniũ cõtra auspicia dimicaturũ. Athenienses duces rem ad Pausaniam dete
rũt,ab eis petiit,vt qñ Atheñ.iã ĩde a Marathonia pugna Persicis eẽnt virib⁹ assueti,in dextrum
cornu trãsirẽt,ipse aduersus Thessalos,& cetera hostiũ auxilia operã nauaturus.Id Atheñ. nihil Atheniẽsi;
grauate ꝑstiterũt,qppe qui nisi pudor obstitisset,sua spõte fuissent id a Pausania petituri.Boeotii facinus;
sub lucẽ cõspicati cornua ab hoste mutata,stati id Mardonio significãt, tũ Persa & ipse conat⁹ ẽ
ordines mutare,sed quũ rursus apud hostes id fieri vidisset,caduceatorẽ Mardoni⁹ ad Pausaniã
misit,ipsi duci Spartanisq; ignauiã exprobrãs,q quũ Grecorũ fortissimi haberi vellẽt,piculo i Athe
nieñ.ablegato,ipsi,nõ nisi ex tutiore loco,eẽnt manũ cõserturi.Ceterũ egregie Pausaniã facturũ, Mardonii
si pari bellatorũ nũero de summa rei secũ velit pugnã decernere.Caduceatori nullũ est redditum conuiciũ in
responsum,quo Mardonius ferocior factus,subito eqtẽ in hostẽ misit,vtebat barbarus sagittariis Lacedemo
eqtib⁹,q incredibili telorũ multitudine in Spartanos missa,cõtinuo Gargaphiũ fontẽ, ad quẽ illi sta nios.
tionẽ habebãt,cõfudere obstruxerũtq;,ex eo fonte vniuersus pene exercit⁹ aquabatur.Ex Asopo Gargaphi
amne ob sagittiferos eqtes nõ licebat.Greci hmõi difficultate deterriti,inẽ se cõsilia agitabãt,de ca us fons.
stris in Asopi insulã trãsferẽdis,si eo die Mardoni⁹ pugnæ copiã nõ fecisset. Labiẽ Asopus ex Ci Asopus
therone,atq; in subiectos cãpos egressus,diuortia facit,rursusq; intercapedine triũ stadiorũ,iterũ flu.
in vnũ coit.huic insule nomen est Oeroe,quã Asopi filiã indigene fuisse aiũt,hũc locũ castris oc
cupare scđa noctis vigilia Greci in aĩo habebãt,atq; ĩde ptẽ copiarũ ad seruitia ex Citherone re
cipienda mittere,q̃ frumẽtatũ ierãt,infessaq; erãt ab hostiũ eqtatu.Prælio itaq; sub noctẽ remisso
Lacedemonii,vt q̃ lõgissime eqtẽ effugerẽt,ad Citheronis radices concessere. Athenienses secuti Greci ad Ci
humiliora loca tenuere.Sociorũ plurimi ordinib⁹ desertis,alii alio diuersi abierũt. Attulit ea res theronẽ cõ
Pausanie multũ sollicitudinis.Mardoni⁹ vbi primũ illuxit,hostiũ fuga aĩaduersa , Persas Asopo cedunt.
flumine trãsmisso Grecorũ vestigiis iubet insistere,reliq̃ copie sublatis signis sine ordine,sine ĩpio Instãr Græ
viã igresse,ducẽ sequũt.Pausanias vbi Persicũ eqtatũ cũ fremitu aduentare vidit,ad Atheñ.mit cis Perse.
tit,q nũciaret vltimũ istare certamẽ,eã lucẽ aut ꝑpetuã Grecie libertatẽ,aut seruitutẽ allaturam,
ꝓditos esse se a sociis,duorũ ꝓinde populorũ virib⁹ stãdũ,ꝑpararẽt secũ copias iũgere,qñ iam ad
uersus se eqstre ꝓliũ imitũ esset,aut si ipsi diuerso certamine occupati , subsidio adesse nõ possent,
saltẽ ad vim eqtũ arcendã sagittarios ad se mitterẽt. Eniuero tãta sagittatũ vis in Spartanos prio
hostiũ accessu est ĩmissa,vt ꝑter alios multos,q dũ se pugne expediũt cõsauciati sunt.Callicrates
quo ꝓstãtior ad id bellũ ex tota Græcia venerat nemo,Pausaniæ sacrificãti astãs sagitta ictus cõ Callicratis
cidit.Ferẽ moriẽs dixisse,nõ dolere sibi,q̧ p Greciæ libertate piret,sed q̧ nihil manu vsus,nullaq; interitus.
eo ꝓlio adhuc nauata opa,deficeret.Atheniẽses parati erant ad socios euadere, quũ subito & ipsi Acris pu
ꝓlio deprehensi,in vestigio pugnare coacti sunt.Dirẽpte erant Græcorũ acies,nec locorũ iniquita gna.
te inter se conspicuæ.ita Lacedæmonii tria &.L.milia numero cum Tegeatibus ad ꝓlium cõuer
si,cum equite manũ cõserunt,pugnãdiq; pitia Medicũ equitatũ lanceis ꝓsternũt. Mardonius ex
parte qua pugnã ciebat,magnũ Lacedæmoniis negociũ attulit,q q̃diu supfuit,per se non solũ re Mardonii
stitit,sed Lacedæmoniorum etiã plurimos acie ꝓstrauit.Postea vero q̃ dux ipse, ab Arimnesto La interitus.
cedæmone saxo caput saucius concidit , & mille lectorũ equitũ qui circa illũ strenue dimicabant, Persarum
labore,& vulneribus occubuerunt,cætera multitudo subito terga vertit, sed quo illis fuga impe fuga.
ditior,locorũ difficultate fuit,eo maior fugientiũ est cædes edita.Et hæc circa Lacedæmonios ac
ciderunt.cũ Boeotiis & cæteris auxiliarib⁹ acre certamẽ Atheniẽsib⁹ fuit,cruẽtoq; marte,& ali
q̃diu ãcipiti euẽtu est vtriq; pugnatũ,cæterũ hac quoq; pte fortuna belli nihilo fuit hostib⁹ felici
or.Fusi fugatiq; Boeotii,Thessaliq;,& alii q a barbaris steterãt,Thebas versus fugã inclinãt,Ca Castrensis
stra q̃ Mardonius opose munierat,aliq̃diu sunt a barbaris retẽta.Oĩs fere multitudo, vbi res p cædes.
ditas viderat,eo flexerat cursum.Postremo hæc quoq; capta, oĩsq; opulẽtiæ referta Græcis ad pꝛ
dã cõcessere. Teterrima ibi hoĩm cædes edita,tãtaq; cupiditate ferrũ in hostes euagatũ,vt ex tri
ginta myriadib⁹ exceptis iis cũ qb⁹ Artabazus aufugit, ne tria qdem milia hominũ supfuerint.
Trogus quod diuersum est ab iis,quæ Herodotus scribit,Mardonium ait viuũ ex acie excessisse.

castrisꝗ victores Græcos sine certamine potitos. Pluriũ opa eo est bello celebrata. Lacedęmonioꝝ
tũ prima fuit laus, q hostilẽ eqtatũ fuderant. Atheniensiũ virtus secundo loco celebrata est. Et in
Sophones. his Sophones Eutychidis maxime illustratus. Is ferreã anchorã in acie circuntulit, qua in hostes
piecta plurimos a fuga remoratꝰ est. Vt stabilior eẽt pugna, oĩs p̃da Pausanię iussu est vnũ in locũ
Pretiosa Persarũ spolia. coaceruata. Crateres, Phialę, Lebetes, Mẽsę, Torques, Acinaces, lecti, & alia ornamenta ex auro &
argẽto stupori fuerũt spectãtibꝰ. Decię sepositę, ex q̃ pecunia tripodes sunt Delphico Apollini da
ti, Iuppiter æreus. X. cubitorũ in Olympia dedicatꝰ, & ex eadẽ materia Neptũnꝰ in Isthmo septe
nũ cubitorũ. Cętera pręda ex ęquo diuisa. Scd̃m eã victoriã Gręci cõi noĩe Ioui sacrificaturi Py-
thii monitu vt purũ ignẽ sacris adhiberẽt, Delphos Euchidã Plateensem misere, vt inde ignẽ ad
Euchidę celeritas. pagenda sacra deportaret. mirũ est qd̃ de eius celeritate Plutarchus & Piniꝰ tradũt, vno die cũ
ne in mora eẽt, ignẽ ex Delphis Plateas attulisse, mille stadia emẽsum, atq; Græcis salutatis igniq;
reddito ad terrã cõcidisse, nec ita multo post nimia lassitudine expirasse. Ferũt peractis sacris Pau
Cœna Persica. saniã iussisse Persarũ pistores & coquos sibi cœnã vt Mardonio assueuerant opipare instructã pa
rare, cuius splẽdore insuetoq; luxu ꝑmotũ confestim iussisse & Laconicã cœnã inferri, Græcorũq;
ducibus eo accersitis videtis ne viri fortes dixisse, q̃ manifesta Medi laborẽt amẽtia, qui cũ tã lau
te cœnẽt Gręcos ꝑcissime victitãtes subigere conati sint: Herodotꝰ mẽorię ꝓdidit ꝓcedẽte tp̃e ex
Plateẽsi agro vbi fuerãt hostiũ castra, humanũ caput relatũ nullã habẽs suturã, sed ex vno solidũ
Caput sine sutura. osse, maxillã adhęc inuentã indiscretis dẽtibꝰ, sed os vnũ fuisse pro dẽtibus. Sũt q & qnũ cubitoꝝ
eisdẽ locis ossa q̃dã repta. Thebani deinde bello petiti, q cũ Medis in acie steterãt, eorũ ager popu
latiõe vastatꝰ. Eminebãt inter suos populares p̃cipua inuidia Timegenides & Attaginus, Theba
norũ lõge principes, fuerãtq; hi ab initio ad suppliciũ reqsiti, cęterũ ꝓcedẽte obsidione, Timegeni
des author fuit ad populũ, vt ipse & cæteri qui ad suppliciũ deposcebant, Gręcis dederent, modo
ciuitas p̃senti solueret bello, ratus fore, vt nulla atrociore pœna, sed pecunia duntaxat mulctaren
tur. Thebani defectionis authoribus deditis, bello soluunt. Attaginus priusq̃ deditio vlla fieret
solũ volũtario exilio vertit. Eius liberi ad Pausanię cõspectũ cõstituti, vt ꝓ p̃re pœnas luerẽt, eos
Spranꝰ dux dimisit ĩcolumes, negãs pueros Medicarũ priũ, sed puerorũ parẽtes adiutores fuisse.
Qui dediti fuerãt Corinthi Pausanias securi ꝑcussit. Artabazus cũ his copiis qbꝰ acie excesserat
Thebani supplicio afficiunt. magnis itineribus ꝑ Thessaliã & Macedoniã in Thraciã ꝑuenit, nauigiisq; Byzãtii paratis ĩ Asiã
traiecit, passim socios cũ fugeret ludificatus, quasi a Mardonio q cũ reliqs copiis paulopost affu-
turus eẽt, ipse ad negociũ in Thracia obeũdũ ꝓparet. Eodem die quo est ad Plateas dimicatũ, ad
Mychalẽ quoq; in ora Ionię ingẽs victoria a Gręcis pta est. cõsederat Græcoꝝ classis Leuthichi-
da Lacedęmonio duce in Delo. Samioꝝ legati ĩde Græcos occulte accersunt, polliciti fore, vt regi
am classem q̃ erat Sami si eo annauigarẽt, nullo maiore negocio opprimerent. Cęterũ nihil æque
dux Lacedęmoniꝰ secutꝰ credit q̃ Euthichidis q int̃ legatos erat nomẽ. Barbari audito Gręcorũ
accessu qa a p̃lio abhorrebãt ad cõtinentẽ orã q̃ Mychalæ p̃tenta est, naues cõtraxere, valido p̃si-
dio freti qd̃ ad orã Ionię tuendã his erat locis sub Tigrane oĩm Persarũ specie & statura eminen
tissimo. LX. peditũ milia naues huc subductas vallo muniunt. Græci vbi Samũ venere, hoste illic
nõ repto int̃ se cõsultãt, petãt ne Hellespõtũ, an retro pacato mari abirẽt. Neutrũ placuit, sed re-
cta visum ẽ ad Michalã ꝓcedere, quo naues hostiũ cõcesserãt. Oĩbꝰ itaq; ad pugnã diligent̃ ĩstru-
ctis classeq; infesto littori appulsa, vbi barbarũ terrestri pugnę paratũ videre, Leuthichidis horta-
tu Gręci in littus desiliũt, Persę priusq̃ p̃liũ inirent Samios suũ cõmilitiũ secutos armis exuũt, rati
id qd̃ erat Gręcos ab eis ex Delo ad ea loca accersitos. Milesios ꝑ speciẽ insidẽdoꝝ a tergo itine-
rũ ꝓcul inde ablegãt. Nã & ipsi in defectiõis suspitionẽ ac ꝓditiõis venerãt. Mox testudĩe ex Ger
ris facta sese stipãt, Gręci cõtra aĩorũ robore cõnixi, in hostẽ ita instructũ ĩpetũ faciũt, qbus ad pu
gnã euntibꝰ ꝑ vniuersum exercitũ subito manauit rumor, quia caduceũ supra fluctũ apparuisset
Mardonii exercitũ cum ipso duce ad Plateas deletũ. Ea phama quoquo mõ illuc delata est (meri
to enim miraculi locum obtinet, q̃q̃ Plateis diluculo sit pugnatum ad Mychalam vesperi) mul-
to ad id certamen capessendum Gręcos ferociores reddidit. Fuit & illud memorabile, q vtrobiq;
Pugna terrestris ad Mychalã. apud Cereris templũ est eo die dimicatũ, duplexq; victoria parta, Plateẽsi agro, & apud Mychalã
eius deę erat templum. Athenienses per littus & planiciem alterum cornu tenebant, per cõfrago
sa loca & montes Lacedęmonii. Qui dum circunaguntur Athenienses interim acre prælium cie-
bant. Persę quoad sibi gerra mãsere, pulchre se tuentes, nihilo erant hoste inferiores. Athenienses
autem cuneo mutuaq; hortatione innixi, testudinem infringunt. Restiterunt sic quoq; aliquãdiu
Persę, demum solutis ordinibꝰ conati sunt sese intra munitiones recipere. Quibus Athenienses

Corinthii & Sicyonii mixto agmine vna irrũpũt. Vbi igit̃ mur⁹ capt⁹ est tũ demũ barbari pu-gnę imeores fugã capessunt. Persę soli oĩm pugnã extrahere, etsi ad paucos redacti, quũ Lacedæmonioꝝ man⁹ p mõtes circũacta pugnã ęgre sustinẽtib⁹ supuẽit. Tũ ĩ medio Persę trucidant̃, cadũtq; Mardõtes vir clar⁹, & Tigtanes dux pedestriũ copiaꝝ. Nec victoria Gręcis ĩcruẽta obtigit, multi acie pierũt, & in his Sicyonioꝝ dux Perilaus. Samii vbi pliũ initũ videre, cõtinuo arreptis armis temere iacẽtibus Gręcis suppetias tulere. Sequũt̃ cęteri Iones & ĩ ptimis Milesii, q ãd moñtanos tramites ĩsidẽdos missi. Persas ex acie fugiẽtes, velut ĩsidiis exceptos passim obtrũcãt. Atq; per hęc q̃ dixi Ioniã iterũ a Persis defecit. Gręci plurimis barbaroꝝ ptĩ ĩ acie, ptĩ in fuga cæsis, hostiũ naues igni cõsumpsere, pdaq; in suas cõgesta retro Samũ abierũt. Inde in Hellespõtũ vela faciũt soluẽdoꝝ põtiũ cõsilio, quos vbi disiectos viderũt, Lacedęmoniis in Peloponesum abeũtibus, Athenięses Xãtippo duce Sestũ in Chersonneso oppugnãt, obsidio illa tã diu tenuit, vt q obsidione tenebãt, lectoꝝ funib⁹ elixis vescerẽt, oĩm demũ rerũ inopia adacti deserto Chersonnesi muro Persę noctu cũ Artaycle & Oebazaro ducib⁹ fugã capessunt, vbi vero dies illuxit Chersõnesitę e turrib⁹ rẽ Atheniẽsib⁹ indicãt portasq; patefaciũt. Oebazarũ in Thraciã fuga delatũ, Absynthii Plestoro idigenę deo ritu suo imolarũt. Artaycles cũ filio sup Egos fluẽta capt⁹, Seston ẽ retract⁹, vbi circa Hellespõtũ q̃ Xerxes põte copias traieçerat, filio añ oculos lapidib⁹ obruto, ipm Xãtippus dux trib⁹ tigillis humi defixis suspẽdit. Nec aliud mẽoria dignũ gestũ est foris eo ãno. Athenięses in Atticã reuersi sunt, quũ alias secũ pecunias portãtes, tũ vero Hellespõtiacoꝝ pontiũ instrumenta, q̃ Sesti erãt, vt rei gestę ad posteros monumentũ essent deorũ tẽplis illaturi.

Grȩcorum victoria. *Persę Ionia deficiunt.* *Athenięses Chersonneso potiunt.* *Persarũ supplicia.*

MARCI ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIÆ HISTORIARVM AB ORBE CONDITO, ENNEADIS TERTIÆ, LIBER TERTIVS.



RAT Grȩcia graui defuncta bello, quum Romæ intestinę discordiæ faces maximę vt siquando alias, inter patres & plębem exarserãt, hinc cõsulibus inde Tribunis Reipu. corpus in partes distrahentib⁹, erãtq; hoc anno quo id malũ validius incubuit, Ap. Claudius & T. Quintius consules. His magistratũ ineuntibus, Volero & C. Lectorius Volerone vehementior militari gloria præferoces, legem de Tributis comitiis assiduis concionibus celebrantes ciuitatem in apertum certamen traxere. Sed maius omnino fuit consulibus negocium cum Lectorio, qui quum de nulla re frequentius q̃ de lege loqueret̃, nihil interim a consulũ insectatiõe abstinebat, Appium supbissimãq; eius filiã criminando, eũ non consulem à patribus sed carnificem ad vexandam plębem datum clamitabat. Erat in eo rudis lingua, nec publicis disceptationibus assuetã. Deficiente itaq; oratiõe, quĩ ingt quirites haud facile loquor quæ vellem, paucis vos moneo vt crastina die adsitis, aut enim hic in conspectu vestro moriar, aut legem pferã. Occupãt Tribuni tẽplũ postero die, circũsistũt cõsules eoꝝ actus ĩpedituri cum nobilium caterua. Hic consulibus petentibus, vt sibi pauca de repu. ante legis lationẽ p cõcione loq liceret, facta a Tribunis & Pplo dicẽdi ptãte, Quintius molli populariq; orõne ita flexerat plæbeiorũ aĩos, vt multo plures legẽ abrogaturi si cõtinuo itũ esset ĩ suffragia, q̃ pbaturi viderent̃. Secutus inde Appii sermo tã a Quintii cõcione diuersus, vt vix ille tantũ fauoris nobiliũ causę conciliarit, q̃tũ hic odii & inuidię. quippe q a plębis ignobilitate exorsus eo descenderit, vt tribunatũ rẽ perniciosam ciuitati diceret, solere affirmans ex bonis seminibus felicem vberẽq; puenire frugẽ, ex malis aũt malã & pniciosam, tribunatum ex secessione plębis & discordia ortũ, pter temeritatem & violentiam eum magistratũ habere nõ posse. Verũ illud multo iniquius ferendũ, vt ii qb⁹ neq; arę essent neq; foci, leges ciuitati pscriberent. Quæ auditu grauia adeo tribunos irritarunt, vt Lectorius confestim Appiũ iusserit e cõciõe abire, q quũ minus pareret, missus est in eũ tribuni minister, quẽ quũ lictores cõtẽptim repulissent, Lectorius cũ para hoĩm manu eo violenter occurrit, maiestatẽ vindicatur⁹, restitit tñ Appi⁹ nobiliũ globo stipat⁹. Liuius in priuatos quosdam viatorem a tribuno missum scribit, qui iussi tẽplo facessere nõ paruissent. Verum negante Appio ius vllũ tribuno esse in patricios, ministrũ a Lectorio in ipm cõsulẽ missum, cõtra, a cõsule lictorẽ in tribunum. Qui haud dubie violatus esset nisi tota concio atrociter pro suo esset magistratu coorta. Et iam ex tota ciuitate fiebat concursus in forum, fuissetq; noĩr sine cruore certatum, nisi Quintius dato consularibus viris negocio, vt collegã e foro abducerent, ipse nunc sęuientem plæbem leniendo, nunc tribunos rogando, vt cõcilium dimitterent, darentq; irę spatium, nõ ius suũ illis tempus adempturũ, sed gerendę rei additurum cõsilium, futuros patres in populi potestate,

Vrbana seditio. *Inuisa Appii concio.*

consules in patrũ,funestã ciuitati p̃ssit seditionẽ.Ægre lenita est a Quintio multitudo,sed multo ægrius consul alter a patribus. Dionysius author est,Quintio suadente cõcessisse Lectoriũ vt de latiõe legis senatꝰ arbitrio staret.Ac tũ P.Valerii sn̄ia ad tollẽdã discordiã p̃missũ, vt tribꝰ in suffragia mitterent reclamãte Appio,deos hoĩesq́ testãte p metũ p̃di rẽpu.ac deseri.Nõ cõsulẽ senatui,sed senatũ cõsuli deesse.Grauiores accipi leges q̃ in sacro mõte paucis ante ãnis acceptę fuissent.Cęterũ patribꝰ a certamine abhorrẽtibus , petẽtibusq́ ab eo vt tantã consulatem maiestatẽ esse vellet,q̃ta in concordi ciuitate esse posset,ne dũ tribuni cõsulesq́ oĩa ad se traherent,nihil publici iuris in medio relinq̃ret.Appius consensu patrũ victus q̃euit.Lexq́ sine vlla maiore altercatione p̃lata est.Cœperuntq́ tũ primũ Tribuni & Ædiles sine auspiciis , sine religione tribunitiis comitiis creari.Calpurnius Piso tres priori numero tribunos tũ additos p̃didit,ac quinq́ tãtum creatos scripsit,quo apparet duos a principio Tribunos creari solitos . Qđ Dionysii opinioni repugnat.Liuiꝰ Pisoni astipulat.

Prima comitia tribunitia.

Volsci & Equi discordia ciuitatis freti,in Romano agro castra fecerant,quẽ late populari expectabãt an vlla fieret a plębe secessio.Cęterũ sublata discordia continuo hostes retro abiere.Cõsules delectu habito Appiꝰ in Volscos,i Equos Quĩtiꝰ duxere,dispari fortuna vsi,vterq́ suo ingenio similia exptus.Oderat Appius exercitũ suũ,residuoq́ ciuilis certaminis odio militem vexabat,odere q in exercitu erant ducẽ,segniterq́,ociose , cõtumaciter oĩa agere,nõ metus cuiq̃,nõ pudor obstabat.Si agmẽ cõsul p̃perare iussisset,tardius incedebat:si operis spectator adesset,rẽ spõte motã remittebãt,execrabant abeũtẽ,irascebat inuictꝰ ille animꝰ nec cũ militibꝰ aliq̃d agebat ampliꝰ.Corruptũ a cẽturionibꝰ exercitũ dictitãs,eosq́ cauillãs Tribunos plębis & Volerones appellabat.

Superbia Claudii in exercitu vexando.

Volsci q horũ nihil ignorabãt,vehementer pugnare cupiebãt rati Appiũ acie cõgressum,nihilo vtiliorẽ habiturũ militẽ q̃ in Hetruria Fabiꝰ habuisset. Sed multo ille infestior fuit Appio,q̃ Fabio olim.Haud enĩ hic vt in Veiis vincere noluit, sed qđ atrociꝰ violẽtiusq́ fuit,se vinci est passus.In aciẽ p̃ductus victo fusoq́ similis, turpiter castra repetens nõ prius restitit q̃ hostiũ signa castrorũ muuitionibus inferri vidit.Dionysius author est,potuisse eo die Romanũ exercitũ deleri,nisi hostis veritus eẽt, ne in insidias p̃cipitaret,nã verã eẽ eã fugã,credebat nemo,qñ pene priusq̃ manus cõferet,inclinasset.Necessitas vim militi exp̃ssit hostẽ a vallo repellendi,apparuitq́ tantũ eo die castra capi noluisse , caetera de industria in consulis odiũ acta.

Exercitus cõtumacia in Claudiũ consulem.

Fremebat Appius,desertoresq́ patrio more punire adortus,cõcionẽ aduocari iubet . Legati Tribuniq́ circunfusi orant,ne imperiũ cuius vis in obedientiũ consensu sita esset, tã alieno tp̃e experiri vellet.Negabat miles se ad cõcionẽ iturũ.postulabatq́ palã,vt ex Volsco agro castra mouerentur,magnã cladẽ acceptã , sed maiorẽ oĩno instare nisi fusus fugatusq́ exercitus in pacatũ abduceret.Appius in sequẽtem diem iter p̃nũciari iubet.Postridie prima luce signo profectiõis edito, agmẽ castris egressum porro ire cœperat,quũ repẽte hostis extremos adortus trepidationẽ & tumultum iniecit.Qui terror ad primos p̃latus signa & ordines turbauit,mox & fuga orta, tũ vrgente hoste per corporũ armorũq́ stragẽ milites elapsi,non prius fugiendi finem fecere,q̃ hostes insequendi.Collectis demũ ex dissipato cursu militibus consul in pacato castra posuit.Ibi atrociter in desertores inuectus,vbi signa,vbi arma essent fremens regrebat.Nec vltionẽ distulit,signiferos centuriones & duplarios virgis cęsos securi p̃cussit.Ex caetera multitudine decimũ quẽq́ pari affecit supplicio.

Claudius in milites animaduertit.

Contra in Equis bñficiis est inter ducẽ & exercitũ certatũ.Quintius natura mitis,exẽploq́ collegę adhuc mitior factus,benigno moderatoq́ imp̃io sibi militẽ ad oĩa deuotissimũ reddidit.Qua ducis exercitusq́ cõcordia p̃culsus hostis,agrũ vastari passus est. Præda ingẽs in agris parta militiq́ data,ob quæ tum duci tum propter ducẽ patribus placatior rediit exercitus,sibi parentem,alteri exercitui dñm non ducem a senatu datum dictitans.

Mutuũ ducis & exercitus studiũ.

Turbulentior inde annus secutus L.Valerio & Tito Æmylio cõsulibus.Publiũ p Lucio & pro Tito Tyberium apđ Dionysiũ legere est.Lex agraria reuocauit ordines in certamen. Appium iudiciũ ciuitatem in diuersa studia accendit.Stabat Appius priuatus p possessoribꝰ cõtra agrariã legẽ nõ minus tribunitios conatus infringens,q̃ si tũ cõsul eẽt.Quã hoĩs audaciã.M.Duillius &.C.Siccius Trib.plębis iniquo aĩo ferẽtes,ei diẽ dixerũt.Capita accusatiõis fuere,q̃ plębẽ ludibrio haberet,excitaretq́ in vrbe seditionẽ.Et q̃ cõtra sacras leges Tribuno manum intulisset,essetq́ ipsius culpa in Volscis male dimicatũ.

Valerius & Æmilius cõsules.

Nullus vnq̃ reus magis tribunos & plębem contempsit. Adeo vt ne patrum quidẽ hortationibꝰ p̃pelli potuerit,vt reus vestẽ de more mutaret, aut rogando p̃hensaret quẽq̃. Semel oĩno cãm dixit,non timido vt reus sed accusatorio spiritu,tantaq́ constantia vt non minꝰ plębi formidabilis tunc esset,q̃ quũ cõsul fuit.Ipse priusq̃ iudicii dies adesset morbo decessit. Defuncti laudationem quam frustra ĩpedire tribuni adorti fuerant , multitudo tam libẽter audiuit

Appii Claudii cõtumacia & mors.

q̃ viui accusationẽ,exeq́asq; freq̃ues celebrauit.Dionysius author est a filio adolescẽte p̃ ro-stris eũ laudatũ,Appiũq; sibi mortẽ cõsciuisse credidit.q̃q̃ necessarii eũ morbo extinctũ dicerent,vt minus esset ei⁹ exit⁹ infamis.Post hęc Valerius ad Equicum bellũ ꝓfectus,Æmylius in Sabinos,nã & hi ciuili Romanoꝝ discordia fręti,in Romanũ agrũ agrũ hostiliter irruperãt.Tenebãt se Sabini in oppidis,estq; libere eoꝝ ager a cõsule igni & ferro fœdatus. Traxit clades illa Sabinos in apertũ,vt p̃datorib⁹ occursantes p̃liũ ex occasione cõmittere sint ausi, ancipitiq; p̃lio digressi,postridie in tutũ abierãt.Id satis visum cõsuli, atq; p victo relinquẽs hostẽ Romã decessit.Valerius in Equis aliquot leuiora p̃lia cũ hoste fecit,cõpulsumq; intra vallũ quũ oppugnare adort⁹ esset,fœda tẽpestas cœlo deiecta ab cpe deterruit.Est res prodigii loco accepta,q; reductis in castra legionib⁹ serena & trãq̃lla dies ex obscura & turbulẽta subito est facta.Castra igit̃ velut aliquo numine defensa,iterũ oppugnare cõsul nõ est ausus Reliqua vis belli in agrorũ populatione fuit.Secuti deinde cõsules.T.Numitius & Au.Vergini⁹.Principio hui⁹ anni grauis ob legẽ Agrariã impendebat seditio,haud multo post in p nicięm ciuitatis eruptura,quũ ex villarũ fumo & agrestiũ fuga hostes,appropiquate est cognitũ.Erãt hi Volsci,q consulũ accessu nõ expectato,in pacatũ cõfestim abierũt. Nec ita multis interiectis dieb⁹ Numitius Antiũ aduersus Voscos est ꝓfect⁹,Vergini⁹ in Equos, q nõ ausi aperte cõgredi,insidias circa syluas qua cõsul ductur⁹ videbat̃,occulte disponũt. Nec latuit Romanos hostiũ cõsiliũ,paratusq; & instruct⁹ pugnę subiit cõsul syluas,ibi Equorũ cęde edita incolumis miles in aptũ euasit.Liui⁹ rẽ ait ĩ discrimẽ temeritate cõsulis adductã,militisq; virtute restitutã.Equi qđ satis cõstat ea clade fracti,p victis iã inde p̃lio abstinuerũt.In Volscis fusi primo cõgressu hostes,in Antiũ vrbem compulsi,id oppidum in Volscis opulentissimũ Numitius oppugnare nõ est ausus.Ager populatione vastat⁹ & Cœno oppidum ex Antiatibus captum.Sed dum hæc in Volscis geruntur,Sabini cõsulũ exercituũq; absentiã nacti ad vrbẽ vsq; populabundi ꝓcesserũt.In hos ambo cõsules oẽm vim belli vlciscendi studio vertunt,paucisq; diebus multo maiorem Sabini q̃ intulissent cladẽ acceperunt. Reliqua parte anni ab externis armis quies fuit.Creati in sequentẽ annũ cõsules P.Quinti⁹ & Q.Seruilius.Sabini in crustuminos campos subita populatione effusi,villis circa Aniene incensis ad vrbẽ vsq; Romanũ agrum incursatunt,prędã hominũ pecudũq; ingentẽ ex ipsis ꝓpe mœnibus egerunt.Quos Seruilius infesto exercitu insecutus,ęquis locis adipisci nõ potuit, irã accepte cladis in agros vertit,in q̃bus nihil bello reliquit intactũ,prędaq; multiplici capta Romã rediit.Nec min⁹ ꝓspere in Volscis Quinti⁹ bellũ administrauit. Primo collatis signis cũ hoste cõflixit,qui Volscis auxiliarib⁹ in societatẽ belli assumptis multitudine abũdabat,ad meridiẽ vsq; ęquo marte dimicatũ.consul adductis in dextrũ cornu,vbi suos hostiũ multitudine degrauari sensit,subsidiariis eq̃tibus,ibi ad terrã desiliẽs, vt cęteri idẽ facerent hortat̃. Felici deinde mẽdacio alterũ cornu hostiũ fusum fugatũq; inclamat, iuuarẽt ipsi altera parte victoriã,& cũ his impressione facta cõfestim hostẽ loco submouit.In quos haud dubie turbatos equitẽ resumptis equis immisit.Inde celeri cursu verẽq; fugę nũcius in alterũ lat⁹ deuolat, vbi sua p̃sentia nuncioq; inchoatæ victorię suos ita erexit, vt momento tẽporis hac quoq; parte pculsi hostes fugã fecerint.Nec cõsul cedẽtib⁹ nimiũ instandũ putauit, verit⁹ ne si redintegratũ fuisset pręliũ,sui vulneribus & labore fessi vincerent̃. Paucis inde diebus velut inducię vtrinq; fuerũt.Interim hostis supplemẽtis ex vtraq; gẽte accersitis,suas opes studio auxit,ferociorq; ex eo fact⁹,tertia noctis vigilia Romana est castra oppugnare adortus. Quintius sedato tumultu q sub primũ hostiũ accessum inciderat , cohortẽ iubet ante vallũ instructã stare,ibiq; cornicines tibicinesq; eq̃s sedẽtes p reliquũ noctis canere. Id tp̃s ĩ castris geri datũ.Interim vero equoꝝ hinnit⁹ cõcẽtusq; tubarũ & lituoꝝ tãq̃ Ro.iãiã ĩ p̃liũ erupturo hostẽ sollicitũ habuit. Vbi aũt illuxit,Quinti⁹ militẽ satiatũ somno in p̃liũ mittit,missus fessum hostẽ stãdo,puigilioq; noctis affectũ primo ĩpetu fudit.Collis erat q̃dã medio fere spatio iter bina castra,huc se pculsi hostes trepide recepũt.Quĩti⁹ suoꝝ ĩpetũ sistit, ne si fortuna victoriã variasset,temere fecisse crederet̃ q; iniquo loco paucos aduersus plures pugnare coegisset.Militib⁹ tñ reclamãtib⁹ ĩstãdũq; pculso hosti dictitãtib⁹, quũ & eq̃tes affirmarẽt se ãte signa ituros reintegrato clamore pilisq; humi defixis,vt leuior cẽt ascẽsus ĩ aduersũ collem subeũt.Hostes effusis ad primũ ĩpetũ missilib⁹ saxa pedib⁹ obiacẽtia ĩ Ro.subeũtes deuoluũt. Obrutũ est ruina quadã sinistrũ cornu Quintio, & iã pceps pniciosaq; fuga instabat,quum consul temeritatem & ignauiam militi exprobrando,metum pudore excussit. Resistũt itaq;

T. Numiti⁹ Au. Vergini⁹ cõsules.

Res ĩ Volscis gestæ.

P.Quinti⁹ Q.Seruili⁹ consules.

Acie fũdũtur Equi.

Quĩtii strategema.

obstinatis animis,ĩde ausi ĩferre gradũ sublato clamore cõmouẽt aciẽ,cõnixiq; vna exuperãt
loci iniqtatẽ.Euaserãt ꝓpemodũ primi in summũ cliui iugũ,quum hostes fuga dilapsi,ꝑ ipsa
collis decliuia ꝓcipites abeũt.Pluriũ fuga ad castra inclinauit, victor Romanus vestigio hæ
rẽs cędebat fugiẽtiũ terga,ita vt vno pene agmine fugiẽtes sequẽtesq; castris inciderint.Ca-
ptaq; sunt eo pauore castra:q ex acie effugerãt Antium sunt fuga delati,ad qđ haud multo
post sunt Romana signa admota.Oppido cõsul paucis diebꝰ volũtaria deditiõe est potitus.
Ob ꝓclare gesta,senatꝰ illi obuiã ꝓcessit,triũphũq; detulit.Et res Ro.in hoc erat statu,in Pa-
lęstina nil Dario rege ꝓter ea q̃ sunt alio loco memorata,relatu dignũ accidit.Septimo Xer

Esdrę memoria.

xis anno si recte Iosephꝰ digerit tpa,Esdras inter hoies Hebraici sanguinis adhuc in Assyria
agẽtes prudẽtissimꝰ,qppe q Mosaicas leges vel hoim incuria vel iniuria tẽpoꝝ ꝓpemodũ de
perditas,qa oĩa memoria teneret,literarũ monumẽtis restituit.Ob celebrẽ sapiẽtię & sanctita
tis phamã regi nõ ignotꝰ facile ab eo ĩpetrauit,vt ex Babylone populares suos secũ migrare

Xerxis ep̃l'a ad Esdram

volẽtes in Palęstinã deduceret.literarũ quas Xerxes ad illũ dedit hęc fuit forma . Rex regũ
Xerxes,Esdrę sacerdoti diuinęq; legis ĩterp̃ti salutẽ. Ad nostrã clęmẽtiã attinere credidi,vt
siqui Iudęoꝝ q adhuc in Assyria agũt Hierosolymã inuisere velint,his visendi potestatẽ fa-
cerẽ,sic mihi septẽq; meis cõciliariis visũ,vt ire volẽtes ritu gẽtis & ex lege dona Israelitarũ
deo ferãt,q̃ ego & amici vouimꝰ,qcqd ꝓterea auri & argẽti ĩ terra Assyria deo dicatũ inue-
niri põt,id oẽ Hierosolymã ad sacroꝝ ministeria deportẽt,ac qcqd ipse ex vtraq; materia cõ
flare volueris,id tibi tuisq; fratribꝰ liceat.Sacra vasa q̃ tibi tradita sunt,illic statuas,ac si qd ĩ
mẽtẽ venerit,qđ fieri oportere credas,ĩ id pecuniã ex regiis thesauris tibi dari iussimꝰ, scri-
psiq; custodibꝰ pecuniarũ Syrię & Phœnicię,vt diligẽtiã adhibeãt ad oĩa Esdrę sacerdotis di
uinarũq; legũ ĩterp̃tis desideria.Nequa insup me nepotesq; meos cęlestis vltio sequaẽ.Centũ
tritici modios deo ex lege dari ꝓcipio.Nec a sacerdotibꝰ,Leuitis,cãtoribꝰ,ministris, ianitori
bus,scribis sacri tẽpli,tributũ exigi volo.Tuq; Esdras da operã,vt diuinę leges ꝑ eos,quos tu
ad hoc ipm̃ cõstitueris,tota Syria & Phœnicia vulgenẽ discẽdęq; ignaris tradanẽ, vt si quis
tuę gẽtis sui dei legẽ fuerit trãsgressus,rite puniaẽ,tuoq; cognoscẽtis arbitrio,aut morte aut
pecunia plectaẽ.Vale.Hęc tũ Xerxes. Esdras regis ep̃l'a ĩter suos vulgata multos Hebraici
gñis ad Hierosolymã visendã pellexit.Secuti sũt eũ sacerdotes & leuitę plurimi,ipse cũ ma-

Tẽpli supellex.

gna manu Euphrate trãsmisso ĩ Palęstinã venit.Tẽploq; ĩtulit vasa argẽtea talẽtoꝝ cẽtũ.Au
rea talẽtoꝝ viginti:Ærea duodecim.Et hęc cũ regis tũ Hebręoꝝ Babylonẽ incolẽtiũ dona-
ria fuere:post Esdrę reditũ delata sunt sacerdotũ quorũdã & leuitarũ noĩa,q ex vxoribꝰ alie
nigenis cõtra legis ꝓscriptũ liberos ꝓcreassent. Vulgo igiẽ ad exp̃tãdũ scelus secuta sunt di

Neemias.

uortia.Cautũq; ne deiceps qspiã tali se flagitio obstrĩgeret.Nec Esdras diu supstes fuit.Quo
Neemias nihilo pietate in suos fuit ĩferior.Is quũ Xerxis pincerna esset, miserãdo suorũ sta-
tu cõmotus,q ludibrio finitimis esse dicerenẽ:qm̃ vrbẽ moenibꝰ nudã ĩcolerẽt, essentq; ob eã
rẽ oim̃ iniuriis obnoxii,eximia pietate a rege cõtẽdit, facileq; ĩpetrauit,vt nõ mõ liceret sibi
vrbẽ Hierosolymã muris cingere,sed pecuniã etiã ex regiis thesauris quãta ad id opus satis
eẽt,accipe.Cũ his a rege dimissus Babylonẽ venit,ĩde nõ parua suoꝝ populariũ manu stipa

Hierosolymę ĩstaurãtur.

tus,Hierosolymã petiit,pp̃l'oq; ad cõcionẽ vocato,docuit primo q̃ a Xerxe Persarũ rege impe
trasset.Multitudinẽ inde ad murorũ ędificationẽ hortatꝰ,vbi cõmune studiũ eẽ vidit,dimẽ-
so muroꝝ spatio,ęqs portionibꝰ cõficiẽdũ opus,vicatim pp̃l'o regionatimq; diuisit.Affuitq;
ĩcœpto operi cõfestim finitimoꝝ liuor.Sed quũ metu regis destinato opi ire obuiã neqrẽt,oc
culte in cœmẽtarios opifices cęterãq; multitudinẽ opibꝰ intẽtã,latrocinãtiũ more grassatĩ.
Obtrũcare ĩprouiso accessu alios,alios vulnerare,rape ĩstrumẽta,cętera disturbare,tãtusq; ex
ea re metꝰ cęteroꝝ aĩos ĩcesserat,vt haud ꝓcul abesset,qn opus desp̃atiõe ĩtermittereẽ.Percre
buerat adhęc rumor subornatos a finitimis eẽ,q Neemiã ex occasiõe obtrũcarẽt.Quibꝰ ille in
sidiis ĩstinctꝰ latꝰ custodibꝰ muniuit,auctorq; fuit suis vt ferro accĩcti muros molireẽ.Dispo-
suit ꝓterea circa vrbẽ ad qngẽtos passus,speculas vñ latronũ accessus classico significareẽ.Et

XII. ãnorũ opus.

ille ꝑ hos labores.xii.ãnoꝝ spatio vrbẽ valido muro cĩctã reddidit. Inciditq; opis cõsũmatio
ĩ annũ,vt Iosephꝰ ait.xxviii.Xerxiani regni. Sed duo faciũt vt Iosepho q hoꝝ est author nõ
temere accedã,& ꝙ Xerxes.xx.nõ ãpliꝰ regnauit ãnos,vt Eusebiꝰ colligit, & hęc q̃ ille de Es-
dra & Neemia ꝓdidit,Euseb.idẽ author ĩ Artaxerxis q Persarũ regnũ post Xerxẽ tenuit re-
ponẽda credidit.Sed siue hoc siue illo rege hęc acta sũt, nã authores quos seqmur ĩ diuersũ
trahũt,Neemias post murorũ ędificationẽ enixe dedit operã,vt multitudine, q̃ ĩ agris vica-

tim agebat, in vrbē traducta, frequētius Hierosolyma colerent. Et hęc tū in Palęstina, in Gręcia vero posteaq̃ mari terraq; feliciter est a Gręcis in Medos bellatū, cessatūq; ab armis, Athenięses pmiis belli rerūq; gestarū gloria aucti, vrbē a mediis dirutā instaurare aggressi sunt.

Athenę instaurantur

Qui murorū circuitū multo ampliorē eo q̃ antea fuerat cōplexi, suspecti esse coeperūt Lacedęmoniis, succurrebat illud animis, quo pcessura esset munita ciuitas, & cui tale incremētū excidiū & ruina dedissent. Venerūt itaq; eo Lacedęmonioꝝ legati publico noie nūciantes, nihil operęprecīū fieri, q̃ Athenięses munimēta hostib⁹ receptaculūq; futuri rursus belli extruerēt. Sēsit Themistocles, senserūt alii spei vrbis inuideri, respōsum est ituros ex Athenis Lacedęmonē q cū ipsis de re cōsultarēt. Sicq; Spartanis dimissis hortat suos Themistocles, vt maturarēt opus pficere.

Ars Themistoclis in fallēdis Lacedæmo.

Ipse deinde aliquot interiectis dieb⁹ in legationē pficiscitur, inter eūdūq; nūc valitudine simulata, nūc collegarū cūctationē excusans spatiū pficiēdo operi q̃rebat. Nūciat interim Spartiatis opus ab Athenięsib⁹ studio maturari. Mittunturq; ob eā rem iterū legati an vera essent, q̃ dicerent corā inspecturi, Themistocles magistratib⁹ scribit, vt legatos secūdo loco missos vincirēt, & velut pign⁹ neqd i se graui⁹ statueret in custodia haberēt, p cōcione deīn aperuit qd actū eēt, Athenas docet valide munitas eē, posse iā Athenięses nō solū armis, sed moenib⁹ etiā illatū bellū sustinere. Castigat deinceps ipsoꝝ ambitionē q socioꝝ imbecillitate potentiā sibi q̃rerēt. Hęc ille audacius effatus, nec.n. iniuriā ab his vereri, quorū sciebat legatos iādudū in suoꝝ potestate esse. Mox incolumis dimissus velut Lacedęmone triumphata, multo honore a suis est ciuib⁹ acceptus. Sed quū p hęc Themistocles maior esset factus, q̃ libera ciuitas diutius latura esset; Ostracismo est Athenis eiect⁹.

Exiliū Themistoclis. Ostracism⁹

Moris fuit Athenięsibus eoꝝ aliquē, q opibus & potētia supbirēt, essentq; ob aliqd insigne animi vitiū ciuib⁹ graues, multitudinis suffragio in .X. annos pcul Athenis ablegare. Tulit eā ignominiā parū ciuiliter Themistocles, q quū Argis esset cōsilia agitare coepit, de Gręcia barbaris pdēda. Inde recens occasio hoībus aduersę factionis data ipsius ad populū criminandi, facile obtinuerūt, vt publice Argos irent qui eū caperent, ad suppliciūq; Athenas deportarent. Præsensit se ad poenā regri Themistocles, aufugitq; primo in Corcyrā, mox inde ad Admetū Molossorū regē. Postremo in Asiā naui delatus ad Xerxē se cōtulit. Vt Ephorus Dimō & Clitarch⁹ scripsere, vt Thucydides & Charon Lampsacenus ad Artaxerxē eius filiū. Cū rege igit congressus iussusq; de reb⁹ Gręcię differere respōdisse fertur, peristromatis eē hominū sermones perq̃ similes, quæ quū collecta sint & conuoluta, nullā rerū pfectū exprimāt formā: quū vero extensa & explicita oīa fiant conspicua.

Themistoclis verba de sermōis natura.

Rex eiusmodi adagio delectatus, ab eo q̃siuit quātum tēporis spatium sibi posceret ad rē ipsam sermone demōstrandā, annum sibi dari petiit, id ille tēpus credidit vt qdā arbitrantur satis sibi ad Persicum sermonē cōdiscendū. Tū Xerxes siue eius filius ille fuit; in panē vinū & obsoniū tria dono vrbes ei detulit Magnesiā Lāpsacum & Miuntem. Neanthes & Phanius duas alias adiiciūt Percotum & Palesephim ad vestitum & supellectilē.

Tres vrbes Themistocli datæ.

Huiusmodi regis liberalitate, quū iā opib⁹ & gratia Themistocles floreret, essetq; laute structa sibi & suis coena, accubarētq; cū eo vxor & liberi, ad eos conuersus perieram⁹ inqt filii nisi periissemus. Vexabat interim Athenięsiū classis Cilicię orā & Cypron Cymonis ductu, lateq; patebat toto mari ipsius vrbis imperiū, & iā Ægyptus Atticis opib⁹ freta ad defectionē spectabat. Rex his hostiū successib⁹ mot⁹, ad Themistoclē mittit, qui suo noīe eū moneret, vt qñ ingētis copias in Gręcos armasset, sese psentē ad expeditionē accingeret, pmissaq; de bello Gręcię inferēdo exolueret. Eo nūcio accepto dubiū charitate patrię ne suo ductu Gręcia violaret, an q̃ promissa pręstare nō posset, taurino sanguine Magnesię epoto anno quinto & sexagesimo periit.

Themistoclis exitus. Pausanię pditio.

Nec Pausanię exit⁹ multo feliciot fuit. Quē Græcia Medico defuncta bello ducē ad Persicas opes mari infestādas delegit. Is pro ducatu regnū affectana, pditionis pręmiū cū hoste regię puellę nuptias paciscit. Cui vt aliquo modo ab initio gratificatus videret, captiuoꝝ vim ingētē gratis restituit. Scripsit pterea ad ipsum Xerxem vt quoscūq; deinceps in Persidē misisset eos interficeret, ne cuiusq̃ indicio amborum secreta pderentur. Præerat tūc Athenienſium classi Aristides belli socius. is Pausanię conatibus obuiā eundo maturiusq; consulendo, nefaria eius pditionis consilia discussit. Inuisa erat ad id vulgo Pausanię supbia, simul & auaritia, quę summi alioqui ducis vitia vehemēter Græcoꝝ studia a Lacedęmoniis alienarūt. Iracunde, aspere, & cōtumeliose rogare respōdereq;. Cōtra, æquitatē in Aristide, & in Cymone facilitatē socii cōplexi, mirifice Athenienſibus fauebant. Demū eo processere studia, vt Chii, Samii, Lesbii, cum Aristide egerint, vt sociorum causam

Aristidis ęqtas. Cymonis facilitas.

susciperet. Secuti deinceps alii quoq; cõsensu imperiũ est ad Atheniẽses delatũ. Pausanias vt
Aristidis equitas.
Trogus scribit, a suis capitali est supplicio dãnatus. Mira videri possunt q̃ de Aristidis æqui
tate memoriç sunt pdita. Laudare solitus dicit eũ reip. statũ, in qua primus optimatiũ esset
locus. Fuerũt in eo constãtia, modestia, & æqtas, q̃ virtutes Themistoclis vitiis haud medio
Vita Themistoclis.
criter repugnabãt. Erat ille callidus, leuis, & temerarius, qua animorũ dissimilitudine, grauis
simę inter eos cõtẽtiones in republica extiterũt. Sitq; Aristides ipse qsq; testat9, Atheniensiũ
ciuitatẽ nunq̃ quieturã, nisi se & Themistocle sublatis. Videt mihi vir ille virtutẽ (qđ vnũ
homo potest) in deo studiose imitat9. Nã quum maiestas illa ęterna immortalitate, potesta
Aristidis virtutes & exilium.
te, & virtute, oĩbus longe pręstet, pars vna nobis in eo imitabilis relicta est. Virtutis itaq; stu
dio tantũ profecit, vt iustus sit vulgo cognominatus: ob eã causam ab Atheniẽsibus in exiliũ
actus, quia non posset ęquis auribus ambitiosa ciuitas audire eũ vbiq; iustũ prędicari. Ferũt
publice dixisse, posse se honestius veriusq; sua inopia gloriari, q̃ immẽsis opibus quas posside
ret, Calliã Atheniẽsiũ ditissimũ. Cõplures inueniri, q fortunas suas in turpes vsus collocarẽt,
q pauptatẽ generose ferrẽt pq̃ paucos esse, nec pauptatẽ cuiq̃ nisi inuitis esse indecorã. Periit
itaq; tã paup, vt domestico sumptu funerari nequerit. Ei9 filię paternę virtutis causa publi
Cymon.
co ęre sunt matrimonio locatę. Cymon, q cũ Aristide Atticę classi pfuit, Milciadis cui9 nomẽ
Marathonia est pugna illustratũ, fuit fili9, a pueris stult9 & insolẽs, cęterũ pcedẽte tpe, cũ pa
Cymonis munificentia.
ter in vinculis expirasset, vt corpus sepulturę redderet, se defuncti loco vinciri est passus. Ac
cessit huic pietati facilitas vitę, & liberalitas tãta, vt agros & pomaria amicis cõmunia pere
grinisq; fecerit, mãdaueritq; assectatorib9 suis sumptuosius cultis, vt qsqs ciuiũ grãdis natu
ac vestis indigus sibi obuius fuisset, ad cõmutãdã vestẽ comiter inuitarẽt. Vñ ea liberalita
tis est ei phama cõciliata, vt Critias, q vn9 postea ex triginta tyrãnis fuit. Scopadũ diuitias
sit sibi optare solitus, victorias Agesilai, & Cymonis liberalitatẽ. Atq; ille, quũ talis esset mo
ribus, ĩperio sociorũ cõsensu circa Bizantiũ recepto, in Persas q Eronẽ circa Strymonẽ flu. te
nebãt, primo nauigauit. Infestabãt barbari vicinas Grçcor; colonias, classe in Thraciã appul
sa, hostẽ in plio victũ in vrbẽ cõpulit, circuniectã inde regionẽ adeo populationib9 vastauit,
vt Butes psidii pfectus fame inopiaq; rerũ oĩm adactus vrbẽ incẽderit, opibusq; rogo imposi
tis, sese cũ amicorũ plęrisq; superiniecerit. Eronẽ Atheniẽses nouos colonos misere. Scyrũ de
Thesei ossa
inde insulã Dolopibus loco eiectis Cymon subegit, vnde Thesei ossa sepulchro multa cura
inqsito, triremi vna Athenas deportauit, in cui9 rei memoriã tũ primũ constitutũ est Poeticũ
certamen, in quo Æschyl9 a Sophocle victus ex Athenis in Siciliã nauigauit, volũtarii exilii
causa, ibiq; vita defunctus apud Gelã sit9 est. Cymon ex Atticis turmis triremes suppleuit,
eoq; breui cõrigit, vt assidua rei maritimę exercitatione, cęteris domestico ocio deditis, soli
Quib9 reb9 creuerint Atheniẽses
Atheniẽses Grçcor; fortissimi maximeq; opulẽti euaserint, ita vt nõ admirationi solũ, sed ter
rori etiã finitimis essent. Acciditq; vt plæriq; eor; q socii fuerãt Atheniẽsiũ vectigales sint
facti. Ipse opes regis terra mariq; pximo bello fractas opportune adortus, oẽm Asiã ab Ionia
vsq; ad Pãphiliã Persicis psidiis liberauit. Nec ita multo post Gnidũ vbi Cymon classem ha
bebat, affert, magno regis exercitu ingẽtiq; classe Pãphiliã obsideri. Qđ vbi ille cõpertũ ha
buit, cupiẽs maritimę aditũ orę, q̃ intra Chelidonias iacet hostib9, pcludere, cũ ducẽtis trire
Phaselitæ.
mibus ad celeritatẽ & cursum affabre cõstructis, in Phaselitas primo nauigauit, horum agri
etsi Grçci erãt, verũ, qa ad defectionẽ ppelli nequerant, primo vastati sunt. dein signa sunt ad
vrbẽ admota. Chii q cũ Atheniẽsib9 militabãt, vererẽ cũ Phaselitis amicitiã secuti, Cymonẽ
leniẽdo, literasq; sagittis alligatas ad hostes iaciẽdo, ea victos cõditione in partes traxere, vt
X. talẽta Cymoni darẽt, & i barbaros cõmilitiũ facerẽt. Pergit inde Cymon in hostes ire, cũ
quo Tirraustes regiæ classis pfectus, vt Ephorus pdidit, plio cõgredi nõ ausus, ad Eurimedõ
tem fluuium secessit, pugnã dilaturus in Cypriç Phœniciçq; classis aduentum, quas in horã
expectabat. Nec hostium consilium latuit Atticum ducem, qui vt auxiliares naues cætera
Eurimedõ fluuius.
classe excluderet, ad Eurimedõtis ostiũ cõtẽdit. Hic barbarus ne inuitus manũ cõserere co
gerer, intra flumen naues adigit, qb9 cedẽtibus quũ Atticę naues ptinacius instarẽt, indigni
tate rei cõmotus Tirraustes, confestim ex fuga pugnam capessit. Phanodem9 sexcẽtas naues
Persis affuisse prodidit. CCC. Ephorus & qnquaginta. Cęterũ nil tãtis opibus dignum est eo
prælio gestum, pugna vix bene cõserta, barbarus pro victo classem proximis ripis impegit,
ac qua cuiq; proximum fuit in amica castra, quę haud procul aberant a flumine, turpi se fu
ga pripuit. Pręerat terrestribus copiis Ferendaces, vt Ephorus pdidit, vt Callisthenes Ario

mandes Gobriæ filius. Ducētę naues cū ingenti hominū multitudine a Cymone captæ, prę
Cymonis naualis victoria.
ter alias multas q̄ partim suppressę sunt, partim dextra læuaq̧ ripa allisę. Qui in castris erāt
suorū rebus iā pditis ad naues descēdūt. Cymon aciē in pcinctu stātē intuit⁹, aliq̄diu delibe
rabūdus stetit, an terrestri pugnę classiarios nauali plio fessos crederet. Ad qd̄ facin⁹ cū sua
ipsius audacia, tū militū alacritate impulsus, statim dat signū ad erumpendū. hic celerius q̄
credi possit ordinib⁹ explicitis, clamorē Græci tollūt, simulq̧ in hostē decurrunt. Nec barba
ri pugnā detrectauere. Fit atrox prœliū, multi Græcorū atq̧ iidē fortissimi primo congressu
perierunt. Cęterū virtute & audacia hostē ad extremū fundunt, fusumq̧ castris multę opu
Terrestris eiusdē successus.
lētiæ refertis exuunt. Duplex his locis erectū est a Cymone trophæū, Salaminio & Plateensi
neutrū inferius. Cōuersus inde dux ad octoginta Phœnicum naues opprimendas, q̄ barbaro
affuturæ dicebaā, ad Hydropem quo eas appulisse cognouerat, priusq̄ res persicas accisas
cognoscerēt, celeri cursu ire pgit, his ex Hydrope altū tenentib⁹, atq̧ ignaris eorū, q̄ ad Euri
medontē facta fuerant, victrix classis ex improuiso obuiā facta tantū terrorē iniecit, vt momē
Recēs Cymonis victoria.
to tēporis hostis cū multa cæde in Græcorū potestatē venerit. Multiplex hæc clades tātum
Persarū regno terrorē incussit, vt rex in vulgatissimas illas pacis conditiones descenderit, q
bus diserte expssum est, vt ad equi cursū itra Cyaneos & Chelidones fines Medus se Graio
mari abstineret, ne longa naui rostratave nauigaret. Graiū mare idcirco (vt arbitror) est in
fœdere positū, q̄a a Thracio Bosphoro cui pximi sunt Cyanei scopuli, in Pāphiliā, torā ma
ris orā plurimū Grecanicę accolebāt gētes, Æoles, Iones, Dores. Qd̄ vero ad eq cursum atti
net, parū, vt ingenue dicā, mihi cōstat, q̄rū nos spatii p eum cursum accipere oporteat, nisi ad
stadii mensurā totū hoc aliqs referat. Callisthenes nō illa pacis fœdera ait fuisse, sed regem
tot cladib⁹ pculsum haud ausum esse amplius latius vagari. Cratherus in cōditionibus pa
cis ea diserte credidit expssa. Satis cōstat pacis aram ob id ipsū Athenis postea dedicatā. Cy
mon in Atticā reuersus partē vrbici muri quādā pprio sumptu extruxit. Academiā q̄ ad id
tēpus fuerat aquarū indiga, fontib⁹ irriguā reddidit. Interea Persę q Chersonnesum adhuc
tenebāt, Thracū auxilio fręti terra decedere noluerūt. Cymō cū paucis triremib⁹ huc missus
haud multo postq̄ in puinciā venit, cū hoste maritimo plio cōgressus, quatuor Atticis fręt⁹
tredecim eorū naues cepit, barbarisq̧ tota Chersōneso pulsis, oēm eā terrā cū Crissea & Tha
sia ora Atheniēsibus subiecit. Inde tot reb⁹ terra mariq̧ gestis, Athenas reuersus, inuidiā fe
licium rerū alumnā vitare nō potuit. Periclis diuersum ī rep. studiū primo offendit, mox & ve
Inuídia felicium rerū alumna.
tus sororis incestū pbro esse cœpit. Sic eīn cōparatū est, vt hoim vitia cū ipsa laude illustren
tur. Cū sorore Elpinica adolescēs ille stuprū fecisse credebaā. Qd̄ tū demū fuit ī ore oīm. Ha
bebaā ad hęc Lacedęmoniorū studiosus, q̄ illud vsurpare esset solitus, At Spartani non tales.
Postremo exilii quo dānatus est, causa inde illi orta est, q̄ quū motus terrę ingēs Spartę acci
disset, quē Anaximāder Milesius futurū Lacedęmoniis pdixerat, cōuulsisq̧ Taigeti mōtis la
Terrę mot⁹ Lacedęmonē diruit.
terib⁹ atq̧ in subiectā vrbē effusis, quinq̧ dūtaxat domibus exceptis, cætera ędificia publica
& priuata subita fuissent ruina depressa, magnus rapiēdarū rerū studio ex ppinqs vrbib⁹ eo
factus est mortaliū cōcursus, fore arbitrantiū, vt in tāta aliorū consternatione impune omnia
rapere liceret. Cymon Atheniēsib⁹ author extitit psidii Lacedęmonē mittēdi cōtra finitimo
rū rapinas, ipseq̧ psidii dux est in Laconiā missus. Procedēte deinde tēpore, quū Athenienses
suppetias eisdē aduersus Messenios tulissent, soli omniū sociorū tanq̄ nouarū rerum cupidi, a
Spartanis militia abdicati sunt, qua illi ignominia instructi, oēm irā suā in Cymonē Laceda
Cymonis exilium.
moniorū amicū flexere, Ostracismoq̧ damnatū in. X. annos de more relegarūt. Messenii quā
do in eorū mentionē incidimus, longo bello domiti, de quo alio est a me loco memoratū, octo
ginta circiter annos sub Lacedęmoniis fuere. Sub qbus oīa mala passi q̄ captę ciuitates per
peti solēt, desperatione melioris fortunę a Lacedęmoniis defecerāt. Hi oraculo moniti, vt ex
Atheniēsib⁹ ad id bellū ducē sibi q̄rerēt, Cyrtheus poeta claudus ipsis per legatos id peten
Cyrtheus poeta.
tibus est in contemptū datus, Lacedęmonii hui⁹ ductu triplici plio a Messeniis fusi, in eā des
perationē venere, vt in supplemētū copiarū seruos militię ascripserint, interfectorū matrimo
nia victorib⁹ polliciti, vt quū se nō solū ciuiū nūero, sed dignitati etiā successuros scirēt. for
tius bellicā ciuitati operā nauarēt. Iā eo sedēdo pcesserat desperatio, vt de exercitu Laceda
monē reducēdo, reges ipsi inter se cōsilia agitarēt, ne si sup cęteras clades recētior aliqua ac
Cyrthei poetæ carmen.
cidisset, rē Spartanā prinacius bellādo pditū irēt. Soluissent illi obsidionē, ni Cyrtheus inter
uenisset, q cōposita a se carmina p cōcione recitasset. Quib⁹ ille hortamēta virtutis, Dānorū

Audi quid Cyrthei carmē profecerit.

solatia, Belli cōsilia cōplexus, tātū militib⁹ ardorē iniecit, vt nō tā de salute q̄ de sepultura sollici, tesserulis brachio alligatis, qb⁹ sua parentūq; noīa cōtinerent, vt si tū quoq; infeliciter fuisset dimicatū, oēsq; extrem⁹ belli casus absumpsisset, cōfusis alioq faciei liniamētis ea inter se ratione discreti iacerēt. Reges ipsi vbi aīatū videre exercitū ī pugnā pcedūt. Nec Messenii pliū detrectāt, tātaq; aīoꝝ ferocia est vtrinq; cōcursum, vt raro vnq̄ crudelius fuerit pliū, fuit tn̄ apud Lacedęmonios victoria. Sed hęc aliquāto antea gesta fuerāt, mox tpis intervallo, Messenii tertio ī Atheniēses bellū reparauere, ad qđ transigendū Lacedęmonii inter cęteros auxiliares ex Attica quoq; copias accersiuere. Atheniēses qui in castris velut parū fidi socii dimissi fuerāt, eā in Cymone iniuriā Ostracismo, vt dixi, vlti sunt. Aberat is exilii causa quū Lacedęmonii Delphos a Phocēsibus liberaturi in Tanagra metati sunt, quib⁹ Athenienses dimicationi instructi occurrūt, venit eo Cymon Atticas opes adiutur⁹, tū ibi ab hoīb⁹ di-

Cymonis modestia.

uersę factionis in suspitionē pditionis adductus, iussusq; castris abire, arma quib⁹ in pugna vti cōsueuerat suis tribulib⁹ reliqt, eosq; vt fortiter p patria dimicarēt, discedēs hortat⁹ est. Eius sermo tāti fuit, vt quū cētū ex vna tribu essent, nemo ex acie viuus discesserit. Victi ibi

Cymon ab exilio reuocatur.

Atheniēses, quū sub vernū tēpus Lacedęmonioꝝ exercit⁹ in Atticā vētur⁹ diceret, Cymonē ab exilio reuocarūt. Phama ei⁹ redit⁹ oēs belli minas discussit, verit⁹ inde ne iuuētus Attica bellis assueta domestico ocio lasciuiēs, bellū aliqđ ciuile cōcitaret. CC. instruxit naues aduer-

Prodigia.

sus Phœnices & Cyprios q in fide regis adhuc erāt, pdigiū illi paulo prius q̄ e portu solueret, tale est oblatū: p qetē imaginat⁹ est se canē cernere sibi allatrātē, q̄ cōfusa id carmen voce ederet. I mihi teq; meis catulis factur⁹ amicū, alterū, quū libero sacrificaret, sacerdos victimę exta sine capite illi ostēdit formicarū cōcursus est ad sanguinē victimæ cōcretū repēte fact⁹, ad pedes ducis tabū cōgerētiū. etsi haud ābigue cōstabat vtrūq; ad vitę discrimē ptinere, verit⁹ ne recēs ciuiū odiū īcurreret, q; in tāto rei bellicæ apparatu, erectā expectatione ciuitatē destitueret, in altū soluit, primū itaq; oīm. LX. nauib⁹ in Ægyptū trāsmissis, ipse cursū in hostes intēdit, qb⁹ obuius factus regiā classem in q̄ Phœnissę & Cilicię naues erāt valide pfliga-

Recens Cymonis successus.

uit. Inde maritimas vrbes victor adort⁹, haud magno negocio subegit. Victorię deīceps cursum secut⁹ in Ægyptū vertit oēm belli molē. Nihil humile āpli⁹ inuict⁹ ille agitabat anim⁹, sed in spes āplissimas sese attollēs, semifracto Persarū impio moliebat exitiū. Subibāt adhæc acriores stimuli ducis animū, q; phama erat Themistoclē tantū apud regē gra & auctoritate florere, vt bellū qđ tū ille in Græcos sūma ope reparabat, Themistocli vt īpatori optimo administrādū destinasse diceret. Quidā psuasum habuere, eā Themistocli fuisse causam mortis sibi cōsciscēdę, q; insupabilē Cymonis virtutē crediderit, nec ob eā rē pstiturū se regi, q̄ ab initio recepisset: cęterū siue sub id tps quo ad Eurimedōtē Cymon maritimo terrestriq; plio Persas vicit, iussus est Themistocles se bello accingere, siue quum hęc circa Phœniciam & Cyprū gesta sūt, satis cōstat, taurini qđ dixim⁹ sanguinis haustu vltro vitā finiuisse. Cymon post tot res feliciter gestas classe ī Cyprū delat⁹ ad Hāmonis Iouis oraculū misit nescio qđ sciscitatū. Sed q missi eo fuerāt ab ipo tēpli aditu repulsi, retro abire iussi sūt, moniti nō eē cur

Oraculum

de Cymone q apđ se ageret solliciti eēnt āpli⁹: in Cyprū igit reuersi vbi eū extinctū audiuere, diē obit⁹ cū oraculi pdictiōe cōferētes, haud dubie senserunt eū tū vita defunctū, quū id

Cymonis interitus.

rn̄sum ab Hāmone accepisset. Periit Cymō quū Cyprū obsideret, mortis causa haud vna tradit, morbo eū absūptū qdā pdiderūt, alii vulneris dolore qđ circa oppidū accepat, aiūt extinctū. eius interit⁹ tā diu in occulto fuit, donec classis cū nauali exercitu domū sit reducta. Et hęc pcul domo ab Atheniēsib⁹ iā īde ex quo ad Plateas & Mychalen psp̄ere est ī Persas dimicatū ad Themistoclis vsq; & Cymonis īteritū. Hęc etsi aliquot post ānos gesta sūt. q̄ vt ī hūc locū oīa reponi debuerīt, vt tn̄ in vniuersū de Cymone sermo haberet, ī arctū cōiecim⁹, tātū

Diagoras.

alibi admoniturī, quo q̄q; loco mēorari debuerīt. Claruerūt his tpib⁹ Diagoras physicus, cognomēto īpi⁹. Sustulit is puidētiā, ac quū ī Samothraciā venisset, ibiq; īperitię a quodā appellat⁹, q; deos esse īficiaret, tolleretq; nō min⁹ inscite q̄ ipie puidētiā, quū tot vno loco votiuæ

Sopholes. Euripides.

tabellę testarent hoīm vota extremis reb⁹ a diis exaudita, renidēs ille rn̄disse dicit. Sic est vt ais, sed q votis iāmn̄cupatis naufragiū fecerint, in albo nō referunt. Fuit & Sophocles Atheniēsis tragœdiarū scriptor hoꝝ ęqlis, qui ad centesimū vsq; annū vixit. Euripides & ipe Tragico cothurno clar⁹ ac tā vterq; alteri par, vt in dispari dicēdi via vter sit melior adhuc īter

Herodotus Pindarus.

plures qrat. Fuit his Herod. Alicarnasseus interiect⁹, q quū historiā quā cādido teretiq; filo scripsit Athenis recitasset, publicę sunt ei honores habiti. Vixit cū his Pidar⁹ Cadmeis The

bis natus,Lyrici carminis author,quē Flaccus nemini credidit imitabilē.Eiꝰ memorię Alexā
der Macedonū rex,q magnꝰ est cognominatꝰ,Thebas direpturꝰ ędiū & familię incolumitatē
donauit.Zeusis Heracleotes pictor eadē tēpestate claruit,q cū vuas tā veris similes expressis Zeusis pi-
set,vt aues deceptę ad puerū eas tenentē aduolassent, velut operi itatꝰ tabulā deleuit tantū ctor.
causatus,ꝙ nō tā in fruge explicanda naturā esset imitatus,q̄ in deliniēdo puero ꝓcul aber-
rasset,argumēto haud inepto,ꝙ nisi ita haberet,aues hoīs imagine deterritę temerario icur
su abstinuissent.Per hæc quoq; tēpora decidit ingēs e coelo saxum, cuiꝰ casum Anaxagoras Saxi casum
Clazomenius coelestiū rerū scientia,ꝓdixerat.Cecidit interdiu ad Ægos Thraciæ fluuiū ve- Anaxago-
hiculi magnitudine,colore adusto.Est id ꝓdigiū factū altero,vt Piniꝰ scribit anno,vt Euse- ras ꝓdixit
bius vltimo octauę & septuagesimę Olympiadis.Qui a mundi origine supra quater millesi- ANNI
mū ac septingentesimū sextus & trigesimus fuit.Vrbis Romę ducētesimus ac nonagesimus. MVNDI.
Xerxiani regni nouissimꝰ.Trogus author est eū,ob res in Gręcia infeliciter gestas, adeo īter Xerxis exi-
suos euiluisse,vt Artabanus spem nactus occupandi regni septē filiis stipatꝰ eū in regia tru- tus.
cidauerit.Sed haud mihi multū euiluisse videt,q dignꝰ tot ꝓcessoribꝰ est habitus.Obstabant
Xerxis filii Artabani conatibꝰ,hos vt cōpos voti fieret,dolo ꝑdere adortꝰ. Securiorq; de Ar
taxerxe puero,Xerxē patrē(nā authores cędis adhuc in occulto erāt)a Dario maiore natu,
vt maturiꝰ regnaret,interfectū ꝑsuadet,armatq; ꝑ hęc Artaxerxem in fratrē,eoq; media quie
te interfecto,Artabanus timēs Artaxerxis,q vnus supererat,apertū certamē,capitales illi mo
litur insidias.Assumit itaq; in consilii societatē Baccabassum quendā,qui pręsenti rerū statu
contentus,rem oēm ad Artaxerxem defert,docetq; insup patrē ab Artabano & filiis interfe-
ctum,fratrēq; falsa cędis suspitione peremptum.Postremo q̄ ab ipso cædis authore pararent
ordine explicat.Artaxerxes natoꝝ Artabani gregē veritus,noui belli inferēdi specie ingentē Artaxerxis
contrahit exercitū.Tū ibi,tanq̄ copias recogniturus,armis tectus in mediū ꝓcessit,Artaba- facinus.
numq; familiariter cōpellans,seq; breuiorem habere lori eā q̄ vt sine tędio gestari posset,que
stus,vellem inquit tuā mecū cōmutare.Paruit Artabanus, cōfestimq; suam ibi coram exuit,
rex hoiem iniuriæ opportunū ferro transfigit,filiosq; simul vinciri imperat,sicq; strenuꝰ ado
lescens,paternā cędem fratrisq; parricidiū,& capitales Artabani insidias vltus est vno tēpo-
re.Idē author significare videt,occupatū fuisse ab Artabano regnū,ac septem mēses posses-
sum.In Artaxerxis tēpora Eusebius reponit,q̄ ego de Esdra & Neemia Iosephū secutꝰ haud
multū diuerso loco scripsi,cui si qs incōsideratius accedat, ea q̄ ad Eurimedōtem a Cymonē
sunt in Persas gesta,haud in Xerxianū regnū,sed in hoc potiꝰ qđ illi fuit ꝓximū, incidisse fa T. Æmiliꝰ.
teatur necesse est.Et res humanę sic alibi gentiū habebāt,quū Romæ post Antiū captū T.Æ Q. Fabius
milius & Q.Fabius consulatū iniuere,etatq; ia Fabius ille q vnus extinctæ ad Cremerā sup- consules.
fuerat geti.Æmilius q priore cōsulatu summa ope Agrarię legi fauerat,in spem maximā ad-
duxit tribunos & plębē,legis eo anno exequendę,instabatq; certamē ingēs,nisi Fabii alterius
consulis authoritate ita cōparatū esset, vt in Antium nuper captum coloni scriberent,ibiq;
agrū volētibus triūuiri ad id creati metirent.Pepetit vt fit fastidiū copia, paucīq; oīno noīa
dedere,quo cōtigit,vt & Volsci noīs coloni numerū expleuerint.Fabius in Equos duxit,qui
bus pacē petētibꝰ reddidit,eā ipsi haud multo postq̄ ipetrata est temere violarūt subita ex-
cursione facta in Latinū agrū.In Sabinis quo Æmilius cū exercitu exierat,nihil memoria di Sp.Posthu-
gnū fieri cōtigit.Habuit sequēs annus Sp.Posthumium & Q.Seruiliū cōsules.Seruilius in miꝰ Q.Ser
Equos missus,exercitū morbo implicatū,qa inutilis bello esset, in Latinoꝝ finibus sine expe- uilius cōsu
ditione vlla memorabili tenuit.Dionysius paruā eā manū fuisse scribit,& ad socioꝝ ꝑsidium les.
nō in Equos cōparatā,nec vllū eo anno exercitū Romę cōscriptū,incertū,religione aliqua,an T.Fabius
morbo ꝓhibēte.Sp.Posthumiꝰ tēplū fidei in Capitolio dedicauit.T.Fabiꝰ & T.Quintiꝰ cōsu T.Quintiꝰ
les secuti.Fabio Equoꝝ ꝓuincia data,Quintio vt regioni hostibꝰ ꝓpinquę ꝑsidio esset.Fabiꝰ consules.
legatos ad Equos misit,q in eoꝝ cōcilio dicerēt se armata dextra bellū afferre,quā pacatā il-
lis antea ꝓbuerat,quoꝝ ꝑfidia id fieret deos testes esse,mox & vltores fore,verū si Equos fa-
cti poeniteret,mallēt q; Ro.pacatos q̄ hostes habere fore vt tutꝰ illis ad Ro.clemētiā toties ex
pertā pateret receptꝰ.Sin ꝑiurio gauderēt,diis vltoribꝰ gesturū se bellū, qđ Ro.P.sibi admini
strādū dedisset.Parū abfuit qn legati in Equoꝝ cōcilio violati sint.Dionysius author est,Fa
biū nōdū cōsulē publico noīe ad Equos missum,q violasse foedera dicebant. Et ꝙ latrocinia
Equoꝝ qdā in Ro.exercerēt,ꝙq; Antiates exules recepissent.Alter cōsul,vbi legati retulerūt
nihil eoꝝ fieri q̄ postularent,ex vrbe Roma ad id bellū ꝓfectꝰ, iūctis cū Fabio copiis,author

fuit vt structa acie cõfestim ad hostẽ iret. Cœperat iã dies inclinare, quũ Ro. ante hostiũ vallũ stetit, factur⁹ illis pugnãdi copiã. Tũ Equorũ vnus inclamãs, ostẽtare hoc est inqt Ro. non pugnã ciere, in eminentẽ noctẽ struitis aciẽ, lõgiore spatio opus est, vt pliũ qd instat decernamus. Ite & vbi crastinus dies illuxit, in planũ descẽdite. Fiet vobis ne timete pugnãdi copia. His vocib⁹ irritat⁹ miles, in castra rediit, lõgã venire noctẽ arbitrat⁹, q̃ morã pugnæ factura esset. Postero die aliquãto prius Romana acies in apertũ pcessit, nec Equi prœliũ detrectauere. Ferox fuit vtrorũq; cõgressus, diuq; ancipiti est marte dimicatũ. Liuius, post longũ certamẽ hostẽ acie victũ in suos fines dilapsum, scribit, Dionysius fortuna adhuc neutro inclinãte, signũ hinc inde receptui datũ. Aliquotq; deinceps tumultuaria plia, p alterius partis occasionẽ cõmissa. Postremo partẽ hostiũ occulte p mõtes in Ro. agrũ irrupisse, pdaq; haud mediocri inde abducta, incolumẽ in castra reuersam, idq; cũ semel atq; iterũ hostis impune fecisset ferebãt eã ignominiã ęgerrime cõsules. Exploratis itaq; hostiũ itineribus, agmẽ prędа honustũ insidiis excepit Fabi⁹, exceptũq; nõ solũ pda exuit, sed magna etiã ex parte cęsum multifariã disiecit. Ea demũ clades in causa fuit, vt relictis castris Equi in suos fines p victis abierint. Nec inde aduersus eã gentẽ eo anno est memorabile aliqd gestũ. Roman⁹ victor in hostico euagatus, vbi nusq̃ obuiũ hostẽ habuit, multa pda secũ abducta, puincia decessit. Lustrũ Quinti⁹ cõsul cõdidit, cẽsaq; sunt ciuiũ capita. C. viginti quatuor milia. CC. quatuordecim pter orbos & orbas. Anno q deinceps secut⁹ est, cõsules fuere Sp. Furi⁹ Fusc⁹, & Aulus Posthumi⁹. apud quosdã Posthumiũ Albũ scriptũ reperio. Et iã Eq in armis erãt, auxiliaribusq; ab Ecetrano copiis acceptis, bellũ sũma ope istruebãt. Venerat & Antiũ colonia i suspitionẽ tanq̃ a Ro. defectura, Antiatũ principes Romã accersiti, rogati in curia a cõsulib⁹, ita ambigue ad oĩa respõderũt, vt suspectiores q̃ venerãt abierint. Bello itaq; haud dubie impẽdente Sp. Furius in Equos legiones ducere est iussus. Hostes in Hernicorũ agro inuenit, late oĩa incursantes. Ignar⁹ cõsul quãtũ copiarũ apud hostes eẽt, lõge nũero inferior pugnã temere cõmisit: primo itaq; cõgressu pulsus se trepide in castra recepit, nec ea pugna est Roman⁹ periculo defunctus, quin sequẽti nocte & die q pxime secutus est, castra circũsessa sunt ab hoste, atq; acriter oppugnata. Hernici Romã nũciarunt consulẽ plio victũ, cũ suo exercitu ab hoste circũsederi. Dionysius leuiora qdã plia ait ab initio cõmissa, mox vero castris a Ro. consule munitiore loco factis, qa sub id tẽpus auxilia nõ parua hostibus supuenissent, ita accidisse, vt Furi⁹ cõsul hostiũ sit multitudine circũsessus. Nec ab Hernicis, sed equitib⁹, nisi forte illi quoq; Hernici fuerint, quos Furi⁹ cõsul p hostiũ stationes miserit, vt in quo statu res essent Romã nũciarẽt. Ingentẽ ciuitati terrorẽ incussit clades plio accepta, sed lõge maius periculũ qd obsessis ĩminebat. Patres T. Quintiũ pcõsulari potestate cũ subitario milite quẽ Latini & Hernici darẽt: ita. n. tũ repẽtina appellabãt auxilia, subsidio cõsuli ire iubẽt, alterũ cõsulẽ nouas interim legiones Romę cõscribere. Eq etsi castra oppugnabãt, multitudine tñ freti, miserãt, q Ro. agrũ incursarẽt, eo credo cõsilio, vt recẽti terrore iniecto, Romanũ a subsidio suis ferẽdo distinerẽt. Cõsul P. Valerio ad psidiũ vrbis relicto, ipse ad arcẽdã populationẽ occurrit. Vigilię circa portas stationesq; dispositę. Nihil itaq; curę & sollicitudinis ad vrbẽ remittebatur, quũ Furi⁹ cõsul, qa principio se in castris tenuerat, Decumana porta in hostes vallo hærẽtes ex improuiso eruptione facta, turbauit fuditq;, quũ fusos psequi posset abstinuit, verit⁹ ne qua iterim ab hoste q multitudine abũdabat, fieret in castra ĩpet⁹. P. Furi⁹ cõsulis frater q legat⁹ erat in castris successu exultãs, studioq; sequẽdi nimiũ a suis digressus, cũ duab⁹ cohortibus q̃ cũ illo circũuẽrę sunt, pugnãdo occubuit. Liui⁹ soli⁹ Furii cadẽtis meminit. Circũuẽti fratris nũcio cõsul in pugnã reuocat⁹, amẽti similis in hostẽ irruit, ibi pugna parũ feliciter instaurata, graui vulnere accepto ęgre ẽ suorũ occursu seruat⁹. Recẽs cõsulis casus addidit hostib⁹ audaciã, Ro. ademit, adeo vt vix castra tuerent, affuit iterim Quĩti⁹, Equosq; vallũ ferociter oppugnãtes ĩprouiso accessu turbauit, nec q ĩ castris erãt vbi subsidii clamor est exaudit⁹, ĩ ocio fuere, sed eruptiõe repẽte facta, victoriã magna ex pte iuuerũt. Multi qdẽ hostiũ ĩ medio occidione occisi sunt, multo adhuc plures casuri, nisi mature fugã occupassẽt. Interea & Posthumi⁹ manũ illã, q̃ in Ro. agrũ irrupat, opportuno loco adort⁹, fœda fuga dissipauit. Cęterũ hostes in vnũ coeũtes, quũ cõsternato agmine abirẽt, in Quintiũ ab leuata obsidione redeuntẽ incidũt, a quo subita pugna excepti lõge maiorẽ q̃ intulerãt, cladẽ accepe. Valeri⁹ Antias mille & . CCC. Ro. in Hernicis desideratos pdidit. Hostiũ ad q̃tuor milia & sexcẽtos cũ iis q a Posthumio fuerãt in Ro. agro oppressi. Cœlũ hoc anno visum est ardere, sũt & alia

Equorum ferocia.

Equi insidiis excipiũt.

Sp. Furius Fuscus, Aulus Posthumi⁹ consules.

Victus acie Furius ab hoste obsidetur.

T. Quintii pcõsularis potestas.

Furii cõsulis frater interficitur.

Hostes cæduntur.

Prodigia.

portẽta oculis hoim obuersata,qbus auertẽdis in triduũ sunt ferię indictę.Comitia inde ha- Prodigia.
bita.Creati cõsules,L.Ebuti⁹ & P.Seruili⁹.Horũ ãn⁹ pestiles fuit a calẽdis septẽbribus tetra L.Ebutius.
vis morbi primo boũ equarũq; armẽta corripuit,ide ouiũ caprarũq; greges,pastores deinceps P.Seruili⁹
& cęteros agrestes attigit.Postremo vrbẽ igressa, Liui⁹ pecus populationis terrore itra mœ- consules.
nia cõpulsum,multaq; stabulãtiũ quadrupedũ colluuienẽ pdidit humana corpora insolito
fœtore ifecisse,ac pter cęterã multitudinẽ,q̃ tãta fuit,vt vulgo cadauera in Tyberim proiice
rẽtur,quartã Senatorũ partẽ morbo cõsumptã,& cũ his cõsules ipsos. Domestica hęc clades Volscorũ
in certã spem Volscos & Equos traxit Romanorum principat⁹ per occasionẽ euertendi.icto cõspiratio.
itaq; inter se fœdere,sociorũ opes affligere sunt primo loco adorti,vt his fractis cõmodius rẽ
Romanã,satis p se accisam,funditus pderẽt. Primo igit oĩm Hernicũ & Latinũ agrũ ferro &
igni populant.Hernici Legati eã cladẽ Romã nũciarũt,auxilium implorantes,responsum est
Romanã ciuitatẽ morbo affectã iacere,ipsi Hernici cũ Latinis in pręsentia res suas tuerẽtur.
Q; si quies vlla ab deorũ ira ciuitati daret,tũ fore,vt sociorũ fortunę Po.Ro.curę essent vt an
tea.Dimissi legati,p tristi nũcio,tristiorẽ referũt,nec facile succurrebat,qbus viribus cũ hostẽ
sustinere possent,quẽ Ro.psidio fulti vix supiore ãno ferre potuissent.Nec Equi Volsciq; diu
in Hernico morati,Romanos fines iuadũt:ide p oĩa cultu desolata ad tertiũ lapidẽ cõsedere. Romã obsi
Iam Ebutius cõsul diẽ obiuerat.Seruilius eius collega exigua spe trahebat animã. Iuuentus detur.
militaris morbo cõfecta iacebat.vigiliarũ munus,qui p ętatẽ & inoffensam valitudinẽ pote
rãt,p se obibãt.Circuitio Ædiliũ plębis erat,ad eos cõsularis maiestas venerat. Oĩa humano
pręsidio deserta,vnũ affectę ciuitati pfuit,q; pędonũ mens magis q̃ hostiũ,tũ Equis & Vol-
scis fuit,q potiũdę vrbis spe abiecta,a ducibus postularũt,vt ex ea vastitate se cõfestim in ea
loca abducerẽt,vñ pdę aliqd agi posset. Sublatis itaq; signis i Labicanos Tusculanosq; colles
trãsiere.Hernici iterea Latiniq;,nõ misericordia tãtũ,sed pudore etiã cõmoti,si nullã obsessis
sociis ea tẽporũ iniqtate tulissent opẽ,cũctis copiis Romã vsq; processere,hosteq; non reperto
abeũtiũ vestigiis insistũt.Accidit vt ex Tusculano in Albanam vallem descẽdẽtibus Latinus Latini &
Hernicusq; fuerit hostibus obuius,ibi plio confestim inito,parũ felix sua fides sociis fuit,victi Hernici rẽ
magnaq; cũ cęde pfligati in sua quisq; oppida abierũt. Seruilius interim moritur,Dionysius Romanam
quũ vrbis adhuc obsideret extinctũ eũ prodidit.Defuncti cũ eo & alii plęriq; illustres.Suppli tuentur.
catũ est oĩbus tẽplis,matres passim stratę crinibus tẽpla verrebãt, cęlestiũ irarũ veniã paceq;
exposcẽtes.Interea grauiore anni tpe acto,corpora morbis defuncta,salubriora esse cœperũt.
Rediit cũ salubritate ipsa reip.cura. P.Valerius interrex L.Lucretiũ & T.Veturiũ consules L.Lucreti⁹.
creat.Iã satis valida ciuitate,vt nõ solũ arcere posset bellũ.sed vltro etiã inferre,nũciãt Her- T.Veturi⁹
nici suũ ab hostib⁹ agrũ ifestari,respõsum est nõ defuturũ auxiliũ.Veturi⁹ i Volscos missus consules.
ad bellũ vltro inferendũ. Tricipitinus populationibus arcẽdis ex sociorũ finib⁹ est opposit⁹.
Veturius sub accessum cũ hoste prospere pugnauit. Volscorum manus ingens Lucretiũ in
Hernicis sedẽtẽ fefellit,p Prenestinos mõtes in Sabinũ agrũ trãsgressa.Sabinos late depdati,i
Tusculanũ agrũ deflexere.Terror hostiũ ad vrbẽ vsq; peruenit. Ipsi late peruagati,quũ pda
graues soluto agmine abirẽt,in Lucretiũ incidũt,qui eorũ itineribus exploratis,plio intẽtus,
ex iprouiso sese illis obtulit,ibi fusi fugatiq; hostes,& i artissimã vallẽ deiecti,ad vnũ fere oc
cidione occisi sunt.x.milia.cccclxx.i pugna fugaq; cecidisse dicunt.Mille.ccl.capti.Liui⁹ etsi Volsci vin
tanto numero nõ omnino accedit,cędẽ tñ adeo insignẽ a Romanis eo die editã existimat,vt cuntur.
Volscũ sit nomẽ ibi ppemodũ deletũ.Ambo deinceps consules Equorũ Volscorũq; agros fer
ro & igni vastarũt.Quibus cladibus vtraq; gens affecta,iterũ in apertũ certamen descẽdũt.
Hic pari fortuna hostes vsi iterũ fundũtur,fusiq; ac fugati exuũtur castris. Sed dũ hęc foris
gerebant,C.Terẽtillus Tribu.p.legẽ pmulgauit de quinqueuiris creãdis,q certis legibus cõ
sularẽ potestatẽ (videbat eñi vulgo multis inmodica) cohiberet.Dionysius vt.X.uiri crea Tribunitia
rẽtur scripsit,qui leges de publico & priuato iure cõscriptas in foro ponerẽt.nimis libera,vt Terentilli
dixi,habebat cõsulũ maiestas,regioq; iuri q̃ populari potestati propior.Quintus Fabi⁹ pręfe- actio.
ctus vrbis acerbe in eã actionẽ inuectus,Terentillũ aperte criminari,q; psidio cõsulũ spoliatã
Rẽpu.inuasisset,appellareq; Tribunorũ collegiũ,atq; idẽtidẽ admonere, vt cogitarẽt potesta-
tem illã in singulorũ auxiliũ,nõ in totius ciuitatis perniciem ab initio quęsitam, seq; plębis
Tribunos,non hostes patrũ creatos.Orare proinde obtestariq;,ne desertam rempu.a collega
vexari paterentur,agerẽt cũ eo,vt rẽ integrã in aduentũ consulũ differret,ne mitius Volsci
Equiq; ppetui Ro.noĩs hostes egisse,q̃ Tribunus plębis viderentur,Pepercisse illos affectę ci-

uitati superiore anno, quā magistratuū pſidio destitutā Tribunorū vnus hostiliter vexaret.
Egerūt Tribuni cū Terētillo, vt eā actionē in cōsulū reditū differret, qbus haud multo post
domū reuersis, Lucretius de Volscis & Equis triūphauit. Collegę datū vt ouās sine militibus
P. Volūni⁹ Serui⁹ Sulpitius consules. vrbē intraret. P. Volūnius & Seruius Sulpitius sequēti anno consules fuere. Coelū ardere est
visum, & terra horrēde est mota. Bouem ad id locutā, & carnē pluisse proditū est, eā vis auiū
volitando diripuit, qd ex eo imbre intercidit, per aliquot dies ita iacuisse ferūt, vt nihil odor
colorve mutauerit. Sibyllini libri a duūuiris aditi, periculū ciuitati ex alienigenarū cōuentu
Prodigia. instare dixerūt: ne qs ī summa loca impetus fieret, cędesq; īde seq̄ret, fugiēdā ob id seditionē,
quę īminētis mali origo & causa futura esset. Fremebāt Tribuni, ac fraude patrū vanā fingi
religionē a duūuiris, quo minus lex pferri posset. Iam assiduis eoꝝ criminationibus res haud
procul seditione aberat, quū vt idē bellorū orbis in singulos annos volueret ab Hernicis nūciatur, Volscos & Equos bellū accuratius solito instruere, Antiū caput belli esse, cui⁹ colonī
ad apertā defectionē spectarent. Cauillabantur Tribuni, fabulāq; eam esse dictitabāt, vt plębs
quoquo modo vrbe ablegaret, fingi nouos hostes, & pſertim ex his gētibus quarū opes superiore anno pene in perpetuū cōcidissent, Antiates colonos fidelissimos in defectionis crimen
deuocati. Authores igit erāt singulis, ne nomē cōsulibus delectū habere parātibus darēt, &
iā totius collegii cōsensu plębs derrectabat militiā, patres contra legē impediebant, eorūq; iuniores his fere certaminibus ītererāt. Consules & maiores natu ne in tāta colluuione rerum
maiestatē suā temere cōtumeliis offerrēt, cōsulto abstinebāt. Sed omniū qui a patribus stabāt
Cęso Quintii filius. Cęso Quintii Cincinnati filius maxime erat plębi & tribunis īfestus, iuuenis, pter nobilitatē
generis, magnitudine etiā corporis & viribus pollens. Adiecerat his multa bellorum decora,
par viribus facūdia, vt nemo lingua manuve prōptior ī tota ciuitate haberet. Talis igit oēs
plębis īpetus tribunitiasq; procellas vn⁹ sustinebat. Hoc duce sępe Tribuni pulsi foro, alii qb⁹
obuius fuisset, partim discerptis vestib⁹ seminudi domū abibāt, ptim seruiliter mulctabant.
Dies Cęsoni dicitur. Huic tā ferociter insultāti Au. Verginius Trib. pl. capitis diē dixit. Tātum abfuit vt futuro
iudicio territus, incœpto destiterit, vt legi, siqñ alias, tū maxime aduersaret, plębēq; & Tribunos ferocius exagitaret. Patiebat Vergini⁹ reū ruere, vt maiores plębis irę ī eū exardescerēt.
Tū demū Tribunus, Ecquid, inqt, sentitis Quirites, Cęsonē ciuē & legē quā cupitis vos habere nō posse! Sed quid legē queror! cōmuni ille libertati obstat, iā superbissimos reges fastu &
arrogātia supat, nū vobis expectādū, vt is cōsul fiat, quē priuatū ferre nō potestis! Hęc ille.
Aderantq; iam multi qui se pulsatos ab eo dicerent, Tribunūq; ad rē peragendā incitabant.
Apparebat plębē cupide Cęsonē damnaturā, quū iudicii die appropinquāte Quintius pater,
& cū eo ppinqui multi & necessarii principes ciuitatis, passim singulos pḣensabant, orabātq;
ne tantā ex ciuitate indolem extorrem eiicerent. Memorabant hi Quintię gentis merita in
Rēpublicā, ipsiusq; Cęsonis egregia facinora, partim in expeditionibus, partim ī pręlio edita.
Excusabāt feruorē & audaciā, ętatē dicere illi oīa ademptură, quę in eo vulgo displicerent,
vitiisq; senescētibus ventură cū annis maturitatē. Hęc alii. Quintius pater ter cōsul, filii dūtaxat culpā depcari. parce filiū laudabat, ne īuidiā cumularet, quin illud orare, vt siqd ī quępiā
Quintii patris modestia. Cęso iuueniliter deliquisset, eā sibi offensam cōdonarēt, ne se iam senio confectum suauissimi
filii pręsidio spoliarēt. Quintii pces varie affecerūt ciuiū animos, alii eas auersati, vel verecūdia, vel metu, alii audire quidē, sed queri ac minitari, ꝙ aut ipsi aut propinquorū aliqui a
Cęsone pulsati essent, aliave cōtumelia affecti. Sed nihil ęque reo obfuit, ac Marci Volscii accusatio. Fuerat is aliquot ante annos Trib. pl. q testimoniū detulit, paulo postq̄ pestilētia Ro
Volscii accusatio. mę remisisset, icidisse se ī iuuētutē noctu circa suburrā grassantē, ibi rixa ex illorū iniuria orta, fratrē suū maiorē natu, q nōdū recte a morbo cōualuisset, pugno ictū a Cęsone, semianimē
cōcidisse, interq; man⁹ domū relatū, cui hominis offensę paucis fuisset ille diebus supstes, nec
sibi rē per superiorū annorū cōsules exequi licuisse. Id facinus adeo atrox multitudini visum
vt cōcitatis animis ęgre tēperatū sit, quin impetu populi fuerit reus pro cōcione discerptus.
Historię variatio. Estq; Liuius horum author Dionysius Voluscio nō Volscio illi nomen fuisse prodidit, eūq;
Tribunū plębis, nō priuatū fuisse significare videt, quū testimoniū in Cęsonē dixit, in foroq;
nō in suburra, Voluscii fratrē a Cęsone percussum, nec tātū fratrē mortuū, sed se quoq; pro
mortuo relictū. Eaq; P. Seruilio, & L. Ebutio cōsulibus, pestilentia tum late in ciuitatem grassante, accidisse. Adeo duo clarissimi scriptores iu re minime obscura diuersi abeunt. Adiicit
Dionysius, accusationē, ad id tēpus dilatā, qa apud Ebutiū & Seruiliū, qui non multo postq̄

hęc acciderāt morbo vita decesserāt: Cęso reus fieri nō potuisset, nec apud Veturiū & Lucretiū, q externis bellis occupati ī vrbe nō fuissent. Vergini⁹ Volscii testimonio adhuc magis iritatus, iubet Cęsonē arripi, & ad diē iudicii ī vīculis seruari, ibi magna altercatio orta, ac post lōgā disceptationē patrū īteruētu. X. vades Tribuno dati, q ꝓ eo, nisi ad diē iudicii reū sisterēt, certā soluerēt æris summā, iterim Cęso liber esset, ipse Vadibus datis sequēti nocte iussu cōsulū in Tuscos exulatū abiit. Iudicii die, etsi reus nō adesset, tribus ī suffragiū a Verginio nihilo seci⁹ missę, cupide absentē dānarūt. Liui⁹ appellatis Tribunis, nullū de ea re suffragiū latū scribit. Pecunia a patre acerbe exacta, vt oīb⁹ bonis diuēditis, aliq̄diu Quinti⁹ trans Tyberim tenui cōtētus ꝑdio vixerit. Nec cū Cęsone sublata sunt patrū & plębis certamina, qn quoties Tribuni de lege agerēt, toties nobiliū man⁹ facto impetu cōcionē disturbare, iidē illi legis remoratores quiescētib⁹ Tribunis blāde plębē appellare, comitateq; eximiā ꝑ se ferre in singulos, ꝑ hęcq; anno circūacto cōsules facti sunt Appius Claudi⁹ Appii filus, & P. Valeri⁹ Publicola. Perseuerabāt īterim suo studio patricii, plębē omni comitate affectātes, vt Tribunitiis eā cōcionibus auerterēt. Cōtra Tribuni illos ad plębē criminādo varie suspectos reddere. Illatę ab eisdē ī curiā literę, qbus significabaŧ cōiurationē īter patricios, aduersus plębē & Tribunos initā, Cęsonē Coriolani exēplo hostium copias ad vrbē admoturū, patriciorum manū in Tribunos & principes plębis noctu grassaturā, negare quęstionē super ea re decerni posse, quādo eorū, qui in curia essent plęriq; eius cōiurationis participes essent, & ob eā rem nullā in se q̄stionē decretuti, nec vt sibi suspectis fidē haberi, poscere tamē, vt pręsenti malo q̄ primū ab iis, q possent, iretur obuiā: celeritate opus esse, velox periculū instare, dilationēq; securitatis ī subitis rebus semp fuisse intēpestiuā. Liuius nihil literarū meminit, nec ait Tribunos hęc ī curia, sed ī cōcione questos. Dionysius, q prioris est opinionis author, hos Tribunitios sermones a Claudio cōsule exceptos ꝓdidit, qui ita ꝑfatus sit, vt dixerit rerū omniū de quibus sermo habēdus est, originē primasq; causas spectari oportere, quales eas esse cōtingat, tales de his sermōes haberi necesse esse. Neminē quiritiū esse, q sciret quo animo Tribuni plębis tulerint oēs actiones suas supiore āno īcassum susceptas, q nō idē intelligat oīa eos molituros, q plębē armare in senatū & patricios possint. Inde q̄situ a Verginio & aliis ecquis eas literas attulisset aut a quo redditę dicerenŧ, per quę ridiculū Tribunoꝝ mēdaciū insectatus, oēm ordini intētatā calumniā, vt vanā discussit. Erāt nihilominus ordinū animi ad certamē accēsi: Volsci interea, & Equi, qđ vnū per se discordiā sedare potuit, in armis esse dicebātur. Accessit repēte & ali⁹ timor. Exules seruiq; ad quatuor milia, Appio Herdonio duce Capitoliū & arcē noctu occupauere. Erat is Sabini generis, nec obscuris ort⁹ natalib⁹, dubiū, vt ipse tyrānidē exerceret, an vt Romano principatu sublato, ī Sabinos caput & arcē īperii trāsferri vellet. Cędes in arce ꝑ noctē edita, & ad arma repēte cōclamatū. Cōsternata multitudo regi nō poterat, hostes in arce esse dicebanŧ. Cęterū q essent & quātus numerus sciri nō poterat. Sollicita ciuitas reliquū noctis in stationibus disponēdis, opportunisq; locis ꝑsidio firmandis egit. Vbi vero illuxit, qui hominū arcē, & quo duce occupassent, vulgo cōstitit. Herdonius ex Capitolio seruitia ad libertatē vocabat, qui vt ipse clare ꝑdicabat, miserrimi cuiusq; causam suscepisset, vt exules īiuria pulsos ī patriā reduceret. Serui igiŧ domi, & hostes foris timebāŧur, ne Volsci & Equi, quorū ī Romanos odia nulli ad id tꝑs ignota erār, aut cęteri finitimi, qui & ipsi Romanos īfense oderāt, ꝑsentē occasionē nacti, magno reip. ꝑiculo, ꝑte ciuitatis capta, legiones portis admouerēt. Hęcq; tūc erāt hoīm cogitatiōes, hi met⁹ animos exagitabāt. Interea tātus furor Tribunos tenuit, vt nō id bellum esse cōtēderent, sed vanā belli imaginē ad auertēdos a legislatione plębis animos, patriciorū hospites cliētesq; arcē insedisse, qppe q ꝑlata lege, sua spōte essent inde abituri. cōciliū inde ꝑferēdę legi cogebāt, plębe ab armis auersa. Qđ vbi in curiā est perlatū: Tribunorū suasu deponi arma, relictisq; stationibus in cōciliū iri. P. Valerius, collega senatū habēte, ex curia se ꝓripuit, in tēplūq; deuolat ad Tribunos, vbi vero in cōspectū venit, Quid hoc est Tribuni! ꝓcul exclamat, estis ne Appii Herdonii ductu hanc remp. euersuri! Tā felix ille fuit in vobis corrūpēdis, qui seruitia ex arce clamans corrūpere nō potuit! Hostes ceruicibus vestris īminēt, & vos ab armis ad ferēdas leges plębē auocatis. Inde ad multitudinē cōuersus, si vos neq; vrbis hui⁹ Quirites, neq; vestri cura tāgit vlla, at deos vestros ab hostib⁹ captos respicite: Dii ꝑsides hui⁹ vrbis obsidenŧ, seruorū arma publicos premūt penates. Vos cōcionabūdis Tribunis ociose velut oīa pacata sint assidetis, & hęc sanę ciuitatis forma dicēda est! īngēs vis hostiū nō solum in vrbe est, sed in arce quę

Damnatur absens Cęso.

Consules.

Tribunorū querela.

Capitoliū occupaŧ.

Nocturnus vrbis met⁹.

Tribunorū ꝓteruitas.

Valerii vehemens actio.

foro imminet, vos comitia celebratis, senatus vt in re dubia in curia sententiã dicit, hic ciues suffragiũ ineũt. Nõne statim oportuit, qcqd patrũ, plębis, hoĩmq; ĩ tota vrbe est, in Capitoliũ currere, augustissimũq; ciuitatis tẽplũ ab sceleris armis vindicare! Tu inquit Romule parẽs vrbis eã precor da tuę stirpi mẽtẽ, qua tu olim hunc ipsum locũ auro Sabinis proditũ recepisti, vt nos progenies tua eadẽ via qua tuus olim exercitus ingressi locũ obtineam⁹. En ego cõsul quãtũ mortali licet tua secutus vestigia, ibo obuiã periculo, ac quãtũ humana virtus valebit, ne diutius hostis arce potiaẽ, efficiã. Sũma ei⁹ orationis fuit vt diceret se arma capẽ, vocare ad auxiliũ patrię ferẽdũ, quicũq; rẽp. saluã esse vellet. Ac si quis rẽ impediret, se consularis imperii, Tribunitię potestatis, sacrarũ legũ oblitũ, eũ in Capitolio, in foro, in sacro, & prophano pro hoste habiturũ, ausurũ se in Tribunos, si Tribuni in mora essent, qd princeps suæ familię in reges ausus diceret. Nec multum profuit tã vehemẽs oratio, tenuit p diẽ certamẽ, ita vt neq; lex sit lata, neq; consul ire potuerit in Capitolium. Cessere sub noctẽ Tribuni consulũ arma veriti, nec patres p̃sentẽ occasionẽ omisere, qui se circulis inserẽdo, p noctẽ conati sunt plębis animos flectere. p̃sentis periculi, pietatisq; in deos idẽtidem admonentes. Interim Tusculũ affertur Romanã arcẽ, & Capitoliũ ab hostibus teneri, ciuitatẽq; intestina seditione laborare. Erat tũ ibi L. Manilius Dictator, is suis author fuit, ne expectarẽt dũ ab vrbe Roma auxiliũ legati petitũ venirẽt, nunq̃ maiorẽ occasionẽ Romani nominis demerẽdi Tusculano affuturã. Placuit auxiliũ mitti, cõscribiẽ iuuẽtus, arma dãtur, Romã prima luce itur. Prębuit agmen procul cõspectũ hostium speciẽ, Volsci Equiq; venire primo crediti sunt, vbi vero qui essent cognitũ est, in vrbẽ accepti in forũ sub signis descẽdere. Valerius collega ad portarum pręsidia relicto, ipse in foro aciẽ instruit, pollicitus Capitolio recuperato, vbi demõstrasset qd fraudis in lege esset, se cõsilium plębis nõ impediturũ. Tum Tribunis nequaq̃ reclamãtibus multitudo cõsulẽ secuta est. In Capitolinũ cliuũ acies dirigitur, adiũgiẽ Tusculana legio, certare inter se ciues, sociiq; vtris recuperatę arcis laus deberet, trepidare qui in arce erãt, nec tã viribus q̃ loco cõfidere. In hos signa inferri iubet Valerius, & iã qui primo loco pugnabãt in vestibulũ tẽpli irruperãt, quũ cõsul ipse inter primores pręliũ ciens superne ictus concidit. P. Volũnius vir cõsularis cadẽtẽ cõspicatus, dat suis negociũ, vt corpus & mortẽ cõsulis obtegãt. Ipse ĩ ei⁹ locũ succedẽs suos ad pugnã hortaẽ, tãto ardore, ĩpetuq; res gesta est, vt pri⁹ milites vicerit, q̃ se sine duce pugnare sensent. Plęriq; exulũ sua ipsi cęde tẽplũ fœdauere, qdã viui capti. Herdoni⁹ teloꝝ multitudine obrut⁹, fortiter pugnãdo occubuit. Atq; ĩ hũc maxime modũ Capitoliũ recupari cõtigit. De captiuis sumptũ est suppliciũ, Tusculani vt socii fidelissimi laudati, Capitoliũ primo purgatũ est, ide ob cędẽ ĩ eo cõmissam lustratũ. In P. Valerii locũ. L. Quintius Cincinnatus Cęsonis pater est surrogat⁹. Dionysius author est, agresti opi intẽtũ ab iis q dignitatẽ nũciatũ venerãt, reptũ, eoq; purpurã cęteraq; cõsularia ĩsignia delata. Cõsul salutatus paulolum se tenuisse diciẽ, mox pauca hęc locutus: Ergo inqt agellus hic nõ seriẽ a me hoc anno! vehemẽter vereor annu⁹ victus defutur⁹ sit nobis. Liui⁹ tũ id accidisse ait, quũ Dictator creatus est. Sed quocũq; tẽpore id cõtigit, satis cõstat virtutẽ ea tẽpestate hoĩbus ornamẽto fuisse, nõ diuitias: nec paupertas tũc fuit cuiq̃ dedecori, nisi huic q eã fortiter ferre nõ posset. Perculit Cincinnati dignitas plębẽ suarũ iniuriarũ cõsciam, nã p̃ter q; ira tũ se cõsulẽ habiturã videbat, hoĩs virtus vulgo formidolosa erat multitudini. Accedebat & patrũ fauor tresq; liberi quoꝝ nemo magnitudine animi erat Cęsone ĩferior. Ille vero vt magistratũ iniit, primis cõcionib⁹ nihilo acerbior est visus ĩ plębe coercẽda, q̃ ĩ castigãdo senatu, qui plures ãnos passus esset, Tribunos ĩmodica lingua vanisq; criminib⁹ ĩ foro regnare. Inde ĩ Aulũ Verginiũ ĩuectus eũ nõ min⁹ hostẽ patrię q̃ Herdoniũ fuisse p̃dicabat, castigabatq; cõsulũ patiẽtiã, q nõ prius ĩ eũ q̃ in exules q Capitoliũ tenebãt, impetũ fecissent. Pudere ad hęc q; quũ exules, seruiq; Capitolium augustissimũ vrbis tẽplum tenerẽt, prius Tusculi q̃ Romę essent sumpta arma. At si plębeioꝝ aliqs domũ suã ab armata familia obsessam nũciasset, cõtinuo Aulus Vergini⁹ subueniẽdum cẽsuisset, at quũ cella Iouis seruilibus teneretẽ armis, nõ cẽsuit. Et quũ ille cęteriq; Tribuni tales essent, vt sacrosancti haberi vellẽt, per quos Dii ipsi neq; sacri, neq; sancti haberenẽ, & qd indignius adhuc esset, diuinis humanisq; sceleribus polluti, legẽ se laturos p̃dicarẽt, quę si se cõsule p̃ferreẽ, tũ oĩb⁹ videri vellet, eo peius die cũ rep. actum quo ipse cõsul creatus esset, q̃ quo Valerius ĩ vestibulo Capitolii periisset. Sed iã inqt in animo habeo Quirites in Volscos legiones, & in Equos ducere: nescio enim quonam fato bellãdo magis q̃ quũ pacati sumus propitios habemus deos. Edico igitur vt qui in Valerii

Valerii p̃catio.

Tusculanorũ auxilia.

Valeri⁹ cõsul cadit.

Cincinnat⁹ fit consul.

verbă prŏ Capitolio recipiĕdo iurastis,cras ad Regillŭ lacŭ mihi adsitis oĕs.Conati sunt pri
mŭ Tribuni soluere militĕ religione,idĕtidĕ pdicătes Quintiŭ tŭ priuatŭ fuisse,quŭ milites i
Valerii verba iurassent,eoq mortuo exercitŭ nŏ teneri sacramĕto. Hęc illi,sed milites haud
se ppterea soluebăt,haud enĭ tŭc erat q postea secuta est religionis negligĕtia. Terrebat prę
ter cętera populŭ ferox Quintii denunciatio , fore, vt qdiu ipse cŏsul esset,pcul domo habi Quintii de
turꝰ esset exercitŭ.Nec se populŭ ad comitia vocaturŭ,creădorŭ cŏsulŭ causa,Dictatore opꝰ nŭciatio.
esse,vt aliqŭ resp.domesticis seditionibꝰ cŏcussa sisti posset.Huiusmodi minę adeo Tribunos
fregere,vt polliciti sint se in authoritate patrŭ futuros,modo ne exercitus domo abduceret. Fracti Tri
Est itaq inter senatŭ & Tribunos ipsos cŏparatŭ , vt eo anno neq de lege ageret,neq cŏsules buni cŏsu
legiones aliquo educerĕt.Ociŭ ab oĭ vrbico externoq certamine i reliquŭ anni fuit.Plębs eos libꝰ cedŭt.
dĕ Tribunos reficie,quo exĕplo patres irritati , Quintiŭ parabăt cŏsulĕ reficere, nisi grauissi
ma ipsiꝰ castigatione moniti,alienŭ ab eiꝰ ordinis dignitate esse,peccare alteriꝰexĕplo,psenti
cŏsilio abstitissent. Cŏsules itaq creati Q.Fabiꝰ iterŭ,& L.Cornelius Maluginĕsis.Coeperăt Consules.
Tribuni sollicitare plębĕ,quŭ Romă allatŭ est, Volscoꝝ legiones circa Antiŭ esse.Coeperat ea
colonia iă antea Romanis suspecta esse.Ægre a Tribunis obtineri potuit,vt bellŭ puerti pate
rĕtur.Cŏscriptę ad bellŭ legiŏes Latini Hernicíq duas miliŭ ptes de more ad bellŭ dederŭt.
Volscorŭ puincia Fabio data,Cornelius ad psidiŭ vrbis remăsit.Hostis ab Romano vt i pu
gnă descĕderet,cŏpelli nŏ potuit.Tŭ cŏsul triptito castra adortus hostĕ vallo deturbat: Ca
stris ĭde exutŭ ac dispalatŭ,apto cecidit căpo. deletus foret exercitꝰ ni fugiĕtes pxima sylua
peropportune texisset.Sed dŭ hęc ad Antiŭ geruntur,Equi interim pmisso iuuĕtutis robore, Tusculană
noctu Tusculană arcĕ occupăt.Reliquus exercitus haud procul oppido cŏstitit , vt subsidio arx occupa
suis esset. Tusculanę arcis nŭciꝰ Romă primo, & ab Roma Antiŭ i castra platus,haud aliter tur.
Romanos affecit,q si iterŭ ab hoste captŭ esset Capitoliŭ.Adeo Tusculanoꝝ i Romana arce
recuperanda recĕs vigebat meritŭ.Et quia relata gratia opus erat:confestim consul legiones
Tusculŭ admouit.Dionysius Fabiŭ scribit vrbĕ egressum huc primŭ venisse , hostĕq procul
Romanas legiones cŏspicatŭ,spŏte priusq signa admouerent,deseruisse arcĕ. Nŏ defuerŭt q
hostiŭ psidiŭ aliqdiu obsessum scriberĕt,hiq incolumitatĕ pacti arce postremo abscesserint .
Liuius plures hic mĕses bellatŭ existimat parte copiarŭ a cŏsule Tusculanis data,vt ea parte
qua oppidŭ spectat arcĕ oppugnarĕt,ipsum iterim cŏsulĕ hostiŭ castra oppugnasse,nec prius
Equŭ arce depulsum q fames ad deditionĕ cŏpulisset.Atq ita deditos sub iugŭ missos,quos Equi in Al
domŭ abeuntes Romanus ad Algidŭ consecutus obtruncauerit. Dionysius recepta arce ait gido cędŭt.
Fabiŭ exploratis hostiŭ itineribus noctu rapto agmine in Algedonem,sic ipse Algidŭ vocat,
venisse,ibiq improuiso accessu hostĕ fusum,multaq cŭ cęde dibectŭ, ac secŭdŭ eă victoriam
ad Ecetranam itum vrbĕ Volscorum ea tĕpestate illustrissimă,ibiq aliquot dies prouocatus
hostis quŭ ad pugnă exciri nequiuisset,agrŭ foede populatŭ,prędăq in eo partă benigne mi
litibus diuisam. Alterŭ consulĕ,qa aperte Antiŭ defecisset,in Volscos qui erăt circa Coloniă
inuectŭ,quibus obuiă prodeuntibus, atrox fit pręliŭ cŭ Romano cŏmissum:ad vltimŭ victos
hostes,in Antium cŏpulsos,quos cŭ aggere & fossa Cornelius claudere esset adortus, iterum
cŏgredi ausos nihilo meliore euĕtu dimicasse,qn fusos,seq intra moenia recipiĕtes Romanŭ
e vestigio secutŭ,admotisq muro scalis vi oppidŭ captŭ,omne aurŭ,argĕtum,& æs,aliăq pre
ciosam prędă a consule in publicŭ relată,principes Colonię cęsos securive percussos, atq his
gestis vtrŭq cŏsulĕ Romă reuersum. Liuius author est,post Equos q psidio Tusculanę arcis
decesserăt in Algido cęsos,Cornelium cŭ exercitu eo ab Roma venisse,atq ita cŏsules ambo
Equoꝝ fines & Volscoꝝ ingressi,vtrăq regionĕ late incursarint,nec pterit Liuiŭ fuisse quos
dă ex ipso scriptoꝝ numero,q i hunc annŭ,qđ & ipse Dionysium secutꝰ feci,Antiatium defĕ
ctionĕ reiecerit.Cęterŭ absentibꝰcŏsulibꝰAu.Corneliꝰ,& Seruiliꝰ qstores.M.Volscio q haud
dubie falsus i Cęsonĕ fuisset testis,diĕ dixere,cŏstabat enĭ neq Volscii fratrĕ,vbi semel morbo Dies Vol
decubuisset,cŏualuisse ăplius,nec p id tĕpus i qđ testis crimĕ reiecerat,Cęsonĕ Romę fuisse, scio dicit.
sed circa signa frequĕtĕ,& sine cŏmeatu vllo măsisse. Tribuni i mora erăt, q priꝰ populum in
suffragia ire vetabăt,q lex lata esset,i cŏsulŭ aduĕtŭ vtraq res extracta, qbꝰ reuersis qa Tri
buta comitia istabăt,Tribuni nŏ tă de lege solliciti,q vt quarto reficerent,Volscianŭ indi
ciŭ de industria omiserŭt.Cŏsules summa ope resistebăt,ne iidĕ Tribuni fierĕt in sequĕtĕ an
nŭ,victoria tŭ apud plębĕ & Tribunos fuit.Eodĕ anno pax petĕtibus Equis est data, lustrŭq
decimum conditum,censa ciuium capita. C.trigintaduo milia.CCCCXIX. Sequens annus

Consules. cõsules habuit. L. Minutiũ, & C. Nautiũ. Apud quosdã. L. ꝑ C. legere est. Impediebãt cõsules legẽ, Tribuni ex aduerso Volscianũ iudiciũ, eratq́ maior omnino authoritas ĩ nouis q̃storib⁹ M. Valerio Valerii filio, & Quĩtio Capitolino, q ter cõsul fuerat. Vergini⁹ & cęteri Tribuni duos mẽses cõsulib⁹ assignarũt ad legẽ ĩspiciũdã, vt populũ docerẽt, qd ĩ ea occultę esset frau dis. Et res domi ĩ hoc statu erãt, quũ foris ab Equis renatũ est bellũ, cõsederãt hi Graccho du ce ĩ Latinorũ finib⁹ primo, agrũ ĩde Tusculanũ cũ ꝑda & populatione ĩcursarũt, & iã ꝑdaceã opulẽtia honusti ĩ Algido castra fecerãt, venerũt eo ex vrbe legati sociorũ iniuriã q̃rẽtes repetẽtesq́ res ex fœdere nuꝑ icto. Gracchus successu rerũ elatus, indigne inqt, faciris vos Romani iustã vltionẽ ꝓhibituri, quasi nefas sit Equos a Tusculanis, a qb⁹ prius lęsi sunt ĩiuriarũ pœnas exigere, ꝓsertim quũ nihil diserte sit sociis ĩ fœdere cautũ. Si qd igit̃ vos lęsi estis redda detur res Romano vt postulatis, sin alioꝝ causa pœnas exacturi venistis null⁹ de his erit vobis mecũ sermo. Sed ista ad hãc arborẽ loqmini. Imminebat fagus, siue, vt Liui⁹ ait, quęrcus ꝑ torio. Tũ ex legatis vn⁹, & hęc qdẽ sacra arbor audiat, ac qcqd deorũ vbiq́ hominũq́ est, violata a vobis iura q̃ nos iusta vltione exeq̃mur. Post legatorũ reditũ Patres Minutiũ ad hostes in Algidũ ire iubẽt, alterũ cõsulẽ Equorũ fines populari. Impedissent tum quoq́, vt sępe alias Tribuni delectũ, nisi Equico bello ali⁹ recẽs ex Sabinis supuenisset terror. Sabini ad vrbẽ vsq́ prędabũdi venere, qua clade & ignominia plębs cõsternata Tribunis frustra retinẽtib⁹ arma induit. Duo exercitus cõscripti, Nautius ĩ Sabinos est missus, Castris ad Eretũ positis, fuit is Sabinorũ vicus Tyberi ꝓpinqu⁹, crebris ĩcursionibus hisq́ plurimũ nocturnis tãtã ĩ Sabino agro fecit vastitatẽ, vt ꝑ cladis hui⁹ magnitudine, Romani agri viderent̃ ĩtacti. Alteri cõsuli in gerẽdo bello, neq́ virtus, neq́ fortuna affuit. Nã vbi ĩ hostiũ cõspectu fecit castra, nulla adhuc clade accepta sese vt victus castrorũ munitionib⁹ tenebat, q vani⁹ metus vbi est ab hoste animaduersus, ferocius ĩstare cœpit, noctẽq́ castra oppugnare aggressus, q̃ qa capere nõ potuit, vallo postero die circũsedit, Dionysius ĩ cõualle quadã Romanũ ab hoste clausũ author est. Cęterũ siue metu & ignauia, siue locorũ iniqtate fuit exercitus obsidione cinctus, tãta ciuitatẽ trepidatio ĩuasit, obsidionis nũcio Romã ꝑlato, quãta si vrbẽ ipsam hostes obsiderent. Alterũ cõsulẽ cõfestim Romã venire iubẽt, in quo quũ ĩ tãto discrimine parũ ꝓsidii fore crederet, Dictatoreq́ opus eẽ q rẽ ꝓpemodũ lapsã restitueret. L. Quintius Cincinnatus Dictator oĩm cõsensu dicit̃. Colebat is trãs Tyberim q̃ternũ iugerũ prata. Quintia deiceps nũcupata. Huc cũ mãdatis patrũ legati vt eũ ĩ vrbẽ deducerẽt, venere. Cõstat agresti opi ĩtẽto sub primũ legatorũ accessum, a Racilia cõiuge togã ex ꝓximo tugurio deprõptã, abstersumq́ toto corpore puluerẽ. Nauis illi publice parata, Tyberiq́ trãsuectũ tres filii veniẽtẽ primo, mox ꝓpinqui & necessarii, inde patres cęteraq́ multitudo gratulabũda excipit. Vigilatũ sequenti nocte ĩ vrbe, postridie quũ ante lucẽ ĩ forũ venisset L. Tarqniũ magistrũ equitũ dixit, cũ quo ĩ cõcionẽ ꝓgressus iustitiũ indixit, vetuitq́ priuatę rei quicq̃ ĩ vrbe agi, edicit inde vt quicũq́ per ætatẽ & valitudinẽ militare possent, cũ cibariis quinq́ dierũ, vallisq́ duodenis sibi ante noctẽ in cãpo Martio adessent. Ibi sub noctẽ cõposito agmine Dictator legiones, Tarquinius equitatũ vrbe educũt, multa vbiq́ alacritas, alius aliũ hortari, vt gradũ adderet, celeraret, dũ nox esset, vt ante lucem ad hostem veniri posset, tertiũ iam diem cõsulẽ & legiones obsideri. Quid nox, quid dies ferat, haud plane sciri posse, paruo tẽporis momẽto maximarũ rerũ momẽta verti, media ferme nocte ad hostes vẽtũ. Dictator equo eoꝝ castra circũuectus circuitũ & formã cõtẽplat̃. Hicq́ per Tribunos sarcinas vnũ in locũ a militibus coniici imperat, inde silẽtio ĩ suos ordines omnes rediere, tũ agmẽ circũquaq́ extẽsum hostes circũdedit, mox vbi signũ audiuere, oẽs clamore subito vti iussi fuerãt, vallũ iaciũt. Voces vndiq́ aures ferientes hostes territãt, Romanis spem & audaciã afferũt. Negat cõsul morãdũ esse, iam eñ clamore ipso nõ modo suorũ aduẽtũ sed ꝓliũ quoq́ ab altera parte initũ significari, qui igitur in castris erãt sumptis armis hostẽ pugna lacessunt. Equi exteriore parte opus ꝓhibere cœperãt, quũ eruptione ab Romanis repẽte facta, veriti ne ꝑ media castra obsessi ad suos euaderẽt, introrsum conuersi, pugnã cũ Minutio in lucem extrahere. Fossa interim & vallo circũdati a Quintianis inuadũt̃ copiis. Hic ancipiti malo deꝑhensi, ab armis ad preces versi, nũc Dictatorẽ, nũc cõsulẽ orãt, ne in cęde & strage hoĩm, victoriã repõnerẽt. Necessitate igit̃ coacti in has cõditiones descẽdũt, vt Gracchũ Clœlium ducẽ, principesq́ gẽtis, Dictatori vinctos traderẽt, Corbione oppido decederent, ipsiq́ inermes sub iugũ missi abirent. Tribus hastis iugũ fiebat, duabus humi defixis, supq́ eas vna trãsuersa deligata. Huiusmodi ignominia hostes

Audi supbũ hostium respõsum.

Consul cingitur obsidione.

Quintii edictum.

Quĩtii strategema.

Sub iugũ mittũtur Equi.

a Dictatore dimissi.Prędā Quintius castrēsem suo dedit militi habēdā, vetuitq; consularem exercitū ex ea qcq̄ attingere,indignū pdicās,vt pda ex eo hoste potiref, cuius ipse ppemodū preda fuisset.Inde cōsulē affatus:tu inqt Minuti donec cōsularē animū habere icipias,legat⁹ in castris eris.Tātū abfuit,vt Minutius aut milites ignominia notati id ægrius tulerit,vt & abeūtē Romā patronū salutarint,coronāq; ex auro dono decreuerint.Ipse triūphās Romam ingressus est,egitq; Equorū principes ante currū,signaq; militaria hostib⁹ adēpta,Epulę militibus currū sequētibus passim tota vrbe appositę,multaq; hilaritate discūbētiū ei⁹ diei pōpa traducta est.Abdicasset se Quintius cōfestī magistratu,nisi M.Volscii comitia tenuissent, ne Tribuni īpedire id iudiciū possent,ī dictatura pseuerauit.Dānatus Volscius Lanuuiū exulatū abiit,tū & ipse spōte sese magistratu abdicauit,XVI.Dictaturę die,quū ī sex mēses tū magistratū accepisset.Q.Fabius Minutio successor ī Algidū missus.Mirū est qd de Quint.cōtinētia Dionysius pdidit,selecta ex oī pda q̄dā manubiarū noīe,haud qdē attigit.Et quū necessarii & propinqui plura pollicerent,vt ī vrbe pmaneret,cōtinuo vbi potestate abiit, in agrū, quē colebat,sese recepit,pauptate magis q̄ diuitiis cōtētus.Nautius cōsul & ipse ī Sabinis ad Heretū cū hoste feliciter pugnauit,hostilē agrū aliquāto ātea ferro & igni fuerat populat⁹.

Quintii triūphus.

Damnatur Volscius.

Quintii tēperantia.

MARCI ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIÆ HISTORIARVM AB ORBE CONDITO, ENNEADIS TERTIÆ, LIBER QVARTVS.



ONSVLES secuti.Q.Minuti⁹,& M.Horati⁹,qdā.C.p Marco scripsere. Incidit horū administratio in annū primū octogesimę primæ Olympiadis, q qnt⁹ fuit & quadragesimus,supra septuagesimū, ac quater millesimū ab mūdi origine,a Roma cōdita nonagesim⁹ septimus,ac ducentesimus.Tribuni principio anni huius, ob legē sępius tentatā,cœperāt domestica ocia turbare,quū agrestes fuga in vrbē delati,multa trepidatione nūciāt,intra Fidenas & Crustumeriam,a Sabinis oīa obtineri.Decernūt patres vt exercitū Consules ad bellū cōscribant.Tribuni delectū impediūt,negociū nullū bellicū passuri, nisi lex Terentilla de iure ciuibus æquādo,prius lata esset, attingi, vincebaturq; consulare imperiū consensu Tribunorū, quū recētioribus nūciis affertur Romano pſidio ad Corbionem cęso,Equos in armis esse. Liui⁹ ab Equis priusq̄ a Sabinis,rē hoc anno motā pdidit.Tribuni recētioris belli terrore perculsi delectū remittūt,ptius tū pacti,vt X.deinceps Tribuni crearenť,rati suā paucitatē ludibrio patribus esse,ac tū primū.X.creari cœpti,anno a primis Tribunis sexto ac trigesimo.Consules delectu habito ī hostes pfecti sunt.Dionysius (nā eorū q̄ adhuc diximus,Liuius est author) Tribunis delectū impediētib⁹ imperiū ait cepisse patres,belli p se clientibus & amicis fretos excipiēdi, cuius sentētię erat L. Quintius author,ac tū priusq̄ hęc extrema remedia q̄rerētur.C.Horatiū consulē cū senioribus patrum ante suggestū locatis, Tribunos & multitudinē sic ait affatū.Pulchrū Vergini opus,lōgeq; laudabile,tu tuiq; collegę ad hūc diē pegistis,plębē a Senatu, & quasi discerpto corpore,mēbra a capite auulsistis,ac quātū ī vobis est pditū itis oīa hęc bona, q̄ partim a maioribus sunt nobis relicta,partim nos ipsi bellādo q̄siuimus. Cęterū nos nō sine dimicatione hęc dimittere certi sum⁹,sed vna cū patriā seruare volētib⁹,decreuimus arma capere. Ibim⁹ igiť in certamē nos patricii spem bonā secuti ducē,honestius ibi,si vincere nō cōtingat,perituri,q̄ si hic sedēdo patriā,liberos,penates,nosipsos pdiderim⁹.Enimuero,si qs deus pie facta respicit,si fortuna vrbis hui⁹ nōdū hęc mœnia reliqt,certe est aliqd qd sperem⁹,sin aliqđ inimicū numen Romanę vrbi aduersabiť,sitq; tacita q̄dā inuidia q̄ nihil in terris diu felix esse patiať,si nulla res alia,certe vna cadētes solabiť,φ ī patria tuēda,neq; volūtas nobis, neq; studiū defuit,eritq; exitus ipse oīm pulcherrimus,quia p patria,p libertate,p penatibus, p liberis,pro iis q̄ hoībus charissima sunt,mortē oppetiuerimus. Vos interea fidi generosiq; vrbis pręsides hic cōcionabūdi sedebitis,fœminarū more verbis altercātes,qbus neq; vita si vicerimus honesta,neq; si victi simus tuta esse poterit,nisi forte spem illā frigidā alitis, fore vt patricio ordine extincto,hostes mitiores habituri sitis.Quippe q omni certamine omisso, vobis principatū,cęteraq; habēda relinquāt,q̄ vos cū recte sentiebatis,ipsis bellando ademistis,adimēdoq; trophea & monumēta ppetua inimicitiarū statuistis.Sed qd ego plębē obiurgo,quæ sua sponte nūq̄ fuit mala?Cur nō te potius & alios Vergini? Quorū quū nihil sit humile in

ANNI MVNDI.

X.Tribuni

C.Horatii oratio.

Amara exprobratio.

repu.eã tamen hostibus presidia auferendo prodítis,pro qbus vltricẽ pœnã a diis expectate, illi quidẽ puniũt,quę hoĩes nequeũt,et si ab hominibus est etiã vltio expectãda, quorũ man⁹ in patriã armastis.Vestra em̃ discordia freti hostes,tã licentiose hodie Romano nomini insultant.Aderunt illi post patriciorũ cladẽ,hancq́ʒ vrbẽ aut fame domitã,aut vi captã diripient, mares fœminasq́ʒ promiscue trucidabunt,non sexu,nõ ætate vlla abstinebunt, nõ Romanorũ quorũ imperare proprium est,sed Barbarorum crudelissima exẽpla secuti, ne vestigia quidẽ vrbis huius vlla in terris relinquent,vt Romanũ nil ad posteros sit nisi phama,totis viribus curabunt.Vtinã sim falsus vates,Video excidiũ ingens patrię imminere, vos qui hęc nõ videtis,siue potius videre dissimulatis,pergite vt cœpistis,cõcionẽ aduocate, nouas inferte leges,dũ Patricii,dũ Senatus,deuotũ se eunt pro patria,cui tu Vergini, & alii Tribuni, magis inimici estis,q̃ Sabini & Equi,q nũc nostra populant̃,ac nescio amplius etiã magisq́ʒ pniciosi. Illi vtrią́ʒ ex pfesso hostes,vos nomine ciues,& ciuiũ custodes,re autẽ plusq̃ hostes q finitimis

Peroratio. vndiq́ʒ in perniciẽ vrbis huius ruẽtibus,ciuibus arma adimitis. Tota multitudo mota est huiusmodi Consulis oratione,sed maior omnino animorũ motus inde ortus,q́ʒ maiores natu patricii ordinis,qui in cõspectu stabãt,tacite ad ea.q̃ dicebãtur,collachrymarũt, tũ ciuiũ inclinationẽ veritus Verginius mitiore sermone vsus,p̃catus est,vt si in p̃sentia de lege transigi

Concordia ordinum. nollẽt,hoc saltẽ darẽt plębi,vt Tributis comitiis decẽ Tribuni crearent̃,qd̃ vno Appio Claudio repugnãte,est a patribus necessitate magis q̃ volũtate,expressum.Verũ ea cõditione, vt eorũ qui tũc essent in sequẽtẽ annũ nullus reficeret̃. Post tributa comitia Minutius est in Sabinos p̃fectus,hostẽq́ʒ nusq̃ in agris adeptus,regionẽ populatus est. Horatius cui Equi puincia euenerãt,nõ solũ Corbione,sed Hortana quoq́ʒ,siue,vt Dionysius ait,Britone de Latinis capta,in Algido hostẽ ĩuenit.Ibi prelio cõmisso Equi victi sunt. Corbionis mœnia Romanus victor a fundamentis diruit.Et hæc domi militięq́ʒ eo anno gesta. Qui proxime secutus est

Consules. Consules habuit.M.Valeriũ,& Sp. Verginiũ. Ab externis armis ocium fuit ciuitati. Lex de

Lex de Auẽtino. Auẽtino publicãdo lata est,quũ plęriq́ʒ furto multa ĩ eo occupassent.Datę oĩb⁹ areę ĩ eo ędificare volẽtib⁹.Fuerat prius modica sui parte cultus,patet collis ãbitu.XII.stadiorũ.Sed quũ de lege huiuscemodi ageret̃,Icilius & cęteri Tribuni ad Cõsules ministrũ miserũt,petẽtes vt de Auẽtino referrẽt ad patres,ĩpulsus Tribunitius viator ab vno eorũ,q cõsuli apparebãt,pacul teiectus,ira pcitus Icilius lictorẽ arripuit e rupe p̃cipitaturus,vltusq́ʒ esset illico maiestatẽ,nisi Tribuni hoĩs vitã precibus patrũ cõdonassent.Tentatũ p̃terea a Tribunorũ collegio, vt Senatũ sibi ĩ curiã vocare liceret,quũ consulũ ad eã diẽ potestas fuisset,illi dũtaxat patres

Consulum fuit vocare Senatum. accersere,nec e curia abire licebat,nisi cõsulũ alter pnũciasset,abire si placet, nõ amplius vos moramur patres cõscripti.Et vt cõsularis fuit potestatis patres motari, ita Tribunitię concionem populi tenere,q̃diu voluisset,ac quũ libitũ esset voce soluere.Refecti deinceps iidem

Consules. Tribuni.T.Romilio,& C.Veturio cõsulib⁹,q quũ p̃ter cętera,legẽ celebrarẽt,opportune nũciatũ est,Tusculanũ agrũ ab Equis vastari.Pergrata ea res fuit patribus, q velut ĩ orbẽ statũ reipublicę variari nõ ignorabãt,vt bello concors ciuitas esset,in pace seditiosa, augeriq́ʒ rẽp. armis,ocio deteriorẽ fieri.Recẽs Tusculanorũ meritũ effecit,vt Tribuni auxiliũ remorari nõ sint ausi.Ambo itaq́ʒ Consules ad id bellũ exiuere,hostẽq́ʒ in Tusculano adepti, & ad pugnã extractũ,cũ magna cęde fuderunt,fugarũtq́ʒ, quatuor milia Equorũ & amplius desiderata. Pręda ingens quęsita est,ac vendita,prędaceę pecunię ob inopiã in ærariũ repositę. Quę materia criminandorũ ad plębẽ cõsulum Tribunis est oblata.Nec ita multo post Sp. Tarpeio & Aulo Eternio siue Termenio cõsulib⁹ dies Romilio dicta a C.Claudio Cicerone, & Veturio ab L.Alieno ædile.Romilius.X.milib⁹ æris,& Veturius.XII.sunt dãnati.Dionysius significare videt̃ a Siccio Tri.pl.diẽ Romilio dictã,& a L.ædile Veturio, qa Equico bello Siccius cũ tota cohorte in aptũ mortis discrimẽ ire iniquo eorũ imperio iussus esset.Datũ p̃terea crimini,q́ʒ iidẽ consules cũ nobilium manu in Tribunos impetũ fecissent, per eosq́ʒ magistratũ qui sacrosanctus esset,violari cõtigisset.Tarpeius & Termenius cõsules damnare aiebãt posse cõsulares viros,& principes Senatus,legẽ tñ Tribunos ferre nõ posse. Tum Tribuni,Terentilla

Lex Terentilla. lege abiecta,quę iam cõsenuerat (Dionysius eã latã existimare videt̃,æstimatãq́ʒ per eã multę summã,binis bobus siue ouibus triginta,& qd̃ nõ solis cõsulib⁹,vt antea,sed cęteris quoq́ʒ magistratib⁹,aduersus suã potestatẽ delinquẽtes punire liceret)cũ patrib⁹ agũt,vt veteribus certaminibus positis,si plębeię leges displicerẽt,ex patribus & plębe creari paterẽtur, q leges & ea quę ad æquãdam libertatem attinerent,ciuitati cõscriberent. Romilius q haud multo

antea dānatus fuerat,sn̄iam in senatu dixit,æquissima sibi videri Tribunorum postulata,habuitque sup ea re popularē orationē,quapropter nō solū laudat⁹ē a Tribunis,sed a Siccio & collegis remissa est ei mulcta,quā hō cōstāti ingenio a se nihilo feci⁹solutā voluit,neqd dicēdo ambiuisse crederet.Ita de legib⁹populo æquādis inter ordines cōuenit.Missi in Græciā q præclaras Solonis leges,aliarūque illustriū ciuitatū mores & īstituta cōscriberēt.Legati ad hoc ipm missi. Sp.Posthumi⁹Alb⁹.P.Sulpitius Camerin⁹,& Aulus Mālius.Pro.P.apd Dionysiū Seruiū reperio.Fuitque reliquū anni tps ab externis armis,& omi domestica seditiōe getū.Sed ānus q secutus est aliquāto quietior,P.Curiatio & Sexto Quintilio cōsulib⁹.Cæterū duo grādia mala vrbē inuaserunt,fames & pestilētia oīm memoriæ ad id tps traditarū maxima,vrbs funerib⁹ exhausta,& agri hoīm pecorūque strage pene desolati.Quintilius cōsul mortu⁹ est,cui Sp.Furi⁹ ē surrogat⁹,mortu⁹ Augur vn⁹,& tres Tribuni plebis,Flamē vnus Quirinalis.Interim legatis ex Græcia reuersis,Cōsulib⁹.L.Menenio &.P.Siccio noua scribēdarū legū cura ciuitatē īuasit. Placuit Decēuiros sine puocatiōe creari,nec aliū eo anno esse ī vrbe magistratū,aliquādiu cōtrouersia tenuit,deberēt ne ex vtroque ordine legi,an ex patricio tātū,postremo cōcessum,vt ex ptrib⁹duntaxat crearent.Cēturiatis comitiis creati sunt Appi⁹ Claudi⁹ & T.Genutius,q fuerāt aliqñ cōsules designati.P.Sesti⁹ Sp.Posthumi⁹ P.Sulpiti⁹siue(vt alii habēt)Seruius,& Au lusMāli⁹,q leges ex Græcia detulerāt T.Romilius C.Iulius T.Veturius & P.Horatius.Sicque publicæ administratiōis ratio a cōsulib⁹ad Decēuiros trāslata est,vt olim a regib⁹ ad Cōsules. Fuitque hic ann⁹trecētesimus sedus ab vrbe cōdita,q prim⁹fuit octogesimæ sedæ Olympiadis in q̄ tpa Anaxagoræ interitū reiicit Cæsariēsis Eusebius,Ephesii Heracliti studia, & Esdræ acta, quorum supra meminimus.Fuerūt præter hos ea tēpestate illustres Empedocles Agrigētinus,& Parmenides Eleates Physicæ vtrique disciplinæ sectator.HicZenophanis & vt alii tradūtAnaximādri:ille Anaxagoræ primū,mox &Pythagoræ auditor.Parmenides primus oīm globosā eē terrā dixit & ī medio sitā,duoque elemēta ignē & humū,hūc opificis,illā materiæ ferre vicē.Hominū generationē ex sole ortā,inter aīam & mentē nullū esse discrimen.Idē primus aīaduertisse fertur luciferum & vesperū eundē esse.Etsi alii ad Pythagorā id referunt. Fuit & Empedocles medic⁹& orator vt Satyrus scripsit.Varia & mirāda de eius interitu tradunt.Hippobot⁹ Ætnā eū conscēdisse scripsit,naturā,vt arbitror,loci exploraturū,ac sese in craterē ipm cōiecisse,argumēto alterius crepidæ ductus,quā ferreā fuisse memoriæ proditū est,& in supercilio crateris repertā.Sed Pausanias huic phamæ nō accedit.Solē igneā massā dixit,Lunā habere disci similitudinē.Et vt Pythagoræ discipulū agnoscas se aliquādo puellā fuisse affirmabat,arborē auem,atque piscē.Fuit his equalis Zeno Cittieus,Stoicæ disciplinæ lōge princeps. Duo posuit principia,deum & materiā,vnūque deum nō plures.Eiusdē illud,nō si magnus eris continuo & bonus,sed si bonus & magnus quidem.Itidē satius lapide pedib⁹q̄ lingua.Octauo & nonagesimo ætatis anno,quū forte schola egressus digitū offendisset,sibi manū itulit.Fuit &ZenoEleates Dialecticæ repertor.Is vt Satyrus in Epitome pdidit,Nearchū tyrānū deiicere adortus, in cōiuratiōe dephensus,quum quæstioni fuisset adhibitus,oēs tyrāni amicos vt cōiurationis socios nominauit.Quib⁹ supplicio affectis,a Nearcho interrogat⁹ quæstionē exercente, an plures supplicio afficiendi essent,tu solus inqt patriæ pnicies.Simulans inde se velle quædā secreto dicere,aurē illi dentibus,vt alii dicūt nasum lacerauit.Mox abscissa sibi dentibus lingua in eius finium cōspuit.Vixere cū his Pherecides Syrus historiarū scriptor.Cratin⁹ & Plato veteris comœdiæ authores.Aristarchus Tragic⁹.Et hi quidē p id tps,quo Decēuiri leges Romanis scripsere,ingenii laude claruerūt.Incidit duodecim⁹Artaxerxis annus ī hæc tpā,quo vt Ioseph⁹scribit,illeVasthim vxorē qa ad cōuiuiū vocata adesse noluisset,patrio more repudiauit, supducta illi Hestere puella Hebraici sanguinis,quā ex Babylone accersitā,inter quadringētas pellices ab initio adamauerat.Erat p id tps regi charissimus Aman Amalechita genere,itercideratea gens Hebraicis armis,obtuleratque rex Amanem secundum se vulgo adorandum; oēs itaque illum æque ac regē venerari,vno dūtaxat dēpto Mardocheo Hesteres auunculo.Is genti li instituto vnum deum adorādū prædicabat,nec vllā Amani,aut mortalium cuiq̄ venerationē exhibendā.Erat Mardocheus in Artaxerxis familiaribus, iā inde ex quo Eunuchorū quorundā cōiurationē p Hesteren regi detulit.Ceterū magis valuit Amānis odium recēs,Mardochei gra.In cui⁹ inuidiā multa milia talentorū Aman regi pollicit⁹,multisque criminib⁹oēm Hebraicā gētē insectat⁹,q cōtumax hoīm esset genus,supstitiosum,cæterisque mortalib⁹ inimicum,facile obtinuit,vt ad oēs puinciarum præsides ab India ad Æthiopiā regis nomine literæ de Iu-

Solonis leges.
Consules.
Pestilētia & fames.
Consules.
Decēuiri ad cōscribēdas leges.
Empedocles Agrigētin⁹
Parmenides, Eleates.
Zeno Cittieus.
Zeno Eleates.
Constantiæ exemplum.
Pherecides Syrus.
Cratinus comicus.
Aristarch⁹ tragicus.
Artaxerxes Hestere.

dæorū cæde darent. Nec latuit edictū regis Mardocheū, q sacco īdutus squaloreq; cooptus regis aulā, nulli tñ exaudirꝰ, ambibat. Peruenit auīculi luctꝰ ad Hesteren haud multo post. Quę quū doloris cām p Eunuchos rescīuisset, ad regē ausa est duabꝰ comitata ancillis ꝑuenire, quū capitale esset alioq figs eū nisi accersitꝰ adiret. Periculo tñ qđ vniuersæ genti īstabat commota

Hesteres fa cinus. Hestere, ꝓprię salutis oblita, intēpestiue sese regi obtulit, quā ille veniētē quū parum familiari vultu ꝑcul esset intuitus, cōfestim illa tā pudore q̄ metu cōfusa, ad eiꝰ pedes iacuit īternortua Comotꝰ puellę casu Artaxerxes, humo iacētē sublevat, atq; in gremio receptā iubet bono aīo esse, diceret, siqđ esset qđ magnopere a se impetratū vellet. tū puella vix sibi satis reddita, maior ē ingt rex dolor meꝰ, q̄ vt paucis a me verbis explicari posset, suppliciter oro, vt cū isto Amane viro clarissimo apđ me cras prādere velis. Annuit ille, seq; cū amico ex cōdicto affuturū ē pollicitꝰ. Nocte vero q̄ media fuit, qđ deo credas cordi fuisse, Rex mādat sibi rōcinariū regioꝝ actuum afferri, ac quū forte alia q̄dā regrerēt; ecce illđ occurrit quo Mardochei īdicio rex capitali bꝰ fuerat īsidiis seruatꝰ. Tū rex ad dispēsatores cōuersus, Ecqđ fuerit ne Mardocheo cōiurationis īdici p regia bñficētia aliqđ datū, reqrit. Quū nihil ꝑter cōuictū illi rñdisset, iubet Artaxerxes Amanē ad se p noctē accersiri, vt cū eo cōsultaret, quo potissimū ꝑmio ꝓsequēdus is esset,

Amanis sētentia. cui salꝰ sua ī tāto discrimine curę fuisset. Aman susam dicere iussus cēsuit (neq; eñ cui hoīm ea cōsultatio expediret exploratū habuit) virū īsigni equo sedētē purpura & aureo torque ornatū p vrbē ab vno ex regiis purpuratis circūuehi oportere, q ꝓcedens clara voce testaret̄. tale decꝰ eos manere, quos Rex publice honoratos vellet. Tū ille, recte ais ingt, tuq; quo nemo ē mihi amicior Mardocheū sub ista pōpa quā ꝓposuisti, vbi primū illuxerit, Susianis cōspicuū ostēdito. Nihil minꝰ expectatū & qđ magis ipsiꝰ aīm afficeret audire potuit Aman, qppe q crucem

Mardocheꝰ domi parată habebat ad Mardochei suppliciū. Verū qa regis īperium detrectare nō est ausus, Mardocheū ī publicū īsigni ornatu ꝑtrahit. Ludibrio ille se eē Amani ab initio arbitratꝰ ē. Cęterū vbi oīa serio agi aīaduertit, audiuitq; Artaxerxis iussu fieri, oī squalore absterso, bñ sꝑare īcipit. Erat tñ nihilosecius de suoꝝ salute vehemēter sollicitꝰ. Quāta ī Mardocheo lętitia erat, tātꝰ in Amane dolor & mœstitia. Qui ita aīo affectꝰ quū se domū recepisset, haud multo post p Eunuchū ab Hestere ex cōdicto ad cōuiuiū accersit, tū q ad eiꝰ domū venerat sublimē crucem intuitꝰ, ab domestico seruo sciscitatꝰ, in cuiꝰ suppliciū id insigne patibulū esset fabrefactū, Mardocheū ingt herꝰ noster fuit huic cruci affixurus, nisi rex aliter de eo statuisset. Hoc Amanis cōsilio Hestere īstructa, cæterū iussa a rege in cōuiuio petere siqđ vellet, fidēs iā illa suæ est gē-

Hesteres ꝑces. tis interitū depcata, inde ī Amanē inuecta crudeliter eū fecisse testata est, q gentem pio cultui addictā, nulli nocuā, nulli infestā, in aptū vitæ discrimē conatꝰ esset adducere. Turbatꝰ Artaxer-

Seruant̄ Iudęi Hesteres precibus. xes Hesteres postulatis in ꝓximos hortos cōcesserat, interim Aman haud ignarus quātū imuidiæ apđ Hesteren sustineret, reginę insinuatꝰ vt eoꝝ q̄ in Iudęos molitꝰ erat veniā ꝑcaret̄, viuu Hestere inferre parātis potiusq̄ supplicare volētis, speciē regi iterū cōclaue subeūti ꝑbuit, cōfe-

Aman cruci figitur. stimq; ob id ad suppliciū raptꝰ, cū tota domo extremo est supplicio affectꝰ. Ipse eadē cruce quā Mardocheo parauerat, pepēdit. Tū Rex Amane sublato tēpestiuis Hesteres & Mardochei ꝑcibus fatigatꝰ, edictū in Iudęos ꝓpositū reuocari iussit. Literæ ad prouinciarū præsides (nā dies cędi destinatus nondū aderat) ex Hesteres sentētia datæ, q̄ ꝑter alia multa qbꝰ Rex salutē gentis Dinastis & prouinciarū præsidibꝰ magnopere cōmēdauit, insertum habuere. Nos autem a pessimo mortalium (quū interim de Amane loqueretur) Iudęos neci destinatos in nulla penitus culpa deprehendimꝰ, cōtra iustis vtentes legibus, filios altissimi maximi semperq; viuentis dei esse, cuiꝰ beneficio & patribus nostris & nobis regnum est traditum, & ad hunc diē ab omni offensa seruatum. Quare literas quās ille nostro nomine ad vos dederat, nullum habere pōdus scitote. Cætera Iosephus suis est cōmentariis complexus. Dies qui Iudęorū fuerat neci destinatꝰ. XII. fuit mēsis duodecimi qui ab Hebræis Adar, Distrios a Macedonibus dicebat̄. Fuit lux illa iam inde Iudæis in monumentum rei omni tempore celebris. Fuit & Artaxerxis edicto cæteris gētibꝰ, sub Persarū imperio tūc agētibꝰ. Iosephus author est Amanis liberos ab Hestere ad suppliciū reqsitos, eiusq; iussu cruci affixos, quingētos ꝑterea eoꝝ qui ex cōfesso Iudæis aduersati fuerāt, & in prouinciis supra sex & septuaginta milia a Iudæis cęsa. Præter hęc quę ad huc scripsimꝰ ī Iudaicis rebꝰ nihil relatu dignū reperio, vsq; ad iunioris Artaxerxis regnū q

Hebraicæ historię defectus. ex huiꝰ sorore est natꝰ. Eusebiꝰ author ęst ad hęc vsq; tpa Hebraicā historiā ex gētis annalibus sua serie deprūptā. Cætera q̄ Bibliacis cōtinētur libris ex Iosepho Aphricano & Maccabeorū volumie ait excerpta. Quod eo mihi verius videtur, quia & Iosephus quoq; secundū hæc quæ

de Hestere pdidit ad magni vsq; Alexādri tpa in breuissimū caput contrahit historiā. Fuitq; talis p id tps Iudæorū status. Decēuiri qui ad condēdas leges Romæ creati fuerār, decimo die ius singuli in orbē dicebāt. XII. fasces præcedebāt eū cuius erat iurisdictio, cęteris singuli accē si, mira in iudicādo æquitas, moderatio adhæc tāta, vt quū sine prouocatione creati essent, acci dissetq; interim vt in domo P. Sestii fuerit cadauer refossum, C. Iulius Decēuir in re tā atroci q̄ manifesta, Sestio collegę suo diē dixerit. Decessitq; ille suo iure, in re cui⁹ ipse alioqui legitim⁹ erat iudex. Qui quātū de vi magistrat⁹ abstulit, tantū Ro. populi adiecit libertati, esse ī ore om niū id iuris exēplū, nec min⁹ vulgo probari, q̄ si ex oraculo fuerit aliquo deprōptū. Sūma inte rim expectatio erat legū, quas Decēuiri pmulgaturi, X. tabulis æneis cōplexas, in aptū retule re, Populūq; ad cōcionē vocatū, qd faustū felixq; ciuib⁹ ipsis, Romanoq; nomini esset, ire iubēt, singulaq; legū capita per ocium scrutari, se quantū hoīm ingenia præstare potuissent, credere satis æquatum ius omnibus. Cæterum plura vniuersam ciuitatem q̄ paucos videre, cognosce rent ipsi conferrentq; simul omnia, siqua addenda minuendave essent, eas demum Popu. Ro. le ges habiturū, quas ipe suo suffragio latas voluisset. Nec ita multis īteriectis dieb⁹ quū vulgo oīa probarētur, Centuriatis comitiis Decē tabularū leges sunt perlatæ. Inde quū annui īperii exiguū qd tpis ad comitia superesset, vocato super ea re Senatu, placuit qn̄ aliqua etiam desi derarent ad Romani iuris corp⁹ explendum, vt in sequētē annū idē magistratus crearet. Præ textus eius potestatis in vrbe retinēdæ hic fuit, cęterum vident mihi patres aliud omnino se cuti, qd & Dionysius praclare est suspicatus, vt Tribunitia potestas, si fieri posset, ex vrbe ī p petuū tolleretur. magna hoīm ambitio sub ipsum comitiorum tēpus extitit. Principes ciuita tis sine pudore obuios prehēsare, monere, precari, sed omniū maxime Appius Claudius multi tudinem ambibat, nec satis discerni poterat, an inter Decēuiros q comitia habituri erāt, an in ter cādidatos esset, ppior īterdū petēdo magistratui q̄ gerēdo, patres criminari, inter Duillios & Icilios viros Tribunitios, volitabat, per quos plæbi insinuabat. Nec collegę interim ea clau sis oculis spectare, nihil sinceri in Appio arbitrātes. nemo erat q tantā comitatē in tā nota sup bia gratuitā existimaret, & q spōte se ī ordinē redigeret, nō tā magistratu abire pperātis, q̄ ad eum cōtinuādum viā quærentis vulgo arbitrabātur. Vt perditā igitur in homine ambitionē mollirēt, habēdorū comitiorū illi munus iniungūt. Dionysius nullo modo eū ausurū fuisse ait in sequētē annū petere, nisi plæbs ad id eū hortata esset, ac pene inuitum impulisset. Sed quocū q; studio ad petendum venit, Decēuir magno omniū cōsensu primo est loco relatus. Creati in de M. Cornelius Maluginēsis, M. Sergius, L. Minutius, Q. Fabius Vibulanus, M. Rabuleius, T. Antoni⁹, & tres plębeii. Q. siue vt alii habēt, T. Petilius, Cęso Duilli⁹ & Sp. Oppi⁹. Appi⁹ depo sita quā ad id tēpus finxerat persona, alterius anni magistratū auspicat⁹, idib⁹ maii mēsis sacri ficaturus cū collegis fœdus pcussit, vt ī nulla sibi re Decēuiri aduersarent, obtinerētq; ppetuū imperiū, neminemq; ad illud admitterent. Quotidie igitur remotis arbitris coibant, ibi prauis Appii cōsiliis instructi, q̄ secreto inter se destinassent in occulto habebāt. Rari ad eos adit⁹ pa tebāt, difficiles in sermōe, nec ī decernēdo mites, aderātq; iā Maię idus, is em̄ dies solēnis erat ineundis magistratib⁹, tū qn̄ prius singuli in orbē fasces habere cōsuessent, ingenti lictorū tur ba, vt singulis. XII. appareret in publicū pcessere, centū viginti lictores forū impleuerunt, quo magis insueta res ē ciuiū oculis oblata, eo formidolosior fuit, magisq; terrifica. Siqdē eiectis re gib⁹ Valerius cui Publicolę fuit postea cognomē, author extitit, vt sine securibus fasces essent cōsulib⁹ præterq̄ ad bellū aut ī prouinciā pfecturis, quū sub regib⁹ vno cū virgis fasce cōplexæ essent. Cepit metus ingēs ciuitatē, deploratāq; vulgo credere libertatē. Decē reges p vno quē maiores sui expulissent sibi ortos mussitabāt. Paulatim terror a patriciis ī humiliores versus. Nā nobiliū multi eius cōspiratiōis ob eā causam, quā alio loco retuli, haud inscii fuere. Conni uere itaq; nobilitas illis in plębē sæuiētib⁹. In hāc crudeliter libidinoseq; cōsulebat, plæriq; īter fecti, alii in exiliū acti, nec in viros tantū sęuire, sed matronarū etiā pudicitiæ, virginibusq; vis intēdebat. Eiusmodi cōtumelias plęriq; declinātes, ī Latinos & Hernicos cū tota domo migra uere, & qd maiori terrori acciderat, nō solū oīs puocatio sublata erat, sed ne ītermissio qdē vl la in prouocātis auxilium aderat. ob Decēuirorū cōsensum, si libera vox cuiq̄ incidisset, confe stim in eius tergū & ceruicē virgę & secures expediebant. Anno p hæc circūacto, plæbes proxi ma comitia optare. Iā em̄ duę reliquæ tabulæ cōscriptæ dicebant. Exiit interim opinio sine au thore, ictum inter Decēuiros fœdus, ne comitia in sequente annū haberēt, quin Decēuiratum ipsi obtinerēt perpetuum, quæ phama eo maiorē intulit terrorem, q nulla interim quum iam

Exemplū in Decēuiris.

Leges. X. ta bularum.

Patrū cōsili um ad tollē dos tribu nos.

Appii ambi tio.

Coniuratio decēuirorū.

Terror ī de cemuiris.

Decēuiralis sæuitia.

Pplī metus.

tēpus appeteret,comitiorꝫ mētio fiebat,& iā Decēuiri q Tribunitios viros(qa id populare ha
bebaẽ)circa se ab initio ostērauerāt,patriciorꝫ iuuenib⁹ septi ius dicebāt.Multi partim virgis,
partim securib⁹cędebātut,& ne gratuita esset crudelitas,bonorꝫ direptio dānatorꝫ supplicium
seqbaẽ.Quo sordido qstu nobiliū iuuētus corrupta,hi eñ Decēuirorꝫ latera stipabāt,nō solū
pſenti iniuriæ nō ire obuiā,sed apte etiā fateri,malle se pſentē paucorꝫ licētiā, q̄ oim libertatē.

Priuati Decēuiri pergunt rēpu. administrare.

Pręterierāt Maiæ idus,nec magistatu vllo surrogato,& Decēuiri patrio iure priuati,cæterum
neqꝫ aīs neqꝫ īsignib⁹ad magistratū inhibēdū imminuti,cōsueto lictorꝫ strepitu in publicū pro
deūt.Oritur interim bellū a Sabinis,facta in Romanū agrū excursione,fractiqꝫ Romana discor
dia castra ad Eretū muniūt.Dionysi⁹ad Regillū vrbē scribit.XVII.milib⁹passuū ab vrbe ppe
Tyberim sitā.Decēuiri inter plebis & patrū odia destituti cōsilia cōferūt,qd fieri oporteat,nec
satis adhuc liqbat qd facto op⁹ esset.Magna dubitatio inciderat vtrū arma darēt īimicę plebi,
an tyrānica fieret cōscriptio:Patres,an plæbes,an neutri fierēt futuri delect⁹ authores. In his

Bellum duplex oritur Romæ.

eorꝫ cōsultatio difficultatib⁹ hęrebat,quū diuersa pte nūciaẽ Equos Tusculano agro fœde po
pulato,castra ad Algidū vrbē hře.Tū vero necessitate coacti citare iubēt přes ī curiā, de rōne
duplicis belli cōsultaturi,haud ignari quāta sibi inuidiæ īmineret pcella, qꝫ sua culpa agri ab
hoste p ociū vastarenẽ Certo igiẽ cōsilio resistēdi,siqs īpeiū sibi abrogare conareẽ,atqꝫ ad alio
rū terrorē grauiter vindicādi,senatum accersūnt.Vox pręconis patres ad Decēuiros citanteis

Accersitur Senatus in curiam.

in foro audita a īmirationē attulit.Desierant illi diu antea Senatū vocare,suo arbitrio oīa ad
ministrātes.Gēas hostibus habendas vulgo prædicabāt,q in causa fuissent vt pristinæ admini
strationis vestigiū aliquod in vrbe resideret.Insignis Senatorꝫ paucitas in curia cōspecta tur
bauit vehemēter Decēuiros,sui odio arbitrātes eos ī curiā nō venisse.Dimissi q domesticatim
eos citarēt,caperentqꝫ pignora nisi præsto sibi adessent,sciscitarentqꝫ cōsulto ne publico absti
nerēt,an maiore aliquo negocio impediri cōuenire nō possēt.Verū vbi renūciatū est mlto ma
ximā Senat⁹partē in agris esse,lætius id accepere q̄ si dicti essent imperiū detrectare. Ex agris
ergo accersiti vbi frequētes ī curiā coiuere,post Appii Claudii relationē přes iussi dicere sentē
tiā,M.Horatius Barbatus & L.Valerius Publicolę nepos,filius eius Valerii q in Capitolio re

Discordia ī curia.

cuperando Consul periit,tumultū excitasse dicunẽ,qui petēres vt de rep.libere liceret dicere,
prohibiti a Decēuiris ad populū se pdituros denūciarūt,nūc Tarquinios,nūc sæuissimos tyrā
nos Appiū & collegas appellantes,identidē monendo viderent ne prohibendo Senatores quo
minus q̄ de repu.sentiāt libere in curia dicerēt,experirenẽ quāto fortior dolor sit ī ppria liber
tate vindicāda,q̄ in iniusta dominatiōe cōtra libertatis assertores retinēda.de Sabino eos bel
lo referre tā q̄ nō mai⁹domi Po.Ro.bellū sustineret,qꝫ q æquādi iuris essent creati,nullū nō iu
ris modo sed ne libertatis qdē reliqssent ī ciuitate vestigiū.Hęc & alia multo atrociora nūc Ho

C.Claudii admonitio.

ratio nūc Valerio ī Decēuiros pclamātib⁹,cū nec illi interī modū irę īuenirēt,C.Claudi⁹ Ap
pii Decēuiri patruus multis pcib⁹ est Appiū obtestat⁹,vt Romanæ libertatis societatisqꝫ ciui
lis poti⁹ q̄ fœderis cū collegis nefarie icti,vellet esse memor.Multo magis id se ipsi⁹cā q̄ reipu.
otare.Quippe q̄ si a volētib⁹ neqat ab inuitis sit ius suū repetitura.Nemini dubiū esse, inuitis
ciuib⁹velle dominari, tē tyrānicā esse,iisdē volētibus Aristocraticā.Reiiceret ergo discrimē cō
tinuādi magistratus ī discussionē ppli,cēturiatisqꝫ comitiis experireẽ,vellet ne popul⁹ ita eue
nire,vt pſenti potestate Appius & ei⁹ collegę diutius fungerenẽ.Nec si qđ illicitum fœdus cū
collegis ictū haberet,de eo vi & armis retinēdo se teneti arbitrareẽ,qđ seruare sit impiū & cru
dele,quia cōtra patriā,idē vero soluere pium & salubre.Fauere deos iustis cōspirationib⁹,tur
pibus & nefariis iratos esse.Quare tantisper dum liceret erratum corrigeret,fatereturqꝫ siquid
deliquisset,quando natura ita cōparatum esset,vt confessis & deprecantibus irati animi faci
le mitescerent.Sæpe se Appium ipsum admonere voluisse,sempqꝫ ab ei⁹ianua vt ignotū & for
didū cōtumeliose exclusum,cæterum tempus & locum ferre omnia pulchra & vtilia loqui, q
et si sero fortasse dicerentur,satius tamen ducere se ea tum demū dici ac coram denunciari q̄
nunq̄.Sūma eius orationis fuit,vt diceret se plura dicturum fuisse,sed satis illa esse,si de⁹ aliqs
eius mentē in meliora flecteret cōsilia.Contra si in mala & perniciosa,tam ea quæ dicta essent
q̄ q adhuc dici poterāt supuacua fore,& inutilia. Adiecit & illđ,ex magno certamīe magnas
iras excitari,horrere se ne ex tā fœda altercatione fœdior sequereẽ exitus.Enī uero Appio & cę
teris phibētib⁹quēq̄ loq nisi de eo qđ ad pſentē relationē attineret,videri sibi nullū Senatuscō
sultum fieri oportere.His Appii verbis quib⁹postremo est loco vsus,nulli dubiū fuit eiusmodi
sententia priuatos eos iudicari.Cui facile accessere Quintius Cincinatus & T. Quintius Cae

pitolinus.L.Lucreti⁹atq; alii patrũ ætate principes & authoritate. Dicta & alia sñia,q̃ iubebat patres coire ad ꝑdendũ interregẽ:labẽteq; iam aperte Decẽuirorũ causa,L.Cornelĩ⁹ Maluginẽsis Cornelii Decẽuiri frater belli curam simulãs,hinc patres castigabat,qui alieno tpe sererent discordias,inde Decẽuiros admonebat,futurũ,vt pacata foris repu.rationẽ reddituri essent in annũ ne creati essent,an donec leges quas scripsissent perlatę forẽt,interea placere sibi ꝓnunciauit,præsentem belli curã cæteris rebus præuerti,quãdo non reb⁹ tẽpora sed res temporibus seruirent.Quũ pars patrũ pedib⁹ in eã sententiã iret,Valerius & Horatius ferocius coorti apte vociferari,nisi liceat sibi libere de repu.dicere,dictutos se ad populũ quæ in curia fari prohiberenť.Cõtra Appius ferociter minitans satius eis futurũ aiebat,nullam nisi de eo qđ in cõsultationẽ venisset vocẽ emittere,in Valeriũ negantẽ priuatos senatori obstare posse quo minus sentẽtiã diceret,irat⁹ lictorem misit.Tũ illo Quiritium fidem e limine curiæ iplorãte, L. Cornelius Appiũ cõplexus obtestatus est,vt Valerio dicendi potestatẽ faceret,qua concessa quum ille nullã ampli⁹ vocem misisset,Decẽuiri ꝓpositũ tenuere.Dionysius author est post tumultũ Appiũ satis popularẽ orationẽ habuisse,se & collegas noluisse cohibere Senatoꝝ quẽq̃ quo minus libere loquerenť,q̃ vellẽt,sed Valerii & quorundã petulantiã,q prius ad sñiam dicendã ꝓcessissent,q̃ dicere rogati essent.Quod ad magistrat⁹ cõtinuationẽ attineret,paratum se & collegas fore,populo rationẽ reddere eoꝝ q̃ acta essent,quãdo nõ in annum eam potestatem accepissent a populo,sed donec oẽm cõstituissent legũlationẽ,Igitur quę mẽte concepissent pfectis. futurũ,vt ipse & alii spõte,potestate abituri essent.Multi Senatorii ordinis Tribunitiæ potestatis odio malebãt Decẽuiros spõte magistratu abire,q̃ iuidiose ad id deponẽdũ cõpelli.Haud eñ tãto cõsularis imperii desiderio tenebanť,q̃ plębei magistratus quẽ infense oderant,abolendi studio & cupiditate.Silẽtio igiť patrũ Decẽuiri delectũ habuere.Cæterũ quia maius propemodum certamen domi q̃ foris instare videbať,Appium violento ingenio virũ,& ob id ad vrbanos motus comprimendos magis accõmodatũ,in vrbe relinquendum statuere.Bellũ in Sabinos gerẽdũ,M.Rabuleius & Q.Petilius cum totidẽ collegis suscipiunt.Marc⁹Cornelius cũ L.Minutio & Cæsone Duillio & L.Sergio in Algidũ aduersus Equos duxit exercitũ.Sp.Oppius Claudio ad vrbẽ præsidio obtinendam adiutor datus.Domi forisq; res Decẽuiris infeliciter cessere,militib⁹qđ ad bellũ attinet vtrobiq; fugatis,ipis ne qd ductu auspiciisve eorũ quos oderãt ꝓspere fieret,ita euenite volẽtibus.Fusi Romani exercit⁹& a Sabinis ad Eretũ & ĩ Algido ab Eqs,ab Ereto noctu fugã milites moliti inter Fidenas & Crustumeriã edito loco castra muniuere,natura loci valloq; magis q̃ virtute fræti,ab hoste q fuerat e vestigio secut⁹se tutabanť:in Algido nõ solũ se vinci acie passi sunt,sed castris etiã exuti Tusculũ cõcessere. Phama rei in vtraq; ꝓuicia male gestę tãtũ ciuitati terrorẽ attulit,vt patres Decẽuiralis odii obliti vrbẽ attẽte custodiẽdã cẽserẽt,quiq; p ętatẽ arma ferre possent,frequẽtes circa muros excubarẽt, ꝓ portisq; stationes haberẽt.Supplemẽtũ Tusculum mitti placuit,vt ĩde Decẽuiri digressi militẽ sub dio haberẽt,q circa Fidenas erãt suppleměto ex vrbe accepto castra ĩ hosticũ promouerẽt.Ad hãc duplicẽ cladẽ duo nefãda scelera a Decẽuiris addita,L.Siccio viro fortissimo in Sabinis ĩterfecto,q legati noĩe ĩ ea castra missus ab Appio fuerat:depugnauerat is ꝑlia cẽtũ viginti,si Dionysi⁹vera ꝓdidit,quũ annos.XL.militasset.Quiq; &.XL. acceperat vulnera, oĩaq; aduerso pectore,a tergo nullũ,quatuordecim coronis quęrnis donat⁹,Obsidionalib⁹trib⁹,octo castrẽsib⁹,octogita torquib⁹ aureis,armillis cẽtũ sexaginta,duodeuiginti hastis,Phaleris quiq; & viginti,quarũ nouẽ ex ꝓuocatiõe fuerat adept⁹: talis itaq; existens quũ in vrbe pri⁹,inde in castris,quo specie honoris ab Appio non multo prius fuerat missus,ad hoc ipm vt a collegis quoq̃ mõ tolleret,colloqa haberet de secessione faciẽda,filius ne hic fuerit ei⁹ Siccii q author fuit primę secessiõis ĩ sacrũ mõtẽ a plębe factę,haud ꝓ certo ausim affirmare.Nec illũ ipm etsi tẽpora cõstare possint,fuisse dixerim,quũ diuerso hic fuerit pręnoĩe ab illo.Cęterũ qsqs fuit is suspect⁹Appio & collegis speculatiõis prętextu castris ablegat⁹, negocio iis q cũ eo missi sunt occulte dato,centũ eos fuisse Dionysius scribit,vt eũ opportuno loco adorti obtrũcarẽt,peregerunt & illi facinus.Sed acer bellicisq; casib⁹assuetus,haud inult⁹ꝑiit,quippe q vbi in se impetũ fieri vidit,ex equo desiliẽs valide se tuẽdo aliquãdiu restitit.Postremo quindecim circa se perẽptis telorum multitudine obtutus concidit,qui supererãt tumultuose in castra nunciant Sicciũ cũ suis in insidias præcipitatũ,eũq; cũ quibusdam ab hoste circũuẽtum periisse.Credita primo res est,verũ vbi ii, q ad locum insidiarum missi sunt, ad eos qui ciciderant sepeliendos, Siccium iacentẽ intuiti,haud quidẽ ab hoste spoliatũ, cæterisq; exaduerso prostratis hostium

Cornelii Maluginensis sentẽtia.

Appii & collegarũ purgatio.

Decẽuiri delectũ habẽt.

Decemuiri bellũ inter se partiunť. Ro.ĩ vtraq; ꝓuinciavincuntur.

Siccii cędes

Funeratur in castris Siccius.

neq; cadauer vllũ neq; abeũtiũ vestigia extarẽt, a suis eũ iterfectũ pdicãtes i castra retulere, Romã cadauer relaturi, nisi Deceuiri publica ipensa castrẽsi funere extulissent. Sepult⁹ igit ingenti militũ mœstitia, pessima Deceuiroꝝ i vulg⁹ phama. Alteꝝ ab Appio flagitiũ Romę editũ, vnũ maior secut⁹ est mot⁹. Cœperat eũ libido plæbeiæ virgis vitiãdę, erat puellæ pater, L. Verginí⁹ q honestũ i his castris ordinẽ ducebat. q̃ Eqs circa Algidũ fuerãt opposita. Homo seuerioris vitæ, rectiq; exẽpli, & q vxore suis morib⁹ instituta, dabat operã, vt & liberi sancte instituerenť. Despõderãt ille filiã, L. Icilio viro tribunitio, hãc Appi⁹ ptio corrũpere adort⁹, postq̃ pudore pudicitiaq; oĩa vidit suę libidini occlusa, aĩm ad nouã adiecit fraudẽ, negocio redigẽdæ i seruitutẽ puellæ. M. Claudio cliẽti suo dato, quẽ ab initio monuit ne iis i iudicio cederet, q postularẽt sibi ius dari puellæ i libertatẽ vindicãdæ. Persuasum habuit Appius locũ, sibi qa abesset pater ad iiuriã relictũ. Claudi⁹ alienę libidinis minister puellę i foꝝ venięti, ibi eĩm ludi literaꝝ in tabernis erãt, manũ iniicit, seruaeq; suæ filiã ipsãq; seruã appellãs, sed domũ seq iubet. Obstupuit primo puella. Ide clamitãs nutricis lateri hęrebat, quã cũctãtẽ minaciter ille obiurgat, viq; abstractur⁹ videbať. Fit eo cõcursus ad vocẽ anus, Quiritũ fidẽ iplorãtis. Cõfestim Verginii pfis, & spõsi Icilii popularia noĩa circũstãtis, turbę fauorẽ puellę cõciliãt. Et iam a vi tuta erat quũ ille ad eos, q p puella stabãt, turbato vultu cõuersus, iure hic inqt Quirites op⁹ ẽ nõ altercatiõe, puellã i ius voco, quẽ cunctẽ authorib⁹ iis q aderãt illa secuta ẽ, vbi ad Appii tribunal ventũ est, tũ assertor fabulã iudicii nõ ignotã excõposito pagit, puellã apd se ex serua natã furtoq; trãslatã inde in Verginii domũ, illiq; pro filia a Numitoria cõiuge suppositã. Id se manifesto idicio cõpertũ habere, pbaturũq; vel ipo Verginio iudice, ad quẽ maior pars ei⁹ cognitiõis attineret. Interim æquũ esse, vt ancilla dñm sequať. Cõtra puellę aduocati, qñ pater reipu. causa abesset, iiquũ arbitrari virginẽ auxilio pris destitutã piclitari. Postulare igit ius & potestatẽ retinẽdę puellę in libertate quoad res cognosceret, ne si vindiciæ cõtra libertatẽ darentur, adulta virgo pri⁹ phama q̃ libertate piclitareť. Appius placere sibi patrẽ accersiri pnunciat, interea assertorẽ iuris sui iacturam facere nõ oportere, quin eã cõtinuo abduceret, sisteretq; rursus in aduẽtum eius, qui pater esse diceret. Nemo nõ eorũ qui aderãt iniquitatẽ sensit decreti. Quod legi quã ipe tulerat haud dubie erat cõtrariũ. Peropportune priusq̃ inde abduceret, P. Numitorius puellæ auũculus, & sponsus Icilius superueniunt. Datur ambobus via in confertam multitudine ad Appii tribunal, fecitq; suo aduentu spẽ Icilius iniurię resisti posse, recentem adhuc tribunatum spirans. Lictor decreuisse ait Deceuirũ, Iciliumq; vociferãtẽ submouet. Tũ animus p se ferox iniurię atrocitate accẽsus vocem cõtinere nõ potuit, ferro hinc ait submouẽdus sum Appi, vt tacitũ feras qd celari optas. Virginẽ ego hanc mihi nuptã ducturus sum habiturusq; pudicã, conuoca pinde quicquid lictorum tibi & collegis apparet, virgas & secures i me expediri iube. Icilii spõsa extra patriũ limẽ nõ manebit. Nec si duo Rõanę libertatis p fugia puocationẽ, & Tribunitiã potestatẽ euerteritis, ẽ icciirco i cõiuges, & liberos nros regnũ vræ libidini datũ. Sæuite i tergũ & ceruices nostras, pudicitia saltẽ i tuto sit. Si huic quę mihi despõsa est vim afferri videro, ego fidẽ Quiritũ qui adsunt p cõiũge, Verginius militũ p filia implorabim⁹. Nec tu decretum istud, vnq̃ sine cęde nostra tecũ feres. Tu Appi tecũ considera quousq; pgrediare. Verginius postq̃ Romã venerit ipe de filia videbit, me qd ad istas vindicias attinet, spõsę libertatẽ tueri parãtẽ, citius vita deseret q̃ fides. Appius qñ haud dubium cõcitata multitudine instabat certamen, enimuero lictores Icilium circũstabãt, haud vltra minas pgressus, nõ spõsam ab Icilio defendi testatus est, sed locum seditioni ab eo quæri, verum se illi oẽm discordiæ materiã eo die ademptur um, nec tũc dicturũ ius, modo sciret Icilius non id sibi dari sed libertati, & Verginio absenti, q puellæ pater diceret. Inde a Claudio corã petiit, vt decederet iure suo vindicariq; puellã in posterum diem pateretur. Q; nisi Verginius matute iudicio occurreret, haud sibi cõstãtiã i decernẽdo defuturã. Puellæ necessarii tã breui tpe ad iniuriã concesso Verginium ex castris per ipigros iuuenes fratrẽ Icilii, & Numitorii filiũ accersunt. Hi citatis eqs in quo discrimine filiæ libertas esset in castra illi nũciatũ abiere. plæbs suã Icilio operã despõdit, quum adhuc frequẽs esset forũ, quibus ille obortis lachrymis, pergratũ est inqt mihi Quirites studiũ vestrũ, cras quęso adeste, tũ si opus fuerit, vtar ego vra opa. propinqui pro puella despondentes eam domum reduxerunt. Appius parũper immoratus ne ei⁹ rei causa sedisse videretur, domum se recepit, inde ad collegas scribit ne Verginio darẽt cõmeatũ, quin ne qd in castris moliri possit custodiri iubeant. Ille vero venia domum abeũdi sub primã facẽ impetrata, auersis itineribus ne retrahi posset multũ viæ cõfecerat, quũ Appii literæ sunt i ca

Nefarium Appii cõsilium.

Vis Vergíníę intẽdit.

Appii decretum.

Icilii sponsi ferocia.

Recẽs Appii decretũ.

stra delatæ. Vbi igitur Romã venit prima luce quũ freques ciuitas in iudicii euentũ erecta i foro staret, Verginius sordida veste reorũ more amictus, cũ filia & aliquot matronis eã comitãtibus, magnaq; ciuiũ aduocatione i publicũ venit. Ibi ille singulos circuire, phẽsareq; atq; orare vt sibi p patria, pro ciuib9 assidue i acie stanti in vnicę filiæ periculo adessent. Quid sibi qd alíis pfuturũ, q circa signa frequẽtes essẽt, patriãq; armis tuerent, si incolumi vrbe liberi sui ea domi patiantur, quæ ciuitate vi capta patienda essent! Hęc ille cõcionabundus forum circuibat. Nec multũ his diuersa Icilius, muliebris ad id comitat9 tacito fletu plus oĩno q̃ virilis vox multitudinẽ mouebat. Cõscẽdit interim Appius tribunal, ibiq; pauca Verginiæ assertore querente, q pridie p ambitionem sibi ius dictum nõ esset, iterũ prioris diei postulata decurrẽs, Est inquit mihi ãcilla paterna, cui prægnãti & familiaritate notę Numitoria vxor Verginii psuasit, vt infãtẽ cuiuscũq; sex9 enixa esset, sibi occulte traderet, seq; abortũ emisisse mẽtiret, qd cũ illa siue pretio, siue gratia fecisset, puellã subditítiã a quĩtodecimo inde anno apud Verginiũ pro filia educatã. Verginius non a serua sed ab ingenua potius fuisse vxorem suam prolem suscepturã, si ita facto opus fuisset dicere. Nec fœminã sed marẽ, & q maiora adhuc essent verę stirpis argumẽta, plę rasq; adesse mulieres q̃ grauidã p id tps vidisse Numitoriam suam meminerunt, affuisseq; illi medio puerperio. Et qd oĩm maxime indubitabile esset, aluisse eã nonnihil suis vberib9 puellã, qd euenire nequiuisset nisi nuper fuisset enixa. Hæc ille, qũ vxore defuncta aliud veri9 afferri nõ potuit. Appi9 vero sua natura parũ valẽs sensu, præsentiq; potestate amẽtior factus, tumido animo & impotẽtib9 stimulis amoris exagitat9, nec quæ dicerentur aduertens, nec dicenda multũ cõsiderans, repente interfat9, Ego inquit Vergini, & vos quirites q adestis haud nũc primũ vti res hæc habeat audio, sed lõge antea q̃ hũc magistratũ adiissem, pater Claudii huius, q maiorum vestigia secutus, q̃diu vixit in familiæ nostræ patrocinio mãsit, moriens hunc puerũ mihi tuendum reliquit, dum igitur sub nostra adhuc tutela esset, indicio cõperi quẽadmodũ Numitoria Verginii coniũx puellã hanc a Claudii adhuc pueri serua occulte acceptã sibi subdidisset, verũ id negocium me tunc attingere nõ putaui necessariũ, satius fore ratus, vt hic postq̃ per ætatẽ adoluisset ipse suo in hac re arbitrio vteret, abducere, ne ãcillam vellet suã an altoribus vel pretio, vel gratia cõdonare. Nũc nihil minus, q̃ rei eius procurãti Claudius ipse puellã ad Tribunal statuit sibi indicio cõpertũ dicens, hanc ex domestica serua natã. Ego nequid temere fecisse viderer, expectandũ duxi tãtisper dum res inter ipsos aliquo modo cõponeretur. Cæterũ quia nihil, vt video, illis conuenit, testor ego & decerno Claudium esse puellæ dominũ. fuitq; tale Appii Deceuiri decretum, si Dionysius verus est author. Liuius quale fuerit velut varie traditũ nõ posuit. Post decretum submoueri turbã iubet Appius minaciter denũcians, expedire iis quorũ res illa nihil intererat: aut domũ abire, aut pacatũ forum reddere. Cõuersusq; ad Claudiũ, tu inquit tutus, vel per mediam concionẽ mancipiũ abducito, secures duodecim ne quã vim reformides erũt tibi comites. Fletus & cõploratio igẽs ad tã crudelẽ vocẽ exorta est. Multi sibi pectora, & frontẽ pulsabãt præ nimio dolore, stupore alii metuq; defixi vestigio hærebãt. Tũ Verginius in tãto malo destitut9, cõsiliũ iniit, sibi quidẽ ærũnosum, sed præclarũ alioq & forti viro dignũ, ad Appiũ mitiore vultu conuersus, ignosce inqt p̃cor Appi si patrio dolori indulgẽs intẽperãtius aliqd dixi, ac sinas quæso priusq̃ puella abducat, me eã alloq, vt solus cũ sola cõgressus aliqd dicã aut audiã, qd & meũ & illi9 dolorẽ leniat Liui9 quasi nutricẽ pcõtaturus secretũ petiisse Verginiũ scribit. Data ab Appio venia, seducit ille filiã ad tabernas qb9 postea Nouis nomẽ fuit. Ibi puellã paterno affectu cõplexã lachrymis pfũdẽs, sorteq; cũ miseri pris, tũ filiæ q̃stus, supmo osculo cõplexuq; a se solutã arrepto ex Laniona mẽsa cultro, hoc vno inqt quo possũ mõ, filia te i libertatẽ vĩdico, ferrũq; deĩde p puellę pect9 exegit. Cõuersusq; ad Appiũ te inqt Appi, tuũq; caput hoc cruore cõsecro. Clamore ad rẽ tã atrocẽ exorto, excussus solio Appi9 Verginiũ capi iubet, illeq; ferro sibi viã faciẽs iuuenũ multitudine stipatus ad portas contẽdit, ibiq; equo ad id parato: cũ Icilii fratre, & Numitorio iuuene a qb9 fuerat priori die accersit9 irreqeto cursu abiit i castra, quo apparet, Verginiũ ab initio habuisse i aĩo id agere, si p Appii inclemẽtiã nõ licuisset filiã i libertate retinere. Icilius & Numitorius Verginiæ corpus sublatũ circũfusæ multitudini ostentãt, Appii iniuriam, infelicem puellæ sortẽ, patris necessitatẽ deplorãt, exaudiri etiã matronarũ q̃ puellã in forum comitatæ fuerãt, miserabiles querelę, q tã iniqua cõditio procreandorũ liberorũ esset, tã indigna muliebris pudicitiæ pmia, sed Icilii vox plena Tribunitię potestatis erat, patriæq; libertatis memor. Appius Icilium arripi iubet, Cæterũ quum lictoribus via ad eum non daretur, per confertam

Marginal notes: Verginii reditus ad vrbem. — Preces Verginii & Icilii. — Claudii mẽdacium. — Verginii defensio. — Flagitiosa calumnia. — Appii decretum. — Ferox Appii deñciatio. — Vergini9 filiam cultro transfigit. — Verginii redit9 i castra

Valerii & Horatii in X.virosmotus.

multitudinē ipſe furēs,ad eū capiēdū ire pgit.Erant circa Iciliū Horatius & Valerius,q audito Virginiæ caſu ſpē eoꝝ,q̄ ſecuta ſunt,in forū tanq̄ ad ſignū aliqđ bellicū deuolarūt.Hi repulſis lictoribꝰ priuatū Appiū eſſe dictitabāt,nō oportere inuitū ciuē priuati dicto obediētē eſſe.Tū ibi Icilio dimiſſo,Valeriū & Horatiū Decēuiri iuſſu lictores inuadūt.Atrox rixa orit̄.Frangūtur a multitudine faſces.Appius in Vulcani tēplū cōpulſus,populū ad cōcionē vocabat.Erat id tēplū in parte Romani fori,eo Valerius & Horatiꝰ intrepide decurrūt.Ibi cū tota cōcio populares viros audiret,Decēuiro fari volēti obſtreperet,Appius ꝓpriæ ſalutis ſollicitꝰ,in ꝓpinquā domū,obuoluto capite,ſeſe recepit.Dionyſiꝰ,qđ nō multū diuerſū eſt,in diuerſā fori partē

Appii fuga

Valeriū & Horatiū totā ſecū cōcionē traxiſſe ait,veritūq; Appiū multitudinis cōſenſum,ex publico ceſſiſſe.Oppius,vt collegæ auxilio eēt,in forū tumultuoſe irrupit.Verū vbi fractū imperiū vidit,trepidus pres in curiā vocari iubet.Ibi ſpē finiēdæ poteſtatis ꝑ ſenatū facta ſeditio cōpreſſa ē.Miſſi ī caſtra nūcii,q̄ in Vecilio mōte erāt,ex patricio ordine iuniores,q matute Decēuiros monerēt,vt a militari ſeditiōe caſtra cuſtodirēt,ī qbꝰ Virginii acceſſus iā oīa turbauerat,ille vbi eo venit,mœſto vultu cruētū habēs cultrū,quo filiā trāſfixerat,mœſtitiā & lachrymas viri,habitūq; īſuetū mirati,q eū trāſeūtē viderāt,partim ſciſcitādi ſtudio,qđ nouę rei accidiſſet,partim ab eo vocati e veſtigio ī cōcionē ſecuti ſunt,tū ibi ille lachrymās,qđ actū Romę

Virginiicōcio ad milites.

eſſet ordine exponit,multa de Appii ī ſe crudelitate queſtꝰ,deq; eiꝰ in filiā libidine,ꝓcurrit īde exilia,rapinas,cędes,& alia īfanda Decēuiratꝰ ī miſeros ciues flagitia.Quæ quo fœdiora eſſent eo maiori ope milites niti oportere,ne diutiꝰ ea velut venalitia mācipia paterent̄, poſtremo eo flexit ōonis īpetū,vt diceret rē īdignā fieri ꝓ glīa & imperio, Romanā iuuētutē foris dimicare, domi.X.priuatis hoībꝰ turpiter ſeruire.Exegiſſe pres ſuos ex vrbe Roma Tarqniū,qa filii iuuenis libido ī Lucretiā immoderatior fuiſſet,at nō ſatis iis q regnū furati eſſēt,laſciuire ī libera corpa,niſi in ſeruitutē quoq; redigerēt.Nec petere ſe,vt ſuā iniuriā vltū irēt,quā etſi patū humane,fortiter tū ipſe ꝑ ſe eſſet vltꝰ Nec ſe domi habere ampliꝰ,qđ tali eſſet periculo obnoxiū ipſi vxoribꝰ liberiſq; ſuis ꝓſpicerēt,q̄q̄ ſi nō aliud ad nefariā tyrānidē tollendam animos incitaret,libertatē tāti ſibi videri,vt ſi ii eēnt,q videri vellēt,digniq; ſuis maioribꝰ,tū quū arma ī manibus eſſent,eā vi repeterent,ab iis q neq; modū,neq; mēſuram ſuæ dominādi libidini facerent

Perotatio.

cōſenſu opus eſſe,cōſilium & vires ſe vindicare volentibus non defuturas. Hæc Virginio dicēti,a circūfuſa multitudine ſucclamatū,nec illius dolori,nec ſuæ libertati ſe defuturos, & iā ſupuenerant,qui ex vrbe nunciabāt.Appiū pene diſcerptū a multitudine,ex vrbe ī exiliū abiiſſe,quo nuncio multitudo ferocior facta,ad defectionē aperte inclinat. Tentarūt ꝑ noctē Decemuiri Virginium in prætoriū accerſitū in vincula coniicere,ſtatimq; ad ſeditionem opprimendā in hoſtes mouere.Cēturiōes qui circa illum,ob idipſum credo ne violaretur, pernoctarūt, haud ire ꝑmiſerunt.Vbi vero illuxit paululū inter milites addubitatū, an ſacra ſigna reuellerent,ſaluaq; religione duces,in quoꝝ verba iuraſſent,liceret deſerere.Sed Virginio demōſtrante Decēuiros poſt annuū tp̄s priuatos fuiſſe,nullaq; lege cōparatū,vt qui priuati forēt quempiā ſacramēto adigerēt,diſcuſſo metu cōfeſtim reuellūt.Decēuiris aliis alio occurſantibꝰ, blandeq; appellātibꝰ ſingulos,nullo reſponſo reddito,caſtris profecti,Romā verſus iter intendunt, taciroq; agmine vrbē ingreſſi Auentinū occupāt.Hic ſe ſine cuiuſq̄ iniuria tenentes,plæbē ad repetendam libertatē inuitāt. Appius ſibi ſui ſceleris cōſcius domi ſe tenebat.Sp.Oppius vbi

Milites X.uiros deſerunt.

Auentinū occupant.

legiones pacate Auētinū inſedere,ſenatū in curiam vocauit,ibi varię ſentētię in vtranq; partē dictæ,nā nō deerant q in deſertores vltimam pœnam ſtatuerent. Sed rectius conſulentes tres legatos ad exercitū decernūt, q a multitudine quęrerēt,cuiꝰ iuſſu ſigna deſeruiſſent,aut qđ ſibi volētes,auerſo ab hoſtibꝰ bello,patriā obſediſſent.Tres cōſulares miſſi,C.Iuliꝰ,P.Sulpitius Sp.Tarpeiꝰ,qbꝰ quia nō tā deerat,quid reſpōderi poſſet,q̄ q reſpondere vellet,ſe præcipuę īuidiæ offerēte nemine,tātū ſucclamatū eſt,vt,L.Valerius & M.Horatius ad ſe mitterentur. His ſe daturos reſpōſum.Dimiſſis legatis admonet Virginius,aliquo capite opus eſſe,eniuero ī re ꝓpa paulo ante hęſitatū dicebat,qđ ī maiori negocio eſſet futuꝝ:Placere ſibi Decēuiros creari q ſummę rei pręeſſent,militariq; honore Tribunos militū appellari.Aſſenſū eſt ab oībꝰ Virginio.Cæterum quū talis honor ei ī primis deferretur: Veſtris inquit meiſq; melioribꝰ rebꝰ,iſta de me iudicia cōmilitones reſeruate,acerbꝰ filiæ caſus haud patitur quicq̄ mihi hoc tēpore iucundū eſſe.Nec vobis expedit in hac rerū perturbatione ducē habere,q proximus ſit inuidiæ,

X.tribuni a militibus creantur.

ſiqs vſus mei eſt capietur is nihilominꝰ ex me priuato.Tū vero.X.Tribuni creati.Nec q ī Sabinis erāt,duce Icilio q eo ſe cōtulerat minꝰ ſunt interea tumultuati,in qbꝰ caſtris ille nō mi-

nores motꝰ exciuerat,q̄ Verginius in altero exercitu.Idem igit̃ vbi audiuit q̄ in Auẽtino acta
essent,author suis extitit,vt & ipsi priusq̄ copię isigerent̃.X.Tribunos crearent,nec ita mul-
to post hę quoq; legiões ĩ Auẽtinũ venere.Duobꝰ ibi exercitibꝰ iũctis,datũ.XX.Tribunis ne-
gociũ,vt ex suo nũero duos crearẽt,q totiꝰ rei sũmę pẽessent.M.Oppius & Sextus Maniliꝰ crea
ti.Patres ĩterea,quũ de sũma rerũ solliciti essent,quotidie ĩ curiã,tẽpusq; magis altercatiõibꝰ
tererẽt q̄ decretis,patrũ plęrisq; Appii libidinem,cędẽ Siccii,dedecora mslitię Decẽuiris expro
brãtibꝰ,cẽsentibusq; Valeriũ & Horatiũ ĩ Auẽtinũ mittẽdos,illis se ituros negãtibꝰ,nisi Decẽ
uiri potestate abiissent,Decẽuiris q̄rẽtibꝰ se ĩ ordinẽ redigi,priusq̄ leges,quarũ cã creati eẽnt,
pferrent̃.Qui ĩ Auẽtino erãt p M.Duillũ,q Tribunus plębis fuerat,certiores facti irritis alter-
cationibꝰ senatũ quotidie trãsigi,eoq; affirmãte nõ prius patres aĩm ad rẽp.pacãdã aduersu-
ros,q̄ vrbẽ desertã viderẽt,cõtinuo ex Auẽtino Nomẽtana via pfecti,in sacro mõte castra lo-
cauere,suoꝝ patrũ modestiã imitati,q veteri secessiõe haud cuiq̄ iiurii fuissent. Secuta cętera
plæbs exercitũ,nemo q p ętatẽ ire poterat retrectãs.Secutę coniuges,liberiq; miseraliter q̄rẽtes,
cui miseri relinq̄rẽt̃ ĩ ea vrbe ĩ q̄ neq; pudicitia cuiq̄ neq; libertas tuta eẽt.Reddidit freq̄uẽs se
cessio vrbẽ ĩsigni vastitate desolatã.Nemo ĩ foro erat pt̃er paucos senioꝝ,Horatiꝰ & Valeriꝰ ĩ
curia clamitãtes,ecq̄d vltra expectatis pr̃es cõscripti aiebãt,an nisi Decẽuiri sua spõte cesserĩt,
passuri estis oĩa huiꝰ vrbis ruere,& ad excidiũ pduci!Vbi aũt est istud ĩperiũ Decẽuiri,q̄d am
plexũ tenetis,an parietibꝰ vrbis iura dicturi estis!Nõ pudet maiorẽ ppemodũ lictoꝝ numerũ,
q̄ togatoꝝ,ĩ foro cõspici!q̄d q̄so facturi sitis,si hostis ad vrbẽ veniat!aut si plębs rata se vobis
ludibrio eẽ,armis sua iura repetat!occasu ne vrbis hoc finituri estis ĩperiũ!Atq̄ aut plæbs tollẽ
da est,aut Tribuni plębis hñdi.Citius nos patriciis magistratibꝰ cartituri sumꝰ, q̄ plæbs suis.
Nec mirũ si ipsiꝰ sunt magistratꝰ tã cupidi,nos in cã sumus,q imperiis tẽperare nequimꝰ,quo
minus illi auxilii egeãt.Quũ hęc magno senatꝰ assensu ĩ curia iactarent̃: Decẽuiri pnũciãt se ĩ
patrũ potestate futuros.Illud orãt vt sibi ab irata plębe caueret̃,ne suo sanguine patricioꝝ sup
pliciis assuesceret.Tũ Valeriꝰ & Horatius in sacrũ mõtẽ missi ad plębẽ q̄bus eis videret̃ cõdi-
tionibꝰ reuocãdã,tãtũ iussi ab ira multitudinis vt Decẽuiris pcauerẽt.Magna ãbo lętitia sunt
in castra accepti.Nã hi oĩm soli Decẽuiris p plębe aduersa ĩuidia ab iĩrio restiterãt,ob idq; ve-
niẽtibꝰ gratiæ actæ.Quęrẽtibus legatis ecquęnã essent plębis postulata,Icilius publicis actioni
bus ob Tribunatũ antea gestũ,assuetus,p vniuersa multitudine iussus est verba facere. Sũma
eoꝝ q̄ petebant̃ hęc fuit:vt tribunitia potestas & prouocatio quæ ante Decẽuiros creatos fue
rat,plębi restitueret̃,vt nulli pt̃erea fraudi esset,q milites iniussu ducũ castris abscessissent con
spirassentq; ad repetẽdã libertatẽ.Postremo,vt Decẽuiri sibi ad supplicium dederent̃, quos vi-
uos se igni impositiuros minabant̃.Q̄d ad Tribunos & prouocationẽ spectat,ęqua(inquiũt le-
gati)postulatis Quirites,& q̄ vltro deferẽda fuerint,etiã non petentibus,libertati eñ præsidia
petitis,sed q̄ hoc mite & moderatũ,tã atrox postulatũ illd̃ de Decẽuiris fuit.Cæterũ vestrę irę
ignoscendũ magis,q̄ indulgendũ ducimus. Quippe qui crudelitatis odio in crudelitatẽ ruitis,
ac pene priusq̄ in pristinã libertatẽ restituti sitis,superbe & imperiose sęuire vultis. Verũenim
uero,si odio & vindictę studetur,a suppliciis Romana ciuitas quiescet nunq̄,nunc patribus in
plębẽ sęuiẽtibꝰ,nũc in patres plębe.Sed nunc vobis Quirites scuto magis opus est,q̄ gladio.Sa
tis q̄d ad Decẽuiros attinet humiliat̃,q in ordinẽ redactus ęquo iure ĩ ciuitate viuit.Quũ ma
gistratibus vestris & legibꝰ recupatis,penes vos erunt iudicia,de capite & fortunis cuiusq;,vt
quæq; cã erit,statuetis,nũc restituta libertas satis videri debet.Permissum legatis est,vt agerẽt
q̄ vellent,qui Romã reuersi in curia exponũt,quæ a plębe peterent̃,tunc cęteris Decẽuiris quũ
præter opinionem nulla sui supplicii fieret mentio,potestate abire nihil abnuentibus , Appius
qui pcipua inter alios flagrabat inuidia,quãtũ mihi & collegis ĩmineat mali,tã aperte video ĩ-
quit,q̄ ea q̄ oculis vident̃,tãdiu aduersus nos certamẽ differt̃,donec arma aduersariis tradunt̃,
sed q̄cq̄d est euenturũ,id euenire necesse est:dãdus est inuidię sanguis,q̄d etsi futurũ video,ni-
hil tamẽ moror,quin magistratu abeam.Factũ senatusconsultũ,vt Decẽuiri primo quoq; tpe
potestate abirẽt,nec fraudi esset cuiq̄ militũ plębis secessio.Nec ita multo post dimisso senatu,
Decẽuiri pdeũt in cõcionẽ,seq; abdicãt magistratu,ingẽti lętitia populi. Plurimi ciuiũ concor
dia ciuitatis læti legatos id nunciãtes in castrã comitati sunt,vbi mutuæ gratulationes & ma
gnæ fuere,q libertas & cõcordia ciuibus restituta esset.Ibi legati pro concione,q̄d bonũ faustũ
& felix ipsis & reip.esset,transire inde multitudinẽ in Auẽtinum iubent, illicq; Tribunos crea
re,affuturũ ibi pstò Põtificẽ Maximũ,qui felici loco,& vbi ĩitia libertatis ĩchoata essent,comi

Secedunt legiones ĩ mõtem sacrũ.

Decẽuiri in ordinẽ rediguntur.

Plębis postulata.

Legatorum verba ad exercitum.

Decemuiri abeunt magistratu.

Legiones Auẽtinum repetunt.

tia haberet. Assensi vna oẽs mira alacritate signa cõuellũt, vrbẽq; ingressi lõgo agmine ĩ Auẽ
tinũ venere. Ibi põtifice comitia hñte Aulũ Virginiũ, L.Iciliũ, P.Numitoriũ Virginię auũcu
lũ, C.Siciniũ, M.Duilliũ, C.Aponiũ, M.Titiniũ, Ap.Iuliũ, M.Põponium & C.Oppiũ Tribunos
creãt. Quorũ magistratu irito, L.Icili⁹ plębẽ rogauit, & plębs rogata iussit, vt nulli fraudi eẽt se
cessio p eos dies facta. M.Duillius & ipe rogarionẽ tulit de cõsulib⁹ creãdis, a qb⁹ puocatio eẽ
set, vt antea, ad ppl̃m. In pratis flaminiis ea oĩa acta, postea circo flaminio loco nomẽ mãsit. Per

Consules. Interregẽ inde creati cõsules, L.Valerius & M.Horatius, qui cõfestim consulatũ iniuere. Horũ

Leges plu- prima actio popularis, nec sine offẽsa patrũ fuit, legẽ Cẽturiatis comitiis tulere, vt qđ plębs ius
res. sisset, vniuersus ppl̃s teneret, q̃ñ ad id tp̃s parũ liq̃ret, tenerent ne pres plębiscitis. qua lege acer
rimũ est telũ Tribunitiis rogationib⁹ datũ. Altera lege sanxerũt, vt q Tribunis plębis, ędilibus,
iudicibus nocuisset, eius caput Ioui eẽt sacrũ, familia ad ędẽ Cereris liberi liberęq; vẽderẽt. Du
bitatũ est cõsulibus quoq; & p̃toribus, q eisdẽ auspiciis qbus cõsules crearent, cautũ ea lege eẽ
set, nec ne. Iudicẽ cõsulẽ appellari ĩterp̃tabant qdã, siqdẽ cõsulere idẽ olim fuit, qđ & iudicare.
Quę sane interp̃tatio, ideo nõ vulgo pbata est: qa cõsul, vt Liuius scribit, ea tẽpestate p̃tor ẽ ap
pellatus, nõ iudex. M.Duillius Tribunus plębẽ inde rogauit, atq; idip̃m plębs sciuit, vt capita
le esset huic, q plæbẽ sine Tribunis reliq̃sset, quiq; magistratũ sine puocatiõe creasset. His roga
tionib⁹ legibusq; vt ĩuitis, ita nõ aduersantib⁹ patriciis, plębe aduersus oẽm nobiliũ ĩiuriã mu
nita, Tribuni tutũ maturũq; rati, Appiũ & collegas ĩ iudiciũ rape, Vergini⁹ prim⁹ diẽ Appio
Claudio dixit, q nobiliũ caterua stipat⁹ quũ ĩ forũ venisset, redintegrata est statim inuisę pote

Verginius diẽ Appio dicit. statis memoria. Tũ Verginius, Oratio inqt reb⁹ dubiis Quirites inuenta est, nũc crimẽ qđ Ap
pio obiicit nullo indiget verborũ apparatu. Oĩa tibi Appi q̃ impie nefarieq; per biẽniũ gessisti,
spõte remitto, ab vno nisi te crimine vindices, q cõtra leges, quas tu ipe tulisti, in iudicio filiæ
meę a seruitute cõtra libertatẽ vindicias dederis, in vĩcula duci te iubeo. Hic flagirii cõuictus
Appius Tribunos appellat, etsi nullã in eorũ auxilio spẽ repositã habebat: nullo itaq; morã fa
ciẽte, arreptus a viatore, puoco inqt ad populũ, cęterũ vox libertatis ex eius ore audita, q con
tra libertatẽ ipsam illis ipsis diebus vindicias dederat, mouit neminẽ. Implorabat nihilo secius
Appius fidẽ populi Ro. maiorũ merita domi militiæq; memorans, suum infelix in coæquandis
Po.Ro. legibus studiũ, qbus manẽtibus cõtra illarũ p̃scriptũ in carcerẽ truderet. Poscere se vt
iudiciũ populi Romani liceret expiri, nõ ita inuidiã se extimescere, vt in clementia & ęquitate
suorũ ciuiũ nihil spei repositũ haberet. Q; si causa nõdum dicta in vincula raperet, iterũ se Tri
bunos appellate, moneteq;, ne quos mores oderint, imitent, q si Tribuni conspiratione inter se

Appii puocatio ad populum. inita appellari, auxilio esse nollẽt, ad populũ se puocare, legesq; de prouocatione nup latas im
plorare. Cui plębeio & humili p̃sidium in legib⁹ fore si Appio nõ adsit! se cæteris documẽto fu
turũ, vtrum dominatio an libertas sit nouis legibus firmata, an inani literarũ notatione puo
catio aduersus magistratuum iniuriã ostẽtata. Et hæc ille. Contra Verginius Appii scelera in
Romanã plębem ordine decurrẽs, infandum filię iudicium ante oculos ciuium ponere, quã ex
amplexu patris raptã Claudio cubiculi sui ministro cõdonasset, armassetq; patris dexterã, quia
aliter occurri ĩiurię nõ potuit, ĩ filiã, spõsum virginis & auũculum magis interpellato stupro,
q̃ cęde mot⁹ in carcerẽ duci iusserit, quẽ ipse Romanę plębis domicilium appellare esset solit⁹.
Prouocaret pinde iterũ ac sæpius, qñ ipse totidẽ ac sępi⁹ iudicẽ ei daret, q cõtra libertatẽ a ser

Cõiicit Appius in carcerem. uitute vindicias dedisset. Per hęc Appius nõ sine magno animorũ motu, ob viri celebritatẽ, in
carcerem cõiectus est, ita vt sua plæbi libertas iã nimia videret. Interea ab Hernicis & Latinis
legati Romã venere, publice gratulatũ, q plębs cũ patribus in gratiã rediisset, tulerũtq; eo no
mine in Capitoliũ coronã Ioui aureã dono. Ex eisdẽ cognitũ Volscos & Equos studio bellũ in
struere, iã & Sabini quoq; in armis erãt. Iussi itaq; cõsules ĩter se puĩcias sortiri. Horatio Sabi
ni sorte obtigerũt, Volsci & Equi Valerio. Nullus vnq̃ delectus in vrbe tã volũtarius fuit. Eñi
uero haud iuniores tãtũ vt moris erat, sed emeriti quoq; vltro in vtriusq; cõsulis gratiã noia

Appius se interficit. dedere. Appius priusq̃ dies iudicii adesset, omni auxilii spe p̃cisa sibi mortem consciuit. Plęriq;
opinati sunt Tribunorũ iussu eũ ĩ carcere laq̃o necatum. Scd̃m Appii Interitũ. Sp.Oppius a P.
Numitorio est reus fact⁹. Crimini datũ, q ĩ vrbe fuisset dũ vĩdiciæ ĩiustę a collega dicerent, nec
p̃senti ĩiuriæ iisset obuiã. Plus tñ facta iniuria q̃ non prohibita reo obfuit. Testis affuit, qui se
ptẽ & viginti fecerat stipẽdia, octiesq; extra ordinẽ donatus militarib⁹ donis, in cõspectu popu
li stetit, inde veste scissa tergũ virgis lacerũ ostẽdit, nullũ recusare suppliciũ dictitãs, si reus ip
se causam afferre posset, cur Romanũ ciuẽ ea iniuria affecerit. Oppius & ipe in vincula duct⁹,

ante iudicii diem vita decessit.Claudii Oppiiq; bona i publicũ redacta.Hoꝝ exẽplo territi col
legæ vltro exilii cã solũ verterũt.Bona ipsoꝝ publicata.M.Claudius assertor Virginiæ dãna-
tus,vltimã Verginio remittẽte pœnã,Tybur i exiliũ abiit.Tot illustriũ viroꝝ supplicia metũ
patrib⁹ ingentẽ iniecerũt.Eratq; iã Tribunitiũ nomẽ illis nõ min⁹ formidolosũ,q̃ nup plebi de
cẽuirale fuerat,quũ M.Duillius nec diẽ dici cuiq̃ nec queq̃ eo ãno ãplius i carcerẽ duci se pas-
surũ pnũciauit.Ea Tribuni moderatio metũ patrib⁹ dẽpsit,eadẽq; cõsulũ iuidiã auxit, ꝙ pri⁹
pœnarũ satietas iimicos cepisset,q̃ cõsules.nec patricius magistratus eoꝝ licẽtię iuisset obuiã.
Et reip.statũ I hũc modũ placari cõtigit.Valeri⁹ cõsul ad bellũ pfect⁹ i Algido Equos & Vol
scos exercitibus iũctis castra habẽtes inuenit.Nisi Romanus a principio pugna abstinuisset,pi
culũ fuit,ne plio succũberet,quũ multo plures hostes essent,& i Romanos ea nouitate tempo-
rũ infelicibusq; Decẽuiroꝝ expeditionib⁹ fortiores facti.Metatus igit̃ Valeri⁹ mille passus ab
hoste,quũ Equi Volsciq; in cõspectu stãtes,pugnę copiam fecissẽt,cõsulto pugna abstinuit,nec
quũ multa ab hoste iacerent̃ i Romanos pbra,vlla est e castris vox reddita. Mox vbi ex vtroq;
gñe hostiũ maiorẽ ptẽ pdatũ missã Valeri⁹ sensit,ad eoꝝ vallũ pgressus,patẽ illis terrorẽ red-
didit,instructaq; acie hostẽ ad pugnã puocauit,q in castris erãt absentiũ viriũ cõsciẽtia dimi-
care nõ sunt ausi,creuitq; ex eã re Romanis animus. Verũ quũ p totũ diẽ in acie stetissent,no
cti demũ cessere. Qui iterdiu obsessi fuerãt,trepidissimis nũciis vndiq; pdatores ad signa reuo
cãt.Recursum igit̃ ex pximis locis iu castra,q lõgius abierãt iueniri nõ potuere . Vbi postero
die illuxit,Valeri⁹ copiis in pcinctu stãtibus sese hosti ostẽrat,vbi vero nihil inde moueri vi-
dit,signa vallo inferri iubet.Hostes idignitate rei cõmoti,ꝙ duo nup victores exercit⁹,a victis
oppugnarent̃,plusq; i vallo spei,q̃ in virtute & armis reponerẽt,& ipsi accepto a ducib⁹ signo,
in apertũ euadere nitunt̃.Valeri⁹,priusq̃ integra illis acies cõstaret,signa itulit, sicq; nondum
oẽs castris egressos adortus facile turbauit.Cessere itaq; ad primũ clamorẽ, nõdũ explicitis or
dinibus.Increpabãt suoꝝ ignauiã duces,Algidẽsisq; victorię admonebãt,& ꝙ illis ipsis dieb⁹
Romanũ quem fugerent,intra vallũ obsessum,ad pugnã elicere nequiuissent.Huiusmodi casti
gatione redintegrata pugna,cõsul diuersa parte iubet suos memores esse,illo primum die Ro.
militẽ liberũ,p libera patria pugnare.Sibi tũ demũ vincere, nõ Decẽuiris,nõ Appio duce,sed
Valerio cõsule dimicari,ostẽderẽt p ducẽ non per militẽ stetisse,ꝙ eodẽ anno non esset,vt sępe
alias,feliciter in Equos & Volscos pugnatũ.Nõ ab Appio & collegis seruitutẽ intẽtari,sed ab
multis milibus hostiũ,qbus si vincerent̃,multo maiore indignitate,q̃ illis seruiẽdũ esset.His il-
le hortationibus inter pedites vsus,celeri inde cursu ad equites deuect⁹,agite iuuenes inqt. &
vt ordine & dignitate,ita virtute quoq; peditem præstate.Fudit pedes hostẽ primo congressu,
vos fusum tota planitie agite,& nũc illi magis cunctant̃,q̃ resistũt.concitatus eques quũ ducis
psentia,tũ tempestiua hortatione,in hostem iam pedestri pugna turbatũ, effuso equorum cur-
su inuehitur,a fronte a lateribus inuecti partem longe maximam fuga auertũt,cęteri in castra
sunt cõpulsi,quos Romanus oppugnare adortus,paruo negocio,cũ ipsis castris in potestatem
redigit.Prosperæ huius pugnæ phama,nõ Romam solum, sed in Sabiniam quoq; ad exercitũ
perlata,vehemẽter militũ animos ad extremum accendit certamen,quippe qui iã antea ab ho-
ste lacessiti,vel quia numero pauciores essent,aut recentissimę cladis memoria territi,ad eã diẽ
confligere nõ fuerant ausi,iidem vltro ab duce signum deposcunt,queruntur præterea ꝙ sine
prælio tẽpus tereretur.Horatius vbi militẽ sua sponte satis ad pugnam incitatum vidit,cõcio
ne aduocata,militẽ ad victoriam ppaucis hortatur . Sermonis quẽ ad exercitũ habuit summa
hæc fuit,vt cõpertũ se habere pfatus sit,Valerium collegam feliciter ad Algidũ pugnasse,fuis
seq; ibi exercitũ Romanũ,qualem esse oportuit.Quod ad futurã pugnã attineret,tale se consi
liũ habiturũ,talem animũ testatus est,qualem milites fecissent.Cernere se iuxta bellũ salubri-
ter trahi,idẽ & mature posse pfici.Q; si satis animi haberent ad pugnã,decerniq; placeret,cla-
more id sibi significarent,eũ indicem voluntatis virtutisq; militũ habiturum.Ingẽs est clamor
secutus,idẽq; alacritatis plenus.Tũ ille.Ite inqt viri fortes,armaq; & corpora curate, crastina
luce,qd vobis Po.q; Ro.bñ vertat,pliũ cũ hoste decreturi.Postero die vbi Romana acies stetit
pugnę istructa,nullã hostes dimicãdi morã fecere.Fuit pliũ quale iter duos exercit⁹ fiducię ple
nos esse oportuit,hunc ppetua gloria,illum recenti successu elatum.Sabini nouo strategemate
vires iuuare sunt conati,qui duo milia post subsidia extra ordinem habuerunt,vt medio certa
mine in sinistrũ Romanorũ cornu impetũ facerent,qua impressione haud mediocriter Roma-
na est acies impulsa.Fecisset & fugã,nisi duarũ legionũ equites, ad terrã desilientes fortunam

Oppii iteri tus.

Consul pugna abstinet.

Pugnatur in Equos.

Instauratur pugna.

Equi in fugã vertunt̃

Horatii verba ad milites.

ꝓpemodũ inclinatã,sua virtute erexissent.Pedites eqtũ opera ꝑlio restituti,nõ solũ quẽ omise rãt,locũ recipiũt,sed hostẽ quoq; egregie fundũt,fugãtq;.Tũ receptis eqs in alterũ cornu ĩcho atq; victoriẽ nũcii eqtes deuolãt,simul & ĩ pauidũ hostẽ ĩpetũ faciũt,nullorũ virtus magis eo ꝑlio enituit.Iuuit victoriã & cõsulis ꝓsentia q laudator virtutis oĩm segniorisq; pugnẽ castigator aderat.Redintegrato itaq; clamore,vndiq; Hotatiani cõnixi,hostẽ auertũt,nec deiceps Romana virtus sustineri potuit ampli⁹.Sabini late fusi,castra ad ꝑdã Romano reliq̃re.Duplici victoria parta malignẽ patres in vnũ diẽ supplicationẽ decreuere.Populus sua spõte alterũ diem adiecit.Quo aliquãto frequẽti⁹ est circa tẽpla supplicatũ.Cõsules ad vrbẽ reuersi,quũ in cãpũ Martiũ senatũ vocassẽt,vt de reb⁹ a se ĩ ꝓuĩcia gestis differerẽt,maligne qdã patrũ interꝑtati, ad terrorẽ id fieri q̃rebanẽ,vt senat⁹ castrẽsib⁹ armis sept⁹,metu cogeret q̃ ipsi vellẽt decernere, quã calũniã cõsules discussuri,ĩ prata Flaminia senatũ auocauere,ab Apollinis ẽde Apollinari fuit loco nomẽ.Quib⁹ quũ a patrib⁹ triũphus negaret,Icili⁹ Tri.plẽ.ad pplm tulit,de amborũ cõsulũ triũpho.Oẽs Cẽturiẽ illis honorẽ decreuere.Ac tũ primũ sine patrũ authoritate populi iussu est Romẽ triũphatũ,quũ ad id tp̃s senat⁹ nõ popli id iudiciũ fuisset.Cõsules sequẽti anno creati Sp.Hermini⁹ & T.Vergini⁹ Celimõtan⁹.Hoc anno ociũ domi forisq; fuit. Secuti cõsules,M.Geganius Macrin⁹,& C.Iuli⁹.turbassent Tribunorũ insectationes aduersus nobiliũ iuuẽtutẽ ciuitatis statũ,nisi Equici Volsciq; belli phama ĩminẽti discordiẽ ĩteruenisset. Quiescẽti plẽbi ab iuniorib⁹ patrũ ĩiuriẽ fieri cœperãt,tanq̃ aut facere iniuriã,aut pati semꝑ necesse esset.Tribuni & ipsi,in ea altercatione pene violati.Sed citra maiorẽ offensam,oĩs cõtentio ad id tp̃s stetit.T.Quinti⁹ Capitolin⁹,& Aulus Furius ꝑ hẽc cõsulatũ iniuere. Et iã ĩ horas seditio domestica gliscebat,ad cui⁹ erupturẽ spẽ,velut ad classicũ qdã Equi & Volsci exciti arma capiũt,Latinũq; & Romanũ agrũ ꝑdati,ad portas vsq; vrbis tumultuose sũt ꝓgressi. Vñ multã post se ꝑdã agẽtes,Corbionẽ retro a nullo lacessiti abierũt.Tũ Quintius in concionẽ egressus,multa de præsenti ciuitatis statu,suaq; fortuna questus,q̃ se quartũ cõsule,ordinũ discordia ita accidisset,vt Equi Volsciq; qui toties a Romanis victi,castrisq; exuti essent,ad mœnia vsq; vrbis impune venissent: Inde ad turbã cõuersus ipsius plæbis incõstantiã seuerissima oratione increpuit.Qz oĩa desideria ab initio ad id tp̃s indulgentia patrũ adepta, seditionibus & discordiis vt siqñ impẽsissime studeret,& dũ Tribunitias cõciones per ocium celebraret, suos sociorũq; agros cõtumeliose vastari pateretur,maiores suos sub claris ducibus militantes imperio & fortuna auctos,præda & spoliis honustos domũ reuerti solitos,cõtra sua tẽpestate populo Ro.Tribunitiis actionib⁹ dedito,ꝑ expeditiõib⁹ secessiões,ꝑ ꝑliis forẽses altercatiões cordi esse,sitq; ob eã rem factũ,vt quantũ olim terrori Ro.nomen hostib⁹ fuisset,tantum tũ demũ contẽptui ludibrioq; esset.Postremo ita perorauit,vt diceret se non ignorare multo gratiora auditu dici potuisse,sed maluisse se vera gratis ꝓponere,ad q̃d quũ ingeniũ ip̃m, tũ natura coegisset,satis cupe se suis ciuib⁹ placere,sed multo magis ea loqui,quẽ iisdem illis etiam ꝓfutura essent,si aĩo in se minus beneuolo futuri essent. Inde in Tribunos & in eos q multitudinẽ a cõcordia alienarãt,oblique inuectus,hortatus plẽbẽ est ad sumenda arma,victoriã haud dubiam ꝑdãq; pollicitus.Et oratio simul & authoritas mouit cõcionẽ,& iam iuuẽtus quæ militiã detrectauerat,Quintii verbis accẽsa bellũ & arma optabat.Laudat⁹ Quĩti⁹ in senatu & impẽsius ab vniuerso ordine ornatus laudib⁹.Orare Quintiũ senatus & collegã,vt rẽpu.caperẽt, orare Tribunos ne essent ĩpedimẽto quo minus plẽbs sumeret arma,quo demum impetrato,magno omnium consensu delectus decernit.Cõsules q in celeritate oẽm spem victoriæ repositam habebãt,edicto ĩperãt,vt quicũq; per ætatẽ idonei militiẽ essent,postridie sibi in cãpo Martio armati adessent,cognituros se post bellũ cuiusq; causam,ꝑ desertoribus habituros quorũ excusationẽ nõ ꝓbassent.Omnis vt iussa erat iuuẽtus affuit,ipsi milites iussu cõsulũ sibi centuriones deligũt,singulis cohortib⁹ bini senatores ꝓpositi,tãta celeritate omnia acta dicuntur, vt signa publica q̃ mane fuerãt a q̃storibus ærario deprõpta,quarta diei hora sint ex cãpo profecta.mãsit eo die exercit⁹ ad decimũ lapidẽ,postridie in hostiũ cõspectũ venit,castraq; sunt ad Corbionẽ oppidum collata.Triduo post in pugnam vtrinq; descensum,ira Romanos iritante, desperata hostib⁹ venia q̃ toties rebellassent bene pugnandi necessitatẽ imponente. Imperii summa fuit penes Quintiũ,concedẽte collega.Is dextrum cornu in acie tenuit,Alter consul sinistrum, Media acies Posthumio Albo legato data.P.Sulpitiũ alterũ legatum equitib⁹ præfecere,ab eo cornu cui Quintius prẽerat egregie Roman⁹ pugnauit,Volscis exaduerso nihil resistẽtib⁹.P. Sulpitius cũ toto eqtatu ꝑ mediã hostiũ aciẽ perrumpens, pedestri prælio nondum defunctus

Victoria Romanorũ.

Triũphatũ authoritate ppli.

Consules.

Quĩtii oratio ad populũ.

Quintianæ orationis effectus.

Celeritas ĩ delectu.

Acre prẽliũ

in equestrē incidit. Ibi iussi equites hostilē equitatū spiculis obruūt, strageq́ equorū edita facile ꝓpulsant: cōuersi inde in peditē omissā pugnā repetūt, & quē subito incursu turbarant, nūc turbatū passim disiiciūt, mittūtq́ simul nūcios rei bene gestę ad vtrūq́ cōsulē. Res hostiū vbiq́ iā laborare cœperāt, Romanis felici nūcio forti⁹ cōnixis, apte inclinatūr, ī media acie primo victi hostes, quā Romanus equitatus Sulpitii ductu prouperat. Sinistrū inde cornu a Quītio pulsum, ī dextro plurimū laboris fuit: Ibi alter cōsul ętate ferox iniqui⁹ ferēs vbiq́ meli⁹ q̄ apd̄ se pugnari, arreptū signū cōiecit ī hostes, cui⁹ recipiēdi studio miles fortiter inuect⁹, hostē & ipse gradu submouit. Tū cōsules gratulatiōe copias cōtrahētes ī castra militē īmisere, qb⁹ nullo maiore negocio captis exercitū ꝓter res amissas q̄s recupari cōtigit, hostilis ēt ꝑdæ cōpotē factū reduxere. Cōsulib⁹ pńes etiā nō petētib⁹ triūphū decreuere. Spreti honoris aut nō sperati causa difficilis dictu est. Liui⁹ in lōgo tpis īteruallo cōiectura vsus, credere se ait pudorē Quītio & collegę obstitisse, quo min⁹ ꝓ dimidia ptepeterēt triūphū, quū Valerio & Horatio quoq; vtereq́ ex diuerso hoste victoriā deportasset, denegatū a senatu nō ignoraret. Accidit ꝑ id tps vt Aricini & Ardeates quū de ābiguo agro diuti⁹ disceptassent, multis īuicē cędib⁹ fessi iudiciū ābiguæ rei ad po. Ro. detulerīt, q̄ quū ad cām orādā vtriq́ pcessissent, cōcilio populi a magistratib⁹ dato, P. Scapti⁹ hō grādis natu pfat⁹ se nō passurū Po. Ro. in re seria decipi, docuit agrū de quo ambigeret, Coriolanoꝝ finiū, seq́ prima fere stipēdia faciēte Coriolis captis ppl'i Romani ēe factū. Mirari se quonā more Ardeates & Aricini cui⁹ agri ius nūq̄ re Coriolana icolumi vsurpassent, eūdē se a ppl'o Romano quē ꝓ dn̄o iudicē fecerit, intercepturos sperarēt. Indignati consules, palāq́ nullā Scaptio deliro seni fidē habēdā cēsent, nō tātū po. Ro. intercepto agro rerū q̄sitū iri, quātū infamię & dedecoris, si id soli sibi addiceret. Q̄nquidē famę ac fidei damna maiora oīno essent, q̄ in præsentia æstimari possent. Hæc consulibus frustra prædicātib⁹, tribus in suffragiū missę ambiguā soli partē po. Ro. adiudicarūt. Id iudiciū fœdius turpiusq́ patrib⁹ q̄ Aricinis & Ardeatibus visum. Iniuerūt inde consulatū, M. Minutius & P. Curiatius. Dionysi⁹ C. Quintiū ꝓ Curiatio posuit. Fuitq́ hic ann⁹ domi forisq́ Ro. Po. infest⁹. C. Cameleius Tri. plæ. rogationē ꝓmulgauit, de cōnubio patrū & plæbis, vt mixtis ꝑ id ordinibus facilius coalesceret ciuitatis cōcordia: abhorrere patres, seq́ oīa prius ꝑpessuros ꝑdicabāt, q̄ vt suus cū plębe cōfunderēt sanguis. Eratq́ talis ꝓmulgatio patribus satis inuisa, quum nouem Tribunorum altera longe adhuc inuisior repente extitit, vt seu plębeiū vellet populus seu patriciū creare posset cōsulē. Credere vulgo patres cōsularē dignitatē, si lex plata esset, nō vulgari solū, sed ad plębē oīno trāslatū iri. Fuit itaq; ꝑgratum audire Ardeates ob interuersi agri iniuriā ad defectionē spectare, finesq́ Romani agri a Veientib⁹ infestari, repararēq́ Volscos & Equos vires ad bellū, ob cōmunitā Verruginē. Tum Cameleius minaciter cōsulibus denunciat, fore, vt se viuo nūq̄ delectū essent habituri, nisi prius q̄ a se & a collegis promulgata essent, plebs sciuisset. Contra cōsules rei indignitate accensi, in curia vociferari actū esse de cōcordia ciuitatis, aut patres tollēdos esse, aut Tribunos, quoꝝ stimulis plæbs exagitata, ꝑ ęqua & iniqua rueret. Reminiscerētur qui in curia essent quā a patrib⁹ maiestatē accepissent, quā ipsi filiis essent relicturi. Verūenīuero, vt nō oīa Tribunitius furor confunderet, eas demū leges promulgaret, quibus omnia diuina & humana turbarent iura, ꝓmiscua cōnubia quæri, vt ferarū ritu patrū plębisq́ vulgentur cōcubitus, ne sciri possit cuius sanguinis, quoꝝ sacroꝝ sit futura progenies dimidia plębis dimidia patrū, nec ipsa q̄dē secū concors. Et nequa indignationis causa deesset, eo Cameleii & Icilii insolentia euasisset, vt iā & cōsulatū se adepturos sperarent, quoniā, si deo placeret, regię maiestatis īꝑiū, ad sordidissimū queq́ deuolui oporteret, q̄ millies sibi prius sit moriēdū, q̄ tātū dedecus & ignominiā ferrent. Apte itaq; ꝑdicabant exterminādos tribunos esse, eundūq́ eorū temeritati tot⁹ ordinis virib⁹ obuiā. Ausus est inquit Cameleius in curia iactare, nisi suas leges victi patres acceperint, se delectū īpediturū. Quid aliud est hoc, q̄ minitari, se patriam velle hostib⁹ ꝑdere? quid animoꝝ putatis patres cōscripti eā vocem Volscis & Equis allaturam? nōne Cameleio duce sperēt se Capitoliū & arcē posse capere? Quid animi ergo vobis sit, q̄d cōsilii in hoc malo abolēdo incōꝑtū habemus. Satis q̄d ad nos attinet ambo parati sum⁹, si ordinis consensus adsit, pri⁹ in scelus ciuiū, q̄ in hostē toti⁹ potestatis vires expiri. Cōsulibus hæc ī curia clamātib⁹, Cameleius frequēti populi cōcione, haud multo post ꝓ legib⁹ in hūc modū disseruit. Quantū vos omni tempore superbissimus patriciorum ordo fastidiuerit, quum ex multis aliis cognoscere potuistis Quirites, tū vel maxime ex iis legū ꝓmulgationibus, quę ad ęquitatē & cōcordiā spectāt. Fremit curia, rūpitur, minatur, q̄ connubium petimus, q̄ consulatum

Equitū virtus.

Consulum verecundia

Scaptii testimonium.

Iudiciū po. Ro.

Consules.

Tribu. rogationes.

Querelę cōsulum.

Cameleii Trib. pl. oratio ad populū.

reposcimus,nec mirũ,ꝑ ludibrio semꝑ habuerunt,egreq; se ferre ꝓbelle confessi sunt,ꝙ in eadẽ
vrbe,& intra eadẽ mœnia viuimus,nũc omni cõsortio & dignitate deiiciũt. Sed vos Quirites
cognoscite q̃so,qd habeant huiusmodi rogationes,& an tales sint,vt ferro petendi simꝰ,qd se
consules facturos cõminant,quasi hostilia moliamur.Cõnubiũ altera lex petit,quã ipse ꝓmul-
gaui,sed qd hoc inauditũ est,quũ id externis dari soleat!Nos ciuitatẽ,q̃ maiꝰ,est iis aliqñ de-
dimus,q & hostes priꝰ,& mox bello a nobis capti sunt.Altera nihil noui fert,sed qd totiꝰ ppli
est a paucis repetit,vt quibꝰ velit pplus Ro.honores deferat.Quid q̃so hoc est!qd iquã,cur cœlũ
terrã & oĩa cõfũdãt!cur mõ in curia sit ĩ me pene ĩpetꝰ factꝰ!affirmẽtq; se sacrosanctã potesta
tẽ violaturos!an qa liberũ po.suffragiũ det,vt quibꝰ velit publicos honores mãdet!qũ oẽm ple-
beio hoĩ viã ad maiorẽ dignitatẽ,etiã si dignꝰ sit,ꝓclusam esse oporteat,nec vrbs hæc stare pos
sit ampliꝰ,sitq; de imꝑio,de dignitate actũ,si e plebe aliq̃s consul fiat. Eoqd sentitis Quirites,in
quãto cõtẽptu sitis,q̃ oĩa vestra sordeãt,supbissimo huic ordini,q vitalis huius auræ,ætherẹq;
lucis,si q̃at,si sui iuris sit,oĩno reddat exptes!Q; viuimꝰ,ꝙ spiramꝰ,ꝙ hoĩm faciẽ habemꝰ,idi-
gnant.Nũc quoq; si diis placet dicere audebũt,nefas esse plebeiũ cõsulem fieri, at licet excluda-
mur,ea scimus q̃ & pegrini,oẽs cõsules ĩ regũ locũ successere,nec hodie ĩ his maiestatis quicq̃
Externi reges. est,qd nõ illis fuerit.Sed nũq̃ ne fando auditũ est,Numã Põpiliũ,nõ mõ nõ patriciũ,sed ne ci-
uẽ quidẽ fuisse!verũ ex Sabinis po.iussu ascitus,patribꝰ authoribꝰ in hac vrbe regnauit.L.Tar
quiniꝰ nõ mõ nõ Romanę,sed ne Italicę qdẽ gẽtis,viuis Anci Martii liberis,rex est factꝰ. Quid
Seruius Tullus,qui ne libera quidẽ matre natꝰ,nõne & ipse virtute sua regnũ tenuit! Tatius
Sabinus nõ pegrinus solũ,sed & hostis fuit,regniq; particeps est a Romulo factꝰ. Quid igitur
plebei cõsulis nũc tãtope pœniteat,quũ maiores nostri aduenas reges nõ fastidiuerit!& ne nõ
semper virtuti hęc vrbs pateret,regibus eiectis Claudia gẽs in ciuitatẽ ascita , est in patriciatũ
cooptata,fiet aliquis ex pegrino patricius,ex patricio cõsul,Romanus ciuis si ex plæbe sit fieri
non poterit!an non fieri põt,vt qui plebeio sanguine sit ortus,sit hic idẽ vir fortis & strenuꝰ,
pace,belloq; bonus,Numę,L.Tarquinio & Seruio filis!vel si ne talis sit quidẽ,nõ potius salubri
usq; gubernaculo reip.admouẽdus,q̃ Decẽuiri illi,qui patricii fuerũt,oĩm mortalium pessimi!
Magistratꝰ noui. At nemo(dicet aliquis)plebeius post exactos reges cõsul fuit,qd postea!an nihil qd nõdũ fue
rit,institui fas est,ꝓsertim in nouo populo,in quo multa qdẽ,q̃ nondũ fieri cœperũt,vt fiant tũ
necesse est!Neq; põtifex,neq; augur fuit Romulo rege,a Numa deinde creati sunt:rursus hoc
regnũ tenẽte,nullus in ciuitate cẽsus,nullũ classiũ centuriarũq; discrimen . Seruio Tullo hæc
quoq; facta sũt.Cõsules nulli fuerãt ante eiectos reges,his exactis esse cœperũt.Trib.pl. Ædiles
aliiq; magistratus,& ipsi,neq; vrbi,neq; libertati ęquales Decẽuiri,hoc decẽnio scribẽdarũ legũ
causa creati sunt,atq; e ciuitate sublati. Nec est quisq̃ ita rerũ humanarũ expers,q non intelli-
gat,in vrbe æternũ condita,& in imensum crescente,nouos mores,noua instituta oriri. Ipsum
cõnubiũ qd alterius rogationis est Decẽuiri pessimi hominum,pessimo exemplo,in ordinibus
discreuere.Enĩuero q̃ maior vlla cõtumelia insigniorve plebi fieri potuit , q̃ velut contamina-
tã ciuitatis partẽ,cõnubio idignã existimari!Quid aliud est cauere ne affinitatibꝰ misceamur,
q̃ nos intra eadẽ mœnia relegare!Sed q̃ est hæc nobilitas,quã contaminatum iri nolũt,quã ple
riq; ex Albanis & Sabinis oriundi,nõ genere,non sanguine,sed ꝑ cooptationẽ inter patres ha-
bent!cõnubiũ patrũ & plæbis tollũt,cur nõ cõferũt,ne sit cõnubiũ diuitibꝰ & pauperibꝰ,ne pa
tricio plæbeius sit vicinus,ne eadẽ via ambulet,in eodẽ sit cõuiuio,in eodem foro,duasq; ciui-
tates ex vna faciunt!Quę est hęc ordinũ cõfusio,si plebeiã patricius ducat vxorẽ, aut plebeius
patriciã!Nihil certe iuris mutat,liberi patrẽ sequunt,nec nos quũ eoꝝ cõnubia petimus,aliud
petitũ putamus,q̃ vt in numero hominũ simus,in numero ciuiũ.Nec patricii,nisi in nostrã cõ
tumeliã certare iuuet,qcq̃ in hoc habẽt qd iure negare cõtendant.Postremo meminisse opor-
tuit,summũ imperiũ totius po.esse nõ patricioꝝ,eiectisq; regibꝰ libertatẽ nõ illis solum sed oĩ-
bus quæsitã.Deberet licere po.Ro.quã vellent legẽ iubere,at vbi primũ rogatio aliqua ꝓmul-
gata est,statim delectus ꝑ pœna indicit.Sacramento iuniores adiguntur,minæ plæbem circũ-
strepunt,vis interat.Sed iam illi iterũ ac sæpius expti sunt,q̃ parũ ipsorum minæ aduersus ve
strũ cõsensum valeãt Quirites,nec nũc licet multa minent,certamẽ erit vllũ,aĩos vestros sæpe
illi tẽtabũt,vires experient nunq̃.Itaq; hoc consules sciãt,siue vera,siue falsa sint bella quę cele
brãt,habituros exercitũ paratũ,si reddito plebi cõnubio,vnã ciuitatẽ patres fecerint, ordinesq;
mutua cõsanguinitate coalescere patientur,si viris fortibꝰ & strenuis e plæbe ad consulatum
aditus fiat.Quæ si negare ꝑseuerabunt,multiplicent bella rumoribus,nemo Tribunis autho-

tribus nomẽ dabit,nemo arma capiet,nemo dimicabit ꝓ ſupbis dominis,quibuſcũ neq̧ in rep. cõmunis honos:neq̧ in priuata,ſocietas futura ſit.Poſt hanc Cameleii actionẽ,quum conſules in forũ veniſſent,orta inter eos & Tribunos altercatiõe,e collegio vno cõſulẽ interrogãte,quid eſſet cur plæbeiũ cõſulem fieri nõ liceret?Quia auſpicia,inq̃t alter cõſulũ,plębeii nõ habẽt.Ad eã vocẽ adeo iræ exarſerũt,ꝙ quaſi diis inuiſi auſpicari poſſe negarẽtur,multitudine calculos petẽte,q̃a apparebat vtrãq̧ legẽm vno tẽpore ꝑrlatũ iri,rati patres alterũ de cõſulatu ãtiquari poſſe,de cõnubio cõſenſerũt.Qua lege ꝑlata,quũ Cameleius in ĩgẽti celebritate & fauore eſſet:eius eñ rogationis author fuerat,cæteri Tribuni æmulatiõe accẽſi,nouũ certamen ꝓ lege ſua patribus intẽdũt,tũ creſcẽte in dies noui belli phama,nec delect⁹ haberi poſſet,appareretq̧ aut ciuibus,aut hoſtibus de victoria cedẽdũ eſſe.C.Claudii ſententia vi & armis tollẽdos Tribunos cenſebat.Contra Quintii,Cincinnati,Capitolini a cęde abhorrebãt.Cęterum quum diu anceps conſultatio tenuiſſet,eo T.Genutii ſentẽtia decurſum eſt,vt Tribuni militũ conſulari poteſtate promiſcue ex patribus & plæbe crearentur,de conſulibus interim creandis nihil mutaret.Acquieuere huic ſententię plæbs & Tribuni,indictiſq̧ ad hoc ipſum comitiis,quum ex vtroq̧ ordine plures petiuiſſent,p̃ter omniũ ſpem patricios tantũ populus creauit,contentus ꝙ plębeiorũ ratio habita eſſet. Creati igitur tres Tribuni cõſulari poteſtate,Aulus Semproni⁹ Atratinus,L.Attilius lõgus & T.Cecilius Sicelus, anno.CCC.decimo q̃ Roma condita erat. Dionyſius in annum tertium quartæ & octogeſimæ Olympiadis incidiſſe hæc author eſt,qui quater milleſimus ac ſeptingenteſimus fuit nonuſq̧ & quinquageſimus ab mundi origine.Euſebius in annum primum tertiæ & octogeſimæ Olympiadis magiſtratus huius initia reiicit, manifeſto librariorum errore,qui pro militaribus Tribunis plæbeios poſuerunt.

Peroratio. Lex de conubio. Trib.militum conſulari poteſtate. ANNI MVNDI.

M.ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIÆ HISTORIARVM AB ORBE CONDITO ENNEADIS TERTIÆ, LIBER QVINTVS.



OT QVIDEM modis publicę adminiſtratiõis formam,paucis annis,apud Romanos variari contigit,ſed ne Tribunitia quidẽ illa poteſtas recens inſtituta lõgius proceſſit,tres illi, qui oĩm primi eũ honorem adiere,quia vitio creati putarentur,tertio mẽſe q̃ rempu.adminiſtrare cœperant,augurum decreto ſe magiſtratu abdicarũt.Tenuit aliquot dies ordinũ contentio, patribus cõſules creari volentibus,contra Tribunis eundẽ in ciuitate magiſtratũ retinere conantibus.Cæterum obtinuerũt illi.vt conſularia comitia haberẽtur,quib⁹ conſules declarati ſunt,L.Sempronius Atratinus & L.Papyrius Mugilanus.Hoc anno fœdus cum Ardeatibus eſt renouatum,qđ vnum argumento fuit ad poſteros eos conſules fuiſſe,quum in annalib⁹ priſcis,& libris magiſtratuũ alioqui non eſſent.Liuius Licinium Macrum ſcripſiſſe ait in linteis libris,qui ad Monetæ reperti ſunt,eorũdem conſulum nomina relata:Dionyſius in annalibus digeſta,ſed ita vt plures eos præfectos q̃ conſules traderent.Cauſa fœderis cũ Ardeatibus renouãdi, agri abiudicatio fuit, quem ſub defectionis denunciatione,niſi reſtitueretur,per legatos illi repetẽtes moniti fuerãt a patribus ſuum tempus expectare,daturos ſe operam,vt Ardeates ſuæ in po.Ro.fidei & conſtantiæ non pœniteret.Fuit annus ille alioqui domi foriſq̧ pacatus:Qui illum proxime eſt ſecutus,conſules habuit M.Geganium Macerinum & T.Quintium Capitolinum. Primi in vrbe Cenſores his conſulibus creati:mentione primum in ſenatu facta,magiſtratu opus eſſe,cui ſcribarum miniſterium,tabularum cura,cenſendi formula ſubiiceretur. Res parua a pricipio, ſed quæ procedente tempore multo maiora,q̃ ab initio credibile fuerit,habuit incrementa.Tãta mox dignatio ſecuta eſt,tantaq̧ authoritas,vt omnis morũ ciuiliſq̧ diſciplinæ ratio,Cenſorũ eſſet,regimẽ adhæc ſenatus,equitũ,centuriarum,omne decoris & ignominiæ diſcrimẽ, horũ priuata publicaq̧ loca recognoſcere,vectigalia po.Ro.ſuo arbitrio locare.Primi itaq̧ omniũ creati Sẽpronius & Papyrius,quorũ cõſulatus ambigue vt dixi traditur.Fuitq̧ hic annus,qui primos habuit cenſores,trecenteſimus ab vrbe cõdita ac.XII.Domi foriſq̧ ociũ erat, cęterum ne nõ ſemper aliqua bellandi cauſa adeſſet,legati ab Ardea Romam venere,auxiliũ & opem afflictis Ardeatiũ rebus ĩplorantes. Diuerſa factionũ ſtudia,q̃ multis vrbibus exitio fuere,erunt ꝙ ſemp.ipſius vrbis opes in aptũ diſcrimẽ adduxerãt.Contẽtio ex re pua orta, pene ad excidiũ creuit.Petebãt puellã indigenã plæbeia familia ortam adoleſcẽtes duo in vxorẽ,nobilis vnus, alter plębeius.Hic puellę tutoribus frętus,ille matris fauore,q̃ honeſtiſſimo matrimonio filiã

Conſules. Conſules. Primi cẽſores. Diſcordiæ origo.

Discordia Ardeatium ob puellæ nuptias.

locatũ iri volebat.Cognitione in forũ delatã,secundũ matris arbitriũ iudicat.Tutores de iniuria decreti palã questi,cũ plebeiorũ manu vi ex domo matris virginem rapiũt.In hos accensus ira iuuenis optimatiũ multitudine septus,impetũ facit.Fit prelũ,plebs vrbe eiecta locũ mœnibus pximũ occupat,nobiliũ pdia hostiliter populat. Venere interim his auxilio Volsci Ciuilio duce,qbus freti exules vrbẽ vallo cingere adoriunt.Erantq; in aperto discrimine res nobiliũ sitę,quum eorum legati Romã auxiliũ imploratũ venere.M.Geganius consul cum exercitu eo pfect9,Equos exulesq; noctu vallo & fossa cingit,tentaruntq; circũsessi ęquis cõditionib9 inde abire,qbus respõsum est,oportere victos cõditiones accipere non ferre.Quia igit nulli dubiũ erat q sine ignominia abire nõ poterant,ferro conati sunt sibi viã facere.Cæterũ plio parũ

Volscorũ deditio.

caute inito,quum passim cæderentur,in pces versi veniã implorãt,armisq; & Ciuilio duce traditis,sub iugũ missi sunt.Eos Tusculani per suos fines trãseuntes eximprouiso adorti,ad vnũ peremere.Geganius,seditionis authoribus securi pcussis,ociũ ciuitati restituit.Ipse triũphãs ĩ

Consules.

vrbẽ rediit,Ciuilio & hostiũ spoliis ante currũ latis.Consules inde fuerunt.M.Fabius Vibulanus & Posthumius Ebutius Cornicen,qui quũ pax domi forisq; esset,vt celebri monumẽto aliquo gestæ rei annũ suũ insignẽ faceret,agrũ infami iudicio populi paucis ante annis Ardeatib9 interceptũ,Colonię eo mittẽdę ptextu restituerũt.Satis qdẽ fuit pacatus hic annus,vt dixi,sed

Consules.

qui sequutus est adhuc pacatior.C.Furio Pacilio & M.Papyrio cõsulibus,quęsita tamen domi discordia,a Petilio Tribuno plebis agrarię legis mẽtione iiecta,nulla tñ secuta. Excepit hãc ciuilis stat9 quietẽ,turbulẽtior Proculi Geganii Macerini & L.Menenii Lanati ann9,fame,seditione,libertatis pericula ĩsignis.Primo annonę caritas vrbem inuasit,dubium,deserto agrorũ cul

Minuti9 annonę pfect9

tu,an cælo frugib9 aduerso,vtrũq; enĩ tradit.L.Minutius est annonæ pfectus:is publica frumẽtione parũ felix:nã pter Hetruscos,vnde aliquid omnino est frumenti aduectũ,sed qđ in leuanda annona nullum fecerit momentum,apud cæteros finitimos,neq; pcium valuit,neq; gratia, vt laborãti ciuitati opẽ ferrẽt.Fame igitur inualescẽte,ad eã rerum desperationẽ est vẽtum,vt quidam e plebe longiores vitæ cruciatus veriti,obuoluto capite sese in Tyberim precipitarĩt, tãta tum fames ciuitatẽ inuaserat.Tum Sp.Melius ex equestri ordine homo,vt res vrbis erãt, pdiues,rem specie vtilẽ sed libertati pcipue inimicã est aggressus.Emerat hic p clientes & ho-

Sp.Melii largitio.

spites pene qcqd frumẽti fuerat ex Hetruria aduectũ,emptumq; multitudini gratis in grauissima annona distribuit.Cõciliauit ea largitio homini tãtũ fauoris,vt quacũq; ĩcederet frequẽs circa illũ ciuiũ multitudo cõspiceret,futurũ cõsulatũ haud dubio cõsensu repromittẽs.Interea rẽ malo exẽplo motã,peiore cõsilio exequit.Enimuero vt est aĩus hoĩs ĩexplebilis,ĩ iis q̃ pſẽs fortuna spõdet,ad altiora & phibita mẽtẽ adiecit.Qm̃ igit cõsulat9 erat patrib9 nõ sine certamine extorquẽdus,de regno agitare cœpit.Creant ĩterim cõsules.T.Quĩti9 Capitolin9 & Agrippa Meneni9,ad hos & patres Minutius detulit,se manifesto indicio cõpertũ habere,in Sp.Melii domo secretã cõsilia agitari, ingẽtẽ vim armorũ eo collatã,corruptos ex Tribunis quosdã,q ad pdẽdã libertatẽ cũ Melio cõspirẽt,occurrẽdũ piculo,qñ res ppemodũ sero ĩ curiã plata eẽt, ne post ea temeritatis argueret.Tũ qa a cõsulib9 puocatio erat, visum est ad id malũ opprimẽ

Dictator.

dũ,Dictatore opus eẽ.Quinti9 Cincinnat9 dict9 est.Is Seruiliũ Halã magistrũ eqtũ dixit.Postero die dispositis p oppottuna loca psidiis,in forũ Dictator descẽdit.Stetit multitudo inscia miraculo rei defixa,occulteq; ĩter se q̃rere,qđ rei accidisset,quapropter ciuitas Dictatore indigeret.Vnus Melius & q cõsiliorũ eius erãt nõ ignari,satis scire in se vim illã imperii q̃sitã. Expectare tñ taciti euentũ rei.Postq̃ igit Dictator resedit,magistrũ equitũ mittit,q Sp.Meliũ ad se vocet.Pauidus ille primo quærere,quid vellet Dictator,vbi vero dicendam esse causam audiuit,diluẽdũq; crimẽ qđ esset a Minutio ad patres delatum, se in cateruam suorũ recipe conat9 est,eũ tergiuersantẽ apparitor magistri equitũ iussu inuadit,quo a circũstantibus repulso ipse Melius fugiẽs fidẽ Quiritũ ĩplorat,conspiratũ in se clamitans a patribus,qa Romanæ plebi benigne fecisset,ferrẽt opẽ,ne sinerẽt se insontẽ inuidia opprimi.Hęc illũ vociferantẽ Hala magister equitũ assecutus obtruncat.Ipse pacta cæde,nobiliũ multitudine stipatus, ad Dictatorem

Sp.Meli9 interficitur.

reuersus,Meliũ a se,qa parere noluisset,interfectũ nũciat:Macte inquit Dictator tua Seruili virtute esto,repu.liberata.Cõsternatã ĩde multitudinẽ,ad cõcionẽ vocari iussit.Ibi causa Melianę cędis exposita,q etsi nũq̃ de regno cogitasset,iure tñ cęsus videri poterat,q Dictatori non obediẽs fuisset.Percurrit ĩde filiorũ Bruti.Sp.Cassii & aliorũ exẽpla,q aliqđ cõtra libertatẽ moliti essent,debuisse dicẽs illorũ exitũ documẽto esse Melio,temerario hoĩ,ne semodio farris sparet suorũ ciuiũ libertatẽ a se emptũ iri.Quasi vero ille po.qui senatorẽ concoquere non posset,fru-

mentatiũ equitẽ regẽ laturus esset. Placata per hæc multitudine, Quęstores iussi sunt Spurii bo-
na vẽdere, pecuniãq; inde exactã in publicũ redigere. Domus diruta, monumentũ nefarię spei op-
pressę vt esset area Æquimeliũ appellatũ. L. Minutius boue aurato, vt alii tradunt, statua extra Æquimeliũ
portã trigeminã est donatus. Tribuni plębis questi sunt Melii mortẽ ad plębẽ, Seruiliũ & Minu-
tium accusantes, quorũ hic indẽnatum obtrũcasset, ille falsum homini intendisset crimen, de quo
(si rerũ scriptoribus cõiectura in similibus vti licet) nõ possum nõ vehemẽter suspicari, sic enim
Melius tũc oppressus, sic Minutius Tribunus, sic Sp. Cassius quia plębi gratificati essent, fraude
patrum potiusq̃ vero crimine periere. Immodica sane fuerunt patrũ odia in eum ordinem, ꝓpter
quẽ ad interitũ insectati sint quicũq; benigne ei fecissent, siquidẽ Tribunis ire obuiã nequestribus
aut certe nolẽtibus, sępius ab eisdẽ plębs circũscripta videri potest, vt in eo, ꝙ augutum denũcia
tione, Tribunos militũ vitio creatos videri voluerũt, tertio mẽse postq̃ magistratũ iniuerãt, vt ꝑ
eam abdicationis speciem tacitus fieret ad Cõsules reditus, etsi minacissima Tribunorum denũ
ciatione se Melianã cędẽ vlturos prędicantiũ, sit factũ, vt ad plębẽ leniendam passi sint partes se-
quẽti anno Tribunos militũ creari. Proximis igit̃ comitiis creati sunt. L. Quintius Cincinnati fi- Tri. militũ.
lius, M. Æmilius & L. Iulius. Eratq; iã magistratus ab his initus, quũ Fidenę Romanorũ colonia
ad Lartem Tolumnium Veiẽtium regem defecere. Sed maius omnino scelus est huic additũ, le-
gati, qui ab vrbe eo venerant, noui cõsilii causam sciscitaturi, Tolumnii sunt iussu interfecti, fue- Ro. legati I
rũt q regẽ sceleris absoluerẽt, ꝙ in ꝓspero tesserarũ iactu vox eiꝰ perperã sit excepta. Cæterũ siue terficiunt.
errore siue consulto cęsi sunt, q publico noĩe Fidenas venerant, fuerũt, C. Fulcinius, Clœlius Tul-
lius, Sp. Antius &. L. Roscius, quibus Romę post cędẽ statuę sunt pro rostris positæ. Instabat igit̃
atrox cum Fidenatibus & Veientibus bellum, a tã fœda causa ortũ, cuius administrãdi ratio vt
maiore concordia iniretur, Consules pro Tribunis creati sunt. M. Geganius Macerinus, & L. Ser Consules.
gius Fidenas, ab ipso bello, vt credere par est, cognomen adeptus. Is cũ Larte citra Anienem ꝓspe
re pugnauit, obtigitq; victoria illa Romanis haud incruenta, maiorq; fuit dolor ciuitatis ex ciui
bus ea pugna amissis, q̃ ex fusis hostibus lętitia. Estq; ob id iussu patrũ Mamercus Æmilius Di- Dictator.
ctator creatus. Is Quintiũ Cincinnati filium magistrũ equitũ dixit. Nec mora deinceps fuit, co-
piis quibus cõsul fuerat vsus supplemẽto expletis, colles trans Aniẽnẽ, qui inter fluuium surgũt
& Fidenas, castris occupat. Veiẽtes nõ multo post Phaliscorũ auxiliis aucti, castra in apto locãt.
Prius intra mœnia se tenebant. Mamercus castris ad cõfluẽtẽ trãslatis (haud enĩ ꝓcul inde Anio
& Tyberis coeũt) vtrãq; ripã vallo amplectitur. Postridie aciem in hostiũ conspectu explicat, nul
lam pugnę morã facturus. Varię ex aduerso fuerũt sentẽtię. Veiẽtes ĩ trahẽdo bello plus spei ha
bebãt, Phalisci cõtra diuturnã militiã grauiter ferebãt: Tolũnius etsi Veientiũ sentẽtiã magis ꝓ
babat, veritus tñ ne a sociis destitueret̃, signũ pugnæ in sequẽtẽ diẽ ꝓposuit. Postera luce aliquan
to prius Romani in æquũ descẽdere, mox Hetrusci & ipsi in apertũ prodeunt: eorum acies ita in-
structa stetit, vt dextrum cornu Veiẽtes tuerentur, læuũ Phalisci, medii Fidenates steterunt. Di-
ctator se Phaliscis opposuit. Veiẽtibꝰ Capitolinus legatus est obiectus. Magister equitũ, L. Quin-
tius ante mediã aciẽ cũ equitatu in Fidenates stetit. Principio eq̃tes a Romanis in hostes missi, hi
primi omniũ cõflixere. Secuta deinde pedestris pugna, q̃ ex oĩ parte ꝓspera Romanis fuit. Neu Diuersarũ
tra parte Hetruscę legiões, Romanorũ ĩpetũ sustinuere. Eq̃tes maxime resistebãt qua parte To- acierũ cõfli
lũnius oĩm ferocissime pugnã ciebat, trahebatq; certamẽ. Hũc cõspicatꝰ Au. Corneliꝰ Cossus Tri ctus.
bunus militũ, idẽq; lõge fortissimꝰ, equestrẽ aciẽ quocũq; se intẽderat turbantẽ, Nimirum hic est
inquit, ruptor ille humani fœderis, violatorq; iuris gentiũ, q nõ cõtẽtus duorũ populorũ pacem
violasse, legatos, qđ nulli vnq̃ barbarorũ fecere, interfici iussit. Iã ego hũc inferias legatorũ mani-
bus dabo, si dii qcq̃ sancti in terris esse volũt, hęc ille, calcaribusq; equo subditis, ĩfesta cuspide ĩ ad
uersum fert̃ hostẽ, quẽ bellatore equo deiectũ, hastaq; ĩnixũ vt ĩ pedes assurgeret, vmbone impul Lartis inte-
sum resupinat, ferroq; sępiꝰ repetitũ obtrũcat, spoliatq; dein victor exãgue corpꝰ, iacẽtiq; caput ritus.
adimit, adẽptũ hastę affigit, ostẽtatq; hostibꝰ. Tusci eq̃tes q diu anceps fecerãt certamẽ, subito ca
su regis ꝓculsi, fugã capessunt. Instar Romanꝰ fugiẽtibꝰ, & ad castra vsq; cũ strage & cęde multa
ꝓsequit̃. Eodẽ tpe circa Romana castra pari est euẽtu dimicatũ, q̃ medio ardore pugnę lectæ ali-
quot cohortes Tolũnii iussu ĩuaserãt. Triarii principali porta dextra Vibulani legati ductu erũ
ptione repẽte facta, nõ minus trepida fuga, q̃ ĩ acie fecerãt, Hetruscos a vallo repulsos, cũ multa
cęde auerterũt. Cossus cũ eq̃tatu Tyberi trãsmisso, Veientanũ agrũ ꝑdatꝰ, ingẽtẽ vim hoĩm atq;
omnifariã quadrupedũ ad vrbẽ egit. Dictator triũphans Romã ingressus est, vnus oĩm oculos in
se a curru Dictatoris auertit Au. Cornelius, opima spolia post Romulum portans, feretrio Ioui

dedicaturus.Ea solenni more,vbi in Capitoliũ venit,templo intulit. Cæterum quã opima spolia a maioribꝰ ea nũcupata satis cõstat,q̃ dux duci detraxisset,nec dux nisi is cuius auspiciis res gererentur appellari cõsuessẽt,videri possunt haud rite ea opima dici,q̃ Tribunus militum,nõ Dictator,nõ Cõsul,aliusve magistratus cuius auspicia essent,Ioui dedicasset.Liuiꝰ cũ ãñ se authores

Scriptorũ error. Tribunũ militũ Corneliũ scripsisse memorat,quos ita erroris redarguit,ꝙ aliquã ex Augusto principe audiuisset,in feretrii Iouis tẽplo,qd̃ instaurationis causa põtifex subiisset,legisse se i lintheo thorace,Corneliũ Cossum Cõsulẽ opima spolia post Romulum dedicasse,acceditq; libẽs author huic fidei,argumẽto adductus haud inepto,ꝙ paucis ille annis,vt qdã habuerũt annales,Cõsul fuit,Tribunus militũ cõsulari potestate,& magister equitũ,vt nõ Mamerci dictatura q̃ his est tẽporibꝰ interiecta,sint Larti spolia detracta,sed Cornelio aut cõsule,aut qd̃ magis placet,Cõsulari potestate Tribuno.Cęterũ vtcũq; hẽt,cõtigit ea spolia dedicari,si Mamerco dictatore Cossꝰ Lartem regẽ pemit,anno ab eo quo Romulus prima sacrauerat spolia tertiodecimo,ac trecẽtesimo,

Consules. Fuerũt post Hetruscos & Fidenates victos,Cõsules,M.Corneliꝰ Maluginensis & L.Papyrius,qui Vientẽ & Phaliscũ agrũ ingressi,hoste nusq̃ repto, agresti pręda cõtẽti,domũ copias reduxere.

Minutio dies dicitur. Hoc anno dies Minutio dicta est a Sp.Melio Trib.plębis,Melii publice pempti pnecessario,& rogatio ab eodẽ ad populũ lata de Seruilii bonis publicãdis,ꝙ illorũ vi ac calũnia Melius fuisset oppressus.Hoĩs authoritas fecit,vt oĩa ad populũ fuerint leuiora.Enimuero,ingrauescẽs morbꝰ,&

Consules. crebri motꝰ terrę maiori tũ curę erãt.Obsecratũ est a populo duũuiris p̃eũtibꝰ.Pestilẽtior ĩde annus fuit,L.Verginio & Claudio Iulio cõsulibꝰ,tãtaq; vbiq; vastitas crebris funeribꝰ est secuta,vt Veiẽtes,& Fidenates Aniẽnẽ trãsgressi,haud pcul a Collina porta cõsederint.Nõ minꝰ igit̃ ĩ vrbe q̃ in agris trepidatũ.Nocte q̃ pxime secuta est,Verginiꝰ Cõsul Aulũ Seruiliũ Priscũ,alii Struc-

Dictator. tum scripsere,Dictatorẽ dixit.Ipse Ebutiũ Eluiũ magistrũ equitũ sibi cõsciuit.Vbi primũ illuxit Dictatoris iussu oĩs militaris ætas,extra portã Collinã,circa signa frequẽs affuit.Id hostes cõspicati in altiora se loca recipere conati sunt.Dictator euestigio secutꝰ,quũ cedẽtibꝰ molestius hęreret,secũ cõferre signa cõpulit,breuiq; pręlio fudit.Hetruscis legionibꝰ Fidenas cõpulsis, oppidũ vallo circũdedit.Tenuitq; aliquãdiu obsidio,vrbs situ & mœnibꝰ munita scalis capi nõ potuit, nec fame domari ob vim tritici eo cõuectã.Cuniculo igit̃ Romanꝰ ĩ arcẽ est admissus.Hetruscis

Fidenę capiuntur. Fidenatibusq; ad imas partes vrbis tuẽdas intẽtis,clamor ex supiore loco redditꝰ,captã vrbem significauit.Hęc foris domiq; eo anno gesta.C.Furius & P.Acilius & M.Geganius cẽsores villam

Gręcorum discordia. publicã in cãpo Martio pbauerũt,ibiq; cẽsus populi est primo actus.Atq; is tunc erat rerũ Romanorum status.Gręcia interim,etsi ab externis armis erat ocium,se ipsam tñ domesticis vexare cœperat discordiis.Iã em̃ ex quo Medicis fuit terroribꝰ defuncta,in diuersa populorũ studia ęmulatione accẽsa,eo vsq; mutuis offensis pcessere,vt animis nõ minus infestis in se bellarint,q̃ in barbaros aliquot ante annis fecerãt.Enimuero Atheniẽses Messenia expeditione(est em̃ res hic aliquãto altius repetẽda)a Lacedęmoniis,soli omniũ sociorũ,nõ sine ignominię suspitiõe dimissi,Cymone,vt alio scripsimus loco,in exiliũ acto(habebat̃ Lacedęmonioꝝ studiosus) societatem soluerunt,quã cũ ea ciuitate iã inde a Medicis tẽporibus contractã habuere, iniuerunt cum Argiuis Spartiatarũ hostibus nouã,estq; ĩter vtrosq; ictum aduersus Thessalos fœdus.Interim Messenii serui intra Ithomẽ a Lacedęmoniis obsidebant̃.Id em̃ bellũ in decimum est annũ distractum,donec cõditione sunt accepti,vt tota Pelopõneso migrarent,nunq̃ in eã terrã reuersuri.Erant hi a veteribꝰ Messentis captiuis oriundi & ipsi quidẽ serui,Messeniiq; appellati.Hos cũ filiis & vxoribus Pelopõneso migrare iussos,in Lacedęmoniorum inuidiã Atheniẽses in Naupacto collocarũt quã vrbẽ a Locris Ozolis insessam haud multo priꝰ Atheniẽses ceperãt,sed hęc aliquãto postea. Accesserunt ad ea odia q̃ inuicẽ cõflata erãt,ꝙ Megarẽses a Corinthiis p̃lio de finibus inito superati,ad Atheniẽses defecerunt,quum antea Lacedęmoniorum socii fuissent:tenuerũtq; Atheniẽ-

Corĩthioꝝ odium in Atheñ. ses Megara,ingẽtesq; ibi extruxere muros,vnde primũ Corinthiorum odium in Atheniẽses exarsit.Florebãt p hęc nihilo secius Atheniẽsium opes,lõgeq; rei maritimę gloria pollebãt,qua phama impulsus Inarus rex Libyorum,q Ægypto finitimi habitãt,Erat is Psamnetici filius,quũ nõ paruã Ægypti partẽ ab Artaxerxe alienasset,Atheniẽses,q cum Cymone duce classem circa Cyprum habebãt,in societatẽ traxit.Hi nihil iã humile animo agitãtes,Inari societate freti,in Ægyptum relicta Cypro trãsmittunt,aduersoq; Nilo in mediterranea insinuat̃,duabꝰ Mẽphidis partibus breui potiuntur.Pars tertia albus murus nominata,Persis Medisq; tuẽtibꝰ capi nõ potuit. Cæterum ea expeditio infeliciter Atheniensibus cessit,vt suo postea loco explicabit̃.Fuit sex circiter annos in Ægypto,& circa Libyam Attica classis.Interea in Græcia Corinthii & Epidaurii

qui partim odio,partim a Lacedæmoniis,q Atheniẽsib⁹ inuidebãt iritati aperte Atheniẽsiũ hostes facti,eos ad Haliã ꝑlio cõgressos vicere. Fuit ea lætitia Corinthiis & sociis haud diuturna, quibus haud multo post ad Ceryphaleã nauali ꝑlio victis,acceptę nup cladis Athenięses vicẽ rependerũt.Et ne nõ semp nouarũ rerũ materia adesset,bello cũ Æginitis orto,Athenięses totis viribus,tum suis,tum sociorũ connixi,duce Socrate Stribi filio,iterũ cũ Peloponnensib⁹ nauali pręlio congressi,hostes egregie superant,septuaginta eorũ nauibus captis,ipsi victoriã adepti Æginam obsidione cingunt,quã Corinthii & Epidaurii eximere obsidione cupiẽtes,trecentos Æginam ꝑsidio miserũt.Ipsi in Megaricũ agrũ transgressi,rati Athenienses duobus exercitib⁹ absentibus haud pares sibi futuros,ad sociorũ iniuriam inhibendã.Enimuero valida classis tum Æginam cũ exercitu circũsedebat,alteraq̃ omnino maior iampridẽ in Ægypto erat.Atheniẽses Myronidam,cum veteranorum & iuniorũ manu Megaram miserũt.Is cum Corinthiis æquo marte certauit,quibus abeuntib⁹ Atheniẽses Tropheũ,vt prælio superiores,hic vbi fuerat dimicatum erexere.Corinthii a senibus q domi remanserãt cõuicio excepti,ad eã ignominiã abolendã in hosticum duodecimo post die reuersi,contra Atheniensum tropheum,& ipsi suum statuere conati sunt.In eos præsenti operi intentos Athenienses,qui nondum pręsidio abscesserant,impetum fecere, prælioq̃ cõserto,haud dubio marte superant.Corinthii fuga dispalati,alii alio tendunt, pars vna ꝑcipiti metu in ꝑdiũ Megarẽsis agricolę cõpulsa,qa prægrãdi erat fossa locus vndiq̃ cinctus fugãq̃ inde expedire nequiuerunt,ab Atheniẽsibus q eo occurrerant lapidibus sunt ad vnũ obruti.Per hęc tẽpora Atheniẽses lõgos cœperũt muros struere,hũc Phalerũ,illũ Pyrea versus. Hi duo Athenarũ portus fuere.Phocẽses tũ in armis erãt aduersus Dores,q Biõ Cyturiõ & Erineõ tenebãt.Cęterũ quũ ex his oppidis vi vnũ Phocẽses cepissent,Lacedęmonii Nicomede duce Cleõbroti filio,cũ suis sociorũq̃ copiis(ad vndecim milia armatorũ fuere)in Phocẽses proficiscũtur, vrbeq̃ per deditionẽ recepta,ambigui qua domum redirẽt,nam p Geraniã & angustias Megaricas haud tutũ patebat iter,locis oĩbus Atheniẽsiũ ꝑsidio insessis,apud Bœotios substitere,consideraturi qua potissimũ via domũ reuerterent.Eã Athenięses morã suspectã habuerũt, veriti ne suę democratiæ a Lacedæmoniis insidię pararent.Nam rumor erat Atheniensium quorũdã suasu,q populari erãt administrationi infensi,in Bœotiis subsedisse, gerendę rei occasionẽ expectantes.Plutarchus vt Delphos a Phocẽsibus liberarẽt,ad Tanagram Lacedæmonios sedisse ꝓdidit, in hos populariter Athenienses egressi,vt cũ sociorũ appendicibus ad quatuordecim armatorũ milia essent,pręlioq̃ ad Tanagrã Bœotię commisso,magna vtrinq̃ cæde superant. Victores Lacedęmonii per Geraniã & Isthmũ domũ reuersi sunt.Nec diu Athenienses etsi victi armis abstinuerũt.Sed sexagesimo ab eo,quo ita pugnatũ erat die,exercitũ in Bœotios duxerunt,ibiq̃ Myronidæ ductu Bœotios pręlio superant,omniq̃ eorũ terra a Phocide potiunt,Tanagrẽsiũq̃ muros diruunt.Nec ita multo post & Æginitę per deditionẽ recepti ab eisdẽ muro nudati sunt, factiq̃ vectigales.Atheniẽses Æginitico bello ꝑfuncti,Pelopõnesi orã classe circũuecti,Tolmida duce,Lacedęmoniorũ nauale incendunt.Chalcidẽ Corinthiorũ oppidũ occupãt.Sicyoniosq̃ in terrã egressi pręlio fundunt.Sed dum hęc in terra Gręcia geruntur,Atheniẽses & socii q Ægyptũ ingressi fuerant,variis sunt bellorum casibus afflicti.Miserat ab initio Artaxerxes Lacedæmona Megabazum virum Persam,cũ ingenti pecunia,vt Pelopõnenses ad bellum Atheniensibus inferendũ pecunia induceret,quo impetrato,apparebat statim futurũ,vt exercitũ & classem ex Ægypto reuocarent.Sed quum id consilium non processisset , pecunia incassum absumpta, misit rex Megabazum Zopyri filium,cum ingenti exercitu in Ægyptum,qui breui postq̃ eo venit Ægyptios & socios terrestri pręlio vicit, Gręcosq̃ ex Memphi eiectos , in Prosopi insula conclusit vbi annũ & dimidiũ obsessos,auersis alio aquis,vt iam carinę nauiũ in sicco sederẽt,ad postremũ quũ insula magna iam ex parte continens facta esset,oppressit.Pauci ex tanto exercitu peragrata Libya Cyrenas peruenere,ita res Gręcorum in Ægypto,sexto postq̃ eo trãsmissum erat anno, afflictę cõciderunt.Ægyptus,Gręcis ex ipsa terra sublatis,præter Amyrteum in paludib⁹ regnãtem(is locorum difficultate vi nulla subigi potuit)a Persis accepta est.Inarum,q defectionis fuerat author,per proditionem captum,Persę cruci affixere.Sub id tempus,quo hęc gesta sunt quinquaginta Atheniensium & sociorum naues in supplementum missę,ignarę eorum quę in Ægypto facta erant,Mendesium vnum ex Nili ostiis ingressę,in apertũ discrimẽ inciderũt,Persico peditatu a terra,& a tergo Phœnicũ classe circũuentę,paucę media trepidatione dilapsæ in altum euasere,cętere in fluminis alueo partim sunt ab hostibus depressæ,partim igni absumptæ.Hunc q̃ exitum habuit Atheniensium audax illa in Ægyptum expeditio.Cætera quæ ad Peloponne-

Atheniẽsiũ classis Memphis parte potitur.

Æginiticũ bellum.

Corinthii vincuntur.

Phalerum Pyreum.

Vincuntur Atheniẽses

Vincuntur Bœotii.

Megabaz⁹ Ægypto potitur.

Atheni. clades.

nione pericula obirēt,& in rebus duris optime sperantes,q̄bus siquid prǽter spē fluxisset, id ipsū cōtinuo spe noua repararent,ob eamq; rem,eos solos pariter habere & sperare,quę destinauerint, impigros,bellicosos,non victores,nō victos ocium agētes,vt siquis eo ingenio Athenienses iudicaret,vt neq; ipsi ociū pati possent,neq; alios quiescere paterent, ille quidē haud opiniōe erraret. Cōtra Lacedęmonios pigros,cessatores,sibi ipsis diffidentes,ocii & quietis,non bellorū studiosos, non imperii,nō glorię cupidos. At si viri essent,ea gloria & celebritate qua censeri vellent, quam a suis maioribus accepissent,si Pelopōnesi principes haberi, ab inerti somno & desidia expgiscerētur. Potideatis,qui eorū fidē secuti ab Atheniensibus defecerant,extremis eorū rebus,si pudor si in fidem receptorum cura vlla esset,mature opē ferrent: nec expectarēt, vt illorū excidio cæteri socii deterriti,fœdus & iusiurandū aspnati,suis rebus matura defectione consulerent. Esse fœdifragos,non qui coacti fœdera violarent,sed qui eos destituendo,ad id facinus cōpellerent. Q̄s si p gerent ociosis oculis,suorū iniurias & clades spectare,breui futurum affirmabant, vt hoīm studia eo inclinarent,vnde auxilia & opes,pro socioꝝ salute & cōmodis,ppetuo excubarent. Quum hæc Corinthii in sociorum conuentu nihil ambigue questi essent, Atheniensium legati, qui tū forte alia de causa Lacedęmonē venerant,quia magnus erat animorum motus secutus,videbanturq; Lacedæmonii multum ob eā orationem ad bellum ituri,etsi nihil, quod de ea re disceptarent,in mandatis habebāt,petierunt tamen,quia videbāt non ab re futurum,ad leuandam suorū inuidiā,vt liceret pro concione populi verba facere. Tum facta dicēdi potestate,multa ibi primū de Atheniensium virtute,deq; studio ciuitatis in vniuersam Græciā,magnifice sunt locuti,quū multis deinde verbis, quo iure quæsitum sibi esset imperium,ostendissent,quantaq; æquitate & clementia a se ad id tempus sociæ & vectigales vrbes,habitæ essent, eo institutam orationem flexere,vt dicerent,ita cōparatū esse,vt nullū pręsens imperiū tam clemens esse possit,q̄d hominum animi nō grauiter ferant. Haud pinde mirū videri oportere, si nō desinat q Atheniensiū imperiū, vt durū & lmite,aut insimulēt,aut falsa psuasiōe oderint,monere itaq; Lacedęmonios,atq; idētidem obtestari ne vanis Corinthiorū criminibus fidē adhiberēt:sed dū res adhuc integra esset bō ni cōsulerēt,alioqui se deos fœderū testes inuocare testariq; Atheniēses eatenus bellum ppulsaturos,quatenus a Lacedęmoniis fuisset illatum. Quū in hanc sententiam illi multa disseruissent, rē inter Spartanos ipsos,submotis vtrinq; arbitris,agitari placuit. Archidamus rex nihil temere agendū censebat,incertū dicere,quonā bellū euasurum esset,abundare Athenienses sociis, nauibus,pecuniis,esse bello exercitatissimos,posse bellū inchoari vel ab imbellibus, inchoatum deponere non nisi victoris esse,quæ si spectanda etiā nō essent,stādum sibi videri maiorū vestigiis, qui cunctātius ac cautius,de rebus dubiis deliberare cōsueuissent. Esse cunctationē grauitatis & prudētię matrē,qua nixi maiores sui,neq; prosperis rebus magnopere supbirent, neq; aduersis frangerentur:quippe qui ob modestiam bellaces essent, cuius virtutis verecundia esset particeps,verecundiæ animi pstantia,essentq; ob id illi circunspecti,q̄ satis scirent indoctorum esse leges cōtemnere Sūma aūt snię quam dixit,hæc fuit,vt diceret mittendū esse ad Athenienses,de Potidea,deq; aliis postulatū,bellūq; interim parandū,de quo inferēdo,si illi æqua facere recusassent,tum demū iure decerni posse. Talia Archidamū dicentē Stenelaides Ephorus contraria sententia excepit. Is arrogantissimā Atheniensium orationem criminatus,oēm consultationē reiiciebat,idētidē testatus,consultare eos oportere,qui lęsuri sunt,an iniuriā inferant,nō læsos,quorū est illatam vlcisci nisi ludibrio esse velint,nec differendam vltionē in eos dixit,a q̄bus nihil dilata esset iniuria. Sed diis ducibus bellū inferendū iis,qui sua spōte iniuriā fecissent. Quibus ille vsus,populū ad suffragia vocauit. Clamore Lacedęmonii,vt alio est loco demōstratum, non calculis suffragiū ferebant. Tum vero per discessionem placuit disquirere,an populo rupta viderent ab Atheniēsibus fœdera. Iussit Ephorus (qui ea erat apud Lacedęmonios potestate,qua apud Ro. Tribunus plębis) vt oēs quibus Atheniēses iniuste fecisse viderent,in certū,quem ipse ostenderat,locū discederēt, quo quum maxima pars populi cōcessisset,pro decreto acceptum,Athenienses bello psequēdos. Miserunt inde Delphos Lacedæmonii,q de futuri belli euētu sciscitarent, responsum est penes eos demum victoriam futurā,qui p viribus bellassent,se quidē vocatū & inuocatū auxilio affuturum. Tū rursus accitis sociis statuerūt Lacedæmonii,nō nisi illorū decreto bellū inferre. In eo cōuētu iterū Corinthii lōga orōne sunt socios hortati ad bellū capessendū, oēm ignauiam & socordiam aīo excutiendā pdicantes,oīa adesse quæ victoriā pollicerent. Tum vero inito suffragio frequentes ciuitates bellum decreuere. Legati deinceps a Lacedæmone Athenas missi,qui bellum Atheniēsibus indicerēt,nisi postulata facerent,quorum primū erat vt tollerēt dei piaculū,id vero tale

Lacedæmonios accusant.

Verba Atheñ. legatoꝝ ad Lacedęmonios.

Peroratio.

Ephorus qui esset.

Oraculum.

Piaculum.

Cylonis facinus. fuit.Cylon quidã,erat is Atheniẽsis genere,duxeratq; Theagenis Megarensiũ Tyranni filiã vxorem,oraculo fretus,quo monitus est vt die q Ioui esset precipue festus,arcem ad tyrannidem sibi comparandã occuparet.Olympiorũ diẽ significari interptatus, tota Grecia celebri sacro intenta, cum ea hoim manu,quam a socero acceperat,Athenarũ occupauit arcẽ,obsessus ibi,post longam famem,cum fratre,sociis & hostib⁹ deceptis,fugã fecit.Ceteri duce destituti,oĩmq; rerum inopia confecti,in templum profugere,vbi alii fame expirarunt, alii partim abstracti aris,alii circa aras ipsas pre nimia ira & odio trucidati sunt,quo accidit,vt pcussores impii habiti sint, nec ipsi solũ, sed eorũ quoq; pgenies.Id impietatis scelus Lacedæmonii expiari iubebãt, qđ nisi sublata illorũ pgenie (qđ olim factũ erat) apparebat fieri nõ posse. Ceterũ quia Pericles Atheniensis materno genere tali erat sceleri affinis,eũ piaculi ptextu Athenis eiectũ iri Lacedemonii voluissent,vt clarissimo duce excluso,tutius in Athenienses bellũ gesturi essent. Id postulatum Athenienses pbelle cluserunt,Lacedemonios admonẽtes vt & ipsi piaculũ ex tenaro tollerẽt,vbi Lacedemonii fugi-
Lacedemoniorum piaculum. tiuos supplices ex Neptuni tẽplo abstractos fœde trucidarũt, quapropter opinati sunt ingentem illum motum terre,cum magno sue vrbis excidio,factum.Tollerent & alterũ Chalcedonie Palladis,ex cuius æde Pausanias rex iam fame confectus est ad supplicium extractus.Postulatum præterea a Spartanis,vt Athenienses decretum antiquarent,quo portubus & foro Megarensibus in Attica interdixerãt.Tres nouissime legati affuerũt, denũciantes ea demũ ratiõe Atheniẽses pacem habituros,si Potidea abstinerẽt,si quoscũq; Grecorũ sue ditionis fecissent,in pristinam libertatem restituerent.Tũ variãtib⁹ sentẽtiis,Pericles ita sniam dixit,vt mõstraret,Lacedæmonios si
Periclis concio ad populum. ea oĩa que publice postulassent,ab Atheniẽsibus pstarent,alia adhuc iniquiora petituros, quibus non solum Athenienses in ordinẽ redigẽdi essent,sed postremi etiam Grecorũ oĩm fierẽt. Et quia iniqua peterent,multoq; iniqora deiceps petẽda eẽnt,eorũ nihil futuri belli metu dãdũ cẽsere.Decurrit inde eo vt Peloponẽsiũ opes nõ ita formidabiles esse ostẽderet,queãdmodũ vulgo haberentur,qñ eorũ qsq; libẽti⁹ sibi,q̃ in cõe cõsuleret,nemine opinãte sua vni⁹ negligẽtia Rẽpub. perditũ iri.Idq; quũ singuli facerẽt,ita euenire,vt oẽs cõe bonũ negligerẽt.Q̃q̃ si sedulo curam adhiberent,inopes tñ pecuniarũ,que bellorum nerui essent,sibi Peloponnenses videri nautice rei vulgo expertes,& ob diutinum ocium terrestribus bellis parum assueti.Contra vtraq; re Athenienses ob assiduã militiam,iam inde a Medicis tẽporibus abundare,accedere maris imperiũ q̃ omnino res magna esset,& quasi in cõtinẽte res Atticæ bello affligerent,oĩa ad vitã necessaria Atheniensibus nihilominus affutura. Ceterũ tantũ abesse,vt suburbanorum locorũ populationẽ multi faciendã existimaret,vt dicere auderet recte facturos Athenienses, si oĩa circa vrbẽ ipsi sua spõte popularent,nequid impedimẽto esset quo minus Lacedemonii intelligerent, summo ardore &
Responsum Athenieñ. studio eos illatũ bellũ capessere. Videri itaq; sibi respondendũ,antiquari ab Atheniensibus decretum de Megarensiũ cõmercio,si Lacedemonii non interdicant vsu suæ vrbis peregrinis, restitui, & ciuitatibus libertatẽ si ipsi Peloponesiacas vrbes suis non Laconicis institutis administrari patiant,paratos esse peterea Atheniẽses de his oĩbus iudicio disceptare,qui si iudicio arceãtur,bellum quidem haud moturi sint,& vt nõ moturi,ita aliunde illatum fortiter excepturi.Hæc iusta & ex Attici nominis dignitate oĩbus visa,atq; in hanc sententiã factũ est decretũ, respõsumq; ex Periclis sentẽtia legatis.Nec deinceps legatio vlla amplius missa,sed quũ ad id tps discordib⁹ ciuitatibus cõmercia tenuissent,tũ demũ nihil pacati est in medio relictũ,vtrinq; bellari cœptũ q̃rtodecimo anno,ex quo tricẽnalia icta fuerãt inter eos fœdera.Thebani q a Lacedemoniis stabant,
Thebani Plateas occupant. primas belli partes adierunt,quorũ.CCC.Plateas vrbem Atheniensium sociã, silẽtio noctis ingressi,forum cum clamore occupant.Plateẽses somno exciti,ignari qui hoĩm essent,a quibus tenerentur,nec quãtus hostiũ numer⁹,vbi Thebanos esse cognitũ est,paululũ quieuere,quasi nihil moturi,animaduersa interim per eos,qui in colloquium venerãt,hostiũ paucitate, subrutis domorum parietibus,in vnũ plures coiuere,inde curribus aliisq; offensaculis per vias tacite dispositis, cum clamore in Thebanos irrumpũt. Illi subita re perculsi in vnũ cõglobati,aliq̃diu pugnã sustinere. Verum vbi vndiq; tela in eos coniici cœpta sunt,clamore & vlulatu fœminarũ, aures circunso-
Thebani Plateis ceduntur. nantibus,consternati aĩo Thebani ex foro dilabunt, quidam murorum fastigiis sunt precipitati, alii viarũ ignari,in angiportis oppressi.Porta qua fuerant ingressi ad primũ clamorem clausa est spiculo pro vecte ferrea traiecto,pauci refracta portarũ vna incolumes abierũt. Plurimi quũ sese in ædificiũ mœnibus pximũ iniecissent,traditis armis,deditionẽ fecere.Appropinquabãt iterim cætere Thebanorũ copie,quæ domo pfecte erant,vt iis qui Plateas occupatũ præcesserant,subsidio adessent,si consilium minus successisset.Distabant Thebæ a Plateis stad.LXX. Ceterum nox

pluuia,& Asopi,qui multus fluebat,vadatio adeo venientes temorata est,vt nōdū ad vrbē vētū
esset,quū illi de suorū casu audiuerunt.Deliberantibus an Plateensem agrū in suorū vltionē ho-
stiliter irrūperēt,an Plateas oppugnarēt,supuenit ex oppido caduceator, qui Thebanos iniuste fa
cere dixit,ꝙ fœdere adhuc stāte adorti essent suā vrbē occupare, monere ne qd in agris violarēt,
a quibus nisi abstinerent,fore,vt eos quos noctu cepissent,ad vnū trucidarent.Thebani suorū ra-
tione habita,Plateensium finib⁹ pacati excessere.Tū in agros ex vrbe cōcursum,raptimq; oīa in-
tra muros cōportata,captiuiq; centū & octoginta numero,cū Eurymacho duce ad vnū interfici
unt,nec ita multo post Athenienses,exercitu eo misso,vim frumenti maximā Plateensibus impor
tarunt,imbelliq; multitudine inde abducta,vrbē pſidio muniuere. Et hæc apud Plateas ab initio
gesta,per q̄ ruptis fœderibus Lacedęmonii & Atheniēses suis sociorūq; opibus studio bellū com-
parant.Hi in Corcyrā mittunt Cephaleniā,Acarnaniā,Zacynthū,quęsitū, an hæ vrbes in amici
tia māsurę essent,qbus secū sentiētibus,apparebat Atheniēses cōmodius circa Pelopōnesum bel-
laturos.Spartani in Italiā & Siciliā miserunt,vt per eos qui in partibus futuri essent classis istrue
retur,certūq; argēti pondus expediret,ad vsum belli.Multa sub id tp̄s oracula hoīm mentes va-
riis ambagib⁹ implicuere,multaq; insup ꝓdigia hincinde nūciata,metū augebant.Enimuero De
lus parū ante tremuit.prius semp immota Gręcorū memoria.Sed qd alii de eius insulę motu me-
morię ꝓdiderit,quū res a Medis in Gręcia gestę a nobis explicarent,scripsim⁹.Erāt interim oīm
studia in Lacedæmonios ꝓpēsiora,ꝙ liberādæ Græcię titulū speciosum,& populatē bello pretēde
rent.Fuere itaq; in Lacedæmoniorū partib⁹ Pelopōnenses oēs,præter Argiuos & Achęos,q̄q̄ hi
vtrisq; amici erant,soli Pellenenses ex Ahęis ab initio a Spartanis stetere,mox vniuersum nomen
Achaicū,extra Isthmū,Megarēses,Phocēses,Locri,Bœotii,Ambraciotę,Leucadii,Anactorii.Ex q
bus classem pbuere Corinthii,Megarēses,Sycionii,Pellenēses,Helii,& Ambraciotæ, & Leucadii:
Equitatū Bœotii,Phocēses & Locri:peditem cęterę ciuitates. Atheniēsibus affuere Chii,Lesbii,
Plateenses,Messenii qui erāt in Naupacto.Acarnanū plęriq;,Corcyrēses,Zacynthii,Et in his Ca-
ria q̄ ad mare sita est.Dores Carib⁹ finitimi.Ionia,Hellespōt⁹,Thraciæ loca,& insulę q̄cūq; supra
Pelopōnesum & Cretā ad ortū iacēt.Melo & Thera exceptis.Ex his naues pbuere Chii,Lesbii,&
Corcyrēses.Cęteri pedestres copias & pecuniā.Hiq; socii atq; vtrorūq; belli appatatus fuere.Lace
dęmonii igit in Atheniēses moturi edicunt,vt ex oībus sociis ciuitatib⁹ copiæ ad certū diē circa
Isthmū cōuenirēt, quo quū ad tp̄s exercit⁹ affuisset,Archidam⁹ rex ita est socios affat⁹,vt doce
ret suos,immo moneret,ne plus spei in multitudine q̄ in virtute repositū haberēt,quin aīo ꝓpo-
nerēt,fore,vt cum acerrimo hoste res sibi futura esset, opus itaq; esse ordine & cōsensu maximo
in pliis obeūdis.preter cętera nihil timide agendū,sed vt prōpti paratiq; essent pro Græciæ liber
tate dimicare.Fore sibi & aliis iam inde eam fortunarum cōditionē, quā ipsi sibi in prelio quęsis-
sent.Irent ac bellū inituri existimarent, totius Græciæ oculos & vota in suis esse defixa dexteris.
Darent operā,ne quū piam & iustā causam suscepissent,ꝓpugnatorū ignauia male defensa vide-
retur.Hac ille vsus hortatione,ex Isthmo mouit caduceatore Athenas pmisso, an Atheniēses au
dito hostiū accessu humilius aliqd sentirent.Cęterū eo in vrbē non admisso,sed finibus iusso an-
te noctem excedere,vbi nihil pacatius in castra est renūciatū , Archidamus in Atticā ire pergit.
Athenis interim ex Periclis authoritate oīa ex agris intra muros cōportata,migratūq; inde vul
go in vrbē,pecus,& iumēta in Eubœam,& alias insulas missa, nec terrestri pliò confligendū cen-
suit,tuendum esse maris principatū,ad quē defendendū trecētas triremes adesse docuit,quę recte
agi possent,vndetriginta armatorū milia,& pecuniarū affatim.Reliqt & illud testatū apud popu-
lum,si agri sui ab hoste nō violarentur,quod futurū suspicabat,vt se ciuitati suspectū redderēt,
velle se tum oīa quęcūq; intacta essent pro publicis haberi.Reddidit agrestiū frequens cōmigra-
tio vrbem suo incolatu frequentiorē.Lōge enī lateq; Athenarū muri euagabant,vt eorū ambit⁹
sexaginta cōtineret stadia,quū dimidiū tantum custodiretur.Sub id tp̄s quo Peloponnēses circa
Isthmū coiuere,Thebani Plateensem agrū fœde populati sunt,eoq; infensi⁹ irę indultū,quo ma-
ior in eos Thebanorū ira exarserat,ꝙ illi captiuos contra iusiurandū peremissent . Negare tamē
Plateenses iusiurandū vllū a se pstitū,aut incolumitatē illis conditione aliqua promissam.Archi-
damus primo ad Oenonen venit.Est id oppidum in Atticę & Eubœæ finibus,eratq; valide mu-
nitum,hic plures dies statiua Pelopōnēses habuere,nō sine Archidami inuidia,qui quasi Atheni
ensibus faueret, suspectus esse cœperat sociis ,q vt illis gratificaret segnius bellū administraret.
Postremo soluta obsidione frumentis iam maturescētib⁹ Atticos est fines Archidam⁹ ingressus.
Hic Eleusina & cāpū Thriasion hostes populati,p Cecropiā , Ægaleo dextro,ad Acharnas vsq;,

Bellici vtriꝯ apparat⁹.

Lacedæmoniorum socii.

Atheniēsiū socii.

Periclis prudentia.

Oenone oppidum.

maximum Atticę oppidū,scdm Athenas peruenere.Distabāt Acharnæ ab Athenis stad.sexaginta.Hic quū castra Archidam⁹ fecisset,effusēq̧ nō agrū solū Acharnis circūiectū,sed suburbana etiā Athenarū pdia ante oculos ciuitatis vastaret, ferox iuuētus iniquo aīo ferre se intra mœnia teneri,dū res suę interim hostibus pdæ cederēt.Flagrare ob eam rē Pericles multo odio,eūq̧ maledictis tanq̄ psentiū maloꝝ authorē insectari,continere nihilominus ille suos,nec publicæ saluti vanas insectationes pferre.Ne omnia tñ obstinatius fierent,eqtes in Bœotiū equitatū emisit,qui pulsi,aliquot etiā in pugna amissis,se trepide in vrbē recepere.Bœotii equites, postridie q̄ equestre plium fuerat,Tropheū hic vbi atticum eqtatum fuderant,erexerunt,late inde populatio illa euagata,inter Parnethū & Bridessum mōtes.Interea centū Atticæ naues ducibus Carcino Xenotimi,Prorhea Epiclis,& Socrate Antigenis filio ad bellū instructę,in Pelopōnesum cursum tenuere,dispōnūt adhęc terra mariq̧ psidia,mille talētis in eoꝝ pmiū sepositis, qui optime tandem de repu.meriti iudicarent,& alia seorsum pecunia in psentis belli vsum irrogāda.Hostes deficiēte cōmeatu.per Bœotiā vastatis Oroporum finibus domum reuersi,confestim,q̧ Peloponnesum sunt ingressi,in sua quisq̧ oppida abierunt.Classis Attica Peloponnesi orā circūacta,Methonē in Laconia terra adorta est,muris parū munitā & psidio vacuā.Cæterum Brasidæ Spartani Thelidis filii subito accessu,qui p medios Athenienses cū centū militibus in oppidū irrupit,vrbs seruata est.Auxerāt Atticā classem quinquaginta Corcyrensiū triremes. Atheniēses Methone digressi,Phiam Elidē tenuere,vbi quū biduo hostiū agrū multa clade affecissent,pugnatūq̧ nō nihil esset cū Eliis,q ad arcēdā populationē.p valles insinuati ad mare descēderāt,orta repēte tēpestate q in pximo erāt,cōscēsis nauib⁹,Piscis pmōtorio ęgre supato,portū q in Phia est sunt īgressi. Messenii & alii qdā longius mari prędādi studio euecti,qa in subita trepidatione,facultas ad naues recurrēdi adēpta est,terrestri itinere pgressi Phiā expugnāt, hic in naues recepti,qa magna Elioꝝ manus,arcēdę populatiōis studio,eo occurrerat, alia passim loca īprouiso accessu infestare perseuerarūt.Per id tps Atheniēses triginta alias naues miserūt,q̄ Eubœā tuerent. Cleopompo duce Clinię filio.Is terrā ingressus,maritima hostiū loca vi adortus,Traniū capit.Inde apud Alopē,Locros,q auxilio venerāt,plio supat.Eadē ęstate Atheniēses Æginitas cū liberis, & vxoribus e suis sedibus eiecerunt,exprobrata eius belli culpa, & Colonia in Peloponnesum missa . Lacedæmonii in Atheniensiū inuidiā Thyreā cū suo agro extorrib⁹ colēdā tradidere.Diuidit Thyreatis ager Laconiā terrā ab Argiua,ad mare vsq̧ ptingēs. Hoc āno q fuit primus Pelopōnesiaci belli legitime īnchoati , Sol secundū meridiē defecit,nō nullis internitētibus stellis. Per id quoq̧ tps Athenienses p Nymphodorū Abderitē tentarūt sibi Sytalcē Therei filiū Odrisarū regē conciliare.Thucydides author est,hūc Thereū nulla necessitudine attigisse Thereū illū,qui Procnen Pādionis filiā duxit vxorē,neq̧ ābos ex eadē Thracia extitisse,quū vetustior ille Dauliam,q̄ terrę Phocidos fuit,incoluisset,tunc a Thracibus habitatæ.Cupide igit Sytalcis societatem Atheniēses sunt cōplexi,rati fore,vt p eum Perdicā quoq̧ Macedonū Regē in partes traherent,qđ haud multo post contigit.Attica classis ex Phia digressa,Solion Corinthiorum oppidū expugnauit, Palensibusq̧ Acarnanū incolendū Athenienses tradiderunt. Astacū vi captū,Euarcho tyrāno inde eiecto, in societatem recepere.Sunt & Cephalenia inde citra certamen potiti.Sita est ea insula citra Acarnaniam Leucadem versus,quattuor olim ciuitatibus pdita.Palensibus,Craniis,Sameis, & Pronneis,ęstateq̧ per hęc circūacta classis in Atticam cursum tetēdit.Vertēte deinceps autūno Athenienses,Pericle duce,in Megarensem agrum populariter irrūpūt.Accidit tū forte,vt Attica Megaricam orā classis pręteruehetet, quę cognita suorum expeditione ad littus deflexit, auxitq̧ ea parte hostium cladem.Mox ineunte hyeme Euarchus Acarnan.L. Corinthiorum nauibus mille & quingentis militibus septus,Astactum recepit,cæteris inde Acarnanibus ad defectionē frustra sollicitatis,in Cephaleniā transmiserunt,vbi in Craniorum oram,spe deditionis egressi, insulanorū insidiis excepti cōpluribus amissis in altum abierunt.Eadem hyeme Atheniēses Bustū veteri instituto iis publice fecerunt,q psenti bello periissent,ad quorū memoriā laudandā Pericles Xantippi filius delectus est.Is lōgiore vsus oratiōe,ab elegāti Athenarū situ exorsus,instituta ciuitatis,mores,studia,ordine execur⁹,eoꝝ laudes ītulit,qui p tali patria fortiter bellādo occubuissent, eos felices beatosq̧ dictitās,qbus ppetuū virtutis monumētū esset, ante suorū ciuiū oculos publice cōstitutū.In quo nō magis ipsi siti essent,q̄ sempiterna ipsoꝝ glīa.Cæterū illustriū viroꝝ totā terrā sepulchrū merito dici posse,neq̧ enī domesticoꝝ saxoꝝ īscriptionē.defunctoꝝ virtutem solū testari,sed si nulla etiā existeret,in exteras gētes virorū fortiū memoriā extēdi, magisq̧ apud aīm cuiusq̧,q̄ apđ vrnā hospitari.Laudauit deīceps parētū fortunā, q tales patriæ liberos pcre-

Attica vastatur.

Funditur Atticus equitatus.

Attica classis.

Lacedæmonii Æginitis dant sedes.

Therei duo

Cephalenia

Bustum fortium.

Pericles fortes laudat.

ãssent,felices vel ex eo appellãs,q̄ merito oĩbus natorũ interitu clariores,magisq̄ venerabiles facti essent,p̄sertim quũ in affecta ętate,in qua nõ magis lucrari oblectamẽto eẽt q̃ venerari. Hortatꝰ ęquales ac iuniores ad virtutẽ imitãdã fugiẽdãq̄ ignauiã, q̃ cõtumelię p̄precua esset comes. Vxores inde eoꝝ,q̄ pe(ti)erãt,laudibꝰ extulit,q̄ suo nõ eẽnt sexu infirmiores,sed pudicitię tenaces. Postremo gratę ciuitati sua est laus reddita,q̄ p̄ter funeris monumẽtũ, p̄emptorũ liberis ad pubertatis vsq̄ ãnos alimẽta decreuisset,vt talibus p̄miis cęteri allecti,pace,bello, terra,mariq̄ studerẽt patriã demereri. Et hęc fere primo Pelopõnesiaci belli ãno domi forisq̄ gesta.

Atheniẽsiũ gratitudo.

Ineũte alterꝰ anni ęstate,Pelopõnẽses,eiusdẽ Archidami ductu Atticã inuadẽtes, pari clade,qua superiore ãno,eã p̄uagati sunt. Coorta iterim grauis pestilẽtia, eã ex Æthiopia primo egressam,Ægyptũ,q̃ illi p̄xima est,mox & Libyã corripuisse memorãt. In Lemnũ inde & loca finitima,demũ Athenas trãsgressam. Credere ab initio Atheniẽses puteos hostiũ fraude veneno corruptos. Vulgato morbo rãra funerũ frequẽtia secuta est, quãta nũq̃ antea hoĩm mẽoria.

Pestilentia inaudita.

Primo acris feruor capitis salubria inuadebat corpora,suffusio deinde ruboris, adustioq̄ ĩ oculis existere,statim lingua introrsum cũ faucibꝰ sanguinolẽta visebat, arctior inde sp̄us,& cũ foetido halitu meabat,mox sternutatio raucitasq̄ p̄rũpebat,nec diu post labor ĩ pectus,cũ vehemẽti tussi descẽdebat,& quũ p̄cordiis hęsisset,ea grauiter cruciabat,seq̄bant guttę fellis & humoris,q̃ a medicis dicunt Apocatharses,& ipsę cũ ingẽti cruciatu, plęrisq̄ inanis singultꝰ incidere,acrẽ spasmũ ciẽtes.

Genꝰ morbi inauditum.

Apocatharses.

Exteriꝰ interim corpus,neq̄ feruidũ tactu,neq̄ pallidũ,sed subrubrũ,fuscũ,minutis pustulis ac papulis scatẽs. Interiꝰ aũt ita ardebat.vt neq̄ petę̃ tenuia vestimẽta,aut sindones,neq̄ aliud q̄ppiã q̃ nuditatẽ ferre posset. Iucũdissimũ erat in gelidã aquã se ipsos ĩmergere,quo cõtigit, vt plęriq̄ incustoditi in altissimos se puteos deiecerint,inexhausta siti adacti,q̄q̃ perinde erat nimis ac parce bibere, neq̄ somnis interim vlla vt mẽbroꝝ quies aderat,neq̄ morbo inualescẽte mẽbroꝝ lãguor vllus sentiebat, sed corpus opinione hoĩm par morbo resistebat. Plurimi inter septimũ & nonũ diẽ,vitalibus ardore exustis,necabant,adhuc aliq̄d roboris habẽtes,nec si q̄s discrimẽ illud dierũ euasisset, cõtinuo p̄seruato haberi,nõnullis p̄euntibꝰ,vtero,vi grassantis morbi,acriter cõuulso,languoreq̄ ex ipso p̄fluuio inducto p̄uagabat vniuersum corpus tetra lues,a qua alioqui p̄nicissima siquis cõualuisset,quãta vis eiꝰ esset mẽbroꝝ detrimẽta demõstrabãt,ad vetenda manuũq̄ & pedũ extrema morbi violẽtia p̄rũpebat,q̄bꝰ amissis nõnulli seruabant,q̄dã & oculis postremo capti sunt, nõnullos morbo seruatos,oĩm ferme rerũ cepit obliuio,vt sui q̄dã ipsoꝝ obliuiscerent. Illud q̄dẽ memorabile,q̄ quũ multa corpora insepulta iacerẽt, alites quadrupedesq̄ ea nõ attigerint,aut si q̃ id temere fecissent simul periere,manifesto argumẽto maleficii & veneni,q̄d in morbo fuit. Accidit & aliud nõ minus mirũ & insolẽs, q̄d vni p̄ficiebat, officiebat alteri, quo euenit,vt quũ p̄ incuriã multi periissent,alii nõ pauci nimis diligẽti curatiõe sint absũpti,vulgari morbꝰ ministerio,ita vt multę domꝰ vacuę factę sint,plęriq̄ in viis destituti expirabãt,circa fontes & puteos multi aquę desiderio semineces volutari. & hęc Athenis. Liuiꝰ anno postq̃ Au. Posthumiꝰ dictator Volscos & Equos vicit,cuiꝰ dictatura incidit in primos Pelopõnesiaci belli annos,vt Gelliꝰ colligit,teterrimo morbo, q̄ & ipse attactu vulgatet, Romę laboratũ p̄didit. Cęterũ hoc gñe,an diuerso,neq̄ ipse explicat,neq̄ q̄d ego sup̄ ea re affirmare possim,habeo. Thucydides author est,eã cladẽ Pelopõnesum nõ attigisse. Duplici ergo malo Atheniẽses vno t̄pe impliciti,domi forisq̄ laborare,dũ eñ in vrbe vulgo morerent, Pelopõnẽses late Atticã populabant. Atheniẽses,vt priore anno,sic media hac clade,cẽtũ triremibꝰ instructis,hostiũ terrã inuasere,Chiis & Lesbiis cũ nauibus. L. comitãtibꝰ, p̄fectꝰ est cũ classe Pericles,penes quẽ totiꝰ fuit belli summa, quum adhuc hostes in Attica essent. Primo itaq̄ Epidaurẽsem agrũ populatꝰ est. Fuit & Epidaurꝰ oppugnatione tẽtata,inde Troezeniã orã Helladẽ & Hermionidẽ pari clade affecit,Prasias in Laconia agro p̄riꝰ vastato vi cepit, & diripuit.

Epidaurus

Domũ ĩde classis reducta,quũ iã hostis Atticę finibꝰ excessisset. Tenuit itaq̄ morbus q̄diu Pelopõnesiacus exercitꝰ in Attica fuit,classisq̄ domo abfuit. Eadẽ æstate qua Pericles Pelopõnesiaca fuerat expeditione vsus,altera classis Angone Niciæ & Cleopõpo Cliniæ ducibꝰ in Thracia,cõtra Chalcidẽses,q̄ eã terrã incolebãt,& Potideatas,q̄ adhuc obsidebantur,p̄fecta est. Erãt in ea quatuor milia militũ,& eq̄tes. CCC. Vbi nauiũ p̄fecti Thraciã tenuere,Potideã machinis cũ exercitu admotis expugnare sunt adorti. Sed neq̄ conatus hic, neq̄ recẽtior vllus apparatꝰ p̄cessit interueniẽte morbo,quo paucis diebꝰ sunt mille & ãpliꝰ consumpti,sic infecta re classis domũ est reuersa,relictis ad obsidionẽ Potideę copiis,q̃ ibi ab

Pericles odio habet̃

inicio fuerãt. Athenięſes morbo & agrorũ populatione affecti, damnato bello, alios ad pacem inclinãt, & vt Pericle inuito ita nõ renitẽte ob metũ populi, Legati, q de pace agerẽt, Lacedæmona ſunt miſſi, q quũ re infecta domũ vniſſent, tũ palã vulgi odia in Periclẽ exarſere, palã incuſabat̃, ꝙ ꝑnicioſi belli author extitiſſet, illi oẽm cladẽ domi foriſq́ȝ acceptam referre. Cernẽs ille pſentẽ rerũ ſtatũ multitudini nõ placere, ciuiũ irã lenituꝛꝰ in mediũ ꝓceſſit, ac ꝑ cõcione fari exorſus, incidiſſe ſe teſtatus eſt in multitudinis odiũ, neq́ȝ nouũ ſibi, neq́ȝ inexpectatũ, quippe q iã multo antea ꝓuidiſſet, dixiſſetq́ȝ etiã ita euenturũ, vt ſiquid pręter ſpem eo bello accidiſſet, oẽm publicę priuatęq́ȝ cladis culpã ꝑenes ſe futurã. Sed viderẽt ipſi cui viro iraſcerent̃, qui, qđ ſine arrogãtia diceret̃, prudẽtia nõ vulgari, cõſilio, cõtinẽtia, & qđ oĩm maximũ eſſet, charitate & ſtudio erga patriã, nulli Athenięſiũ eſſet ſecũdus, quũ nõ oĩm pręuidere eſſet, q̃ in rẽpu. forẽt, ac ſi qui viderẽt metuq́ȝ aut gratia dicere nollẽt, ꝑinde eſſe ac ſi neſcirẽt. Nec ſatis eſſe etiã in futurũ ꝓſpicere, niſi quę ꝓuiſa eſſent dicẽdi facultate pſuaſibilia fierẽt. Quę virtutes ſi pecuniarũ cupiditate vincerent̃, nõ ſolũ nõ vtiles reipublicę forẽt, ſed funeſtę etiã, valdeq́ȝ ꝑnicioſę. Quibꝰ virtus ſiquis liber eſſet, naturaq́ȝ & ſtudio eas eſſet virtutes cõſecutus, quas ipſe ad id tẽpus inoffenſe coluiſſet, ipſeq́ȝ Athenięſis populus in ſe ꝓbare eſſet ſolitus, merito is ſuis ciuibꝰ nõ iniucũdus haberet̃, qđ quũ adeo verũ eſſet, mirari ſe aiebat qđ eſſet, ꝙ ita in ſe ciuitas odiis ſęuiret. viderẽt igitur, ne priuatę cladis dolor pluris apud eos, q̃ publica cõmoda valerẽt. Neq́ȝ vſqueadeo dolẽdũ, q̃a Atticus ager bis hoſtẽ tuliſſet, imperio maris incolumi, qđ neceſſario finiendũ erat, ſi bellũ declinare voluiſſent. Stultũ pręterea eſſe ꝑſuaſum habere, bellicis tẽporibꝰ nullos aduerſos caſus ferẽdos, Enimuero vt diuitię aliũnę pacis eſſent, ita bellorũ clades & inexpectatę calamitates. Oportere iãdudũ Peloponnẽſes ipſos q maritima incolerẽt belli pœnitere, ſi priuata damna publicę dignitati pręferrẽt: quippe q tantũ abeſſet, vt de pace cogitarẽt, vt ne petitã qdẽ eſſent hoſtibus cõceſſuri. Nec quia cladẽ domi accepiſſent, id bello potius q̃ deorũ irę referendũ. Cętera talia eſſe, vt ſi vnq̃ alias bellãdũ cenſuiſſet, tũ pręcipue conſtanterq́ȝ cenſeret, vel in primis, ꝙ imperii cauſa id bellũ ſuſceptũ eſſet, qđ vt aſſumere inuidioſum ſit, ita deponere haud ꝑiculo careat. Nec dolori aut odio cedendum, quãdo verũq́ȝ ſubire oporteret eos, qui aliis vellent imperare. Hac ille hortatione vſus, qua erecti Athenienſium animi, omni mentione pacis excluſa, aliquanto impenſius ſuſceptum bellum inſtaurare ſunt adorti.

M.ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIÆ HISTORIARVM AB ORBE CONDITO ENNEADIS TERTIÆ. LIBER SEXTVS.



Periclis interitus.

OTVIT Pericles a metu ciuitatẽ ad belli ſtudiũ reuocare, offenſam effugere nõ potuit, reſidua multitudinis ira pecuniis mulctatꝰ, aliq̃ diu pub. adminiſtratione abſtinuit. Cæterũ haud multo poſt magno oĩm cõſenſu in eã reſtituitꝰ, paucis diebꝰ vita deceſſit, altero Peloponeſiaci belli nõdũ anno circũacto, qua æſtate Lacedęmonii cũ centũ triremiũ claſſe ſunt Zacynthũ ingreſſi. ſedet ĩſula cõtra Elidẽ, erãtq́ȝ Zacynthii Achęorũ q ĩtra Iſthmũ ſedes habuerũt coloni, ſed Athenięſiũ ſocii eo bello facti. In terrã igit̃ hoſtes egreſſi, quũ ĩſulanos ad ſeditionẽ cõpellere nequiſſent, agro hoſtiliter violato, retro abierũt, & ne nõ oĩa ad Atticas opes euertẽdas Lacedæmonii experirent̃, ſub eiꝰ ęſtatis exitũ legatos ad Artaxerxẽ in Aſiã miſerũt, qui ab eo ſocietatẽ & pecuniã ĩ vſũ belli peterẽt, & vt iter ꝑ Thraciã faciẽtes, Sitalcẽ tẽtarẽt, an ab Athenięſiũ abduci poſſet ſocietate. Erat cũ his Ariſteus Corinthiꝰ, Timagoras Tegeates, & Pollis Argius ſuo noĩe ad regẽ iturꝰ, quos Helleſpõto ĩ Aſiã traiecturos Sadocus Sitalcę filiꝰ Athenięſiũ legatorũ q tũ forte in Thracia erãt ſuaſu, opp̃ſſit, victoſq́ȝ Athenas miſit. Fuerat Sadocꝰ iã antea ab Athenięſibꝰ ĩ ciuitatẽ aſcitꝰ, gratificariq́ȝ ob eã rẽ illis plus q̃ ſociũ deceret. Legati ĩ Atticã adducti pub. Athenięſiũ decreto ĩterfecti ſũt, & ĩ foueas deiecti, ſicq́ȝ Athen. ſuorũ ſũt cędẽ vlti. quos ĩ onerariis nauibꝰ captos ſub initiũ belli Lacedęmonii necarãt, ĩſepultoſq́ȝ abiecerãt. In Ambracia quoq́ȝ ab iis, q in partibꝰ erãt, nõnihil eſt ĩterea bellatũ. Fuit ĩ eo terrę tractu circa Iſthmũ, q & ipſe Ambraciꝰ dicit̃, vrbs vetuſta Argos, quã Amphilocꝰ Amphiarai filiꝰ ex Ilio reuerſus cõdidit, eã Argiui & Barbari locorũ ĩdigenę aliquot ętatibꝰ tenuere. Procedẽte deinde tp̃e Ambraciotę Gręcis vrbe electis ſoli mœnibꝰ potiti ſunt, Amphilochii ad Acarnanes ſe cõtulerũt.

Laced. legati interficiuntur.

Argos Amphilochium.

quorũ & Atheniẽsiũ opib⁹ freti amissam olim vrbẽ receperunt. Odere iã inde seinnicẽ ob ea
quę acciderãt, Argiui & Ambraciotę, q vt amissam vrbẽ iterũ sibi vẽdicarẽt, sub id tẽp⁹, quo
Legati sunt Athenis interfecti, ex Ciconũ gẽte aliisq; circũiectis Barbaris, auxilia cõtraxerãt,
qbus subnixi quũ aliquãdiu vrbẽ frustra oppugnassent, oẽm Amphilochiũ agrũ ferro sunt &
igni populati, ęstateq; p hęc circũacta, quũ iã hyẽs appeteret, viginti Atheniẽsiũ naues Phor
mione duce Pelopõnesum pteruectę, circa Crisseum sinum sibi stationẽ delegerũt, qd facere
iussę fuerant, nequa hostiũ nauis Corinthum cursum tẽderet, aut inde alio abire posset, sex
alię in Cariã Lyciamq; ad pecuniam exigendã profectę, quarum dux Melesander in Lycię cõ
tinentẽ egressus, prelioq; a locorũ incolis exceptus, cũ magna suorum parte obtruncat⁹ est.
Sub id tẽpus Potideatę, q ab initio belli ad eã diem obsidionẽ ptulerant, quum nullã spem in
Pelopõnẽsium auxiliis haberent amplius, neq; enim illorum in Atticam terram expeditio-
nibus laxamenti quicq̃ ab attenta Atheniẽsium obsidione senserant, fame insup & rerũ oĩm
inopia adeo confecti, vt quidam mutuo se depasti dicerentur, his se cõditionibus dediderũt,
vt viri cũ singulis vestimẽtis, mulieres binis, certaq; ad viaticum pecunia egressi, vrbẽ Athe
niensibus relinquerẽt. Emissi itaq; ex fide incolumes, in Chalcidis regionẽ abierunt. Nec du-
ces reprehẽsione caruerũt, q priuata nõ pub. authoritate quicq̃ sup ea re pacti cũ hoste eẽnt.
Cęterũ lõgioris obsidionis tędio adacti, quippe quę ad duo talẽtorum milia decoxerat Athe
niensibus, nihil minus q bellũ diutius trahi malebant. Potideam ex Athenis missi sunt, q vt
bẽ incolerent. Tertio deinceps belli anno ineunte vere Pelopõnenses, Attica expeditiõe omis
sa, Plateas in Bœotia, Archidami Lacedęmoniorũ regis ductu, subito bello adorti, quum ca-
stris haud pcul vrbe cõmunitis agrorũ populationi imminerẽt, Plateensiũ legati ad Archi-
damũ venere denũciantes, parũ ex Lacedęmoniorũ dignitate fieri, q nulla ipsi iniuria laces-
siti, in Thebanorũ gratiã eã vrbem armis circũsedissent, quã Pausanias & eorũ patres, q Me-
dos illis ipsis locis vicerãt, liberã ciuibus restituissent. Iussi vt ab Atheniẽsiũ societate disce-
derẽt, nec in partibus essent amplius, si a se & sociis hostilia pati nollẽt, quũ ad id deliberãdũ
aliquot dies legati petiissent, dũ Athenas mitterẽt, vbi inde respõsum est Atheniẽses auxilio
affuturos, interim cauerẽt ipsi, nequid ex fœdere mutarẽt, placuit ex muris respõsum dari,
oĩa prius pati malle Plateenses, q̃ fœdus qd cũ Atheniẽsib⁹ haberẽt, violaturi essent, psertim
quũ liberi & vxores in Atheniensiũ potestate manerẽt. Ad ea Pelopõnẽses irati primo agrũ
populati sunt: inde vrbẽ corona cingũt, valloq; circũdãt, ne quis eorũ, q inclusi mœnib⁹ eẽnt,
euadere in apertũ posset, materiaq; ex pximo Cytherone cõportata aggerẽ aduersus vrbis
muros erigũt. Plateenses & ipsi ea parte laterib⁹ domesticaq; materia coriis palliisq; contra
missilia ptexẽtes, altius educũt, inde cuniculo ad hostiũ operas insinuati, humũ occulte sub
trahere, mirari primo milites operarii, qd esset q tantũ cõgestę materię explere opus nequis-
set, illudebantq; p hæc Plateenses hostẽ, nec exiguũ illi interea negociũ facere, cæterũ diffisi
suę paucitati, aliũ interiori parte murũ lunari specie excitãt, vt si exteriorẽ postremo tueri ne
quiuissent paratũ haberẽt pfugium, vnde se tutius tuerẽtur, machinas ptetea ex aggere, ad
disturbãdos muros ppius admotas, quũ valide oppidani discussissent, igni petiti sunt, tota
aggeris materia in pximã murorũ fossam a militibus deuoluta, atq; subito incẽsa, tantũ flã-
marũ excitauit, quantũ ad id tẽpus hominũ opera, qd proditũ esset, nunq̃. Fumo primũ mox
ęstu Plateenses coacti, ea parte muros destituere. Nec dubiũ fuit cuiq̃, si vẽtus quẽ affuturũ
ab initio Pelopõnenses sperauerãt, sub id tẽpus spirasset, vrbẽ ipsam incẽdio correptã nõ capi
solũ, sed deleri etiã eo die potuisse. Verũ nõ modo nõ affuit, sed qd pdigii loco haberi potuit
subitus e cœlo imber, cũ fragore & strepitu deiectus gliscentem in horas ignẽ restinxit. Hac
quoq; spe frustrati Pelopõnenses parte vna exercit⁹ domũ dimissa, oppidũ muro circũdant,
fossa ab vtraq; parte deducta, relicto ad murorũ custodiã cũ Thebanis psidio. Sub arcturi ex
ortũ qd reliquũ erat ibi copiarũ in Pelopõnesum abiit. Quadringẽti Plateenses, cũ octogin-
ta Atheniẽsibus, & centũ decẽ fœminis cętera turba ab initio fuerat Athenas missa, obsidio
nẽ deinceps tulere. Cęterũ dũ hęc circa Plateas gerũtur, duo milia Atheniẽsiũ cũ sociorũ ap-
pẽdicibus, Xenophõte Euripidis duce in Thracia, aduersus Olynthios, ante Spartolũ Botti
ęę regionis oppidũ, dubio euẽtu dimicarũt, inde vbi ex Olyntho noua præsidia Thracib⁹ af
fuerũt, Atheniẽses cõposito agmine in pacatũ abire conati sunt, incessentẽq; a tergo, & a late
rib⁹ hostẽ aliq̃diu sustinuerũt. Postremo in fugã acti, q̃dringẽtis & ãplius amissis, Potideã in
signi clade affecti repetũt. Ambraciotę p id tẽpus Lacedęmoniis psuaserunt, vt classem ex so-

Phormio Atticę classis dux.
Melesandri interitus.
Potideatæ deduntur.
Plateensiũ verba ad Lacedæ.
Lacedę. opa circa Plateas.
Incẽdium.
Extinguit.
Ambraciotarũ cõsiliũ

ciis ad bellū instructam, sibi mitterēt, statuisse se Acarnanes ab Atheniēsibus alienare, qb⁹ abductis fore, vt Zacyntho & Cephalenia, nullo maiore negocio potirent. Prius Pelopōnesiaca classis in alterā Crissei sinus orā trāsfretauit, q̄ Phormio, q erat circa Naupactū cū viginti nauib⁹ vllū hostiū motū sentire potuisset. Ibi Cneni⁹ Corinthiorū dux, nauib⁹ relictis, p Isthmū ad hostē iter fecit. Ambraciotæ Leucadii & Anactorii pīsto illi affuere, & cū his Chaones & Thesprotę sine regib⁹ agētes, Molossi, Orestę, & a Perdica auxilia occulte missa. His fręt⁹ auxiliis Cnenius Corinthius Acarnanū fines ingressus, Stratū pcipuā ei⁹ gentis vrbē inuasit. Tenere se muris Acarnanes tātis hostiū viribus impares, nec Phormio auxilio adesse iussus, Naupactū relinq̄re est ausus, verit⁹ ne se absente ab hoste occuparet. Tripertito Cneni⁹ Stratū versus mouerat, erātq; Chaones dextro latere, q sua ferocitate fręti, priusq̄ castra facerēt experiri statuerūt, an vrbē primo accessu possent irrūpere. Clamore igit sublato, quū ad vrbē incōpositi accederēt, Stratēses subita eruptione ex oppido facta, velut in insidias lapsos, modico negocio fundūt fugātq;, a longiore insectatione paucitati suę diffisi abstinuerūt. Chaones fuga ad suos delati, aliquā omnino trepidationē attulere, eaq; turbatio causam pbuit eo dē quo pcesserāt loco, statiua habēdi. Noctu Cnenius ad Anapum amnē octoginta stadiis a Strato distantē se recepit, vbi classem expectare cōstituit, quę p eos dies, quib⁹ ad Stratū male fuerat pugnatū, in Crissei sinus angustiis, cū Phormione cōflixit. Habebat Phormio naues viginti cū hostiū septē essent & quadraginta, valuit in eo cōflictu plus virt⁹ q̄ numerus, fusi fugatiq; Pelopōnenses. XII. nauib⁹ amissis Patras & Dimē sese turpi fuga receperunt. Culpati sunt nauiū pfecti, q sui tyrocinii īmemores veteranæ Atheniēsiū classi, classiarios rei maritimę rudes certamine obiecissent. Decernunt igit plures in supplemētū naues, q̄ phama Phormio pculsus Athenas cū nūcio victorię mittit, q populū doceret, maiore nauiū numero opus esse si hostiū conatib⁹ iri obuiā velint. Viginti itaq; naues Athenis in supplemētū decretæ, paucis dieb⁹ ad Phormionē venere, qbus iussus est in Cretā cōtra Cydoniatas traiicere, quos Nicias Gortynius Atheniēsiū amicus facile subigi posse affirmabat, si in insulā trāsmitteretur. Phormio vbi in Cretā venit Cydoniensem agrū populat⁹ ob aduersam tēpestatē plures ibi dies est cōmorat⁹. Pelopōnenses interea classe maiorē in modū aucta iterū in Acarnanes mouēt, & iā Phormio ex Creta reuersus exteriorē Molycriti promōtorii partē viginti nauibus insederat. est Molycritū ad os Crissei sinus Pelopōneso ad septē stadia pinquū, tātū nec āpli⁹ patet ibi fretū. Hostes & ipsi Chaicū, qd Molycrito exaduerso rn̄det, cū septē & septuaginta nauib⁹ subiere, nec interim, aut hi āgustias egredi, aut illi occupare audebāt, vtriq; alteros formidātes. Postrēo Pelopōnēsiū duces sua multitudine fręti, pudore etiā affecti, q quū multo maiorē ipsi haberēt classem, cū hoste cōgredi nō auderēt, iterū mari cōfligere statuūt. Cęterū suoꝝ aīos, vna īfelici pugna collapsos tēpestiua ōrone erigūt, culpa ei⁹ cladis ī ducū temeritatē reiecta, q classē nō ad pliū, sed ad traiiciēdū exercitū cōparatā, hosti rei maritimę assueto, exīprouiso obiecissēt. Alio tūc lōgeq; diuerso apparatu dimicādū, aliis ducib⁹, alio cōsilio. Nec q̄a hostes eēnt rei maritimę periti, pptērea formidādi eēnt, qppe q sua spōte pculsi, metu gerā stationē ī pximo haberēt, artē citra psentiā animi inter agēdū parū pdesse. Metū memoriā excutere, efficereq;, vt in medio piculo nihil valeat artificiū. Magnę igit illoꝝ experiētię, magnā audaciā opponi oportere, q̄ si pugnę affutura eēt vicisse Pelopōnēses, qd. n. priore pugna ducū temeritate pctm̄ eēt, futurū, vt ipsi q tū rei sūmę pēssēt cōsilio, maturitate, experiētia, corrigerēt. Pręsenti igit essent aīo gubernatoresq; & cęteri nautę suū qsq; mun⁹ exequerent, nō locū, nō ordinē deserētes, cętera q̄ ad victoriā ptinerēt duces ipsos mature oīa puisuros, qppe q audaces & strenuos pmio psecuturi eēnt, timidos & desertores ignominia & supplicio affecturi. Huiusmodi verbis Pelopōnēsiū duces suos ad pugnā cōcitarūt. Phormio diuersarū viriū nō ignar⁹, eaq; phama suoꝝ aīos labare sentiēs, cōcione aduocata, mirari se vehemēterq; indignari testatus est, q aīaduerteret eos qui nup victi essent: quum nihilo interim meliores fieri cōrigisset, tātopere a victorib⁹ timeri, vt nō tā qui essent ii, cum qb⁹ iterū cōfligēdū esset, q̄ quo apparatu in pliū pcederēt intuerent, quasi vero parū cōpertū haberēt, nullā tā numerosam Pelopōnēsiū classem occursurā, quā vel minima Atheniēsium qd sępe accidisset, nō facile esset supatura: qn reminiscerent poti⁹, nō nauiū carinas, nō remos, nō amplustra, sed aīoꝝ robur, dextrę prōptitudinē in plio valere. Habeāt illi iqt lignoꝝ multū, multū teloꝝ, mō plus animi sit & virtutis apud Atheniēses. Vnū illud a se edici, ne in arctū se redigi paterent, ī quo mltitudo haud dubie eēt pualitura, q nauiū agilitate fręti eo ordīe quo

Corinthiorū expeditio ī Acarnanes.

Expeditio in Cydoniatas.

Molycritū.

Pelopōnesiacorū ducū adhortatio.

Oratio Phormionis ad suos

In pcinctu stetissent signū obseruarēt.Se ab initio & post cōtractū pliū mōstraturū, qd facto
opus esset.Irēt igit̃,& qñ neq̃ sibi vires,neq̃ cōsiliū defuturū esset,aīo pponerent, fore,vt eo
die,aut Athenięses Lacedęmoniis,aut illi Atheniēsibus maris possessione ppetuo cederent.
His suos Phormio hortatꝰ,quū aīadnertisset hostiū classem ex sua statione mouisse,& iā al- Phormiōis
terum cornu Naupactū versus inclinare,veritus ne oppidū sine psidio, ab hoste īterciperet̃, peroratio.
dextrū littus secus terrā legere occœpit.Hostes Atticā classem eo pgressam intuiti,vt iā vn
diq̃ inuadi posset,clamore repēte sublato,cornibusq̃ patefactis pcurrūt , vndecim Atticę q̄ Athe. vīcū
pcesserāt metu in altū euasere,cęterę ab hoste circūuētę partim captę, partim corruptę sunt. tur.
Reliquę naues,q̄ hostē fuga pueterāt,Naupactū adeptę, obuersis repente proris ppe Apolli
nis tēplū ad pugnā,si hostis eo annauigasset,sese interim expediebāt. Harū vna q̄ segnius fu
gā pceperat,vbi in cōspectū suoꝝ venit paululū circūacta Leucadiā vnā quę pxime sequebat̃
ex trāsuerso inuecta vehemēti impulsu depressit,q̄ inopinatus casus Pelopōnēses,iā Pęana ca
nētes,nō mediocriter turbauit.Inde tumultuose cōnixi,vt portū tenerēt,locoꝝ inscitia,ī bre
uia naues adegere.Quā insperatā hostiū colluctationē Atheniēses intuiti,confestim portum
egressi,multa trepidatione implicitos ferociter inuadūt.Cōtinuo fugā secuta est,& qui nup
vicerāt,victi in pristinā stationē,sex nauibꝰamissis,turpi se fuga corripuerūt. Vtriq̃ suū sta- Laced.& so
tuerūt Tropheū.Atheniēses circa Naupactū,vñ hostē nō depulerāt solū,sed porro etiā fuga cii vincunt
rāt.Pelopōnēses in Achaico pmōtorio,ob naues quas sub initiū pugnę circa littus oppresse
rāt.& ęstas illa p hęc exacta est.Cneuiꝰ& Brasidas Pelopōnēsiū duces Pyreū,Megarēsibus id
suadētibꝰ,inopinato accessu occupare statuūt,nec.n.psidio vllo tenebat̃, nec locus alioq̄ hūa
no erat ope munitus,ex Corintho nautę,cū singulis remis,sunt Megarā pedibꝰire iussi,inde
ex Nysea Megarēsiū nauali.XL.nauibus in mare deductis, noctu Athenas versus tacito cur
su cōtēdūt.Cęterū neq̃ vētus illis affuit,ipsiq̃ circa pmōtoriū,qđ Salaminē respicit,sua spō
te cōmorati,tribꝰAtheniēsiū nauibus,q̄ ibi ad Megarensiū incursus arcēdos forte stationem
habebāt,eximpronisо oppressis,Salaminē cursum deflexere, vnde nocturna flāma Atheniēsi
bus est significatū,hostes aduētare.cōtinuo & multa cū trepidatione est ad arma cōclama-
tū,nauesq̃ pppere in portū tumultuose deductas volūtaria iunēꝰ cōscēdit, psidio inde ad
Pyreū relicto Salaminē ire cōtendūt.Hostes vbi suū accessum patefactū senserūt, & ex Athe
nis præsidia adesse,suis viribꝰ diffisi,Salaminē puagati,tribusq̃ nauibꝰ,quę ad Budoꝝ erāt
abductis,Nysiā reuersi sunt. Pyręū iā īde Atheniēses ītentiꝰ custodinere claustris ad ītroitū
oppositis.Sub id tēpꝰ quo hęc in Gręcia gesta sunt,Sytalces Odryses Terei filiꝰ bellū Perdi-
cę Macedonū regi intulit,illati belli ptextꝰilli fuit,q̄ sua opera Atheniēsibus recōciliatꝰ,Phi
lippū fratrē Amynthę filiū,vt fuerat pollicisꝰ,in regnū ad id tēpus non receperat, intulit &
Chalcidensibus,q̄ Thraciā incolūt,ita eñ ex fœdere Atheniēsibꝰpmiserat,vt eā gētem bello
adoriret̃.Cū Philippo igit̃ Amynthę filio,& oībus Thracū gentibꝰ quę inter Æmū montem
incolūt & Rhodopē,Hellespōto & Euxino tenus,ad Istrū vsq̃ fluuiū,& Strymonem rursus
amnē,q̄ in Scomio mōte ortus regnū ad sepētrionē terminat,& qua Oscius amnis ex incul
to mōte Rhodope vicino orit̃,vnde Nestus & Hebrus defluūt,q̄ ad occasum id regnū ambi
unt.Quibꝰ finibꝰ lōge lateq̃ Thracia euagata decē dierū itinere ab Abderis ad Istrū patet, Sytalcis ex-
lātitūdeq̃ a Bizātio ad Leeos q̄ supra Strymonē fluuiū incolūt.Ex hac itaq̃ terra,quū ingētē, peditio in
Sytalces coegisset exercitū in Macedoniā p fines sui regni est īgressus . Thucydides author Macedoniā
est,habuisse eū sub signis ad cētū qnquaginta hoīm milia, quoꝝ tertia pars eqtatu cōstaret.
Primo igit̃ Sytalces loca,q̄ Philippi fuerāt,recepit.Inde Ebdomenes,Gortynia,Atlāta,& alia
q̄dā oppida,ob Amynthę amicitiā,cuiꝰ Philippus erat filiꝰ,vltro in fidē venere.Europū ex-
pugnare nō potuit.In reliquā inde Macedoniā īgressus Bottieā, Pieriā, Mygdoniā,q̄ regio
trās Axiū Strymōe tenꝰ discurrit,Grestoniā & Anthemūtē populatꝰ est.Nec ita multo post
Sytalces Chalcidica,terra & Bottieavastatis,a Seuthe Spardoci filio patrueli fratre,cui Per
dicas occulte Stratonices sororis nuptias ob hoc ipm cū grādi pecunia pmiserat,psuasus,hy
emeq̃ īsup ineūte ī regnū cū exercitu ē reuersus,vno dūtaxat iniecto,potiusq̄ gesto cū Mace
donibꝰ plio,q̄ quū pauci mltitudie obruerētur, facile cesserūt.Et hæc a Sytalce ī Macedonas
& Chalcidēses gesta.Phormio & q̄ cū eo erāt ad Naupactū,eadē hyeme,cū cohorte vna Mes
seniōꝝ,alteraq̃ classiarioꝝ ī Acarnaniæ mediterranea hostiliter eruperūt,hic ex Strato,Co-
rōtis aliisq̃ oppidis ābiguę fidei ciuibꝰeiectis Ofinadas solos oīm Acarnanū hostes hibernis Achelous
pluuiis eoꝝ terrā Acheloo restagnāte,suadere nequiuere.Oritur Achelous in Pindo monte, fluuius.

inde ꝑ Dolopiā currēs Artos Amphilochos primo, moxq́ ſup Acarnanū cāpū ſupnē Stratō vrbē, Oeniādaſq́ īterfluit, mariq́ poſtremo miſcet. Eā terrā Alcmeō Amphiarai filiꝰ, vt loco nō multū diuerſo eſt memoratū, poſt matrē īterfectā tenuit, eſtq́ terra ipſa ab Acarnane eius filio nomē adepta. Inde Phormio ad prima veris ſigna, eſt cū claſſe Athenas reuerſus, exacto iā tertio Peloponeſiaci belli anno, in qd̄ trieniū incidiſſe mihi videt, vt ſupra teſtatꝰ ſum, ſiccitas illa īſignis, q̄ Au. Cornelio Coſſo, & Quintio Pœno Ro. cōſulibꝰ in terra Italia Liuiꝰ laboratū ſcribit. Bienio poſtq̄ Poſthumiꝰ dictator Equos & Volſcos ad Algidū, ingēti ꝓlio ſupauit, in quo bello filiū, qa cōtra īperiū in hoſtē dimicaſſet, ab eo interfectū phama ad poſteros manauit. Annus igit̄ q eā cęli intēperiē ſecutꝰ eſt C. Seruiliū Halā, & L. Papyriū Mugilanum Ro. cōſules habuit. Bellū Veiētibꝰ his, cōſulibꝰ indictū, q̄ priuſq̄ inducię exiiſſent, q̄s ad Nomētū & Fidenas victi ſuppliciter petierāt, rebellaſſent. Bellū ipm geſſere nō cōſules, ſed Tribuni militum cōſulari poteſtate in ſequentē annū creati, T. Quintiꝰ Pœnꝰ, C. Furiꝰ Martius Poſthumiꝰ, & Au. Corneliꝰ Coſſus, q ad vrbis ꝑſidiū eſt relictꝰ, tres ad bellū ꝓfecti, quum his nihil in re bellica adminiſtrāda cōueniret, ſed diuerſum ſinguli tēderēt, viā hoſtibꝰ ad victoriā fecere. Fuſę ibi fugatęq́ Ro. legiōes, & qd̄ turpiꝰ adhuc fuit, caſtris ſunt ab Hetruſcis exutę, manifeſto documēto parū vtiliter rē bellicā multiplici īꝑio adminiſtrari. Ferre id ęgre ciuitas, vincere nō vinci aſſueta, odiſſeq́ Tribunos ignominię authores. Placuit itaq́ cōfeſtim Dictatorē dici. Au. Corneliꝰ, q ī vrbe erat, Mamercū Æmyliū dixit, a quo ipſe magiſter eſt eqtū aſcitꝰ. Iactare interea Veiētes ſuā victoriā, totaq́ Hetruria miſſi, q ppl̄os ad defectionē ſollicitarēt. Nulli Hetruſcoꝝ ſuas res īntegras cū dubia Veiētiū fortuna publice iūxere. Volūtarios qdē plures, ꝓdę cupidos bñ geſtę rei phama temere ad id bellū traxit. Soli oīm Fidenates ciuitas ad rebellādū nata, colonis, quos eo bienio acceperant, fœde trucidatis, velut bellū nō niſi a ſcelere inchoari oportuiſſet, ad Veiētes defecere. Fidenas locū ad rē gerēdā belli ſedē hoſtes legūt, eo itaq́ Veiētes, Tyberi traiecto, oēm bellicū apparatum cōtulere. Ro. īterea, vbi poſt aduerſę pugnę nūciū haud mediocriter fuerat trepidatū, nouus delectꝰ habitꝰ, & ante Collinā portā caſtra fuerāt locata, armati in muris diſpoſiti, iuſtitiū in foro, Tabernęq́ dictatoris edicto clauſę. Nec priꝰ metꝰ ille eſt diſcuſſus, q̄ dictator ꝑ cōcione ciuitatē increpuit, q̄ Veientē ſepties victū, & Fidenas pene ſępius captas q̄ oppugnatas, ob vnā aduerſam pugnā, q̄ magis ducū diſcordia, q̄ aut exercitꝰ ignauia, aut virtute hoſtiū, male pugnata eēt, ita aīm abieciſſet, vt nō memor eſſet eoſdē Ro. eoſdē hoſtes, q ꝑ tot annos fuiſſent, eoſdē aīos, eaſdē corpoꝝ vires, eadē tela gerere. Se quoq́ eundē dictatorē Mamercū Æmyliū eſſe, q Veiētiū & Fidenatiū exercitꝰ, adiūctis etiā Phaliſcis, ad Nomētū aliqñ viciſſet. Eundē magiſtrū eqtū Au. Corneliū q Tribunꝰ militū Tolūniū Veiētium regē, in duoꝝ exercituū cōſpectu pemiſſet ꝑēptū ſpoliaſſet, ſpolia Feretrii Iouis tēplo intuliſſet. Secū itaq́ triumphos eſſe, opima ſpolia, victoriā. Cum hoſtibꝰ, Legatoꝝ ſcelus cōtra ius gētiū interfectoꝝ, Colonoꝝ cædē, īducias & violata fœdera, q̄n īrēt, & alacri aīo arma caperēt, certo ſcire ſe gaudiū illud, ex ignominia Ro. exercitꝰ, ꝑbreue hoſtibus futurū, intellecturūq́ Ppl̄m Ro. quāto de repub. meliꝰ ſint meriti, q ſe tertio dictatorē dixerint, q̄ q ob adeptū cēſurę regnū ſecūdę ſuę dictaturę labē īpoſuiſſent. Tātū Mamercus ꝑ cōcione effatꝰ, inde ad hoſtē egreſſus, caſtra citra Fidenas locat, dextra mōtibꝰ, lęua Tyberi amne ſeptꝰ. T. Quintiꝰ Pœnus legatꝰ, cum expedita militū manu, mōtes eſt circuire iuſſus, occulteq́ iugū qd̄ hoſtibꝰ a tergo iminebat capere. Ipſe vbi poſtero die illuxit tātiſꝑ cūctatꝰ, dū exploratū haberet iugū a Quintio inſeſſum, Magiſtrū eqtū ad ſe accerſitū, iubet cū toto eqtatu intētū ſignū expectare, qñ ī hoſtē īpetum fieri oporteret. Tū eo accepto, regię pugnę memor, opimi doni, Romuliq́ ac Iouis Feretrii pugnā capeſſeret. Hęc ꝑcipit, ſimulq́ pedeſtrē aciē pleno gradu in hoſtē cōcitat, cōfligūt ingēti aīo īter ſe legiones: Ro. odio plenꝰ impiū Fidenatē appellat, Veientē ꝑdonē induciarūq́ ruptorē, ꝑfidos ſocios, & ībelles hoſtes clamitās, dictiſq́ ſimul odiū ſuū & irā explet. Eratq́ haud dubie a prio cōgreſſu res Ro. ſupior, quū ex Fidenarū portis noua erupit acies, q̄lē ad id tp̄s Ro. nemo viderat, ignibꝰ īſtructa multitudo, phanatico curſu cōcitata, ardētibꝰ collucēs facibꝰ, velut amēs in ꝓliū ruebat. Exterruit nō nihil Ro. militē inſueta pugnę facies. Tū dictator magiſtro eqtū dat ſignū, & Quintiꝰ e mōtibꝰ accitꝰ a tergo hoſtē cū clamore īuadit, ipſeq́ ante alios in ſiniſtrū cornu deuolās, vbi maior ob nouā flāmarū ſpeciē īgruerat terror, irrūpēs militē īter pugnę fugęq́ cōſilium ancipitē lōge īcrepat. Fumo inqt milites velut apes victi loco ceditis, nō ferro extinguitis hos ignes, nō faces ipſas hoſtibꝰ adēptas in eoꝝ ꝓiicē vertitis, ſuiſq́ flam

Vñ Acarnania dicta

Conſules.

Tri. con. poteſtate.

Ro. vincuntur.

Dictator.

Fidenatiū defectio.

Hortatio Mamerci ad ppl̄m.

Phanatica acies.

mis sceleratã vrbẽ cõficitis,quin ite & Romani nominis vestręq virtutis memores,ipsam aciem impellite,impulsam prosternite:Fidenas quas nullo beneficio placare potuistis,funditus delete. Hoc legatorum manes,vestrorũq cędes Colonorum,vastati fines a vobis milites cõtẽdũt,pieq effla gitãt.Ad hęc dictatoris verba acies cõmota,faces partim ab hoste emissas,partim vi manib⁹ ex tortas corripiũt,breuiq vtraq acies armatur igni, fumus passim sublatus,puluisq fumo mixt⁹ oĩm rerũ prospectũ adimit.Huc Romanus eques temere inuectus,frenis equo,ad liberiorẽ cursum,magistri equitũ iussu detractis,stragẽ dedit hostiũ ingẽtẽ.Auditus interim aduersa pte clamor:nã & Quintius dictatoris signo accersit⁹ aderat,vtrãq aciẽ percuslit.Mamercus suorũ esse clamorẽ illũ clamitãs,q a tergo hostẽ a se circũuenire iussi essent,crescit ab Romanis anim⁹atq multo forti⁹ hostẽ degrauãt.Cõtra Hetrusci q Romanã vim a frõte iãdũdũ vix ferre poterãt: vbi a tergo se circũueniri sentiũt,abiectis armis,qa ad mõtes Quintianos iter fugæ nõ patebat, fluuiũ petũt:Fidenates per suorũ castra cursum ad vrbẽ intẽdũt,passimq ab Romano equite,q e vestigio aderat,cędunt:multaq cũ strage ad vrbẽ refugiũt.Veiẽtes,quorum fuga ad fluuiũ ĩcli nauerat,partim ĩ ripis fluminis oppssi,partim Tyberim trãsnare adorti,mediis aquis,vł lassitu dine nimia,vel armorum onere periere.Fidenates hostẽ secũ ad vrbẽ traxere:adeoq mixto agmine portis ĩciderũt:vt vna ciuis,hostisq vrbẽ irruperit. Tũ Roman⁹ repẽte muros occupat:indeq capti oppidi sublato signo,dictatorẽ,q castra hostiũ iã erat ingressus,ad vrbẽ cũ toto exercitu exciuere.Roman⁹Fidenis potit⁹,cõsternatã multitudinẽ,in arcẽq se recipere conãtẽ,passim ob trũcat:nec prius cędẽdi est finis fact⁹,q̃ abiectis armis Fidenates,nihil pter vitã petẽtes,dedunt. Vrbẽ & castra dictator suis diripiẽda dedit.Postridieq triũphãs reduxit victorẽ exercitum,ca strẽsi vrbicaq pda opulẽtũ,iussoq magistro eqtũ se pri⁹ abdicare,ipse dictaturã deposuit,sexto decimo die ab eo quo magistratũ ĩiuerat.Quidã annaliũ scriptores classib⁹ ad Fidenas pugna tũ tradiderũt:cui fidei haud libẽter Liui⁹accedit,fluuialis aluei angustia repugnãte,nisi forte na uigia aliqua tũ ibi Romano presto affuissent,q̃ hostiũ fugã ĩpedire voluerint,sitq ob id ipsum nõ nihil circa flumem certatũ.Tribuni cõsulari potestate sequẽti anno fuere,Au.Sẽproni⁹Atra tinus,L.Quinti⁹ Cincinatus,L.Horatius Barbatus. Veientibus viginti annorum,Equis triũ,quũ plurimũ petissent,inducię datę. Et hęc fere triẽnio ab Romanis domi forisq gesta,cui tpis spatio respõdẽt,aut certe nõ multũ diuersa sunt,quę a quarto Pelopõnesiaci belli anno,vsq ad princi piũ septimi,in terra Gręcia gesta hinc ordine explicabũtur. Pelopõnenses Archidami regis du ctu, sub initiũ quarti anni Atticã ingressi,vt sępe alias,late eam terrã populati sunt. Et Lesbos tota pręter Metymnam,ab Atheniensibus defecit:quadraginta Atticæ naues,quæ in expedito erãt,vt Pelopõnesi oram populatum irent,in Lesbũ cursum cõtendere,Cleippide Hodinii filio duce.Is Mitylenęos bis ad pugnã exire ausos,ĩ vrbẽ cõpulit:inde castris duplici muro cõmuni tis,inhibitoq maris vsu,Cleippides hostẽ obsidione fatigat. Interea altera Atheniẽsiũ classis,A sopio Phormionis duce in Peloponnesum profecta,maritimã Laconiæ orã diripuit. Parte dein ceps nauiũ Athenas remissa,ipse cum cętera classe Naupactum profectus Acarnanũ auxiliis ad se accitis,bellũ Oeniadibus intulit,Achelou nauibus inuectus, pedestri exercitu regionẽ popu latus est:inde pedite dimisso in Leucadiam nauigauit,atq dũ forte in Noricũ se recepit,ab lo corũ accolis,mutuo sibi auxiliãtibus,cũ parte exercitus est interfectus.Et hęc in Pelopõneso & Acarnanię ora.Interim Mitylenęi legati in Pelopõnesum venere,societatẽ a Lacedęmoniis petẽ tes,& vt in socios reciperẽtur:qđ ante bellũ in Gręcia ortũ impetrare nequiuerãt. Concilio illis in tẽplo Olympii Iouis dato(nam ita forte accidit vt Olympiorum diebus eo venerint)agone rite celebrato,placuit frequẽti Pelopõnensium conuentu eos audiri.Ibi legati dicere exorsi:inde initium sumpsere,vt initę cum Atheniensibus amicitiæ causa repetita,quæ magis necessaria q̃ volũtaria fuisset,eos criminati sint q pręter paucos sociorũ,cæteros ad vnũ sibi stipẽdiarios fe cissent.Quęsiuisse semper se occasionẽ,prius ab eis deficiẽdi,q̃ se quoq vt cęteros in seruitutem redigerẽt.Ad qđ ipsum haud dubie Atheniẽsiũ supbia iam inde a prima societate inita,aspira re non destitisset.Cęterum dũ eorum vires nõ vsqadeo inualuissent,vt omnino a se formidandæ essent,militasse Mitylenęos cũ illis,dũ nulla adhuc violandæ societatis causa satis necessaria ad esse videretur:neq eñ ignari eramus mutuũ metũ ad socios in fide continẽdos arctissimũ esse vinculũ,quũ neuter populorum alteri audeat vim ĩferre. Verumenimuero cęteris sociis subactis, quũ eorũ vires validiores factę essent,q̃ nobis & cæteris tutum videretur, tum ad vos desci sce re conati sumus:sed a vobis,quia fœdere non licebat,nõ fuimus recepti.Vbi vero de Græcię li bertate cœptum est disceptari,satius duximus vobiscum cõmunem libertatem tueri,q̃ in no

Mamerci castigatio.

Fuga ho stium.

Fidenæ ca piuntur.

Tribu.cõ. ptãt.

Lesbus ab Atheniensi bus defecit.

Lesbiorum oratio.

strã & alioꝝ perniciem, Atheniensiũ opes iuuare: qđ quũ ita sit, iterũ vestrã societatem petituri publico huc nomĩe venim⁹, orãtes ne indigni habeamur, qui a vobis socii nominemur, vestroq́ præsidio ab Atheniẽsiũ iniuria perpetuo tuti sim⁹: qđ facile fieri posse arbitramur, si terra mariq́ Atticã terrã iuaseritis, cogẽtur illi vel inuiti classem reuocare, si vrbẽ tueri volẽt. Nec Lesbii ser uati modicã reb⁹ vestris faciẽt accessionẽ: quippe q ea parte belli opes vestras ꝓcipue iuuabunt, qua hostes ipsi plurimũ pollere existimãtur. Suscipite nos igiť viri Peloponnenses, nec in nostrã aliorũq́ perniciẽ patiamini nos Atheniẽsib⁹ prędæ esse, reueriti tẽplũ hoc Iouis augustissimũ, in quo fidẽ vestrã imploram⁹, reueriti & inuidiã, quę vos in posterũ manebit, si spe, quę de vobis est si ꝓsidio supplices frustratos dimiseritis. Quin ii poti⁹ estote quos & Græci vos esse cẽsent, & qua les nostra fortuna desiderat & optat. Quę aut in vestra fide quiescat oportet, aut nullo alteri⁹ gen tis pręsidio sit incolumis futura. Hæc quũ Lesbii peroraffent, magno oĩm cõsensu in socios sunt asciti. Qui vt obsidione leuarẽtur, Lacedęmonii decreta in Atheniẽses terra mariq́ expeditione, cõfestim ad Isthmũ bello instructi venere. Cõtra socii omnia cũctãtius agere, legendis fructibus per id tẽpus occupati. Atheniẽses nihil eoꝝ ignari, quæ apđ hostes fiebãt, ad ostẽtãdas ciuitatis opes, centũ naues ad bellũ parauere, quas Pyreo eductas circa Isthmũ in hostiũ cõspectũ dedere: significauereq́ eo apparatu, nihil eẽ qđ a mari vanas hostiũ minas formidarẽt. Cęterũ quadra gita nauib⁹, Laconicã orã diuersa pte populari, quo terrore Lacedęmonii plures dies, socios ad Isthmũ frustra pręstolati, domesticis exciti nũciis retro abierũt. Atheniẽses sub hostiũ discessum cũ suo apparatu nauiũ & ipsi domũ abierũt. Thucydides author ẽ, Atheniẽses hoc bello ducẽtas & quinquagita naues, vno tpe instructas habuisse. Mitylenęi interea indigne ferẽtes, ꝙ Metymnęi cũ cæteris Lesbiis, nõ secũ sentirẽt, a terra, quũ ipsi iterim a mari obsiderenť, bellũ intule re: tẽtata vrbs est, quæ quũ expugnari nequisset, suis circa oppidis ꝓsidio firmatis, retro re infecta cõcessere. Ea hostiũ licẽtia effecit, vt Atheniẽses ad Mitylenẽsiũ vires coercendas, in Lesbum mille milites, cũ Pachete Epicuri filio miserint, qui ĩ insulã delati Mitylenen duplici muro qua mediterranea insulę spectabat, continuo cinxere, castellis aliquot per opportuna loca dispositis. Appetebat iterea eius anni hyems, quũ publica pecunia deficiẽte, Atheniẽses coacti sunt tũ pri mũ tributũ cõferre. CC. ꝙ ex vrbe talẽta coacta. Plateenses & ipsi diu a Lacedęmoniis & Bœotiis obsessi, quũ omnifariã cõmeatu iã arctissime laborare cœpissent, ducẽti & ampli⁹ pluuia no cte per muros hostiũ trãsgressi, Athenas ĩcolumes euaserũt. Qui ĩ vrbe remãsere, multitudine le uati obsidionẽ ferre perseuerarũt. Lacedæmonii interea veriti, ne Mitylenęi lõga oppugnatione fessi, ad deditionẽ cõpellerenť, sub hyemis exitũ Salethũ Lacedęmoniũ in Lesbũ miserunt: qui per torrẽtis alueũ, qua hostiũ munitiões cõtinuari nequiuerãt, Mitylenẽ ingressus, principes ciuitatis affatus, docuit quadragita naues ex Pelopõneso, haud multo post illis auxilio affuturas. Lacedęmonios ad hęc studio parare, vt cũ socioꝝ appẽdicib⁹, sub initiũ veris, Atticã popularenť. Salethi accessus peropportun⁹ fuit ad Mitylenęos in obsidione cõtinẽdos: nec spes futuri pręsi dii eos fefellit: nã & promissę naues sub principiũ ęstatis, quę annũ quintũ belli, quod interea ge rebatur, inchoabat, in Lesbũ venerũt, & Lacedęmonii cum sociis, Pausanię Plastianactis filii du ctu, qui adhuc pupillus erat, Atticam terrã ingressi, quicquid ad id temp⁹ refruticauerat, priori busve expeditionib⁹ fuerat intactũ, ferro exemerũt. Suntq́ tam diu in hostico commorati, dum ex Lesbo aliqđ, post suoꝝ illuc appulsum, noui nũciaretur, nihil veriti futurũ, vt Mitylenęi, suoꝝ accessu, terra mariq́ obsidione soluerenť. Cæterũ quũ nihil inde plures dies nunciatũ esset, & iã cibaria ad tempus cõparata deficerent, Atticæ finibus excedere sunt coacti. Mitylenęi interim rerum omniũ inopia adacti, quia classis ex Peloponneso haud tam cito affuit, Atheniẽses in vrbem accepere. Septimo post die, q̃ deditio facta erat, Alcidas classis præfect⁹, ad Enibatum Erythreę cũ sociis appulit: ibi a Teutraplo Heleo & Ionũ exulibus monitus, vt aut Mitylenen subi to a mari ĩuaderet, aut Cumã in Æolide aliãve Ionię vrbem occuparet, qđ peropportunũ foret ad eius gẽtis ciuitates, quę vulgo mœnibus carerẽt, ab Atheniẽsibus alienandas, nihil eoꝝ persuasus, retro in Pelopõnesum fugienti similis abiit. Paches Atheniensiũ dux, Mitylene recepta, Salethum Lacedęmoniũ, & principes defectionis Athenas misit. Saleth⁹ publico decreto capite mulctatus est. De Mitylenęis, postq̃ est ad populũ relatũ, prę nimia in eos ira multitudo non eos tantũ qui missi fuerãt, sed Mitylenęos puberes ad vnũ obtruncandos censuit: missaq́ est ad hoc ipsum triremis ad Pachetem cum publico decreto, vt mulierib⁹ & pueris in seruiturẽ redactis Mitylenęos oẽs interficeret. Subit ciuitatẽ statim tam atrocis decreti pœnitentia: quod vbi iis, qui Mitylenęos seruatos volebãt, est animaduersum, eorũ legatis suppliciter rogantibus, q̃ post

Atheñ. classis.

Lacedæ. Mitylenęis suppetias eunt.

Decretũ in Mitylenęos

deditionẽ factã Athenas venerant:placuit iterũ populum ad concionẽ vocari. Tũ ibi Cleon, qui vltionis author erat, multa de leuitate populi questus,ꝙ ĩ re seria,& q̃ ad ciuitatis statũ maxime ptineret,tã facile ab paucis,& qui linguã in quęstu,omniaq; venalia haberent circũscribi se,vtiliq; reipublicę ꝑposito auerti paterent̃:rẽ indignã fieri clamitãs,ciuitatẽ imperãdi cupidã,sermonis lenocinia libẽtius, q̃ qđ verum esset audire, oportere oratores qui dicendo oblectarẽt,in cęteris reb⁹ eloquẽtię vires exercere,nõ vbi ciuitas paululũ demulsa incredibilẽ faceret iacturã,cẽsere se Mitylenęos,qui nulla ab Atheniẽsibus affecti iniuria ad hostes desciuissent,morte ad vnũ mulctãdos,cũ vt vltio ipsa in posterũ documẽto esset sociis, ne temere talia molirẽtur,tũ quia hostili animo illi semper ĩ Atticũ nomẽ fuissent, siquidẽ ægritudines corporũ & lãguores a medicis facile curari,ingenitis animorũ affectibus solã mortẽ mederi. Quũ multa Cleon in hãc sentẽtiã disseruisset,Diodotus in cõcionẽ progressus,Ego inqt viri Athenienses neq; eos accusandos puto,q iterũ de Mitylenęis ad vos relatũ voluere,neq; illos aliquo modo laudãdos,q maximis de rebus sępius cõsultari vetãt,quãdo duo sint cõsultationibus maxime cõtraria.celeritas & ira,quarũ hęc parũ scite quicq̃ fieri vult,illa temere & in cõsiderate oĩa pręcipitat.Ineptus qdẽ & amens ille,qui fieri posse putat,vt de re aliqua recta ineatur cõsultatio,nisi qd sit illud de quo agitur,prius intelligat:qđ si quis aliter q̃ cunctãdo disceptãdoq; fieri posse arbitrat̃,meo iudicio opinione fallitur. Hęc sane cognitio,quo magis necessaria est,eo ĩdignius illorũ calumnia ferẽda,qui corruptelę nomen vtilissimę discussioni imponũt,quasi nõ liceat ciui de republica quũ opus sit, pro concione quę sentiat libere dicere,sitq; aut Cleon,aut quiuis alius vnus, in arduis rebus decernendis, non plures audiendi. Sed licuit semp viri Athenienses,licebitq; in libera ciuitate,optimeq; instituta,q̃ e republica sint ꝑferre,qđ quũ ita sit,neq; ego ꝑ Mitylenęis dicturus huc hodie ꝓcessi,neq; queq̃ accusaturus,sed vt ea dicã q̃ & ad vestrã dignitatẽ,& ad imperii salutẽ attineãt. Vos vero nõ quia Cleonis oratio ad iustitiã sit propẽsior,ob vestrã quę est nũc in Mitylenęos iram,quæ dixero minus vtilia arbitremini viri Atheniẽses,haud eñ in p̃sentia de iure disceptamus, sed vtrũ Mitylenęos occidere reipub.cõducat,cognoscimus.Est(quis nescit)in multis ciuitatibus,nõ modo huiuscemodi criminibus,sed lõge etiã minoribus mors pœna cõstituta.Spe tñ sollicitati hoĩes periculũ adeũt, neq; quisq̃ periclitari vnq̃ ausus est,q nõ scelus sibi ꝓcessurũ arbitretur:neq; vnq̃ ciuitas ab ĩperio vllo,aut regno defecit,q̃ nõ crederet se tãtũ viriũ habiturã, vt aut supior futura esset,aut illi a quo defecit oĩno par viribus. Ingenitũ a naturali est oĩb⁹ priuatim & publice delinqre,nec vlla lex tãti est,q̃ etsi ꝑ oĩa sit itũ supplicia,hoc ipsum inhibere possit.Nẽpe huic necessitas p̃bet audaciã,illi auaritia & cupiditas. Impetu hoĩes,quisq; suo insanabili ac potẽtiore,q̃ vt frenari possit,in discrimẽ adducũt̃, sed oĩm maxime officiũt spes & cupiditas.hęc dux,illa comes,hęc insidiarũ vitãdarũ immemor,illa ꝓsperitatis & successus ostentatrix, quo fit vt incerta pręmia potentiora sint pœnis,quę subiectę sunt oculis. Accedit his fortuna,q̃ nihilominus ad cõcitãdos mortaliũ animos valet.quippe q̃ nõnũq̃ ciuitates,tãtoq; ciuitates ipsas facilius,quãto maius est de libertate,de principatu,de ĩperio,q̃ de minoribus fortunis ad oẽm animorũ motũ ĩritamẽtũ. Postremo impossibile est immo dementis credere, quoties humana mẽs ad aliqd agẽdũ ĩmoderato aliquo affectu rapit̃, vlla vi legũ prohiberi,aliave difficultate. Qđ quũ ita sit,neq; oportet vos de Mitylenęis qa a vestro imperio defecerint,qcq̃ grauius statuere,neq; ad desperationẽ cęteros,qui simili via peccarũt tãq̃ pœnitere nõ liceat,impellere. Quin ignoscite potius,vt qui sociorũ ad hostes transiuere vbi veniã haud sibi desperãdã viderint,hinc cogitare incipiant quonã modo in fidem vestrã redire valeant,parati victoribus oẽm belli impẽsam reddere,tributaq; in posterũ persoluere, per quę iampridẽ sumus hostibus pares:ꝙ si populos lõga obsidione captos,nimia vlciscendi cupiditate extinxerimus,qui nobis pecuniã ad bellicos vsus in posterũ ministrent, erũt perq̃ pauci,deerũtq; pecunię ad bellorũ vsum,quo p̃sidio adempto, haud quidẽ intelligo,quo alio certiore reip.corpus stare possit amplius. Quapropter nõ tãq̃ iudices debemus exacte de sontibus suppliciũ sumere, sed cõsiderare queadmodũ ex ciuitatibus moderatius mulctatis nobis pecunia suppeditari possit,nec populos legũ seueritate,sed operũ sedulitate, virtuteq; & innocẽtia in fide cõtinere.Oportet eñ nõ valde plectere liberos,ꝙ rebellarũt,sed ne rebellãdi occasionẽ habeãt,diligẽter custodire.Nulla re facilius q̃ benignitate studia cõciliantur, nec conciliata cõmodius q̃ innocẽtia retinẽtur.Nec si alienata sint efficacius qcq̃ reuocat,q̃ spes clementię.Et vt paucis,qđ sentio,dicã,multo vtilius arbitror ad imperii incolumitatem, nos

Oratio Diodoti.

Attende q̃ recte colligat.

iniuriã accipere nõ inuitos,q̃ eos q ita deliquerũt occidere, ꝓsertim cũ periculũ sit ne nobis
vltra modũ ſęuiẽtibus,q́cq̃d adhuc ſocioꝝ eſt,crudelitatis odio hoſtile fiat,ad quã iacturã cui
tãdam,ite viri Atheniẽſes,ac cõfeſtim quæ per temeritatẽ & irã in ſocios,ſua ſpõte deditos,
crudeliter decreuiſtis,veſtro ſuffragio mutate,de prĩcipibus defectiõis,quos Paches miſit,per
ociũ cõſultaturi:Mitylenẽ habitari patiamini.Erit id vobis quũ cõducibile,tũ hoſtibus ipſis
formidoloſum.Quiſquis em̃ mature ſibi cõſulit,is cõtra hoſtes plus pollet,q̃ qui temeratia
feritate in facinꝰ ꝓrũpit.Tali Diodorus eſt ad populũ oratiõe vſus,qua multitudo vehemẽ-
ter mota & in ſuffragiũ miſſa, prius decretũ minori inducto ãtiquauit.Cõtinuo igit̃ publi
ce altera triremis eſt inſtructa,quę irrequieto curſu cũ recẽtiore decreto in Leſbũ tẽderet,peri-
culũ erat ne nimis ſero mitteret̃,prior em̃ cũ mãdato cędis vno ferme die ac nocte vna ꝓceſ-
ſerat:Mitylenęi legati q Athenis erãt,veriti ne triremis quę pub.mittebat̃,ad priorẽ ĩſequẽdã
parũ nauiter celeraret,aut aliquo,vt fit,caſu ſuo curſu excuſſa parũ mature in Leſbũ veniret,
alterã ipſi ſuo nõie inſtruũt,magniſq; pollicitis remiges onerãt, idẽtidẽ obteſtati,vt vniꝰ ci-
uitatis ſaluti cõſulerẽt:vino itaq; & hordeaceo pane in nauẽ ĩpoſito,qui priuatĩ mittebãtur

Legatorũ prudẽtia.

irrequieto curſu vſi ſunt,vt dũ alii dormirẽt aut cibũ caperẽt panẽ vino & oleo maceratũ eſi
tãtes,iteri nõ deeſſent q nauim remis agerẽt.Satiſq; feliciter Mitylenæis ceſſit,q decreto cę-
dis iam lecto,altera lętioris nũcii Pacheti iã ſeſe ad cędẽ expediẽti ſuperuenerit.Adeo Mityle-
næi ꝓpiꝰ periculo fuere.Qui Athenas ab ĩitio miſſi fuerãt,capitali ſunt ſupplicio affecti.Na
ues Mitylenæis adẽptæ,& muri vrbis diſiecti,oĩſq; Leſbiorũ terra pręterq̃ Mitylenęoꝝ vecti-
galis facta.Et in Leſbo res ita geſtę ſunt.Eadẽ ęſtate Minoa ĩſula,quę ante Megara fuit,q̃q; a

Minoa inſula.

Megarẽſibꝰ pręſidio tenebat̃,a Nicia Nicerati filio expugnata eſt.Atheniẽſes ea poſtea vſi
ſunt,ad ꝓhibẽdos hoſtiũ motꝰ.Sub id tẽpus Plateẽſes quoq; oĩm terũ ĩopia domiti,vrbẽ vl
tro Lacedęmoniis dedidere,iudices ſe eos habituros ꝓfeſſi,q de noxiis,ſi ita videret̃, ſuppli-
ciũ ſumerẽt,iidẽ indẽnatũ neminẽ occiderẽt,ita cõditiõe recepti,haud multo poſt ad eoꝝ cõ
ſpectũ cõſtituti,q ex Lacedęmone miſſi fuerãt,vt Plateẽſiũ cauſam cognoſcerẽt,rogati hoc
tãtũ an qcq̃ de Lacedęmoniis & ſociis eo bello bene meriti eẽnt.Tali iudicũ petitiõe ꝑculſi,ap
parebat em̃ quoquo mõ ad ea reſpõderet̃ periculũ iſtare,petierũt vt lõgiore ſibi liceret vti o-
ratiõe,factaq; dicẽdi poteſtate,Lacõ Amneſti filiꝰ cui publicũ erat cũ Lacedęmoniis hoſpitiũ,
cũ Antimacho Aſopali ĩ mediũ ꝓgreſſus,tali eſt ad iudices oratione vſus. Veſtrã Lacedęmo

Oratio Plateenſiũ ad Lacedęmonios.

nii fidẽ ſecuti, nuꝑ deditionẽ fecimꝰ,haud qdẽ rati tale ſubeũdũ eẽ nobis iudiciũ, ſed ciuiliꝰ
aliqd apud vos,nõ alios iudices,de iure diſceptãdũ,nũc haud ĩmerito veremur, ne opinione
decepti,certamẽ nobis de vita,& nõ rebus ſit ſubeũdũ, voſq; nõ ad iudicãdũ ex æquo,ſed vin
dicãdũ potius quodcũq; crimẽ Thebani in Plateẽſes,quos odio pluſq̃ hoſtili ꝓſequũtur,ad li
bitũ cõfinxerit.Neq; em̃ accuſatio vlla,quã refellere poſſimus, ꝓpoſita eſt nobis,ſed ad pau-
ciſſima verba iuſſi ſumꝰ reſpõdere,quo vno nihil nſę cauſę magis poteſt eẽ cõtratiũ,vndiq;
igit̃ ancipiti metu cõſtituti,tutiꝰ arbitramur aliqd dicẽdo periclitari, q̃ p ſilentiũ ad hoſtiũ
libitũ dãnatum iri,& ſi ꝑdifficile & arduũ fore arbitramur,vt quę a nobis in ꝓſentia dicãt̃,
ſtudio ſitis & fauore excepturi,nõ q̃a hoc tantũ crimini det̃,q noſtra merita ſint vſoꝝ ſocio
rũ meritis inferiora,ſed ne in alioꝝ gratiã iudiciũ iã peractũ ſubeamus . Cęterũ quocunq; in
nos aĩo ſitis,qui iãdudũ de capite & ſalute noſtra iudicaturi eſtis,q̃d iuris aduerſus Theba-
noꝝ ſimultatẽ,quid in vos,quid in cęteros Gręcos habeamꝰ,ordĩe explicabimus,& vt ab iis

Dilemma optimũ.

ordiat, quibꝰ primũ reſpõdere iuſſi ſumus,nũquid hoc bello,de Lacedęmoniis ſociiſve aliqd
bene meriti ſimus,dicimꝰ,ſi vt hoſtes rogamur,nullã vobis iniuriã feciſſe,q nullo vos benefi
cio affecerimꝰ,ſin vt amici,vos potiꝰ deliquiſſe,qui nobis vltro bellũ ĩtuliſtis,nõ ſumꝰ in hoc
bello de vobis meriti,nã hoc ſolũ nobis obiici poteſt,at Medicis tẽporibus certe fuimus,quũ
Bœotioꝝ ſoli p veſtra Lacedęmonii,& totiꝰ Gręcię libertate,& ad Arthemiſiũ primo,mox
& in noſtro agro Pauſania duce ſtrenue pugnauimꝰ.Fuimus & tũc aliqd meriti, quũ vobis
horrẽdo illo motu terrę,quo veſtra vrbs corruit,perculſis,facta in Ithomẽ mãcipioꝝ fuga,ter
tiã militaris ætatis partẽ auxilio miſimꝰ.Et tales qdem in vos & alios ãtea fuimꝰ, ꝓq; viribꝰ

Tranſlatio culpę.

operã nauauimꝰ.At ſumus poſtea hoſtes facti,fatemur,ſed culpa penes vos eſt Lacedęmonii,
qui fidẽ veſtrã aduerſus Thebanoꝝ iniuriã implorãtes recipere noluiſtis, fuiſtiſq; nobis au-
ctores vt ad Atheniẽſes,qui ꝓpinquiores eẽnt,cõfugeremus.Illoꝝ igitur ſocietatem ãplexi,
in partibus fuimus,nihil inteti vobis aut ſocioꝝ cuiq̃ iniurii.Nec crimini dandum puto q
ab Athenienſibus veſtro iuſſu deficere noluimus,quippe quos ꝓdere non perfidum ſolũ, ſed

pene impium fuisse, quũ illi nos a vobis repudiatos, nõ solũ in socios accepissent, sed ciuitate etiã donatos cõtra Thebanorũ iiuriã, quãrũ ĩ se fuit, ad hũc diẽ armis, ꝑsidio, cõmeatu, ꝓtexerint. Q; si bellũ accusari oportet, vos Lacedęmonii & Athenięses ĩ culpa estis, q furoris hui⁹ duces fuistis, non socii, q iure fœderis alterutros secuti sunt. Thebani vero quũ alias multas iniurias nobis ĩtulerũt, tũ vero postremã hãc, q̃ vt nostis, hoꝝ causa est, q̃ patimur. Illi eñi quũ fœderũ tpe, solẽniq; die, vrbẽ nostrã occupassent, merito sunt a nobis supplicio affecti, qđ & leges & iura gẽtiũ ꝑmittũt, vt qui ĩ tuã tuęq; vrbis ꝑniciẽ grassetᷓ, vt hostis puniatᷓ, qđ factũ si nostra cęde expiãdũ arbitremini, nõ iura, nõ leges, sed societatẽ & vsum, quẽ ex illorũ cõmilitio percipitis, intuiti parũ quidẽ religiose facitis, qui nõ æquo & honesto, sed vestro affectui & cõmodo inseruitis. Nec si Thebani nunc vobis vtiles videntᷓ, sunt ꝓpterea de vobis magis meriti, q̃ olim nos fuim⁹, quũ medicis tẽporibus, pro vestra & totius Gręcię salute, cõtra Barbaros, pro qbus illi stabãt, vobiscũ arma tulimus. Fuimus hoc bello ĩ partib⁹ fatemur, sed cũ Atheniensibus fuimus, quibuscũ vos olim cõmunẽ libertatẽ aduersus Barbaros defendistis. Nũc de prĩcipatu disceptatis, at illi nõ Gręcos, sed Barbaros cõplexi, nõ de gloria, nõ de principatu, sed de libertate, immo de vita, nobiscũ dimicarũt. Considerate pręterea vos a plurib⁹ Gręcorũ ꝓbitatis exẽplar, & virtutis æstimari, q si de nobis ꝙ fidi gratiq; socii ĩ Athenięses fuerim⁹ atroci⁹ aliqđ statuetis (haud eñi occulte causam hãc iudicabitis) ne postea iudiciũ vestrũ nõ ꝓbetᷓ, qđ de nobis bonis viris ipsi meliores tuleritis, indignũq; vulgo arbitrentᷓ Plateas a vobis hostiliter deletas, quas patres vestri perpetuo virtutis suę argumẽto, in tripode Delphico ĩscripserãt. O miserã & infelicẽ Plateẽsiũ sortẽ, perituri fuimus Medicis tẽporib⁹, si Barbari vicissent, & nũc apud vos viri Lacedęmonii, in eoꝝ gratiã ꝑiclitamur, cõtra quos tũ Gręciã defendimus, & q supra vires tũ Gręcorũ studiosi fuimus, nũc abiecti, deserti, inhonorati, ante inimicorũ cõspectũ iacemus. Nõ amici, nõ socii nobis adsunt, veriti ne vos quidem Lacedęmonii, vnica spes nostra, parũ mites ĩ nos futuri sitis. Quos ꝑ sociales deos, qb⁹ auspicibus vobiscũ olim arma tulim⁹, ꝑ antiquũ Plateensiũ in vos & oẽm Gręciã, studiũ ꝑcamur, vt nostrorũ malorũ misereamini, ne Thebanorũ in nos odiũ secuti, indigna morte afficiatis. Vidẽdũ etiã vobis est, ne vos dedecus & infamia ingẽs in posterũ maneat, ꝙ vestros olim socios, amicos, auxiliares, nũc demũ nõ volũtate, sed necessitate hostes factos, crudeliter occideritis. In prõptu est nostra corpora extremis poenis, dũ inimicorũ oculi nostro cruore pascantᷓ afficere, at infamiã abolere arduũ & difficile. Illud ꝑterea cõsiderate, venisse nos sponte ĩ fidẽ nõ vi coactos viri Lacedęmonii, quos ita deditos rit⁹ Gręcię occidi vetat. Respicite & vestrorũ patrũ sepulchra, quos a Medis, in quorũ acie Thebani steterãt, interẽptos, in nostraq; terra sitos, quotãnis publice quũ aliis inferiis, tũ fructuũ primitiis, pioq; vestimẽtorũ apparatu, honoramus. Pausanias dux vester eos hic, vt ĩ amico solo, & amicos sepeliit. Q; si nobis indigne peremptis Plateẽsis ager Thebanis adiiciatᷓ, qđ aliud erit, q̃ maioꝝ manes annuo honore in perpetuũ spoliare? in terra hostili, & apud ipsos ĩterfectores ĩhonoratos relinq̃re? soluũq; ĩ quo Gręci liberati sunt, ĩ seruitutẽ redigere? delubra deũ ꝑ quos illi victoriã adepti sũt deserere? Rem ꝑfecto impiã, & a vestra iustitia & pietate porro alienã: Gręcię institutis, progenitorũ memoria, beneficiis nostris, haud dubie indignã, vt alieni odii gratia, a nihil lęsis crudeliter occidamur, digni qbus vltro veniã daretis, si aliqđ etiã deliquissemus, non qualia sed quales passuri simus animo reputãtes. Tales vos qdẽ in nos esse oportuit. Cęterũ quando necessitas cogit, per oẽs Gręcię deos, per omnia sacra publica & priuata, per vestrorũ patrũ sepulchra, per eorũ manes, quos rite semꝑ venerati sumus, ꝑcamur, obtestamurq; vos viri Lacedęmonii, vt in tãto discrimine nobis ꝓpitii sitis, ne amicissimos vestros Thebanis inimicissimis ad suppliciũ dedatis, reueriti hunc diẽ, quo ꝑclarissime olim Medos & Thebanos ipsos, vestrorũ patrũ ductu & auspiciis, his locis debellauimus. Et quoniã viros tali discrimine constitutos: vt necessariũ, ita tristissimũ dicẽdi finẽ facere oporteret, iã loqui desinẽtes, adhuc loqmur, obtestamurq; Plateẽses, se vrbẽq; suã, nõ Thebanis, sed vobis Lacedęmoniis tradidisse, vestrã fidẽ secuti, vt auxilio sitis imploramus, aut si ea q̃ iusta sũt, nobis cõcedenda non putatis, vestræ fidei erit, nos in eũ locum vnde vltro processimus restituere, vt integrum sit nobis, de vita & fortunis postremo cõsultare. Id sane magis ex vestra dignitate fiet, q publicę libertatis assertores ꝑdicari vultis & estis, q̃ si vestrũ nomẽ & authoritatẽ secuti, Thebanis ꝓpter vos nobis inimicis ad suppliciũ tradamur. Hęcq; Plateenses. Thebani veriti ne vehemẽti illa oratione Lacedęmonii ab vltione abstinerẽt, petierũt vt sibi quoq; ad ea, q̃ Plateenses dixissent, liceret

Efficacissima deprecatio.

Peroratio.

Thebanoꝝ recriminatio.

respondere. Qui venia ĩpetrata, eorũ vnus ita est exorsus vt diceret, potuisse sine maiore disceptatione iudiciũ illud trãsigi, si Plateẽses ad interrogata respõdissent. Verũ quia lõgiore vsi essent sermone, quo multa mẽtiẽdo, vt a scelere & flagitio abesse putarent, in Thebanos oim malorũ culpã reiecissent, necessitatẽ sibi ipositã, partim negãdi ea q̃ ab illis essent dicta, partim etiã coarguẽdi. Cętera deinceps ita est ordine executus, vt primę discordię culpam apud Plateenses fuisse ostẽderet, q a Thebanis ad Atheniẽses, nulla iniuria, nisi q a suis cõditoribus patere nolle in animũ induxerant, ante Medorũ aduentum defecissent, atq idipsum in causa

Refutatio. fuisse, q illi contra Medos tulerũt arma, quia cũ Atheniensibus militarẽt, nõ q Lacedęmoniis gratificarẽtur, nec q tum Thebani cũ cętera Grecia nõ sensissent publico cõsilio, sed nõnullorũ fraude, qui tum rẽ Thebanã oppressam tenebant, accidisse, nec Pausaniã ducẽ, & alios id pręteriisse, qui vel paucorũ morte eã culpã post victoriã expiassent. Nec quia festo die vrbem suã occupatã a Thebanis arguerent, dignos ppterea fuisse, qbus venia daretur, quasi merito nefariam illã cędem edidissent. Quippe quũ neq ad cędem, neq ad bonorũ direptionẽ, tũm Thebana cohors Plateas occupasset, argumẽto id fuisse, q occupata vrbe neminẽ violassent, cõtẽti Plateẽses in Bœotiorũ corpus redactũ iri eos, qui quũ tales fuissent: Plateẽses tñ i fidẽ receptos, impie excarnificati essent. Sed licuisse illis p Lacedęmonios incolumes esse, si i ptib9 esse voluissent, maluisse tamẽ omni scelere cõtaminatos, cũ Atheniensibus periclitari, q̃ cũ Lacedęmoniis Grecię libertatẽ tueri, indignos q audirẽtur, dum prisca decora, siqua extitere, tã insolẽter memorarẽt, q̃ vt fortibus & iustis psidio esse debẽt, ita scelestis & impiis supplicio & detrimẽto, neq hostiũ querelas, pluris q̃ sociorũ apud Lacedęmonios valere oportere, qui multo grauiora q̃ illi passi essent, Thebanorũ iuuẽtute illoq psidia & scelere trucidata, quorũ parẽtes in Cheronia, cum ad Lacedęmonios Bœotiam traherẽt, mortem oppetiissent, partim filiis orbati, iam inde ab cęde illa nefaria, inopẽ desolatãq vitã agere perseuerassent. Sepulchra pterea eorũ q Medico bello periissent, q̃ cęde primo cognatorũ, mox nefario bello violassent, nõ modo nõ aliqd illis depcari putandũ esse, sed stare etiã cõtra, q tot virorũ fortiũ vmbras ide psenti iniuria & impietate excitassent. Postremo haud qdẽ eos manus in pugna protẽdisse, sed ex pacto subiisse iudiciũ. Quę quũ ita se haberent, orare & ipsi obtestariq Lacedęmonios, vt lege iudicarẽt, miserereturq sociorũ, q tot idigna a Plateensib9 passi essent, ostẽderẽt Lacedęmonios rerũ nõ verborũ proponere certamina, q̃ iusta & ęqua essent, breui sermone esse contenta, comptis modulatisq sermonib9 flagitia velari. Q̃ si cęteri mortales, Laconicũ motẽ secuti, totã cognitionẽ in arctũ cõtraherẽt, breuiterq rogarẽt, nemo quidẽ in turpibus rebus cõposito, fucatoq sermone vteretur, sed iure staretur, cõtẽtiq iustitia ageret

Perorati9. humanũ genus, qd soli hoim Lacedęmonii sapiẽtissime facerẽt. Quũ his Thebani Plateensiũ verba excepissent, Lacedęmonii psentẽ irã, magis q̃ vetus meritũ secuti, iterũ Plateenses percõtati an de se essent quicq eo bello meriti, ad quę quũ illi nihil respõderẽt, inde abductos ad vnũ, quũ. CC. numero essent, iusserũt interfici. Athenienses qui vna obsidionẽ pertulerant in

Plateenses a Lacedę. interficiunt. seruitutẽ redacti sunt. Thebani vrbẽ Megarẽsibus domo pulsis habitãdã cõcessere, restitutis Plateensiũ exulibus, qui secũ ab initio senserãt. Cęterũ vertente anno a fundamentis totam diruerũt, agerq publicatus est. Sed dũ hęc ad Plateas gesta sunt, Corcyrẽses domestica seditione iactati, Pelopõnesiacã classem Atticãq Corcyram vno pene tẽpore exciuere, optimatibus ad Lacedęmonios & Corinthios rẽ trahẽtib9, plębeiis ad Atheniẽses. Dimicatũ erat sępi9 inter ordines in vrbe vario euẽtu, postremo Nicostrati Atheniensiũ ducis interuentu qui ex Naupacto cũ. XII. nauib9 maturi9 affuit, optimatiũ opes fractę, nec ita multo post. L. e Pelopõneso naues, Alcidę ductu, Corcyrã appulerũt, cum quib9 duodecim Atticę & Corcyrẽses tumultuose dimicarũt, inclinasserq iterũ fortuna ad optimates, nisi LX. Atheniensiũ naues cõtinuo subsecutę essent, quas Eurymedõ prefectus ex Attica celeri cursu Corcyrã pducere fuerat iussus. Alcidas Atticarũ nauiũ nũerũ verit9, q̃ occultissime potuit, per Leucadiũ Isthmũ nauib9 in cõtrariũ litt9 traductis, ipse cũ cęteris copiis terrestri itinere se in Pelopõnesũ recepit. Nobiliũ Corcyrẽsiũ factione Lacedęmonioq pręsidio destituta, in Iunonis tẽplũ

Corcyrẽsiũ nobiliũ infelix exit9. plærique cõcesserũt, vnde quidã sunt ad suppliciũ vi extracti, nõnulli inibi sibi mortẽ cõsciuere, q̃dã mutuis se vulneribus peremerũt. Plębeius ensis ita est in eum ordinẽ euagatus, vt impunę creditores sint a quibusdã debitorib9 interfecti, paterq filiũ obtrũcarit. Alii obstructo Liberi patris delubro necati sunt, estq eo res fœdior visa, q ad id tẽp9 nulla Grecarũ vrbiũ ciuili su erat seditione iactata. Peruasit pcedẽte tempore id malũ vniuersam Grecia, vt ciuitates fere

omnes in diuersas factiones abiuerint,quo accidit,vt q̄ opibus & nobilitate polleret,optimates sint vocati,reliqua multitudo plebis nomē fuerit sortita.Et Corcyrenses his sunt casibus per id tēpus iactati.Nec Eurymedon diuti⁹ ibi cōmorat⁹,sed suę factionis opibus firmatis,in Atticā cū classe est reuersus.Post cui⁹ discessum Corcyrēses exules,q medio tumultu dilapsi mortē effugerāt,captis muris qui in cōtinēti erāt,inde egressi,sępius prędā ex insula agebāt. Erāt hi circiter quingēti,quorū assiduę incursiones,famem haud multo post iis,qui in vrbe agitabāt,ingentē attulere.Miserūt exules ipsi Lacedęmonē & Corinthū auxilia imploratum, iam enim in spem venerāt recuperandę vrbis.Sed quū nihil impetrare potuissent,propriis viribus fręti,sexcēti numero,incensis nauibus,quibus vsi fuerant,vt omni euadēdi spe adēpta, cogerētur vel inuiti strenue insulā obtinere,Histonem montē occupant,ibiq; muro instructo, ex occasione vrbanā multitudinē assiduis incursibus infestabāt.In hocq; erāt res Corcyrēsiū statu,quū Athenienses,sub exitum eius æstatis.XX. naues in Siciliam miserunt, Lachete & Choriada ducibus.Syracusani & Leontini cōtractū inter se bellū habebāt.Fauebant Syracusanis pter Camarinēses,q̄cūq; Dorici nominis ī ea terra ciuitates erāt. Leōtinis Camarina & Chalcidicę omnes vrbes,quę eędē erāt & Ionicę,suppetias ferebant.Rhegini vtpote cognati Leontinis ipsis,q ad Atheniēses miserāt auxilia in Syracusanos postulatū,de quorū iniuria q̄rebātur,q̄ & terrę & maris vsu ab illis phiberētur.Atheniēses pro vetusta necessitudine, q̄a Leontini Iones essent,naues ad id bellū instruxere.Hęc palam secuti.Cęterū sperabāt fore,vt q̄diu illic Atticę naues essent,Sicula frumentatio Lacedęmoniis inhiberetur.Putabāt adhęc posse fieri, vt insulę nobilissimę possessionē præsentis belli occasione aliquo modo suis rebus adiūgerent. Rhegium igitur primo Atticę naues appulsę, bellumq; ibi gerere sociis iunctę. Hyeme q̄ secuta est pestilētia Athenis orta,per annū deinceps nihil remittens,ciuitatis opes vehemēter afflixit,mota est pterea plerisq; Gręcię locis terra. Qui in Siciliam accesserunt cū Rheginis Æoli insulā inuaserūt.Ex iis Liparei,Gnidiorū coloni, Liparam incolebant:inde in proximas est insulas trāsmissum,Strongylam,Didymā,& Hierā.Persuasum habuit vetustas in Hiera officinā Vulcani fuisse,q̄ ibi vtiq; noctu ignes existerēt,interdiu fumus velut ex camino quodam redderet.Erant tūc earū accolę Syracusanorum socii, ob idq; Athenienses & Rhegini eorū agrū hostiliter sunt populati,sed ad deditionē cōpelli nequiuerūt.Ac quintus presentis belli annus p hęc exactus est.Crebri terrarū motus,sub initiū sequētis anni,Lacedęmonios q cū sociis ad Isthmū pcesserāt,quo min⁹ in Atticā erūperēt, ab īstituta expeditione auerterūt.Et in Eubœa circa Orobias partē terrę & vrbis cū pernicie multorū,subitus pelagi æstus inundauit.Ad Athlantā quoq; insulā apud Locros similis alluuio facta est,quæ sine motu terrę haud quidē accidere potuisse credunt. In Sicilia Chariada Atheniēsium duce a Syracusanis in pugna interfecto:Laches penes quē vnū erat nauiū potestas, Milas Messeniis ademit,duab⁹ ibi hostiū cohortibus oppssis. Inde & Mamertinos obsidib⁹ acceptis in fidē recepit.Altera Atheniēsiū classis nauiū triginta in Pelopōnesum eadē æstate domo pfecta est. Duce Demosthene Alusthenis filio,& Procle Theodori. LX.q; alię seorsum in Melū insulā, q̄ imperiū detrectabat.Pręerat huic classi Nicias Nicerati filius. Melii agro hostiliter vastato ad īperiū retrahi nequiuerūt.Nicias in Oropū,qđ est contra insulā,trāsmisit. Vnde pedestri itinere Tanagrā Bœotiorū vrbē repēte est adort⁹.Et Atheniēses ex vrbe,q bello idonei erāt, Nicię excōposito affuerūt.Ante Tanagrā cū hoste dimicatū. Tanagrensibus, & Thebanis q cū illis erant prelio victis,vastato agro vrbi circūiecto Nicias,cęteris Athenas euntibus classiarios ad naues recepit,q quū & Locridis oram pari clade affecissent,in Atticā sunt reuersi. Per id tēpus Lacedęmonii Heracleā in Trachinia Coloniā posuerunt,loco & ad psentis belli vsum idoneo,& in Thraciā irrūpere volētibus nō minus opportuno.Aberat a Thermopylis locus stad.circiter quadraginta,dimidiū stadii a mari.Cęterū dū circa Melū Nicias rē gerit, altera Atheniensium classis Procle & Demosthene ducibus,Pelopōnesi oram circūuecta,cum Acarnanū appēdicibus Leucadios est adorta. Incursatus ager,& Apollinis tēplū violatum. Anceps inde cōsultatio tenuit Acarnanibus suadētibus,vt Leucadem muro cingerēt, cinctā obsidione expugnarēt:Cōtra Messeniis hortātibus,vt Ætolos inuaderēt, gentē plurimū vicatim agētē,q̄bus victis cīs Epirus facile esset Atticis reb⁹ accessura.His Demosthenes assensus,a Leucade pfectus,cū omnibus copiis in Solion nauigauit.ibi Acarnanibus, q̄a Leucadē duces oppugnare noluissent,cōmilitiū detrectātibus,cū Cephaleniis Messeniisq; & parte vna classiariorū,Ætolis bellum est a ducib⁹ illatū.Profecti ex Oenone Locridis primo in Nemeeī

Facin⁹ Corcyrensium exulum.

Siculorum discordia.

Lipara.
Æoli īsulā.
Strongyle.
Didyme.
Hiera.

Alluuio terrę.

Demosthenes dux.
Oropus.

Heraclea

Leucas.

Hesiodi Iouis téplo statiua habuere.Hic Hesiodũ poetã ab locorũ incolis peréptũ phama est.Demos
mors. sthenes inde pfectus Potidianã primo,mox Corylion & Tichion expugnat.Egitiũ inde occu
Ætolorũ pat,ab incolis metu destitutũ.Hic Ætoli ex tumulis decurrẽtes,leui genere pugnę Atheniẽ
vrbes. ses tã diu distinuerũt,nũc cedẽdo,nũc pliũ minitãdo,quoad sagittarii,telis exhausti inermes
redderent.Tũ facto in eos impetu,fessos magnaq; ex parte inermes adoriunt.Fœda ibi fuga
Athenięses orta est,alii alio dilapsi,passim ab hostibus vtpote locorũ ignari,interfecti,q cędi supfuerunt
vincũtur. ægre ad Oenidẽ Locridis,vnde ab initio pfecti fuerãt,euaserũt. Perierũt cũ ex aliis multi,tũ
ex Atheniẽsibus certũ.XX.& alter ex ducib⁹ Procles.Nec multo post Athenięses cũ nauib⁹ i
Atticã sunt reuocati.Demosthenes malę gestę rei consciẽtia Naupacti subsedit.Laches,q cũ
nauibus in Sicilia erat,quũ Locros,q sunt in extrema Italię ora,subito illuc accessu iuasisset,
ad pugnã egressos egregie supauit,Peripolio ex ea gẽte oppido ab Halecem fluuiũ vi capto.
Ætoli interea p legatos a Lacedęmoniis & Corinthiis,aduersus Naupactũ & Athenięses, tria
armatorũ milia impetrarũt,multi quoq; ex sociis sunt his additi,quo exercitu apud Delphos
coacto,i hostes Eurylocho Lacedęmonio duce,p Locros Ozolas ad Naupactũ est itũ.Ætoli &
ipsi psto affuerũt.Ager ibi primo vastatus cũ suburbanis locis.Molyciũ inde,qđ Atheniẽsiũ
Demosthe- erat vi captũ.Demosthenes ægre ab Acarnanibus,ob suũ ab Leucade discessum ĩpetrauit,vt
nes. Naupacto subuenirẽt,mille hoĩm psidio ide naui aduecto,vrbs seruata est.Nec Euryloch⁹ ibi
Calidon & diu cõmorat⁹,vbi oppidũ psidiaria Acarnanũ manu intũ cognouit, soluta obsidione ad Ca
Pleuron. lidona & Pleuronẽ,aliaq; Ætolię loca opprimẽda cõcessit.Vnde Ambraciorũ suasu,ad Argos
Amphilochiũ oppugnãdũ,nulla adhuc re pclare gesta trãsiit.Appetebat iã hyems, dũ hęc i
Ætolia & Acarnania gerebant.Laches q i Sicilia erat,cũ sociis Nisam expugnare conat⁹ est.
Tenebatur Niseorũ arx Syracusano pręsidio.Cęterũ oppidũ cũ arce egregie defensum, & in
Athenien- Athenięses sese ad naues recipiẽtes ĩpetus ex vrbe fact⁹.Turba fit primo,ide palã fuga facta
siũ fuga. est,& i ea plerĩq; occidione occisi.Ibiq; re male gesta Athenięses i orã Locridis egressi. CCC.
Audi Deli circiter Locręses ad arcẽdã populationẽ temere occursantes , ad Caicinũ amnẽ cepere.Delus
expiationẽ. insula hoc ãno ab Atheniẽsib⁹ expiata:expiationis ratio talis inita,vt cadauera ex tota ĩsula
refossa,i Rheniã sint asportata,cõstitutũq; vt iã ide nemo ibi nasceret moreretur ve, sed vt q̃
Rhenia. nixu laborare cœpissent,ac quoquo modo perituri, i eã insulã deportarent.Est Rhenia adeo
Delo ppinqua,vt Polycrates Samiorũ tyrãn⁹ vtrãq; alteri cathena aliquãdo iũxerit.Mãsit i
Delo lustrale sacrũ qđ Athenięses cũ circũiectis ĩsulanis qnto quoq; ãno deinceps celebrarũt.
Tenebat adhuc hyems,quũ Ambracii aliquãto prius q̃ Eurylochus Amphilochiã ingressi:
Olpę occu- Olpas occuparũt,iminebãtq; Argiorũ finib⁹,quũ.XX.Atheniẽsiũ naues ex Pelopõnesiaca ac
pantur. cersitę,& Demosthenes cũ ducẽtis Messeniis subsidio affuere. Tum Eurylochus ex Proschio
Ætolię cũ Ambraciis ad Olpas castra cõtulit.Eo & Athenięses & socii venere,ac paucis die
bus vtrinq; cessatũ,ide totis virib⁹ acie cõgressi,Argii i sinistro cornu pulsi,& ad vrbẽ fugati.
Vicit Demosthenes Eurylochũ dextro latere,arte magis q̃ virib⁹,cohorte vna i isidiis loca-
ta,q Pelopõneses,q numero longe pstabãt, a tergo adorta turbauit primo,mox fortuna semel
inclinata,nõ solũ ab iis q Amphilochios ad vrbẽ egerãt,nõ est restitura, sed q modo vicerãt
ad fugã inclinauit.Periit acie Eurylochus ac plurimi cũ eo,cętera multitudo passim cęsa ,q̃
Olpas se trepide recepit.Demosthenes facta Mantineis & ex Pelopõneso auxiliarib⁹ qbusdã
ex Olpis abeũdi potestate,ipse p exploratores factus certior Ambraciorũ manũ igẽtẽ venire
Ambracio- suis auxilio,cõfestim mittit,q vias occuparẽt qua illi vẽturi credebant.Ceteros in armis esse
tę ad Ol- iubet,vt si opus esset,cõtinuo signa seqrẽtur.Interim Mãtinei per speciẽ legẽdorũ olerũ pau
pas cędũt. lulum ab oppido pgressi passimq; dispalari,apertã defectionem prę se ferre . Percussit ea res
Ambraciorũ animos,qui haud ignari se ad cędẽ & supplicia destitui, subito & ipsi se ex op-
pido ducib⁹ frustra reuocãtib⁹,pmũt.Terra ibi colluctatio orta,quũ cõfuso agmine abire co
narẽtur,ducẽti circiter agniti interfecti sunt, multo plures in Agridẽ q̃ cõtermina erat pcla-
piti fuga sunt delati.Demosthenes pmissis,vt dixi,q itinera insiderent,ipse primo noctis cre-
pusculo ad hostes pfectus est,q circa tumulos Idomenes noctu substiterãt,ignari adhuc eorũ
quę ad Olpas gesta fuerãt.Hos incautos sub lucẽ adortus,modico negocio pfligauit. Multi
semisomnes ibidẽ oppressi,sed multo plures ab iis q in insidiis erãt excepti perierũt.Potuisset
Duplex Ambracia duplici clade affecta expugnari,si post cędem confestim eo itum esset. Verũ Athe-
Atheniẽsiũ nienses , erectis duplicis victorię tropheis, Naupactum Demosthenes , cętere naues in Pelo-
tropheum. ponnesum cursum tenuerunt. Et hęc satis prospere in Ambracios & Peloponnenses gesta. In

eos cõparatũ,vt Atheniẽses & Lacedęmonii captiuos,& loca bello capta,vtriq̃ alteris restituẽ
tes,in.L.annos fœdus sancirẽt,& societatẽ inter se firmarẽt.Estq̃ id fœdus securũ decimo anno
Pelopõnesiaci belli exacto, fuitq̃ deinceps pax ĩter eos suspecta,parũq̃ fida societas,Corinthiis
& socioꝝ quibusdã oĩa turbantibus,donec decimo post anno ad arma ex ꝓfesso vtriq̃ rediere.
Nã Corĩthii ęgre ferẽtes,q̃ Anactoriũ & loca,q̃ bello amisissent,nõ essẽt a se recepta,q̃ ĩ socie
Corinthio tate ĩsida tãtũ Lacedęmonioꝝ mẽtio,nõ socioꝝ facta eẽt,velut Pelopõnesi regnum Spartiatæ
rũ & Argi affectarẽt,eos apd̃ cęteros Pelopõnesiacę terrę ꝑplos criminari,inuitareq̃ ad fœdus secũ, & cũ
uoꝝ fœdus Argiuis sanciẽdũ,qd̃ quum ipsi fecissent,quędã ciuitates nec adeo multę,Corĩthioꝝ studiũ se
cutæ,Argiuis se iunxere,& in his Mantinei,q Lacedęmoniis inuitis,quędã in Arcadia occupa
rant,futurum rati,vt composita cum Atheniensibus pace,statim Lacedęmonii essent ea armis

vindicaturi. Nec illi frustra ea timere, siquidem Spartiatę ęstate illa, quę secuta est, Plistoanacte Pausaniæ filio duce, in Arcadiā irruperunt, Parrhasiis opem laturi, qui Mantineis obnoxii, domestica seditione laborabāt, excisuri adhæc murum, quem Mantinei in Cypselis struxerāt. Cęterū vtrunq; ex sententia adepti, haud multo post sese domum recepere. Inde cum Lacedæmonii societatē cū Bœotiis iniuissent, exclusis Atheniensibus, qd̄ ex fœdere fieri nō licebat, Athenienses Alcibiadis, Cliniæ filii, adhuc adolescentis persuasu, fœdus in centum annos cū Argiuis, Mantineis, & Eleis percusserunt. Inde orto inter Argiuos & Epidaurios bello, ob hostiā ab his ad Pythii Apollinis sacra, de more, non redditam, aliquot vtrorūq; in alteros expeditiones, sed obscuræ parūq; memorabiles extitere. vt circa Nemeam ex alterius partis occasione prælio cōmisso. vbi ex Phliasiis, q cū Corinthiis militabant, & Corinthii pro Epidauriis, plęriq; occubuere. Et a Corinthiis Argiuorū multi eodē loco interfecti. Inde quū duo exercitus haud ꝓcul Lacedęmone in ꝓcinctu starēt, hinc Lacedæmonii Agidis regis ductu, Arcades, Bœotii, Corinthii, Sicyonii, Palenses, Phliasii, & Megarenses, inde Argiui Mantinei & Elei, Athen. in horā exꝑectabātur, essentq; aduersę acies inter se cōcursurę: ducib⁹ in colloquiū progressis, in quatuor menses inducias pepigere. Fuit ea res Agidi inuidiæ, q bene pugnādi occasiōe ꝑtermissa, inducias, ne sociis quidē de re tanta appellatis, cū hoste temere fecisset. Nec Trasylo Argiuorū duci minor, ex eodē fœdere, inuidia a suis conflata est, parū abfuit quin ob eā noxā, lapidibus sit suorū incursu interfectus. Sub accessum igiť Atheniensiū, quia īducias semel initas violare noluerunt, Orchomenios bello in aliū hostē auerso, Argiui oppugnare sunt adorti, quos nullo maiore negocio in partes traxere. Erant iā & Tegeatę defecturi, nisi Lacedęmonii pręsto affuissent, q non ambiguos tantū socios, opportuno accessu tenuere, sed in Mantineū agrū hostiliter īgressi lateq; terrā populati, ante Phanū Herculis metati sūt castra, qua sociorū clade exciti Argiui, cū Mantineis & Eleis & Atheniensibus, haud ꝓcul ab hoste loco edito consedere, haud cunctātius in aciem descensuri, si pugnæ copia ab hoste fieret. Agis q multa inter suos inuidia flagrabat ob inducias cū Argiuis initas, indigus consilii, iādudū quid fieri oporteret, deliberabat: & ad infamiā diluendam iniuisset ante sociorū accessum præliū, nisi veterani vnius vocē e cōcione emissam excepisset, meditari Agidem quonā modo malū malo adderet, qua voce, velut omine quodā territ⁹, cōtinuo copias ex hostiū conspectu abduxit. Postridie Argiui cū sociis hostem secuti, eorū vestigiis instare: quos vbi Lacedęmonii senserunt, & ipsi sese ad pręlium expediunt: sociisq; tumultuosius in pugnā ruentibus, ipsi cunctantius & ad cantū tibiarū, tibicines em̄ inter ipsos plæriq; lege interpositi erāt, nō rei diuinę gratia, sed vt sedate p modulationē incederēt, ne si incōsulte ꝓgrederētur in pugnā, ordo agminis perturbareť. Pulsum primo sinistrum Lacedęmoniorū cornu a Mantineis q in dextero suorū rē curabāt, & ad Agidem victor hostis puenerat, q mediū agmen tenebat, cū ille CCC. vsus equitibus, nō solū rem ea parte inclinatam restituit, sed hostē etiā multa strage pepulit. Leuū inde hostiū cornu vbi Athenienses erāt multa vi adortus, haud multo maiore negocio fudit. Ceciderūt ex Argiuis & sociis ad mille & ducēti. Lacedęmonii, lectis hostiū spoliis, tropheoq; ibi cōstituto, domū cōcesserūt, Carnea celebraturi: quā occasionē Atheniēses, Elei, & Mantinei amplexi, Epidaurū expugnāt, expugnatū mœnibus cingūt, ibiq; Iunonis tēplū in arcis vsum cōmuniūt, ꝑsidioq; īposito, Atheniēses in Atticā sese recipiūt. Et hęc p ęstatē gesta. Hyeme deīde appetēte, Lacedęmonii & Argiui in qnquaginta ānos fœdus & societatē iniuere, captiuis prius inter se restitutis, locisq; bello captis. Estq; diserte in fœdere exꝑssum, ne Atheniēsiū legatio, Caduceatorve, ab illis audiretur, nisi hi pri⁹ quicqd in Peloponneso tenerēt dominis restituissent. Mantinei & ipsi cū Lacedęmoniis fœdus ꝑcussere. Miserūt & ad Perdicā cōmuni nomine, qui eū in fœdus reuocarēt. Athenienses iussi ex Epidauro ꝑsidiū abducere, tanq̄ nihil id grauate ꝑstituri, per Gymnici Agonis speciem, cæteris, qui ibi vna erāt, exclusis, locū retinere ꝑseuerarūt. Eratq; hic Grecarum rerū status, quum quartusdecimus ab eo, quo bellū inter Spartiatas & Athenienses fuerat inchoatū, est circūact⁹ annus. Romæ per id tempus. Gn. Cornelius Cossus & collegæ, quos supra memoraui, Tribuni erant consulari potestate, aut certe nō multo prius fuerant postea ve futuri erāt. Horū Posthumius exercitū in Equos duxit, fractaq; paucis leuioribus præliis hostium ferocia, in Volas vrbē vi irrupit: is primo conatu prædam militis fore pronūciauit, mox capto oppido, ne qd a victore exercitu tangereť, certamine in suos verso, pertinaciter obstitit. Alienauit ea res militum animos ab ipso duce. Inde collegis eū in vrbem ad Tribunitias discordias coercendas reuocantibus, in concione vox eius audita est, malū militibus denunciantis, nisi a seditione quiescerēt.

Agis rex.

Lacedę. ad cantū tibiarū eūt in ꝓlium.

Carnea sacra.

Lacedæ. & Argi. fœd⁹

Volæ oppidum.

Hæc M.Sextio Tribuno pl.occasio oblata est Posthumii absẽtis ad plẹbẽ criminãdi,sed maior
oĩno in castris vitio secuta est,orto inter milites fremitu,quũ forte ad tumultuantem quẽdam
lictor missus ab iis q proxime steterãt violaretur,P.Sesti⁹ quẹstor eo occurrit,is saxo ictus quũ
turba excederet,Posthumius hõ vẹcordi ingenio,cæterũ violata maiestate adhuc magis iri-
Dux ab exercitu lapidatur. tatus,quũ ad suppliciũ quosdam rapuisset,vexatenꝗ interim lictores & centuriones multitu
dinẽ,eo militaris indignatio euasit,vt ducem ipsum lapidibus obruerit.Id atrox facinus postq̃
est Romã nunciatum,Tribunis militum quæstionem de morte collegæ decernentibus,contra
plæbeiis Tribunis aduersantib⁹,nouũ inter ordines,de comitiis,ortum est certamen:quo factũ
Consules. vt res ad Interregnũ redierit,obtinuerũt tamen patres,vt consules eo anno fierẽt,creatiꝗ Au.
Cornelius Cossus,& L.Furius Medullinus.Posthumianæ cẹdis q̃stio,volente plẹbe consulibus
permissa,estꝗ paucoꝝ supplicio,qui sibi mortẽ consciuere,res transacta. Furius legiones ĩ Her
nicos duxit,hosteꝗ nõ reperto,Ferentinũ,vbi Volsci esse dicebanť,progressus,oppidum priore
Consules. nocte destitutũ,sine certamine occupat.Ager Hernicis datus. Licinius Tribunus plæbis sequẽ
ti ãno,Q.Fabio Ambusto,& C.Furio Pesilio cõsulib⁹,gẽtile negociũ aggressus, agrariis actio
nibus cœperat vrbanũ ociũ vexare,quũ pestilentia magis minax q̃ perniciosa,ciuitatẽ inuasit.
Consules. Tũ vero animis ciuium,eo metu a foro ad se & suos curãdos auersis,Tribunitia vis sua spõte
paulatim remisit.Fames inde secuta est,q̃ sequẽtem annũ P.Attatino & C.Nautio Rutilio cõ
sulibus tristiorẽ reddidit.Missi circa omnes populos legati,qui publice frumẽtum coemerent.
Nullibi frumentatio infestior Romano fuit,q̃ apud Samnites,q tũ Capuã & Cumas tenebant.
Consules. Ab his Romani ꝓhibiti cõmercio,Siculã frumentationẽ secuti,consuetã vrbi annonã restitue
runt.Erat iã periculo ciuitas defuncta,quũ Mattio Æmylio,& P.Valerio Potito consulib⁹,Eq
ĩn armis esse dicebãtur,multis Volsci nominis priuatim suppetias ferentibus,& iã in Hernicũ
Latinumꝗ agrũ descenderant,quũ Valeriũ consulẽ delectũ habentẽ,Menenius Trib.plẹ.agra-
riæ legis lator,impedire est adortus.Ex iunioribus nemo citatus respõdebat,Tribunitio auxi-
lio fretus,quũ repente afferť Caruentanam arcem ab hoste occupatam,ea res Menenio ĩuidiẹ
fuit,& tribuni,qui in gratiã patrũ sua erãt sponte intercessuri,audaciores facti Menenio obuiã
iuere.Ductus itaꝗ exercitus continuo est ad hostẽ,qui sub primũ cõsulis accessũ loco decessit:
Ira exercit⁹ in Valeriũ. quioqd ibi prædẹ est q̃situm,Valerius rebus venditis Quæstores iussit in ærariũ reponere,quo
facto exercitũ sua sponte iratũ,in se dux ipse iratiorẽ reddidit. Nec obscure prẹ se tulit studiũ
suũ miles,qui illũ ouantẽ in vrbẽ secutus,iocularibus carminibus,non ducem, sed Menenium
Tribunũ passim celebraret.Ea re instructi patres,veriti,ne si tribuni consulati potestate ĩ seqn
tẽ annũ crearentur,Menenius locum obtineret,pro magno negocio habuerũt,consularia comi
Consules. tia decernere,quibus postea consules creati sunt,Gn.Cornelius Cossus & L.Furius Medullin⁹.
Nũq̃ alias plæbs ægrius tulit Tribunitia comitia nõ sibi credita,nec irã diu dissimulauit suã
q̃ ꝓximis comitiis q̃storiis,tris e plæbe quæstores creauit,quũ patricii ad id tempus creari cõ-
Primi e plẹbe Quẹstores. suescent.Qui e plẹbe primũ creati sunt fuere,Quintius Siluius,P.Elius & P.Pipius,patricioꝝ
vni Claudio Fabio Ambusto loco ad dignitatem relicto.Eo successu Trib.plæ.erecti,magnum
consulibus & senatui negociũ intendebant,summa ope annixi,vt in sequentẽ annũ Tribunitia
comitia haberenť:nemini dubiũ erat,plẹbem præsenti certamine iritatã, maiorem Tribunorũ
partẽ sui corporis relaturam,eratꝗ plæbis causa tribunorum violentia superior,quum subito
nuncii affuere,hostes cæso ꝓsidio Caruẽtanam arcem iterũ occupasse. Tribuni feroci⁹ coorti,
omnẽ spem habendi delectus consulibus adimũt,nisi prius senatusconsultũ fieret, vti Tribuni
consulari potestate in sequẽtẽ annũ crearentur,qđ ipsum ea est conditione concessum,vt nemi
ni eoꝝ,qui tũ tribunus plæbis esset,proximis comitiis petere liceret.Senatusconsulto in eã sen
tentiã facto:consules,delectu habito,ad bellum ambo sunt profecti,an alter Romæ ad habenda
comitia substiterit,parũ perspicue traditur:satis cõstat,post multos conatus,hostẽ ex Caruen-
tana arce deiici nequiuisse,atꝗ infecta re inde exercitũ abductum,receptam tamen Verruginẽ
populationesꝗ in Eqs & Volscis factas,multũꝗ ex hoste prædæ Romã abactũ.Romẹ interim
Tri.cõ.po. contra oĩm expectationẽ patricii omnes creati sunt Tribuni consulari potestate,C.Iulius Tul
lus,Gn.Cornelius Cossus,C.Seruilius Hala,Fremere tũ id alii Tribuni ac fraude patrũ id fa-
ctũ prẹdicabãt,ꝗ plẹbei locũ nõ tenuissent,quippe qui operã dedissent,vt sordidissimi dignio-
ribus admixti peterẽt,quoꝝ tẹdio multitudo fraudis ignara in patricios sua ĩclinasset suffra-
gia.Et iã Volsci & Equi ĩ armis erãt,longeꝗ maiore q̃ superiorib⁹ annis apparatu, siue Verru
gine priore anno in Volscis amissa iritati,siue successu Caruẽtanæ arcis retẽtæ,bellũ istruere,

Placebat Senatui in tanta belli expectatione dictatorē dici.Contra Iulius & Cornelius negare se id laturos.Patres Tribunos plæbis appellāt,q pro potestate cogerēt Tribunos militum Dictatorē dicere,qñ eo insolentiæ processissent,vt Senatus dicto haud obediētes essent. Lętari eiusmodi certamine Tribuni,negareq; in se esse auxilii quicq̄,qui non in ciuiū,non deniq; in hoīm numero haberenť.Cæterū tantū se animaduersuros,nequa senatuscōsulta essent irrita,citra id vnū se nihil intestinæ patriciorum discordiæ intercessuros:sed quū neq; modū neq; finē pręsenti altercationi collegæ facerēt,Seruilius Hala assurgēs pronūciauit,q̄diu res quę instabat dilationē pati visa esset,expectasse se,vt Iulius & Cornelius collegæ sui officii admoniti,in senat⁹ authoritatē redirēt.Verū quia neq; id facerēt,neq; piculū belli morā vllā ferret amplius, futurū, vt ipse proxima nocte dictatorē diceret,nisi spōte ipsi patrū volūtati accederēt.Seruilii denūciatione victi collegæ,de dictatore dicendo inter se cōuenere.Cornelius ab Hala Seruilio dictator est dictus,ipseq; ab eo magister equitū.Hi ad bellū pfecti,vno atq; eo facili plio,hostib⁹ ad Antiū cęsis,quo oēs duarū gētiū vires coiuerāt,minori qdē certamine,q̄ ab iitio fuerat psuasum, victoriā sunt adepti. Volscus idē ager ferro & igni vastat⁹,expugnatūq; oppidū ad lacū Fucinū,in eoq; tria hoīm milia capta.Dictator Volscis intra mœnia compulsis,felicitate maiore q̄ gloria,ī vrbē reuersus,sese magistratu abdicauit.Creati sequēti anno Tribuni militū,L. Furi⁹ Medullinus,C.Valerius Potitus,Gn.Fabius Vibulanus,C.Seruilius Hala,patricii omnes,plæbeiis eadē qua priore anno arte exclusis.Hoc anno qa induciē cū Veientibus exierāt,ad res de more repetēdas feciales ex vrbe Veios missi sunt,rogātibusq; Veiētanis ne res repetitas vellēt, tantisperq; oē ius belli a se abstinerēt,donec res Veientiū,q̄ intestina seditione parū quietæ essent,cōponerētur,passi sunt patres id a se impetrari.Tantū abfuit,vt ex alieno incōmodo,tunc ab Romanis occasio vlla peterer,estq; per id tēpus præsidiū Verrugine a Volscis cęsum,nec ita multo post & Veiēs bellū motū,duob⁹ Corneliis, Gn.& P.Cossis,tū cōsulari potestate Tribunis,& cū his Fabio Ambusto & L.Valerio Potito.Legati ab vrbe Veios missi res de more repetitū,a Veientib⁹ facessere,finibusq; statim excedere sunt iussi,nisi eorum exēplo,q sub Tolūnio fuissent rege cęsi,vellent & ipsi pœnas dare.Tulere superbū Veiētiū respōsum patres perinde ęgre ac debuerūt,cōfestimq; decernūt,vt Tribuni militū ad populū referāt de bello Veientib⁹ inferēdo,grauari iuuētus multiplici bello vno tpe īplicari,satis credere sibi negocii esse cū Volscis & Equis,cū qbus ad id tp̄s debellari nō cōtigisset.Augere multitudinis indignationē Tribuni plæbis assiduā patrib⁹ militiā exprobrando,veteranorum corporibus enudatis cicatrices & stipendia numerādo,quęrēdo ecqd iam integri in militū corporibus esset ad noua vulnera accipiēda,qd sanguinis superesset,qui pro republica dari posset,rogādo.His actionib⁹ illi quū plębis animū auerterēt a nouo bello suscipiendo,visum est tribunis militū in Volscū agrū exercitū ducere.Gn.Cornelius Romę relictus,cęteri Tribuni ad bellum profecti,quia hostis se muris teneret,appareretq; haud vsq̄ Volscū se plio cōmissurū,tripṫito ad deuastādos fines discessere. Valerius Antiatē agrū populari est adortus,Egitranū Cornelius,Quacūq; duces ipsi incessere late villarū tecta & agri vastati.Fabius interim Anxur oppugnare,Terracinę est id oppidū indenominatū,vrbs Latii prona in paludes,qua parte quatuor cohortes a Fabio cū Claudio Seruilio Hala circūmissæ,quum tumulū vrbi imminētem eximprouiso occupassent, auersa parte Fabius cū terrifico clamore, cęteras mœnibus copias admouit.Oppidani improuisa re perculsi dū velut stupore psi segnius muros occupant,locū Romanis dedere admouēdi scalas.Anceps inde certamen fuit.Postremo Romanis murū tenētibus,vbi edictū est a Fabio,vt neqs pter armatos violaretur,retinendæ vrbis spe iamdudum abiecta hostes arma abiiciunt, quorum ad duo milia & quingēti viui sunt capti,a cætera præda militem Fabi⁹ abstinuit,donec collegę ad essent,q vbi eo copias adduxerunt,oppidū veteri fortuna opulentum tres exercitus diripuere. Ea īperatorum benignitas plębē patribus reconciliauit,auditumq; qd maxime militari fuit ętati acceptū,fore,vt deinceps stipendium miles ex publico acciperet,quū de suo quisq; ad id tēpus militari functus esset munere.Nihil vnq̄ tanto gaudio est a multitudine exceptum,cōcursumq; est ad curiā,prehensatęq; exeuntiū manus,magnoq; studio veri patres appellati, neminem viuorū esse,q pro tam munifica patria,donec quicq̄ virium superesset,suo esset corpori aut sāguini parsurus.Fremere in ea ordinū lætitia Tribuni plębis,negareq; tam lętum patrib⁹ vniuersis fore,quātū a principio videref,id cōsilium mītro salubrius specie, q̄ re & exitu futurum: haud esse pdicabant vnde ea pecunia in stipendium conflari posset,nisi tributum populo indiceret.Ex alieno igitur id patres militibus largituros,Nec si cæteri ita euenire paterētur,passu

Tribunorū ironia.

Dictator.

Trib.milit.

Ro.modestia.

Trib.cō.po.

Anxur.

Terracina diripitur.

ri id essent illi, quibus iã emerita sint stipendia, iniquo animo laturi, meliore cõditione alios mi litare, q̃ ipsi olim militassent, & qui in sua stipendia impensas fecerint, tum demum in aliena fa cere cogerent. Hac tribuni denũciatione mouerũt aliquã oĩno plæbis partẽ. Postremo tributo indicto edixerũt Tribuni futuros se auxilio iis, qui in militare stipendium tributũ soluere recu sassent. Cæterũ pendendi initio a patribus facto, qui pro se quisq; enixi æs graue ex censu in mediũ cõtulerũt, adhuc enim signati argenti vsus nullus erat Romæ, dederũt operã, vt ditissimi quoq; amicorũ ex plæbe itidẽ ipsi facerẽt. Deferebãturq; iam aperte currus ære onusti i ærariũ, qđ vbi magno militaris ętatis fauore fieri animaduersũ est, populare studiũ cęteri secuti, vulgo Tribu nitiũ auxiliũ repudiarũt. Atq; sic accidit, vt viginti annorũ spatio Athenis & Romę cœptũ sit tributũ pendi in militare stipendiũ, casuq;, nõ exẽplo, vtrobiq; id factũ, qñ nulla ad id tẽpus in ter ipsas ciuitates essent mortaliũ cõmercia, vt hæc illius, aut huius illa videri possit exemplũ secuta. Tũ demũ, bello Veientibus indicto, exercitus magna ex parte volũtarius Veios est edu ctus. erant tum consulari potestate Tribuni, T. Quintius Capitolinus, Quintius Cincinnat⁹, Claudius Iulius Tullus, Aulus Manlius, L. Furi⁹ Medullinus, M. Æmylius Mamercus. Ab his primo Veii obsideri cœpti. Fuitq; ea oppugnatio sequẽti anno segnior, exercitu ad Volscũ bel lum inde auerso. Tribunos cõsulares is annus habuit, Claudiũ Valeriũ Potitũ, M. Sergiũ Fide natem. P. Cornelium Maluginensem, Gn. Corneliũ Cossum, Claudiũ Fabium Ambustũ, Spuriũ Nautiũ Rutilium. Horum ductu & auspicio inter Ecetrã & Ferẽtinũ prospere in Volscos Ro manus exercitus dimicauit, inde Attena Volscorũ vrbs est oppugnari cœpta, vnde hostes eru ptione repente facta, plio victi, quũ in vrbẽ cõpellerẽtur, secũ Romanos mixto agmine intra mu ros traxere. Fuit militib⁹ captũ oppidũ prædæ. Arx quo se plurimi receperãt aliquot dies cir cũsessa, serui cuiusdã proditione capta est. Proditori præter libertatẽ duarũ familiarũ bona in p̃ miũ data. Ipse Seruius Romanus vocitat⁹. Duces oppido & arce dirutis, oẽm armorũ impetũ ĩ Veios verterũt. Et hæc Romæ a Posthumiana cęde ad primã Veiorũ obsidionẽ domi militięq; gesta, in q̃ tẽpora incidisse crediderim ea, quæ a quartodecimo Peloponẽsiaci belli anno, vsq; ad vigesimũ quartũ, intra extraq; Græciã, ab Atheniẽsib⁹ sunt terra mariq; gesta. Enimuero Lace dæmonii eodẽ anno, quo cũ Argiuis societatẽ iniuerunt, quũ ipsi Gymnico agone celebrando forte essẽt occupati, Oligarchia, id est paucorũ potẽtia ab Argiua est plębe sublata, indicarũt La cedæmonii, qui nõ multo post auxilio nobilibus venerãt, iniurios esse eos, qui vrbe Oligarchiã eiecissent, quo metu perculsa multitudo, pro magno habuit negocio, societatẽ cũ Atheniensib⁹ nuper abruptã, resarcire, muro ab vrbe ad mare tumultuario opere deducto, ne Atheniẽsiũ au xiliis excludi possent. Murũ Lacedæmonii opere adhuc imperfecto, quũ haud multo post Agi dis ductu bellũ Argiuis intulissent, captũ diruere. Hysiam ĩde Argiui agri oppidũ vi captum, oĩbus ingenuis prius interfectis, diripuerũt. Argiui & ipsi, Lacedæmoniis abeũtibus, q̃a Phlia sii suos exules hospitio fouerẽt, eorũ agrũ ferro & igni populati sunt. Athenienses interim, cõ parato in Chalcidenses Thraces exercitu, Niciæ ductu Perdica, quia cũ Lacedæmoniis sentire videbat, a Macedonia excluso, belli negociũ haud cõtẽptibile intendũt, & Alcibiades cũ vigin ti nauib⁹ Argos traiiciens. CCC. Argiuos, qui in suspitionẽ venerant, q; cum exulib⁹ sentirẽt secũ abductos, in insulis q̃ Atheniensib⁹ parebãt, sub custodia collocauit. Triginta pręterea na uibus Melũ insulã Athenienses adorti, Melios, quia imperata facere recusarẽt, muro claudunt. Erant Melii Lacedęmoniorũ coloni, qui Pylũ pręsidio tenebant, ex Laconico agro prædã latro cinio auertentes, ob idq; Lacedęmonii fœdus, qđ cũ Atheniensibus habebant, haud violandum putarũt. Cæterũ edictũ est vt sociorũ quicũq; vellẽt prædam ex Atheniensium finibus agerẽt. Corinthii cęteris quiescentibus, priuatarũ dissensionũ causa, soli omniũ cum Atheniẽsib⁹ bel lum gerebãt. Hi Melios interim obsidione domitos deditosq;, præter imbellem multitudinem quã ad seruitutis ignominiã seruarũt, ad vnum oẽs ferro conficiũt, Colonis Melum ex Attica missis. Erantq; p hæc Atheniensiũ res in assiduo motu, cũ subigendæ Siciliæ cupido, q̃ diu an tea ei⁹ populi animũ incesserat, ad classem multo maximã, q̃ vlla vnq̃ alia ex Attica ad bellum egressa esset, in Siculos ornãdã adegit. De Sicilia abunde satis alio a me loco dictũ arbitrarer, nisi Thucydides de vetustate insulæ omino ab aliis diuersa quædã secutus videret. Is author est eã octo dierũ nauigatiõe patere, & qua ad Italiã obuersa iacet stad. circiter viginti a cõtinẽ te discretã. Cyclopes & Lestrigones ait ab initio eam tenuisse, qđ autẽ id gen⁹ hoĩm fuerit, aut vnde pfectũ, quove demũ abierit, parũ sibi fuisse cõpertũ. Cęterũ Sicanos post ea mõstra homi nũ, terrã ipsam tenuisse arbitratur, q ab insulanis indigenę sint falso crediti, quãdo Hispani fue

Pricipiũ pẽ dẽdi tributi.

Trib. cõ. po.

Tribu. cõ. potest.

Veientana obsidio.

Argiuorũ motus.

Melii obsi dentur.

Meliorum excidium.

Siciliæ in colæ.

Sicani.

tint,& a Sicanio Hispaniç fluuio dicti(scio ego esse q a Sicori potius dixerint)hicq insulā quā ad occasum obuersa iacet,passim coluerūt.Procedēte deinde tpe, Troianos post Ilii excidiū eo appulsos,in Sicanorꝫ finibus cōsedisse,Elymosq nominatos,eorꝫ vrbes Erycē & Egestā. Accesserūt his Phocēses accolç,q a Troia reuersi,& in Libyā tēpestate delati,ex ea terra ī Siciliā trāsiuere.Siculi inde ex Italia ab Opicis pulsi in eādē insulā ratibus,vt fertur,traiecerūt.Hi Sicanis ꝓlio supatis,atq in occiduā orā & meridiē depulsis,reliquū īsulç occupāres,cōsecuti sunt,vt ꝓ Sicania Sicilia diceret,tenuerūtq terrā ipam annis ferme trecētis,ante Grçcorꝫ in Siciliā aduētū.Phœnices pmulti negociorꝫ cā loca ad Aquilonē vergētia īsederūt.Post vero Græcorū aduētū,Motyam,Soloentē,& Panormū loca Elymis finitima habitarūt.Chalcidenses ex Eubœa Grçcorꝫ primi ī īsulā transmisere,Theoclis ductu.Is Naxum cōdidit. Vno deinceps anno interiecto Archias ab Hercule oriūdus,cū Corinthiorꝫ manu,Siculis eo loco eiectis,Syracusas duxit coloniā,& Chalcidēses q cū Theocle venerāt,septimo post Syracusas a Corinthiis habitatas anno Leontinos,eadē Siculorꝫ gēte his sedibus depulsa,coluerūt,mox & Catinā adepti.Per idē ferme tps Lāpis ex Attica cū Megarensibus in Siciliā delatus,apud Pantaicum flumen primo cōsedit,inde cū Chalcidensibus aliquādiu Leontinos coluit.Ab illis vero exactus,colonisq in Tapso collocatis vita decessit.Hi Hyblone rege Siculo,q regionē obtulerat, duce, Megaras tenuerūt. suntq Hyblei dicti.Sed illi centū post annis q̄ locū habitare cœperūt Helinuntē cōdiderunt.Antiphemus inde e Rhodo profectus,& Entimus e Creta,suā vterq coloniā ducēs, Gelam condiderunt anno quinto & quadragesimo q̄ Syracusæ cœperant inhabitari , noīe ipsi vrbi a ꝓximo flumine imposito.Qui locū ipsum prius tenuerunt Lyndii dicebant.Suspicari libet qđ miror Thucydidē nō dixisse,Rhodios ipsos,q cū Antiphemo venerūt, fuisse Lyndios illos,q ea loca tenuerunt,quippe qui aliquāto prius q̄ Gelam cū Cretēsibus tenuerint, in his locis cōsedissent,vt a Lyndo Rhodia vrbe essent Lyndii noīati.sed quicūq mortales Lyndii fuerūt,Gelēses centū circiter annos,post vrbē ad Gelā fluuiū conditā Agregantē coluerunt,oppidū & ipm a ꝓximo flumine nominatum,authoribus sibi delectis Aristono,& Pistolo.Zāclā inter initia latrones ex Cumis Opicis q̄ in Campania sunt profecti habuerūt,inde cū Chalcidēsibus ex Eubœa digressis,Periere & Cratamene ducibus,quorꝫ Chalcidēsis hic,ille Cumçus,colere pseuerarunt.Siculi vrbē Zanclā a falcis specie dixerūt.Acrç & Casmenç a Syracusanis sūt habitatæ.Cōditç hç nonaginta annos post Syracusas, septuaginta illç.Quadraginta post Casmenas annos Camerina ab eisdē Syracusanis cōdita.Atq huiusmodi gētes Barbarç Grçcæq Siciliā ab initio coluere,cuius insulæ sibi vindicandæ, quū mira tenerent Atheniēses cupiditate,auxilii Chalcidēsib⁹ ferēdi ꝑtextu,prçcipue Egestanis,quorꝫ legati aderāt , suppliciter opem petētes cōtra Selenuntios q bellū eis ob finiū discordiā intulerant,accitisq in partes Syracusanis,terra mariq infestabāt,ita vt parū a legitima obsidiōe distarēt.Legati igit̄, repetita pristini fœderis memoria,si Leontinos Syracusani,& cçteros Ionas,qui in insula essent,suis sedib⁹ pellerent,totius insulæ possessionē adepti,cōfestim auxilia Dorib⁹ in Pelopōnesum aduersus Athenienses mitterēt.Dicere adhçc esse Egestanis affatim pecuniarū ad eius belli,qđ instaret,sūptū perferendū.His Athenienses pmoti,vt cætera cōsulto fieri viderent,legatos in Siciliā miserūt; ad Egestanorꝫ res inspiciendas,vidēdūq an tantū illis pecuniarū ad bellū esset,quantum eorꝫ oratores ꝑdicarēt.Et legati ob hçc ex Athenis in Siciliā missi.Lacedæmonii interim Corīthiis gratificati,Argiuum agrū cum sociis ingressi magna ex parte ferro & igni fœdarunt.Qua sociorꝫ clade Athenienses commoti,triginta nauium in Pelopōnesum classem misere, sexcētosq ad pugnam instructos,qui cum Argiuis coniuncti,eorum exules ex Orneis deiecerūt,vbi a Lacedæmoniis,ad hoc ipsum vt Argiuos infestarent,fuerant locati.Diruto itaq oppido Argiui sese domū receperunt.Athenienses ex Peloponneso profecti, domestico Macedonicoq exulum equitatu vsi,Perdicæ fines hostiliter incursabant.Exieratq iam sextusdecimus Peloponnesiaci belli annus,quū legati ex Sicilia reuersi sexaginta talenta argenti non signati,in mēstruum totidem nauium stipendiū,ab Egestanis attulerunt.Tum pro concione quicquid argenti ipsi secū tulissent in medium protulerunt,apud Egestanos in templis & in ærario argenti pondus esse immēsum quum populo affirmassent,confestim naues sexaginta ad id bellum sunt decretæ,Nicia Nicerati,Alcibiade Cliniæ,& Lamacho Xenophontis filio ducibus,qui contra Selenūtios Egestanis auxilio essent,ac siqđ prospere in bello contigisset:Leontinos in sua sede collocarent,aliaq transigerēt in Sicilia,q̄ suæ reipublicæ profutura arbitrarentur . Erat Lamachus adeo paup,vt quoties eum Athenienses ducem creassent,aliquantulum pecuniç ad pallium ei

Troiani. Elymi. Siculi. Phœnices. Corinthii. Lampis. Hybla. Hyblei. Geleñ. Agregas. Zancla. Camerina. Atheñ.ab Egestanis accersunt. Legatorum Atheñ.ex Sicilia reditus. Lamachi paupertas.

& crepidas cōparādas decerni necesse fuerit.Ditior Alcibiades,mediū ī eo ingeniū Ægyptiacæq; terrę cōparatum,quę quū saluberrima ferat medicamenta,fert & perniciosissima venena.
Nicias. Sed Nicias ditissimus,multaq; ob diuitias & res plare gestas apud suos celebritate,pacis semp suasor,vt Pericles dū vixit belli.Ipse talis oīno,qualē se in publico prędicare solebat,illud Agamemnonis semper in ore habens,vitæ nostræ turbā pręsidem sortiti sumus,multitudini pculdubio seruire cogimur.Gratia & liberalitate omnes superauit,tātaq; religione pdit9, vt seruū
Libertatis ratio. libertate donauerit,quia Baccho esset similis,& agrū magna pecunia emptum Delio Apollini dedicauit.Nemo ab eo ferme qcq̄ petiit vnq̄,qđ nō facile ipetrarit.Nec minus iis donare a quibus mala aliqua timeret,q̄ gratis & bene meritis.Primus in senatū ventitabat,oīm postremus abibat.Quū talis itaq; Nicias esset,& iā de classe confestim expedienda agitaretur,huiusmodi
Niciæ ofo. pro concione habuit orationē.Etsi de classe ad bellū ornāda acturi huc hodie conuenistis viri Athenienses,tanq̄ in Siciliā omnino nauigari oporteat,mihi tñ adhuc cōsiderādū videt̄,sati9 sit nec ne in alienā terram,eāq; opulentissimā,nullo ipsi bello lacessiti,pro Egestanis,fœderum desertoribus traiicere,ne breui tumultuariaq; cōsultatione temere parū notis credēdo, rēp.in aliquod maioris belli discrimen adducamus.Eqdē qđ ad me attinet ego ex hac re,vt video,honore afficior,& meo ipsi9 corpori minime oīm timeo.Cęterū boni ciuis esse arbitror corpori & fortunis suis pspicere,sed multo melioris,dare operā vt quātū in se sit,respublica in tuto collocet̄,sitq; omni tēpore incolumis.Ego quēadmodū nunq̄ adduci potui,vt quęstus,aut dignitatis meę causa,aliqđ dicerē,qđ nō idē vtile reipublicę putarē,ita in pręsentia viri Atheñ.q̄ optima esse sentio dicā,qui si tantū hoc suadeā,vt ea q̄ nobis adsunt tueamur,nec quę certa sunt p incertis periclitemur,īfirma fortassis nostra videri possit oratio.Sed neq; tēpestiue hęc a nobis moueri arbitror,neq; ad obtinendū q̄ volumus facilia esse quę contēditis,hoc ipsum vt intelligatis efficiā.Eqdē illud primū dicam,videri vos mihi quęrere,quonam modo,quū hic multos hostes habeamus,alios adhuc nouos aliūde cōtrahere possimus, quasi fœdera,q̄ nobis sunt cū Lacedæmoniis,diutius sint mansura,& non iā ex omni parte labefactata,vt nihil illos,ad arma instruenda,nisi occasionē expectare credibile sit.Qui siqđ,qđ nolim,in Sicilia nobis aduersi accidat,ferocius q̄ antea,ī nos coorti,fractas debilitatasq; ciuitatis vires,eo odio,quo ī nos semp fuere,penitus extinguāt.Sed quo illi,eorūq; socii nostris sunt rebus infestiores, eo magis nobis est cōsiderādū,ne alienū imperiū affectādo,hoc qđ maiorꝶ virtute q̄situ est,in apertū discrimē adducamus,nec aliena prius sequamur,q̄ nostra stabiliuerimus.Etem per deū qđ attinet Egestanis nostrorꝶ fœderū olim desertorib9,opem polliceri,quū Chalcidenses in Thracia,tot ānos nobis rebelles,ad iperiū retrahere nequeamus:nec qđ isti pdicant illud timendū,ne Syracusani q̄sito sibi Sicilię iperio,enixe sint Dores in Pelopōneso cōtra nos adiuturi,qui prꝫterq̄ q nobis minime infensi sunt,nolint etiā Lacedęmoniorꝶ potentiā nimiū augeri,ne nostris reb9 euersis,suas postea adoriantur.Quin illud potius vidēdū,ne siquid detrimenti eo bello accepimus, cōtinuo p cōtēptū nostri,cū aliis huc Grꝫcis,ad Atticas opes euertēdas,prius a nobis irritati,
Sententia. transmittāt.Emuero,quo res humanę magis inter se distant,minusq; notę sunt,eo certe admirabiliores videri solēt.Cōtra expertę ac quoquo modo tractabiliores factę,multū opinione hominū vilescūt.Timēt nūc Syracusani cōsociare cum Lacedęmoniis & cęteris Dorib9 fortunas suas,nomē scilicet vrbis huius veriti,at nobiscū sępius cōgressi,nostrisq; certaminibus assueti, nū timebūt?Stulte qdē faciūt illi,q perbreue ociū ciuitati bello & pestilētia affectę,inuidēt:qppe q̄ multiplici clade exhausta,aliqđ sibi laxamenti dari postulat,vt ad hoc bellū,qđ nobis a tota Pelopōneso,Macedonia & Thracia impēdet,fortior exurgat. Nec quorūdam cupiditas spectāda,q adipiscendi imperii cupidi,& vt in domestico apparatu nihil pensi habent, q̄ piculoso rēpu.bello iplicent,modo ipsi vestrā classem quęstuariam,vestros ducent exercitus,Sicilienses quantū ad nos pertinet,suis finibus cōtēti,nihil nobis terra marive iniurii sunt,nec si cupiditas imperādi aīos stimulet,status illius insulæ a nobis,tā alieno tempore,est tentandus.Respōdendū pinde Egestanis censeo(qđ & nos seniores qbus maior prudētia adest sentire oportet) vt bellū,qđ sine Atheniensibus a principio cū Selenuntiis contraxerūt,id ipsi per se dissoluāt. Ac tu q̄stor,si te eum existim[illegible]s,qui merito geras curā ciuitatis,quando reipublicę plurimum interfit,da operā,vt de integro,priusq̄ soluat̄ concio,ciues de Siciliēsi expeditione maturius cōsulant,quisquis enim ciuitati male consultæ medens fuit,is demum merito creditus est de re
Peroratio. pu.optime meritus,volens vero,licet nihil pfuerit,nihil male meruit.Hęc Nicias,cui quū optimi quiq;,& in primis seniores essent assensi,Alcibiades,qui iam antea in repu.administranda,a

Nicia dissentire coeperat,etsi lõge minor natu,tñ etiã pro concione,vt ciuis parũ frugi,& im-
perii cupidus oblique carpeus,ita illũ perorãtẽ excepit. Impatorẽ me esse oportere existimo vi Oratio Al-
ri Athenienses,hinc eñ exordiri mihi necesse est,qñ Nicias prius locutus,me sua oratione am cibiadis.
bitiosum ciuẽ subnotauit.Dixi me dignũ ĩperio,qm̃ hæc,propter quę inter hoĩes celebre sum
nomen adeptus,mihi & meis maioribus splendorẽ afferũt,patriæ decus & emolumẽtũ. Quip
pe meo hoc vitæ instituto effeci,vt tota Graecia Olympiorum spectatrix,iãpridem validissi-
mas Atheniensiũ opes existimet,quas lõgo bello fractas,ad nihilũ propemodũ redactas vulgo
arbitrarent.Ẽmuero cũ septẽ ad id certamen curribus accessi,cũ quot ad hũc diẽ priuatus ne
mo,extitiq; celebri agone altero quartoq; loco victor,q̃ & honorifica quidẽ sunt,& ad potẽtiæ
faciũt opinionẽ.Hęc magnificẽtię opera,& alia per quæ sum celebritatẽ adeptus,natura(haud
me fallit)sunt ciuibus inuidiosa,apud hospites,& exteras gentes specimen & ornamẽtũ. Nec
meo iudicio ĩprobe facit,q̃ priuatis sumptib⁹ nõ seipsum modo,sed & patriã nititur illustrare.
Nec si qs talis sit hocq; splendore pręditus,inepte fecerit,si quo maiores alit spiritus,eo se cęte
ris pstare opinabitur.Nec me fugit huiusmodi homines,& quicunq; inter alios dignitate emi
nent,inuisos fuisse semp iis,cũ quibus ex æquo antea vixere.Sed id suo dũtaxat æuo. Cæterũ
eosdẽ id posteritati reliqsse,vt multi se eorũ cognatos fuisse gloriẽtur. Alii q̃ ex eadẽ patria vn
de illi ortũ duxissent.Quorũ ego æmulus,& ob hoc ipm̃ priuatim illustris,animaduertite q̃so Alcibiadis
an ciue vllo deterius versor in rep.Eteñ Peloponẽsium viribus meo studio & opera cõtractis insinuatio.
Lacedæmonios nuper ad Mantineã cõpuli de omi suo statu dimicare. Q₂ licet fortuna ea acie
p illis steterit,ita tñ affecti inde discesserunt,vt nihil mouere ampli⁹ sint ausi.& hæc satis ado
lescens patriæ pstiti,vt minus de hac ętate dubitare possitis.Verũ q̃diu psenti authoritate in
tegrã ætatẽ adolesco,& Nicias tẽp.recte administrare videt,vtimini viri Atheñ.vtroq;,vt cõ
modi⁹ visum fuerit.Qđ vero ad Siculũ bellũ attinet,nullo pacto vestrũ decretũ mutãdũ existi
mo,nec q̃a aduersus multas sit gẽtes bellãdũ,hoc quẽpiã mouere debet.Sũt quidẽ Siculi nulli Siculi belli
rei minus q̃ bello assueti,cęterũ seditiosi suiq; cõmodi studiosiores q̃ publici,inuidentesq; ĩuicẽ ratio.
atq; eo Syracusani maiori inuidię expositi,quo opibus cęteros antecellũt.Sunt pręterea Barba
ri plęriq;,q Syracusanũ nomen infense oderũt,qui nostrę vrbis celebritatẽ secuti, nõ solũ nõ ab
illis stabũt,sed subita defectione nobiscũ arma ĩgẽt.Erimus itaq; opib⁹,auxiliis,peritia bellãdi
meliores,quo fiet,vt & rebus Syracusanorũ fractis,facile simus in ea insula nobis ĩperiũ q̃situ-
ri,quo q̃sito tãtũ iã inde aberit,vt Peloponẽsiũ opes sint nobis amplius formidãdę:vt hi quoq;
breui sint nostro imperio accessuri.Cõsiderate viri Atheniẽses qua indole,quibus artib⁹,maio
res nostri hoc sibi ĩperiũ quæsiuere,quæsitũ nobis per manus tradiderũt,ocio ne & desidia,an
solertia potius & audacia,terra mariq; bellãdo?sic illi Medum vtroq; marte victũ,tota Gręcia
expulerũt,sic expulso,classe circa insulas,& in orã Ioniæ missa,gloriã & ĩperiũ huic vrbi pepe-
re.Illorũ sunt vestigia nobis sequẽda,illorũ exẽplo opes huius vrbis augẽdę.Necesse est eos,qui
aliis ĩperẽt,ne in discrimen adducant,sua sponte insidiari aliis,ne alienis ĩsidiis locũ relinquãt.
Effugiendũ ciuitatis ociũ,quo vt cęterę res,ita militaris disciplina cõsenescit. Nec Niciã audi
te,q a iuniorib⁹ ad seniores,parũ vtili exẽplo,publicã cõsultationẽ relegauit, quin maiorũ insti
tutũ seruate,quo iuuenes cũ senibus cõsultantes,rem Atheniensem in eũ statũ extulerunt,quẽ
vos pari ratione ppagate,existimãtes neutrã ætatẽ sine altera satis ad incrementa ciuitatis va
liturã,simulq; & ĩbecillũ & mediocrẽ plane absolutũ esse,maximeq; pollere , quum promiscue
plura iuncta sint,& inter se connexa . Ad summã sic sentio,nihil tam cito destrui,q̃ ciuitatem
negociosam,in ociũ mutatã,in qua securissime agũt,q̃ rerũ statu,siue bono,siue malo,contenti,
ociũ & desidiã malũt,q̃ meliora studia tueri.Hanc Alcibiadis orationem, Egestani & Leõtini Peroratio.
exules,postea introducti,multis precibus,& lachrymis exceperunt,obsecrare illi,obtestariq;,ne Egestanorũ
se & socios in tãto discrimine desererẽt,mouerũtq; eorũ preces ciuitatẽ,satis per se ad bellũ in- & Leontino
clinatã.Quod quũ haud dubie appareret,decretũ tolli nõ posse,tum Nicias. Quoniam placet rum preces,
vt video,viri Athenienses,bellũ semel decretum exequi, Naues,arma,commeatus,stipendium Nicię ad-
& alia ad vsum belli necessaria,vobis expedienda sunt,& q̃a cũ potẽtissimis populis nobis res monitio.
futura est,q omnibus iis,quæ dixi,magnopere abundant,videndum est,vt ita instructi hinc p-
ficiscamur,vt pares hostibus illic esse possimus,atq; diutius in ipa insula cõmorari , q̃ omia eo
studiosius sunt paranda,quo expeditio hæc locorũ distantia erit difficilior,pręsertim quum ibi
pter paucissimos qui ob veterẽ nobiscum cognationem fortassis in partibus erunt,cæteri insu
lani sint ad vnum hostes futuri.Nec in tam lõga nauigatione,quæ vix quatuor hibernorum

mensiũ spatio recte conficiatur,amici sunt nobis, aut socii,vnde commeatus & auxilia sperari
possint.Magno itaq; rerũ apparatu opus est,ac multo maiore,q̃ aliquis animo cõceperit. Cẽtũ
triremes , vt simus pares hostibus,sunt a vobis comparandæ,& in his quinq; armatorũ milia
Attici nominis,stipendiũ & cõmeatus in plures menses,ne horũ defectũ vestri duces,indeabire
coacti,speculatũ illuc iuisse,nõ bellatũ dicãtur.Talibus Nicias vsus salubria monere, quæ etsi
dura vulgo videbanť:tanta tamen Siculi belli cupiditas animos incesserat,vt magno ciuitatis
cõsensu,centũ triremes,cęteriq; apparatus,in Nicię sint sententiã decreti,permissumq; est duci
bus,vt in ornãda classe,totoq; bello administrando,suo arbitrio vterenť,atq; ea agerẽt, q̃ ipsi e
Hermę trũcati. repu.fore existimarẽt.Sed dũ hæc studio expediunť,omnes Mercurii,qui Athenis erãt(erãt.n.
q̃plurimi)nocte incerto authore truncati sunt.Vulgo persuasum est eã rẽ ad ei⁹ pfectiõis au
guriũ pertinere.Alii nouandarũ rerũ,soluẽdiq; popularis status,omen id esse iterpťabanť.Pro
posita sunt indici pmia & impunitas promissa,siquis eius flagitii conscius, rem ad magistratũ
Alcibiadis petulantia. detulisset.Seruorũ quorũdã ĩdicio cõstitit,solere noctu multos adolescentes & ĩ his Alcibiadẽ
ipsum p vrbẽ lasciuo discursu in statuas grassari,etsi de Hermarũ trũcatione nihil alioqui cõ
pertũ haberẽt.Adiicere his mysteria ab eisdẽ pollui.Negare Alcibiades,ac de his,prius q̃ in p
uinciã proficisceretť se iudicio staturũ polliceri,verũ quia omnia ad bellũ opportuna erãt in p
cinctu,aderãtq; Argiuorũ auxilia,& ex Mantineis multi Alcibiadis nomẽ secuti,cæterũ veriti
eius aduersarii,ne si in iudiciũ arreptus esset Alcibiades,plæbs quæ studiose illi obsequebať.ob
eius discrimen militiã detrectatet,Argiuiq; & Mantinei domũ retro abirẽt,accusationem ĩ ali
Validissima Atheniensiũ classis ud tẽpus distulere.Eratq; iam dimidiũ ęstatis,quũ classis ex Pyreo profecta est oĩm ad id tẽpus
vni⁹ Gręcię vrbis lõge ornatissima,ad quã visendã,nõ tota solũ ciuitas,pmiscue oĩs vtriusq; se
xus ętas sese studio effudit,sed pegrina etiã multitudo,ad id spectaculũ Athenas cõfluxit.Cẽtũ
numero triremes Atticę portu egressę sunt,Chiorũq; & Lesbiorũ quinquaginta,pter oneraria
rũ numerũ ingentẽ,q̃ cõmeatus vehebant.Votis itaq; nũcupatis,duces ex Pyreo profecti,ĩ al
tũ abierũt.Syracusis interim futuri belli phama,variis rumorib⁹ recepta,inter Athenagoram
Anceps Syracusanorũ cõsultatio. & Hermocratẽ sententiis est pro concione disceptatũ,hoc bellũ ingens instare denũciante sua
denteq; vt in Sicilia cõfestim populorũ animi noua societate iungerenť,in Peloponnesũ ad La
cedæmonios & Corinthios mitteretť,qui aut auxilia in Siciliã mitterẽt,aut Atticam bello infe
starent.Mittendũ & in Italiã,qui maritimas vrbes fœdere Syracusanis iũgerẽt , & in Aphricã
ad Carthaginenses,q̃bus Atheniensiũ opes,ob rei maritimæ studiũ,iam antea suspectæ erant:
armandã cõfestim iuuentutem,atq; instructa classe hostibus quũ adhuc Ioniũ nauigarent,oc
currendum.Contra Athenagoras,belli phamã eleuando,Hermocratis sententiã vt vanam re
darguere,populũq; identidẽ monere,ne pateretur ad paucos potentiores,e q̃bus Hermocrates
esset,Syracusanę rei summã volui:quin magistratibus omnia pmitterent,illos quę in rem fore
arbitrarenť,mature prouisuros.Atq; secũdum hanc Athenagoræ concionẽ magistratus inter
fati,pnunciarũt totius rei curã penes se fore,non esse cur priuatus quispiã rei bellicę nimium
satageret,quoad Atheniensiũ consilia omnino nota essent.Daturos se operã,vt si cum illis bel
lũ futurũ sit,mature eorũ conatibus iretur obuiam.Cæterũ dum Syracusani per hæc segniter
tẽpus terunt,Athenienses interea,sociiq; Corcyram classem appulerũt.Hinc tripertito digressi
Atticæ classis Corcyrã appulsus. qa nullus erat portus tot nauiũ capax.præmissisq; speculatoriis nauibus,ad explorãdũ insulæ
statũ,& q̃ ciuitates consilia agitarent,Italiam primo tenuerunt.Erant præter naues ad bellum
instructas onerariæ triginta,q̃ commeatum & cętera exercitui necessaria portabant. Centum
Atticę classis in Italiã appulsus. alia nauigia onerarias sequebanť,& aliæ præterea permultæ naues classem lucri causa comita
banť.Armatorum,qui bello instructi erãt,quinq; milia fuisse,nec amplius Thucydides scribit.
Circa Tarẽtũ igitur & Iapigiam primo appulsis,omniũ rerum commercio,pręterq̃ aquatione
& stationibus est eis interdictũ.Qũq̃ Locrenses & Tarentini,ne hæc ipsa quidem concesserint.
Rhegini soli omniũ extra muros rerũ venalium mercatum præbuere.Hicq; subductis nauibus
tãdiu castra sunt in littore habita,donec speculatoriæ naues renũciarũt,pręter q̃ nullibi paca
ti q̃cq̃ inuenissent.exiguã apud Egestanos se pecuniã vidisse,quã ingentẽ se repsentaturos fue
rant ab initio polliciti,credere se summũ triginta ibi argenti talenta vidisse nec ampli⁹.tũ ve
ro duplici spe frustrari duces,vehementer animos abiecere,nã neq; Rheginos,qd futurũ ab ini
tio credidere,ad societatẽ belli trahere potuerunt,& sociorũ pecuniæ multo spe minores reptæ
Egestanorũ ars. erant a speculatorib⁹,q̃ esse dicerenť.Nec ab Egestanis haud aliter q̃ Nicias a pricipio suspica
tus erat frustratio cõtigit,etenĩ illi,vt legatos q̃ ex Athenis,quẽadmodũ dixim⁹,missi fuerãt,

ingentis thesauri specie fallerent, Erycinæ Veneris donaria primo illorũ oculis subiecere. Inde a finitimis circa oppidis Phœnicũ & Grecorũ corrogata pocula argentea simul & aurea, in conuiuiis ꝑ suis circũtulere. Quo aspectu decepti legati, vbi Athenas venerũt, Egestanorũ opes nihilo eorũ prędicatione inferiores affirmare sunt ausi. Consilia itaq; Atticarum nauium duces inter se cõferunt. Nicias nihil tentandum insulæ statum censebat, tantum in Selinũtē nauigandũ, ad qd̃ ꝓcipue missi essent, & si Egestani toti exercitui stipendium numerarēt, ibi de rebus agendis consultarent. Sin minus, peterēt vt. LX. nauibus quas sibi mitti poposcissent, cibaria pstarēt, atq; ibi Selinũtios illis vel vi, vel volũtate recõciliarēt. Atq; ita aliis ciuitatibus aditis, vbi Atheniensium opes ostētassent, fideq; sociis soluissent, sine alio motu domũ reuerterenẽ, nisi forte interim Leontinis aliquid ex occasione gratificari possent, aut Sicularum ciuitatũ aliqua, in Atheniensium societatem, sua sponte inclinasset. Alioqui non videri sibi diutius in insula cõmorandum, vbi nihil pręter ignominiam lucrifacturi essent. Contra Alcibiades turpe sibi & collegis ducere, ciuitatem & socios tanta expectatione frustrari, pręsertim quũ tam valida classis, quanta ad id tempus nulla alia, suo esset ductu ex Attica profecta. Quin circa ciuitates mittendũ, q suũ in Siciliã nunciarent accessum, simulq; ad defectionem sollicitarēt, prę cęterisq; Mamertinos tentãdos, quibus in societatem adductis, portum stationẽq; capacissimam essent ad res gerendas habituri. Lamachus Syracusas eũdũ dictabat, atq; ibi dum res eorũ imparatę essent, pro portis dimicandum, futura omnia Syracusanis subito accessu terribiliora, qd̃ in ipsis bello assuetis haud postea esset euenturũ. Accedere ad id, ꝙ Syracusis aut captis, aut obsidione laborantibus cæterę ciuitates facilius essent ad defectionẽ inclinaturæ. Hæc Lamachus, nec interim ab Alcibiadis sentētia omnino discrepãs, quã oẽs demũ secuti, vt fortuna tētarẽt, duo ex ducibus cum. LX. nauibus in insulã traiiciũt collega cum cętero exercitu circa Rhegium relicto. Ibi a Naxiis in vrbē accepti, Catinã cõtēdũt a Catinensibus exclusi, Syracusas versus decē nauibus præmissis, quę magnũ portũ ingressę, Leõtinis, qui Syracusis erant, nunciarent Athenienses, suæ ciuitatis vltores, adesse, qui Leontinos societatis & cognationis iure in suas sedes restituerent. Explorarent interim, an Syracusani naues vllas ad vsum belli adhuc in mare deduxissent. Credere adhęc futurũ, vt Leõtini q in vrbe erant sub classis accessum confestim ad se transirent. Interim Catinenses Alcibiadis oratione adducti, Atheniensiũ societatẽ recepere, & ex Rhegio cętetę copię eo accitę sunt, ibiq; castra communita. Classis inde Syracusas ꝑgressa, vbi nihil nauiũ in portu stare exploratũ est, Camarinam deflexit. Hic Camarinenses appellati ad societatem perlici nequiuerunt, re itaq; infecta Catinam se duces receperũt, aliquot militibus leuis armaturæ amissis, qui in Camarinensem agrum spe ꝑdę egressi, a Syracusanis equitibus fuerant intercepti. Sub id tēpus Alcibiades ad dicendã causam domũ reuocatus, publica ad id naui in Siciliã missa, quæ reum Athenas deportaret. Dabatur ei crimini, ꝙ mysteria polluisset, violassetq; noctu Hermas Athenis. Ille siue calũniæ metu, siue intentati criminis sibi conscius, priuata naui vsus, ex Sicilia in Italiã, mox inde in Peloponnesum exul abiit quem absentem Athenienses, quia iudicium deseruisset, capite cõdemnarũt, iussi sacerdotes illum collegiatim, vt impiũ execrari, oẽs ꝑter Cereris sacerdotes deuouere, ab his responsum est, orare suũ esse, & nõ deuouere & execrari. Post Alcibiadis digressum, cæteri duces Egestã cũ parte nauiũ ꝑgressi, triginta ab sociis talēta in stipēdiũ accepe, direptis obiter Hyccaris, Syracusani agri vico, tētata est & Hybla in Salētino agro, nec expugnari potuit, exieratq; p hæc eius anni ęstas, & iam hyems appetebat, Atheniēses interim duces, accersitis ad se sociorũ auxiliis, Syracusas inuadere cõstituunt. Contra Syracusani, qui iam inde ex quo classis Attica est in Siciliã appulsa, suas opes firmare non destiterant, nõ solũ satis viriũ ad vrbē tuẽdã arbitrari, sed de sua in hostes profectione cõsilia domi agitabant. Nec ita multo post p Catinēsem hominē, ab ipsis ducibus ad hoc ipsum missum, fit spes illis, si copias Catinã admouissent, fore, vt Catinēses, Atheniensiũ nauibus incēsis, Syracusanos intra mœnia acciperēt, ipsiq; Athenienses qui extra vrbē metarenẽ, classe & cõmeatu exuti, facile ad vnũ delerenẽ. Res temere credita populariter Syracusanos Catinã exciuit, nec ꝓcul ab vrbe cõsederãt. Nicias & Lamachus audito hostiũ accessu, oĩbꝰ copiis in naues celeriter impositis, Syracusas versus cursum intēdũt. Qd̃ vbi Syracusanis nũciatũ est, consternato agmine, ad opem patrię ferendã retro abierũt. Atheniēses interim magnũ Syracusarũ portũ ante Olympicum ingressi, castra per ociũ cõmuniũt. Postridie duces ipsi copias in conspectũ hostiũ dedere, si pugnę copia fieret, acie decertaturi. Nec Syracusani pugnam detrectarunt, iam enim q Catinam contenderant, cursu in vrbem venerant. Hortatus est suos Nicias, vbi certamen instare vidit, vetuitq; suos obliuisci, q ipsi essent, & in qua terra dimicaturi, virtute opus esse vt patri

Nicię consilium.

Alcibiadis sententia.

Lamachi sententia.

Alcibiadis exilium.

Syracusani ad prælium exeunt.

am aliquando inuiserent,magno itaqȝ animo tam hi,ꝗ̃ illi,pugnam ineũt:Syracuſani pro patria,
illi ne patriæ aſpectu perpetuo carerẽt dimicaturi.Leuis armatura iniit certamen,mox totis viri
bus conflictũ.Eratqȝ anceps ab initio dimicatio,plures vtrinqȝ cadere, quũ fœda interim tempe-

Syracuſanorum fuga.

ſtas cælo orta eſt,tonitrua & fulgura magno aeris fragore Syracuſanos, velut prodigio territos
pſenti certamine auertũt,facta tũ impreſſio eſt in eos ſua ſpõte cedentes,ſecutaqȝ eſſet cædes in-
gens,niſi Syracuſani equites,extremũ agmẽ obegrãtes,ſuos protexiſſent. Occubuere tũ ex Syra
cuſanis & ſociis.CCC.& ſexaginta,ex Athenienſibꝰ circiter quinquaginta.Nicias;& Lamachus
quia iã hyems inſtabat,copiis in naues impoſitis,Catinã & Naxũ vtrobiqȝ hyematuri abierunt,
rati fore,vt poſt proſperã vnã,cũ Syracuſanis pugnam,ex Siculis vrbibus aliquę vltro deficerẽt,
Laborare pręterea cœperant rei frumẽtarię inopia,nec pecunia in vſum ſtipendii aderat, indige-
bant adhęc equitibꝰ,vt Syracuſanis ea parte belli pares futuri eſſent.Hos,hybernorũ tempore,ex
Attica petierunt,vt nouo vere Syracuſas iterũ tentarẽt.Conſilia conferebant Syracuſani & ipſi

Syracuſani Hermocrati imperiũ demãdant.

poſt pugnam,vbi p concione edocti ſunt,nõ expedire rei bellicæ,ꝙ a pluribus imperaref,quando
nihil æque pluriũ ac ducũ,quibus tũ ciuitas vtebatur,cõfuſum impiũ ipſis in acie obfuiſſet. Her
mocratem Hermonis filium virum,quũ cæteris rebus agẽdis nulli Siculorũ ſecundũ, tum belli-
cis expertę ſtrenuitatis,imperatorem creãt,quũ quinqȝ antea duces fuiſſent.Mittũt adhęc in Pe-
loponneſum ad Lacedæmonios poſtulatum,vt vel domeſtico bello Atheniẽſes implicarent,Atti-
camqȝ armis inuaderent,aut in Siciliã ſibi ſuppetias mitterent.Sed dum hęc Syracuſis aguntur,
Nicias & Lamachus Meſſanã pditione recepiſſent,niſi res ab Alcibiade in exiliũ abeunte fuiſſet

Oro Hermocratis ad Camarinenſes.

Syracuſanę factionis hominibus patefacta.Miſerant & Euphemũ,q legati noĩe Camarinenſes, ſi
fieri poſſet,in partes traheret,qđ vbi Syracuſis auditũ eſt cõfeſtim eo Hermocrates eſt pfectꝰ, q
ita eſt ciuitatem p cõcione allocutus.Nõ ideo ad vos venimus viri Camarinenſes, ꝙ timeamus
ne pſenti Atheniẽſiũ exercitu terreamini,ſed ob id potius,ne priuſꝗ̃ nos audiuiſſetis,illorũ,q ad
hoc ipſum miſſi ſunt,verbis induceremini. Venerunt Atheniẽſes in Siciliam,nequid vos lateat,
nõ vt Leontinos velut ipſi pręſe ferunt reducant,ſed vt nos noſtris abducãt ſedibus, nec credi-
bile eſt fore,vt hic in ſuis vrbibus ciues collocẽt,quos pluribꝰ locis locatos eiecere,aut eos Leõti
norũ libertatis curã gerere,qa Chalcidẽſes ſint,q Chalcidenſes,a qbus hi oriũdi ſunt,in ſeruitu-
tem redegerũt,ſed quo ptextu illa obtinẽt,hęc quoqȝ obtinere conabanf.Nã quũ ab Ionibꝰ ſociis
duces cõſtituti eſſent,ad Medũ ex tota Gręcia,& Ioniæ ora eiiciendum,Medo cõmunibus auxi-
liis eiecto,pro eo imperare cœperũt,neqȝ Athenienſes pro Gręcorum,aut Gręci ipſi pro ſua ipſo
rum libertate,Barbaro reſtiterunt,ſed vt hęc illis quę facta eſt aliquando fieret in ſeruitio verſu-
ra.Verum ſint licet Athenienſes reprehenſione digni,haud tamen ad id venimus, vt eos repre-
henderemus,eſt enim eorum in cognatas gentes ſubigendas iniuria iam antea vobis nõ ignota:
Quin vos potius Camarinenſes viri reprehendendi eſtis,qui quum Gręcarum vrbium exempla
habeatis,quæ ab illis ſeruitio premuntur,neqȝ veſtram libertatem defenditis, neqȝ ſophiſmata ꝗ̃
vobis afferuntur propulſanda putatis,quin reminiſcimini potius,vos nõ Ionas,qui libertatis ia-
cturam iam pro nihilo habent,ſed Dores eſſe liberos liberaqȝ Peloponneſo oriundos, hanc terrã
maiorum virtute quęſitã,virtute ſeruaturos,nec prius eã amiſſuros,ꝗ̃ ſit vita ipſa cum liberta-
te adempta,quaſi parum notæ ſint omnibus Athenienſium artes,qui occultiorem viam ingreſ-
ſi,alios a nobis pollicitationibꝰ alienare ſunt adorti,alios ſocietatis ſpecie ad ſe pellicere. Nec ad
uertitur a quibuſdã,qualis vicinorum opibus euerſis,ſuarum futura ſit rerum fortuna,multum
qdẽ opinione fallitur,q nõ ſe Atheniẽſibus,ſed Syracuſanũ eſſe hoſtẽ exiſtimat, putatqȝ p aliena
patria piclitari nõ oportere,qn verius ille ratiocinabif,q dũ p mea pugnabit patria,nõ p mea ma
gis ꝗ̃ p ſua ipſiꝰ ſe pugnare arbitrabif.Cogitet hic idẽ Atheniẽſes nõ vlciſci velle vllã Syracuſa
norũ iniuriã,ꝗ̃ vtiqȝ nulla eſt,ſed eo ptextu vobiſcũ cõfirmare amicitiã,vt p Dores quos natura
oderũt,Doricas euertãt opes. Verũ ſiqs aut inuidet nobis,aut nos metuit (inuidię eñ ac timori
obnoxii ſũt potẽtiores)cupiatqȝ ob id ipm Syracuſas clade aliqua affectũ iri,vt ipe tutiꝰ deinceps
degat,hic ea aĩo cõcepit,ꝗ̃ nõ ſunt hũanę poteſtatis:nemo.n.ĩ ſuo arbitrio habuit vnꝗ̃,votũ pari
ter & fortunã.Eqdẽ oportuit vos viri Camarinẽſes q Siculorũ oĩm nobis ppinquiſſimi eſtis, qq ſe
cũdũ nos piclitaturi,hęc pſpicere,& ad hoc incẽdiũ,qđ totã eſt Siciliã puaſurũ, veſtra ſpõte re-
ſtinguẽdũ occurrere,Syracuſanoſqȝ ad cõmunẽ libertatẽ tuẽdã,cõſilio & opibꝰ iuuare. Nũc pro
iis quæ vos præſtare oportuit,veterem cum Athenienſibus ſocietatẽ cauſati,in partibus eſſe, vt
video,recuſatis. Sed ea ſocietas ad id credo eſt olim a vobis inita, vt non ea aduerſus amicos &
cognatos veſtros vteremini,ſed in hoſtes potius,ſi qui vobis futuri hoſtes fuiſſent,voſqȝ Atheni

ensibus auxilio effetis, quando illis iniuria alicunde illata esset. Nunc quantũ vos deceat in tali
causa, illorũ societatẽ cõplecti, Rheginorũ modestia haud dubie demonstrat, q cum Chalcidenses
sint, in Leontinis cognatis suis restituendis, ad qđ illi se venisse videri volũt, ne cõsilia qdẽ nõ mo Enthimema
do arma cũ Atheniensib⁹ iunxere. Hoc illi, quũ causam specie honestã, minimeq; suspectam habe
rẽt. Ergo Rhegini, qui Iones sunt, ꝑ Ionibus stare noluerũt, Dorica gẽs cõtra Dores, nulla neces-
sitate coacta, stare non recusabit! & qui ex cõfesso hostes semꝑ fuere, sociis & cognatis nõ dubita-
bit preferre! Nec Atticarum opũ ea vis est, quę Siculis vna cõspirantibus, aliquo mõ pertimescen
da sit, quin cõtẽnẽda potius. En nos Syracusani, nullius ope adiuti, & ad oĩa magis q̃ ad bellũ pa
rati, Catinã vsq; nuper ꝑfecti, vt cum illis acie dimicaremus, statione decedere coegimus. Mox au
dita illorum fuga, veriti ne qđ erat, nostra absentia fręti ad Syracusas opprimẽdas irẽt, incõposi
to agmine reuersi, cũ hostẽ in ꝓcinctu stantem circa vrbis nostrę moenia adepti, maiore aĩo q̃ cõ
silio cũ eo cõfliximus. Cessimus non illi, sed ꝓdigiosę tempestati, nec ipsi duces prae se obscure tu
lerũt, qd in posterũ sperarẽt. Quippe q secũdũ pugnã illã, cõfestim in Naxum, & loca sibi tutiora,
cũ classe abierunt, suis, quis dubitat! viribus diffisi. Quid fore putandũ est, si vos, si caeteri Siculi
nobiscũ cõmunẽ libertatẽ tuebimini, si ex Peloponneso, vt speramus, nobis auxilia aderunt! Spe-
ro equidẽ fore, vt q tanto strepitu nuꝑ alienã terrã inuaserunt, de sua paulopost solliciti dimicare
cogantẽ. Neq; vos, qa neutris accesseritis, satis vestrae phamae & saluti cautum arbitremini, tanq̃
vtrorũq; socios esse liceat: nõ eñ, vt iure illud, ita facto pat est. Etem̃ qd aliud id erit, q̃ quos tueri
debebas, medio periculo reliquisse, nec prohibuisse, qui vicerint, ne iniurii fierẽt! Sed quãto satius
fuerit cũ cognatis cõmune commodum tuendo periclitari, si periclitandum sit, aut Athenienses
amicos ab inchoata iniuria abstinere! Summa igitur eorũ omniũ, quę Syracusani a vobis petũt,
Camarinenses viri, hęc est, ne Ionibus perpetuis Dorici nominis hostibus, Dores ipsi a vobis Do-
ribus intempestiua defectione prodantur, qui si ab Atheniensibus superentur, vestra causa supa- Dilemma
ti videri potuerunt, sed victoriae laus erit penes illos, qui & praemium ferẽt, non eos qui victoriã
administrabunt: si victoria nostra fuerit, poenas iis merito luetis, quibus & periculorum autho-
res fuistis. Considerandum proinde vobis est, atq; hic eligendum, certam sine periculo seruitutẽ
sequi velitis, si inde steteritis, an cum periculo nobiscum libertatem tueri, Syracusanorũ in vtraq;
fortuna amicissimi futuri. Huiusmodi Hermocratis orationẽ, Euphemus Atheniensis haud pau Peroratio.
cioribus excepit verbis, repetitaq; altius causa, veteris Atheniensium certaminis, cum iis Dori- Euphemi
bus qui in Peloponneso erant, inde vti necessitate iureq; Iones a se imperio subacti essent, q Medi oratio.
cis tẽporibus, nõ solũ a se, vnde oriũdi essent, ad Barbaros defecissent, sed Metropolim etiã suã op
pugnatum venissent, postremo eo sermonẽ deflexit, vt ostẽderet Athenienses in Siciliã trãsiuisse,
non imperandi cõsilio quum ne tã longa quidem nauigatio, locorumq; distãtia id pati videretur,
sed vt Siculos seruitio, qđ illis a Syracusanis immineret, eximerent. Summa eius orationis fuit,
qua Camarinenses rogabantur, vt in pristina societate permanerent, nec interim negare esse ciui
tates & insulas, qbus Athenienses imperarẽt, sed iccirco illos id facere, ne alius sibi posset impera
re. Verũ quo plura tuenda haberent, eo ad maiora facinora obeunda vel inuitos cogi. Viderent
ipsi ne auxilia q̃ sua spõte accersiuissent, si per contemptũ vanãq; suspitionem insula excedere pa
terentẽ, frustra essent postea requisituri. Quin aliorũ studiũ secuti, se veteres socios & auxiliares am
plexarentẽ, darẽtq; secũ operã, vt Syracusani, a qbus nõ immerito sibi timerẽt, quãdoq; formidolo
si esse desinerent. Quũ plura Euphemus in hanc sentẽtiam dixisset, visum est vtrisq; in pręsentia
respondere, daturos operã Camarinenses, vt vtrorũq; societas, quantum in se esset, inuiolata cu-
stodiretur. Cęterũ necessitudinis verecũdia adducti, auxiliares equites Syracusas misere, idq; oc-
culte, ne quid Atheniẽses offenderẽt, ad quos per hyemẽ pleraq; Siciliae oppida vltro defecere, q̃
dam etiam metu in partes traxerunt. Quo successu Attici duces elati, in Aphricam ad Cartha-
ginẽses mittere ausi sunt, q eos aduersus Syracusanos in societatẽ asciscerẽt, & in Italiã ad eas vr
bes, q̃ in Tyrrhenũ sunt pelagus obuersę, missi, q societatẽ postularẽt. Nec Syracusani (nã magnũ
sibi ꝓ moenibus patrię certamẽ videbãt cum Atheniensibus instare) minori interim studio suas
opes firmarũt, & iã eorũ legati a Corinthiis benigne accepti Lacedęmonẽ venerãt, vbi Alcibiadis
oratione (q eã vrbẽ sibi exilii sedẽ delegerat, fuerat q; ob id ꝓsenti cõsultationi admotus) magno
pere Spartiatarũ animi ad reparãdũ bellũ sunt cõmoti. Ibi ille multa prius de se locutus, q̃ q̃diu
ꝓ patria stare licuisset, vt verũ & fortẽ hostẽ decuit, arma ĩ Lacedęmonios tulisset. Verũ vbi pau
corũ potẽtia odioq;, ꝙ populare pre se studiũ ferret, essetq; tyrannis infestus, populũq; hortaretẽ,
ne imperitãti cuiq̃ exagitãdũ se subiiceret, patria pulsus exulare cogeretẽ, mutato studio nihil im

pie facturum se arbitrari, si ad eorũ vsum qui se electum hospitio excepissent, oĩa sua cõsilia, oẽm
rei militaris experientiã, accõmodaret. Nec etiã videre oportere se quicq̃ cõtra patriã agere, quæ
Atheñ. consilium. vtrinq; patria non esset amplius. Tum vero Atheniensium cõsilio de Sicilia occupanda patefacto,
qua in potestatẽ redacta, Italiam subigere Atheniẽses destinassent, mox & Carthaginẽ, postremo
Barbarorum viribus freti Pelopõnesum terra mariq; inuadere, sicq; futurum vt late intra extra
q; Græciã imperarẽt. Quę quũ ita se haberent, censere, hortariq; vt cõtinuo in Siciliã auxilia mit-
terẽt, Atheniẽsesq; domestico interim implicarent bello. Eisdẽ obuiã primis illorum conatibus, ne
si quũ eorũ opes nimiũ inualuissent, vt sero, ita incassum, irũ obuiam videretur. Mouerunt Alci-
biadis verba Lacedæmonios ad vtranq; prouinciã excipiendam, sua ad id sponte inclinatos. Fitq;
Bellorũ apparatus. publicum decretum vt, Gylippus Cleandrię filius, cum auxiliaribus copiis, Syracusas iret. Edictũ
adhęc, vt naues a sociis ad traiiciendas copias expedirentur. Athenienses & ipsi pecuniã in stipen
dium misere, & equites qui a ducibus fuerant requisiti. Atq; cum hæc fierent, decimusseptimus
ab eo annus exiit, quo Athenienses & Lacedæmonii bellare inter se cœperant.

M. ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIÆ HISTORIARVM AB ORBE CONDITO ENNEADIS TERTIÆ LIBER OCTAVVS.



ERNVM erat anni tempus, quum Nicias & Lamachus Megarensem
Atheñ. expeditiones. agrum populati, Hybleos & Thermesseos clade affecerunt, Centoripis
oppido proditione recepto. Suntq; per eos dies trecenta argenti talen-
ta ex Athenis, ad alendam classem ipsis ducibus delata, & equites circi
ter trecenti, & in Peloponneso aliquot leues expeditiones fuere inter
Argiuos & Lacedæmonios, sed illę quidẽ parum memorabiles, in Sicilia
maiores vtrinq; terũ conatus interim extitere. Attici duces classe Sy-
racusas delati Thapsum peninsulam vrbi propinquam, occupant: inde
eximprouiso & Epipolas locum pręruptum, & Syracusis imminẽtem.
Syracusę obsidentur. Eo Diomilius Syracusanus cum sexcentis ex omni iuuentute lectis oc-
currit, tumultuarioq; prælio ictus, cum trecentis periit, cæteris intra vrbem trepide compulsis.
Postridie, quũ Atheniẽses in acie ante vrbem stetissent, postq̃ nemo obuiã exiit, ad Epipolas mu-
niendas cõuersi, in summa earũ crepidine castellũ erigũt. Nec iam multo post Egestani & Naxii
equites in castra venerũt, ita vt cum Atticis nõ multo antea appulsis sexcenti & amplius equites
in castris essent. Multi variiq; deinceps fuere circa vrbem conatus, Syracusanis vallum hostibus
ab vrbe per paludem cum fossa & aggere obiicere volentibus, Athenienses contra ab Epipolis ad
Lamachi interitus. Thapsum vrbẽ omni prę̃sidio excludere, quo certamine Lamachus Atticorum ducum alter con
cidit, & Syracusanorũ multo plures q̃ Atheniensiũ. Cęterum magno interim portu a classe occu
pato, Syracusanisq; in vrbẽ reiectis Nicias duplici muro eos ab Epipolis ad mare clausit, aquarũ
ductu iam antea interrupto. Gylippus interea ad Leucadẽ ꝑgressus, audita Syracusanorum obsi
dione, desperans sociis subueniri posse amplius, quos vtiq; muro vndiq; ab hoste vallatos cõstãs
phama erat, in Italiã cursum deflexit, illic ciuitates aliquas ad bellũ sollicitaturus, & vt ibi in oẽm
occasionem erectus pręsto esset. Verum fœda inter eundũ tempestate iactatus, ac carinis nauium
Gylippi in Italiam appulsus. magna ex parte concussis, Tarentũ subuectus est. Nauiũ paucitas effecit, vt auditum Gylippi ac
cessum aspernatus sit Nicias. Thuriam inde Gylippus ꝑgressus, quum nihil ibi persuadere po-
tuisset, Italiæ oram classe circuibat. Atticus dux qui iam in spe certa victoriæ erat, nam commea
tus, quũ ex aliis locis, tũ ex Italia affatim in castra vehebãtur, vnde & triremes quasdam auxilia
res acceperat, & Siculorum plęriq;, qui dubia fide ad id tẽpus fuerant, iam aperte Atheniensium
rebus fauebãt. Dum Nicias Syracusis assidet, Lacedæmonii magnam Argiui agri partem subita
incursione vastant, qua sociorum clade Athenienses perciti triginta naues ad belli vsum compa
ratas, auxilio Argiuis ire iubent, per quæ fœdus qđ cum Lacedęmoniis ictum habebant, est viola
tum, prius nunq̃ ne Argiuorum quidem nouorum sociorum crebris precibus adduci potuerit,
vt in Laconicam orã irrumperent, tum vero sociorũ iniuria iritati in Epidaurium agrum ingres
si, late omnia circa Himeram & Ptasias ferro & igni populati sunt. Gylippus interea refectis na
uibus quum Locros ex Tarento annauigasset, certior ibi factus nõ ita Syracusas ab hoste circũ-
sessas, vt per Epipolarum partem, qui vellent, vrbem ingredi non possent, auxiliari manu inde &
aliis sociis collecta, ex Locris freto in insulam euasit, mox Himeram delatus, auctis hic copiis, ex
iis qui adhuc in fide erant, ad tria armatorum milia contraxit, tum vero nauibus in terrã subdu
ctis ipse terrestri itinere Syracusas iter intendit. Pręuertit illius accessum Gõsilus Corinthiacæ

classis præfectus, qui quum ex Leucade in Siciliam, celeri cursu venisset, Syracusanos offendit oĩ spe Peloponnesiaci auxilii abiecta, de pace quoquo modo cum Nicia sancienda consultantes. Ab eo itaq; confirmati, edoctiq; Gylippum, cum valido præsidio, paucis diebus affuturum, vrbẽ constantius tueri perseuerarunt. Nec Lacon multo post affuit. Athenienses, etsi murum ad octo ferme stadia, ab Epipolis ad mare eduxerant, quia aliquot adhuc locis erat interruptum opus, qđ in tanta celeritate ex omni parte haud consummari contigerat, conspicati Gylippum aduersus se aciem dirigere, & Syracusanos eruptioni eminere, ancipiti metu pculsi, sese prelio expediunt. Tũ Lacon caduceatorẽ ad hostes mittit, qui his diceret, si insula intra qnq; dies velint excedere, passurum se eos tutos inde abire. Cęterũ nullo ab Atheniẽsibus respõso dato, cõfestim acie cõflixisset nisi Syracusanos vna aduersa pugna fractos inuitos sensisset ad prælium exire. Et quia ab Nicia qui structam aciem ante murum habebat, nihil mouebatur, verticem, nomine Temmenitem statiuis occupat. Postridie Gylippus muro copias admouit, manu vna suorum ad Labdacum vbi Atheniensium præsidium erat, pmissa. Nicias, loco cum pręsidiariis militib9 amisso, obtinuit tamen nihilo secius murum, habebatq; in animo Plemyrium pmontorium, magno Syracusanorũ portui accubans, opere communire, vt fauces portus in potestate haberet. Enimuero Nicias post Gylippi accessum, parum terrestribus prælis fidens, ad classem continuo ornãdam animum adiecit. Muro itaq; triplici præsidio firmato, Plemyrium occupat. Gylippus & ipse intra Epipolas murum struxerat, vt hostium munitionibus exclusis, vrbs circũquaq; obsideri nõ posset. Hinc quum sępius suos in aciẽ educeret, immotiq; Atheniẽses sub muro starent, eos inuadere constituit, conferto q; inter vtrũq; murum prelio, Athenienses egregie vicerunt. Paucis inde diebus interiectis, maioribus est animis vtrinq; dimicatũ, sinistrũq; Atheniensiũ cornu hostium equitatus pepulit. Opus preterea a Gylippo inchoatũ Ambrachiẽsiũ & Corinthiorũ interuẽtu, omniũ opinione celerius est ad exitum perductũ. Erãtq; iam Syracusanorũ res ac sociorũ, terra mariq; Atticis nihilo inferiores, inualescebãtq; in dies illorũ vires, ita vt Athenienses, licet nomine obsiderent, re ipã haud multũ distarent ab obsessis, quę Nicias animo considerans, p literas Atheniensibus significauit, futurũ, vt nisi breui terrestres maritimęq; copię summa ope augerent, si diutius in obsidione perseueratũ esset, ingens in Sicilia clades acciperetur. Hęc ille suis, magis vera & vtilia q̃ auditu iucũda scribens, petebat vt & sibi e renibus laboranti succederet. Nicię literis publice recitatis, omnia in eius sententiã sunt ad bellũ decreta. Successor tantũ negatus. Duo legatorũ noĩe illi dati, q in re administranda ægri ducis onera leuarent. Nec ita multo post Eurymedon alter legatorum, cũ centũ & viginti talẽtis argẽti, & nauib9 decẽ in Siciliã venit, collegã dixit suũ Demosthenem ad delectũ q̃ diligẽtissime habẽdum, in Attica a se relictũ, qui cũ cęteris copiis, haud multo post esset affuturus. Miserũt Athenienses, qui viginti nauiũ classe omnẽ Peloponnesi orã attenta circũirent statione, nequa ex Lacedęmone Corinthove auxilia in Siciliã mitterẽtur. Contra Lacedęmonii ac Corĩthii socięq; ciuitates, auditis quę post Gylippi in Siciliã appulsum, circa Syracũsas euenerant, in pristinã spem restituti, summa ope classem terrestresq; copias, ad bellũ instruũt. Nec Sicilia tantũ curę erat quin ob rupta ab Atheniẽsibus fœdera, qui Epidaurios Prassianosq; fines incursarãt, domesticum etiam bellũ studio moliũtur: & vt aliquo insigni detrimẽto hostem primo motu afficerẽt, Deceleã Alcibiadis consilio in Attica, militari opere, occupare cõstituunt. Cęterũ dũ naues, arma, cõmeatus expediũtur, annus ille exiit, qui Pelopõnesiaci belli duodeuigesimus fuit. Sequentis anni principio Lacedęmonii sociiq; Atticam terram ingressi, subita populatione fœdarũt, inde Deceleã cõmunire adorti, irrequieto opere, tãtũ paucis diebus murorũ excitarunt, vt ab Athenis iam id opus conspici posset. Erat locus is peroportun9 ad Atticam terrã infestandã ab Athenis centũ viginti stadia distãs, tantũdẽ a Bœotia. Moliri id pſidiũ Laced. Agidis ductu. Interea auxilia sunt ex Pelopõneso ĩ Siciliã missa. Hi mille & sexcẽti numero erãt. Naues quinq; & viginti. Horũ plurimi Spartiatę. Cęteri Corinthii & Bœotii. Atheniẽses & ipsi Demosthenẽ nihilo minus in Siciliã miserunt, cũ nauibus quinq; &.LX. in qbus, ex veteri formula, mille erãt & ducẽti Attici generis, & cũ his insulanorũ appẽdices: iusserunt & Charidẽ cũ altera classe quæ triginta erat nauiũ Peloponneso insinuatũ, ab Argiuis petere, vt iure initę nuper societatis, rem Atticã in aperto discrimine iuuarent, explerentq; eius classis remigium, quę ad hoc ipsum instruebatur, vt Laconicam oram infestaret. Hęc in Gręcia vtrinq; parabanẽ, quum Syracusani in Sicilia, Gylippi & Hermocratis hortatu, classem longe opulentissimã cõparant. Qũq̃ & ipsi iamdudum, ob secunda prælia, quæ in terris gesserant, mari fortunam experiri cupiebant. Stabant in maiori portu quinq; & triginta naues bello instructæ & aliquãto maior numerus in

Gylippi edictum.

Plemyriũ pmõtoriũ.

Nicię pũidentia.

Atheniẽsiũ apparatus.

Decelea.

minori,vbi erant Syracusanorũ naualia.Sed angustię magni portus ab Atheniẽsib⁹ circa Plemyriũ fuerant insessę,ea quę res impedimẽto futura videbatur,quo minus Syracusanę naues i vnũ coire possent.Mãdat Gylippus,vt sui,vno tempore,intus extraq́ Plemyriũ inuadant,nitãturq́ vel inuitis hostibus,perrumpere,ipse interim milites,diuersa parte instructos habuit,contractoq́ iam circa portum certamine,vbi Atheniẽses vna naualis pugnę cura occupatos vidit omnis alterius discriminis securos,cum iis quos ad hoc ipsum paratos habuit,Plemyrium adortus,momẽto temporis præsidium,quod in eo erat,expugnat.Sed q̃ id negocium feliciter cessit,tam Syracusanis naualis pugna fuit infelix.Nam quum res satis ab initio successisset,perrumperentq́ extrariæ naues,inuitis hostibus,in portum,dum nimium celerant,dum tumultuose aguntur,in internas naues impactę,ordinem turbare cœperunt,trepidatio inde orta est,qua animaduersa,in hostem sua spõte turbatũ Atticę naues decurrũt,facileq́ fugam fecerũt,decẽ Syracusanę naues cũ ipsis turmis sunt depressę.Sunt tamẽ & plęriq́ capti.Atq́ ita cõtigit,vt vno ꝑlio vtriq́ vicerint, victiq́ sint,Trophеũ erexerũt Atheniẽses in littore circa castra,in Plemyrio hostes.Sed Atheniensiũ clades maior,ingens pecunia publica & priuata,cũ omni fere bellico apparatu,in eũ fuerat locũ velut ęrariũ cõgesta,qbus oĩbus est eo die hostis potitus.At nihil ęque Atheniẽsib⁹ obfuit, q̃ ꝙ Syracusanis iã angustias portus tenentib⁹,sine certamine cõmeatus in castra haud subuehi poterãt.Leuiora inde ꝑlia p æstatẽ circa portũ cõmissa,& insidię citro vltroq́ factę,vt in tãta hostiũ ꝓpiquitate euenire oportuit.Procul vrbe etiã aliqd gestũ.Enĩuero patefacto portu Agatharchus ex Syracusis cum duodecim nauibus ꝓfectus,aliquot Atheniensiũ in alto adeptus oppressit,& in his vnã,quę stipendiũ vehebat in castra,& in ora Caulonię materiã ingentẽ,quã ad naualẽ vsum ibi Atheniẽses cõpararant,subiecto igni corrupit.Mox viginti Atticis nauibus in Megarico tractu obuius factus,suarũ celeritate frętus,vna dũtaxat naui ab hostib⁹ intercepta,cũ cęteris in tutũ abiit.Tentarũt interim Athenienses,rescindere ligneam cathenam,qua Syracusani minorẽ portũ occluserant,onenaria vna turrita ac loricata expugnationi admota.Verũ suo conatu frustrati,incœpto abstinuerũt.Demosthenes interea,quũ ex Attica in Siciliam tenderet, Epidaurẽsem orã & Laconicã cũ Charide est populatus,locoq́ inibi in Isthmi speciẽ cõmunito ꝑsidium ad hostilẽ terrã infestãdã imposuit.Ex Pelopõneso dein proficiscitur,in Corcyrã Charide domũ dimisso,trãsmissurus.Decelea interim muro cõclusa,ꝑsidioq́ insessa,multo graui⁹ res Atheniẽsium,vicino assiduoq́ hoste,affligi cœperant.Maior itaq́ pars agri cultu deserta est,breuiterq́ viginti seruitiorũ milia ad propinquum hostẽ transiuere.Pecora adhęc in arctũ compulsa inedia conficiebantur,nec cõmeatus nisi per difficiliora loca,dispendioq́ viarum, in vrbem comportari poterãt.Venerãt interea Athenas Machęrophori mille ex Thracia mercede conducti, quos grauati impensa Athenienses naui domum deportandos curauere,dato huic qui vehebat negocio, vt siqua obiter occasio daretur,eos in hostium fines ad prædã immitteret.Incursatus itaq́ ab his est primo Tanagreus ager,mox in Bœotiam delati,Michalesum ex improuiso occupatam diripuerũt,ciuibus omnis sexus & ętatis ferro deditis.Erãtq́ in cęde & pręda Barbari occupati,quũ Thebanus superuenit equitatus,quos eximprouiso adortus multa cũ cæde ad littus egit.Et hæc tum Thraces in Bœotia.Demosthenes ex Peloponneso profectus,quum Corcyram versus cursum intendisset,in Siciliam prima tempestate soluturus,non nihil,dum classis remigium explet, circa Zacynthum,Cephaleniam aliasq́ circuniectas insulas,nauigatione intermissa subsedit.Sed dum his locis cõmoratur,de pręsidio ad Plemyrium amisso cognouit.Tum vero maiorib⁹ opus esse copiis ratus,vt hostiũ vires,quæ in dies circa Syracusas inualescebãt,sustineri possent, Eurymedonti collegę,quem ibi ex Sicilia redeuntem obuium habuit author fuit,vt in Corcyrã nauigaret,daretq́ operam,vt quindecim Corcyrei naues explerẽt.Sed dum hæc illi studio properãt, Syracusanorũ interim legati ex sociis Siciliæ ciuitatib⁹,quas ꝑsenti successu in spẽ victoriæ erexerant,ad duo milia auxiliariorum &.CCC.contraxerant,qui quũ Syracusas versus iter facerẽt a Centoripinis,Niciæ rogatu,insidiose excepti,cũ octingẽtis sociorũ cęsi sunt, cætera multitudo disiecta,alii alia Syracusas deuenere.Miserũt & Camarinenses & Geloi Syracusanis auxilia, & iã tota pene insula,pręter Agrigẽtinos,q nõdũ erant in partibus, a Syracusanis exconfesso stabant. Demosthenes interim & Eurymedon,cum instructa classe trãsmisso Ionio Iapigiã Italię ꝓmõtoriũ,tenuere.Hic quoq́ circa Cleradas Iapigiæ insulas,ab Arta regulo, a Metapontinis, quo post ea appulerunt,Thurinisq́ iaculatorum manum impetrarũt.Sed dum militẽ Attici duces extrema Italia conscribunt,tres & triginta Atticę naues Dyphilo duce,cum viginti Peloponnesiacis quibus Polybantes Corinthius præerat,inter Naupactum & Eurineum Achaiæ locum, in spe

Syracusanę naues deprimuntur.

Machęrophori.

Demosthenis consiliũ.

Auxiliares Syra.cęduñ

ciēlunę curuatū,acti prelio conflixere.Adeoq; est dubio euentu dimicatū,vt victoriā vtrinq; ad se trahētes,hi atq; illi Tropheū aduersis stationib⁹ erexerint.Syracusani audito nouæ classis accessu,q̄ ex Italia in Siciliam traiectura ferebaẗ,statuūt,priusq̄ Atticę opes terra mariq; nouis supplemētis augerenẗ,iterū fortunā experiri,placuitq; Gylippū vt antea rem a terra gerere, nauesq; in portu decertare,vtrobiq; acriter incertaq; victoria dimicatū.Cęterū eo Atheniensiū res deterior fuit,q̄ duę eorū naues periere.Sequenti die Syracusani quietē tenuerūt.Nicias ratus hostes haud diutius qeturos,onerarias ante triremiū stationē,certo inter se spatio,collocat,vt per ea interualla esset triremib⁹ ab hoste victis,in tutū recursus.Biduo igiẗ postq̄ pugnatū erat, octoginta Siculę triremes,cū qnq; & septuaginta Atticis,pugnā cōseruere.Hoc quoq; prælium aliquanto acri⁹ priore fuit,magisq; Atheniēsib⁹ calamitosum,quorū septē triremes mediis sunt fluctib⁹ depressę,rostraq; plurimarū validissimo cōflictu detrita.Syracusani ob rē bene gestā,Tropheū circa littus statuere.Fuisset oīno maior clades eo die ab Atheniēsib⁹accepta,nisi suę onerarię victos ptexissent,q̄ duas Syracusanas feroci⁹ inuectas,delphinis ī hūc vsum pēdētib⁹ fregere,vnāq; prętetea cū toto remigio interceptā tenuerūt.Erātq; res Atticę ad Syracusas in hoc statu,quū Demosthenes & Eurymedon,cū trib⁹ & septuaginta nauib⁹,in qb⁹ erāt ad qnq; milia armatorū,portum tenuere.Perculit terrific⁹ hostiū appatus Syracusanos,qb⁹ psuasum fuit Atheniēses Decelea a Lacedęmoniis capta,qa nō pcul ab obsidione abessent,haudquaq̄ tātū copiarū ampli⁹ in Siciliā missuros.Demosthenes,dū se terribilē scit esse hostib⁹,oīa tētāda ratus,agro vrbi circūiecto prius populato,an ī vrbē aliqua vi irrūpi posset experiri cōstituit,Nicia cū parte copiarū ī castris relicto,deceptis Syracusanorū custodib⁹,p Epipolas ingressus,hostiū murū,quē post Gylippi accessum struxerāt,nocturno accessu occupat.Erat munitioni huic triplex pſidiū impositū,fuderāt q̄ Atheniēses improuisa vi primę stationis hostes,verū vbi ad Bœotios vētū est, his fortius resistentib⁹,quū Atheniēses,velut parta victoria,īcautius ruerēt,mutata subito fortuna est,iiectusq; terror,& velut amētia qdā Atheniēsiū animis oborta,vt ne se quidē inuicē agnoscerēt,verterētq; in seipsos ferrū,& qd magis mirū videri possit,luna pernox erat.Primo trepidatio orta, inde metus,ex metu fuga,multaq; strages hoīm in Epipolarū egressu, ob locorū angustias secuta.Multi adhęc q nuperrime cū Demosthene venerāt,locorū ignari castris aberrātes.p agros errabūdi, ab Syracusanis eqtib⁹ vbi primū illuxit,ferro excepti perierūt.Magna cędes edita, armorūq; vis ingens amissa,q̄ per mōtiū decliuia milites pcipiti fuga acti, vt se magis ad cursum expedirent passim abiecerāt.Syracusani tā insperato successu elati,nō solū in spē retinēdę vrbis venere, sed iam & externa curare paulatim occœperūt,missis ex vrbe cū Sicano pfecto quindecim triremib⁹, qui Agrigentum,vbi seditio erat inter ciues orta,occuparet , & Gylippus terrestri itinere vrbes circuire cœpit,vt vndiq; auxilia cōtraheret.Cōferreīter se iterū cōsilia Nicias & collegę:Demosthenes suo conatu frustratus,cōfestim obsidionē soluēdā cēsebat,abeūdūq; in Atticā, nec incassum assidendū Syracusis,quū nihil pręter militū iacturā,publicęq; pecunię dispendiū,lucrifieret: nec Eurymedon multū ab eo diuersa sentiebat.Nicias etsi a collegis vtilia afferri nō ignorabat,infamiā tñ veritus,ne pecunia corrupti duces obsidiōe abscessisse crederenẗ,qd tū quoq; in castris iactari inter milites cōpertū habebat,durādū adhuc dicere,eoq; impēsius id facere,q̄ occulte a Syracusanorū qbusdā,q Atticę rei ab initio fauerāt,certior p literas fiebat,fore, vt breui Syracusæ caperenẗ si in obsidione pseueraret.Interea Gylippo cū validissima auxiliariorū manu Syracusas reuerso,cū cerneret hostiū opes in dies augeri,vt iā piculū eēt ne diuti⁹ cūctādo, sibi,quū vellet, integrū nō esset inde abire,collegis assidētib⁹,ptinaciāq; & morā exprobrātibus,Nicias edicit,vt occulte militib⁹ denūciandū curēt,vt sese q̄ occultissime ad discessum cōparēt.Interim(erat tum forte plena luna)defecto syderis lumine,vt fit terra solis aspectū adimēte,adeo res noua,rudi adhuc sęculo,Niciā & alios turbauit,vt dux ipse rē velut omninosam auersatus,pnūciauerit,se nō prius inde abscessurū,quādo ita a vatib⁹ esset monitus,q̄ ter nouē dies a pdigio pcessissent.Mirū videri possit Nicię in media Gręcia nato,rē hodie vulgo notā,adeo stupori fuisse.Satis qdem cōstat interuētu terrę,lunę deliquiū fieri.Cęterū Anaxagoras,q non multo antea fuerat,qua ratione id accideret,primus omniū demōstrarat.Sed rationē illā nō multū adhuc vulgari cōtigerat,Gręcis vulgo ea studia,q̄ sese naturę indagādę applicarēt, vt ipia auersantib⁹, quo noīe Prothagoras fuerat Athenis pulsus,& ipse Anaxagoras cui⁹ mō memini in vincula deiect⁹. At Plato pcedēte tēpore,nō solū ea re nō est territus,sed author etiā Dioni fuit, vt nihil tale ī luna veritus,in Siciliā ad Dionysii Tyrānidē euertēdā nauigaret.Perseueratū itaq; in obsidione.Interea Syracusani,quos nihil eorū q̄ ab hoste parabanẗ pteribat,audaciores facti,hostē terra mariq; fe-

Naualis pugna ad nau pactum.

Acris pugna naualis

Demosthenis & Eurimedontis accessus.

Atheñ.clades ad Epipolas.

Lunę defectus.

Phi pulsi.

tocius lacessunt, iam in id vnū erecti, vt quoquo mō possent, Athenienses a fuga remorarent, circa muros nō nihil primo tumultuose certatū, vbi Atheniēsiū eqtes fusi, ad. XXX. eorū sunt ab hoste intercepti. Postridie sex & septuaginta Syracusanorū naues, cū octoginta sex Atticis in portu cōflixerūt. Curabat Eurymedon in dextro cornu, is Siculas naues circūuenire conat⁹, quū icautius alā pāderet, ppiusq; terrā accederet, a Syracusanis in mediā aciē prūpētib⁹ a suis est exclusus, ibiq; a multis vnus circūuētus, cū tota naui qua portus maxime pfund⁹ erat deprimit. Quae ducē ipm fuerāt secutę tumultuose disiectas metu Syracusani ad littus compellūt. Affuitq; mox Gylippus, vt hostē in terrā euadētē, ferro exciperet. Tyrrheni auxiliares facto in Laconē ipetu toto littore egerūt, affecta nihilo secius res Attica est eo die, duęq; deuiginti naues ab Siculis ppugnatorib⁹ captę. Quo successu Syracusani fręti, vt cęterā hostiū classem cremarēt, onerariā vnam sarmētis refertā subiecta flāma secūdo in hostes vēto immittūt. Atheniēses eiusmodi certaminū nō ignari, machinamētis mature adhibitis, eā ne classi ipingi posset, pcul distinuere. Adorti sunt inde aliud maius opus Syracusani, aīo reputāres qualis existimatio suā ciuitatē maneret, nō apd grecos mō, q euersis Atheniēsiū opib⁹ in libertatē asserebant, sed apud alias etiā gētes, q tātū exercitū, tātā classem, nō sustinuissent solū, sed penit⁹ etiā deleuissent, vt hostē magis obnoxiū haberēt, angustias magni portus, q̄ ad octo ferme stadia patebāt, triremiū onerariarūq; catena, anchoris fūdātib⁹, occludūt. Perculit ea res vehemēter Atheniēsiū aīos: cęterū Nicias, vt erat psenti cōsilio, abductis ex superiore muro psidiis, qcqd vbiq; viriū fuit in castra cōtrahit. Inde q̄ celerrime potest ad cētū &. X. naues, sagittariis, aliisq; ppugnatorib⁹, instruit, certus totis opib⁹ in portu depugnare, haud qdē ignarus ita fore, vt si victor extitisset, tutius obsidionē solueret tota Sicilia incolumis, sin vinci cōtigisset, relicta classe in aliquā barbararū vrbiū, sociarūve ciuitatum pedestri agmine cōtēderet. Oībus itaq; ad pugnā cōparatis, cū suos cerneret tot aduersis pliis fractos, ita p cōcione eos allocutus dicit. Certamē inqt milites, qd nobis instat, oībus cōmune est, vbi de sua qsq; salute ac patria, nō min⁹ q̄ hostes ipsi laboram⁹, q si vincimus, licebit cuiq; nostrū suā inuisere ciuitatē, domū, parētes, cōiuges, liberos ac cętera q̄ hoīb⁹ sunt charissima: quare nolim vos ab iecto esse aīo, vt eos q bellicis casib⁹ insueti, vel ad minimā cladē, oēm spē futuri successus turpiter abiiciūt: qn meminisse oportet vos viri Atheniēses, sociiq; fidelissimi, q multa iā bella experti estis, inopinatos esse bellorū euētus, ancipitēq; fortunā, necesseq; esse, & facere & pati fortia, q sibi victoriā pponit. Sed qd ad psens certamē attinet, oīa nobis victoriā pollicent, classis ingēs aduersus oēs hostiū artes, quātū nūq̄ alias valide instructa, lectissimiq; & rei maritimę sciētissimi e nauibus pugnabūt, & cū his sagittarii q̄plurimi, manicę ferreę ad cōserēdā pugnā, & qd oīm maxime pderit ad victoriā, fortuna nobis bene pugnādi necessitatē iponit, aut em̄ vincēdū est, aut si victi sim⁹, oīs spes salutis abiiciēda. Sed cur vinci debeam⁹, virtute, numero, experiētia, hoste supiores, q Siculos, q Peloponēses ipsos, ac cęteras gētes rei maritimę studio lōge antecellimus. Proponite animo viri fortissimi, atq; existimate, classem, q̄ hodie pugnatura est, parētes vestros, liberos, vxores, domū, penates, totāq; patriā secū ferre, talemq; fortunā illis futurā, qualem vos ipsi, aut virtute vestra, aut ignauia feceritis. Sed nihil ęque ac necessitas horratur nos strenue dimicare, siquidem nō minus vitae, q̄ fortunarū propositū est nobis certamē: In quo annitendū est, vt auteā cum laude tueamur, aut si cadendum sit, nō inulti periisse videamur. Nam seruitus, q̄ media ab aliquo optari possit, forti viro multo formidolosior q̄ mors esse debet. Nihil illa homini foedius, quippe q̄ pbri sit & calamitatis plena. Sic fatus Nicias, iubet suos naues cōscēdere. Syracusani sociiq; intuiti quę ab hoste pararentur, cōfestim & ipsi sese pugnę accingunt. Quos Gylippus ita est p cōcione hortatus. Quae praeclare ad hunc diem terra mariq; gessimus, omnibus sunt vobis nota viri Syracusani, & vos socii fortissimi. Nunc vnū vt videtis adhuc nobis certamen restat, idq; oīm speciosissimum, quo documentum, vt spero, dabimus omnibus gētibus, ne posthac temere aliam terram audeant infestare, vt nuper Athenienses fecere, qui suorum libertati prius insidiati, eo insolentiae prouecti sunt, vt Siciliam primo, inde Peloponnesum vi subigere sint adorti. At deorum benignitate vestraq; virtute, effectū est, vt non solum furor & amentia illa, qua fraeti huc nauigare sunt ausi, prorsus conciderit, sed iam aliquoties terra mariq; victi, ita ipsorum opes sint afflictę, ita animi debilitati, vt de propria salute solliciti, iamdudum quęritent, qua via tutius sese hinc pripiant, & nunc, quia occultā moliri fugā nequeūt, vt per nostras erūpant stationes, in naues laceras, ac male refertas, classiarios & remiges vinci assuetos, & ob eā rē inuitos imponunt, qui fugae magis cupidi q̄ pugnę, qua preteruehi poti⁹ q̄ inuehi possint secū meditātur. Sed sic certe habet vt q animū supra vires gerūt, ii si vel modica clade afficiant, opinione decepti, infra dignitatem

Nauale bellum.

Eurymedōtis casus.

Occludunt portū Syracusani.

Ofo Niciae ad suos.

Niciae poratio.

Oratio Gylippi ad suos.

sese abiicisset & pstermisset. Expediu̅t sese ad pugnā Athenienses, nō spe vincendi, sed q̄a nulla alia ē
ad effugium via relicta, nec tā vim inferre, q̄ vitare cupiētes: satis supq̄ habituri, si medio tumul
tu p occasionē in apertum mare elabi possint. Sed quo illi hoc stultius contendunt, eo fortiꝰ no-
bis annitendū, nequa illis aditꝰ fiat ad erūpendū. Quin cęcos & amētes in pugnā eu̅tes nauibꝰ, q̄s
robustiores & instructiores habetis, excipite, exceptos ptim mediis aquis mergite, ptim ferro tru-
cidate, ne̅mo q̄ fieri possit publicæ cladis nūcius hinc abeat, inimicissimi illi vobis sunt, ac nō solū
ad vos in seruitutē redigēdos huc venisse existimandi, sed si vincere cōtigisset, vt vobiscū paren-
tes, liberos, vxores cōtrucidarēt, vt colonis huc a se mittendis terrā hāc vacuā redderent. Nec q̄a
naues illas in procinctu habeant, meliore eos spe esse arbitremini, quippe qui non tam suo nauti-
apparatu, q̄ fortunę temeritati confisi, velut ita euenire oporteat, vt medio certamine, casu ali-
quo, quia virtute nequeant, eripiendi sint. Sed vobis danda est opera, non solum ne vincant, nam
ne ipsi quidem hoc sperant, sed ne qua per occasionē elabi possint. Pulchrū pfecto certamen ho-
die nobis pponit̄, & rarissima pliorū occasio, vt ex aduersa fortuna (aduersam dico si eos oppri-
mere non det̄) minimum nobis damni sit futurū, ex pspera laudis plurimū & lucri. Eritq̄ vtroq̄
casu penes nos victorię laus, seu Sicilia p victis abierint, seu (qd̄ spero) ferro aliove casu nostra
opera periclitabunt̄. Tali hortatione suos ad bene pugnandū accendit Gylippus, continuoq̄ Sy- Peroratio.
racusani & socii nauibus conscensis ferociter in prælium eunt. Et iam Atheniēses ex sua statione
mouerāt, pcesserātq̄ ad catenā, quæ in faucibus portus erat, eamq̄ rescindere adorti, a Syracusa
nis, qui exaduerso mouerant, atroci pręlio excipiunt̄. Ibi & in angustiis ipsis, & intra portū atrox Pugna
pugna inita, nunq̄ ad id tp̄s alicubi gentium, quod memoriæ proditum esset, tam infestæ inter se atrox.
concurrerūt classes, nec maioribus odiis hi de vita, illi de patria, liberis, fortunis, dimicabāt. Hinc
Demosthenes Menander & Euthydemus duces pręlium ciebant, inde Sicanus Agatharchus &
Pythes. Stabat in vtroq̄ littore instructa peditū acies, vt clamore & psentia suis fauerent. Ingra-
tum spectaculum & anceps, vtrarūq̄ copiarū in se oculos & mentē verterat. Stabant tam hi q̄ il-
li ad oēs suorū successus clamorem & plausum extollentes. Contra cladem turpemq̄ suorū fugā
moesti & cum gemitu spectabāt, ita vt ad oēs casus nihilo minores hinc, q̄ in prælio aiorū motus
existerent. Multiq̄ vt affecti erant, aut suis innuebant, aut vultu motuq̄ corporis significare qd
fieri vellent, qdve factū probarent. Resonare interim coelū, mare, littus, variis clamoribus, adeo vt
qui in prælio erant, magis viderent, q̄ ad ea q̄ agenda essent ducū & Trierarchorum iussa audi-
rent. Rari interea fieri decursus in tam arcto maris spatio, pugnabat vtrinq̄ par fere numerus. Vltima na-
Hęrebant itaq̄ aduersę classes, eratq̄ pugna illa terrestri statarięq̄ q̄ maritimæ similior. Estq̄ ali- ualis pugna
quādiu ancipiti marte dimicatū. Tum demū Atheniensiū fortuna, nō casu, sed hostiū virtute in-
clinare coacta est. Cum fragore & strage multa in suā stationē Atticę naues compulsæ. Ad quem
casum Atheniensiū animi penitus concidere. Tum Demosthenes Niciā hortatur, vt cōtinuo in-
de abscederēt, tentarentq̄ sub aurorā eruptionē e portu, quū LX. adhuc naues integrę essent, vel
si id minus procederet, terrestri itinere abirēt. Placuit Demosthenis cōsiliū. Sed nautis super alia
aduersa plia vltimo certamine collapsis, negantibus se tentaturos amplius nauticæ rei fortunam
quam toties infeliciter fuissent experti, constituunt duces proxima nocte terrestri via proficisci.
Qd̄ suspicatus Hermocrates, author erat vt saltus & fluminū vada pręsidiis insiderent̄. Multitu
do quum diurno prælio affecta, tum sacris Herculis quæ tū forte instabant operata, eam expedi
tionē abnuebat. Misit itaq̄ Hermocrates vt moram hostibus innecteret, ex equitibus quosdam, q
Atticis castris silentio noctis adequitantes, velut ab hostibus amicę factionis missi, Niciæ nuncia-
rent, ne ea nocte castra moueret, passim itinera ab hoste circumsessa, vt exercitum insidiis exce-
ptum trucidaret. Ea res effecit, vt in tertiū sit diem profectio dilata. Interim Syracusani facto in
Atticas naues impetu, modico certamine, partim sua statione abstractas secum protraxerūt, par-
tim subiecto igni incensas concremarūt. Inde ad opportuna loca insidenda cōuersi, omnia studio
moliuntur ad hostium fugā impediendā. Nicias suos hortatus, vt quacunq̄ ituri essent, ppriam
salutē in cuiusq̄ dextrā esse sitā meminissent, tertio die q̄ pugnatū erat, instructis copiis est pro-
fectus. Ipse cum veterano exercitu præire, impedimentisq̄ in medio acceptis, Demosthenes cum Atheñ. tri-
suis copiis cogebat agmē, ad quadraginta milia hoīm fuere, quę cum ipsis ducibus sunt ex castris stis discessus.
profecta. Nihil in tantis malis acerbius ad eam diē Athenienses viderant, q̄ quū digressuri cerne
bant suorum cadauera insepulta iacere, fratrem, aut sodalem, vulneribus affectū cum fletu obte-
stantem, ne se trucidandū crudelissimis hostibus relinquerent, ferisq̄ & volucribus laniādū, gemi
tus & miserabiles lamentationes passim exaudiri, sed suū cuiq̄ periculū in primis animo obuersa

Anapis fluuius. ri. Ad vada Anapis amnis abeunti agmini primo hostis occurrit, quo repulso quadraginta circi-
ter stadia exercitus eo die cõfecit. Postridie quũ dimidio min⁹ cõfecissent, apta sunt planitie me-
tati, inde opportune aquaturi, nã exploratũ habebant ꝑ ꝑiculosa loca esse nõ nihil iter faciendũ.
Lepas interim locus arduus & præruptus, qua ducturus erat Nicias, insessus fuerat ab hoste, tu-
multuarioq; ope munitus. Eo postridie Atheniẽses ꝓgressi, quũ post irritũ certamẽ multisq; vul
neribus affecti loco potiri nequiuissent, in eadẽ castra vnde mane ꝓfecti fuerant rediere. Motis se
quenti die castris, cum Gylippo & Syracusanis qui eximprouiso se obtulerãt dimicare coacti, nõ
sine multorũ cęde, laborioso sunt ꝓlio defuncti. Hic Nicias quũ cerneret oĩa sibi ꝓclusa, quacunq;
iter intẽderet, statuit, qñ quo volebat ire nõ potuit, eo quo posset raptim agmẽ ducere. Pluribus
itaq; ignibus ꝑ castra incẽsis, ad mare iter silenti agmine cõuertit ꝑ Camarinenses Geleosq; & cę
teras infestas ciuitates, qñ ꝑ amicas & socias nõ daret, euasurus. Niciani ordinem asseruantes ad
mare peruenerunt, Demostheniũ agmẽ quũ iter negligẽtius teneret a suis aberrauit. Qui igit̃ pręcesserant Elorina via ad Gybarim fluuium ꝑuenere, inde hostiũ pręsidio repulso, traiectoq; amne
ad Eurineũ fluuiũ ꝓcesserũt. Et iam ad cẽtũ qnquagĩta stadia Nicias cõfecerat, quũ hostes, explo
ratis abeuntiũ itineribus, vestigia secuti primo Demosthenicos sistũt, certamine repente iniecto,
nec cominus Syracusani pugnabãt, q̃ppe q̃ stultũ putabãt cũ iis statariã pugnã cõferere, q̃ vitam
desperassent. Sed ꝑ arcta locoꝝ, & ex occasione incessentes, fessum agmẽ ac noctẽ remorati sunt. Gy
lippus & Syracusani caduceatorẽ misere, qui denunciaret siqui insulanoꝝ ad se transire vellent,
fore, vt libertas illis icolumis maneret, trãsiuere nõnulli, nec adeo multi, mox vita cęteris ꝓmissa
oĩm animi ad se dedendos inclinarũt. Qui igitur cũ Demosthene erant ad sex milia numero, de-
ditione facta, ademptis armis in vrbẽ missi sunt. Inde Gylippus & socii Niciam ad Eurineum as
Demosthenis deditio. secuti ꝑ caduceatorẽ illi nun[illegible]ari iubẽt, Demosthenẽ cũ suis deditum Syracusas missum, nec his
Nicias temere credidit. Vbi vero ꝑ celerrimos eq̃tes id exploratũ habuit, pacisci cũ hostib⁹ ẽ co-
natus, vt mitterẽt se tutũ ex insula cum toto exercitu, pollicitus fore, vt Athenienses Syracusa-
nis ꝑsoluerent quicquid pecuniarũ in id bellũ impendissent, daturumq; se in id obsides, qua cõdi-
tiõe ab hoste reiecta, porro tendere ꝑseuerauit. Assultare interim hostes, nec oĩno congredi, donec
ad Asinarũ flumẽ est ventũ, ibi agmen traiiciẽdi fluminis studio sua sponte turbatũ, ferocius ho-
stes adorti, citra vltraq; fluuialib⁹ ripis insessis, disiectos Atheniẽses, ac sese inculcãtes passim tru
Nicię deditio. cidant. Hic se Nicias perditis rebus Gylippo dedidit. Tum ꝓceptum est, vt a cæde abstineret̃, ex
hac manu haud ꝑinde multi sunt Syracusas abducti: quos vtiq; nõ agmine vt prius, sed passim
deditos alii alio captiuos transmisissent. Qui ad duces perducti sunt, cum cęteris, qui antea dedi-
tionem fecerant, in Lithotomias velut in tutiorem sunt custodiã coniecti, fuereq; ibi septuaginta
dies, aquę interim acetabulo, ac duplo panis in singulos dies singulis dato. Ad septem milia fuisse
tradunt̃, qui loci angustia, fame, siti, pędoreq;, magna sunt interim ex parte consumpti, donec præ
Nicię & Demosthenis interitus. ter Athenienses cęteri publice venditi sunt. Nicias & Demosthenes Gylippo inuito, qui eos La-
cedęmonẽ deportare cupiebat, a Syracusanis necati sunt. Cædis hui⁹ Thucydides author est q̃d
Philistum etiam scripsisse Plutarchus ꝓdidit. Contra, Timæus a Syracusanis interfectos inficia-
tus est. Atq; hũc exitũ habuit nobilissimus ille Atheniẽsiũ in Siciliam apparatus, quę clades iam
anno in autũnum vergente, vt Thucydides significare videtur, accepta est. Plutarchus quarto
& vigesimo die eius mensis Niciam captum scribit, quem Syracusani Carnium dixerunt, Athe-
nienses Megagithmonem, qui idem sit, vt ipse arbitratur, qui & apud Romanos Maius. Fuitq; an
ANNI MVNDI. nus ille a mundi origine tertius atq; octogesimus supra quater milesimum ac septingẽtesimum,
Vrbis Romæ quadragesimus secundus ac trecentesimus, si Eusebius vera scribit, qui quartode-
cimo Peloponnesiaci belli anno, eam cladem in Sicilia acceptam memorat. Thucydides grauissi-
mus eius historiæ author. XIX. ex quo id bellũ est in terra Græcia ortũ, victum Niciã memoriæ
Temporũ supputatio. prodidit. Fuit idem tertius nonagesimæ Olympiadis annus, si eũdem sequimur Eusebiũ. Quum
interim in Persis Darius decimus a maiore Cyro regnaret, cognomẽto Nothus. Etenim post Ar
taxerxem, cuius interitus est alio a nobis loco in historiis relatus, secundus Xerxes duos regna-
uit menses, inde Sogdianus octo, post Darius, cuius nunc mentio facta est, regnum accepit, quo
rege Ægyptus a Persis defecit, vbi Amartheus Sairicus regnum cepit, in Macedonia adhuc Per
dicas regnabat, tribus ferme ãnis priusq̃ cœpti sint Veii a Romanis obsideri. Trogus author est
Demosthenẽ. priusq̃ in hostiũ potestatẽ venisset, sibi mortem consciuisse, Thucydides cuius au-
thoritas maior apud me est, q̃ cuiusq̃ alterius, conatum esse ait sibi vim inferre, sed cum Nicia a
Syracusanis interfectum: Estq; id bellum pene biennio confectũ. Athenis posteaq̃ terra hęc clades

nunciata est, vix ab initio omnia deleta credi potuit, ne iis quidem, siqui euaserant, omnino fides habita. Mox vero vbi ita esse cõstitit, tũ demũ pauor ingẽs, & stupor ciuitatẽ iuasit. Enimuero vulgo credere de imperio deq; salute oĩm actũ, duplicatas hostiũ vires, & p Graecis q vix antea sustineri poterãt, Siculos nouos hostes accessuros, eosdẽq;, ob prẽsentem rerum successum, praeferoces. Breui futurũ, vt terra mariq; afflicta ciuitas, Grẽcis, externisq; opibus circũsederet, nec hostes prius quieturos, q̃ imperio euerso, vrbẽ & nomen vrbis, cum ipsa memoria delerẽt. Accedere ad praesentem metum, q neq; naues vllẽ, neq; exercitus, neq; iuuentus, neq; pecunia ad bellum supessent, dolere simul, atq; vna tam infelicis belli authores odisse, irasci & ariolis, qui prospera denunciassent. Et Athenienses ad tam tristem nuncium in hunc luctũ inciderant. Verũ spes, q̃ ne in extremis qdẽ reb9 se mortalib9 subtrahit, haud passa est ciuitatẽ diuti9 iacere, qn dolore simul & metu abiectis animi ad classem cõtinuo reparãdã, sociosq; in fide cõtinẽdos erigunt. Cõtrahũt itaq; p hyemẽ materiã ad naues aedificãdas, & circa socios mittũt, q attẽte puiderẽt, neq̃ defectio inde orirẽt, hortarẽturq; ad bellũ reparãdũ. Hẽc illi. Lacedẽmonii, q in certã spem victoriae venerãt, ne quã interea occasionẽ ptermitterẽt, enixius dãt operã, vt sub vernũ tps tanto belli apparatu quãto nunq̃ anteã, hostẽ recẽti clade cõsternatũ adorirent. Cẽtũ itaq; triremes sociis indicũt, q indubitatam spem victoriae fouentes, multo propensiores facti erant, ad omnia belli munia subeunda. Erat totius rei summa penes Agidem, qui per id tẽpus Deceleae in Attica erat. Is Siciliensi victoria elatus in Melineũ sinum classe aduectus, omnem Oetheorum regionem incursauit, & Thessalos sibi antea suspectos, pecunia imperata, dare etiã obsides coegit, authorq; extitit, classis in vernum tẽpus comparandae: nec ita multis interiectis diebus, Euboei ab Atheniensibus defecere, legatis ad Agidem eo nomine Deceleam missis. Secuti Lesbii. Mox & Chii & Erithrei clandestinẽ defectionem moliebantur. Sed dum legati ad hoc ipsum in Peloponnesum eunt, redeuntq;, psidia riẽq; naues a Lacedẽmoniis & sociis expectant, Athenienses certiores facti de iis, quẽ a Chiis pararent, confestim vnum e magistratibus eo mittunt, cuius accessu Chii territi, septem naues ex veteri formula instruere iussi, immatura adhuc re imperiũ detrectare non sunt ausi. Sub id tempus Alcamenes Lacedẽmonius cum. XX. nauibus, ex Cencreis nauali Corinthiaco pfect9, vt in Chiũ tenderet, totidem Atheniensium naues obuias habuit, q̃ ad hoc ipsum instructae stabant ne Peloponnesiacẽ in Ioniẽ oram, aut Hellespontũ possent ad sollicitandos socioꝝ animos, pficisci. Excussus ob id cursu Alcamenes Cencreas rediit, paucisq; interiectis diebus iterum in altum deuect9, septem & triginta Atheniensium (tot enim ad eam diem summa ope reparauerant) procul conspicatus, hostiũ metu, retro in Pyreum Epidauriciẽ terrẽ portum fugam declinauit. Hicq; ab iis, q fugientem fuerant persecuti, in terramq; euaserant, tumultuario est prẽlio interfectus. Atheniẽses aliquot hostium nauibus corruptis, vt caetera classe potirent, propinquam portui insulam occupant. Auertisset ea res vt parum prospere mota Lacedẽmoniorum animos ab Ionica expeditione, nisi Alcibiades per Ephoroꝝ vnum, cuius hospitio vtebatur, obtinuisset, vt ipse cum Chalcideo ad Chium recipiendã cũ quinq; nauibus mitteretur, quod assecutus, omnes naues quas inter eundum obuias habuit, de industria oppressit, nequis suũ scire posset accessum, hae naues primo Corycum tenuere, vbi Chiorũ quidam defectionis authores fuerant, cũ Alcibiade & Chalcideo collocuti, iubent eos ad vrbẽ nauigare, vbi multis nouitate rei attonitis, Alcibiadeq; & collega affirmantibus, plurimas mox naues praesidio affuturas, authores fuerunt vt continuo ab Atheniensibus descitum sit. Chio igitur recepta pari persuasione Clazomenios ad defectionem ĩpellunt. Aperta Chiorum alienatio ingentem attulit Atheniensibus moerorem, fore arbitrantibus, vt cẽteri socii, qui in fide adhuc erant, nisi eorum motibus iretur obuiam, vnius illustris insulẽ exemplo, ad hostes vnus post aliũ deficerent. Itaq; mille talenta, quae ad extremos rerum casus seposita ad eam diem habuere, ad prẽsentẽ vsum belli, abrogata lege quae vetabat id fieri, decernunt, Chiis auxiliaribus in vincula cõiectis: Strombichidem cum octo nauibus in Ioniã mittũt, vt caeterorum consilia, siqua mota essent, praeueniret improuiso accessu. Samum primo Strombichides tenuit, inde Teium delatus, socios vt in fide manerent hortatus est. Accidit vt quum Atticẽ naues adhuc Teii essent, Chalcideus & Alcibiades, cũ tribus &. XX. nauibus eo cursum intenderint. Strombichides factus certior de hostiũ aduetu, portu repente egressus, in altũ abiit, inuitusq; hostiũ classem numero validiorem, in Samũ celeri cursu contendit, supuenit haud multo post Trasyclea ex Athenis cum duodenis nauibus, qbus iam dudum Sami agentibus, Alcibiades improuiso accessu Miletũ ab Atheniensiũ imperio alienauit. Strombichides & Trasyclea hostem euestigio secuti, a Milesiis exclusi Ladam insulam Mileto adiacentem subiere. Et vt est fortu

Nuncius accepte cladis.

Defectio insulanorum ab Atheñ.

Bis Alcamẽnes fugat.

Alcibiades ad bellum mittitur.

Chii recẽptus.

Mille talenta Atheñ.

næ impetus tenax,q̃ vt in ꝓſperis rebus,ita & aduerſis ꝑtinaci⁹,aut tollit,aut deprimit,ſcđm Mi-
Lacedæmo. leſiorũ alienationẽ ſocietas inter Lacedæmonios & Thiſſaphernẽ Darii regis ꝓtorẽ his eſt condi
& Darii ſo- tionibus inita,vt q̃cũq; gentes populive Perſarũ olim fuiſſent,regię ditiōis eſſent, tributumq;,vt
cietas. antea penderent.Rex cõmuniter & Lacedæmonii,ſociiq;, nequid pecuniarũ aliudve quippiam ad
Athenienſes ꝑueniret,armis ꝓhiberẽt.Bellũ Rex Lacedæmoniiq; ac ſocii cũ his cõmuni nomine
gererent.Siq̃s ab alterutris defeciſſet,is Perſarũ Lacedæmoniorũq; cõis eſſet hoſtis.Q̃ʒ Rex Lace
dęmõiiq; ac ſocii,neutri ſine alteris bellũ ſoluerẽt.Scđm id fœdus Chii cũ decẽ triremib⁹ ad Aen
ta ꝓgreſſi Athenięſiũ ſocios ad defectionẽ ſollicitãt,auditoq; regii exercitus aduentu,ad templũ
Iouis claſſem appellũt,vñ ſexdecim Athenienſiũ naues cõſpicati,cũ q̃bus Diomedon poſt Traſy
cleam ex Athenis venerat,in fugã dilapſi Teiũ tenuerunt,quatuor nauibus ſine remigio amiſſis,
nec ita multo poſt Labedũ & Eras Athenięſib⁹ adimũt.Sed aliquãto prius q̃ hęc in ora Ionię ge-
Gylippi rerent,ſeptẽ & viginti Athenięſiũ naues circa Leucadiã, Gylippũ ex Sicilia redeuntem eximpro
fuga. uiſo adortę pene in diſcrimẽ adduxerunt.Erant illi ſeptẽdecim naues,q̃bus Lacon diffiſus,ſeſe fu
ga ꝓripuit.vnaq; dũtaxat amiſſa,cũ cętera claſſe Corinthiacũ tenuit portũ.Atq; per eos dies di-
uerſa Pelopõneſi parte,Atticę naues,q̃ Alcmenis claſſem in Pyreum cõpulerãt,ex ꝓximoq; com
pulſam,aliquãdiu obſidiõe fatigarãt,ſubita ſunt hoſtiũ eruptiõe oppſſę,& ex his quatuor captæ.
Laconicę q̃ ad id tp̃s obſidionẽ ꝑtulerãt, Atticis diſiectis Cenceas Corinthiacum nauale cõceſſe
runt,Aſtyochoq; ſibi nauarcho ex Lacedęmone accepto,in Ioniã curſum cõtẽderũt. Interĩ Dio-
medon ex Samo ꝓfectus quo decreto curſum intẽderat,cũ Teiis egit de ĩperio recipiẽdo,& Eras
oppugnatione tentauit.Sed vtrũq; inceptũ fuit illi irritũ. Samii interea ducẽtis nobilibus cæſis
q̃ngentiſq; in exiliũ actis,popularẽ adminiſtrationẽ induxũt. Athenięſibus ſeſe nouo adiũgũt fœ
dere,vt iam inde liberi eẽnt,nõ ſtipẽdiarii.Chii & ipſi prę cęteris Athenięſiũ reb⁹ ĩfeſti Methym
nam primo,mox Mitylenen ad defectionẽ impulere.Sed Mitylenen Diomedon & Leon, qui cum
decẽ nauibus ꝑ eos dies ex Athenis in ꝓuinciam venerant,poſtridie quinq; & viginti nauibus in
Athenięſ. Leſbum eximprouiſo appulſi,facto in vrbem impetu ad imperiũ retraxere.Methymna & ipſa pri-
Leſbum re- mo acceſſu recepta,eiecto inde Aſtyocho,qui dũ cætera claſſis ad Cẽcreas ornaretᷣ, in Ioniã cum
cipiunt. tribus nauibus venerat.Pacata Leſbo Athenienſiũ duces Clazomeniorũ caſtellũ, quod illi in con
tinentis ora ædificauerant,vi capiũt ac diruũt,Clazomeniis in ſuas ſedes reſtitutis.Eadem æſta-
te Athenienſes Panormum Mileſiæ orę locum oppugnare adorti,Chalcideũ Lacedæmonium te
mere occurſantem opprimunt.Siduſſa interea & Preliũ inſulæ Chio adiectæ,& Booloſſum,atq;
Chiorum alia quædam circa Chium oppida , a Diomedonte ſunt in officio retenta.Chiæ adhęc naues in
clades. portu oppugnatæ ſunt,ipſiq; Chii ad Booloſſum fuſi.Ager pręterea optime cultus ferro & igni
eſt ab Attica claſſe vaſtatus.Quibus cladibus aliis ſuꝑ alias ad id tẽpus affecti,iam de Athenien
ſium impio recipiẽdo Chii cõſilia agitabãt,vel inuitis etiã defectiõis authoribus.vergebatq; iam
in autumnũ æſtas,quum mille & quingenti ſunt Athenis in naues impoſiti, claſſiſq; octo & qua
draginta nauium Phrynico & Onomocle & Scyronida ducibus.In Samũ primo naues appulſæ,
inde ad Miletũ obſidendã duces ꝓfecti.Hic ſub primũ in terrã egreſſum acri prelio ab hoſte ex-
cepti,varia eſt victoria certatũ:Argiui auxiliares in ſiniſtro cornu a Mileſiis victi ac trecenti fer-
me numero interfecti.Vicerunt Athenienſes in dextro Artapherne fuſo cũ mercenario milite,&
Doribus ex Peloponneſo Chalcideum ſecutis.Vertuntur inde Athenienſes ad vrbem obſidione
cingendam.Habebant duces in animo eam vallo a continente excludere, quum repente affertur
quinquagintaquinq; hoſtium naues appropinquare,in quibus duæ & viginti Siculæ eſſent.Erat
claſſis huius pręfectus Theramenes Lacedæmonius,cui publice mandatum erat,vt cum Ariſto-
chio claſſem iungeret.Is in Eleum inſulam,quæ Mileto præiacet,primo appulit, ibi edoct⁹ Athe
nienſes ad Miletum ſtare,in Thicuſam Mileſię orę locum tranſmiſit , vbi de pugna ad Miletum
commiſſa factus per Alcibiadẽ certior,qui in acie pro Mileſiis ſteterat, monituſq; ab eo matura-
to opus eſſe,ne ſi Miletus vallo cingeretur , laboranti vrbi ſuccurri non poſſet amplius , ad pu-
gnam animum adiecit:quod vbi eſt Athenienſibus nunciatũ,cęteris prelium expectantibus,Phry-
nicus author fuit in Samum concedendi,ac tandiu a pugna abſtinendi,quoad omnes Athenięſ-
ſium naues in vnum coiuiſſent.Huc vbi conceſſum eſt Argiui auxiliares ira acceptę cladis in Pe
loponneſum abierunt.Poſtridie hoſtis affuit dimicationi intentus, qui Attica claſſe ad Miletum
non reperta,Laſum vi cepit ac diripuit . Athenienſes ſub initium hyemis cum triginta nauibus
domo profecti, Strõbichide Charamio & Euchemone ducibus,Samum venere,vbi numero na-
uium ita aucto,vt inuicta videretur claſſis,iterum Miletũ inuadere conſtituũt, parte nauium in

Chium missa. Ita igitur est inter duces cõparatũ, vt qui prius classi pfuissent, Miletũ obsiderent, Strombichides & collegæ in Chium nauigarent. Nec Astyochus Peloponẽsiacę dux classis qui i Chio erat, interim in ocio fuit, sed viginti nauibus in expeditionẽ missis, quarũ decem Chiæ fuerunt, insulas Clazomenis obiacẽtes Malathusam, Pelã & Drymusam diripuit. Inde nouę defectionis spe a Lesbiis facta, quũ a Chiis quas petierat naues ad eã expeditionẽ ĩpetrare nequisset, irat⁹ sociis inde proficiscitur, vt Milesiis auxilio esset, & iam Atticæ naues q̃ ex Samo in Chium mouerant Corycum fuerant pteruectæ, quũ tris Chias forte inspicit, inspectas sectari incipiũt, orta interim tẽpestate, Chiis portũ subeũtibus, tres Atticę, q̃ ad eas insequendas ĩmissę feroci⁹ instabãt, vi pelagi in Chiorũ mœnibus impactæ, cũ classiariis ptim cæsis ptim captis in hostiũ potestatem venere. Cæteræ naues cursu excussę Phœnicuntẽ Minanti portũ subiere. Sub id tempus Hippocrates Lacedæmonius cum duodecim nauib⁹, quarũ decẽ erãt Thurinorũ, Gnidũ cursu tenuit: iã enĩ ipsa quoq; ad Thissapherñẽ defecerat, fuerãtq; Gnidii haud multo prius ab Atheniensib⁹ oppugnati. Auxilioq; ex Trepio Gnidię orę pmontorio, vbi stationarię naues erant, accepto, seruari cõtigit. Attici duces q Phœnicuntẽ subita tẽpestate subierant, quũ primũ mare pstratũ iacuit, Chiũ pgressi, Delphinũ locũ Chię vrbi ppinquũ, satisq; a terra munitũ, loci opportunitatẽ secuti, clausere. Chii varie iã antea bello, tũ vero domesticis discordiis agitati, quũ sibi mutuo suspecti, arma capere nõ auderent, ad Astyochum, qui Mileti erat, auxilia imploratũ mittunt. Audire ille Chiorũ postulata: cæterũ residua adhuc ira, ob classem iam antea ab ipsis nõ ĩpetratã, nihil illorũ periculo moueri, ea res materiam præbuit Astyochi æmulis illius apud Lacedæmonios per lras criminandi, q̃ sociorũ cõtemptu rẽpublicã pderet: quo factum, vt duodecim ex Lacedæmone in puinciam sint missi, qui si ita videretur, illi imperium abrogarent, summãq; rei Antisthe ni pmitterẽt, qui cum legatis in Ioniam fuerat missus, classem habens septem & viginti nauium. Hic classe ad Meleum appulsa, tribusq; ex decem Atheniensium triremibus quę ibi forte erant captis, verit⁹ ne suus accessus Atticis ducibus, qui Sami hibernabant, ab iis, qui fuga dilapsi fuerãt præsentiretur, in Cretam cursum detorsit, ex Creta Caunum Cariæ tenuit, inde suis, qui Mileti erant, suum significat aduentum, monetq; vt Caunum vsq; cum tota classe adnauigarent, vt tutius Miletum proficisceretur. Astyochus Chiorum precibus fatigatus, laborantibus sociis subuenire in animo habebat, eratq; in horam Chium versus moturus, quũ de Antisthenis aduentu factus certior, Chia expeditione posthabita, suis prodire obuiam statuit, haud ignarus, fore, vt aucta nouo supplemento classe, Atheniensium opes vbiq; suis impares futurę essent. Caunum igitur profectus Con Meropidem expositis in terram prætereũdo copiis captum diripuit. Ex Co in Gnidon Lacon transmissurus, ex insulanis comperit viginti Atheniensium naues haud pcul inde abesse. Enimuero Atheniensium duces facti certiores de Antisthenis aduentu, Charmilo negocium dederant, vt circa Symam & Rhodum venientem obseruaret, atq; insidiis exceptũ, si fieri posset, opprimeret. Stabat dux Atticus ad Symam in eam occasionem erectus: Astyochus nubilo ac pene pluuio cœlo ad Symam adnauigauit, disiectaq; fluctibus classe, sinistrum nauium cornu primo in conspectum venit, quæ cum paulo minus viginti essent, ratus Charmilus eas eẽ ad quas intercipiendas fuerat missus, in hostem haud cunctanter inuectus, tris earum momento temporis opprimit, conspicatus inde alias in se tendentes, priusq̃ vndiq; circumueniretur fugam occupat, sed confertæ semel pugnę nõ prius se subducere valuit, q̃ septem Atticę sint ab hoste interceptæ. Ipse cum cętera classe Teuglussam primo, inde Alicarnassum tenuit. Astyochus erecto ad Symam tropheo, in Gnidum reuersus, duabus classibus iunctis, maritimisq; Lacedæmoniorũ viribus vnũ in locũ cõtractis, vt quatuor iam & nonaginta naues essent, cum Thissapherne Laconici duces in colloquium venere, de summa rei cum eo deliberaturi. Ibi Lacedæmoniorum illustres plæriq; præsenti cõsultationi admoti, & in his Lichas quidam, homo magno ingenio, sermonem intulit: Videri sibi fœdus, quod a Chalcideo prius, mox a Theramene, cum Dario rege fuisset ictum, haud recte in vtroq; expressum, vt quicqd progenitores regis aliquando habuissent, ea omnia Persicis regibus post victoriã parerent, qua formula insulæ omnes Ægei maris, Thessalia, Locri, & aliæ plęrq; gentes Bœotia tenus essent iterum in seruiturẽ concessurę. Censere igit̃ nouum fœdus ineũdũ, quo diserte insulis Græciæ finitimis caueretur, nec prius pati classem regio stipendio inauthorari, q̃ fœdus in eam sententiã renouaretur. His Lacedęmonioq; postulatis turbatus Thissaphernes, infecta re, ex Gnido abiit. Lacedęmonii cum tota classe Rhodũ concessere, insulaq; ab Atheniensibus alienata, subductis nauibus, octoginta ibi dies fuere. Alcibiades iterea qui ob adulteriũ cum Agidis regis vxore cõmissum, se Lacedæmoniis inuisum eẽ nõ ignorabat,

Vari⁹ Atheniẽ. & hostium conat⁹.

Phœnicus & Delphinus.

Astyochus apđ Lacedę. criminatur.

Caunus.

Cos Meropis.

Atheñ. septem naues amittunt.

Turbat̃ fœdus Darii & Lacedęm.

Alcibiades a Lacedęm. alienatur.

adeo vt ab Agide absens perfidię insimulatus, ex Lacedæmone literas ad Astyochum de sua nece publice datas cõpertũ haberet, Thissapherni assidẽs, Barbaro psuadere cœpit, vt sociorum classi nõ tã largũ stipẽdiũ daret, mõstrata illi ratiõe, cur oporteret id fieri, inde monuit ne afflictã Atheniensiũ fortunã tam hostiliter pmeret, quando parũ regiis opibus expediret, res illorũ penitus extingui. Enĩuero q̃diu Lacedęmonii & Athenienses, inter se de Gręcię principatu disceptarent, fore aiebat, vt alterũ duorũ populorũ q minus viribus polleret, suis fœderib⁹ semp haberet obnoxium, & quasi ministrum rerum in Gręcia gerendarũ, multoq̃ cõmodiorem Atheniensiũ societatẽ regi, q̃ Lacedæmonioꝝ fore, quũ illi nõ de sua tantũ, sed de toti⁹ Gręcię libertate dimicẽt, nec laturi essent Gręcoꝝ quẽpiã seruire, vbi victoriã adepti essent, scire se pterea Lacedæmonios imperii in terra poti⁹ q̃ mari ppagãdi esse cupidos, futurũ qñq̃ vt sibi Ionię orã, inuito rege, vindicaturi essent. Contra Athenienses rei naualis magis studiosos esse, nec libertati vt illos fauere, qđ studiũ semp fuit regibus inimicũ. Hæc ille, & alia subiiciẽdo eo ppulit Thissaphernis animũ, vt a pristina belli intentione auersus, pronior ppemodũ in Athenienses, q̃ Spartiatas esset. Quod vbi Attici duces qui Sami erant resciuerũt, milites ad Alcibiadem, q Mileti erat, occulte mittunt, quem pmisso in patriã reditu hortarent̃, ad Thissaphernẽ ab hostib⁹ alienandũ. Alcibiades redeũdi cupidus amicitiã regis & Thissaphernis polliceri, si ipse in patriam restitueret̃, & si populari statu e ciuitate sublato, Oligarchia induceret̃ Obstitit Phrynicus Atticorũ ducũ vnus Alcibiadis volũtati, vnde postea tantũ est illi inuidię conflatũ, vt acsi cũ hostibus sentiret, publica sit administratione submotus. Et Pysander Athenas est missus, qui ad populũ de Alcibiadis postulatis ferret. Hic quoq̃ multi obnixe obstiterũt, & in primis Alcibiadis inimici, qui haud dubie videbant eo ĩ ciuitatem restituto, se incolumes esse nõ posse. Celebrare igit̃ illi dãnationis cãm, ꝙ mysteria polluisset. Quapropter vt impius iudicatus, ciuitate fuisset eiectus, diris etiã imprecationibus interpositis, siquis illi reditũ in patriam confecisset. Hęc & alia illis vociferantibus, Pysander obtinuit, vt veteris administrationis forma sublata, Alcibiades in patriã reuocaret̃, inireturq̃ cũ rege societas, ad qđ ipsum decernendũ duo vident̃ populum induxisse, afflictus reipublicæ status, q pñsenti calamitate defungi nõ posse videret̃, nisi externis fuisset opibus adiutus. Cupiditas adhæc stipendii, qđ ad classem alẽdam a rege ex fœdere pmittebat̃. Pysandro igit̃ & decẽ collegis permissum, vt qđ e republica fore arbitrarent̃, in prouinciam profecti agerent, post quorum in Samũ appulsum, confestim Phrynico & Scyronidi classis est imperium ademptum. Diomedon & Leon, quib⁹ summa rei nauticę permissa est, in Rhodum classe delati, & in littus subito egressi, Rhodios q ad arcendam populationem subito occurrerant, egregie superant. Nec Lacedęmonii multum timebantur, qui subductis nauibus, auersa parte insulæ hibernabant. Sub id tẽpus Pædaritus & Chii Atheniensium pręsidium, quod ad Delphinium erat, adorti, parte nauium adempta, omnibus potiti essent, nisi suis laborantibus mature Attici duces, iam Rhodo reuersi, auxilio affuissent, prælioq̃ subito accessu contracto, Pędaritus letaliter occubuit. Chii cum cæde multa in vrbem compulsi, multo arctius q̃ antea sunt obsideri cœpti. Pysander interea & decẽ legati ad Thissaphernem profecti, cum eo de fœdere acturi. Hic ille, quũ ab Atheniensibus, vt tota Ionia & insulis Ioniæ adiacentibus abstinerent, postulasset, aliasq̃ præter spem nihilo æquiores proposuisset conditiones, infecta re Samũ legati cõcesserunt. Nec Barbarus multo post numerato classiariis stipendio fœdus cum Lacedęmoniis, in Lychæ sententiam renouauit. Sed dum hæc in Ioniæ ora gerũtur, Bœotii interim Oropum occupant, Atheniensium præsidio qđ in oppido erat prodito. Fuit Oropum in Erethria Bœotię proxima, ad qđ retinendũ Bœotii in Rhodum ad Lacedæmonios mittunt, orantes, vt in oram Bœotiæ ad se tuendos venirent. Audire Lacedæmonii horum postulata, sed Chiorum periculo magis mouebantur. Rhodo itaq̃ profecti Miletum tenuere, & quia sine pręlio apparebat Chiis succurri non posse, reliquum hyemis Mileti exegerunt, circumactusq̃ est interim vigesimus ab eo annus, quo Athenienses & Lacedęmonii inter se armis disceptare cœperãt. Principio sequẽtis anni, Chii cum sex & triginta suis nauibus, & socioꝝ duodecim (Astyochum enim expectare longũ erat) cum Atheniensiũ classe, quæ ad Delphiniũ erat, cõgressi incerta victoria ad noctem dimicarunt, neutroq̃ fortuna inclinante, pugna dirempta est, & Abydus, Milesiorũ colonia in Hellesponto ab Atheniensibus ad Pharnabazũ regis pręfectũ defecit, & biduo post Lampsacus. Occurrit eo Strombichides ex Chio cum nauibus quatuor & viginti, Lampsacũq̃ primo occursu recepit, nullos enĩ Lampsaceni habebant muros. Abydenis inde nequicq̃ oppugnatis Sestum, quæ ex Abydi regione in Chersonneso est, petiit, vt vrbi & toti orę præsidio esset. Pysander interea Athenas reuersus, Antiphone (quo nemo ad id tempus capitales causas

Alcibiadis persuasio.

Alcibiadis postulata.

Thissaphernes renouat fœdus cum Lacedęmo.

Abydus.

melius egerat) & Theramene adiutoribus author fuit, promulgandę legis de populari statu an-
tiquando: quoq; ciuitatis p̄sides lecti, qui centū legerēt, quorū singulis ternos sibi legere permissum
est, atq; ita quadringenti, veteri senatu abolito, curiam ingressi, de summa rei cōsulrare cœperūt. Oligarchia
In horum potestate erat, quū libitū esset, quinq; milia ciuiū ad rerum discussionē vocare, sicq; cen Athenis
tesimo ferme anno, q̄ Athenienses tyrannide liberati fuerāt, populari administratiōe sublata, Oli inducta.
garchiā, q̄ paucorū potentia dici pōt, induxere. Miserunt illi ad Agidem regē, q Decelę erat, tan-
q̄ de pace cum eo acturi, id ille euenire arbitratus, q ciuitas discordia laboraret, nullo dato Athe
niensibus responso, nouo exercitu domo accersito, ex Decelea Athenas descēdit, ratus ita futurū,
vt aliqs in ciuitate motus suo accessu fieret, sed vbi p̄ter spem oīa quieta vidit, suorūq; nonnulli, q
ferocius muros subierāt subita sunt equum eruptione oppressi, negocio infecto, Deceleā cōcessit.
Ii qbus respublica p̄missa est illud primū oīm susceperūt, vt ex oībus Atticæ ditionis locis, popu-
laris administratio tolleref, inducto paucorū principatu, q̄ res, quū alibi, tū Sami, magni mot⁹ fuit
causa, qua seditione Hyperbolus oīm Atheniensiū ea tēpestate neqssim⁹, qui Ostracismo vltimus Militaris
oīm fuerat dānatus, periit. Nec milites tā eorū met⁹ q rēpublicā capesserāt, q̄ hostes iri officio cō- seditio.
tinebāt. Enīuero Lacedæmonii, q Mileti erant, pugnā efflagitātes, Astyochum insimulabāt, q per
inertiam rēpublicā p̄deret, quippe qui neq;, quū classe superior esset, cum Atheniensibus antea cō-
flixisset, neq; tūc quū hostes seditione laborarēt, Atticam classem inuaderet. His vocibus Astyo-
chus commotus, haud vltra differendum ratus, cum centū & duodecim nauiū classe, ex Micha-
le ad hostem proficiscitur. Athenienses in Glaucis Michales erant cum duabus & octoginta na-
uibus, qui audito hostiū apparatu, ne inferiores numero congrederentur. Samum concesserunt,
Strombichidis ex Hellesponto aduentū opperiētes. Affuitq; ille biduo post. Tum vero centum &
octo nauiū classe expleta, Miletum Attici duces adnauigarunt, ibiq; facta hostibus pugnandi co-
pia, quum diu in conspectu vrbis in p̄cinctu naues habuissent, elicere ad pugnam nequiuerunt.
Nec ita multis interiectis diebus Byzantiū ad hostes defecit, quo quū ad opprimēda Byzantiorū Byzātiū ab
cōsilia, aliquot Atticę naues, celeri cursu, ex Samo affuissent, ciuitate iam alienata, tumultuariū p̄ Atheniēsi.
lium cū hoste, neq; nauium numero, neq; euentu memorabile, cōmiserunt. Thrasybulus, qui mili defecit.
tari ad Samū seditione, Diomedonti & collegæ imperio abrogato, fuerat dux classis declaratus
(superauit is vocis magnitudine omnes Athenienses sua tempestate) author fuit, vt militati suf
fragio Alcibiades ab exilio reuocaref, accersitusq; ex Mileto Samū venit, vbi multa p̄ius de suo Alcibiades
infortunio questus, oratione adeo ad pręsentem statum temporum accōmodata vsus est, spe mili ab exilio re-
tibus facta popularis status recipiendi, cum Oligarchię iampridem pœnitere cœpisset, vt confe- uocatur.
stim vni toti⁹ rei summa sit permissa. Rediit haud multo post Alcibiades ad Thissaphernē, Athe
niensium permissu, velut eum a Lacedæmoniis abducturus, quæ res effecit, vt barbarus adhuc
suspectior sociis esse cœperit, & Astyochus maiore inuidia flagrare cœpit apud socios, q pecunia
corruptus reipublicę curā abiecisset, Barbaroq; vt ex satellitibus vnus obsequeretur. Quum hęc
passim miles fremeret, illeq; iratæ multitudini sese obtulisset, parum abfuit quin militum incursu
sit violatus, nec diu postea Mindarus ex Lacedęmone successor illi datus, & ex Athenis sub id tē
pus legati Samum ab Oligarchię authoribus, ad leniendos militum animos, qui nouo ciuitatis Militū ira i
regimini erant infensi, venerant. hi pro concione discerpti essent, nisi Alcibiades ex Thissapher- Oligarchiā
ne reuersus, sæuientem multitudinem ita oratione circumegisset, vt non solum a cęde reuocarit,
sed pręsenti etiam cōsilio auerterit. Pluribus frementibus Athenas confestim cum tota classe eū
dum ad Oligarchiam tollendam, docuit ille si tam alieno tempore prouincia abscederent, haud
dubie futurum, vt hostes continuo Ionia & Hellesponto potirentur. Fuit id consilium Atheniē-
sibus salutare, ad socios in fide continendos, quo postea vulgo Alcibiades iudicatus est rem Atti
cā sua prudentia seruasse. Iussi igitur legati domum renunciare, placere exercitui, vt quadringen
tis viris administratione sublata, quinq; milibus ciuium pristina regiminis forma restitueretur.
Thissaphernes per eos dies ex Mileto ad Phœnicem classem, quæ ad Spendum stabat (centum Classis re-
quadraginta naues esse dicebanf) est p̄fectus. Perculit nouæ classis phama Atheniensiū aīos, q in gia.
Samo erāt, vehemēter hi solliciti esse, vulgoq; arbitrari futurum, vt si ea nauium multitudo Pe-
lopōnesiacę classi iungeretur, breui maris possessione pellerentur. Hunc suorum metū leuaturus
Alcibiades, cū tredecim nauibus, Thissaphernem est secutus, militib⁹ repromittēs daturū se ope
ram, vt aut barbaram classem Atticæ iungeret, aut si id minus posset, facturū vt Pelopōnensib⁹
nullo modo iungeretur. Fuerunt qui dicerent Alcibiadem nō tam fiducia gratię qua apud This
saphernē polleret id pollicitū, q̄ q plane sciebat, eum nolle Lacedæmoniorū opes nimiū auctū iri,

quũ nemini nõ ꝑſpicue liqueret,eiuſmodi claſſis acceſſiõe breui Lacedæmonios fuiſſe maris impe
riũ habituros.Erantq̃ tũ in Ionia res Atticæ in hoc ſtatu,quũ Athenis Oligarchię legati domũ
Militũ mandata. reuerſi,maligne ſe ab exercitu acceptos nunciant,& q̃ ab Alcibiade & militibus mandata ad ipſm
ordinẽ haberẽt,exponũt.Erãt Oligarchię pricipes Theramenes & Ariſtocrates,fauebãt his Phry
nicus,Ariſtarchus,Piſander,& plęriq; alii opibus & authoritate illuſtres,qui paucorũ potẽtię ſtu
debant.Hi Alcibiadis potẽtiã veriti,q̃ maior ex Samo nunciabaſ,q̃ oĩm fuiſſet expectatio,& mili
tare odiũ,cõſilia inter ſe cõferũt,de legatis Lacedæmonẽ mittẽdis,ad pacẽ, q̃bus poſſent condi
tionibus,tranſigendam.Phrynicus & Antiphon eo miſſi ſunt,qui infecta re domum reuerſi, mu
Pyrei munitio. rum circa Pyreum ſtruere ſunt adorti,vt portũ in poteſtate haberent.Statutum enĩ ab initio ha
buere,nolle ꝑſenti dignitate cedere.Tũ vero orta in vrbe ſeditiõe, inchoatũ opus demoliri coacti
ſunt.Et iam de ordinũ reconciliatione agebaſ, coiuerantq; ad hoc ipſum ciuitatis conciliũ in Dio
nyſii ędem,quum tumultuoſe afferſ,duas & quadraginta hoſtiũ naues, ex Megaris in Salaminẽ
curſum tenere.Eo nuncio cõſternata multitudo in portum decurrit, cõſcenſiſq; tumultuoſe na
uibus,q̃ tũ forte in Pyreo erant,aliiſq; trepide deductis,aliquãto inde tumultuoſi⁹ in hoſtẽ ſolui
tur.Conſederat Agiſandrias hoſtilis claſſis ꝑfectus ad Oropum,cui poſtridię inde profecto ſex &
triginta Atticę naues temere obiiciunſ.ꝑerat illis Tymocrates,qui ſiue rei nauticę ignarus eſſet,
ſiue nautas parũ dicto obſeq̃ntes haberet,nihil,q̃d ſatis cõſtat,prudẽter ſupra Erithrienſem por
Athenieñ. clades ad Oropum. tum cum hoſte conflixit,vix bene fuerat ꝑlium initum,quũ Athenienſes ſua ſponte ob domeſti
cam ſeditionẽ turbati,fugã capeſſunt,ad littuſq; deinde cõpulſi,paſſim cum multa ſtrage aguntſ.
duabus & viginti Atticis nauibus Peloponnẽſes cũ remige ſunt potiti , hicq; vbi pugna cõmiſſa
eſt tropheum ſtatuere.Secuta & alia clades,q̧ ſecundũ eam pugnã Eubœa tota, ꝑter Oreum,ab
Athenienſibus ad hoſtes defecit.Aduerſę pugnę nuncius tantum terrorem attulit ciuitati,quã
tum ne Sicilienſis quidem clades olim nunciata.Nam tum procul res geſta eſt , aberantq; procul
hoſtes,& aliquot naues inſtructæ aderant,conuenireq; tum perbelle ordinibus ciuitatis.Hoc ve
ro tpe in ipſis pene oculis ciuiũ diſiecta claſſe,ĩgẽs vis hoĩm deſiderata eſt,nec naues illę in por
tu,nec iuuentus ad tuendam vrbẽ reliqua aderat,ac ſiq̧ erãt ob ſeditionẽ oĩa prius q̃ ꝑſentem ſta
tum ciuitatis malle,exercit⁹ cũ claſſe q̃ afflictæ ciuitati auxilio eſſe poterat,lõgiſſime aberat. Ter
Athenieñ. metus. roris igiſ erant & ploratus oĩa in vrbe plena,actũ de republica,actũ de ciuiũ ſalute vulgo arbitra
ri.Nemo nõ paulo poſt affuturũ hoſtem putabat,qui vrbem domi foriſq; concuſſam caperet, ca
ptam ac direptam funditus deleret,nec vanus fuiſſet met⁹,ſi hoſtis vti victoria ſciuiſſet, ſed quũ
eo tpe,tum ſępe alias Lacedæmonii vtiles Athenienſibus hoſtes fuere , q̃ppe qui multum inter ſe
motibus differrent,impigri Athenieñſes & manu prompti,cunctabundi illi,& in gubernãda claſ
ſe formidoloſi.Ceſſatũ itaq; ꝑopportune ab hoſte,dataq; eſt Athenienſibus,aliquot nauium præ
propere inſtruendatum, falcultas . Concilio inde populi aduocato,Oligarchia antiquata,quinq;
Tolliſ Oligarchia. milibus ciuium eſt re'publicę liberũ ſuffragiũ reſtitutum . Decretum,vt Alcibiades,& qui cũ eo
exulaſſent,in ciuitatem reuocarenſ. Piſander & Alexides Oligarchia ſublata Deceleã ad hoſtes,
Oligarcharũ exilia. cũ ſuis conceſſere,veriti,ne reddenda eſſet ſibi ratio eorum, quæ dum paucorum potẽtia in vrbe
fuit,contra multitudinẽ flagitioſe egiſſent.Ariſtarchus & ipſe ſimili metu perculſus,vt aliq̃d ho
ſtibus ſuo auxilio gratificaretur ,ad Oenonen contendens (erat is murus quem Athenienſes in
Bœotiæ finibus præſidio obtinebant) author ſuis fuit,vt Bœotiis locum reſtituerent. Dũ hæc
in Attica geruntſ,Mindarus Peloponneſiacę claſſis dux,in Helleſpontũ cum tribus & ſeptuagin
ta nauibus profectus,aduerſa tempeſtate curſu diſcuſſus,Chium tenuit.Quo nuncio Traſyl⁹ ex
Samo excitus,cum quinq; & quinquaginta nauibus e veſtigio eſt ſecutus, ne hoſtis per occaſio
nem,ſociarum vrbium aliquam ad defectionem compelleret.Is vbi Leſbum venit, certior factus,
hoſtem Chium diuertiſſe , conſilio acie dimicandi , ad eum cum ſeptuagintaſeptem nauibus ire
pergit.Nam dum in Leſbo fuit,aliquot Atticæ naues,ſuper eas,quas ſecum habebat,eo venerãt.
Mindarus. Mindarus haud ignarus eorum,quæ ab hoſte pararentur,ſublatis velis, Leſbo ad læuam procul
relicta,in Helleſpontum abiit,Sigæumq; primo tenuit. Erant apud Seſtum duodeuiginti Athe
nienſium naues , quæ vbi ex ignibus paſſim ex ſpeculis circa littora ſublatis , hoſtem adeſſe co
gnouerunt,Eleuntem,priuſq̃ illuceſceret,petere ſtatuerunt, vt patentiore pelago hoſtem euita
rent,& iam curſum in Cherſonneſum intenderant,quum ſub lucem hoſtem in conſpectu habue
Athenieñ. fuga. re,tum fugam e veſtigio capeſſentes in Lemnum plæręq; incolumes effugerunt,quatuor poſtre
mæ ſunt in curſu circumuentæ, vna circa Protheſilai delubrum cum ipſis propugnatoribus im
pacta,duæ vacuæ oppreſſæ,quæ reliqua fuit ante Imbrum concremata eſt.Mindarus ſex & octo

ginta nauib⁹ fretus Eleuntē oppugnauit,ideq irrito cōsilio digressus,eodē die Abydū petiit,
Atticę classis duces in Lesbo ad Eretū stabāt,audito hostiū ī Hellespōtū ingressu,relicta loci
oppugnatione,suis celeri cursu suppetias iuere,duabusq Pelopōnesiacis obiter oppssis, Eleū
postridie appulsi,suorū naues,q̃ hostiū metu nup disiectę fuerāt,eo accersunt.Mox qnq dieb⁹
in pugnę apparatu cōsumptis, ī hūc modū cōflixere.Legebat Attica classis Sestianā orā ī cor Naualis
nua.digesta,cui Pelopōnēses ex Abydo pugnādi studio obuiā ꝓcessere. Tū vero sese exaduer pugna.
so ītuiti,sine mora naues ī pugnā expediūt. Lacedęmonii ex ora Asię ab Abydo ad Dardanū
octo & sexaginta nauiū aciē explicuere, quarū dextrū cornu Syracusani tenebāt, lęuū Min-
darus.Atheniēses ab Europa inter Idacū & Arriana,cū sex & octoginta exaduerso cōstitere.
In sinistro cornu Trasylus procurabat. In dextero Trasybulus:Pulsum ab initio est dextrum Canis se-
Atheniēsiū cornu,a sinistro Pelopōnēsiū,& ad terrā cōpulsū circa Canis sepulchrū,Id Hecu- pulchrum.
bę Priami fuisse phama ferebat,q̃ his in locis,Gręcorū iniuria,post euersum Iliū occubuerit.
Trasylus diuersa parte,nō solū Syracusanos fudit,sed & Lacedęmonios,qui nup vicerant,ad Athen.vi-
Pydii fluminis ostia & Abydū deiecit,vndeuiginti nauib⁹ adeptis.Nec Atheniēsibus classis ctoria.
eo ꝑlio īcolumis māsit,cui⁹ qndecim sunt naues desideratę. Ea victoria Atheniēsiū aīos ere-
xit ī spem futuri successus,haud eīn parū pñti certamine effectū credere,ꝙ aliqn̄ vinci desiis-
sent.Nūcius bene gestę rei Athenas platus ciuitatē tot cladib⁹ aliis sup alias,domesticaq se
ditione attonitā,non nihil in spem pristinę fortunę reuocauit.Quarto deinceps a pugna diē
Atheniēses ex Sesto Cyzicū,q̃ ad hostes defecerat,petierūt,octoq hostiū iter eūdū nauib⁹ cir
ca Priapū oppressis,q̃ ex Byzantio eo ꝓcesserāt, Cyzicenos ad impiū retrahūt, retractis pecu
niā ī stipēdiū sperāt.Mindarus receptis nauib⁹,quas amiserat ad Eleūtē . subductisq cū tota
classe in Eubocā nauigauit.Per id tēpus Alcibiades ex Cauno & Phaselide cū tredecim naui
bus Samū reuersus,sua opa factū significās,quo min⁹ Phoenicū classis Pelopōnesiacę iūgeret.
Thissaphernēq ab hoste sua arte alienatū,vt in Athenienses ille propensior,q̃ in Lacedęmo-
nios esset,instructisq super eas quas habebat.X.nauibus,ab Alicarnasseis ingentem pecuniā
exegit,muroq vrbē clausit,constitutisq in ea magistratibus, sub autūnū Samū est reuersus.
Et Thissaphernes ex Aspendo ī Ioniā se recepit,Pelopōnēsibus q̃ antea iratior , ꝙ Antandrū
regię ditionis oppidū occupassent.Erat Arsacus Thissaphernis ꝑfectus,is quū Delios,qui ab Adramytā
Atheniēsibus electi Adramytum tenebāt,societatis specie in expeditionē eductos,quo in eos norū cędes.
odio incitatus nō habeo dicere,dū forte militari more cibū caperent,armatorū manu exim-
prouiso circūsessos ad vnū confixit. Vicinorū clade Antandrii consternari,subita a rege de-
fectiōe,Lacedęmonios ad se vocatos ī vrbē accepere.Thissaphernes secū animo reputās,quot
sum noui Pelopōnēsiū motus tēderēt,q haud multo ante ex Gnido & Mileto regia præsidia
eiecissent,in Hellespontū trāsire statuit,a sociis corā petiturus, quo cōsilio cōtra foedus An-
tandrū occupassent.Eratq Thissaphernes adhuc in Ionia, quādo Timochares cū aliquot in
prouinciā nauibus est missus,is cū Lisandride Lacedęmonio parū ꝓspere cōflixit,vbi pugna-
tum sit Xenophon,quē in hac Rapsodię parte sequimur, nō explicat. Et iam ineunte hyeme
Dorieus ex Rhodo cū quatuordecim nauibus in Hellespōtū ꝓfectus est,quē procul venientē
Atheniēsiū speculator ītuitus,dat ducib⁹ signū,ad qd̄ illi exciti,cū triremib⁹ viginti veniēti
hosti pergūt ire obuiā.Dorieus cursum ad terrā deflexit.Fugiētē Atheniēses ferociter inse-
cuti,terrestri naualiq ꝑlio circa Rhoeteū frustra iniecto,infecta re ad exercitū retro abierūt,
Mindarus,sacrificio Iliacę Mineruę prius facto,classe ī mare deducta,Dorieo ire obuiā parat,
ne paucitate nauiū ab hoste opprimeret. Excipiūt eū ꝑlio circa Abydū Athenienses,tenuitq
dimicatio aliq̃diu anceps.Postremo Atticę classis altero iā cornu inclināte,captisq nōnullis Athen.vi-
ex ea parte nauibus,res ad fugam spectabat,quādo Alcibiades,quasi coelo missus, cū duode- ctoria.
uiginti nauibus in cōspectū venit.Secutus is Doriei vestigia,quē Ionię orā pręteruectum in
Hellespōtū cōtēdere acceperat,ex Coo ꝓfectus,vt suis auxilio esset,maturo occursu non solū
pugnā restituit,sed hostes Abydū vsq fugatos,ꝑ nauib⁹ e littore dimicare coegit.Interetat
pręlio Pharnabazus regis ꝑfectus,q dū laborantes socios nimio studio ꝓtegit, in altos maris
fluctus(ex equo eīn dimicabat) ingressus,hostē ꝓpellebat. Sūt tñ Atheniēses vacuis nauib⁹
triginta potiti,& iis quas ipsi ab initio amiserāt.Victrix classis Sestū est reducta.ꝑter quadra Pharnaba-
ginta naues,alię alio,ꝓfectas ad tributa ex tra Hellespōtū exigēda. Trasylus Athenas naui- zi facinus.
gauit recētioris victorię nūcius,militesq & naues in supplemētū petiturus.Paucis inde die-
bus quibus ad Abydū est ita,vt dixi,ab Atheniēsibus feliciter dimicatū : Thissaphernes in

D

Capiť Alcibiades.
Hellespōtum venit,ad quē Alcibiades triremi vna cū muneribus delatus, quę ipse ex spoliis
hostiū legerat, ab eo captus Sardis est in custodiā missus. Criminari Barbarū Lacedęmonii
apđ regē,ꝙ i Alcibiadis gratiā plus rei Atticę q̄ sociis i administrādo bello fauerct. Ad quos
de se rumores infirmādos Thissaphernes,oī hospitali iure posthabito, Alcibiadem custodiri
Euadit.
iussit. Fuit ille Sardibꝰ dies circiter triginta, vnde deceptis custodibꝰ,cū Manticheo quodā,
eqs ad fugā vsus,Clazomenas noctu aufugit. ibi Thissapherni iratꝰ,vt Barbarū Dario & so
cius magis suspectū redderet,ipsiꝰ iussu se e custodia missū ꝑdicabat. Athenięses interim,q ad
Sestū stabāt,audito Mindari cū triremibus sexaginta ad se accessu in Cardiā ꝓfugerāt, quo
Alcibiades,ex Clazomenis cū triremibꝰ qnqȝ est ꝓfectꝰ. Edoctꝰ ibi Mindarū & Pharnabazū cū
classe ad Cyzicon stare,cū peditū manu Sestū cōcēdit,indeꝰ i hostē iturus. Affuit illi cętera ad
pugnā expediēti Trasybulus,cū nauibꝰ viginti ex Thaso, q ad exigēdū circa insulas tributū
fuerat ꝓfectus:atqȝ ita forte accidit,vt eodē tēpore Theramenes cū totidē triremibus ex Ma
cedonia sit reuersus,quo cōtigit,vt breui octoginta Atticę i vnū naues coiuerint. Noctu igiť
in hostē ꝓfecti, postero die sub tēpus prādii Procōnesum Attici duces appulerūt:ibi certio
Alcibiadis hortatio ad suos.
res facti,Pharnabazū & Mindarū ad Cyzicon,cū suis copiis stare,Alcibiades milites ꝑ cōcio
ne allocutꝰ,q̄to stipēdii inopia,reiqȝ frumētarię,res Attica laboraret,palā exponit. Esse ꝓide
ait,aut ꝓlio cū hoste dimicādū aut pulcia decedēdū. Cęterū videre se ita fore,vt quū primū
ea decederet,oīa eēnt i hostiū potestatē cōcessura:Annitēdū ꝓinde,vt siqñ alias,ea maxie pu
gna ostēderēt eos eē Athenięses,q nō minore animi prōptitudine,aduersis rebꝰ, q̄ prosperis,
& scirēt,& possent dimicare. Terrestri ꝓlio naualiqȝ certādū esse ait. Irēt atqȝ alterutro marte
experirent,q̄tū virtꝰ,vel aduersus fortunā valere possit. Exēplū bene pugnādi duces ipsos mili
tibus ꝑbituros. His verbis vbi suos hortatꝰ Alcibiades,ꝑopportune accidit,vt ad fallēdos ho
Alcibiadis stratagema
stes imber mixta grādine,sub id tp̄s,quo ex Procōneso profecta est Attica classis, repēte fit e
coelo missus,mox vbi i Cyzici cōspectū vētū est,tranqlla fulserit serenitas. Hic Alcibiades cū
quadragita nauibꝰ ꝓgressus,cęterā classem pone seq iubet,quē veniētē Lacedęmonii intuiti,
paucitate nauiū cōtēpta,qđ ita ille futurū viderat,subito naues cōscēdūt,cōtēdūtqȝ hosti ire
obuiā,sed vix bene initū erat certamē,quū cęterā classem Peloponēses cōspicati,i fugā vertū
tur. Instat dux Atticus,hostēqȝ ad littꝰ deiectū a tergo ꝑmit. Ibi Mindarus & Pharnabazus
Mindari casus.
cū oī peditatu i extremū littꝰ decurrūt,vt classiariis eēnt auxilio. Alcibiades vno ꝓlio defun
ctus,襲 ferociter terrestrē pugnā ciet,militibusqȝ i littꝰ desilire iussis,acerrime manū cōserit,est
ꝙ dubio marte hic rādiu pugnatū,donec Mindaro cadēte Pharnabazus fuga equo abreptꝰ,
haud dubiā hosti victoriā reliqt. Multi pugna occubuerūt,multi quoqȝ in fuga capti, nauiū
quę sexaginta numero fuere,ne vna qdē potuit effugere. Syracusani suas incenderūt, cęteris
Athenienses sunt facile potiri. Cyziceni a Pharnabazo & Peloponēsibus destituti,deditionē
fecere,qbꝰ pecunia mulctatis,Alcibiades i Procōnesum est reuersus,ex Procōneso i Perinthū
& Selymbriam,acceptaqȝ a Selymbriis pecunia,q exercitū in vrbē nō acceperāt,in Chalcedo
nios,vt Xenophon scribit,ꝓfectus est. Plutarchus author est, Pharnabazū haud multo post
reparato exercitu,iterū cū Atticis ducibꝰ cōflixisse,nihiloqȝ meliore euētu,ab eo pugnatū,q̄
nuper ad Cyzicū fuerat, Alcibiadēqȝ pulso hoste Abydenū agrū incursasse, vnde captiuorū
Pietatis exēplū.
vis ingēs sit abducta. Cęterū illud in ea expeditione pietatis exēplū est ab Alcibiade editum,
ꝙ sacerdotes captos,ad vnū omnes sine precio dimisit,ne a sacrorū cultu interim dū in vin
Athen. successus.
culis essent,auerterentur. Ac tum demū Chalcedonem,vt ille ait,est Alcibiades adortus,qui
quū indicio cognouisset omnē imbellem multitudinē,cū pretiosa supellectile,a Chalcedoniis
ante suū accessum,apud Bithynos depositā,parte exercitus circa vrbē relicta,ipse cęterā clas
sem in Bithynos agit,caduceatore ad eos ꝑmisso,qui bellū ipsi gentiindiceret, nisi Chalce
doniorū res quas penes se habere dicerent,sibi cōfestim traderēt. Bithyni minacissima denū
ciatione territi,haud iperata abnuere sunt ausi,quo cōtigit,vt ꝑ hęc ille hostiū rebꝰ sit potia
Chalcedonis obsidio
tus. Chalcedonē inde repetitā,ea parte,qua vrbs mari obuersa est,obsidione fatigabat. Phar
nabazus nouā interim apud Antādrū classem ędificare adortus,Syracusanis ad id opus adhi
bitis,assidua hortatione istabat. Nec Chalcedon interea animo exciderat,quā graui obsidione
pressam,vnā spem sui ꝓsidii fouere certo sciebat. Nouo itaqȝ exercitu tumultuose cōparato,
ad socios obsidione eximēdos ire pergit. Nec Alcibiades vbi hostē pugnę istructū vidit ꝓliū
detrectauit,vno itaqȝ tempore Pharnabazus certamē iniit,& Hippocrates vrbis pręfectus ex
ꝓposito cum suis,subitā eruptionē fecit. Vtrobiqȝ res ab Alcibiade est feliciter gesta. Hip

pocrate i vrbē,cū multa strage cōpulso,Pharnabazus vict⁹,ꝓlio excedere est coact⁹.Alcibia- des p̄senti victoria fretus,ꝑte nauiū ad obsidionē relicta,Hellespōtū ad pecuniā i stipēdiū exi gēdā reuersus,quū Selymbrię ꝓditione occupādę facta spes esset,signū maturi⁹aliq̄to,q̄ cōue nerat,ꝓditores extulere.Tū ille verit⁹,ne patefacta ꝓditiōe tāta e manib⁹ occasio elaberet̄,cū triginta tm̄ ad vrbē successit,dū cęteri arma capiūt,cū his audacissim⁹ īpꝛator,&viginti aliis,q̄ vrbē p patētē portā irrūpēti supuenerāt,Selymbriā occupat.Oppidani tumultu exciti,postq̄ hostē in vrbe esse cognitū est,cōsternati ad arma currūt.Et iā exaduerso aciē instruebāt i pau cos ituri,quū Alcibiades suę fortunę cōfisus,nouo fiducię exēplo,caduceatorē ad Selymbria nos i cōspectu aciē explicātes mittit,q tuba silētio facto,Alcibiadis nomine,denūciat, ne pri⁹ quicq̄ mouerēt q̄ eū pauca dicere volētē,audiuissent.Qua voce haud aliter oēs Selymbriano rū conat⁹ cōciderūt,q̄ si tū oēs Atticę copię i ꝓcītu stetissent.Tāta tū vni⁹hōis erat apd̄ ho stes admiratio,maior meo iudicio,q̄ Cęsaris postea apd̄ Pōpeianos fuit, cui puo nauigio sedē ti,C.Cassi⁹ cū nauib⁹ aliquot rostratis cessit.Ille apto mari vectus i tutū, si hostis min⁹ obe- diēs fuisset,fuga sese piculo subtraxisset.Hūc hostili muro cū paucis iclusū cadere haud du- bie oportuit,nisi fortia audēti fortior fortūa idulsisset.Circūegit ille hostes fando,tā diuq̄ab eoꝝ,q̄ fiebāt,sensu Selymbrianoꝝ aīos auertit,quoad exīprouiso tot⁹ i vrbē exercit⁹ irrupit. Tū āncipiti pauore pculsi,i p̄ces versi,Alcibiadis fidē iplorāt.Dedit dux Attic⁹ꝑtētib⁹veniā, iussiq̄ sunt Thraces,q frequētes i castris erāt,ab oī iiuria abstinere.Nec multo post Alcibia- des,exacta a deditis pecunia,Chalcedonē reuersus est,q̄ eo absente deditionē fecerat.His quo q̄ mulcta ob defectionē irrogata,fœdus cū Pharnabazo Attici duces sanxerunt. Vt oppida, agri, fines eius ꝓuincię Atticis armis inuiolati manerēt,pareretq̄ p ea loca Atheniēsiū lega- tis ad regē adit⁹.Eratq̄ p hęc pacata circa Hellespōtū Atheniēsiū ꝓuicia.Agis Rex iterea,q Decelęę erat,Athenas copias admouit,eratq̄ tū i vrbe Trasylus,is cū armata iuuētute circa Lyceū Gymnasiū veniēti obuiā ꝓdiit,nullā dimicationi morā factur⁹, q̄ hostiū audacia ter- ritus Lacon,copias i editiora subduxit loca,q̄busdā etiā moratorū amissis,q ab leui Atheniē- siū armatura circūuecti,ferro occubuere.Atheniēses multiplici successu rerū audaciores facti quinquaginta ad bellū triremes decernūt,& i his armatos mille ac cētū eqtes. Agis parū ꝓ- desse rat⁹ Atheniēses a terra obsideri,nisi cōmeat⁹,q mari i vrbē subuehebant̄,itercluderent̄, author fuit,vt ex Megarēsibus,& aliis sociis vrbibus,triremes q̄ndecim expedirent̄,cū q̄bus Clearchus Bizantiū est missus,vt Bosphoranas angustias obtineret. Tris harū, interceperūt Atticę naues,q̄ Hellespōti fauces obseruabāt,reliquę suo cursu auersę Abydū tenuerūt,& ex Abydo repetito cursu Bizantiū puenere. Ac tū demū vigesim⁹primus huius belli annus est exactus.Incidit hic annus,vt Xenophon scribit,i tertiā ac nonagesimā Olympiadē,quo sane tēpore violētus Maioris Dionysii principatus i Sicilia est circa Syracusas ortus. Hui⁹ rei au thor est Eusebius.Nepos Cornelius i id tēpus accidisse ꝓdidit,quo triginta tyrāni Athenis cōstituti,quod sex circiter annis postea accidit,q̄ opinio nihil Eusebio repugnat. Tenuit ille Tyrānidē nouē annos,potuit q̄dē fieri,vt violēta illa administratio nō nihil antea orta,in ea tēpora descēderit.Cornelius Tacitus belli sciētissimū ait Dionysiū fuisse ac manu prōptum, minime libidinosum,neq̄ auri,neq̄ alterius rei,ꝑterq̄ dn̄ationis cupidū,fuisseq̄ ob eā rē cru- delissimū.Cœpit regnare ille,eo anno,qui quartus ac nonagesimus fuit,supra quater millesi- mū septingēsimūq̄ ab orbe condito,q erat vrbis Romę septimus circiter ac tricesimus supra trecentesimū.Regnabatq̄ ea tempestate Orestes , q Perdicę successit,in Macedonia.In Persis Darius secūdus.Iudas Elisaphati filius Pōtifex erat maximus in Iudęa.Plęriq̄ in hos annos reiiciūt,quę de Hestere alio sunt loco a nobis memorata:& in Italia Veii a Romanis obsideri cœpti.Æstate igit̄ huius anni ineūte,q Pelopōnesiaci belli alter a vigesimo fuit.Trasylus cū nauibus ad bellū nouissime decretis,ex Attica ꝓfectus,in Samū cursum tetēdit , inde Pigelā summa ope oppugnare adortus,quū ferocius hostē vrgeret,Milesii auxiliares cū Pigelēsibus in Atticos milites leuis armaturę ipꝛtū fecere.Res subita terrorē Atheniēsib⁹ iniecit.factaq̄ initio fuga,cęterū scutatis auxilio subeūtibus,hostē temere inuectū excipiūt , exceptū multa cęde persequūtur:ducētis hostiū scutis dux Atticus potitus,Tropheū erexit.Notiū inde ad mota est classis,mox & Colophonē,cesserūt Colophonii veniēti Trasylo , nocteq̄ supueniēte Atheniēses in Lydiā trāsmiserūt cōmeatus inopia,ibiq̄ pluribus vicis incēsis,multaq̄ pecu- nia capta,mortaliū est vis ingēs in ꝓdā abducta.Atheniēses paucis q̄dē amissis, quos sparsos prędęq̄ itētos Barbari oppresserāt equites a Stage viro Persa immissi,q ea p̄sidio obtinebāt

Alcibiadis victoria.

Alcibiadis audax faci nus.

Alcibiades

Chalcedo- nis deditio.

Agidis cō- silium.

ANNI MVNDI.

Trasyli ex peditio.

loca,ad naues cõpulsi Ephesum petiit.Huc Thissaphernes,audito hostiũ accessu,vndiq; auxi
liares cõtrahit copias,ipsosq; Atheniẽses plio exceptos,bis superat:ad Elos primo; mox & ad
Coresum:vtrobiq; Barbarus victorię Tropheũ statuit.Syracusani & Sylenuntii q plio interę
fuere,ab Ephesinis,ob operã strenue nauatã,magnis sunt muneribus donati,data preterea ciui
Trasyli gesta.
tas iis,q vrbẽ incolere voluerũt.Trasylus re ĩfeliciter his locis gesta,ex Epheso Notiũ petiit;
& ex Notio Lesbũ.Ibi quũ Methymneo portu sederet,qnq; & viginti Syracusanorũ naues ex
Epheso Lesbiã orã legẽtes sequutus,classe in hostẽ repẽte ĩmissa, certamine nõdũ inlecto ĩ fugã
auertit.Quatuor ex his naues captę,quarũ captiuos Trasylus Athenas deportari iussit,q in
lapidicinas cõiecti,haud multo post custodib⁹ deceptis Deceleã pfugerũt. Alcibiades p id tẽ
pus,Lãpsacũ,ne hiberna oĩno ociosa essent,militari cõmuniuit ope:infestabat ex pximo Aby
dũ,quo Pharnabazus occurrere ausus,centũ & amplius eqtibus amissis, victus acie aufugit.
Secũdũ eã psperã puguã veterani milites,q sub Alcibiade erãt,Trasylianos,quod ad id tẽpus
vt ignauos fuerãt auersati,qa sępius victi essent,post rẽ strenue ad Abydũ gestã amice cõple
xi,in cõtinẽtẽ orã Asię cũ pda & populatione effusi,duplici clade affluxerũt oẽm hostiũ regio
nẽ.Per id tẽpus Lacedęmonii Helotas,q ex Malea in Coryphasiũ trãsfugerãt,sub conditione
receptos dimisere.Et Heraclienses ab Achęis,a qbus in ciuili administratione dissentiebant,
Oetheis sunt hostibus pditi,eorũq; septingẽti occidione occisi a Dario Persarum rege. Hoc
quoq; anno Medi defecisse dicũtur,breuiq;,vt Xenophon prodidit,ad imperium reuocari.

MARCI ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIÆ HISTORIARVM AB ORBE CONDITO ENNEADIS TERTIÆ LIBER NONVS.



ITA RES Gręcię incerta adhuc victoria fluctuabant,quũ Romani
Veios pperi obsidione adorti,quũ ãtea semel atq; iterũ esset ĩtermis
sa,vt oĩa domi forisq; cõmodi⁹ gererent,octo Tribunos cõsulari po
Tri. cons. pot.
testate,quor nũq̃ alias,suffragio crearint. Fuerunt qui creati sunt,
Æmylius Mamercus,Valeri⁹ Potitus,Ap.Claudi⁹,Quintili⁹ Var⁹,
Iulius Rullus,Marcus Posthumius Albin⁹,& Furi⁹ Camillus,penes
Veiẽtanus rex.
quẽ oĩs Veientanę vrbis captę laus postea fuit.Veientes cõtra vete
ri magistratu ex vrbe sublato,regem sibi creant,qui & bello & pace
Veiẽtanã rẽ suo arbitrio administraret.Regiũ nomẽ adeo cęteros
Hetrurię populos offendit, vt vel ob id vnum negata sint vbiq;
Veientibus auxilia,totiusq; gentis conuentu decretũ,vt q̃diu Veii sub rege essent, nulla pu
blica priuatave iuuarẽtur ope.Augere Romani interea vires suas,castraq; studio munire, ve
Hibernacula prima.
lut vno tẽpore,si necessitas coegisset,vtrinq; ĩ hostes dimicaturi,hibernaculaq; tũ primũ sibi
milites struxere.Habebãt ĩ animo Tribuni militũ obsidionẽ haud quidẽ vt antea, intermit
tere,sed sub pellibus hyemare.Dedit ea res Trib.Plę. materiam domesticę quietis turbandę.
Fremere illi pro concione,nõ destitisse se deos hominesq; testari,insuetã illã patrũ munificen
Tribunitię querelę.
tiam,q sua sponte æs in stipẽdiũ decreuissent, haud plębi gratuitã fore,nũq̃ sibi dubiũ fuisse
id donũ occulto aliquo veneno illitum,ablegari a patribus militię prętextu perpetuo ab vr
be iuuentutẽ,immo relegari potius,qd non reges ab initio,nõ consules,nõ dictatores,non ipsi
demũ pub.libertatis hostes decemuiri fecissent.Cęterũ merito illa euenire,quãdo ne in tanta
quidẽ militariũ Tribunorũ turba, plębeiorũ cuiq̃ patuisset ad honorẽ locus , q si vel vnũ sui
corporis haberẽt milites Tribunũ in castris,auxilio illũ militibus futurũ, ne insueta molesta
q; militia grauarẽtur,sub tecto forent cũ vxoribus ac liberis,inuiserẽtq; alia desideria,qui ser
uili more procul a foro,a comitiis,ab omniq; ciuitatis cõspectu tenerẽtur.Talia Tribunis vo
ciferãtibus,Ap.Claudius,qui a collegis in vrbe fuerat relictus , vir non solũ lingua prõptus,
sed iã inde a prima iuuenta Tribunitiis certaminibus assuetus,pro concione ira est plębẽ, &
Ofo Appii Claudii.
Tribunos allocut⁹.Potuerũt,video Quirites,multi iã ãtea dubitare vestra ne causa Tribuni
Plębis an sua potius,quietã ciuitatẽ,seditionibus & discordiis perpetuo exagitarẽt.Nũc ve
ro nemo est qui nõ aperte videat,quo preceps illorũ inuidia,quo sollicita hęc tẽdat ambitio;
qd ipsum,quia sit dubitari desitũ,vobis Quirites,& pperea vos Reipublicę gratulor . etẽi
per deũ,qñ illi vnq̃ iu vestra aliqua iniuria,siqua alicũde in vos profecta videri potest , tanto
dolore,& ira excanduerũt,quãdo magis offensi & cõcitati, q̃ cũ certa vobis militãribus prę
mia proposita viderũt!Sed quid tum illos creditis magis timuisse,aut hodie ægrius ferre, q̃

ordinũ cõcordiã? cuius soluẽdę propriũ & peculiare Tribunitię potestatis existimãt,improbos artifices imitari,q in omni ope aliqd desiderãt,ĩ quo corrigẽdo sui sit vsus necessarius,ita ipsi aliqd ægri sẽp ĩ ciuitate esse cupiũt,ad cuius curationẽ Tribunitia potestas adhibeat. Sed vos tribuni dicite vtrũ defenditis plębẽ,an ĩpugnatis?Opitulamini militib⁹,an ĩuidetis? nisi forte id dicitis,qcqd patres agãt,id vobis displicere,siue p plębe sit illud,siue cõtra plębẽ: ac quẽadmodũ domini vetãt,cęteros qcq̃ rei cũ suis seruis cõtrahere,ita vos patribus omni plębis cõmercio ĩterdicitis,vt ne comitate qdẽ munificẽtiave aliqua in eũ ordinẽ vti liceat. At quanto melius,siquid in vobis ciuilis sit modestię,siqd humanitatis,huic patrũ faueretis comitati,militesq; ad obsequiũ hortaremini,vt ppetua hoĩm concordia,ĩpeiũ vrbis huius & opes coalescerẽt.Nã qd ad collegarũ cõsiliũ attinet,vt hyemem obsidionẽ continuare velint, nec inde infecta re abscedendũ putauerint,id ego nõ vtile tñ, sed necessariũ etiã fuisse existimo,quippe qui vallo,fossa,castellis,ita oĩa circa Veios disposuerint, vt hostes, omni externo auxilio exclusi,postremo ad deditionẽ faciẽdã,velint,nolint,cõpellẽdi sint.Q; si obsidio inter polletur nemini dubiũ est,quin auxiliis & cõmeatu, Veiẽtes per ociũ adiuti,si nõ suis,alienis saltẽ opibus æternũ staturi sint.Nec qa oppugnatio sit lõgiuscula, is pptereа labor ptimescẽdus:quin illud animo agitãdũ,totã olim Gręciã ob fœminę vnius rapinã decẽ annos Iliũ oppugnasse.Veientes qui septies rebellarũt,qui Ro.agrũ toties populati sunt,nostras legiones Fidenis trucidarũt,q populi Ro.legatos,qa res de more repetitũ iuissent,pene obtrũcarũt,an teaq; Fidenis obtrũcãdorũ authores fuerũt,impune a Romanis tot iniurias ferẽt? Q;q̃ quid attinet hoc dicere.Negabatis nup æra militibus dãda,qa nũq̃ data essent, quonã modo igit̃ indignãdũ iis est,qbus tãtũ est cõmodi adiectũ,tãtũ emolumẽti,si laboris etiã aliqd adiiciat? vt eñ opa sine quęstu est natura grauis,ita sumptus sine opa:Labor eñ & voluptas dissimillima sunt,hoc vno emolumẽti vinculo nectunt. Patiat̃ igit̃ æquo animo miles paululũ domo abesse,cui impẽsa grauis esse nõ potest amplius.An si eos ad calculũ respu.vocet, non merito dicere possit,postq̃ annuũ stipẽdiũ habes,annuã militiã exhibeto? Sed ego inuitus in hac pte immoror:sic eñ agũt fortasse,q mercenario vtũtur milite,nos cũ ciuibus agimus,ac velut cũ patria nobiscũ agẽdũ cẽsemus,aut enim bellũ suscipi nõ oportuit, aut pro dignitate populi Ro.susceptũ pfici,ad qd ipsum nos iniurię acceptę,armorũ apparat⁹,dignitas & amplitudo patrię,gẽtis odiũ,hortant,cõcitãt,ipellũt.Dignũ erat hac militaris virtutis phama,qua inter finitimos pollemus,hibernę etiã militię assuescere,nec peregrinas aues imitari, q̃ sub æstatis exitũ,cõtinuo recessum circũspicere occipiũt. An ita erit, vt q feras venãtur hyeme niues & frigora tolerẽt in syluis,Romana iuuẽtus pro patria sub pellibus esse nõ possit? aut tã effœminata sunt nostrorũ corpora,adeo molles animi,vt hyemẽ vnã pferre nõ queãt? Nec dubiũ est,quin si illi audiant vestrã hãc nefariã actionẽ,ad vnũ detestaturi sint, velut suę inertię & desidię testẽ,meminerintq; potestatẽ istã maiores suos,sub dio,nõ in vmbra creauisse: qn authores estis potius finiẽdi belli,exẽpliq; Ro.cõstãtię finitimis exhibẽdi,vt oẽs intelligãt nullũ aliũ belli finẽ Romanos nosse,q̃ victoriã,neq; impetu magis q̃ perseuerãtia bellare? quę omni genere militię est vtilis,sed in obsidẽdis vrbibus nõ vtilis solũ, sed & necessaria, expugnant humanas opes,vis armorũ,fames,sitis: tp̃s vero nõ expugnat solũ,sed atterit penit⁹ & euertit. Qd vt eueniat in Veiis sane necesse est,nisi auxilio hostibus Trib.Pl.erũt,Romęq; pśidia inuenerint Veientes,q̃ nequicq̃ ab Hetruscis q̃siuerũt.Erat p hęc Appius nihilo tribunis inferior,qn maxima pars ciuiũ cũ eo sentire,quũ clades interim apud Veios accepta,eũ qd nemo sperasset,lõge superiorẽ reddidit,fecitq; ordinũ cõcordiã maiorẽ,& ad Veios ptinacius obsidẽdos animos vehemẽtius inflãmauit.Erat iã agger, vineęq; tãtũ coniũctę mœnibus, cęterũ dũ bellica opera interdiu diligẽtius fierẽt,q̃ noctu asseruarẽtur,subita hostiũ eruptione sunt igni absumpta.Perierũt plęriq; improuiso incẽdio, sed multo plures circa incẽsa opa temere cocũtes,hostile ferrũ cõfecit.Id vbi Romę auditũ est, cura & metus ingẽs patres incessit, ne qua ex re male gesta in castris oriretur seditio,ac Tribuni plębis eã occasionẽ nacti, insolẽti⁹ instarẽt,persuaderẽtq; plębi, exercitũ ex Veiis reuocãdũ.Hęc tũ cura hęrebat patribus, quũ repẽte qbus equester cẽsus erat,curiã ingressi,se suis equis stipẽdia facturos professi sunt, qd studiũ plębs secuta,pedestrẽ operã & ipsa ad bellũ gratuitã pollicet̃,affirmãtes, si Veios ducti sint,fore,vt nõ prius inde abscederẽt,q̃ vrbs ipsa caperet̃. Tãta ad hoc recẽs equitũ & plębis studiũ,Senatui & patribus orta est lętitia,vt nõ p vnũ aliquẽ agẽdas esse multitudini gratias censuerint,sed pro se quisq;,ex superiore loco,ad eos,qui in Comitio stabãt, voce mani-

Peroratio.

Clades ad Veios accepta.

Publica gratulatio. busque significabãt, felicẽ vrbẽ inuictãq;, & æternã p̃senti cõcordia futurã. Laudabãt Equestrẽ ordinẽ, laudabãt plebẽ, diẽ ipsum velut Romanę vrbi felicissimũ laudibus extollere, victã fate ri senatus benignitatẽ: manabãt Iterim patribus plerisq;, prę nimia lętitia, lachrymę. Senatus inde I Curiã reuocatus decreuit, vt p magistrat⁹ gratię ordinibus agerenſ, significareturq; senatũ, pietatis & studii illius I patriã memorẽ futurũ. Interea placere peditib⁹ stipẽdia procedere, & Equitib⁹ certã pecuniã assignari, quo cõtigit, vt tũ primũ eqtes publicũ merere coeperint stipẽdiũ, voluntarius Ide exercitus cõscriptus, Veiosq; pduct⁹ est, q nõ solũ opa q̃ interrupta erãt reparauit, sed recentia etiã alia, incredibili celeritate cõstituit. Habuit seq̃ns annus

Tri. conſ. pot. Tribunos militũ, Seruiliũ Halã, Q. Seruiliũ, P. Virginiũ, Q. Sulpitiũ, Au. Maniliũ, & M. Sergiũ. His tota ciuitate Veientano bello incũbẽtibus, p̃sidiũ, qd Anxuri erat, quũ negligentius vrbẽ asseruaret, a Volscis est oppressum, vrbsq; Romanis colonis pulsis, ab hoste recepta. Nec Veiis Iterim melius res gesta, Romanis ducibus, I republica administrãda, discordib⁹, nouũ a Capenatibus & Phaliscis supuenit bellũ. Duo populi, quũ post Veios essent periculo p̃ximi, iũctis copiis in eã partẽ, qua M. Sergius curabat, eximprouiso impetũ fecere. Intulit inopinatus illorũ accessus terrorẽ Romanis ingẽtẽ, totã Hetruriã adesse ratis, eadẽq; opinio Veiẽtes ex vrbe exciuit, & iam ancipiti p̃lio Romana castra oppugnabãtur, nec Sergiani in alterutrã partẽ arma transferẽtes, satis Veientẽ intra muros cõpellere poterãt, neq; Capenatẽ & Phaliscũ foris sustinere, vna retinẽdi loci spes erat, si cęterę legiones p̃sto affuissent. Nec Vergi-

Tribunorũ discordia. nius, quo discrimine res essent, ignorabat, in cuius castra trepidissime allatũ erat, iã aliquot castella ab hostibus expugnata, tenerique duplici p̃lio Sergianos, qbus nisi mature subueniretũ, periculũ esse ne ad vnũ in medio cęderenſ. Erat Verginius Sergio iã antea priuato odio Ifensus, habuit itaq; tãtũ copias in procinctu, affirmãs missurũ se ad collegã, si auxilio indigeret. Sergius priuati odii magis memor q̃ patrię, vinci ab hoste maluit q̃ inuisum ciuem vincere. Dũ hic igiť neq; auxilio ire curat, neq; ille vt eat postular, magna ps militũ in medio cęsa est. Aliis I maiora castra fuga delati, Sergius cũ altera manu Romã cõtẽdit. Ibi in senatu (nã & Verginius Romã accersitus est) inter se Duces altercati, culpã accepte cladis vterq; I alterũ reiiciebãt, Icessebãtq; se cõuicio, donec patrũ authoritate ipsi & collegę sese magistratu abdi-

Tri. cõ. po. carũt. Noui Tribuni inde creati, Valeri⁹ Potitus, M. Furius Camillus, Æmylius Mamercus, Cornelius Cossus, Fabi⁹ Ambustus, & L. Iulius Tullus, q octobrib⁹ calẽd. magistratũ Iniuere, quũ idus decẽbres, ad eũ fedũ solẽnes essent. His Tribunis ad Capenã & Phalerios bellatũ, & vt Anxur reciperet, in Volscos itũ, quũ nihilo segni⁹ Iterim Veii obsiderenſ. Certatũ etiã nõ nihil domi inter ordines, cõtraq; Treboniã legẽ, patrũ studiis, qui labefactari legẽ cupiebant. Claudius Lacerius & Marcus Acuti⁹ a cęteris Tribunis cooptati sunt, quũ suffragio populi Tribunorũ numerũ ex p̃scripto legis augeri oportuisset. Publius Curiatius, Marcus Metili⁹ & Marcus Minutius, qui eos I gratiã patrũ, inuita plębe, cooptauerãt, quũ multo odio apud

Sergii & Verginii dãnatio. multitudinẽ flagrarent, vt odiũ a se in patriciorũ aliquẽ auerterent, Sergium & Verginium, quorũ culpa, priore anno, erat infeliciter ad Veios pugnatũ, in iudicium arreptos, iratę plębi reos obiecerunt. Denis millibus æris ambo damnati sunt. Promulgant adhęc Tribuni plębis agrariam legem, tributũq; conferri prohibent. Glisceręq; per hæc domestica discordia, quũ tribuni militũ inter se prouincias partiti, alius alio profecti sunt. M. Æmylius. & Qu. Fabius Veios sortiti, Castellaq; superiore anno amissa recipiũt. Recepta pręsidiis firmant. M. Furius Camillus in Phaliscos duxit, Cornelius in Capenatẽ agrũ, vbi quũ hostes nunq̃ occurrissent, vastati sunt agri, villę incẽsę, prędaq; opulenta vtrinq; abacta. Valerius cui Volsci prouincia euenerant, quũ Anxur primo impetu capere nõ potuisset, fossa & vallo cinxit. Turbare omnia interim Tribuni plębis, tributũ conferri vetando, & miles foris stipendium poscebat, nec res

Discordia ciuilis. procul a seditione aberat. Hortari adhęc Trib. Plęb. multitudinẽ, vt honores non Sergiis & Verginiis ignauissimis hominibus demãdarent, sed viris potius sui corporis. Q̃ multos crederẽt e plębe esse, qui vtilius reipublicę admoueri possent, q̃ quiuis patriciorũ, qui nihil secũ praeter superbiam in prouinciam ferrent! Quibus suasionibus adeo commota plębs est, vt P.

Tri. conſ. pot. Liciniũ e plębe primis comitiis Tribunũ creauerit, cęteri patricii fuere P. Manilius, P. Titini⁹ P. Merius, Furius Medullinus, Popilius Volsco. Ea res, q vnus e plębe inter Tribunos militũ locũ obtinuisset, I causa fuit, vt de tributo, qd ãte cõferri vetuerãt, Tribuni remiserit. Anxur interim receptũ est. Fuitq; annus ille Isignis gelida & niuosa hyeme, adeo vt Inauigabilis sit Tyberis factus. Licinius ita moderate Tribunatum gessit, strenueq; temp. administrauit, vt se

quēti anno prēter M.Veturiū,qui ex patriciis vnus dignitatē obtinuit,cęteri plębei Tribuni relati sint,M.Pōponius,Gn.Duillius,P.Volero,Gn.Genutius,& L.Attilius.Fuit ān⁹ille pesti lens,atq; ad vim morbi auertēdā Sibyllini libri a duūuiris sunt aditi,quoq; iussu lectisternia tū primū Roę facta,trib⁹ lectis,q̄ opulētissimo potuerūt apparatu,stratis.Apollini & Latonę vno:Altero Dianę & Herculi.Tertio Mercurio & Neptuno. hos eīm tū dęmones,cęca vetustas,vt Deos venerari.Ad Veios iterī aduersus Phaliscos & Capenates & Veiētes,q vt ātea,ī castra erūpere sunt ausi,magna hostiū cęde est feliciter dimicatū. Terrifico illi accessu castra oppugnare aggressi,adduxissent haud dubie rē Romanā,ea parte,qua impetū fecerāt,ī aliqd discrimē,nisi Sergii & Verginii dānatio,documēto Tribunis fuisset,suis mature subueniēdi. Adductis itaq; ad hostē legionib⁹,qua plurimū piculi erat, cū mlta strage & cęde a Romano Vallo reiecerūt.Perierūt Capenatiū multi,circa castroq; munitiones:sed multo plures,q ī Romanos populatores inciderūt. Veiētes & ipsi,p portis,quū ī vrbē cōpellerent,nihilo minore sunt strage affecti.Hęc foris.Romę īterea iniquo aīo nobilitas ferre, summū īperiū, nō modo cū plębe vulgatū,sed pximo biēnio ppemodū adeptū,cū honoratissimo quoq; sui ordinis ege re,vt pximis comitiis peteret,quo contigit,vt tātoq; noīm ptereūdi verecūdia, patricios oēs plębs crearit,Valeriū Potitū,Q.Valeriū Maximū,Furiū Medullinū Fidenatē, & Sulpitium Camerinū. Hoc āno nihil est ad Veios memorabile gestū.Ex Capenate agro & Phalisco pda tātū abducta.Multa īterim prodigia facta dicebant,sed oīm pcipue religioni miraculoq; fuit ciuitati,q Lacus in Albano nemore,nullis cœlestibus aquis auctus,repēte ī altitudinē creuit insolitā.Missi cōfestim Delphos Cossus Licinius,Valeri⁹ Potitus & Fabius Ambustus, sciscitatū ab oraculo qd ea res portēderet.Dū hi in Gręciā nauigāt,propriorū est fatorū interpres Romanis oblatus,audita vox est Veientani senis cauillātis,dū forte stationarii milites vtriq; se,vt fit, cōuicio incesserēt,tū fore,vt Romani Veiis potirentur quū Albani lacus aqua corriuaretur.Id velut temere iactatū,primo milites aspernari,mox vbi res īter plures celebrata est, cupido animos īcessit sciscitādi ecqs senex ille esset,q eas de Albano lacu effunderet ābages. Vbi augurē eū esse ex quodā cognouisset,de priuati portenti pcuratione,si vacaret,hoīm se cōsulere velle causatus est miles quidā,qđ quū ille haud grauate pręstitisset,secretioris collo quii specie ambo inermes lōgius a suis pcessere. Tū vero Romanus pualidus corpore senem nihil tale suspicātē adortus,mediū arripit,hostibusq; magis tumultuātib⁹,q̄ mature auxilio subeūtib⁹,sublimē ī castra detulit.Ad īperatores primo pduct⁹,inde ab his Romā.Tū ibi coactū dicere,quę de Albano lacu spōte docuisset:Deos inqt meę vrbi iratos fuisse satis scio,illo die,quo mihi eā mētē dederūt,vt fatale excidiū patrię pderē:Cęterū q̄ diuino instinctus spiritu in apertū retuli,ea quin dicta sint,iam efficere nequeo.Nūc vereor,ne celando q̄ dii vulgari velint,maius adhuc nefas cōtrhat.Scio ego,fatalibus Hetruscorū libris augurūq; disciplina cōtineri,quādo Alban⁹ lacus abūdasset,tū siqua rite emitteret, fore,vt vos Romani de Veiētibus victoria potiremini,anteq̄ id fiat,deos Veiētiū mœnia haud vnq̄ deserturos.Lęti patres eā rē audiuere,q̄ tn̄ deriuatio adhibēda esset,vt rite facta videret,solliciti requirebāt. Nec omnimoda auguri,vt hosti,fides est habita,visum itaq; legatoq; ex Delphis reditū expectare.Anno īterea circūacto Tribuni cōsulari potestate creant,Iulius Tullus,Furi⁹ Medullinus,Sergius Fidenas,Aurelius Posthumi⁹,Cornelius Maluginensis,& Au.Manilius.His tribunis Tarquiniēses repēte hostes facti,occasionē vnā secuti,q Romanos multiplici bello occupatos cernerēt,in Romanū agrū pdabūdi irruperūt,nec illis res īpune cessit,qn L.Iulius & Aurelius Posthumius,eos pręda honustos,cū voluntariorū manu (delectus,Tribunis impediētib⁹,haberi nō potuit) p Ceritanū agrū,obliquis tramitibus,abeūtes adorti,pda exuerūt, subitoq; terrore dissipatos passim obtruncarūt. Sub id tempus legati sunt ex Gręcia reuersi. Pythiū carmen,qđ illi secū detulere, id fuit. Romane aquam Albanam caue lacu contineri. Caue ī mare manare,suo flumine finas emissam agros irrigare,dissipatāq; riuis extingues,tū insiste audax hostiū muris,memor quā p tot annos obsides vrbē,ex ea tibi iis q̄ nūc pādūtur fatis victoriā datā,bello pfecto donū amplū victor ad mea tēpla portato,sacraq; patria,quo rū omissa cura est,instaurata vt assolet facito.Maior tū fides Hetrusco habita est,ipseq; ingēs diuinitatis opinione esse apud Romanos cœpit.Sed nulli non hodie,in hac luce qua viuitur liquere potest,malos dęmones hęc vtrobiq; respōdēda inter se cōposuisse,ad eū populum, qui maximus erat ī terris nō multo post futurus,ppetuis tenebris īmergēdū, & vt vanissimę arti maior fides esset,simul vt pfanissimo illi maloq; dęmonū domicilio ad humani gñis pniciem

Trib. consul. pot.
Lectisternia prima.
Hostium strages ad Veios.
Trib.consul. pot.
Prodigia. Albanus lacus.
Facin⁹ Ro. militis.
Fatalis deriuatio Albani lacus.
Trib.consul. pot.
Oraculum Delphicū.

Albani pdigii procuratio. Delphis cōstituto, maior postea religio accederet. Cornelius & Posthumius Tribuni, Albanū prodigiū curare sunt iussi, mox vt auspicia de itegro repeterent, & qa sacrificia i Albano mōte parū rite facta magistratib⁹ cōstabat, Tribunis ei⁹ āni sese abdicare iussis, iterregnū e iitū. Postremo Publius Licinius Caluus progarius Tribun⁹ cōsulari potestate creat. Is ætate p cōcione excusata, q vires corporis iā effœtę essent, sensus oculoꝝ & auriū hebetes, memoria la baret, vigor animi obrusior factus, a populo petiit, vt id bñficiū i filiū, a se militari disciplina, oībusq ciuilib⁹ officiis istitutū, cōferrēt, qđ vbi feni est, nouo exēplo, datū, refecti oēs ex eo collegio L. Titini⁹, P. Menenius, Gn. Genutius, L. Racili⁹: hoꝝ Titini⁹ & Genutius i Phaliscos & Capenates missi, in hostiū insidias pcipitarunt. Genutius honesta morte ante signa occubuit Genutii interitus. Titinius collectis in editū collē, ex pſeuri trepidatione, militib⁹ aciē restituit. Sed cōfligere cū hoste nō est ausus. Nūci⁹ acceptę cladis Veios i castra plat⁹ tātū terrorē itulit (Rumor erat Romanis ducibus cū exercitu cęsis, Phaliscos & Capenates ad oppugnāda castra cōtēdere) vt vix miles i castris ducū fit ipcrio retētus, sed maior oīno mer⁹ ciuitatē suasit, quū sup cladē in Phaliscis acceptā, castra quoq ab hoste oppugnari dicerent. Iā ludi Latineq ferię istauratę erāt, & aqua ex Albano Lacu rite emissa. Tū qa fatale excidiū Veiis instabat, ciuitas ad cōsuetū maiorū remediū cōuersa, M. Furiū Camillum dictatorem creauit. Is magistrū equitū,

Camillus dictator. P. Corneliū Scipionē dixit, cōfestim quasi noui ducis pſentiret felicitas, omnia in vrbe mutata, alia species, alius hominū animus, fortunaq ciuitatis alia videri. Habito itaq Romę accuratissimo delectu, cui habendo Latini Hernicique sponte accessere, votaq Matutę matri ęde si

Matuta. res prospere euenirēt (eam & Leucotheam vocatā, Plutarchus author est) ad bellū dictator proficiscit. Nec ita multo post cū Phaliscis & Capenatibus, in Nepetino agro, signa contulit, hostesq acie victos castris exuit. Secūdū eā victoriā exercitū Veios admouit, qbus pſidio & munitionibus firmatis excursionibus, quę vtrinq ex occasione flebāt, inhibitis cuniculum in

Cuniculus in Veios. hostiū arcē agere est adortus, qđ opus, irrequieto totius exercitus labore, p vices die noctuq operātis, vbi ad exitū spectare vidit Romanus imperator, cernetetq victoriā in manibus esse nequa inuidia, ex tam opulentę vrbis prǽda, a patribus, aut ab exercitu maneret, ad senatum scripsit, esse iam Deorum benignitate, suoq cōsilio eo ventū, vt nisi casus aliquis inopinatus interueniret breui Veiis potiretur, ipsi viderēt, quid de Veientana pręda statuendū cēserēt. Tenuit nō nihil ea cōsultatio, estq in curia inter Appiū Claudiū, & Liciniū sentētia disceptatū, quorū hic captā vrbē militibus diripiendā censebat. Damnare ille contra tam prodigam largitionem. Vicit Licinii sentētia, edictumq est, vt qui Veientanę pręde vellent participes fieri, in castra ad dictatorē irēt. Tum Camillus decreto patrū ex vrbe accepto, cōspicatus ad hęc multitudinē ingētē, quę breui in castra spe prędę cōfluxerat, auspicato egressus militi vt arma capiat edicit, Apollineq precatus, vt pręsens volensq sibi & suis adesset, ex totius pdę summa decimā illi vouit, Corona inde armatorū hostilem vrbem vallat, vt Hetruscus circū quaq prelio occupatus, Romanorū eruptionē ex cuniculo minus pſentiret. Mirari Veientes, rerū omniū ignari, quid esset, q quū tot dies Romanus se intra vallū tenuisset, tum demū ita ferociter exortus, vrbem subiisset. Haud igitur tantā sibi cladem instare suspicati, impigre arma capiūt, in murosq & stationes discurrūt. Interea cuniculus delectis militibus plen⁹ i ędē Iunonis q in arce erat repente armatos effudit, q pugnatores terrifico clamore circa muros adorti, passim trucidant, alii portarum claustris vi subita refractis, suos in vrbem accipiunt. Tenuit aliqdiu certamē, seruis mulieribusq supnę tegulas, in subiectos milites, deuoluētib⁹. Postremo, oppidanis muro deiectis, & iā vndiq hostib⁹ sese portis inferētib⁹, nec vna muroꝝ parte trāsmissis, tetra est ciuiū cędes edita, ignisq ad terrorem augendū domibus iniectus. Fuissetq maior omnino vis hominū cęsa, nisi pugna pluribus locis sua sponte remittente,

Attēde Camilli precationem. Camillus parci inermibus imperasset. Fertur eū direptā vrbē, ex arce, prędāq maiorē opinione ituitū, obortis lachrymis deos precatū, vt si maior fortuna populi Romani videret, q quę sine clade aliqua posset corrigi, quicqd incōmodi ex ea inuidia Romano nomini immineret, id totū in suū caput verterēt, secūdūq eā precationē offenso pede concidisse. Quod omen ad ipsius exiliū pertinuisse postea creditū est. Adiiciūt aliud, magis a fide abhorrens, qđ vix re-

Facin⁹ vix credibile. ferre essem ausus, nisi a Liuio & Plutarcho authoribus grauissimis, pditū viderē: Romanos ex cuniculo erupturos, aruspicis vocē audiuisse, regem admonentis, q in arce sacrificabat, eū populū illo die victorem futurū, cuius imperator exta, q ipsi in manibus haberēt, psecuisset, ac tū templi pauimento repente diffracto milites in apertum emersisse, extaq hostibus adē-

pta ad Camillũ prosecanda detulisse. Egesta ex tota vrbe pda, cũ Camillus deoꝝ etiã statuas in-
de amoliri sperasset, aliud ibi miraculũ extitisse memorãt: sed id fabulę simillimũ. Dictatore cęsa Miraculum
Iunoni hostia rogãte, an vellet dea ꝓpitia Romanis eẽ, annuẽs volẽsq; Romã se transferri sineret fide vacãs.
locutũ simulacrũ respõdisse, velle id se, asserereq;. Hęc Plutarchus. Ego libẽtius Liuio accedo, q
haud simulacrũ locutũ scribit, sed quũ ab amoliẽtiũ vno ꝓ iocũ rogaret, an Romã ire vellet, an-
nuisse sit a circũstãtibus conclamatũ, atq; inde fabule adiectũ, quasi vox simulacro esset edita. Id
Romã delatũ in Auentino statuerũt vbi Iunoni reginę tẽplũ est postea cõsecratũ. Et Veii, vrbs Iunonis te-
Hetrurię nobilissima, in hũc modũ capti sunt, decẽnio postq̃ a Romanis oppugnari cœperant. gine tẽplũ.
Attulit ea victoria incredibilẽ ciuitati lętitiam, quatriduo circa sacras ædes supplicatũ. Camil-
lus quatuor equis albis; qd̃ impatoꝝ nulli antea cõtigerat, vectus vrbem triũphãs ingressus est.
Tota ciuitas veniẽti obuiã effusa est. Ipse dedicata Matutę æde, & altera Iunoni reginę redẽpto
ribus locata, dictatura se abdicauit. Nepos Cornelius, eadẽ tẽpestate Veios captos ꝓdidit: quo
triginta sunt tyrãni Athenis ꝓlati, q̃ Atheniẽsiũ clades, si ille tpa recte digerit, in septimũ & qua Temporꝝ
dragesimũ supra trecẽtesimũ Romanę vrbis incidit: in quæ tpa Græcarũ rerũ series, per ea quæ collatio.
Xenophon Thucydidi subiecit, nobis prius subtexẽda est sexto retro anno repetenda, q̃ ad Ro.
res gestas recurrat stilus. Alcibiades igiť post foedus cũ Pharnabazo ictũ, qd̃ non nihil labefacta
cũ videri potuit, ob Abydenã pugnã, Byzantiũ totis copiis petiit. Sedet id contra Chalcidonẽ Byzãtium.
in ora Thracię, modico freto ab Asia discretũ. Huc classe admota, munitionibus oppidũ circũ-
sedit. Pręerat vrbi Clearchus Lacedęmonius, cũ socioꝝ manu haud cõtẽptibili. Is vbi obsidionẽ
in longũ trahi vidit, ꝓsentibus copiis diffisus, vt maiora ad tuẽdã vrbẽ pręsidia cõtraheret, re
bus in vrbe constitutis, Pharnabazum adiit, cũ quo egit, vt militibus, qui ad prędidium eius vr-
bis erant, stipẽdium solueret, & vt naues in Hellesponti ora ad ꝓsidiũ relictas, accerseret. Interea
Lycurgus & Anaxilaus, magis seruãdę vrbis causa, q̃ vt suis rebus cõsulerẽt, Byzantium Alci- Alcibiadis
biadi tradiderunt. Pridie q̃ in vrbẽ receptus sit, ex confesso Hellespontũ versus, cũ tota classe ex stratagema.
conspectu vrbis abiit. Interea, consilii conscii, rumores in vrbe dissipant, classem Atticam in Io-
niam abire, ob seditionem ibi motã, res credita est, vbi vero nox affuit, cursum retro Alcibiades
cõuertit, nauibus ad vrbẽ, q̃ maximo potuit silentio, admotis. Ipse cum parte copiarum, per por
tas quę in Thraciam ducũt, a proditoribus receptus, forum occupat. Peloponnenses Bœotii &
Megarenses qui præsidio erant ad primum tumultum exciti, circa portum & in vrbe, non nihil
prœlio hostẽ fatigãt: verum vbi res perditas vidẽt, nec spem superesse vllam retinendę vrbis, fuga
sibi salutem quęrunt. Xenophon in forum tantum ait decursum ab iis qui in præsidio erant, cę-
terum vbi omnia ab hostibus teneri visa sunt, abiectis armis deditionem fieri contigisse. At quo Potiť Alci-
quo modo res acta est, Alcibiades vt antea fuerat pollicitus, receptam vrbem nulla clade affecit, biades By-
quæ res postea Anaxilao & Lycurgo, qui Byzantium prodiderunt, apud Lacedæmonios saluti zantio.
fuit, vbi quũ causam dicerẽt, fertur Anaxilaus cõstanter affirmasse, nihil a se turpe factũ, q pa-
triã fame ad interitũ affectã seruare voluisset: nã quũ Byzãtiũ omni re frumẽtaria a prędidiariis
militibus consumpta, obsideret, cerneretq; ciues suos inedia cõsumptũ iri, operã dedisse vt oĩm Anaxilai
fortuna incolumi, ꝓsenti ꝑlio sui defungerenť ciues, Lacedæmonioꝝ exẽplũ secutus, qbus semp adagium.
maximę curæ fuit, quacũq; ratione liceret, ciuitatem seruare. Quo tẽpestiuo adagio omnis inui
dia, quę ex ea ꝓditione adhuc reliqua erat, est ab Anaxilao discussa. Sub vernũ huius anni tẽpus
Cyrus est a rege in ꝓuinciã missus q maritimo bello pęesset. Is vbi ad mare descẽdit petiit a Phar-
nabazo sibi Atheniẽsiũ legatos dari, q apud illũ aliquãdiu fuerãt, vt ꝑ eũ in Persidẽ ad Darium
regẽ irẽt, aut si nollet tradere cõtinuo missos faceret, nã post foedus cũ Pharnabazo ictum, Athe
niẽsium & Argiuoꝝ legati in Bithyniã venerãt, vt inde ad regẽ tuto ꝓficiscerenť. Hos ne lega-
tionis noĩe rebus gerẽdis ꝓ exploratoribus adessent, inde ablegare Pharnabazus est iussus, q per
Aribarzanẽ quẽdã i Chiũ Mysię deducti, in tutũ retro abierunt. Alcibiades post Byzantiũ rece
ptũ in Atticã cũ viginti nauibus ꝓfectus est, captiuos plurimos habẽs, & spoliis hostiũ classem
magnifice instruxit, in qbus supra ducẽta captiuarũ nauiũ rostra fuisse dicunť. Habuisse tradi-
tur & Chrysogonũ quẽdã in naui, modulatorẽ ea tẽpestate egregiũ, ad cuius concẽtũ nautę re
morũ pulsum coaptare iussi, suauẽ quãdã harmonię speciẽ repsentabant. Duris Samius purpu-
reis velis ꝑtoriã nauẽ Pyreũ Athenarũ portũ ingressam memorię ꝓdidit: Xenophon quẽ sequi- Alcibiadis
mur, nihil hoꝝ meminit, neq; Theopõp⁹, neq; Ephor⁹, vt Plutarch⁹ scribit, q hęc ipsa parũ vero in patriam
similia arbitrať. Portũ itaq; ingressus, nõ pri⁹ i terrã descẽdit, q̃ Euryptolemũ & familiariũ ali- reditus.
os sibi adesse cõspicatus est. Tota iterum ciuitas, vidẽdi hominis studio ad portũ effusa est, oĩm

Atheñ. studiũ in Alcibiadem. ille oculos, tot casib⁹ iactat⁹, multisq; victoriis clar⁹ ĩ se verterat. Cũcti illũ ĩtueri, studio cõplecti, osculaq; & dexterã iũgere cupiebãt. Senes q̃ p̃ nimia frequẽtia eũ tãgere nõ poterãt, ꝑcul stãtes, minorib⁹ natu euntẽ ostẽdere, manare pr̨ nimio affectu iiituẽtib⁹ lachrym̨ palã ꝑdicãtibus illũ ĩimicoꝝ ĩuidia pulsum, rẽ ciuitati calamitosam, q̃ si gerẽdis reb⁹ Siculo bello ĩterfuisset, vix dira illa clades fuisset ad Syracusas accepta. Esse id argumẽto, q̃ rẽ Atticã, iã maris impio pene spoliatã, ĩ pristinã fortunã sua virtute restituisset. H̨c vulgo iactari. Ipse ĩgẽti multitudĩe stipatus, in forũ venit: vbi pauca de suo exilio ꝓ concione questus, oĩa q̃ extorris ꝑpessus esset, in fatũ & fortunã suã reiiciẽs, de reb⁹ a se gestis, deq; vniuerso ꝓuĩcį statu, accuratissime disseruit. Tanto oĩm assensu audit⁹ est, tãtoq; ciuiũ fauore, vt cõtinuo sit ei, rerũ oĩm terra mariq; gerendarũ, ptãs & impiũ decretũ, oĩb⁹ pri⁹ bonis restitutis, dirisq; ĩpcatiõib⁹, qb⁹ absens deuot⁹ fuerat, sublatis. Auxit illi⁹ phamã q̃ mysterioꝝ põpã, post Deceleã a Lacedæmoniis occupatã, ad Eleusim mitti desitã, ante ipsas hostiũ statiões ĩcolumi ciuitate traduxit. Id quũ aliis, tũ ipsi Duci, adeo pr̨clarũ facinus est visum, vt iã inde iactare auderet, ductare se exercitũ inuictũ. Nec ita multo post quũ magnus ad eũ inopũ fieret concursus, velut ab eo genere hominũ, ad rẽpu. occupandã inuitaret, cœpit eius lõgior mora vulgo suspecta esse: quare ꝓ magno negocio hoĩes aduers̨ factionis habuerũt, efficere vt instructa classe cõtinuo in ꝓuinciã ablegaret. Cũ cẽtũ igiť nauibus magnisq; copiis Athenis ꝓfect⁹, Andrũ prĩo applicuit, ibiq; Lacedemoniis, q̃ p̃sidio loci erãt, pr̨lio victis, in Samũ traiecit.

Alcibiadi decernitur imperiũ.

Digressus Alcibiadis. Lysander Lacedemonius. Festinatus ex Andro digressus suspectiorẽ adhuc reddidit Alcibiadis fidẽ, velut cõsulto Andrum expugnare noluisset. Miserãt interea Lacedemonii Lysandrũ Aristocliti filiũ, cũ impio classis, in Ioniã, q̃ ex Rhodo quo primũ appulit, in Con ĩsulã cũ septuaginta nauib⁹ traiecit, & mox inde Miletũ classem adduxit, ex Mileto Sardis ad Cyrum cõtẽdit, cum quo multa de belli rõne locut⁹, Thissaphernis segnitiẽ incusare, Cyri prõptitudinẽ affirmãs per utilẽ bello futurã, nihil vereri se, fore, vt si large stipẽdiũ classi ꝑsolueref, breui cum hoste debellaref. Tũ ibi Cyr⁹ se cũ q̃ngẽtis ĩ ꝓuinciã talẽtis venisse dixit, verũ paratũ eẽ se, qñ ita a patre iussus eẽt id facere, vel regiã sedẽ, q̃ ex auro cõstaret & argẽto, si op⁹ esset, ĩ vsum belli cõflare.

Cyri studiũ in re bellica. Hic l̨tus Lysander, stipẽdioq; in mẽsem vnũ accepto, ad mare reuersus, nonaginta nauib⁹ ad Ephesum subductis, tãdiu ibi eẽ statuit, donec tota classis ad bellũ habilior fieret. Interim Alcibiades stipẽdii inopia in Cariã ꝓficiscif, Antiocho quodã rei maritim̨ nõ impito, cũ nauibus ad Notium relicto, quẽ idẽtidẽ monuit, ne se absente ad hostẽ nauigaret: ille vt sunt hominũ quorũdã ingenia ad cõtumaciã prona, velut id facere esset iussus, cũ duabus triremibus ad ipsas vsq; proras nauiũ q̃ in Ephesino portu stabãt, inuect⁹, cõuicio hostẽ irritare, quẽ in altũ abeuntẽ Lysander cũ aliquot est nauib⁹ insecut⁹, reliquã Atheniẽsiũ classem succurrere festinãtẽ, sine ĩperio, sine cõsilio temere ꝓgressam, apto mari excipit, exceptã ac p̃lio ꝓfligatã, q̃ndecim ex ea naues, cum totis turmis, oppssit.

XV. Atheñ. naues Lysander opprimit. Alcibiades nũciis accept̨ cladis excitus, celeri cursu Samũ venit, quo naues ĩ altũ disiect̨ velut ĩ pacatũ cõcesserãt. ĩde abolẽd̨ ignominį cupid⁹ cũ tota classe Ephesũ ꝓfect⁹ ĩ cõspectu hostiũ naues in ꝓcinctu habuit, nullã pugn̨ morã factur⁹, si pugnãdi copia ab hostib⁹ facta eẽt. Lysander rat⁹ fortunã, cum ꝓspera sit, nõ esse multis casib⁹ fatigãdã, recẽti victoria cõtẽt⁹, q̃a numero nauiũ aliquãto esset hostib⁹ ĩferior, certamine abstinuit. Nec ita multis interiectis dieb⁹, Thrasybul⁹ Thrasonis fili⁹ vir domi æque ac militį clar⁹, c̨teꝝ Alcibiadi infest⁹ Athenas reuersus, ducẽ ipm ad pplm criminari, Ephesin̨ cladis culpã in eũ referẽs, q̃ hoĩ temerario & impito, cũ tot iterim p̃clari adessent viri, moderãdã classem reliq̃sset, ipseq; exigẽd̨ pecunį p̃textu, ĩ Cariã cõcessisset, vt cũ pallacib⁹ quas ĩ ea terra plurimas haberet, libidinẽ & ocia, velut pacato reipu. statu mollissim⁹ ĩpator ageret. Corruptũ eẽ exercitũ ducis exẽplo, actumq; de republica nisi cõtinuo illi succederet. Multitudo his criminib⁹ accẽsa, Alcibiadi absenti imperiũ abrogauit, ducib⁹ q̃ Sami erãt, tãdiu classem administrare iussis, quoad nouus impator in ꝓuinciã mitteref.

Abrogatur Alcibiadi imperium. Alcibiades timẽs sibi in ordinẽ redacto, cum iis nauib⁹, militibusq;, quos seorsum a publicis rõnib⁹ alebat, in Chersonnesum abiit. Xenophon vnã habuisse triremẽ scribit. ibi vrbes q̃ sine rege essent, ex ꝓxĩo ĩfestãs, multiplici p̃da militẽ ditauit. Atheniẽses impio Alcibiadi adẽpto, Cononẽ cum vigiti nauib⁹ in supplemẽtum classis, cuius imperiũ obtineret, Samũ miserũt. Isq; tum circa Ioniã erat rerum status. Carthaginẽses interea, q̃ ĩ Sicilia erãt, Agrigẽtinos fame domitos ad deditionẽ cõpulerunt. Eratq; hic quartus & vigesimus Peloponnesiaci belli annus quo Callicratidas Lysandro est successor datus. Huic veniẽti Lysander dixisse ferť, se classem ei ita instructã tradere, vt maris impiũ in Lacedemonioꝝ potestate esset. Cuius inani iactãtia Callicratidas offensus, r̃ndit: vt sibi ad sinistrã Sami circũageret classem, fore, vt si maris imperium

in suis manibꝰ eēt, hostes metu pssi, nihil ex sua statiōe mouerēt, Tū ille naues ingt nō meo Cal-
licratida verū sub tuo sunt impio: ac tātū effatus in Pelopōnesum abiit. Nec tātū hoc Lysandro
signū maleuoli apparuit īgenii, sed qcqd etiā argēti ī stipēdiū classis a Cyro accepti superat, Sar
dis ad eū remisit, ne Callicratidas eo postea vti posset, quo ille ab initio coactꝰ est ī Lydiā ire, vt
a Cyro pecuniā peteret. Fertit ad illiꝰ ianuā stātē petiisse regii iuuenis colloqū, cui quū diceret, nō
eē potāri Cyro ociū audire quēpiā, tū secū Callicratidas, hō excelso aīo, inique ferēs regiū fastū, Callicrati-
multa iis mala īprecatꝰ dicit, q Persicis opibꝰ allecti, tā turpiter Greciā, societatis specie, Barba- dę cōsiliū.
ris, apd quos nihil boni pter aurū eēt, irridēdā obiecissent, deos testatꝰ q̄primū Spartā venisset
enixe operā daturū se, vt Greci ī pristinā gratiā redirēt, vt pperuo terrori Barbaris essent. Atq
ita Cyri cōgressu sępiꝰ frustra petito, sine pecunia ad naues redit, Lacedęmonē missis q īde pecu
niā ī stipēdiū peterēt. Ipse Milesios p cōciōe hortatꝰ est, vt tātisp dū ex Pelopōneso stipēdiū mit-
teret, vellēt argētū in psentē vsū cōferre, pstiterūt id Milesii haud grauate, atq ita Callicratidas
stipēdio classiariis reddito, cū cētū & quadragita nauibꝰ, tā eā validā classem ille post suū in p-
uiciā accessum cōflauerat, ī Lesbū cōcessit: ibi Metymnā, q̄ Atheniēsiū psidio tenebat, quum ad
volūtariā deditionē cōpellere nequisset, vi adortus expugnauit, expugnatā militibꝰ diripiēdam
dedit. Metymneis libertatē restituit, atq eodē die Cononē Atticę classis ducē auxilio venientē, Conon a La
alto mari fugatū, in Mitylenen cōpulit. Cęterū Lesbiis hortātibꝰ, ante portū iterū cōfligere au- cedæ. vicit.
sus, triginta vacuis nauibus amissis (nā turmę in pximū littus euaserāt) iterū victus, se cū reli-
qua pte nauiū, trepide in vrbē recepit. qbus in turū subductis, ne ab hostibus abstraheretur, vr-
bē summa ope tueri parat. Callicratidas portū numerosa classe īsidet, Cononē obsidione fatiga-
turus, inde alio ex Chio accersito exercitu, terra mariq Atticū hostē oppugnat. Conon magni
tudine piculi motus, haud ignarus obsidionē diu sustineri non posse, quū vnde tātā vim hoim Conō obsi-
aleret, vrbs vna non haberet: ne igit cū tota classe ī hostiū potestatē veniret, duas occulte trire- dione cingi-
mes, lectissimo remigio, instruit. Hę circa meridiē, p hostiū stationē, remis & velo celerrime prae- tur,
teruectę, hostibus frustra tumultuātibus, in apertū euasere. Tū q in anchoris stabāt, oras repen-
te abrūpunt, cursuq celerrimo Atticas secutę naues, illę excōposito diuersę inuicē abiuerant, in
pelagus vna, altera Hellespontū versus, quę altū tenuerat, sub occasum solis ab insequētibus ca
pta est. Altera ex Chersonneso, quo fuga delata est ī Atticā cladis & obsidiōis nūcia puenit. Ibi
Atheniēses īuicto aīo, classem oī publica & priuata ope cōparāt: delectū habēt ex oī ętate & for
tuna, adeoq oīa mature acta, vt triginta dierū spatio, centū & decē trittemes ad bellū pcesserint.
Cęterū dū mature hęc oīa expediunt, Diomedon ex Atticis ducibꝰ vnus, cū. XII. nauibus Co-
noni, siqua posset, opē laturus, in cōspectū hostiū venit. in quē parte nauiū a Callicratida celeri-
ter īmissa, decē Atticę ī hostiū potestatē venere, duabus cū ipso duce ęgerrime dilapsis. Coiue-
rāt interea circa Samū ad naues. XL. quo cōtigit, vt classe iam ex Attica appulsa, cōtinuo sit in
hostes itū. Callicratidas audito Atheniēsiū accessu qnquagita nauibꝰ cū Eteonico ad obsidio-
nē relictis, ad Maleam pmontoriū Mitylene pximū, cū. C.XX. nauiū classe concessit. Ita euenit,
vt eodē die Atheniēses ex Samo ad Argynussas venerit. Sūt Argynussę ante Lesbū ī Maleę cō- Argynussę.
spectu. inde dux Lacon ītuitus sub noctē ignes, factusq certior hostiū eos esse, irruisset eadē no-
cte ī Atticā classem, nisi pluuia & tonitruis, strepēte cælo, velut pdigio quodā absterritus absti-
nuisset. Vbi vero primū illuxit, acie dimicaturꝰ Argynussas ire cōtēdit. Atheniēses hostes īui-
ci exaduerso statim erigūt aciē. Aristocrates cū. XV. nauibꝰ ad lęuā pibat, succedere illi Diome
don pari numero, Diomedōti Pericles hęrebat. Erātq ī his quas Pericles agebat Samarię & alię
auxiliares naues. Dextrū cornu Protomachꝰ princeps pcurabat, post illū Trasylus, post Trasy-
lū Lysias, mox Aristogones, nihilq ī his ordine aut numero variatum. Callicratidas dexter inue
ctus, ab Hermone Megarēsi, cum quo classem gubernabat, monitus, vt sine plio abscederet, quā- Callicrati-
do maior oīno classis esset Attica, q̄ Laconica (erant Atheniensium naues. CL.) respōdisse dicit. dę responsū
Spartā, se cadēte, nihilo deteriorē futurā, at fugere sibi turpissimum esse. Pugnatum ab initio est & mors.
cōserto vtrinq agmine: mox sparsim singulę singulis pluresve consertæ, prælium acriter ciete:
Callicratidas naui excussus mediis fluctibus occubuit. Periit & Protomachus, aliiq plures viri
illustres. Nec Lacedęmoniis sociisq, amisso duce, diu acies māsit incolumis, quin eo cadēte cōfe- Lacedæ. ad
stim fuga secuta est, totaq classis fœde disiecta, fugiētium quidā in Chium cōtēderunt cursum: Argynus-
alii in Phocęā sunt fuga delati. Naues circiter. LXX. in Atheniensium potestatē venere. Habe- sas vincūt.
bāt in aīo Attici duces, hostes, q ex acie fugerāt, cū pte nauium insectari, reliqua classe ad Theo-
gnicum, q circa Mitylenē sedebat, opprimēdum relicta, sed vētus cum tēpestate ortus luitus tam

diu Argynussis tenuit,quoad Theonicus,suorũ clade audita,suppꝛesso tãtisper nũcio,donec classem in Chiũ misisset,ipse in littus exiẽs,terrestri itinere,cũ iis copiis,q̃ circa vrbẽ sedebãt,incensis castris Metymnã decessit.Conon sub ipm̃ hostiũ digressum,deductis repẽte nauibus,suis obuiã ꝓficiscit̃.ibi mutua duces gratulatione iũcti,Metymnã primo nauigant,inde in Chium,vbi quũ nihil oĩno agi potuisset in Samũ victrix est classis reducta.Theonicus & q̃ in Lesbo erãt,famẽ & alia incõmoda ꝑpessi in Chio hyemarũt,qb⁹ hibernis annus qnt⁹ belli Pelopõnesiaci ac vigesimus est pactus. Sub initiũ veris ex Chio Pelopõnẽses & socii Ephesum petierunt,vnde Lacedæmonẽ missi sunt,q̃ noĩatim Lysandrũ classis ducẽ poscerẽt. Miserat & Cyrus,q̃ hoc ipm̃ Lacedęmoniis imparet. Negare qdã eũ mitti debere,versutũ hoĩs ĩgeniũ, & supra q̃ dici posset ambitiosum auersati.Obtinuerũt tñ viri eius factionis,vt legati noĩe cũ impio ad exercitũ mitteretur.

Lysander.

Erat Lysander callido,vt fert̃,varioq́ ingenio:qppe q̃ ab Hercule oriũdus quũ ei diceret̃,progeniẽ Herculis res magnas vt authorẽ generis virtute nõ fraude obire oportere:ita occurrere sit solitus,esse sibi,ne leonis pellẽ vt Hercules sẽp attingeret,vulpinã insuẽdã.dicere pręterea pueros astragalis,viros iureiurãdo fallere.Vbi itaq́ Ephesum venit,Theonicũ in Chium misit,vt qcqd suarũ nauiũ ibi esset,aut sociorũ alibi ad bellũ instrueret̃.Ipse ĩterea Sardis ad Cyrũ ꝓficiscit̃.Cui veniẽti Barbarus nouũ impꝛiũ familiariter gratulatus,nõ solũ stipẽdiũ,ĩ ipsi⁹ gratiã,se benigne soluturũ pollicet̃,sed si pecuniæ desint aureũ se soliũ dissecturũ,ne qd ad rem mature gerẽdã ipsi duci deesset.

Cyrus.

Hic est Cyrus ille,cuius institutionẽ Xenophon,quẽ in Pelopõnesiaca historia post Thucydidẽ secuti sumus,pluribus est libris complexus:qui vt artiori fœdere Dariũ Lacedæmoniis & Lysandro iũgeret,in Persidẽ ꝓfectus est. Lysander q̃ iam antea ad exercitũ redierat,ex Caria in Ceraunũ sinũ:& inde Rhodũ ꝓgressus est. Atheniẽses interim ex Samo ĩ Chiũ traiecere,ex Chio Ephesum delati,hostiũ fines late populati sunt. Nec ita multis

Lampsacus vrbs.

Egos fluuius.

interiectis diebus,Lysander ex Rhodo in Hellespõtũ reuersus,Lampsacũ vrbẽ Atheniensiũ sociã subito accessu expugnauit,ac diripuit.Erãt tũc Atheniẽses in Eleunte cũ nauibus paulo minus ducẽtis:huc Lampsacenę cladis nũcio trepide allato,cõtinuo ad Egos amnẽ classem ꝓmouere. Est is Thraciæ fluuius,haud procul Lampsaco in Hellespõtũ decurrẽs.Inde ꝓfecti in conspectu hostiũ postridie classem in ꝓcinctu habuerũt,de summa rei dimicaturi si pugnę copia facta eẽt,aut vt timoris cõfessionẽ exprimerẽt hostib⁹,si certamẽ detrectarẽt. Lysander cõsulto se in portu tenuit nullã bene gerẽdę rei occasionẽ ꝓ̃termissurus.Tydeus Menander & Adimãthus,quorum erat classis imperiũ,ad Egos stationẽ reuersi,loco,neq́ a maris iactatione,neq́ ab hostiũ incursu satis tuto,ad terrestrẽ frumẽtationẽ minime idoneo,se tenebãt. Eã ducũ inscitiã ægre ferens Alcibiades,qui in Chersonneso erat,siue imperatorię disciplinę ostẽtãdę gratia,siue quod similius vero est,charitate patrię adductus,terrestri itinere ad naues venit:vbi periculo qd̃ vndiq́ instabat ducibus demõstrato,hortatus est vt cõtinuo inde digressi Sestũ concederent,fore,vt nõ minus opportuno loco sederẽt,oĩbus hostiũ motibus occursuri & ab omni maris iniuria hostiliq́ incursu tutiore.Hic siue duces Alcibiadis fidẽ suspectã haberẽt,siue q́ nollẽt videri ĩperãdi peritia illi cedere,eũ cõuicio & minis exceptũ,castris eiiciunt.Fuit siue stultitia ducũ illa,siue pertinacia,nõ ipsis sed patrię exitio.

Alcibiadis officiũ circa suos.

Enimuero paucis interiectis diebus,Lysander vbi satis exploratũ habuit,solute & sine impio Atheniẽses ex castris,q̃ in ripa fluminis fecerant,in terrã dilabi,facto in Atticã classem ex improuiso ĩpetu,sine difficili vllo certamine,totã ferme classem,triaq́ hominũ milia & amplius,oppressit.Cætera multitudo,quo suus quęq́ ĩpetus tulit,in mediterranea loca,cũ consternatione & pauore dilapsa est.Conon media trepidatione dilapsus,vbi res porro ꝑditas vidit,cũ octo nauibus in Cyprum ad Euagorã aufugit,incertũ,cõscientia rei male gestę,an q̃a de salute patrię desperasset.

Athen. classis ad Egos deletur.

Paralos.

Paralos nauis Athenas acceptæ cladis nuncia festinauit. Vtebant̃ eo nauigii genere Atheniẽses,ad reos ex ꝓuincia in vrbẽ deportãdos. Ipsa Pyreum noctu ingressa,tãtã attulit trepidationẽ,vt ex portu ꝑ longos muros clamore & fletu hominũ,id stationatim nũciãtiũ,funestę cladis nuncius sit in vrbẽ ꝓlatus,tũ cõploratio passim orta,omnis sexus & ætatis multitudinẽ in publicũ traxit:ibi ꝑ noctẽ nihil a fletu & lamentatione cessatum. Nec tãtũ dolor corũ,q̃ amissi erãt,quãtũ patrię periculũ aĩos incessere. Actũ de impio,actũ de libertate affirmabãt.Nihil ãplius supesse,qd̃ spem ciuitatis aleret,nõ classis,nõ exercitus,nõ militaris ętas,nõ pecunię,oĩa vno tp̃e fortunã ademisse,obsidionẽ,famem,atq́ omnia mala,q̃ victis & obsessis adeũda sunt,sibi ante oculos ꝓponere.Nulli dubiũ erat hostẽ haud multo post affuturũ,qui expugnata vrbe in omnem sexũ & ætatem,sine discrimine sæuiret,muros disturbaret,Atticũ nomen deleret.Hęc illi medio dolore augurari.Nec cura interea exciderat custodiendę

vrbis, stationes in muris & circa portas disponūt: aliaq; p̄sidia studio parabant, ne ad primū hostiū accessum, prędę forent. Vulgo arbitrari Lysandrū cū victrici classe affuturū, nec eos opinio fefellit. Enimuero Lacon dux Theopompo Milesio Lacedæmonē misso, qui nūciaret victoriam, cū CC. rostratis nauibus ex Lampsaco p̄fectus, in Lesbū primo contendit: ibiq; Mitylenis receptis Theonicū cū decē nauibus ad recipiendas vrbes, quę in fide Atheniēsiū adhuc erāt, in Thraciā mittit: ipse receptis oībus insulis & vrbibus Ægei & Ionię orę, quę Atheniēsiū fuerāt, præter Samū, cū vniuersa classe in Atticā delatus, Pyreū insedit. Eodē tpe terrestres Lacedemonioꝝ copiæ & socioꝝ ad vrbē admote, circa Academiā castra muniūt. Tū demū Atheniēses vrbe terra mariq; obsessa, quū neq; suis opib⁹ stare possent āplius, neq; alienis iuuarētur, spem illā humanarū rerū p̄petuā comitē, quā tot annis, tot aduersis casib⁹ p̄tinaciter aluerāt, quādo vltima cogeret necessitas abiecerūt: ratiq; vnū ad salutē cōsiliū superesse, si quū imperare nō possent, melioribus parerent: primo experiendum putarunt, an honestis vllis cōditionibus bellum soluere daretur, vt maris imperio relicto ipsi Lacedæmonioꝝ socii fierent, Pyreaq; tātum haberēt. Legati qui ad hoc in castra venerant, ab Agide Lacedæmonem sunt ire iussi: inde cum multa indignitate ab Ephoris sunt in castra, & ex castris, infecta re, in vrbem dimissi. Pertulerunt inde Athenien. aliquādiu obsidionem. Mox vbi, commeatu rerum omniūq; copia deficiēte, multitudo famē haud ferre potuit amplius, multi enim inedia absumebātur, decem legatos & in his Theramenem ad Agidem mittunt: his pacis, quibuscūq; conditionibus, componendę permissa facultas. Hi Lacedæmonem iterum ire iussi, vbi quæ mandata publice haberent auditum est, frequenti sociorum conuentu, quibus legibus accipiendi Athenienses essent, est consultari cœptū. Corinthiis, Thebanis & aliis sociorū censentibus delendas Athenas esse, passuros se id negare Lacedæmonii, vt alterum Gręciæ lumen suo ductu extingueretur, indignū prędicātes eum populum exitio dare, aut seruitio adigere, qui in magnis Græciæ periculis, princeps in tuenda communi libertate fuisset. Mitius itaq; agere placuit, hisq; conditionibus de pace actū, vt duodecim naues nec amplius Athenienses haberēt, lōgos muros a portu ad vrbem diruerent, exulesq; & trāsfugas Lacedæmoniis & sociis redderent, toto maris imperio abstinerent. His legibus bellum soluere humanius Lacedæmoniis visum est, q̄ Barbaros mores imitari, qui omnem victoriæ fructū in vltione & sæuitia reponunt. Legatos Athenas redeuntes multitudo fame confecta, ad portas sciscitabūda excipit. Iam nihil magis animi optabant q̄ pacem, eā quæcūq; data esset, pro magno munere amplexuri. Theramenes populo in publicū vocato, quibus ipse & collegæ cōditionibus pacem transegissent, pro cōcione exponit. Ibi vero, nō quia animo grata pax esset, sed ꝙ omnino necessaria, recepta est. Ac tum demū Athenienses maris imperio cesserunt anno, ex quo rerum potiti fuerant, duo (vt Alicarnasseus Dionysius colligit) deseptuagesimo, qui septimus ac vigesimus Pelopōnesiaci belli fuit. Lysander receptis transfugis, murisq; ad tybiarū cātū dirutis, naues oēs pręter duodecim Atheniēsibus ademit, fuitq; populo author, vt triginta sibi deligerēt, qui ciuitatē administrarent, q̄d vt facerent, in ipsis condicionibus pacis diserte scriptū, Trogus & Plutarchus significare videtur. Xenophon postea id factū tradidit. Cęterum qui vrbi prælati sunt, tribus Satellitum milibus ad corporū custodiā delectis, ex confesso non multo post tyrannidem exercuere. Sed quum iidem cernerent se viuo Alcibiade, diu stare non posse, cum Lacedęmoniis egerunt, vt ad Pharnabazū scriberēt, res Gręciæ nunq̄ quieturas, nisi Alcibiades e medio tolleretur. Ille vero vbi Atheniensiū opes fractas vidit, ex Thracia in Persidem ire ad regem statuit, suū eo accessum haud minus regi gratū fore arbitrat⁹, q̄ Themistoclis olim fuisset Xerxi. Thraces impetu in eū abeuntē facto (erat em̄ phama magnū auri pōdus secū ferre) oīa rapiūt: quib⁹ amissis, ægre Barbaroꝝ manus effugit. A Pharnabazo igit̄ hospitaliter acceptus, tā diū apud eū in Phrygia fuit, donec ille publicis Lacedæmoniorum & Lysandri literis, qui iam in Ioniam redierat, ad eius necem impulsus est. Missi qui virū ipsum interficerent, Mageus & Susani tres & cum his speculatorum manus. Erat tū forte Alcibiades apud Timandram scortum: sed tāta de virtute hominis erat opinio, vt ii, quibus cędes demādata erat, haud ferro sint ausi domum, in qua erat, inuadere. Subiecto itaq; prius igne, oēs circa ædes viasq; armis insederant. Tum ille subita re cōsternatus, facto vestiū globo, in subiectū ignē desiliuit. Inde per Barbaros stricto gladio vadens, nō nihil se ferro tutatus est. Postremo multis speculis confixus, seminudus vt erat, concidit. talisq; fuit Alcibiadis exitus, viri ingenio facili, & ad hominū gratiam sibi conciliandam magis q̄ retinēdam, comparato, eoq; tam vario, vt Cameleontis naturā habere diceretur, q̄d animal in omnes colores præterq̄ in albedinē transfigurari creditur, tāta interdum facilita-

Lacedæ. successus.

Athen. pacem orant.

Leges Athen. datę.

Q̄diu rerū potiti sunt Athen.

Alcibiadis interitus.

Cameleōtis color.

te vsus,vt eã comitẽ habere vulgo ƿdicaret:natura ƿterea ambitiosa,& quę a flagitio & scelere haud abhorreret.Ferũt Thimonẽ Atheniẽsem,q in humani est generis odiũ euectus, huic puero ex occursu blãdiri solitũ:rogatusq́ aliqñ,cur tam blãde vnũ exciperet,quũ oĩm alioqui commerciũ fugeret,respondisse dicit,cernere se futurũ,vt quũ primũ ille p ætatẽ adoleuisset,ciuitatis statũ haud dubie euerteret,esseq́ ob eã rẽ sibi nõ iniucũdũ.Lysander,reb⁹ circa Athenas cõstitutis,in Ioniã reuersus,ne qd reliquũ faceret Samũ classem admouit. Samii,Athenis subactis quũ nihil aĩo occurreret vnde auxiliũ sperare possent,cũ Lysandro pacti sunt,vt cũ singulis vestimẽtis liceret oppido & insula incolumes abire,qbus libere missis,vrbs direpta est,atq́ ita ciuibus & fortunis spoliata,nobilibus,q in exiliũ fuerãt acti,est ab Lysandro restituta. Ipse suorũ phama & impio ƿpagato,quũ vbiq́ oĩa pacata essent,tota Ionię ora cũ Thracia & Hellespõto, enauigata,Æginẽsibus ad hec, Meliis & Sycioniis in suas sedes restitutis,q Atheniensiũ iniuria eiecti ad id tẽpus extorres fuerãt,iterũ Athenas reuersus est,ac tũ demũ muros ab eo dirutos q dã ƿdiderũt,nauesq́ Atheniẽsibus adẽptas. Ex Athenis Lacedæmonẽ ƿfectus,ornamẽta captarũ nauiũ,& aureas coronas, aliaq́ amplissima munera, quæ a ciuitatibus & insulis victor dono acceperat,prę se tulit,pecuniã ad id ingentẽ. Xenophon quadringẽta septuaginta argenti talenta fuisse prodidit.Plutarchus author est,ante suum reditum,per Gylippum qui in Sicilia paucis ante annis Athenienses vicerat:domũ ab Lysandro missam,qui sacculos haud resignare ausus ne confusis signis manifesti peculatus conuinceretur,latera diffuit,atq́ ex singulis parte aliqua adẽpta,multa diligẽtia resarsit.Id furtũ pręter chirographũ,quo significabatur quãtũ pecuniarũ in singulis esset,serui quoq́ indicio est proditũ.Prędicabat ille flagitii cõscius sub herili tecto plurimas noctuas cubare:siquidem Athenienses per id tempus noctuę figura pecuniã obsignabant.ob id credo,quia id volucre Mineruæ esset sacrũ. Constituit sibi sceleris cõscius Gylippus voluntarium exilium.Difficilis inde consultatio tenuit,an argentum illud in vrbem admitteretur,indignãtibus multis,veterem solui disciplinam,quũ ad id tempus ferreo esset nũmo Spartiatarum ciuitas vsa.qd vetus nec tãtum Laconicum Plutarchus credidit,quoniã plęriq́ mortales ferreis ab initio vericulis vterent.i.obelis,qui Oboli postea mutata litera sint nuncupati. Lysandri amicis annitentibus pecunia publice recepta est,capitaliq́ lege cautum,si quis aurum argẽtũve priuato possideret. Lysandro ob res in bello ƿclare gestas certatim Græciæ vrbes exquisitissimos honores decreuere,a quibusdã arę illi,vt deo cuidã erectę,qd Græcorum nulli antea cõtigerat,vt Duris memoriæ prodidit,Pęana eidẽ decantantibus.Ipse vt res a se gestæ literarũ monumẽtis cõplexæ,ad posteros manarent,Chærilum poetã penes se,omnibus suis expeditionibus habuit. Scripserunt certatim & Antimachus Colophonius & Niceratus Heracleotes Lysandria poemata:etsi Antimachus suũ postea carmen deleuit,Lysandro iratus,q Niceratũ quem æmulabatur aurea corona donasset.Fuit Lysander,vt de eius moribus,hoc quoq́ loco dicam,ingenio ambitioso admodum & iracundo,superbia supra q̃ ab homine,in libera ciuitate nato,ferri posset,quo recte Lacedęmonius Etheocles dixisse creditus est,bene actũ cũ terra Gręcia,q duos Lysandros nõ genuisset. Theophrastus de Alcibiade hoc ipsum ab Archestrato dictum memorię prodidit.Successu igitur gestarũq́ rerum magnitudine elatus,quũ rem Spartanam foris crudeliter & auare in socios administraret,a Pharnabazo regis præfecto,cui iniurius esse cœperat,ad Ephoros est per literas accusat⁹.Erat ille ex omnibus regiis ƿfectis pręcipuo Lacedæmoniis studio & charitate coniunctus. Miserũt Ephori Lysandro Scytalam,qua iussus est Lacedæmonẽ venire.eo libelli genere Spartiatæ,quũ quid ad suos imperatores occultius scribi vellent vti consueuere.Duo ligna teretia æquis portionibus in hunc vsum adhibebãt.Pars altera apud magistratus in vrbe haberi.Reliquam ad bellum secum duces deferebant. Vbi vero arcanum aliquid significari oportuisset,tum chartam in lori speciem resectam,lignoq́ circũuolutam,ex transuerso notabant:ea postremo explicita,verba pene singula,literarũq́ figuræ plæręq́ confundebãtur,adeo vt nisi perq̃ simili fuisset ligno implicita,nulla legendi superesset facultas.Scytala Lysander accepta,vehemẽter sibi timere cœpit,habuitq́ pro magno negocio cũ Pharnabazo in colloquiũ venire,egitq́ cum eo,vt de se q̃ honorificẽtissime posset, ad magistratus scriberet.Pharnabazus versutum hominem versutia eludendum ratus,velut omniũ ignarus,haud grauate id se præstaturũ respondit,binisq́ literis in secreto scriptis,vnis ex Lysandri sentẽtia,alteris criminationũ plenis,priores illas Lysandro dat legendas,quibus receptis criminatorias occulte subiecit,easq́ prelectis obsignatas Lysandro domũ referẽdas dedit,nec ille prius se a Barbaro elusum cognouit,q̃ literę a se magistratib⁹ redditæ,publice recitatę sunt. Quũ

Thimonis præsagiũ.

Samos diripitur.

Gylippi peculatus.

Noctuæ Atheñ.

Obeli.
Vñ Oboli dicti.

Lysandri honores.

Chęrilus.

Lysandri mores.

Scytala qd sit.

I. diterę o- losę.

igitur ꝙ hæc ille iratos haberet Ephoros,nec reges multo placabiliores,per speciē voti,belli tpe
suscepti,ad Hammonē Iouē pfectus est.Interea Lacedæmonii ĩ insulis & vrbibus oĩa,q̃ ille tyrā
nice istituerat,mutāda cēsuerūt.Sed hęc aliquāto postea euenere.Cęterū eo anno quo Atheniē
ses impare desierūt,Darius rex vita decessit. Et Dionysius tyrānus principatu excidit. Fuit ille Dionysii
Hermocratis filiꝰ,illiꝰ credo q fuit Hermonis. Is vt Thucydides scribit,Siculo bello,sub id tps maioris
quo Nicias in Siciliā applicuit,copiarū est impator a Syracusanis declaratus.Plutarchus Her pater.
mocratis filiā ait Dionysio nupsisse,quę quū ille tyrānide nōdū stabilita,pricipatu excidisset,vt
proxime est significatū,frequēti inimicorꝫ coitu vexata,sibi manū itulit. Dionysius in regnū re
stitutus,gratia cū Pœnis bella ĩ Sicilia gessit, victusꝗ ingēti ꝑlio a Carthaginēsibꝰ, Imilchonis
ductu,Gelā & Camarinā amisit.Nec ita multo post Leōtini,q plures annos Syracusis fuerāt,ea
temporū nouitate vsi,ex vrbe occulte pfecti,in veterē patriā populariter remigrarunt.Sed quū
multa Imilcho ꝑlia ꝓspere in Sicilia fecisset,essetꝗ res punica in manifesto victoriæ cursu,tetra
vis morbi exercitū inuasit,ita vt breui oĩbus copiis pestilētia absumptis,ꝓ victo Pœnus impera
tor ex Sicilia aufugerit.Ipse Carthaginē veniēs,multo luctu & mœrore ciuitatis exceptus,cul
pā acceptę cladis ĩ deos retulit,q ꝓclarā Charthaginēsibꝰ victoriā ĩuidissent.Se vnū doloris sui
leuamen habere,ꝙ nulla ex teterrima illa strage,gloria ad hostē peruenisset, durū esse quoquo mō
vinci & affligi,sed a cœlestibus multo leuius,q̃ a mortalibus. Vbi igiť demū venit Imilcho,do Imilcho si
mesticis ostio exclusis,sibi mortē cōsciuit.Admonet me tātæ vrbis celebritas,quātæ Carthago bi mortem
postea fuit,vt punicarū rerū serie altius repetita,breuiter q̃ ante hæc tpa sint a Carthaginēsibus cōsciuit.
gesta,vnū in locū cōferā:eritꝗ eo breuior relatio,quo obscurior est earū rerū memoria,q a Car
thagine cōdita ad Dionysii ętatē pcessere. Cæterū de eius vrbis origine diuersa pte historiarū
lōgiorē traximus sermonē.Procedēte deinde tpe,variis discordiarū casibꝰ ciuitas agitata,quum
superuenisset domestico malo dira pestilētia,cruēta sacrorꝫ religione ꝓ remedio vsi, humanas im Dira sacrifi
molare hostias cœperūt.Pueri & infantes ꝓ victimis adhibebāť aris,q̃ ętas,vľ supbissimis hosti cādi rō apd
bus solet miserabilis videri.Eorū itaꝗ cruore veniā orabāt,ꝓ quorū salute cæterę mactabāťur Carthagi.
hostię.Teterrimos eius ciuitatis conatus,exterarumꝗ gētium primi Siculi excepere:qđ vno atꝗ
altero Rapsodię huius loco est a nobis in trāscursu memoratū.Machei ductu primo Pœni ĩ Si
ciliā traiecere,magnaꝗ ipsius insulę pte suis armis domita,fortuna,vt fit,medio victoriæ cursu
destituti,re male gesta,bellū in Sardiniā trāslatū est.Hic quoꝗ magno ꝑlio victi:nec parua exer
citus parte amissa,q cladi supfuere,cū ipso duce ob rē vtrobiꝗ male gestā,exules iudicati sunt. Macheus
Milites ea ignominia cōmoti,legatos Carthaginē mittūt,q conficerēt sibi reditū in patriā,ad cū exercitu
derent & minas,fore vt milites armati patriā repeterēt,si pacati phiberenť. Sed neꝗ ꝓcibus ve fit exul.
nia impetrata est,neꝗ minis.Tū milites ira accēsi,naues conscēdūt,Aphricaꝗ celeri cursu repe
tita Carthaginē obsidione cingūt,idētidē testati per se non stetisse,quin vt ciues,nō vt hostes in
patriā reuerterentur,breui fore vt ipsa ciuitas intelligeret, non sibi virtutem in bello,sed for
tunam defuisse.Tenuit īde aliquādiu obsidio illa,quo tempore Cartalo Machei ducis filius,ex
Tyro reuersus,quo publice fuerat missus,ad decimas Siciliēsis ꝑdę Herculi soluendas,quū pręter
ter castra iter faceret,a patre accersitus,publicę religionis munus dixit se obire malle,q̃ priuato
officio fungi.Tulit supbū filii respōsum Macheus iniquo animo,religionē tñ reueritus,vim illi
inferre nō est ausus. Nec ita multis interiectis diebus,Cartalo cōmeatu in castra magistratibus
impetrato,cū purpura & infulis cęteroꝗ sacerdotii ornatu ad patrē venit.Macheus filio ĩ secre
tiorē locū abducto,oportuit ne te inquit nefandissimū caput,cū huiusmodi insignibus ad exu
lem patrē,& in funesta castra venire mihi & militibus meis pręsentem fortunā exprobaturum! Machei fa
Verū quia tu nihil in patre pręter nomē exulis agnoscis:ego quoꝗ nō patrio affectu sed impe cinus in fi
ratoria & hostili vi te exceptū vlciscar,vt sis cæteris mortalibus documento,ne quis postea mi lium.
seris parentibus,tam petulanter insultare audeat.Hæc ait:filiūꝗ in altam crucem cum ipsis in
signibus in conspectu ciuiū sustulit. Vrbe deinde vi potitus,belli necessitate pro concione excu
sata,multa de suo suorumꝗ militum ignominioso exilio questus,deꝗ suarum contemptu vi
ctoriarum,affectis iniuriæ authoribus supplicio,cæteris ciuibus se veniam dare pronunciauit.
Postremo affectati regni accusatus,debitas patriæ & filii manibus exoluit pœnas.Mago illi im Machei cę
perator successit,qui Pœnorum ducum primus militarem disciplinam instituit. Idem cū vires des.
ciuitatis bellandi studio & disciplina firmasset,duobus filiis Hasdrubale & Amilchare supersti Mago.
tibus,vita decessit.Hi paternæ virtutis æmuli,magno ciuitatis cōsensu,militare imperiū obti
nuere.His ducibus Sardinia bello repetita est,& aduersus Aphros,multorū annorum vectigal

pro solo vrbis repetẽtes nõ nihil bellatũ,postremo ĩde victoria stetit,vnde & causa melior,victi Carthaginẽses pecunię solutione nõ armis bellũ finiuere.Hasdrubal Sardoo bello ictꝰ graui vulnere periit,impio Amilchari fratri tradito,eius interitũ dictaturę vndecim, q̃tuor triũphi,quos ille gesserat,nobiliorẽ fecere.Siculi Carthaginẽsiũ opes,cũ ipso duce cõcidisse rati, Leonida Lacedęmonio ĩ ĩsulã accersito, bellũ Carthaginẽsibꝰ ĩtulerunt.Graue exin negociũ Pœnis ex Sicilia ortũ,variaq; victoria sępiꝰ dimicatũ:quo certamine Carthaginẽsibꝰ occupatis,Legati ab Dario Persarũ rege supuenerunt,edicto humanas hostias ĩmolare phibẽtes,& caninã carnẽ esitare quũ veteri ritu Carthaginẽses tã obscœno cibo vescerent.Edictũ etiã ne mortuoꝝ corpora cremarẽt,sed humi cõderẽt.Postulare & auxilia aduersus Gręcos,qbꝰ ille poulopost erat bellũ illaturꝰ,ĩ quo ornãdo vita defunctꝰ est:Xerxes eiꝰ filiꝰ postea ĩtulit. Negarũt regi auxilia Carthaginẽses ob Siculũ bellũ,quo erãt ĩplicitι,cętera iussa se facturos polliciti sunt, ne p oĩa cõtumaces viderẽt.Periit ĩterea Amilchar Siciliẽsi bello,tribꝰ filiis,Imilchone,Annone,& Gisgone relictis.Parẽ liberoꝝ numerũ Hasdrubal,q in Sardinia periit,extulerat,Hãnibalẽ,Hasdrubalẽ,& Sapho.Hoꝝ ductu & auspiciis res punica,domi forisq;,ĩde administrata est.Bellũ his ducibꝰ Mauritanię illatũ,& cũ Numidis aliq̃diu est armis disceptatũ. Aphri quoq; bello victi,cõpulsi sunt ĩ ppetuũ p patrio solo stipẽdiũ Carthaginẽsibꝰ remittere.Ciues ĩterea insignẽ ducum multitudinẽ pręsi,pśertim quũ penes vnã familiã,nõ armoꝝ solum,sed iudicioꝝ etiã potestas esset,suę libertatis admoniti,cẽtũ ex senatoꝝ numero creãt iudices,q a ducibꝰ bello reuersis,gestarũ rõnẽ exigerẽt,vt eo metu domesticas leges & iura respicerẽt,forisq; moderatiꝰ ĩpio vterẽt. Et Carthaginẽses ĩ hũc modũ suoꝝ impia cohibẽda arbitrati sunt. Imilcho ĩ Hasdrubalis patris locũ ad Siculũ bellum tpis ĩteruallo repetitũ,quũ iã Dionysiꝰ Syracusis Tyrãnidẽ obtineret,est missus.q rebꝰibi pclare gestis vniuersum exercitũ,vt supra est significatũ,pestilẽtia amisit:cuiꝰ acerbissimi casus affectu Carthaginẽ reuersus manum sibi ĩtulit.Dionysiꝰ igit Pœnis Sicilia pulsis, totiꝰ ĩsulę impio p ocium potitꝰ est:cęteꝝ ne florẽtissimꝰ exercitꝰ,quo ĩ domesticis bellis fuerat vsus,desidia & ocio corrumperet,copias ĩ Italiã freto traiecit:primoq; Gręcos adortꝰ est,q vrbes habebãt ĩ extrema Italiæ pte Siciliã versus:simulq; cęteros Gręcos late terrã Italiã ea tẽpestate incolẽtes destinat sibi hostes. Enimuero pter orã ad Ionium mare & Salẽtinum obuersam,q̃ ab ipo gẽtium ĩcolatu,magna est olim Gręcia dicta:iã oẽ Brutioꝝ littꝰ,Lucanię,Cãpanię,Latii, Hetrurię,citra vltraq; Apœnini iuga vsq; ad Adriã & Padum:addo Vmbriã,Sabiniã,aut soli Græci tenebãt,aut Barbaris pmixti Oenotrii.Aborigenes,Archei,Arcades,Epii, Chalcidenses Gręcę fuerunt gẽtes.Apparebat itaq; totã Italiã eo bello motum iri,qđ tum Dionysiꝰsua,vl'potẽtia,vel amẽtia potiꝰadductꝰ Gręcis ĩferebat. De cuiꝰeuẽtu priꝰ q̃ dicã,vna memorabilis inter magnę Gręcię pplos pugna,q̃ ętatẽ vnã & ãpliꝰ hęc tpa pcesserat,priꝰreferẽda est.Fuerãt olim Metapõtini Sybaritę & Crotoniatę cõi nolẽ,alios suę gẽtis pplos Italię finibꝰpellere adorti,Syrimq; vrbẽ ex hostibꝰ vi captã,quum forte diriperẽt,qnquagĩta iuuenes Mineruę simulachrum amplexos,sacerdotẽq; ipsiꝰdeę suis ornamẽtis velatum,ĩter sacras aras ĩpie pemerunt.Pestilẽtia inde Crotoniatę & Metapõtini aliq̃diu laborarunt,donec Delphico oraculo iussi sunt ĩterfectorũ manes ĩpmq; numẽ muneribꝰplacare.Ferunt Syrim vrbẽ Troianoꝝ oppidũ fuisse:idq; argumẽto adiiciunt,q; Pallas hic religiose coleret. Crotoniatę pestilẽtia defuncti,bellũ Locrẽsibꝰ inferũt,q Syrina obsidiõe hostibꝰsuppetias tulissent:quo metu Locrẽses territi,externis auxiliis opꝰ ẽe rati,a Lacedęmoniis,cũ qbꝰpacẽ iã antea pactã habebãt,supplices opẽ ĩplorãt.Spartiatę lõgĩ quã militiã detrectãtes,a Castore & Polluce iubẽt legatos auxiliũ ĩplorare:id omẽ Locrẽses secuti Castoꝝ tẽplũ ĩgressi,rẽ ibi diuinã faciũt,puluinariaq; ĩ naui ãbobꝰ cõponũt, velut ꝑpitiatos secũ veherẽt. Vbi vero domũ vẽtũ ẽ.XV.M.Locrẽsiũ,cũ Rheginoꝝ appẽdicibꝰ,aduersꝰ.CXX. Crotoniatũ milia,ad Sacrã fluuiũ cõgressa,nõ tã aliq̃ vicẽdi spe,q̃ certo moriẽdi cõsilio si vincere neq̃ssent,tãto aĩoꝝ ardore cõflixerũt,vt dũ honeste mori cupiũt,egregie vicerĩt:nec vlla ęque res,ac desparatio ꝑfuit ad victoriã.Fert Aq̃la Locrẽsiũ aciẽ q̃diu pugnatũ ẽ,circũuolasse:duoq; paludati iuuenes albis eqs sedẽtes,ab vtroq; cornu,p Locrẽsibꝰ dimicare visi, q parta victoria confestim euanuerit.Auxit admirationẽ rei huiꝰnũcii celeritas,q̃ tãta fuit,vt eodẽ die, quo in Italia pugnatũ ẽ,tã ĩsignis victorię phama Lacedęmonẽ,Corinthũ,& Athenas puenerit.Meminerunt miraculi huiꝰGręci & Latini authores.Diuq; geminæ aræ Castoris & Pollucis ĩ extrema fluminis ripa.gestę rei monumẽtũ durauere.Celebratũ ĩde ĩter Gręcos puerbiũ.Veriꝰ rebꝰ ad Sacram gestis.Nec post id tps vlla armoꝝ cura fuit Crotoniatis ãpliꝰ.Odisse vulgo qđ semel infeliciter mouerãt,abiissetq; breui vetꝰ illđ bellicę disciplinę studiũ ĩ ociũ & luxuriã,nisi haud multo post

Hasdrubal perit. Amilchar imperat. Darii mandata. Hannibal. Sapho. Centum iudices. Imilcho. Dionysii potentia. Magna Gręcia. Crotoniatę Metapõtini Syris. Castor. Pollux. Locrẽsium victoria. Celerrimus victorię nũcius. Adagium.

Pythagoras interuenisset,q̄ pfessiõe sapiẽtiæ,assiduis iuuenũ coetibꝰ philosophiã æmulantiũ
vrbẽ ĩ pristinã celebritatẽ & phamã restituit.Et Crotoniatarꝶ opes sic cõcidesꝛ,pari pene cele-
ritate,q̄ ipsi Sybaritarũ potẽtiã iã antea euerterãt.Fuit.n.Sybaris ab Achiuis cõdita,Crotõis
eũ origo alio qdẽ ẽ loco a nobis relata.Sybaritę vrbẽ ĩter Cratidẽ,&Sybaridẽ flumia habuesꝛ: Cratis &
vtriusqꝫ amnis natura lõge ĩter se diuersa.Cõstat eqs ex Sybaride potãtes cõsestĩ sternutamẽ Sybaris flu
to exagitari,ob eãqꝫ offensã,pecus ab eiꝰ aq̄ haustu de ĩdustria arceri.Cratis suis vndis immer uii.
sos,cãdidos & flauos efficit,multisqꝫ morbis medeꝛ.Sybaritæ igiꝛ tãtũ armorũ studio florue-
re,vt quatuor finitimas rexerĩt gẽtes,vrbibꝰ quinqꝫ & viginti imperio subactis, quo contigit, Sybaritarũ
vt.ccc.armatorũ milia,aduersus Crotoniatas,vno tpe ad bellũ ĩstruxerĩt,sed tãtã rerũ felicita- copiæ.
tẽ luxuria & voluptas euertere,ita vt septuagĩta dierꝶ spatio,opibꝰ ipsius ppli afflictis,captã vr
bẽ Crotoniatę ĩmisso flumĩe ĩmerserĩt.Sed hęc mlto priꝰ gesta sũt.Dionysiꝰ q ĩ Italiã copias tra
iecerat,Locris captis,ĩ Crotoniatas oẽm belli molẽ verterat.Restiterũt hi p̄ter opinionẽ omniũ
multo fortiꝰ tũc armis vsi,quũ pauci essent,q̄ quũ tot milia olim aduersus Locrẽses dimicasꝛ,
tãtũ sobria paupertas cõtra diuitiarũ ĩsolẽtiã sępe valuit, ĩsperataqꝫ victoria est sperata certior.
Dionysio p̄sẽti bello occupato Gallorꝶ Senonũ q paucis aũ mẽsibꝰ vrbẽ Romã ceperãt,legati su Senones.
peruenesꝛ,ipsiꝰ tyrãni amicitiã & societatẽ postulãtes.Sed dũ in Græcarũ gẽtiũ rebꝰ explicã-
dis nimiũ ĩmoror,factũ est,vt p̄ter stili institutũ,Romanę historię telario,q̄ pcedere alioqui de-
buit,tãtũ sit repetẽda,q̄tũ a captis Veiis ad Senonicũ bellũ tpis ĩterfuit,etsi paucissimorꝶ fuit
annorꝶ ĩtercapedo illa.Et ne semel reperita externarũ rerũ ĩtercursu interpoleꝛ,paululũ adhuc
pcul Italia rerũ hęc euagabiꝛ relatio:nã qd ad Dionysiũ attinet,quũ eiꝰ conatꝰ Crotone tenꝰ ĩ-
ualuissent,nouũ bellũ ex Aphrica ortũ ĩ insulã reuocauit.Carthagĩnẽses post cladẽ Imilchone
duce acceptã,reparatis viribꝰ Siciliã Hãnonis ductu periuerũt,de quo hostiũ appatu quũ Dio
nysiꝰ.p̄ter rumores,Suniatoris viri aphri lrĩs fieret certior (erat is Hãnonis ĩimicꝰ lõge alioq Suniatoris
opibꝰ inter Pœnos p̄potẽs)codicillos quos ille ad Dionysiũ dederat dep̄hẽsos Hãno Carthagi supplicium
nẽ misit,qbꝰ publice recitatis,Suniator capite dãnatꝰ,cautũqꝫ lege est,ne Pœnorꝶ q̄spiã Gręcas
deinceps literas disceret,nec cũ hoste quidẽ sine arbitro loq̄reꝛ.Dionysiꝰ,quẽ nõ Sicilia tota nõ Dionysii
Italia capiebat,pluribꝰ postea p̄liis fractꝰ,suorꝶ insidiis interiit.Plutarchus author est habuisse opes.
eũ,ad belli vsum,triremes quadringẽtas,decẽ milia eqtũ,peditũ viginti,& supra hæc stipatorꝶ
decẽ milia.Sic quoqꝫ adeo meticulose vixit,vt quũ oĩm mortaliũ metueret insidias, pigmẽta- Dionysii
riũ accerseret,q sibi nouaculam non admittẽti capillũ candẽti aduteret carbone.Sunt q filiarũ metus.
ministerio in tondendo vti solitum scribant,sed tandiu in hũc vsum admissas,quoad p ætatẽ
virũ appetere nõ potuissent.Metũ & violentiã adamantina appellabat vincula,seqꝫ adamanti-
nis vinculis prĩcipatũ filio relicturũ p̄dicãs.sed hæc q̄ de Dionysio nũc tradunꝛ,aliq̄to postea
contigerunt,q̄ sint triginta tyrãni ex Athenis exacti.Enĩuero illi stipatorũ multitudine fracti
quũ in apertã tyrannidẽ euasissẽt,multi libertatis nõ immemores,metuqꝫ pculsi,volũtariũ sibi Tyranni
exiliũ cõsciuere,fauere interim Lacedæmonii tyrãnis,& Lysander in primis,q fuerat pręsentis Atheñ.
status author.Edictoqꝫ vetãt quẽpiã ex Athenis pficisci,pfectũqꝫ Græciæ vrbibꝰ priuato pu-
blicove hospitio iuuari.Thebani cõtra iniquo aĩo ferẽtes,ciuitatẽ clarissimã triginta tyrãnorꝶ
sæuitia lacerari,& qd adhuc iniqus videri,Lacedæmonios esse ius iniutiæ authores,q liberãdę Thebanorꝶ
Gręciæ titulũ bello p̄tulissent,edicũt,vt capitale esset,siqs Bœotiorũ Atheniensem extorrẽ nõ edictũ pro
hospitio & oĩi ope iuuisset:vulgo igiꝛ ex Attica in Bœotiã ab exulibꝰ cõcessum,eratqꝫ in his Atheñ.
Thrasybulꝰ hõ acri ĩgenio ac tyrãnidi ĩfesto.Huiꝰ ductu quadrĩgẽti Athen.exules Thebis pfe
cti Philã primo occupãt,ĩde & Pyreũ,mlraqꝫ ĩterĩ p̄lia vtriqꝫ depugnata. Tyrãni ex munichia
velut ex arce ĩ exules faciebãt ĩpetũ,sępiusqꝫ victi q̄ victores p̄lio discedebãt.Sed nihil tyrãnorꝶ
ferociã magis frãgebat,q̄ occulta ciuitatis studia,q̄ p Thrasibulo & exulibꝰ haud dubie stabãt,
ex occasiõe in tyrãnos eruptura.Mittũt itaqꝫ illi Lacedęmonẽ auxilia ĩploratũ,redierat tũ for-
te ex Hãmonis oraculo Lysander,q suis author ciuibꝰ fuit,vt laborãtibꝰ tyrãnis mature auxi-
liũ ferrẽt:decernunꝛ tyrãnis,inter quos celebritate & odio Critias & Theramenes eminebant,
cẽtũ ad vsum belli talẽta,Lysãdroqꝫ negociũ daꝛ,vt eos liberaret obsidiõe.Spartanorum reges,
quũ ĩuidia,tũ metu,ne Lysãder tyrãnis ĩ pristinũ statũ restitutis,vt Athenis,ita alibi,paucorũ
prĩcipatũ ĩduceret,fieretqꝫ p hæc ip̄e oĩno potẽtior,q̄ tutũ esset ciuitati,inter se cõponunt, vt
ex duobꝰ,Pausanias cũ Lysãdro ad id bellũ pficisceretꝛ.Susceptę militię p̄textꝰ fuit,vt tyrannis
auxiliũ ferret.Cæterũ vbi enixe Pausanias operã dedit,vt Atheniẽsibꝰ inter se reconciliatis,se-
dataqꝫ discordia,res ad popularem statum retraheretur,omnis laus sublatæ tyrannidis penes

Pausaniæ opa tollũt. Tyranni. Dercylides

vnũ fuit Thrasybulũ, cuius ductu ex Bœotia factꝰ erat ĩ tyrãnos ĩpetꝰ. Ægre tulit Lysander rã tã sibi e manibꝰ occasionẽ extortã, sed multo ęgriꝰ ppl's, vbi nõ lõgo ĩteriecto tpe Atheñ. a Lacedæmoniis defecere. Pepit res ĩpa Pausaniæ odiũ ingẽs, Lysandro authoritatẽ. Erat interim bellũ in Ionia cũ Persis, fueratq́ ab ĩitio eo missus Dercylides cũ exercitu. Ensuero Lacedæmonii Atheniẽsiũ rebus euersis, ad Asiæ imperiũ aĩm adiecerãt. Is in ꝓuinciã delatꝰ, vbi rẽ sibi cum duobꝰ ꝓfectis regis futurã vidit, Thissapherne & Pharnabazo, ꝑ magno habuit negocio, cum Thissapherne ĩ colloquiũ venire, quẽ hortãdo monẽdoq́ ppulit, vt data sibi ĩ stipẽdiũ pecunia ab armis discederet, ipse ĩ Pharnabazũ q Phrygię ꝑerat verter oẽm vim belli. Criminari ille apd regẽ Thissaphernis flagitiũ, ꝙ dũ Lacedęmoniis obseqret, regias opes ꝓderet, velut parũ fuisset veniẽtẽ hostẽ nõ repellere, datã ab eo etiã pecuniam qua gręcoꝝ classis & exercitꝰ aleret, quasi multũ interesset, terra an mari potius regiæ opes periclitarentur, indignum scelus admitti, ꝙ bellũ redimeret ꝑtio nõ armis. His ille querelis regem a Thissapherne alienatũ hortatus est, vt

Conon.

Cononẽ Atheniẽsem q tũ in Cypro erat naualis belli ducẽ legeret, id Artaxerxes non solũ fecit, sed quingẽta etiã talenta, ad instruendã classem, illi in prouinciã misit: Lacedæmonii & ipsi ex Ægypto, cuius terræ rex ex ꝓfesso erat Artaxerxis inimicꝰ, cẽtũ triremes ad vsum belli, ma

Dercylidis gesta.

gnãq́ vim tritici accepere. Dercylides ĩterea aduersus Pharnabazũ aliq̃ oĩno gessit, q̃ Xenophõ lõgiore stilo historiæ est executus. sed illa haud multũ alioq mirabilia. Cæterum qa nouo duce aduersus Cononẽ opus esse videbaẽ, & q tanto belloꝝ apparatui merito ꝓesset, postulantibꝰ sociis, Agesilaus est ad id bellũ missus. Tenuit nõ nihil oraculi anceps respõsum Lacedæmonioꝝ consultationẽ, erat ex Delphis relatũ, fore, vt tum Spartani imperii finis adesset, cũ regiũ clau

Agesilaus.

dicasset imperiũ. Erat Agesilaus pede claudꝰ. Ad postremũ satiꝰ visũ est, regẽ incessu, q̃ imperio regnũ claudicare. Agesilaũ ducẽ eligũt, q Agide fratre mortuo rex magno fuerat consensu creatus, posthabito Leuthichida, qui quũ Agidis filius creditus esset, phama tamẽ eum Alcibiadis adulterio ortum, quod ille ꝑ id tempus quo Lacedæmone fuit, cum Thimea Agidis regis cõiuge cõmisisset. Agesilaus igiẽ petiisse diciẽ, vt tria Spartanorum milia sibi darentur, sex sociorum, fore, vt in Asiam transgressus, aut regem ad pacem compelleret, aut tantum illi negocii in ea prouincia innecteret, vt nullus ꝑici belli sensus ad Græcos ꝑueniret. Lysander præterea q ab initio Agesilao fauerat, ad Ionię ciuitates scripsit, q̃ sua a rege defectione belli causa extiterãt, vt nominatim Agesilaũ a Lacedæmoniis belli ducẽ poscerẽt, ad qđ ipm legati ex Asia Lacedęmonẽ missi, facile impetrarũt, vt Agesilaus in Asiã cũ exercitu mitteret. Ipse vero inter

Lysandri Lacedæ. ambitio.

triginta cõsiliarios Lysandrũ sibi dari petiit, q vbi ĩ Asiã est vẽtũ, oĩm ĩ se oculos cõuertit: Lysandrũ mirari oẽs, Lysandrũ intueri, alebatq́ ꝑ hæc ãbitiosa hoĩs natura, ꝑsonæ oblita quam gerebat, maiorẽ in dies insolẽtiã. Spectare primo effrenatã viri ãbitionẽ Agesilaus, verũ vbi maiorẽ sibi imperii partẽ vẽdicare vidit, ac iam nõ procul esse, vt in ordinẽ ab eo redigereẽ, quum aliis militaria munera demãdaret, Lysandrum diuidundis carnibus præfectum designauit. Inde ad Ionas cõuersus, ite inquit & meũ carniũ sectorem colite. Lysander ꝑsenti iniuria instructus, ab Agesilao quæsiuisse diciẽ, nũ recte sibi facere videreẽ, q sic amicos minores redderet. Cui ille, recte (inqt) me si velit maiores fieri. Nec diu postea Lysander in ꝓuincia mãsit, sed domũ ignominiose nauigauit. Periit Thissaphernes q adhuc Asię ꝑerat ab Agesilao nuꝑ in ꝓuinciã

Thissaphernis cõsiliũ.

appulso, vt tantisper a rebus gerendis abstineret, quoad ipse in Persas ad regem mitteret, certo scire se, ita futurũ vt rex ꝑmissurus esset Gręcas ciuitates, q̃ in Asia essent, suis legibus degere, pactæ ad hoc ipm in tris mẽses inducię, quibꝰ Thissapherni datũ est spatiũ ad exercitum bello instruendum, nouarumq́ copiarũ ab rege petendi. Agesilaus etsi post initas inducias cõfestim sensit, quæ a Barbato pararentur, sanctum tamen habuit iusiurandum, quo constantiæ exẽplo magnam Asiæ partem Spartano nomini deuotissimam reddidit, contra ob perfidiam Barbaro infestã. Cõfirmatis itaq́ ꝑ ocium partibus, Thissaphernes caduceatorem misit, qui Agesilao nunciaret, vt nisi paucorum dierũ spatio Asia & Ionia excederet, vindicaturus esset armis ꝓinciam. Subridens Agesilaus, refer inquit Thissapherni, me ei non paruã gratiam habere, ꝙ deos Græcis propitios, priusq̃ bellari coeptum esset, sibi iratos suo ꝑiurio reddidisset. Inde si

Agesilai cõsilium.

mulata in Cariã expeditione, iussisq́ vrbibus commeatum comparare, quum omnes hostiũ vires callida belli simulatione eo deflexisset, ipse in Phrygiam repente impetum auertit: sociorũq́ copiis in itinere assumptis, multas hostium vrbes improuiso accessu vi cepit, captas diripuit. Ditatus est breui vniuersus exercitus, multiplici hostiũ præda, & equitatus frequens quæsitus, quum ab initio nullus esset. Exercitu dein Ephesum reducto, omnes copias militari medi

tatione exercuit,forū interea armis eqsq; venalib⁹ plenū,Ærarii fabri,Coriarii;Fullones certatim bellica parabāt arma,ita vt vere a quibusdā vrbs ipa p id tps sit martis officina nūcupata. Vbi vero gerēdaꝝ rerū tps affuit,Epheso Agesilaus pfectus,in Sardianū agrū per ardua loca irrupit,triduoq; cū multa pda p hosticū euagat⁹,quarto die regiū equitatū,haud pcul Pactolo amne,obuiū habuit,ibi in Peloponnesiacos pdatores Barbari eqtes imissi,nōnullos vt dispalati & incauti vagabanť,obtrūcāt. Agesilaus suoꝝ periculo cōmotus,equitib⁹ mādat suis, vt pediti suppetias eant, quos cū fremitu ppiquātes Persę cōspicati,vndiq; & ipi turmati coeunt validius hostē excepturi:eā cōserendæ pugnæ occasionē Agesilaus arripiēs,oēm robur pditū in pliū trahit, qb⁹ maxime auxiliis cernebat hostē carere. Enīuero Thissaphernes veritus, ne in Cariā eo anno Lacon dux,vt antea in Phrygiā erūperet, oēm regiū peditatū in eā puinciā ablegauerat.Restiterūt Persæ qdiu illis,cū eqte certamē fuit,vbi vero a frōte,& a laterib⁹ Peloponnesiaca phalāge vrgeri cœpti sunt,turbati fugā capessunt.Multi in pximū flumen irruere Græci pactolū trāsgressi castra,q in aduersa ripa Barbari statuerāt,diripiūt:ide in Sardianum agrū effusi,ferro & igni fœdāt nobilissimā regionē.Sardib⁹ iterim Lacon adeqtās,pconis voce pnūciari iubet,siq libertatis egeāt,vt ad se tāq ad sociū,& libertatis assertorē trāsirēt.Siq Asię imperiū sibi vēdicarent in apertū egressi id secū armis decernerent.Postremo cū nihil ex vrbe mouereť vlteri⁹ ire pgit,oīa terroris & pdæ cōplens.Hæc vbi Artaxerxi,q iāpridem in Persis regnabat,nūciata sunt,Masthū in puinciā misit,q Thissaphernē,vt oīm maloꝝ authorem,iterficeret.Fauerat ille Lacedæmoniis,quib⁹erat Artaxerxes non parua de causa,iā antea infensus Is a patre Dario regni hęres relictus,quū Cyrum fratrē, cui pater legauerat Lydiæ præfecturā,& oēs ciuitates ad mare iacentes,aduersus se res nouas moliri resciuisset, domū accersitum aliqdiu in aureis habuit cōpedibus,priuassetq; eum vita,nisi precibus matris Artaxerxes victus,data venia,vinculis eū liberasset.Cyrus,ea iniuria adhuc magis accēsus,in suā præfecturā reuersus,bellum ex professo in fratrē instruit.Lacedæmonii,q aduersus Atheniēses fuerant ab eo adiuti,velut ignari in quē bellum instrueretur,publice ei auxilia miserunt,sperātes ita fore, vt apud Cyrum gratiā inirent,& si aduersa Cyri fortuna fuisset,ignoratiōis simulatiōe nō defuturum veniæ patrociniū.Cōgressi itaq; prælio fratres,forte & manus inter se conseruerunt Artaxerxes a Cyro vulnerat⁹,celeritate eq seruat⁹ est.Cyrus a regia cohorte circūuēt⁹, fortiter dimicās cōcidit,cui⁹ morte regnum est Artaxerxi stabilitū.Græci q pro Cyro in acie steterāt(fuerūt eñ ad decē milia)egregie ea parte vicerāt,qua fuerat ab eis pugna cōserta.Verum amisso duce,ea audacia fuere,vt p impacatas gentes & Barbaras nationes,lōgissima itinerum spatia emēsi,ad suos sint incolumes reuersi.Et hęc Trogus lōgiore quidē sermone.Plutarchus id bellū executus,Cunacū loco nomē fuisse ait,vbi pugnatū sit,q sexagita stadia a Babylone distet,ad decē stadioꝝ milia a mari remot⁹,vñ Cyrus cū exercitu mouerat,quadraginta hominū milia Artaxerxē in aciem eduxisse,variaq; a Dinone & Ctesia ei⁹ belli scriptoribus tradi,& in primis de morte Cyri Dinonē scripsisse ait,occiso a Cyro Artaxerxe quodā Cadusiorū duce,q fuerat illi obui⁹,mox illū ad Artaxerxē fratrē p cōfertos hostes irrupisse,eiūq; vulnerato equo, ad terrā deiecisse,suorūq; subito accursu in equū a Terībazo impositum,altero impetu a Cyro deiectum,tum factum,vt telis certatim a stipatoribus regis in Cyrū coniectis,multis ille vulneribus trāsfixus mortē occubuerit.Ctesias,Artaxerxe duce interfecto regem petitum a Cyro pdidit,eumq; spiculo vulneratum ad terrā deiecisse,tū vero eū sublatū cū paucis in proximum se tumulū recepisse.Interim vero quū Cyrus ea parte,qua pugnabat,hostes territos cum cęde ageret,ita accidisse,vt tyara sit illi capite excussa,& iā cognitus a multis p rege adorareť,Metrodotē vero cōtra hasta ei⁹ tps scdm oculum trāsfixisse,ac tum demū fluuio sanguinis debilitatū præcisaq; poplitis vena concidisse. Vix eius casus a Cauno quodam regi nunciatus credi potuit.Misit vbi eius corpus iacere dicebať,qui omnia diligētius explorarent.Ipe vero labore & æstu affectus,quū sitim amplius ferre nō posset,ac parū abesset quin aquæ desiderio expiraret,a Caunoꝝ quodā aqua illi oblata est,in sordido vtre coinquinata,quam tanta cupiditate hausit,quū octo cotylæ essent,vt iureiurādo affirmarit,se nunq in vita suauius bibisse,ac tum demum Cyri caput delatum.Periisse eo prælio aiūt quidā ex iis,q cū Cyro steterāt ad nouem milia hominū,quorū sint capita Artaxerxi repsentata,Persarum viginti milia.Cyri interfectores magnis a rege muneribus affectos,Parysatis amboꝝ mater alios alia fraude aggressa,exqsitissimis postea suppliciis necauit.Carē qui poplitem percusserat,decem dies variis cruciatibus affectū,mox effossis luminibus,æreq; liquefacto auribus infuso,necari iussit. Metrodotem

Agesilai stratagema

Cyri iunioris casus.

Altera opinio de Cyri nece.

Aqua regi oblata.

Pœna pcussoꝝ Cyri.

(is eñ ptim⁹ circa oculũ vulnus infixit)duab⁹clausit scaphis, ita cõpactis vt caput, & crura dũtaxat extarẽt,ad solẽ ĩde obuolutũ melle cibari iussit & lacte,vt inuit⁹etiã comesse potareq́ cogeret,fiebat eo muscarũ cõcursus ingẽs,earũq́ examina ota oculos & crura incessere,hę eñ partes extabãt,erantq́ eisdẽ liquoribus delibutę,excremẽta corporis,vtpote ex dulci materia, scaphis excepta vermes pcreabãt,quib⁹ vestes primo,mox corp⁹ ita est corrosum,vt nuda ossa cũ stupore spectãtiũ cernerent. Atq́ ita Metrodotes decimo die miserabili cruciatu piit.Nouissime Maniesatẽ Eunuchũ q iacẽti Cyro caput & manũ recidit,ĩ suã ptãrẽ tedactũ pelle enudari iussit,ipsmq́ trib⁹palis affixũ euaricari fecit,atq́ p hęc pcussoꝝ supplicia Cyri manes euagati,postremo qeuete.Fuerũt q traderẽt Clearchũ a Lacedæmoniis Cyro adiutorẽ datum cũ duodecim milib⁹ Gręcoꝝ,ac deditiõe facta ĩ Statirę Artaxerxis cõiugis ptãtem venisse,eiusq́ iussu necatũ dissipatũq́ cinerẽ a vẽtis,milites cęsis ducib⁹a canib⁹&volucrib⁹laniatos.Sed Plutarchus his haud facile accedit,testat⁹Græcos p tã lõga terrarũ spatia in pacatũ reduces venisse.Atq́ p hæc Artaxerxes a Lacedęmoniis alienat⁹,iã inde in eoꝝ inuidiã Atheniẽsib⁹classe & pecunia fauit,quoad illi nõ parua ex pte pristinã gloriã recepere. Artaxerxes regno potit⁹, vnã postea expeditionẽ in Cadusios,eãq́ ĩfeliciter egit,cũ trigĩta milib⁹ peditũ,& mille eqtib⁹ hostiũ regionẽ ingressus,in tãtã terũ oĩm incidit inopiã,ob regiõis sterilitatẽ,vt assumptis eqs & iumẽtis oĩb⁹,caput asini sexaginta vẽderet drachmis.Tetibazi opa,cũ duob⁹ eius gẽtis regibus composita pace,pedibus in pacatũ abiit,tãta celeritate vt vrgẽte terũ inopia ille,q duodecim milib⁹ talentorũ ornari cõsueuerat,oĩs Persicæ luxuriæ oblitus,ad,cc. stadia per ardua & abrupta loca quotidie cõficeret,donec se in regnũ recepit.Sed de Artaxerxe hacten⁹.Post Thisaphernis interitũ Persarũ opes in Lydia,& Ionia multo maiore,q̃ antea fuit clade affectę.Agesilaus magnis auct⁹ successibus,late est victoriã executus.Sed quæ deinceps ille gessit,alio sũt a nobis loco referenda.Nũc Romanarum rerum explicatio,a Veientanę vrbis excidio, repetatur necesse est.Captis Veiis,pax est Volscis &Equis petẽtibus data,magis vt ciuitas lõgo defessa bello,aliquãdo quiesceret,q̃ q́ pꝑpetui Ro.noĩs hostes ita meriti essent.Camillus author fuit,vt decima Veiẽtanæ prędę quã p victoria vouerat,Apollini psolueret.Põtificum decreto edictũ,vt quicunq́ ex ea præda attigisset,se domumq́ suã solueret religione,decimã partẽ eorum,q̃ bello capta essent, ad donũ Apollini mittẽdũ,in pub.cõferret. Auertit ea res multitudinis studiũ a Camillo,materiãq́ postea præbuit inimicis,illius ad populũ criminandi. Tribuni consulari potestate,post Veios captos fuere,duo Publii Cornelii Cossus & Scipio,M.Valeri⁹, Fabius Ambustus,Furius Medullinus,Q.Seruili⁹. Hi ꝓuicias sortiti, Capenates Valerius & Seruilius sunt adepti.Duo CorneliiPhaliscos.Nulli horũ in oppugnãdis vrbibus conat⁹extiterũt,sed vtriusq́ populi est ager populatus:neq́ felix arbor fuit vspiã, q̃ non violata fuerit a Romanis,q̃ clades adeo Capenates fregit,vt pro amplissimo sint munere pacẽ complexi. Reliqui erãt hostes Phalisci,quum Romæ agitari cœptũ,vt colonia ex patrib⁹ & plæbe Veios mitteretur,T.Sicinius Trib. plæ. eius rogationis ad populum ferendæ erat author. Resistere patres summa ope,testariq́ rem Romano nomini perniciosam moueri,vix vnam ciuitatẽ a ꝑpetua discordia vindicari posse,quid si duo velut populi,duęq́ vrbes,locis & mœnibus ĩter se distãtes,fierẽt!futurum,vt paulo post Ro.populus,velut ex duabus diuersis arcibus in se hostiliter cõcurreret.Sæuire ob hæc multitudo, sed multo magis decimarũ dolor inhærere, ad quã inuidiã eximẽdam,Pontifices Camillo iussu patrũ adhibito, omnẽ Veientanã prædã cum muris & agro æstimarũt,quanti.s.incolumes adhuc Veii æstimari potuissent,tantũq́ est pecuniarum ex publico deptomptũ,vt decimam terũ omnium partem exæquaret. Interea noua cura incesserat,vnde tantũ auri ex ea pecunia pararetur,vt satis esse posset, ad donũ Apollini conflandũ.Matronæ sua spõte quicquid auri in ornatum habuere,ad sacri muneris vsum ĩ mediũ contulere,pto qua opportuna munificẽtia est eis datum,vt plaustro ad sacra ludosq́ veherent, festis vero dieb⁹ ac pfestis,carpento alioq vti possent,pecuniæ nihilo secius pro auro singulis datæ.Hęc Liuius.Plutarchus nõ carpẽti vsum,sed vt in funere mulieres laudarent, datũ scribit,quum ad id tẽpus honor ille viris solum dari esset solitus.Aureus crater conflatus,q Delphos portaret.Sequens annus consulari potestate Trib.habuit.M.Furium Camillum,Furium Medullinũ.Claudium Æmylium.Valerium Publicolã,Sp.Posthumium, & P.Corneliũ Phaliscum.Bellũ Camillo euenit,ad cui⁹aduentũ Phalisci locoꝝ asperitate fræti,mille passus ab vrbe castra locãt.Camillus castris multa nocte motis duce regionũ peritissimo vsus, prima luce loco aliquanto superiore,sese hostibus ostendit.Quæ res inopinata tantum Phaliscis pauorem

Cadusiana expeditio.
Fames inaudita.

Decima prędę Apollini datur.

Veios anmigrandũ.

Æstimatio Veiorum.

Matronarũ liberalitas.

Tribu. cõs. po.

iniecit,vt pcipites,& cū multa strage rerū ī vrbē abierint.Romanꝰ hostiū castris potirꝰ,prędā
oēm in publicū redegit.Indignati miles se præda fraudari,mirati tñ ipsius ducis virtutē.Obsi-
deri inde Phalisci cœpti sunt,fuissetq; obsidio illa nihilo Veiētana breuior cū oībꝰad tolerādā
obsidionē abūdarēt hostes,frumento,armis,iuuētute,situ vrbis natura & opere munitissimo,
fortuna & ipsa imperatoris virtus,breuē ad victoriā viā inuenere,erudiebat tū Phaliscorū li-
beros,veteri Grecoꝝ instituto,literator quidā,siue ille eruditione pcellebat,vt Liuio placuisse
video,q principū tantū filios pditos fuisse ait.Cōsueuerat is,quū oīa circa pacata essent, pue-
roꝝ cœtū ante vrbē,lusu & ambulatione exercere,quo more nihil post illatū bellum temisso,
puetos lōgo sermone pcul ab vrbe ductos,ad stationes vsq; hostiū incautos traxit.Inde ad du- Producitur
cis tabernaculū perductus,Phaliscos inquit tibi tradimus,Romanæ impator,nā pueri,quos ad Phaliscorū
te pduxi,principū sunt filii,ī quoꝝ ptāte res Phalisca est.Quę vbi Camillꝰaudiuit,Neq; ad im liberi,
petatorē ait tui similē neq; pplm,scelestus ipe cū scelesto munere venisti,sūt certe belli sicut pa
cis iura,q̄ nos Romani nō minꝰiuste q̄ fortiter,colere dedicimus:Arma qdē gerimꝰ,sed nō ad-
uersus eā ætatē,cui captis vrbibꝰ parcitē.Patres bello psequmur q iniusta aduersus nos arma in-
duerūt,eos tu quantū in te fuit nouo scelere vicisti,ego Romanis artibꝰ,virtute,opere,armis
malo vincere.Denudatū inde manibusq; a tergo reuinctis,pueris ī vrbē reducēdū tradidit.Ad
ditę & virgę,quibꝰ pditorē verberātes domū agerēt,q vbi vrbē sunt ingressi,factꝰest ad id spe-
ctaculū populi cōcursus ingēs,mutatisq; repēte animis,qui Veientanū nup excidiū maluissēt
q̄ Capenatiū pacē,subito ad deditionē inclinār.Legati q vrbē dederēt ad Camillū primo, inde
ab eo Romā missi.Hi vbi ī curiā venere,ita locuti dicunē.Victoria pres cōscripti,cui neq; Deꝰ Phaliscorū
neq; mortaliū quisq̄ inuideat,a vobis vestroq; impatore parta ē.Victi nos vrbēq; nostrā dedi- verba ad se
mus,satius sub vro imperio,q̄ nris legibꝰ victuri:duo quidē salutaria peperit hoc bellū morta natum.
libus exempla,q vos Romani potiorē fidem in armis,q̄ victoriam habuistis,nos vestra virtu-
te puocati,vltro victoriā detulimꝰ,ite & qñ Phalisci sub vestra ditiōe sūt mittite,q arma, ob-
sides,q vrbē patētibꝰportis accipiār.satis certi sumꝰ nunq̄ fore,vt aut vos nostræ fidei,aut vri
imperii Phaliscos pœniteat.Et Phalisci in hūc modū dediti dicūē. Camillus imperata in stipē
diū eius anni pecunia deditis,triumphans Romam reuersus est,multo adhuc maiore virtutis
admiratiōe,q̄ quū de Veiis triūphauit.L.Valerius,Au.Manlius,& L. Sergius q aureū craterē
Delphos deferebāt,a Liparēsibꝰ piratis,circa Siculū fretū intercepti,Liparas pducti sunt. Gere- Votū Apol
bat tū Thimasitheus summū in ea insula magistratū.Is quum aurū(erat eñ octo talētoꝝ cra lini destina
ter)velut publico latrocinio quęsitū,ex æquo Liparēsibꝰ de more diuidi oporteret,vir Rōanis tū a Liparē
q̄ suis similior,multo religiōis metu multitudini prius iniecto author extitit,vt legati cū do- sibus inter-
no Apollini destinato mitterenē.Addidit & naues q̄ Romanis euntibꝰ psidio essent,quo factū cipitur.
vt legatis Romā reuersis societas sit cū Liparēsibꝰ inita,donaq; Thimasitheo missa.Cū Equoꝝ
gente eodē anno,Sp.Posthumius,& Æmylius Tri.Militū prius dubio euentu pugnasssēt, mox
altero prælio fusis hostibus,Æmilio ad Verruginis præsidium relicto,Posthumius hostium fi
nes cum exercitu ingressus late oīa populati,sed quū recēti victoria ferox negligentius, vt fit
ageret agmē,subito hostiū incursu in ppinquos colles cū toto exercitu est compulsus,Ibi casti
gata militum ignauia,q ab eo hoste quē illi ipsis diebus leui prælio fudissent, ipi turpiter fusi
essent,tantū pro cōcione stantibus iniecit pudorē,vt cōfestim exclamatū sit,vt ad hostium ca-
stra ducerenē q̄ in plano erār,nullū se supplicium recusaturos,si prius inde abscederēt,q̄ ea vi ce-
pissent.Laudata suoꝝ ferocia,iubet Posthumius eos curare corpora, & vt quarta vigilia circa
signa frequētes adsint.Insederāt hostes viā,q̄ Verruginē ducebat, veriti ne fuga Ro. territus
euaderet.Ibi p noctē qa luna pnox erat,magno ardore aīorū est vtriq; dimicatū. Audiuere cla-
morē q Verrugini erāt,rati Romana castra oppugnari,Æmylio neqq̄ reuocāte,minasq; preci
bꝰ miscēte cōsternato agmine Tusculū cōcesserūt.Rumor idē Romā platꝰ,deletū esse in Eqs Ro.victoria
Romanoꝝ exercitū.Tenuit certamē noctu initū ad lucē vsq;,tū Posthumius pmissa a militibꝰ
repetēs,tātū precibꝰ& hortatiōe dimicātibꝰ viriū iniecit,vt non vltra Romana acies ab hoste
sustineri potuerit,fusi sunt ac passim cęsi hostes,sicq; haud multo postq̄ ciuitas sollicitis fuerat
nūciis in nouæ cladis expectationē excita,Laureatæ a Posthumio literæ victoriæ indices Ro- Lrę laureatę
mā sūt allatę.Sequēti anno quū plębs togatiōis agrarię authores eosdē Tribunos refecisset,pa
tres & ipi in plæbis inuidiā,vt consules magistratus ipi ordini inuisus crearenē,enixe curaue-
rūt,atq; ita quītodecio postq̄ Cōsules creati desierāt āno,L.Lucretiꝰ Flauiꝰ,& Sulpitius Came Consules.
rinus consules creati sunt.Lucretius in Equos pfectus,q Viteliā coloniā in suo agro expugna

uerãt hostes ꝑlio cõgressos egregie supauit. Romę Aulus Verginius, & Q. Põponi⁹ q biennio ante fuerãt Tribuni militũ, iratę multitudini sunt a Trib. Pl. obiecti, qa patrib⁹ gratificãtes tribunitiæ rogationi acrius restitissent, Senatu & cõsulib⁹ frustra opẽ ferẽtib⁹, denis milibus æris ambo dãnati sunt. Huiusmodi victoria Tribuni plæbis elati, diẽ indicunt ferẽdæ legi, coloniæ Veios mittẽdæ. Tũ Camillo authore Senat⁹ cũ vniuersa nobilitate suis tribubus mixti cũ lachrymis orare, ne veterẽ patriã augurio cõditã, olim circa populorũ victricẽ, in qua tot tẽpla, tot deorũ aræ essent, in qua cineres & vmbræ maiorũ sepulti, teling paterent, vrbẽ nup captã, dirutã, deorũq & hoim cõsensu dãnatã secuti, qd eẽ magis impiũ fieri posse crederẽt, q̃ populũ Romanũ exulẽ, & extorrẽ a patrio solo, a diis penatib⁹ in hostilẽ vrbẽ agere, eoq rẽ adducere, vt meli⁹ fuisset non capi Veios! Nec incassum tot virorũ nobiliũ ꝑces, & lachrymę effusæ, Trib⁹ in suffragia missæ plures leges antiquarũt. Fuit ea res adeo patrib⁹ grata, vt postero die factũ sit senatuscõsultũ, vt Veientani agri septena iugera plæbi diuiderent, nec vt patrũ familiæ tantũ, sed filiorũ etiã ratio haberet, vellẽtq in eã spẽ ciues liberos tollere.

Consules. Creati deinde cõsules, L. Valeri⁹ Potit⁹, & M. Mãlius cui postea Capitolino cognomẽ fuit.

Iunonis ædes. Hoc anno magni ludi facti sunt, q fuerãt Veiẽtano bello voti, & ædes Iunonis a Camillo eodẽ bello vota magna matronarũ frequẽtia dedicata est: In Algido quoq a cõsulibus Equi ꝑlio victi sunt. Valerioq triũphus decret⁹, q hostib⁹ terrore pculsis diutius cędẽdo institisset. Mãlio vt ouãs vrbẽ ingrederet datũ.

Volsinięses Salapinates. Bellũ Volsinięsib⁹ & Salapinatib⁹ indictũ, q iũctis exercitib⁹ in Romanũ agrũ ciuitate morbo implicita, hostiliter irrupissent, & M. Cornelius eodẽ anno in C. Iulii cẽsoris demortui locũ suffect⁹ est. Id qa eo lustro Roma a Gallis postea capta est religioni fuit, vt iã inde ĩ demortui cẽsoris locũ quisq̃ sufficeret. Cõsulibus morbo ĩpliciris, fuerat eẽ nimia siccitate atq insolito æstu annus ille Romanæ vrbi pestilẽs, p interregẽ Tribuni cõsulari ptãte creati,

Trib. consul. pot. L. Lucretius, Seruius Sulpitius, M. Æmylius, L. Furius, Claudius Æmyli⁹, & Furius Agrippa. Quorũ Lucretius & Æmylius Volsinięsem sunt prouinciã sortiti. Salapinatem Furius Agrippa & Sulpiti⁹: cum Volsinięsibus leui prælio debellatum, ad octo milia hostiũ a Romano equitatu interclusa, abiectis armis deditionẽ fecere. Romana deinceps arma per Volsinięsem agrũ libere euagata, quoad hostibus multiplici clade affectis pacẽ suppliciter petentibus in viginti annos sunt inducię datæ, his conditionibus, vt rebus Romano populo redditis, stipendiũ militibus anni illius exhiberẽt. Salapinates ab initio se intra moenia tenuerũt, territi Volsiniensium clade. Foedat⁹ eorũ ager. Nihil præterea in ea ꝓuincia dignũ memoria fieri cõtigit. Hæc anno illo foris gesta.

Vox nũcia aduẽt⁹ Gallorum. Romæ, M. Cediti⁹ plębeius homo tribunorũ collegio cõsulari ptãte renunciauit se noua via supra ædẽ Vestæ, vbi sacellũ postea fuit, silẽtio noctis vocẽ humana clariorẽ audiuisse, q̃ iuberet magistratib⁹ nũciari Gallos aduẽtare. Authoris hũilitas effecit, vt spreto oraculo, ipse author ludibrio sit habit⁹, neq etiã Galli adhuc q hoim essent, satis erãt Romanis noti. Cæterũ ingruẽtib⁹ fatis, nõ solũ non res credita est, sed Camillus quẽ Romanus ppl's imminẽti tẽpestati tuto obiicere potuisset,

Camilli exilium. a L. Apuleio tribuno plæbis, ob Veiẽtanã prædã (dicebaẽ eũ æneas portas domi habere, quas inde cõpilasset) in iudiciũ arrept⁹, quũ nihil ꝑsidii cõtra vim Tribunitiã sibi in ciuib⁹ esse cerneret, vltro in exiliũ abiit deos precat⁹, vt si innoxio sibi ea iniuria fieret, nõ multo post sui desideriũ ingratæ ciuitati faceret, absens quindecim milibus grauis æris est dãnat⁹. Nec ita multo post, quasi eius preces cęlo auditę essent, a Gallis Roma capta est, q̃ res in primis memorabilis quartæ dabit Rapsodiæ hui⁹ Enneadi exordiũ.

Viri illustres. Fuerunt his tẽporib⁹ interiecti viri ingenio clari, Euripides & Sophocles Athenis ambo geniti, cothurnoq insignes. Obiit diẽ Sophocles p id tp̃s, quo Lysander Lacedæmonius Athenas obsidione pressit. Ferũt illũ p qetẽ a quodã dæmone monitum, vt veniã vati suo daret, patereturq illius funus celebrari, q vbi Sophoclẽ Tragicũ extinctũ indicio cõperit, tã diu Atheniẽsibus inducias vltro dedit quoad extra vrbẽ patrio more sit ille funeratus. Euripides in Macedonia periit quũ apud Archelaum esset, Arbei varis fraude a canibus discerptus tradiẽ, alii a mulierib⁹, quũ ad Craterũ regi charissimũ intempesta nocte tenderet. Coepit p id tp̃s & Isocrates cognosci, quẽ in rhetorica arte ꝑcipienda Aristoteles postea ambitiose est æmulatus. nota illi⁹ vox turpe videri Aristotelem silere, Isocrate loquente. Democriti obitus, & Socratis damnatio in hæc tẽpora a nonnullis reiiciuntur. Regnabat per id tẽpus in Persis Artaxerxes. In Macedonia Orestes, Archelaus, Pausanias & Amynthas, vnus post alium paucissimis annis regnum tenuerunt.

FINIS ENNEADIS. III.

M.ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIÆ HISTORIARVM AB ORBE CONDITO, IN ENNEADEM QVARTAM, PRÆFATIO.



OLLIcitarunt plæreq; gētes Romana arma, nonnullę etiā diu exercuerunt: Soli oīm Galli feroci & inuicto alioqui populo, supra q̄ dici possit, terribiles extitere. Id natura gentis in ferrum pceps, an casus captæ vrbis fecerit, haud facile dixerim. Post captā vrbem, qđ satis constat, ad omnes Gallorum motus, non Romæ solum vt in cæteris bellis, sed tota etiam Italia semper est tumultuatum: habuisseq; Romani dicuntur, quum iam eorum opes longe lateq; pollerēt, aurū in hos bellorum casus sanctius repositum: & in militaribus vacationibus dandis: semper Gallici tumultus excipi cō consueuerunt. Nec vanus talis metus, cum nulla vnq̄ gente Romanus populus intra extraq; Italiā, maiore hoīm strage, maioribusq; ducū & exercituū periculis bellauit. Tradunt Romanarum rerum scriptores quidam, centum Gallorum milia aliquando vna acie cæsa, quo apparet indomita bello ingenia, scire tantum vincere, aut mori. Nulla itaq; gens Italiæ formidolosior, nulla maiores ipsi terræ intulit clades. Certarunt Romani cum finitimis populis de principatu, cum Carthaginensibus de imperio, cum Gallis de vita semp quoad nouissimis temporibus a C. Cæsare qui postea dictator fuit, multis cladibus fracti, iungum accepere. Quo sæpius deinceps excusso factum est, vt Augusto principe aliisq; Cæsaribus, qui post illum sunt rerum potiti, crebro in se Romana arma iritarint. Fuerantq; illi tales. Ceterū nullus ab initio hostis Romanis contemptior, credo quia nondum notus, nam & oraculo denunriatum bellum nihil terrori fuit, & legati in Hetruriam missi, contra ius gentium in eos per contemptum dimicare sunt ausi: Qua iniuria accidit, vt Clusina obsidione omissa: paucis diebus Romam occuparint: de qua re prius q̄ nouus instituatur sermo, de Galliarum situ, & eius gentis moribus breuissima præcurret explicatio.

Galli pter cęteras gentes Rōanis formidolosi

EIVSDEM ENNEADIS QVARTÆ LIBER PRIMVS.



ATET Transalpina Gallia (fuit enim altera citra alpes, quæ hodie Italiæ finibus continetur) inter Gallicum mare internum & Oceanum, a Rheno & alpibus ad Pyreneos montes extensa. Possidonius minus tribus stadiorum milibus inter vtrunq; mare patere arbitratus est. Pyreneis iugis ad occasum includitur, ad Septentrionem & Boream Gallico Britannicoq; oceano, ad Orientem solem Rhenus illi paribus pene spatiis, ex Alpibus in Oceanum, quibus Pyreneum iugum ex interno mari ad externum procurrit. Qua meridiem spectat Narbonense illi prætenditur pelagus. Circuitus terræ huius a nullo (quod sciam) diserte ponitur. Plures totum hoc in duas Gallias partiti, Iura & Gebenna montibus interiectis, quæ ad Oceanum obuersa est, a cultu credo capillorum Comatam dixere: australem a gentili habitu Brachatam. Huius longitudo ab Aphrodisio, qui in Pyrenei parte fluit, ad Varum flu. CCLXXVII. milium passuum proditur a quibusdam. latitudo dimidio & amplius minor. CC. &. XXV. milium totius terræ ambitus. Comatæ spatium a Rheno ad Pyreneum Agrippa. CCCCXX. milibus dimensus est, a Brachatæ finibus ad Oceanum. CCCXIII. Tranquillus tricies & bis centum milibus passuum ambarum circuitum patere arbitratus est. Sed is Rhodano Narbonensem non interno pelago terminat, quo fit, vt pro certo eam mensuram ponere non sim ausus. Sequitur & alia partitio qua Comata in tria abiit populorum genera, nobilibus inter se distincta fluminibus, vt a Scalde ad Sequanam Belgica sit dicta. mox Celtica, ab eo ad Garunnam, quæ eadem est & Lugdunensis, inde ad Pyrenei excursum Aquitanica, olim Aremorica vocitata. Nec multum ab hac qua sum vsus, Ptolemæus diuersam posuit partitionem, qui omnem Celtarum terram in Aquitanicam diuisit, Lugdunensem, Belgicam, & Narbonensem. Celtæ a Græcis Galli nuncupantur a Celto, vt Appianus credidit, Polyphemi filio. Cęsar Dictator omnis Gallicas gentes lingua, legibus, & institutis inter se differre author est, multa tamen mul

Galliaę situs

Galliarum diuisio.

Comata.

Brachata.

tis cõmunia, vt factiones exercere, q̃ non solum in ciuitatib⁹ & pagis, sed in singulis pene familiis vulgo reperiant, vt qui ingenio & opibus polleant inter se de principatu contẽdãt, vt cũcta suo potius q̃ alterius arbitrio fiãt, qd vt gentile ita vetus esse, nec temere institutũ vult videri, vt rura plebs esset a potẽtiorũ iniuria, nusq̃ gẽtiũ plæbs alioqui cõtẽptior, quippe q̃ olim seruitii pene loco haberet, oĩs publici cõsilii expers, plærīq; tributorũ, aut alieni æris magnitudine grauati, vulgo soliti se nobiliorib⁹ addicere, vt a cæterorũ iniuria tutiores essent, oĩa ĩ eos iura, vt in seruos habituris. Duo hoĩm gñã in pcipuo honore esse, eqtes & Druides. Alii Bardos & Varies Druidibus adiiciunt. Quoꝝ hi naturaliũ rerũ causis dediti esset ĩuestigãdis, illi laudationib⁹ & poeticis rebus. Cęsar vno noĩe oẽs Druidas vocat. Hi sacrificia curare publica & priuata, religiões interprari, adolescẽtes disciplinis instituere, quoꝝ cœtib⁹ præcipuæ venerari. Iidem de cæde, de finibus, cæterisq; controuersiis cognoscere, pœnas constituere. Siqs siue publicã, siue priuatã personã gerẽs decreto non stetisset, sacrificiis interdicere, q̃ præcipua sit ĩ gente aĩaduersio. Druides oẽm hoĩm cõgressum & sermonem declinare, ne cõtagione pollue- rent, his petentib⁹ neq; ius dici cuiq; potuit, neq; honos vllus public⁹ cõmunicari. Vnus omnibus præesse, cui in vniuersum ordinẽ summa erat potestas. In hui⁹ defuncti velut antistitis locũ alius suffragio surrogabat. cogebat horũ cõciliũ certo anni tpe ĩ Carnutũ finibus. Est is locus Galliarũ fere medius, cõtrouersiasq; ex vniuersa gẽte eo delatas suo componebãt decreto. Vulgo postea receptũ id ĩstitutũ, sed ex Britãnia trãslatitiũ. A bellicis reb⁹ Druides aberãt, ne q; ad tributũ cogebant, multa milia versuũ ediscere necesse erat, q tali se disciplinę tradidisset, ita vt plęriq; ãnos. XX. in ea cõparanda morarent, neq; fas erat qppiã ad eã cognitionẽ ptinẽs literis cõmendare, q; ad memoriæ cultũ, & sciẽtiæ authoritatẽ putabat ptinere: in cæteris Gręcæ ea tẽpestate literæ Gallis in vsu fuere. Credere illi animas nõ interire, sed in alia trãsire corpora, atq; metu mortis ita sublato audaciores ĩ periculis fieri. multa de sideribus disputabãt de mundi & terrarũ magnitudine, de rerum natura, & deorum potestate. Mundũ ipsum ęternum, ignem & aquam vicissim præualere. Alterum genus equites. Hi cæterorum ordinũ religiosissimi, verũ graui morbo affecti, aut in periculis constituti, pro salute humanã hostiã mactabãt Druidum ministerio adiuti. Alii simulachra habebãt immani magnitudine viminibus cõtexta, eaq; viuis corporibus plena circũiecto igni absumebãtur. Supplicia eorũ qui latrocinii alteriusve noxæ conuicti essent, Diis gratissima arbitrari. Mercurius in pręcipua veneratione esse, quẽ omniũ artiũ inuentorẽ prædicabant, viarum & itinerum ducem, & ad quæstum faciẽdum plurimũ prodesse, Marti in pugnã ituri quicquid cepissent pro victoria vouebãt, visebanturq; ob eam rem in plærisq; Galliæ vrbibus ingẽtes tumuli bellicis spoliis cõstructi, siquis ex præda aliqd fraudasset graui supplicio id scelus vindicabãt. Se ex Dite procreatos persuasum habuere, ob idq; initium festorum dierũ ab ea nocte capere, q̃ festam lucem præcessisset, rati noctem illi sacrã esse. Liberos ad cõspectũ suũ, nõ pri⁹ venire patiebant, q̃ p ętatẽ adoleuissẽt, vt militaria iã obire possent munia, turpissimũ arbitrãtes filiũ adhuc puerũ patri assistere. Viri quãtas ab vxore pecunias dotis noĩe accepissent, tãtũdẽ domesticaꝝ fortunarũ ęqua ęstimatiõe cũ dote coferre. Quicquid inde fructuũ perciperet id diligẽter asseruari, eiusq; esse qui superstes alteri fuisset. Viri in vxores sicut in liberos vitæ & necis potestatẽ habuere, siqua veneficii cõuicta esset a ppinquis mariti igni sæuisq; cruciatib⁹ necari. In funere oĩa q̃ viuis charissima fuissent, cremare cũ defunctis, aĩalia etiã ipa. Nec multũ antea q̃ C. Cæsar eam terram debellasset cliẽtes & seruitia funebri rogo inferebant. Ciuitates q̃ optime institutę erant, hæc habuisse dicunt. Si qs de repu. a finitimis phama cõpertũ haberet, id ad magistratus deferebat, quædam suo arbitrio occultare, cætera pro concione palã facere. De repu. nisi in publicis cõciliis loqui nemini licebat. Qui in cõciliũ vltimus veniebat necabat. Qui tumultuat⁹ esset tantũ vestiũ publiċ⁹ minister ei recidebat, vt reliquæ vestis ptes inutiles redderent. Hirsutis sagulis vulgo vti scisso pro tunica amictu, q vix nates integeret dimidias. Comas studio nutriebãt, corpora gẽri proceriora & vulgo candida, prelongi itaq; gladii demissiq; in vsu esse, hastas alii, alii iaculum in præliũ ferre, arcubus vti nonnulli, nec adeo multi, paucissimi fundis aut fuste. Humi vulgo corpora ad quietem sternere. Strabonis ætate stramentis sedẽtes cœnitabãt. Lacte & suilla carne vescuntur. Sues in ea gẽte proceritate eximia agrestiq; feritate, vt nõ minus q̃ ab luporũ incursu ignotis ab earũ gregibus immineat periculum. Domicilia ex pluteis & cratibus in testudinis speciẽ. Ferox omnibus ingenium, ingenita simplicitas, plus virium q̃ consilii in bella afferunt, maius bellorũ q̃ agri studium. Gentile & vetus aureos torques ex collo suspendere. Mira

Gallorũ ordines.

Druidũ authoritas.

Carnutes.

Disciplina Druidum.

Dirus sacrificandi rit⁹

Ciuiles Gallorum mores.

fœminarũ fœcunditas,vt.CCC.& ãplius armatorũ milia gens vna Belgica ad bellũ olim mitteret.Neq; illud recẽs manib⁹ & lacertis armillas inducere.Vestes auro pictas gestare.Victoria supra q̃ dici possit lęta vincentib⁹.Victis stupor.Humana capita ex equinis ceruicibus suspendere ex ꝑlio reuersi.Cæterũ Romanorũ cõmercio multa mutari cõtigit,tẽpus inde omnia in melius vertit.Ex ipsa itaq; terra numerosi sępe exercitus,alpiũ aspitate domita,ĩ circũpadanos sese fuderũt cãpos,quo cõtigit,vt q̃qd terræ ĩter Apœninũ & Alpes iacet,vsq; ad Adriã,pter venetũ latus,ab ipsius gẽtis ĩcolatu,postea Cisalpina sit Gallia nũcupata.Eã terrã Tusci & circa Apœninũ Vmbri olim tenuerũt.Padus mediã pene regionẽ irrigat ĩ gremio Vesuli mõtis ortus,in quẽ nobilissimi Italię lacus exonerant,Verbanus,Larius,Sebin⁹, Eupolis,& Benacus. Padi ortus.
Ex his Ticinus,Abdua,Ollius,Lambrus & Mincius,oẽs Padi accolæ.Ipse septẽ ostiis in Adriã euoluit.Exprimit regio tota theatralem formã,Alpibus & Apœnino velut ĩ cornua reductis, cui ꝑ scęna sit Adria.Ex Celtica,quæ ad comatam pertinet,Gallorũ primi, vt Liui⁹ existimat, Belloueso duce Alpes transcendere. Prim⁹ Gallorũ transitus ĩ Italiã.
Accidit forte,vt per id tẽpus,quo Priscus Tarquinius Romæ regnũ obtinebat,tam frequens & populosa fuerit Gallia,vt abundans multitudo vix regi posse videret,ad quã sua mole exonerãdã,Ambigatus qui tum late regnũ ĩ ea terra obtinebat, duos sororis filios Bellouesum & Sigouesum cũ magnis exercitib⁹ nouas sibi terras q̃rere iusserit:illi ꝓuicias iter se partiri,Hercinios saltus Sigouesus sortitus est,Bellouesus Italiã. Ambigat⁹.
Is Bituriges,Aruernos,Senones,Heduos,Ambarros,Carnutes & Aulercos secum traxit.Tot ferox dux gentibus septus,quũ ad Alpes venisset,velut religione iniecta,ꝙ videret iuga mõtiũ ęquata cęlo,& ad id tempus nulli peruia,pterq̃ Herculi,si vera sunt quæ de eo feruntur , consilium captare cœpit quonã modo in aliũ velut orbẽ cũ tam numeroso transcẽderet exercitu, ibi phama afferẽt aduenas quærentes agrum ab Saluiorum gente oppugnari:Erant hi Massilienses ex Phocide nauibus ꝓfecti,id omen Galli ad suam fortunam pertinere rati,Græcis enixe opitulãtur,vt locum,in quem primum egressi essent,obtinerent,ibi postea ab eadẽ gente Massilia posita est. Massiliẽ.
Galli ꝑ Taurinos saltusq; Iuliæ alpis in Italiam transgressi,Tuscis haud procul Ticino amne ꝑlio fusis,in eo quo victores consederant loco,vrbem condidere omen secuti, ꝙ agrũ Insubrium appellari senserãt,quo Pagum nomine Hedui qui in Bellouesi comitatu erãt,in Gallia tenuissent,vrbem ipsam Mediolanum dixere,ob id credo,ꝙ Aulerci,q & ipsi eius expeditionis socii fuerant,vrbẽ eodem nomine in Belgica habuerũt. Mediolanũ.
Secuti inde diuerso tẽpore alii post alios,Cenomani,Libui,Saluii,Boii,Ligures,iterum Senones,aliæq; ferocissimę gẽtes,vt iã præter Venetos,q amœnissimũ Italiæ latus incolunt,quicquid terræ inter Alpes & Padũ late patet,Transalpinæ gẽtes obtinerent. Veneti.
Polybius Venetos Adriæ accolas,etsi Paphlagonũ esse gentẽ non ignorat,moribus tamẽ & ornatu corporis Venetis Gallis Oceani accolis videri sibi ait perq̃ similes.Ego totam hanc orã Vmbrorum ab initio fuisse crediderim,quum propter illud, ꝙ gẽs ipsa omniũ quæ in Italia sunt a Græcis antiquissima existimatur,tum quia CCC.illorũ oppida Tusci debellasse dicuntur.Cęterũ quicunq; mortalium ab initio eam terrã tenuerunt, satis constat,citra vltraq; Padum Tuscos & cũ his Vmbrorũ gẽtem,a Gallis ea tempestate eiectã,qui tantũ telluris adepti,vt abunde victum suppeditaret,diu se ĩtra Apœnini iuga tenuerunt,vicatim,vt idẽ author scribit,habitantes,simpliciore victu cõtenti,carnibus vesci,substrato gramine accumbentes,magis rei bellicæ,q̃ agriculturæ studiosi,liberaliũ artium disciplinas vulgo aspernati,auro,req; pecuaria diuitias ostẽtantes.maximũ gentis studiũ in amicitiis cõparandis,ita q̃sq; inter suos populares pręcipua pollebat authoritate , qui multa prædit⁹ esset factione.Talisq; tũ fuit eius gẽtis cultus,& in primis Senonum,qui ab Vfente fluuio ad Athesim fines habuere. Senonum fines.
Iidẽ primi omniũ Apœnino superato, Clusium Tuscorum vrbẽ oppugnare sunt adorti.Phama est,eam gentẽ a Clusino Arunte ad id bellũ allectã.Is Lucumoni iratus, ꝙ vxorẽ suam corrupisset,eam iniuriã quum in adolescentẽ opibus prępotentẽ vlcisci non posset,ad Gallorũ opes cõfugit,quos vt facili⁹ ad id bellũ cõcitaret,fruges ĩdigenas Hetrurię secũ attulit,vinũ id fuisse ferũt,& aridas ficus. Ab Arunte accersiti Senones.
Exciti ne tũ Galli sint ex togata Gallia,an ex Trãsalpina illa,dubiũ videri põt.Vix ego priuatę fortunę cuiq̃ per Alpes iter & ignota loca patuisse crediderim ad Trãsalpinos Gallos,cũ qua gẽte nulla erãt adhuc nostris hominibus cõmercia. Nec tã procul accersendi fuissent hostes,quum alii plærīq; eiusdem gentis populi,circa Padũ late regionem incolerent,qui nõ minus idonei vltores,locorum vicinitate,q̃ illi,qui trans Alpes accersebantur,esse potuissent.Sed vndecunq; tum Senones profecti sunt,etenim ducentesimo ferme anno post eos qui cum Belloueso Alpes transierant,omnium recentissimi in Cisal-

Clusini a Ro. auxiliū petunt. pinā Galliā venisse tradunt. Hi subito Clusiū bello adorti, late agrū populātur. Clusini piculo rei pculsi, etsi nullam cū Romanis ad id tempus societatē habebant, Romā tamen legatos ad auxilia contra Barbaros petenda, confestim mittūt, nullū sui ī Romanos beneficiū allegantes, nisi ꝙ Veientes cōsanguineos suos aduersus Ro. po. nullis opib⁹ iuuissent. auxilia negata sūt, missi tñ tres legati, M. Fabii Ambusti filii. Plutarchus tris ex Fabia gēte missos ait, in qbus fuerit, Q. Fabius Ambust⁹. Hi senat⁹ & Po. Ro. noīe cū Gallis egerūt, ne socios & amicos Romanorum, a quibus ipsi nulla prius essent iniuria affecti, oppugnarēt. Oportere Romanos, nisi armis absisterēt, Clusinos ex fœdere tueri. Cęterū malle Gallos nouā gentē pace q̄ armis sibi cognitā iri. Ad ea Galli respōdisse dicunt, se tū primū Romanū nomē audiuisse, fortes tñ viros credere ad quorum opes Clusini confugissent: & quoniā legatione poti⁹ q̄ armis, secum ab initio egissēt, se pacē, quę offerretur, nō aspernari, si parte agri, quē latius Clusini possiderēt q̄ colerēt, egentibus Gallis cederent, alioq pacē impetrari non posse. Ibiq coram Romanis sibi responderi postulant, vt si ęqua negarent, ipsis spectantibus in hostē dimicarent, vt domū reuersi suis renūciarent, quantū Galli bellica virtute cæteros mortales anteirēt. Romani insolēti ostentatiōe offensi a Gallis qrunt, ecqdnā rei in Hetruria esset Gallis? quū in armis se ius ferre ferociter respondissent, oīaq virorū fortiū esse, accēsis vtrinq animis ad arma discurrit, mox certamine īiecto legati, qui ex vrbe venerant, vt & ipsi qd Romana virtus valeret in armis corā ostenderent, aduerso patriæ fato cōtra ius gentiū in Gallos arma capiūt. Ante Hetruscorum signa tres Fabii ferocissimi iuuenes pugnā ciere, quorum Q. Fabius extra aciē equo vectus Gallorum ducē insigniter pugnantē adortus hasta transfixit, inde quū iacentis spolia legeret, forte agnitus, Gallos iusta in Romanos accēdit ira. It phama totis castris Romanos, violato iure gētiū, in se arma īduisse: a multis cōclamatū, vt confestim soluta obsidione, Romā iret. Vicit tamē seniorum sententia, vt Romā mitterent, q legatos ad suppliciū deposcerēt. Æqua Galli postulare, sed plus apd patres nobilitatis ambitio, q̄ ęquitas valuit. Verū nequa inuidia senatū ex ea re ī posterū maneret, placuit Gallorum postulata ad populū deferri. Plæbs & ipsa ambitione corrupta, nō mō nō dedendos cēsuit, sed ī sequētē ānū Fabios iuris violatores cōsulari potestate Tribunos creauit. Qua cōtumelia Galli īstructi, bellū ꝓpalā minitātes ad suos abiere. cū trib⁹ Fabiis creati sūt Tribuni, Q. Sulpiti⁹ lōgus, Q. Seruili⁹, P. Seruilius Maluginēsis. Erat tñ summa rei penes Fabios, quorū temeritate bellū erat cōtractū. Cęterū nihilo accuratiore delectu vsi, q̄ si a finitimorum populorum aliquo bellū intēderet, phamā formidolosi hostis apud multitudinē eleuabant, & qd fatali necessitate accidisse videri potest, ne Dictator quidē īminēti est periculo obiectus, sæpius in minore rerū expectatiōe dici solitus. Galli postq̄ ex vrbe Roma renūciarūt, nō solū reos nō reddi, sed ipsos etiā authores iniurię duces ad bellū creatos, ira accensi, cuius gēs ipsa impatiēs est, reuulsis signis ī Romanos oēm vim belli auertūt. Cōsternatę vrbes quacūq irēt ad arma cōcurrunt. Cōtra illi denūciāt Romā se petere. Clusini primi omniū id Romā nūciarūt, mox ex aliis quoq vrbibus trepidissimi nūcii, alii super alios, Barbaros omnia late prosternētes, ad vrbē tumultuose accedere. Tāta fuit hostiū celeritas, vt vix ad vndecimū lapidē iri obuiam potuerit. Huc Tribuni cū tumultuario exercitu (ad quadraginta armatorū milia fuisse dicunt) profecti, hostē circa Alliam, omnia late vastantē offendunt. Labitur is fluuius ex Crustuminiis montibus, nec multo infra viam Tyberi miscet, ibi Romani duces, neq militari consilio, neq diuina ope vsi, loco nondū castris capto, vt esset, quo se miles a trepidatione reciperet, aciē temere instruunt, cornibus adeo late extensis, ne ab hoste circūueniri possent, vt vix ordines ipsi inter se circa mediū cohęrerēt. Fuit forte dexter tumulus, quē subsidio insideri placuit. Complebant interim Galli oīa clamoribus horrēdoq vt mos est gētis vlulatu. Brēnus hostiū regulus conspicatus Romanorum paucitatē, insidias primo timuit, velut de industria tā pauci in cōspectum venissent, & vbi pugna cōserta esset, in se & suos a lateribus impetus fieret, in ancipiti consilio subsidiarios, qui tumulum tenebant, statuit inuadere, quibus loco depulsis apparebat ita futurum, vt aperta planicie res gerēda esset, facilisq victoria futura, quādo ipse multitudine & hominū ferocia longe pstaret. Adeo tum ratio nō modo fortuna pro Gallis stabat. Contra pauor & fugę impet⁹ Romanorum animos occuparat, tātaq rerū oīm obliuio, vt motis in præsidiarios signis, cōfestim vndiq facta sit fuga. Circa tumulū nō nihil pugnatū, cæterū clamore & a fronte & a lateribus reddito, inde quoq discessum, in pugna, q̄ vtiq nulla fuit, q̄ paucissimi periere. Dextrū Romanorū cornu ad mōtes, quos ꝓximos habuit, fugā inclinauit. Fuitq ea res saluti fugientibus, ꝙ Galli locorum ignari haud lōgius dispalatos insectari sunt ausi, & hi per loca

Legatio Ro. ad Gallos.

Gallorum postulata.

Tri. cō. pot.

Galli ad vrbē accedūt.

Allia flu.

Brennus.

Ro. metus & fuga.

rum deuia Romã abierũt.Cõtra q in sinistra acie locati fuerãt,ad Tyberim cõpulsi,Barbaris ir ruẽtibus,magna ex parte circa ripas periere. Multi temere fluuiũ ingressi,vt erãt armis impe diti,vorticibus sunt absorpti.Plures omnino natãdi peritia Veios ptenderũt.Vix Galli crede re poterant,se tã cito vicisse.Stare itaq; velut pauore deffixi,insidiasq; adhuc timere.Verũ vbi tuta omnia viderunt,passim cæsorũ spolia legere incipiunt,armorũ cumulis vt mos est gentis coaceruatis Romã iter intendũt,quo haud multo ante solis occasum peruenere. Multi psuasũ habuere,si ex acie fugiẽtes Galli secuti essent,facile eo die vrbe capta potuisse Romanũ nomẽ deleri.Hæc Liuius.Plutarchus,cui libentius accedo,tertio a pugna die Barbaros Romã petiis se ait.Galli equites cursu ad vrbẽ progressi,quũ neq; clausas portas offendissent,neq; in his sta tiones vllas,rei miraculo cõmoti,solitudinẽ vrbis suis renunciant,ibi quoq; hostiles ĩsidias for midantes,quia iã nox aderat,ignari quę essent Romanorum consilia,inter vrbem & Tyberim consedere.Romani ad primã aduersæ pugnæ phamã,quicũq; Veios aliove fuga contenderãt pro amissis habuere.Vna itaq; viui ac mortui complorati sunt.Clamor & metus ingens cõti nuo ciuitatẽ inuasit.Sed publicus pauor priuati doloris sensum auertit.Vbi circa mœnia con spectus est hostis,exaudiri p noctem vlulatus,terrificiq; Barbarorum sonitus,circa muros tur matim vagantiũ,& quia in tanta animorũ consternatione nulla spes erat retinendæ vrbis,pla cuit senatũ cum iuuentute militari,Capitoliũ & arcẽ occupare,frumento & armis eo collatis, indeq; Romanũ nomen tueri.Sacerdotes & Flamines eodem cũ sacris contẽderũt.Triũphales senes cũ imbelli turba in vrbe remãserũt,velut cũ patria,si patria casura esset,interituri. Horta ri hi cũ lachrymis iuuenes Capitolium scandentes,deos & vrbem commendare, quæ trecẽtos sexaginta annos omnibus bellis victrix fuisset.Cætera multitudo,nã onerare nolebãt arcem ni mia turba,vt diutius obsidio tolerari posset,ex vrbe auersa ab hostib⁹ regione passim effusa,cõ tinenti agmine Ianiculũ petiit.Inde pars per agros dilapsi,nam Tyberis hostium incursum ar cebat,pars in finitima oppida concessere,suã quisq; spem,sua cõsilia publicis deploratis secut⁹ Flamen & vestales virgines,maxima sacrorũ parte in doliolis sub terram defossa,cætera iter se onera partiti,extra vrbẽ deferũt.Et iam sublicium pontem transgressę virgines Ianiculũ labo riose subibãt.Eas L.Albinus homo plębeius procul cõspicatus,religione tactus,q sacerdotes & Romana sacra pedib⁹ irent,ipe cũ vxore & liberis plaustro veheret,suis ad terrã depositis,Ve stales ipsas cũ sacris in currũ sustulit,sublatasq; Cere,quo ille iter intenderat,deuexit. Et Liui⁹ in hunc ferme modũ fugã & cõsternationẽ illam digerit.Ego haud sane video quonam mõ id accidere potuerit,si sub solis occasum eodẽ die,quo pugnatum erat , Galli ad vrbem venerint, postridieq; capta est,vt sine vlla hostiũ insectatione,onerosa multitudo sit ex vrbe egressa.Ve riora mihi vident,q Plutarchus scribit,triduo post pugnã Gallos affuisse,qđ spatiũ fuerit ter ritæ ciuitati & ad muniendũ Capitoliũ pſidio,& ad imbellem multitudinem procul vrbe able gandã.Senes qui in vrbe remanserant,obstinato moriẽdi animo,eo quo olim habitu quisq; tri umphasset,in suarũ ædiũ atriis triũphali sella,sub hostiũ ingressum,cõsedisse dicunt. Sũt qui tradãt sese p patria & quiritibus deuouisse,qbus M.Fabius Põtifex Maximus prefatus sit car mẽ.Galli p Collinã portã ingressi,recta in forũ contendere.Ibi oculos ad tẽpla & arcem circun ferẽtes,quã solã armatis teneri videbãt,relicto hic pſidio,ne qs in se impetus fieret, cętera mul titudo in prædã dilapsa est.Mirari primo clausis plębeiorum domibus,nobiliũ tãtũ atria pate re.Maior itaq; cunctatio tenuit aperta q̃ clausa inuadẽdi,nequa fraude incauti exciperẽtur, in de viros in sellis sedentes intuiti,ac præter ornatũ corporis,habitũ quoq; humano augustiorẽ admirãtes,nouitate rei deffixi,sedentiũ maiestatẽ cõtẽplant.Inde quũ ad eos velut deorũ simu lachra obuersi starẽt,M.Papyrius Galli sibi barbã demulcẽtis eburneo scipiõe caput percussit, qua ille iniuria iritatus, sedentẽ ferro oppressit.Tũ ab vno cæde orta cæteri in suis sunt sellis trucidati.Euagatũ inde ferrũ p ignobilẽ multitudinẽ,nã multi,vt alio est loco significatũ,ĩ vr be ex ĩbelli humiliq; plæbe remanserant.His sine discrimine ferro absumptis aut pcipitatis, do mus passim direptę,flãmaq; tectis ĩiecta ẽ. Atq; ĩ hũc maxime modũ Roma est a Gallis capta. Quã cladẽ futuram Heraclitus põticus pdixit,q priusq̃ vrbs ipsa caperet,vita decessit.Verba ex eius cõmẽtariis Plutarchus refert,Roma inqt Gręca vrbs,q iacet ad magnũ mare,ab exerci tu vltra Hyboreos mõtes aduẽtante capiet.Sed fabulosus Heraclitus ait Plutarchus,qui illa de magno mari & Hyboreis cõfinxit,maior inqt oĩno fides Aristoteli habenda,qui & ipe Ro mã a Celtis capiẽdã pdixit,& a Lucio seruandã.qđ ad Camillũ referẽdũ sit,velut M.Luci⁹Ca millus sit,nõ Furius nominatus.Cęterũ nemo ignorat Luciũ post Marcũ Romanos vsurparę

Ro.clades ad Alliam accepta.

Variatio historiæ.

Ro.metus.

Consilium retinendi Capitolii.

Pietatis exẽplum in Albino.

Seniores p patria se deuouent.

Heracliti & Aristotelis oraculũ.

non cõsuesse,quũ nemo duo ꝑnomina sortiret̃,nisi forte ad M.Valeriũ alluserit oraculũ,q Ca milli magister fuit eqtũ.Sed si Eusebiꝰ recte tpa digerit,cũ capta est Roma,aut nõdũ natꝰ erat Aristoteles aut certe infans fuit.Annus ille quo Roma a Celtis capta est,vt Liuiꝰ & Plutarchꝰ scribit,sexagesimus fuit ab eius conditione ac trecentesimus.Plinius quatuor huic numero an nos adiicit.Fuitꝗ idẽ a mundi origine,octingẽtesimus decimꝰ supra quater millesimũ.Olym- piadis septimæ ac nonagesimę secũdus,quo anno Amynthas vndeuigesimus in Macedonũ gẽ tem regnũ cepit.Capta vrbe nullus erat dies q non aliqđ hostilis sæuitiæ afferret iis qui in ar- ce erãt spectaculũ,obuersariꝗ cędes,rapinę,incendia,cadentiũ domorũ ruinæ miserorũ ciuium oculis.Erãt interea priore cõditiõe,q̃ q procul aberant,ꝙ patrię excidiũ & suoꝝ supplicia spe- ctare,q̃ mala alii tantũ phama percipiebant. Nec vis illa,quæ maior omnino ab hoste orta est, vbi arce potiri nõ est datũ,obstinatos animos frãgere potuit,qn tot malis obruti,ferrũ qđ ĩ ma nibus erat,velut vnicã spẽ vitę ĩtueri,mẽtẽ de ĩdustria a tot cladiũ sensu auertere.Galli vbi vi dent nihil,ad ea q̃ fierent,Romanoꝝ ferociã remitti,viꝗ opus esse,si arce potiri velint,structa

ANNI MVNDI.

Galli a Capitolio pelluntur.

in foro acie dant signũ ad Capitoliũ inuadendũ,sublatoꝗ eximprouiso clamore,facta testudine aduersum collẽ subeũt.Romani ꝓsidio ad oẽs aditꝰ opposito,subeũtes medio cliuo excipiũt,ex ceptosꝗ ex superiore loco cũ strage & ruina ad ima detrudũt.Fuit primꝰ ille Gallis vltimusꝗ conatus Capitolii aperta vi oppugnãdi.Eratꝗ nihilo segnior obsidio.Frumẽto interea,qđ ĩ vr be fuit,incẽdiis corrupto,quũ cõmeatus inopiã Galli sentire cœpissent,diuiso exercitu,partem copiarũ ad Capitolii obsidionẽ reliquũt,ceteris ĩ finitimos agros dilapsis,forte ex iis q in ea ex peditiõe erãt pars nõ parua Ardeã puenere,erat ibi Camillus luctu & mœrore publico magis q̃ suo casu affectꝰ,idẽtidẽ requirẽs,vbinã viri illi essent,q secũ Veios & Phalerios cepissent,qꝗ fortius semp,q̃ felicius pugnare consuessent.Igit̃ audito hostiũ accessu.vbi Ardeates pauidos de summa rei cõsultare sensit,vltro se illoꝝ cõcioni intulit,quũ ad eã diẽ tali cõgressu pertina citer abstinuisset,turpe credo ratꝰ peregrinũ hoĩem ĩ aliena ciuitate nimis curiosum esse. Vbi

Oratio Camilli ad Ardeates.

vero pro cõcione stetit,Nemo inqt vestrũ existimet Ardeates veteres hospites,& iã ciues mei in aduersa fortuna facti,me ꝓsentis cõditiõis meę oblitũ,huc processisse,sed hoc qđ instar picu lũ me velut vnũ ex Ardeatibus,ĩpellit ac cogit,siquid in me ꝓsidii sit,id ad salutem cõmunem cõferre.Qñ eñ pro vestris tãtis in me meritis gratiã vobis referã,si in tãta opportunitate cessauero?aut vbi erit vsus mei apđ vos,si in bello non fuerit?hac arte ĩ patria steti,& inuictũ bel lo ingrata ciuitas togatũ eiecit. Vobis nũc Ardeates fortuna oblata est,multis & magnis Ro. po.in vos beneficiis,ea q̃ sint,haud dicam,qñ vt gratam decet ciuitatem,semper memineritis, gratiæ cumulatius referendę,& decus vestrę vrbi ex communi hoste acquirendi.Sunt Galli q incomposito agmine aduẽtare dicuntur,amplo quidẽ corpore,sed non minꝰ,vt audio,ad labo- res infirmo,ferociaꝗ magis stulta,q̃ vt cauto sit hosti formidanda. Afferuntꝗ ob eam rẽ plus terroris,q̃ viriũ in certamen.Argumento clades esse potest.Ad Alliam nostrorum ducũ stul- titia tumultuaria illis victoria contigit,Romam patẽtibus portis cepere.Verũ vbi Capitoliũ tentare sunt ausi,a paucis tanta inde ignominia & strage sunt repulsi,vt vix arcem ampliꝰ spe ctare audeant,nõ modo oppugnare,atꝗ iam inde obsidionis tędio digressi,ad insidias & cędẽ opportuni,per agros temere vagant̃,cibo vinoꝗ sub noctem distenti,prope aquarum riuos,si- ne munimento,sine stationibus,passim ferarũ ritu sternuntur.Et nũc ob ea quæ prospere ges- serũt,magis etiam solito incauti.Quare si vrbẽ vestram,si fines tueri ĩ animo habetis, nec pas suri estis totũ Latium Galliam fieri,vbi nox aderit,cum armis frequentes adeste,me sequimi- ni,ad cædẽ potius q̃ ad præliũ,nisi hostes velut pecora vobis trucidandos dedero,nõ recuso eũ dem meatum rerum apud vos exitum esse,qui antea Romæ fuit.Nullus erat qui non persua

Peroratio.

sum haberet,Camillũ consilio & felicitate omnes alios ea tempestate duces longe antecellere. Magno itaꝗ studio cõcione dimissa,curatisꝗ corpibꝰ,Ardeates arma capiũt,ad primũ classicũ intenti,quo edito primo noctis silentio circa portas Camillo affuerunt. Ille vbi per explorato res cõpertũ habuit,vbi hostes essent,tacito agmine hostibus insinuatus,somno multaꝗ crapu la grauatos,subito clamore inuadit.rum cędes non prælium fuit.Corpora soluta somno pas-

Gallorum cædes.

sim cę dunt̃.Extremi pauore exciti semisomnesꝗ capessunt fugam . Horum plæriꝗ in Antia- tẽ agrum per noctem delati,vbi illuxit,oppidanorũ incursu circumuenti,fœde & ipsi obtrun- cant̃,equites Ardeatiũ a Camillo in fugientes & dispalatos missi,passim diuersa parte oppri- munt.In Veienti quoꝗ agro ꝑ eos dies Tuscorũ cędes ingens est edita,quos adeo nihil Roma næ cladis miserebat,vt & fines etiã captæ vrbis,interim quum a Gallis teneretur,hostiliter ir

rumperāt,& Veios quo se Romani ex acie receperāt oppugnare conati sint. Cæterū q ibi erāt,
Hetruscos prę se prędā agētes conspicati,primo sui miseratio incessit,q ab iis etiā bello pteme
rētur,a quibus vt bellū propulsarent,in eā calamitatē incidissent,indignitas inde simul & ita
animos ad vltionē accendunt,factusq; esset statim in eos impetus,nisi Ceditius centurio vltio
nem in noctē differendam censuisset.Camillus vnus defuit,cætera eodem ordine & euētu ge-
sta.Capta noctu Hetruscorū castra,tetraq; in illis cędes edita.Inde alia Tuscorū man[9] circa Sa-
linas sequenti die cæsa est.Circūsedere interea Galli Capitoliū,in vnū præcipue opus intēti,ne
quis hostiū ex arce euaderet.Erat Fabię genti in Quirinali colle anniuersariū sacrum constitu
tum,cuius rite peragendi quum status dies forte adesset,C.Fabius ne gētile sacrum intermit
teret,Gabino ritu amictus,per medias hostium stationes,sacra manibus ferens,nihil ad illorū Caii Fabii
clamores & minas territus,in collē euasit.Peracto sacro eodem vultu & constantia in Capito- pietas.
liū est incolumis reuersus,incertum,Gallis miraculo rei attonitis,an religione motis, cui[9] gēs
ipsa haudquaq̄ negligēs esset.Eratq; hic rerū status Romæ,Veiis interim Romanorum animi
quū ob ea q̄ prospere fiebant,tum quia ex agris ac toto Latio,magnus eo fiebat volūtariorum
concursus,in dies gliscebāt,vulgoq; voces iactari,adesse tempus patriæ ab hoste repetēdę.Nec
erat quisq̄,qui non Camilli ductu,& auspiciis rem Romanā in pristinum statum restitui posse
arbitraretur,si imperii summa ei delata esset.Aperte igitur postulabant,vt ex Ardea Veios ac
cerseret,qđ quum inter omnes cōueniret,placuit tamen de ea re senatum prius,qui in Capito-
lio erat,consulere.Pontius Cominius impiger iuuenis,se iturū est pollicitus,is quia p hostium Cominii fa
stationes,sine periculo ad suos euadere non poterat,suberino cortici incubans,secundo Tyberi cinus.
ad proxima delatus,qua præruptis est rupibus munitus collis,per saxorū crepidinem in Capi-
toliū obrepsit.Ibi decreto patrū accepto,vt Camillus,centuriatis comitiis,ab exilio reuocatus,
Dictator diceret: Pōtius eadē via,qua venerat,Tyberi traiecto,Veios reuersus est. Ibi lata lex Camillus
est,Camillusq; ex Ardea Veios accersitus,ac Dictator dict[9].Sed dū hęc foris agunt,Capitoliū Dictator.
a Gallis pene captū est,qui seu vestigio notato,qua nuncius ascenderat, seu scāsili loco sua spō
te animaduerso,ad Carmentis saxum nocte sublustri præmisso qui inermis viā exploraret,al-
terna ope subnixi,p manus sibi arma tradentes,subleuantesq; se inuicē,trahētesq; alii alios,tā-
to silentio in summū euasere,vt nō custodes modo,sed canes etiam, sollicitum alioqui animal
fefellerint. Anseres falli nequiuerunt,quos Iunoni sacros,in summa etiā rerū inopia religioni Anseres Ca
fuit occidere.Est eñ Ales ipsa pauidæ naturæ,acerrimiq; auditus, horū clangore.M.Manlius pitolini.
excitus,fuerat is triennio ante cōsul,vir bello egregi[9],arreptis armis,cæteros ad arma cōciuit.
Cæterū dum alii magis trepidant,q̄ arma expediūt,ipse Gallū qui in summo constiterat, ador
tus vmbone deturbat,cuius ipulsu q proximi steterant,facile,vt in procliui,prosternuntur.Se-
cuta inde cęterorū strages,q cautibus hærebant,brachiis & manibus dissectis,variesq; per cæ-
tera trucidati,pręcipites alii sup alios ad ima decidūt.Atq; ita auspicatissimo alitis cantu,vni
usq; Manlii virtute,Capitoliū seruari contigit.Ea res seruatori ipsi cognomē dedit,vt Capito
linus sit iā inde dict[9].Vniuersi,q in Capitolio erāt,singuli selibrā farris, & quartariū vini,suo Ciuiū gra-
quisq; se victu fraudās,ad Manlii ædes cōgessere,argumēto charitatis memorabili,si rerū ino- titudo in
piā q̄ tū fuit consideret aliquis,Hæc Manlio data.Nocturnū vigilem,qui ea parte, qua Barba- Manlium.
rus ascenderat,muros negligentius custodiuerat,Sulpitius tribunus militum saxo deiecit. At
tentiores deinceps custodiæ vtrinq; fuere,Gallis omnia præsidio tenētib[9],ne quis Capitolium
ingredi exiteve posset,Romanis ob recens periculū arcem & Capitoliū multo diligētius asser- Galli fame
uātibus.Iā fames,ex lōga obsidione,Romanos inuaserat.In hostiū castris haud solū frumenti & pestilētia
inopia sentiri,sed & grauis pestilētia,æstus & torridū recenti incendio solū,quorū intolerātissi laborant.
ma gēs est humori & frigoribus assueta,Gallorū corpora lāguore affecerat,inde morbo sensim
vulgato,passim expirabant,tātaq; vis holm breui absumpta est,vt humandi tędio,plura corpo
ra in vnū coaceruata concremarent,q̄ res ad posteros nomen loco dedit, vt Gallica sint busta Gallica bu-
nūcupata.Nec multo post hostes Romanis i certos dies petētib[9] inducias dedere.Interim col- sta.
loquia vtrinq; haberi cœpta,hic quū famē,vt fit,Galli obsessis exprobrarent,& ob id ad dedi-
tionē hortarent,phama tenet ad eā opinionem auertendā,panem plurib[9] locis ex Capitolio i
hostes deiectū,sed iā neq; id malū dissimulari poterat āpli[9].itaq; dū Dictator delectū habet,dū
copię ad bellū in vnū contrahuntur,cęteraq; necessaria,per se Camillus,& p L. Valeriū magi- Consilia de
strū equitū ad prælium comparat.Capitolii præsidium,etsi cætera mala constāter tulerat,lō- dedēdo Ca
ga inedia cōfectū,quū infirma corpora armorū pōdere obruerēt,nec auxilia alicūde adesse cer pitolio.

nerent,vel redimi vel dedi se quacunq pactione decreuit:nã & Galli iactabant interdũ,fieri pos se,vt tolerabili mercede obsidionẽ soluerẽt.Tũ Tribunis militũ a senatu datũ est negocium,vt cũ hoste rem suo arbitrio transigerent.Colloquio inde inter Brẽnũ Regulũ & P.Sulpitiũ Tribunũ militum habito,ita inter se pacti sunt,vt mille pondo auri se populus Romanus redimeret,Brennus vrbe & Romano agro decederet cũ exercitu.Phama est pręsenti idignitati aliam Gallos adiecisse,iniquis põderib⁹ in mediũ platis,Sulpitioq ea recusante, supadditum his gladium,auditãq intolerandã Romanis vocem,Vę victis,sed cęlesti prouidentia factum, vt Romanũ nomen ea ppetui dedecoris nota nõ sit inustũ, vt gens q̃ late erat imperatura,auro seruiliter redimeretr.Nã dum per altercationem tempus teritur,priusq̃ aurum sit appensum Camillus affuit,tũ auro eius iussu e medio sublato, vt Galli se ad pręliũ expediant edicitur,quibus pactos esse se aurũ prædicantibus,stariq fœderibus oportere, nullũ Dictatoris iniussu fœdus aut pactionẽ a minore magistratu ait fieri potuisse,qn vltimo se certamini accingerent,fore,vt si ea pugna ipsis feliciter cederet,auro & arce potirentr.Ipe ad suos cõuersus,armis nõ auro patriã recuperare iubet.Deorũ tẽpla,Liberos,Vxores,Patriũ solũ spectarent.Omnia illa aut virtute vindicanda,aut cũ ipsis fortiter & honeste cadẽdũ.Inde inter semiruta tecta,vt locus q̃sq erat ad pugnandũ vtilis,acie disposita,cũ itato hoste cõfligit.Hic haud maiore momento,q̃ ad Alliã vicerant,Galli ꝑlio victi sunt.Vrbe inde egressi Gabina via ad octauum lapidẽ atrociore sunt pugna afflicti.Castra capta,cędes adeo omnia obtinuit,vt ne nuncius quidẽ tantæ cladis supfuerit.Hęc Liuius,a quo nõ multũ diuersa Plutarchus tradidit. Polybius Gallos ait ab obsidione vrbis,domestico bello auersos,quia Veneti,Adriaci maris accolæ,eorum fines ĩfestarent.fœdere cũ Romanis percusso,restitutaq vrbi libertate,domũ abiisse.Quidam etiã authores sunt,aurũ qđ Gallis fuerat appensum,post aliquot annos Romã relatum.Plinius id a Camillo in Capitolio dedicatũ author est,qđ M.Crassus aliquot post ætates sit furatus.Camillus in vrbẽ triũphãs reuersus est,inter militares iocos Romulus,ac parens patriæ,alterq vrbis cõditor appellatus.Et Roma ipsa p hũc modũ est a Gallis recepta.Instare tũ acrius Tribuni plæbis,agereq cũ plębe,vt quando vrbs incendio esset & ruinis deformata,populariter Veios migraret.Eaq causa fuit vt Camillus a patribus rogatus, ne titubantem rempub.incerto relinqueret statu,haud tã cito se magistratu abdicarit.Fuit itaq in primis author,vt templa cõfestim expiarẽtur,q̃ hostis prophonasset,cũ Ceritibus,quia Romana sacra tutati essent,hospitiũ iungeret.Ludi Capitolino Ioui fierent,ob arcẽ & Capitoliũ seruatũ.Templũ Allocutio,seu vt Plutarchus scribit,phamę,in noua via,vbi M.Cediti⁹ fuerat silẽtio noctis oraculo monit⁹Gallos aduẽtare,locari iussit.Aurũ hosti ademptum sub sella Iouis,in Capitolio dedicauit.Q; siquis ab hoste id receptũ interpr̃et,iam perbelle Romanos auro redemptos fateatur necesse est: Quod miror obscure,& pplexe a Liuio traditũ.Sed q illis cœptũ erat appendi,inde Dictatoris iussu e medio sublatũ,asseruatũq in euentũ pugnæ,tutius fuerit opinari. Nec ita multo post Tribunis legẽ,de vrbe deserenda,agitãtibus,senatu prosequẽte Dictator in cõcionem descendit.Ibi vero frequẽti populo,in hũc modũ est fari exorsus. Adeo acerbæ mihi sunt Quirites cũ Tribunis plæbis contentiones,vt in tristissimo illo exilii mei tempore,nullum pręter hoc vnũ inuenerim solatiũ,q ab huiusmodi certaminibus pcul abessem,a qbus vsqueadeo aĩus abhorret,vt nõ senatuscõsulto,non populi iussu,in patriam rediturus fuerim, nisi acerbissimus vrbis casus,me ad reditũ compulisset.Etenim vt patria in sua sede maneret,nõ vt ego in vrbe essem,agebatur, quum plæbiscito reuocabar.Et nũc libẽter quiescerem,nisi hæc quoq p patria recens dimicatio subeũda esset,cui deesse turpe semper & nefarium duxi. Sed vos dicite:quid opus fuit hanc vrbẽ,tanto piculo,tãtaq cura & sollicitudine ex hostibus recipe,si receptã deserturi fuimus?aut cur Capitoliũ præsidio retinere placuit,si retentum & defensum destituendũ a nobis erat?an sic erit,vt plus vastitatis sint secundæ res vestrę huic vrbi facturę,q̃ aduersæ fecerint?Q; si non natale solũ,non parẽtũ sepulchra,non lares ipsi,apud quos nati sumus,& educati,moueant,certe felicissimus vrbis genius mouere debet. Enimuero siqs monumẽta vrbis huius diligenter consideret,plures in ea victorias & triũphos,q̃ annos,a prima eius conditione reperiet.Fuit quidẽ semper Romani nominis comes fortuna,fueruntq huic vrbi, quum semper alias p̃sentes dii & beneuoli,tum hoc tempore,quo ciuitatis rebus ducum culpa afflictis,vrbeq metu & pauore relicta,ne Capitoliũ a Gallis caperetur,prouiderint,deceptaq humana diligentia,sacratam alitem falli non permiserint. Pari prouidentia accidisse videri potest,q senatu,q ciuibus,se turpiter auro redimentib⁹,opportune vestræ affuerint legiones,q

Camilli interuẽtus.

Aurũ a Gallis receptũ.

Allocutii templum.

Oratio Camilli ad populum.

Laus vrbis a genio & felicitate.

hostis in vrbe prius,mox ad vndecimū lapidem sit cęsus,per quę & decus qđ amissum erat,&
patria nobis restituta est.Quid φ ne hæc deoꝶ sedes a Gallis caperetur,eoꝶ iam antea moniti
fuimus oraculo,satis cauere potuimus,nisi mentes hominū,ad futura pericula prospicienda,
& cæcæ & amentes fuissent.Ecqđ sentitis qrites,q̄ ingrati in illos simꝰ,q̄ in patriā impii,q vr Argumētū
bē augurio conditam,superis charissimam,omnium circa gentium haud dubie victricem, vbi a maiori.
Romulus Marte genitus,atq̧ ipse inter deos relatus,vbi tot reges,tot duces,tanta virorū spe-
ctata est indoles,velut prophanam & damnatā deserimus!q̄ dispar est hoc consilium, q̄ diuer-
sum a Fabii adolescētis pietate!Vos in ea deorum benignitate seruata,publicas cerimonias de
serere conamini.Nec est cur quisq̄ ex Veiis,si illuc migratū sit,Flamines huc & augures sacro
rum causa mittendos existimet,quum pleraq̧ nisi cum ciuitate stare nō possint. Videte queso
quātū a maioribꝰ diuersi abierimus,illi nobis in albano monte,& Lauinio sacra faciūda tradi-
derunt,quia ea in vrbē transferre religioni fuit,nos quæ æqualia sint huic vrbi, & quæ priusq̄
conderetur nata,sine piaculo destituēda arbitramur.Sed de sacroꝶ ratione & tēplis loquimur.
Quid vestales,qbus vna illa sedes sacrata est,vnde nulla vnq̄ causa,prętet excidium captæ vr-
bis,amouere potuit! Quid Dialis Flamen,cui vel vnā noctem extra vrbem manere nefas est!
Quid alia,q̄ in hac vrbe auspicato agūtur,& omnia fere intra Pomœriū,comitia curiata, quæ
rē militarem continerent,Comitia centuriata,quibus consules creatis,cui obliuioni, cui negli
gētię hęc dātur!Vbi auspicato fient,nisi vbi fieri consueuerūt! Veiosne hæc trāsferentur!aut
populus ob eā rem toties dulcissimę patrię bustū non sine dolore & lachrymis inuisurus, huc
reuocabit!Sed res ipsa(dicet aliquis)cogit nos id facere.Vrbs incendiis & ruinis deleta est, in
tegrā & sartam petimus,nec inops multitudo noua vexanda est ædificatione. Verum migra-
tio hęc,vrbe adhuc incolumi,a vobis Tribunis mota est.Sed videte quātū inter meā sentētiā
& vestram intersit.Scio vos ita arbitrari,si prius hinc migrandū non fuerit,nunc quia hęc cla
des accepta sit,migrari oportere.Ego contra,etiam si tunc non hic manendum fuisset,nunc qa
omnia strata sint ruinis,nego patriam esse relinquendā.Nec id quisq̄ miretur,nisi prius quale
sit audierit,quippe tunc quū victoria nobis causa fuit Veios migrandi, discessus ille nobis &
posteris fuisset gloriosus,nūc migratio nobis misera & turpis,Gallis celebris & inclyta.Nō.n.
victā vrbem victores petiisse,sed victi patriam reliquisse iudicabimur.& Romam Galli euerte
re valuisse credent.Romani restituere non potuisse. Quid præterea fiat,si nouus Galloꝶ ex-
ercitus,phama nostrę profectionis suis sedibus excitus,desertā vrbē occupet! Qꝫ si Volsci aut
Equi perpetui hostes id faciāt,velitis ne eos Romanos,vos Veientes nūcupari!& hæc dedeco-
ra pati potius parati estis,q̄ iterū ędificare,quasi vllum possit domiciliū humilius hodie fieri,q̄
casa illa conditoris nostri,q̄ adhuc extat!aut non in casis pastorū ritu satius sit habitare, q̄ tur
piter in exilio,& alieno solo viuere!Maiores nostri,quum nihil pręter syluas & pascua his lo-
cis essent,tātā vrbem breui condiderunt,nos Capitolio & arce incolumi,incolumibus templis
instaurare piget!& qđ singuli facturi fuimꝰ,si ędes nostræ casu aliquo deflagrassent, id in pu-
blico incendio facere recusamus! Quid tandē,si casu aut fraude aliqua,incēdium sit Veiis or-
tū,quod fieri possit,vt vēto flāma late euagata,magnam vrbis partem absumat , Fidenas inde
aut Gabios sedes transferemus!adeo nihil nos tenet patriū solū,nec terra hæc,quā matrem ap
pellamus,sed in tignis & parietibus omnis charitas & spes nostra sita est!Fateor equidē Quiri
tes,q̄diu patria abfui,quoties illius imago subibat mētē,Capitoliū,& cęteri colles, forum,cāpi,
Tyberis,& hoc cælū,sub quo natꝰ & educatꝰ erā succurrebat animo,nō poterā nō eoꝶ admo-
nitu nouū quoddā desideriū sentire.Hæc eadē moueāt vos Quirites,horū charitate in patria
& natali sede potiꝰ maneatis,q̄ quū temere relicta fuerit,frustra regratis.Merito dii hominesq̧
cōsenserūt in vrbe his locis statuenda.Saluberrimi colles,Ager feracissimus,Flumē ad res ma-
ritimas subuehēdas idoneū,Situs ab oī externæ classis periculo immunis, Vrbs media Italia,
& ob id ad rerū incrementa habilior.Est hic quintꝰ & sexagesimus supra trecētesimum Roma
næ vrbis annus, & quis vnq̄ populorum nō eorū dico q finitimi sunt,sed q sunt etiā intra ex
traq̧ Italiā,tā luxuriosa sensit incrementa!pximo lustro.CLII.milia ciuiū cēsa sūt.Trāseo du-
ces,exercitus, victorias,triūphos,q pene plures sunt nūero,q̄ āni vrbis.Qđ quū ita sit,q̄(ma-
lū)ratio est,felicia expertis,velle ignota experiri!Poterit fateor,virtus vestra alio trāsferri,at for-
tuna loci nō poterit.An fando auditū est nūq̄,arcē oīm gentiū fore hic,vbi humanū fuit olim
caput inuentū!Iam res ipsa,ne cui vestrū dubiū sit,huic colli,qui nobis imminet, nomē dedit.
Quid īmobilis terminus,quid ancile cælo demissum!quæ oīa deos ppitios manentibus pollię

cenť. Quibus aduersis nõ mõ non humana augenť, sed siqua quæsita sunt in peius dilabűtur. Mouerat qdē ratio multitudinē Camillo porante, sed religio multo magis. Eã animoꝝ inclinatione omē cõfirmauit: Reuertētibus tũ forte ex pſidio quodã cohortib⁹, cēturionũ vnus, vbi in partē fori vētũ est, ad signiferũ exclamãs, Statue inqt signũ, hic optime manebim⁹. Qua voce exaudita, & senatus ex curia egressus se omen accipe dixit, & pplus q in cõcione stabat, magno cõsensu cõfirmauit. Antiquata deīde lege, vrbs studio cœpta est īstaurari, tegula publice prębita, saxoꝝ, materiæq; cædēdæ, vnde qsq; vellet ius factũ, prædibus acceptis fore, vt eo anno quisq; hęc ex publico accepisset, ædificia pficeret. Viarũ ratio nulla habita, qn in vacuo vt cuiq; libitũ est ædificãtib⁹, ita accidit, vt postea vrbis forma, occupatę magis q̃ diuisæ, fuerit similis. Atq; in hũc modũ vrbs a Gallis recepta, Camilli pſuasu īstaurata est. Q. Fabi⁹ q legat⁹ in Gallos cõtra ius gētiũ dimicauerat, vbi primũ magistratu abiit, a C. Marico Tri. plæ. in iudiciũ arrept⁹. popportuna morte est iudicio subtract⁹. Maior deīceps rerũ successus secut⁹, vt vrbis velut a stirpib⁹ lati⁹ feraciusq; renatæ. Et iã anno p hos mot⁹ circũacto, Camillus q rogatu patrũ tãdiu in Dictatura pseuerauerat, quoad status reipu. sisterenť, vltro potestate abiit. Creati inde Tribuni militũ cõsulari potestate, Au. Valerius publicola, L. Vergini⁹, P. Corneli⁹, Au. Mãlius, L. Æmilius, L. Posthumi⁹. Hi leges duodecim tabularũ & quasdã ipsorũ regũ congsitas, ī publicũ redigendas curauerũt, & circa religionē nõ nihil eoꝝ cura versata est. Diē ad decimũquītũ calēdas sextiles, duplici clade insignē, & ꝙ ad Cremerã Fabii eo die olim cęsi essent, & ad Alliã fluuiũ, cũ exitio vrbis, cũ Gallis infeliciter dimicatũ, atrũ & infaustũ habendũ censuere, Allien semq; vocarũt. Decretũ vt eo die nihil publice priuatimve agereť. Et qa Sulpiti⁹ Tribunus postridie idus quintiles nõ litasset, placuit postridianos dies, q calēdas, idus & nonas sequerentur pari ratione atros haberi. Heraclitus Hesiodũ redarguit, ꝙ dierũ faustos alios, alios īfames ipse licesq; ponere esset ausus, velut nõ oīm dierũ vna esset natura, sed casus fecit credo, ꝙ interuallo annoꝝ & ad Leuctras & ad Gerastũ, quarto die eius mensis, qui apud Atheniēses Hecatonueon dicebať, duę clarissimę victorię sunt illis quæsitæ, q̃ libertatē Gręciæ pepererunt. Vno eodēq; die ad Michalen & Plateas Persæ sũt a Gręcis superati. Septimo Vedromionis mēsis die, Thargalionis regis duces in Granico, & Thimeleon Corinthius ī Sicilia Carthaginēses vicit. Fueruntq; hi mēses Græcis felices. Contra Metagemnion infelix, septimo die cuius ad Cranonē Græci cæsi sunt, & diu postea eadem luce ad Cheroneã, a Philippo Macedonum rege victi. Sed talia nõ dierum natura, sed casu accidere, ex iis, quæ contraria ratione afferuntur, facile potest intelligi. Enimuero, eo die quo Romanus exercit⁹, Cępiõis ductu, a Cymbris deletus est, certa annoꝝ ītercapedine a Lucullo Tigranes & Armenii sunt magno pɫio victi, & Attalus Rex, & Põpeius Magnus natali suo vterq; periit. Quo apparet non inscite Gręco carmine esse proditũ, ipsam diem mortalibus nunc matrem esse, nunc nouercam, eãdem luctum & lętitiam, vitam & interitũ afferre. Nec res Romana post receptam a Gallis vrbē diutius quieuit, Volscis hinc, inde Hetruscis, minaci bello īminentibus. Phama erat omnę Hetruscum nomen, ad Phanũ Vulturnę, in Romanos cõiurasse. Sed maior a Latinis & Hernicis terror ferebať, qui quum centũ prope annos in fide mansissent, præsentem Romanæ vrbis fortunam aspernati, ad defectionē spectabant. Nulli dubium erat, Romanum nomen, non hostibus solum, sed & sociis, ob ea, quę acciderãt, vile & contemptibile factum. Ciuitas multiplici terrore concussa ad consuetũ remedium cõfugit. Camillus dictator magistrum equitum Claudium Seruilium Halam dixit, delectu īde accuratissime habito, partē vnã exercitus in cõspectu vrbis castra habere imperauit, vt patriæ præsidio esset, alteram circa Veios Hetruscorũ motibus obiecit, ipse cũ cętero exercitu in Volscos profectus est. Erant hostiũ castra ad Metiũ, haud pcul a Lanuuio, q audito Camilli noīe, tantum terroris præcepere, vt congestis arboribus castra, ne Romanus munimentis insinuari posset, circũdederint. Camillus igni in oppositam materiã iniecto, tantũ Volsco metũ iniecit, vbi fumus & crepitus flãmarũ in viridē materiam grassantiũ, ad sensum peruenit, vt minore negocio hostiũ vallũ, q̃ septũ ipsum incensum trãscenderit miles. Pręda exercitui concessa est. Dictator Volscã regionē populatus, septuagesimo demum anno, q̃ bellari cœptũ erat, totã gentē ad deditionē compulit. Victor inde exercitus in Equos ductus, qui & ipsi summa ope bellũ cõparabãt, eoꝝ copiis ad Bolam repertis, castra q̃ ante vrbem valide cõmunita erant, inde Bolas ipsas primo īpetu cepit. Eratq; ī hoc victorię cursu res Romana ī Equis, quũ Hetrusci qui in armis erant, Sutrium sociam Po. Ro. vrbem tumultuose sunt oppugnare adorti, quoꝝ legati, quũ Romã opem imploratũ venissent, Senatus ad Camillum scripsit, vt si

Peroratio.
Omen.
Instauratur Roma.
Trib. cons. pot.
Atri postridiani dies.
Fausti & infausti dies.
Camillus Dictator.
Volsci deduntur.
Equi castris exuuntur,
Hetrusci.

reipub.cõmodo fieri posset,laborãtibus sociis subueniret.Interea Sutrini,assidua oppugnatione,
quã Tuscus abundãte multitudine,ne per noctes quidem remiserat,paucitate potius q̃ viribꝰ vi-
cti,ea conditione vrbem dedẽr,vt ipsi cum vxoribus & liberis,singula vestimẽta habentes, liberi
mitterentur.In id agmen haud multũ ad vrbe progressum,Camillus cũ exercitu incidit, motus
miserabili sociorũ aspectu,orationeq; principũ,subitã deditionem,sua paucitate,cũ fletu excusan
tium.Parcere iubet lachrymis,fore,vt ea clades breui in hostiũ pniciẽ verteret.Hęc ille,simul sar
cinas in mediũ coniici imperat.Ibiq; pſidio cũ Sutrinis relicto,ipse cũ expedito exercitu ad vrbẽ
cõtẽdit,vbi oĩa improuisa & negligẽtia soluta,sine pſidio,sine stationibꝰ,haud aliter q̃ ipse aĩo p
ceperat,inuenit.Igiẽ pene prius Romanus,patentibus portis in oppidũ irrupit, q̃ ab hoste adesse
sentiretur,magnoq; Tuscorũ cęde edita,Sutriũ Camillus,eodẽ die quo fuerat amissum, recepit.

Sutriũ vno die amissũ & receptũ.

Fuisset atrocius certamẽ accẽsum,clausis portis,& hostibus vltima despatione adactis, nisi Rom.
Dictator pacẽ inermibus,pconis voce edixisset.Salutis igitur spe ptensa,dedunt sese abiectis ar-
mis hostes,quibus in custodiã traditis,oppidum Camillus inuiolatũ sociis restituit.Ipse triũ bel
lorum victor,triumphans in vrbem reuersus est,insigni captiuorũ multitudine ante currũ acta:
qbus sub hasta venditis,tantũ inde est pecuniarũ exactum,vt persoluto matronis auro,qd in me
dium Gallico bello contulerant,tres aureę paterę inde factę sint, cũ Camilli inscriptione, atq; in
Capitolio dicatæ.Phaliscis & Capenatibus,q medio belli tẽpore Romã trãsfugerant,ciuitas da-
ta est,& ager assignatus:& ex Veiis Romã,siqui vacua tecta ibi nacti ad id tempus esse perseue-
rarant, capitalis supplicii mulcta,nisi statim inde abscessissent indicta,ad vnum remigrarũt. Au-
geri itaq; in dies vrbana multitudo,& vrbs nouis ædificiis instaurari,tantoq; studio properatum
opus,vt intra annũ Roma exintegro steterit.Secuti inde Tribuni consulari potestate, Quintius

Roma Itra annũ istaurata.

Cincinnatus,Seruilius Fidenas,Iulius Tullius, Aquilius Coruus,Lucretius Tricipitinus, & Sul
pitius Rufus.Equorum agri ab residuo bellorũ odio,& nequa rebellandi materia adesset, vastati
sunt.Hoc anno alter exercitus,in Hetruscos missus,Cortuosam & Cõtenebrã vrbes, vi ex hoste
cepit.Direpta hæc:Illa direpta & incensa.Eodem anno Capitoliũ quadrato est saxo substructum,
opus vel in ea rerum opulentia,quæ postea secuta est,conspicuum:& Tribuni plæbis agrariæ le-
gis authores,se profiteri Pontini agri diuisione,post Volscorũ res a Camillo accisas, multitudini
proposita.Sed plębs siue cõtemptu rei,siue religione pſentẽ Tribunorum illecebrã aspernata est.

Capitoliũ quadrato saxo substruitur.

Etenim,vt auspicia renouarentur,res ad Interregnum rediit . Creati sunt post aliquot Interre-
ges,Tribuni Militũ,L.Papyrius.Gn.Sergius,L.Æmylius,Licinius Menenius, & Valerius Publi-
cola.Ædes Martis hoc anno dedicata est,q̃ Senonico fuit bello vota.Sunt & veteri numero qua-
tuor tribus additę,Stellatina,Sabbatina,Pometina,& Narniensis.Atq; ita quinq; & triginta de-

Martis ędes

inceps fuerunt,quum minor omnino ad id tẽpus numerus fuisset.Tum de Hernico & Latino bel
lo nõnihil agitatum,eoq; maiore ciuitatis cura,q & Hetruria in armis esse dicebaẽ.Sed res in se
quentem annum dilata,quo Camillus Tribunus consulari potestate est creatus.Collegæ illi dati
Cornelius Maluginensis,Seruilius Fidenas,Quintius Cincinnatus,Horatius Puluillus,& Publiꝰ

Tri.cõs.po.

Valerius.Principio anni ciuitas ab Hetrusco bello in Antiates auersa,agrestium agmen,ex pon-
tino agro metu depulsum,Romam confugit:nunciare hi palam Antiates bellum summa ope in-
struere,iuuentutemq; a Latinorum populis ad id bellum missam.Senatus & Tribuni militum in
Camillum versi,iam de eo dictatore dicendo agitabant:ille vero confusus animo , quum ordinis
amplissimi & collegarum in se ornando consensum cerneret,gratias primo egit,q tantum sibi tri
buerent quantum ipse nec meritus esset nec postularet,docuit id bellum plus minarum q̃ pericu-
li habere.Cæterum vt nihil timendi,ita non omnino contemnendi se authorem futurum,parti-

Dictator. Bellum in Antiates.

tusq; curas belli cum collegis,vt Seruilius cum exercitu circa vrbem sederet , siquid Latini aut
Hernici mouerent:alterum exercitum ex senioribus,& iis qui primario delectu aliqd excusassent
cur militare non possent, T.Quintius scriberet,cum quo moenibus vrbis præsideret: L.Horatius
arma,tela,frumentum ad bellum expediret:Seruiꝰ Sulpitiꝰ religioni,comitiis & legibus pręesset.
Ipse cum Lucio Valerio ad bellum profectus,M.Furio sibi adiecto quem professus est pro Dicta-
tore sibi futurũ, ac se illi p magistro equitum.Gestire prę nimia lętitia patres,ac palam iactare ni
hil Dictatore opus fore amplius,si ita concordes inter se magistratus,tam libenti animo parere
possent q̃ imperare.Camillus cum exercitu ad Satricum primo consedit,quo Antiates nõ solum
Volscos sed ex latinis & Hernicis,ingentem vim hominum contraxerãt.Nouus hostis veteri ad
ditus,haud mediocriter perculit Romanorum animos,mox cum Camillo aciem instruenti cen-
turiones renunciassent,turbatas esse militum mentes,segniterq; ab his arma capi,auditasq; vo-

ces singulis Romanorum aduersus centum hostiũ rẽ prælio futuram, vix inermen tantam multitudinem, non modo armis instructam posse a tam paucis sustineri. Tum Camillus equũ ascẽdens inter ordines sublimis vectus, quę tristitia inquit milites hęc est? quę insolita cunctatio? hostẽ an ducem an vos ipsos ignoratis? etenim hostis quid aliud est ꝙ perpetua vestræ gloriæ materia? Vos contra nõ illi estis q meo ductu Veios, ꝗ Phalerios cepistis? Qui Gallos ferocissimos hostes ĩ vrbe capta cecidistis? ꝗ hos ipsos Volscos, Equos, & Hetruscos victos partim deditos, partim vi captos sub hasta vẽdidistis? An me ꝗa nõ Dictator sim, sed Tribunus militum alium putatis ab eo, cuius ductu tot pręclara facinora gessistis? Sed ego neꝙ in vos maxima imperia desidero, neꝙ vos in me quicꝗ prӕter me ipsum intueri decet. Nõ dictatoria dignitate opus est, sed cõsilio strenuitate & prudentia, ꝙ omnia scio me, nec fallor, in hoc bellũ afferre. Q; si eundẽ me esse videtis, quẽ in aliis bellis vidistis, supest vt nõ alio euentu vos hodie dimicaturos arbitremini, ꝗ ad hunc diem meo ductu & auspicio dimicastis. Cõcurrite igit̃ simul in hostes, & qđ quisꝙ didicit ac cõsueuit, faciat. Hæc Camillus cũ tota acie, tũ ante signa hortabũdus fari. Inde dato signo equo desiliens ꝓximũ signiferũ secũ in hostẽ rapit. Ibi milites ducẽ iã ætate grauẽ, vadẽtẽ intuiti pudore affecti, & ipsi sublato clamore in hostẽ ꝓcurrũt. Immissum ferũt Camilli iussu signũ in aduersam aciem, eoꝙ repetendo antesignanos accensos. Antiates primo congressu pulsi terrorem ad subsidiarios pertulerunt, aduersa parte acies nõ solum constabat hosti, sed sinistrum etiam Romanorum cornu, qua parte Valerius procurabat, degrauatum haud dubie fudisset, nisi eo Camillus in equum iterũ sublatus celeriter aduolasset, qui a milite conspectus sua præsentia & hortatione inclinatã aciẽ cõfestim restituit. Exprobrare cedentibus metũ, hostemꝙ altera parte fusum ostentabat, per ꝙ Romanus ferocior factus tãto ardore in aciẽ rediit, vt momẽto tẽporis, ea quoꝙ parte pulsus sit hostis. Erat itaꝙ fusum agmen, quum subitus imber ingẽti procella e cælo deiectus magis victoriam ꝙ prælium diremit, signoꝙ receptui dato, nox secuta est. Hernici & Latini quia primi conatus patum prospere cessissent, relictis castris diuersi domum concessere. Volsci vbi se ab eorum auxiliis quorum fiducia rebellauerãt destitutos videre, Satricum sedem belli petierũt. Camillus eo cum exercitu profectus, oppidum aggere & operibus est oppugnare adortus. Caeterum posteaꝗ nihil ab hoste moueri vidit, metu id fieri ratus suos ad scalas mœnibus admouendas hortat̃, non esse ibi vt ad Veios diutius sedendum dictitans: Milites sublato clamore muros subeunt, admotisꝙ repente scalis, non aliter ꝙ si a nullo tenerentur, in summum euasere: qua ferocia Volsci adhuc magis territi, abiectis armis sese suppliciter dedunt. Et iam Romanus victor Antio, vnde bellum erat ortum, imminebat: de cuius oppugnatione Camillus, Senatum consulturus Romam concessit, collega in castris relicto, quum legati a Nepete & Sutrio superuenerũt, auxilium aduersus Hetruscorum arma implorantes. Censuit Senatus Antiati obsidione omissa, bellum continuo in Hetruriam verti, vt Quintius & Horatius in Volscos irent, Camillus & Valerius Sutrium ducerent legiones. Vbi eo Romani duces venere, iam Hetrusci parte vrbis capta, Sutrinos intra mœnia oppugnabant. Tueri tamen illi interiectis viis oppidi angulum. Camillus vbi in quãto sociorũ res periculo essent animaduertit, ea parte qua oppidum ab hoste tenebatur Valeriũ corona muros cingere imperat, scalasꝙ vt mœnib⁹ admoueant edicit, non tam spe vrbis ea parte recuperãdę, quod haud fieri posse videbatur, ꝙ vt ab intestino certamine externo occupatos auerteret, sibiꝙ spatium daretur in oppidum sine alia armorũ disceptatione intrandi, atꝙ vtrũꝙ ex sententia cessit. Romanis cohortibus in vrbẽ admissis, Hetrusci ancipiti ꝑlio ꝑculsi, ne in medio cędetẽtur portarũ vna ꝙ nondum fuerat a Romanis insessa, conferto agmine foras erũpũt. Multi ibi dum sese ad fugam expediũt, & inde ad noctẽ per agros sparsi, occidione sunt a Valerianis occisi. Multi quoꝙ & a Furianis in vrbe vbi semel manũ cõseruere in vestigio occubuerunt. Camillus Sutriũ receptũ oppidanis vt antea restituit. Inde Nepete sunt legiones adductæ quod deditione traditum totum hostes habebant. Erat haud dubie Nepesina oppugnatio longe difficilior Sutrina. Nam præterꝗ ꝙ hostes toto oppido potiti erant, factio vna ciuiũ quæ author dedendæ vrbis fuerat, pro Hetruscis stabat. Camillus nunciari iubet, vt Nepesini ab Hetruscis discederent, & fidem quam a Romanis implorassent, præstarent. Responsum est, oppidum non in sua, sed Hetruscorum potestate esse, eorum pręsidio muros & portas teneri. Tum Romanus imperator, agro vrbi circumiecto fœde populato, ingentem sarmentorum vim in fossas deiecit, vt facilior daretur militi ad muros accessus. Scalis deinde mœnibus admotis, oppidum vi cepit. Nepesinis Romanus victor veniam dedit, Hetruscos armatos inermesꝙ ad vnum cęde confecit, ipsi quoꝙ defectionis authores securi sunt percussi. Ab innoxia turba, nõ solũ ab iniuria temperatũ,

Camilli hortatio.

Funduntur hostes.

Camill⁹ Satricũ oppugnat.

Hetruscoꝝ cędes.

Nepete expugnatur.

vt dixi,sed vrbs quoq; & fortunæ restitutæ sunt.Camillus & Valerius duabus sociis vrbibus ab
hoste paucis diebus receptis,præsidioq; Nepete relicto,victorē exercitū ingenti gloria domū re-
duxere.Res inde ab Hetruscis & Latinis repetitæ,ab vtraq; gente quæsitū,qd esset ꝙ biennio mi
litē ex veteri formula nō dedissent,respōsum est,nequiuisse iuuētutē domestico bello occupatā
foras ablegare,negatū ꝑterea publico cōsilio id factū,ꝙ Latinorū quidā & Hernicorū in Volscis
castris militassent,qui siqui fuerunt,abunde poenas suæ temeritatis luissent,quippe quorū nemo
domū incolumis remeasset.Nō tā sociorū causa q̄ haud dubie suspecta erat,q̄ tēpus patribꝰ per-
suasit,vt vltionē in aliud tēpus differrēt.Sequēti anno,Au.Mālio,P.Cornelio,duobus Quintiis,
T.&,L.Capitolinis,& Papyrio Cursore Tribunis,graue bellū a Volscis īstabar,Latinorū defectio
ne atq; Hernicorū accedēte,& domi ingēs erat seditio orta.M.Mālius patricio gn̄e ortus,q Gal-
los ex Capitolio depulerat,eiꝰ præclari facinoris laude tumidus,ꝑsentēq; gestarum rerum gloriā
Camillo īuidēs,primo victorias cōparādo,patriā a Camillo nūq̄ recuperari potuisse dictitabat,si
non a se Capitolium defensum esset.Gallos præterea inter aurū accipiendū,& spem pacis incau-
tos velut insidiis ab eo oppressos,se ex Capitolio ex arce iā capta deiecisse.Iā eīn meritū suū oīm
aīs excidisse,solū Camillū in vrbe gratia & authoritare florere,solū exercitꝰ ductare, cui nō satis
esset Romanas legiones subiici,nisi & collegę,q paribꝰ auspiciis & eodē suffragio creati essent, ꝑ
ministris ab eo haberent.Nec interim Senatui parcere q Camillū cōplexus cęteros viros fortissi-
mos inhonoraros vellet.Quibꝰ ille nō contētus,primus patriciorū popularis factus,cū Tribunis
plębis cōsilia cōferre ad agrarias leges,& ad æs alienū,quādo supra modū inualuisset, discuriēdū
concitare,seq; authorē ad oīa audenda pollicebat.His motibꝰ perculsi patres,eīnuero Mālius hō
vehementi ingenio summoq; loco natꝰ,multū p hęc seditionis cōcitaturus putabat. Pręterea qa
graue bellū foris īpēdebat,Dictatorē dicēdū cēsuere.Au.Cornelius Cossus est dictus, q magistrū
equitū,T.Quintiū Capitolinū dixit.Dictator etsi maius sibi in vrbe certamē, q̄ foris ꝓpositū vi-
debat,tn̄ seu triūphi cupiditate,seu qa existimabat foris statū reipub.prius sisti oportere, delectu
habito in Pōtinū agrū legiones duxit.Coiuerat eo magnus quidē Volscorū numerus, sed maior
adhuc Latinorū & Hernicorū,& ex Circēsibꝰ colonis nōnulli Velitrisq; aderāt. Dictator postri-
die q̄ in hostiū cōspectū venit,auspicato castris egressus,iuber militē ante pedes pila statuere,gla
dioq; dextram armare,nec de more ꝓcurrere,sed incurrentē hostē cū impetu illatū, vbi cōminus
excepissent,tū gladios in eū vibrare.Ipse Quintius equitē intētū haberet,atq; vbi pugnā cōsertā
vidisset,nouū hostibus terrorē adderet,ordinesq; subito incursu turbaret.Iuuit ducis cōsiliū rem
Romanā,ipm̄ ducē fortuna,nā pedites eq̄tesq; haud aliter ac iussi erāt pugnā capessunt . Hostes
suo numero fracti,nihil secū in ꝑliū ꝑter temeritatē ferētes,cū clamore ī Romanā aciē telis teme
re coniectis irruūt. Vbi vero gladios circa ora & oculos micare vident, haud aliter q̄ in insidias
præcipitati,Romanorū ardorē ferre nequeūt.Impulsa itaq; statim acies,vi deinde ab equite illa-
ta,minus ac minus constare sibi cœperūt,mox fuga semel inclinata passim disiecti cū multa stra-
ge,qua suus quēq; aut metus aut impetus tulit,in pacatū abierūt.Eorum castra capta ac direpta
sunt,omnisq; pręda,ꝑter libera corpora,militi cōcessa.Circenses coloni & Veliterni inter capti-
uos cogniti,Romā a Dictatore missi,vtriq; sui populi defectionē indicauere , apparebatq; iussu-
ros patres bellū duabus ciuitatibus inferri,eratq; in eā expectationē Dictator erectus,quum sedi
tio,quę Romę in dies gliscebar,victorem exercitum domū reuocauit.Nā super alia multa Man-
lii atrocia dicta factaq; quum centurionē pecuniæ addictū e foro abduci vidisset,cū suorū cater-
ua impetu facto,creditoribus manū iniecit.Inde in patrū auaritiā & sūpbiā inuectus,frustra a se
Capitoliū seruatū ꝑdicabat,si ciuē suum in neruos & in vincula , velut bello captū impune trahi
pateretur.Hæc ille & alia acerba,in totius ordinis inuidiam locutus,rē simul palā creditori per-
soluit,solutūq; alieno ęre domū dimisit.Precari ille forensi turbę immixtus,deosq; & homines ob-
testari,vt Marco Mālio,suę libertatis assertori,gratiam pro tāta in se liberalitare, vel cumulatissi
mam relatā vellent,ipsius opera se lucē forū atq; ora ciuiū videre,omnia parētū beneficia se ab il
lo habere,quicquid sibi cum patria,cū penatibus,publici & priuati iuris esset, id se cū vno homi-
ne semper habiturū.Magnum inde plæbis studium est Manlio conciliatum,sed maius a patribus
odium.Ipse ꝑceps in popularē aurā,fundū,quē in Veienti possederat,præconi subiecit,testatus q̄
diu ex priuatis fortunis superesset aliquid,haud passurū se suorum ciuiū quēpiā in neruos & vin
cula a creditoribus abduci.Iā frequēs plębs Manlium adire,quam ille vniuersę nobilitati in dies
magis,tam veris q̄ falsis criminibꝰ reddebat infestam. Aurū qđ pro Capitolii redēptione in me-
dium fuerat collatum,a patribus interuersum insimulās, vt q populū capto ex hoste agro frau-

Latinorū excusatio.

Manlii Capitolini īsolentia.

Dictator.

Dictatoris stratagema

Vrbana seditio.

daſſent,fraudarent & auro.Potuiſſe ea auri ſumma plæbem alieno ære liberari.Sed ceſſiſſe rē ip
Mālii calū- ſam,vt cætera publica in paucorum prędā.Daturū tñ ſe operā diligēter inueſtigādo,vt quo eſſet
nia ī patres loco id aurū ſuppreſſum intelligeret,eoq͂ reperto ad leuandā ciuiū inopiā,nō ad luxuriam pauco
rū alendā,reſpu.vteref.His erecta vocib⁹ plæbs.p æqua & iniqua ſecutura videbaf ſuorū commo
dorū authorē,ad quos motus opprimendos,Dictator accerſitus, vbi euocato in curiam Senatu,
omniū animos ſatis eſt piclitatus,patrū multitudine ſtipat⁹ in forū deſcēdit,ide ſella ī comitio po
Dictator ſita,viatorē ad Manliū miſit,q teſtatus certamen ingens adeſſe,cū multitudine ſuorū ad Tribu-
Manlium nal venit.Hinc patres,inde plębs ſuū ducē intuētes,velut in acie diuerſi cōſiſtere.Tū ſilentio fa-
accerſit. cto,Audio inqt Cornelius factā abs te Māli ſpē ciuitati,ex theſauris Gallicis,quos patres occul-
tent,æs alienū perſolui poſſe,cui rei tantū abeſt,vt ſim ipſe aliquo modo impedimento futurus,vt
te contra adhorter,immo iubeam,vti Romanā plębē,iſta ratione,liberes,& hos publicis theſau-
ris incubātes,ex nefaria p̄da īdicio euoluas,qđ niſi facias,ſiue qa ipſe in parte p̄dę ſis,ſiue q͂ vanū
indiciū eſt,in vincula te abduci iubeo,nec diutius patiar te vana ſpe multitudinē ſollicitare. Ad
ea Mālius pauca p̄fatus,qbus teſtatus eſt,haud ſe ab initio latuiſſe.Dictatorē aduerſus ſe, nō ad
Ferox Man vſum belli,a patrib⁹creatū,& iā omiſſo bello,qđ erat ad hoc ipm ſimulatū,in.M Māliū & Roma
lii reſpōſū. nā plębē imperū fieri.At mirari ſe cur īuidia ex eo ſibi querereſ,q͂ ciuiū patrociniū ſuſcepiſſet,&
q͂ latus ſuū plębeiorū multitudo cingeret.Inde ad Dictatorē cōuerſus,tuū eſt inqt Aule Corne
li,veſtrū patres conſcripti,quū velitis facile hūc comitatū mihi adimere,intercedēdo p veſtris ci
uibus.prohibendo indicatos abduci,veſtro ære inopes ſubleuādo, alienas neceſſitates ſuo quiſq͂
beneficio ſuſtinēdo,ſortem aliquam de capite adimire,aut quod vſuris ſupnumeratū eſt tollite,
ſic eñ nō magis mea q̄ cuiuſpiam veſtrū ſpectabilis erit turba. Verū eñuero,ſiquis q̄rat qđ fit,q͂
ſolus nunc meorū ciuiū curā agā,nō multo plus qđ reſpōdeā habeo,q̄ ſi qs me roget,cur Capito
liū ſolus defenderim,arcēq͂ ſeruauerim,& tū omnib⁹ quā potui opē tuli,& nūc ſingulis ferā. Qđ
autē ad Gallicos theſauros attinet,rē ſuapte natura facilē,iſtæc fecit pcontatio difficilē.Cur eñ
quæritis qđ ſcitis?cur qđ in ſinu veſtro eſt excuti ab alio iubetis?nō ego vt veſtrā p̄dā indicē,ſed
vos potius cogēdi eſtis,vt in mediū pferatis. Tū iterū iuſſus oībus ambagibus miſſis indiciū per
Manlius in agere,aut fateri ſcelus inſimulati falſo crimini Senatus,quū negaret ſe arbitrio inimicorum locu
carcerē tru turum,in vincula dictatoris iuſſu eſt ductus, Iouem & cæteros deos teſtatus,rem indignam fie-
ditur. ri,ſeruatorē patriæ,qa Romanę plæbi gratificareſ,in catenas & vincula abduci,neq͂ oculi multi
tudinis,neq͂ aures,eam indignitatem ferre potuerunt.Cæterū Dictatoria maieſtas effecit,vt ne-
q͂ Tribuni plębis neq͂ plębs ipſa,attollere ſit auſa frontem,aut hiſcere.Satis cōſtat Mālio in car-
cerem coniecto,magnam partem plæbis veſtem mutauiſſe,multos etiam barbam & capillum, vt
in domeſtico luctu,promiſiſſe,obuerſatamq͂ in veſtibulo carceris multitudinem ingētē, dum di-
ctator de hoſtibus victis inuidioſum triumphum egit, vulgo exauditæ etiam voces de ciue non
de hoſtibus Dictatorem triumphare. Vnum defuiſſe,vt,M.Manlius ante currum duceretur. Et
iā res haud procul erat a ſeditione.Tentarunt patres plæbis irā lenire,colonia Satricū propoſita
ſed nulli dubium erat,ea illecebra Manlium periclitari.Repudiata proinde vulgo eſt ea Senatus
munificentia.Abiit interim Cornelius magiſtratu.Tū Manliani palā plæbis patientiam increpa-
re,quæ ciuem ſuorum commodorum ſtudioſiſſimum,nec alia de cauſa patribus offenſum,q̄ q͂ in
opum ciuium ſuſcepiſſet patrociniū,inter fures & latrones in vinculis iacere pateretur . Sic Sp.
Caſſium, ſic Melium periiſſe , quia plæbi gratificati eſſent.Deſituros tot infelicium virorum ex
emplo,qui opibus & ingenio pollerent,ingratę multitudini patrocinari amplius, quum nil aliud
eſſet multitudinem ad ſe beneficio trahere,q̄ funebrem comitatum ſuis exequiis parare.Talibus
querelis multitudo accenſa, aperte ſe carcerem refracturam minitari , niſi Manlius vinculis exi-
meretur, quod ne fieret veriti patres,Senatuſconſulto eum liberarunt. Tum vero non modo nō
Liberatur ſeditio ſuppreſſa eſt ſed dux ſeditioni reſtitutus. Venerār per eos dies legati e Latinis & Herni-
Manlius. cis Romam,& cum his Veliterni & Circenſes,purgaturi ſe a Volſci belli ſuſpitione,& vt capti
ciues ſibi redderentur,in quos ipſi patriis legibus animaduerterent.Reſponſum eſt illis,vt confe-
ſtim a conſpectu & oculis Romani populi faceſſerent,ne ſi negligentius id fieret, parum eos ius
Tri.cōſ.po. legationis tegeret.Comitia inde habita,quum iam Manliana ſeditio recrudeſceret. Creati Tri-
buni conſulari poteſtate,Cornelius Maluginenſis, Valerius potitus, Furius Camillus, Seruius
Sulpitius,Papyrius Craſſus,Quintius Cincinnatus.Peropportune principio anni huius qes ab
externis armis fuit.Domi Manlius carceris iniuria iritatus,& q͂ a dictatore nihil in ſe atrocius
pro poteſtate ſæuitum eſſet,adhuc ferocior factus,multitudinem in patres domeſticis concioni

bus concitabat,aut omnibus audendũ semel aliqd esse affirmans,aut omnia singulis patiēda.Irēt
& aliquãdo reminiscerent se liberos esse,& ĩ libera ciuitate natos,nõ mãcipia nobiliũ,equãdas Di
ctaturas,equãdos cõsulatus esse,vt caput attollere Romana plębs posset. Adessent sibi quum pri
mum de pecuniis ius dici cœptũ esset,sequerent se siue ducẽ noĩe,siue maiore imperii appellatio
ne nominare vellẽt,suã felicitatem plębs aduersus patriciorũ supbiã,suo ductu experiret. Fore vt Recẽtes Mã
minore negocio imponerent q patribus imperaret,q̃ imperantibꝰ resisterent. Fuerũt ea tẽpestate lii motus.
q crederent cœptũ etiã apud illũ de regno agitari,sed quatenus id cõsiliũ processerit non tradit.
Nec patres rẽ tantã ociosis oculis spectabant,quin fremebat curia,sæuiebatq; aĩs,atq; vna Dicta-
toris clæmentiã incusabãt patres,q cũ vnius ciuis morte intestino bello rempublicã liberare po-
tuisset,vinculis & carcere id scelus vindicandũ putasset, quũ perniciosissimi ciuis cruore multo
tutius potuisset. Iussi itaq; Tribuni militũ diligẽter aduertere,ne ex tam nefario scelere maius ali
quod respublica caperet detrimentũ. Tũ,M.Menenius & Q.Publius Tribuni plæbis,nõ patrum
aut plæbis maiore vllo certamine opus est inquiũt,ciuitatis hæc vitio erit. Affectati regni Man-
lium accersere velle se pnunciant. Nullũ crimẽ Romanę ciuitati esse magis inuisum,suis Manliũ
viribus oneratum haud dubie casurum,nec multitudinẽ pro eo certamen vllũ subiturã, si ex plę
be accusatores contra patriciũ stare viderit,quin ad primam inuisi criminis mentionẽ,regiũ no-
men auersata suæ fauebit libertati. Patribus id pbantibus,diẽ Tribuni Manlio dicũt,mirum pri Tri.plæ.
mo fuit populo,q nemo cũ eo ne fratres quidẽ vestem mutarint. Apparuitq; magno consensu to Manlio diẽ
tius ordinis iudiciũ constaturũ. Vbi vero dies affuit qd pcipue illi sit obiectũ Liuius haud discr- dicunt.
te posuit. Cęterũ atrocissimũ eius accusationis caput fuisse,vel ex eo credere par est,q nõ tã tẽpꝰ
q̃ locus impedimẽto fuerit,quo minꝰ statim dãnaret. Quadringẽtos circiter ciues pduxit in me Mãlii defen
dium,quos creditoribus addictos gratuita pecunia nexu liberauerat. Protulit & triginta spolia sio.
cæsorum hostium,militaria dona.XL.ab imperatoribꝰ accepta,in quibus duæ fuerunt Murales
coronæ,octo Ciuicæ. Producti sunt & ciues ab hoste seruati,& in his,C.Seruilius absens q magi
sterio equitũ fungeret,q̃ belli decora cum magnifica Manlius oratione dicẽdo exæquasset,pectus
nudauit,multis cicatricibus bello acceptis insigne,inde Capitoliũ intuitus, Iouẽ aliosq; deos,qui
loco præsidebant,in fortunarum suarum auxilium deuocat,precatus vt quam sibi mẽtem,quum
hostes ex arce depulit dedissent ad salutem populi Romani,eandem ipsi ciuitati in suo discrimi-
ne darent. Postremo singulos obtestari,vt suffragium de se laturi,Capitolium & arcem spectarẽt.
Prioris vitæ merita, & oratio ad id composita in causa fuerunt,vt Tribuni non ausi sint, Roma-
nas tribus in campum Martium ad suffragium vocare,vnde Capitolium & arcem in conspectu
haberent,veriti ne tã recentis meriti memoria præsenti iudicio obstaret,sed producta die popu-
lum in Petelinum lucum extra frumẽtariam portam aduocauere,ibi ciuium oculis locorum fa- Vbi Mãlius
cie liberatis plus crimen valuit,q̃ meritum. Damnatus Manlius populi suffragio, ex Capitolina damnatus.
rupe præcipitatus est,atq; sic accidit,vt idem locus in vno homine gloriæ eximiæ fuerit,& extre Manlii da-
mi supplicii monumentum,vnaq; fœda regnandi cupiditas,quod cæteris mortalibus documen mnatio.
to esse possit,tanti fuit,vt multa præclara alioqui eiusdem gesta,nõ ingrata solum sed inuisa eti-
am ad populum extiterint. Quidam duumuiros capitales ad id creatos tradiderunt,qui in Mã-
lium perduellionis accersitũ anquisiuerint. Sunt notæ mortuo adiectæ. Cautum ne patricius in
Capitolio aut in arce habitaret amplius,nec in Mãlia gẽte quisq̃ Marci pnomẽ ferret. Et hęc do
mi forisq; post receptã vrbẽ a Romanis gesta. Secuta inde pestilẽtia & fames,q annus duplici ma
lo insignis,Tribunos consulari potestate habuit,L.Valerium,Aulũ Manliũ, Seruium Sulpitium Tri.cõs.po.
L.Lucretium,L.Æmilium & M.Treboniũ. Hi magisterio inito,bellũ in Volscos ad Romanũ no-
men exercendũ natos,parare sunt iussi. Destinati noui hostes Veliterni & Circenses Coloni. Ex-
ercitus ob pestilentiã eo anno educi non potuit. Coloni interea non solũ nõ id tẽpus in deprecan
da culpa cõsumpsere,sed turbatoribꝰ pacis multitudinem irritantibus, ausi sunt etiam Romanũ
agrũ incursare. Sequenti itaq; anno,Sp & L.Papyrii noui tribuni cõsulari potestare, Velitras ad Tri.cõs.po.
bellũ sunt profecti,quatuor collegis Cornelio Maluginensi,Q.Seruilio, C.Sulpitio & L.Æmylio
ad vrbis præsidiũ relictis,siquid ex Hetruria moueret,nam inde quoq; belli minæ impendebant.
ad Velitras cũ maior Prenestinorum numerus q̃ colonorum esset,a Tribunis feliciter est dimica
tum. Oppugnatione vrbis quia arduum videbatur opus,cõsulto Romanus victor abstinuit. Bel-
lum Prenestinis est indictum,quia Veliternis hostibus auxilia misissent. Hi cum Volscis coniũ-
cti sequenti anno Satricum populi Romani Coloniam expugnarunt, fœdeq; in colonos victoriã
exercuere. Romani eam rem ægre passi,M.Furium Camillum Tribunum cõsulari potestate cre-

Tri.cõs.po. runt. Collegę illi additi, Au. & L. Posthumii, L. Furius, Fabius Ambustus & L. Lucretius. Bellum Volscum Camillo extra ordinē decretū, cui sorte L. Furius collega in magisterio adiutor est datus. Erat iā senio cōfectus Camillus, vt ciuilia haud iā multū obiret officia, vegetū tamē ingenium in viuido pectore vigebat, cū quatuor legionib⁹ ad Satricū ꝓfectus, tantā vim hostiū ibi offēdit, vt Volsci suis viribus freti, vltro aciē in Romanorū cōspectu explicauerint, nullā dimicationi moram facturi. Tenuit Camillus suos intra vallū, nihil moturus priusq̄ oīa ꝑ ocium explorasset. Creuit inde vt fit hostibus audacia, ꝓximeq; vallū accedētes, cōuicia & ꝓbra in Romanum iacere. Ægre id miles ferre, sed multo egrius, L. Furius Tribunus. Instigare itaq; milites, eleuareq; Camilli authoritatem, cunctatorem ex acerrimo bellatore factum prædicabat, ætatemq; incusabat, cum corporibus viuere animos, & deflorescere dictitās, eum qui primo impetu vrbes capere esset solitus, intra vallum iam timidum & inertem quiescere, militemq; pugnare cupientem cohibere. Sed illum satis vitę, satis gloriæ habere, nec attinere vires ciuitatis, quæ immortalis futura esset, cum vno mortali corpore consenescere. His ille quū tota in se castra conuertisset, militibus pugnā poscentibus, Nequeo inquit Camille militū impetū ferre amplius, itoleranda hostium superbia, cunctantibus nobis in horas cōtumeliosius insultāt, cede vnus omnib⁹, & parere te vinci cōsilio vt maturius bello vincas. Ad ea Camillus, scio inq̄t q̄diu meis solius auspiciis publicis exercitibus ꝓfui, eo euētu fuisse in hostes bellatū, vt neq; me neq; mei cōsilii populū Romanū pœnituerit vnq̄. Nūc video me collegā habere, q̄ nō solū imperii sit particeps, sed flore etiā ætatis lōge præstet. Nā q̄d ad milites attinet, cōsueui ego semp regere meos exercitus, nō regi. Nūc tuū imperium impedire nequeo, age tu q̄d e republica futurū putas, dii q̄d feceris feliciter euenire velit, faxintq; ne postea hoc nostrū cōsiliū satius fuisse credat. Proponit itaq; signū pugnę. Furius q̄ certaminis erat author primā aciē instruit, Camillus subsidiis ordines & castra valida statione firmat, ipse editū loci spectator pugnę in oēm euētū intēt⁹ cōscēdit. Hostis primo cōgressu dolo nō metu pedē retulit, aliquot lectissimis cohortibus ad subitā eruptionē intra castrorū vallū relictis. Instat Furius hosti sua spōte fuso donec eo ptractus est, vt iā hostili esset eruptioni valde obnoxius. Tū Volscis in pugnā versis, nouoq; ab erūpētib⁹ terrore superiniecto, supina valle Romana acies ꝑceps agebat, milesq; ancipiti terrore ꝑculsus, oīs decoris & pristinę ferocię immemor, passim terga dabat, castraq; effuso cursu repetebat. Tū Camill⁹ ab iis q̄ ꝓxime steterāt repēte ī equū sublatus subsidiis raptim oppositis fugiētib⁹ sese obiicit. Hęc est inq̄t clamitās pugna illa milites quā tāto studio nuper a vestris ducib⁹ efflagitastis? Quē hominū pręter vos ipsos accusabitis? Vestra illa temeritas vestra ignauia est. Ductu Furii in pugnā iuistis, nūc Camilli reductu pugnam instaurate, eius deniq; auspiciis vt sępe alias vincite. Quid frustra vallū & castra petitis? illa vos nisi victores nō recipient. Clamat simul ille hęc, vnaq; ad signa decurrēs, aciē vbi plus laboris erat reparat. Tāti ducis ꝑsentia ac ꝑiculo moti milites, vbi signa circūagi cœperūt, & ipsi alacri aīo in hostē cōuersi, prælīū instaurant. Furius ad equitem missus rē ex altera parte iuuat, identidē suos precatus, vt sibi eius diei ignominiā demerent. Tū relictis equis, qua parte plurimū pedestris acies grauabat, insignes armis sese equites miserunt. Pari studio duces militesq; cōnixi, hostem gradu submouent, summotum egregie fundunt, fusum sparsumq; multa cæde conficiunt. Demum captis castris siqui eo confugerant, itidem vt in acie & fuga cęsi. Quum in recēsendis captiuis Tusculanorum quidam agniti essent, ab aliis secreti ad Tribunos perducti sunt. Hi rogati quum se pubico consilio militare dixissent, Tusculaniq; & ipsi defecisse viderent, tam propinqui mœnib⁹ belli Camillus metu permotus, cum captiuis collega in castris relicto, Romam concessit. Senatus Tusculanos bello persequendos censuit. Eaq; prouincia vt antea Volscorum, Camillo extra sortem decernitur. Petiit ille vt ex collegis vnum adiutorem sibi ad id bellum darent. Permissum est, vt quem ex toto collegio vellet, sibi assumeret. Tum contra spem omnium, L. Furium optauit. Qua animi moderatione ingentem sibi peperit gloriam, & collegæ infamiam leuauit. Nec bellum cum Tusculanis fuit, omnibus circa Tusculum pacatissime repertis, Camillus præsentem rerum statum foris miratus castris ante vrbem positis Tusculi mœnia ingreditur, omnia intus exploraturus. Hic artifices suis operib⁹ intentos cōspicatus, ludosq; literarios puerorū cœtibus obstrepere, atq; alios alia munia per ocium obeuntes vt nihil ficti esse crederetur, rei miraculo commotus Tusculanum Senatum ad se vocari iubet. Ibiq; paucis affatus, Soli inquit omnium ad hunc diem inuenistis Tusculani, quibus artibus vos & fortunas vestras a Romanorum ira tueremini. Ite Romam ad Senatum, æstimabunt patres vtrum plus pœnę delinquēdo, an veniæ delicta corrigēdo meriti sitis. Neq; q̄d ad me attinet, publici bn̄ficii vobis materiā adimo, deꝑ

Margin notes: Hostiū īgēs numerus. — Detrahitur Camillo a collega. — Camilli sapiens permissio. — Reparatur Ro. acies a Camillo. — Exuunt Ro. Volscos castris. — Humanitatis exēplū ī Camillo.

candi sit potestas vobis volo. Euentū vestris pcibus quē volent ipsi dabūt. Vbi Romā ab his itū est, mœstos in vestibulo curiæ stantes patres intuiti, misericordia mouit ordinem mirius ꝙ meriti essent agendi, comiter igit appellati qd sibi poscerent dicere iussi sunt. Ibi eorū Dictator nesci re Tusculanos causam dixit, cur sibi bellū a Po.Ro. indictū illatūq; esset. Illud non ignorare a se & suis haud alio habitu Romanis legionibus itū obuiā, ꝙ quo tūc in curia cōspicerent. Nec pcessu ros vnq tractaturosve Tusculanos arma, nisi prius a Romanis iussi essent. Agere itaq; se gratias Dictatori absenti & exercitui, ꝙ non magis auribus ꝙ oculis credidissent. Summa eius orationis fuit, vt diceret pacem quam inuiolatam præstitissent Tusculanos a Senatu & Po. Rom. precari, auerterent bellū vbi hostes essent, se non nisi inermes Romanas vires experturos, si eas necesse esset experiri. Eam Tusculanis omnibus mentem esse, quam deos precari vt tam felicem facerent ꝙ pia esset. Tantū tempestiua illa satisfactio patrū animos flexit, vt non solū pax sit precantibus sed dita, sed haud multo post Tusculani omnes ciuitate donati sint. Legionibus a Tusculo Romam reductis, Camillus virtute imperatoria & felicitate insignis magistratu abiit. Tribuni consulari potestate secuti, L. & P. Valerii, C. Sergius, Licinius Menenius, P. Papyrius & Cornelius Malugi nensis. Tribunis plæbis delectum hoc anno ob æs alienum impedientibus, Prænestinis qui iam an tea arma intendebant occasio data est, vt comparato exercitū ad Collinam portam vsq; processe rint, ingens in vrbe trepidatio fuit, concursumq; est in muros & ad portas. Tū ciuitas a seditione ad bellū conuersa Dictatorem T. Quintiū Cincinnatū dixit, a quo Aulus Sempronius Atrati nus magister equitū est creatus. Dictatoris nomine vix bene audito hostes confestim ab vrbe recessere, & plebs ad danda nomina Dictatori obsequentior fuit. Dū igitur Romę exercitus conscri bitur hostes ad Alliā fluuiū castra muniuere, inter se iactantes operæprecii esse eū castris locū a se potissimū capi, ꝙ Romanę ciuitati insigni clade funest[9] esset. Fore, vt Romani si eo accederēt, nihilo meliore euentu pugnaturi essent ꝙ antea cū Gallis pugnarant. Romani contra certo scire vbicunq; Latinū hostem adipiscerent, eundem pugnæ exitū futurū, qui ad Regillū olim lacum fuerat. Qua pugna Latini fracti centū prope annos Romano imperio paruissent. Irritauit locus militū animos, ad Senonicę cladis infamiam recenti victoria delendā, his vtrinq; animis ad Alliā diuersi exercitus consedere. Tū Dictator Prænestinorū aciē pugnę instructā intuitus, vides inquit Aule Semproni, quonam modo hostes fortuna loci magis ꝙ virib[9] freti parati sint acie dimicare, at tu non spe vana vt illi, sed armis & virtute fretus mediam aciem equitibus inuade. Ego cū legionibus adero, hostesq; ab equite turbatos pedestri prælio occupabo. Precatus inde deos fœderum testes, vt propitii adessent, Magistro equitum immisso signa inferri iubet. Non equitē prænestini, non peditem sustinuere. Primo impetu clamore soluti hostiū ordines fugam circūspectare cœperūt, mox sub Dictatoris accessum, pedestri prælio iniecto aperta fuga fit, fusi difiectiq; hostes præter sua castra præcipiti cursu deferuntur, nec prius a fuga & pauore cessatum, ꝙ Præneste ante oculos habuerunt. Erat extra vrbem locus quem iam antea ad arcendas populationes com muniuerant. Hunc hostes ad Dictatoris vsq; accessum tenuerunt. Qui vbi e uestigio secutus affuit, non minore animorum consternatione, ꝙ ex acie deiecti in vrbem concessere. Dictator circū latis primo signis, octo oppida quę Prænestinę ditionis erant vi subegit. Mox Præneste bello repe titum, id non vi sed deditione est receptum. Quintius dictator clarissimam victoriam viginti die rum spatio adeptus, Romam rediens triumphauit.

Oratio Tusculani dictatoris.

Tri.cōs.po.

Dictator Cincinnat[9]

Ad Alliam Ro.& hostes consedeiunt.

Fundūtur acie Prænestini.

MARCI ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIÆ HISTORIARVM AB ORBE CONDITO, ENNEADIS QVARTÆ LIBER SECVNDVS.

ANNI MVNDI.



VIT annus ille quo Prænestini sunt in deditionem recepti, centesimæ Olympiadis vltimus. Mundanæ originis supra octingentesimum, ac quater millesimum, quartus & vigesimus. Ab vrbe condita vndeoctogesimus supra trecentesimum. Post vrbem a Gallis receptā si tempora Eusebio constant, quintusdecimus. Liuius pauciores ponit annos. Sed quantacunq; fuit illa tēporū intercapedo, in exiguum hunc annorum orbem incidisse videri possunt, quę a Lacedęmoniis in Ionia atq; Grecia, a Thissaphernis morte gesta sunt, vsq; ad ea tēpora qbus Spartanę opes plurib[9] pręliis accisę, imperiū amiserunt. Sed de his priusꝙ dicam instituti operis ratio exigit, vt viri ingenio clari, q p hęc tempora fuerāt, breui relatione ponant. Enimuero tēpestate illa latius fluere cœperunt vberrima illa ingeniorū flumina, ꝙ Socratico fonte corriuata, Græciā primo, mox & alias

Viri illustres.

passim terras late inundarunt: Fuitq́ horum vnus Xenophon Athenis ortus, ille dico Platonis Xenophon æmulus, cuius ferunt illud esse, q̃q̃ alii ad Anaxagoram id referant, vt nũciato filii interitu, sciebam dixerit me eum mortalem genuisse. Ephorus memorię prodidit eius filium, Agesilai ductu, in ea pugna periisse, quę ad Mantineã cõmissa est, in qua Epaminõdas Thebanus occubuit, audito q́ eius casu, quum ipse forte coronatus sacrificaret, fuisse enim in primis dicitur sacrorum studiosus, ad tam tristem nuncium coronam deiecisse, rursus vbi eum mortem strenue oppetiuisse cognouit, capiti coronam restituerit. Cum Cyro Darii filio, cuius vitam scripsit, priore anno q̃ Socrates dãnatus est, Sardibus congressus dicit. Socratis vitã, mores & disciplinam enixe retulit. Scripsit ad volumina quadraginta, tãta eloquii suauitate, vt musa sit Attica appellatus. Socraticus & Æschines & idẽ Atheniẽsis, mirę indolis a puero, laborũq́ patiẽtissim⁹, adeo p̃ceptoris studiosus, vt nunq̃ ab eo discederet. vnde Socratis vox illa memorabilis. Solus Æschines nouit Socratẽ honorare. Fuit & ipse eloquentię studiosus, ac Demosthenis æmulus, cũ minore Dionysio plurimum vixit. Dialogos scripsit, nec adeo multos. Fuit his ęqualis Aristippus Cyrenaicus, eodem ortus fonte sed a Socratis parsimonia tã diuersus, vt in philosophorũ nullo mai⁹ sibi patrocinium inuenerit voluptas, cui illud p̃texuit, non vinci a voluptatibus optimũ esse, non autẽ voluptatibus abstinere. Extãt & alia ei⁹ apophthegmata, q̃bus colligit̃, quãtũ fuerit p oĩa voluptati addictus, quã a principio vitę mortalibus natura conciliari affirmabat. Proinde finem a sapientibus statui oportere, esseq́ eã om̃ino bonã, etiam si a turpissimis proficiscat̃: durũ p̃terea dolere, familiarius lętari: p̃stantioresq́ esse corporũ q̃ aĩorũ voluptates, vt lãguores deteriores. Nihil natura turpe, aut iustũ, aut honestũ, sed lege & consuetudine. Per hæc ille voluptatem amplexus, negabat tamen oportere sapientẽ semper in voluptate versari, naturalium inquisitionem reiicere, q́ ea diceret manifeste deprehendi non posse. Logicen ob eius rei vsum libentius tractabat, ipseq́ in Dionysii aula diu multũq́ versatus, & cum Æschine nõ nihil simultat⁹ est. Attica Doricaq́ lingua Dialogos scripsit, & libros tris, quibus Lybicam est historiam complexus. Grandis ex eo familia deinceps orta, adeo plures semper extiterunt, qui voluptati fauerent. Cyrenaici illi nominati, quorum alii Ægesiaci sunt dicti, alii Annicerii, alii Theodorii. Quidã etiã Erectrici. Clarum inter Socraticos est & Eliensis Phædonis nomen, & ipse suum dogma condidit. Huius successores, Plistan⁹, Menedemus & Asclepiades, Eliaci ab authoris patria nominati. Clarus & Euclides Megarensis, vnde megarica familia, mox Eristici, postremo Dialectici nuncupati, quoniam ita scriberent, vt interrogare & respondere viderentur, a Dionysio Carthaginensi sic primum appellati. Fuitq́ hic quoq́ ex Socratis affectatoribus vnus, a quo Eubulides Milesius Soritem, Caluum, Inuolutum, Ceraten, & alios in Dialectica Griphos commentus dicitur. Idẽ Aristoteli infestus, cuius errata sit quædã corrigere adortus. Sed eo aliquanto iunior. Dedit Eubulidi operam Diodorus cognomẽto Cronus, qui quum apud Ptolemæum Soterẽ Dialecticum sophisma a Stilpone propositum soluere nequiuisset, vitam moerore finiuit. Fuit quidem Stilpo ex Euclidis successoribus, qui tantum eos cum quibus vixit celebritate superauit, vt totam Græciam in sui admirationem verterit. Nota vox eius in Atheniensem ignobilem & intempestiue dicacem, quum ex omnibus locis factus esset concursus ad eum videndum, q́ tum primum Stilpo Athenas venisset, mirantur ait omnes te o Stilpo, vt beluam quandam, immo vero inquit non tanq̃ beluam, sed tã q̃ verum hominem. Demetrius Antigoni, qui expugnator vrbiũ est dictus, quum multa sui milites Megarensibus diripuissent, phama & scientia hominis adductus, Stilponẽ ad se vocatũ rogauit, an quicq̃ ei milites ademissent: Nihil quidẽ respondit, nã eorum nemo sapientiam diripere potuit. Ipse iam confectus senio, hausto de industria veneno, vt citius extingueret, vita decessit. huic Zeno & Aristoteles operam dedisse traduntur, sed hi aliquanto recentiores. Crito adhęc & Simon Athenienses Socratici fuerunt, quorum ille cum quatuor liberis dedit operam Socrati, dedit & Glaucon eidẽ Athenis natus, Simias & Cebes Thebani, Menedemus Erithriẽsis qui periturus septem diebus cibo abstinuit. Omnium tamen longe celeberrimus Plato paterno genere a Codro oriundus, & mater genus suũ ad Solonẽ, qui leges Atheniẽsibus scripsit, referebat. Duo is statuit principia deum & materiam: Deum nunc mentem, nunc causam appellauit: Mundum vnum, eumq́ genitum. Ideas in rerum natura, velut exemplaria, permanere arbitrat⁹ est. Omnium Græcorum primus de immortalitate animę scripsit, tam late per omnes philosophiæ partes euagatus, vt merito sit sapientiæ Antistes nominatus. Octogenarius periit, anno primo centesimæ octauæ Olympiadis. In Academia extra Athenas situs est, vbi plurimũ philosophatus, vnde & qui ab eo fuerunt, Academici sunt nũcupati. Vixit cum eo celebri phama Antisthenes Cy-

Xenophon. Æschines. Aristippus. Phędon. Eliaci. Euclides. Eubulides. Diodorus Cronus. Stilpo Megarẽsis. Zeno Aristoteles. Crito. Cebes. Plato. Antisthenes.

nicę disciplinę author,Gorgiæ primo,mox & Socratis auditor.Huius est illud,ita inuidum consumi inuidia,vt ferrũ rubigine.Et tũ ciuitates oĩno interituras, quũ boni ab improbis nequirent discerni,malleq; se insania q̃ voluptate corripi.Extãt pręter hæc multa ab eo & sapienter dicta,& ingeniose quędã responsa.hũc Socraticorũ vnum Theopõpus maxime probauit,a Thimone ingeniosus est nugator dictus.In hæc tempora incidisse crediderim,Zeusidẽ Heracleotem,& Parrhasiũ Ephesiũ,qui prima penicilli rudimẽta circa quintã & nonagesimã Olympiadẽ posuisse tradunt.Proditũ memorię est,aues specie vuarũ deceptas ad vuarũ racemos aduolasse,quos Zeusis figurauerat,quatũ iudicio tumens,quũ lintheũ a Parrhasio pictũ,vt verũ amoueri iussisset,ingenuo pudore concessit æmulo palmam.Pari ingenuitate puerũ vuas tenentẽ deleuit, ad quarum conspectum iterum deceptæ volucres occurrissent, eo argumento offensus, q̃ si viuere puer ab auibus credit[9] esset,ad eã illecebrã nunq̃ aduolassent.Sed Lacedęmonioꝝ gesta historiã ad se reuocant:Hi post Thissaphernis interitũ,periit is Artaxerxis,vt diximus,iussu,Agesilao duce,aliquanto maiore q̃ antea successu Persicas opes circa Ioniã fregerunt.Tũ vero Tithraustes Thissaphernis successor cũ Agesilao agere cœpit,vt Asię ciuitatib[9] libero iure in medio relictis,bellũ vtrinq; solueret:ad ea Spartanus dux,,nunq̃ se ꝓuincia discessurũ respondit,nisi conditiones,quę proponerent,Lacedæmonii probassent.Hæc ille,nec secius interea bellũ q̃ accuratissime põt comparat,centũ triremium classe istructa,magnoq; terrestriũ copiarũ apparatu,in Pharnabazũ oẽm belli impetum cõuertit.Pisandrũ vxoris fratrem rei nauticæ ꝑfecit.Ipse cũ robore copiarũ Phrygiam ingressus,terrore & populationibus oĩa cõplet. Tithraustes interea Agesilaũ ratus ex Asia haud temere excessurum,q̃ cerneret opes regias in dies maiore detrimento affici,vt Lacedęmonios domestico bello implicaret,Timocratẽ Rhodium in Græciam cum auro misit, q̃ ciuitatum principes corrumperet,vt per eos populis a Lacedęmoniorum societate alienatis,aliquis belli motus illis existeret,nec Barbarus frustratus est consilio.Plærīq; auro capti sunt,& in his Androclides & Allexidorus Thebani,Timolaus Corinthius,& Cilon Argiuus,aliiq; in aliis vrbib[9] authoritate & opibus longe principes.Hi Lacedęmonios apud suos criminati,facile populorum studia ab illorum societate alienarunt.Cæterum quum nihil propterea Lacedæmonii moturi viderẽtur, alia ingressi via,Locros Opuntios subornant,vt Phocensib[9] circa Eresinium regionem negocium iniicerent,rati fore,vt Phocenses confestim in Locridem irrumperent, vnde postea turbandarum rerum occasio satis honesta Thebanis oriretur. Et hi quidem talia ad statum Græcię turbandũ cõmenti sunt,nec eos opinio fefellit.Phocenses ad primos Locrẽsium motus,illorum fines ingressi,multo maiora damna,q̃ illata essent,hostiliter rependunt. Eam occasionem amplexus Androclides,Thebanos facile perpulit,vt Locrensibus auxilio essent. Erat enim Locris socia & confœderata cum Bœotiis.Thebani comparato exercitu Phocidem inuadunt, lateq; terrã oẽm hostiliter populantur,qua subita clade Phocenses consternati,Lacedęmonem legatos mittũt,de Thebanorum iniuria questum,auxiliaq; aduersus Bœotiorum iniuriam imploratũ. Hi vbi Lacedæmonẽ venere,multa de Locrorũ in se temeritate,sed plura omnino de Thebanorum iniuria,apud Ephoros questi,vt plane demonstrarent vim primo a Locrensibus irrẽtatã,tẽq; excõposito motã vt ad arma veniret,posseq; eã fraudẽ a Thebanis videri ortã,q̃ nulla ipsi iniuria lacessiti,temere arma ĩduissent.Lacedæmonii qui erant iam antea Thebanis & Corinthiis irati, q̃ ob Asiaticarum manubiarum partẽ sibi denegatã,soli oĩm sociorum milites in Asiam cũ Agesilao nõ misissent, & q̃ Thebani Athenienses exules,cõtra edictũ,nõ solũ recepissent, sed circa Pyreũ ad tyrannidẽ Critię & aliorũ expugnandã iuuissent,infidam vtrorũq; societatẽ iudicandam censent.Faciebãt hos animos illis Agesilai in Asia successus, & q̃ in terra Græcia nullo alio per id tempus bello occupati essent.Mittunt itaq; Lysandrũ in Phocidẽ,vt sociis pręsidio esset, circaq; Aliarthum copias contraheret,ex Phocensibus,Oetheis,Heracleotis & aliis finitimis:Pausanias interim ex Lacedęmone & cętera Pelopõneso conscriberet exercitũ.Et in hunc modũ bellum cõparabant.Thebani vbi ad arma rem spectare vident,rati in se potissimũ illa comparari, vtpote qui omniũ proximi inuidiæ essent,Athenas mittunt,qui ciuitatem ipsam in societatem belli traherẽt. Legati qui eo missi sunt,in concionem populi producti,Thebanorum studio in Athenienses, quum tyrannide premerentur,prius commemorato,vnde Lacedæmoniorum in se odium originem habuisset,tẽpus venisse aiunt,gratiæ ab amica ciuitate repetendæ.Nam q̃ a Lacedæmoniis bello peterentur, nullam eos causam inferendi belli,præter vnam habere,q̃ Thebani adiutores se præbuissent iis q̃ Tyrannidem quam ipsi in ea ciuitate constituerant,euertere adorti essent,quæ iniuria, non solũ Athenienses attigisset, sed per totam fuisset Græciam latenter surreptura : nisi Lysandri eorum

Zeusis.
Parrhasius.
Lacedæmo. gesta.
Tithraustes
Defectio. Græcorũ a Lacedæmo.
Locrenses. Phocenses.
Lysander ad bellum egreditur.
Oratio Thebanorũ ad Athenienẽ.

ducis cõsilio itũ esset obuiã. Qđ tyrannicũ rudimentũ, simul & auaritia superbiaq; ipsi ciuitati ingenita adeo populorũ studia alienasset, vt nunq̃ Peloponesiaco bello rã populare fuerit Lacedęmoniorũ nomẽ, q̃ oib⁹ tunc detestabile esset & inuisum. Sciret itaq; adesse tempus non solũ gratificãdi amicę vrbi, sed pristinę etiã dignitatis p occasionẽ recupãdæ. Stetisse priore bello Lacedæmonios, non suis sed alienis opibus, sensisseq; cũ illis totã Peloponesum in totam Grçciam, plures insulas, & cũ his Syracusanos terra & mari potẽtissimos: Persas præterea affatim stipendium ministrasse, vt ne ad ingentissimos quidẽ exercitus alendos pecunia deesse potuerit, iam oĩa illa esse mutata, nec Lacedæmonis eorũ qcq̃ habere amplius, præter superbiã & auaritiã, quarum illa cũ ipsa vrbe nata esset, hæc in pniciẽ ciuitatis semel recepta, adeo inualuisset, vt iam soli omniũ publica & priuata haberẽt venalia. Cõtra affuturos Atheniẽsibus si in fœdus venirent, Thebanos, Corinthios, Argiuos, & p hos maximã Græcię partẽ, qbus viribus freti, haud dubie Grçciæ principatum breui recuperaturi essent, viderẽt ipsi vtrã societatẽ magis sequi vellent. Thebanorum, quos in aduersis rebus amicissimos experti essent, an eorũ, q non cõtenti imperiũ euertisse, iam & Atticũ nomẽ sęuissimis Tyrãnis cõficiendũ obiecerãt. Vnũ sciręt, nullũ vnq̃ tempus, nullã occasionẽ maiorẽ dari posse, sese in pristinũ statũ restituendi, quã si vel metu, vel desperatione prętermitterent, viderẽt ne tũc reqsituri essent, quũ aut nulla daretᷣ ampli⁹, vel siqua dari posset, haud q̃dem talis, quæ pſenti aliquo modo esset cõparabilis. Veteris bñficii memoria, spesq; rei bene gerendę Athenienses perpulit, vt soluta cũ Lacedęmoniis societate, Thebanis auxilia polliciti sint. Trogus author est, Athenienses, Cononis interuentu, sua sponte a Lacedęmoniis defecisse, aliquãto antea q̃ in Bœotia sit bellatũ. Cæterum quoquo modo defectio illa secuta est, Pausanias haud multo postq̃ Lysander in Phocidẽ venerat, cũ exercitu secutus, Bœotiam est tumultuose ingressus. Trahebat ille secũ ex tota Peloponeso, præterq̃ ex Corintho, copias. Lysander interea ex Phocide pfect⁹, Orchomenios in fidẽ recepit, & Lebediã diripuit, inde literis ad Pausaniam datis, vt secum circa Aliarthum copias iungeret, ipse sub occasum solis, vbi castra collaturi erãt, in Aliarthi conspectu consedit. Thebani cognito hostium consilio, ex Lysandri literis a speculatoribus interceptis, vrbe Atheniensibus qui auxilio venerant relicta, ipsi, cũ omni ætate militari, ad Aliarthum aliquanto prius q̃ hostis, venerunt, atq; oppidum ingressi, in omnes occasiones erecti, hostem expectabant. Hęc Plutarchus. Xenophon significare videtur Lysandrum prius Aliarthum venisse, fuisseq; Aliarthios ad deditionem cõpulsurum, nisi Thebanorum pauci, qui in vrbe erãt quo minus dederentur authores fuissent. Sicq; infecta re Lysandrum in colle vrbi proximo, sub noctem castra muniuisse, noctuq; Thebanorũ agmen ab Aliarthiis intra mœnia acceptum. postri die quum Lysander ad multum diei Pausaniam expectasset, longioris moræ impatiens aciem ex tumulo explicat, murosq; vt miles subeat edicit. Thebani, qui multitudine abundabãt, missis qui extremum hostium agmen circa Cissusam fontem adorirentur, cęteri ad erumpendum sese expediunt. Mirum est quod de natura huius fontis scribunt quidam, vini colorem lucido aspectu in eo videri. Esseq; liquorem ipsum potu dulcissimum, vnde forte datus sit locus fabulæ, Bacchum nuper natum in eo fonte a nutricibus lotũ. Locorum indigenę mõstrabãt haud procul inde Rhadamanti sepulchrum: Alcmenamq; his locis humatam prædicabant, quę post Amphitryonis interitum, Rhadamanto nupserit. Thebani qui cum Aliarthiis circa portas instructi steterant, vbi a tergo iniectum certamen senserunt, conspicati adhæc Lysandrum in prima acie ad muros tendentẽ, eruptione repente facta, ducẽ ipsum, & qui circa illum steterant, in primis obtruncant, cætera acies Lysandri casu exterrita, conata est ĩ altiores tumulos euadere, cęterũ Thebani & Aliarthii a tergo & a lateribus agmen degrauantes, plurimos interficiunt. Multi tamẽ fuga delapsi, ĩ tutiora loca trepide euaserunt. Affuit nec multo post Pausanias, qui difficile opus ratus, Lysandri corpus sub ipsis pene mœnibus deiectũ, inuitis hostibus, recipere, etsi veterani ad pugnam & vltionem hortabantur. pactus tamen cũ hoste est, vt cęsorum corporibus receptis ipse exercitum ex Bœotia abduceret. Fuit res illi inuidiæ apud suos, quippe qui vbi domũ venit, ab Ephoris est ad populum iactatus, datũq; crimini, ꝙ ad Aliarthũ sero venerit, quę mora exceptæ cladis haud dubie causa extitisset, & ꝙ contra vrbis dignitatẽ cęsorũ corpora fuga nõ bello recepisset. Augere pſentem inuidiã Atheniensiũ alienatio, qb⁹ ipse in Lysandri odiũ seruitutis iugum ademisset. Ille etsi rex, tãtę tñ inuidię quũ impar futurus esset, Tegeã in exiliũ cõcessit, vbi postea fato periit. Xenophon talis est exilii author, Plutarchus in fanũ ait Mineruę confugisse, vbi supplex vitã egerit. Lysandri mortem eo grauius Lacedęmonii tulere, ꝙ eo sublato cognita est domestica paupertas, generos q defuncti filias ob ĩopiã repudiassent acerbe cõdẽnarũt, ꝙ viuũ diuitẽ arbitrati co

Peroratio. Thebanorũ facinus. Cissusę fontis natura. Lysander ad Aliarthum interficitur. Pausanię interitus.

luissent,defuncti memoriã ac sane iusti cõtenerẽt.Sed dũ haec in Graecia gerunt̃,Agesila⁹ Phry-
giam ingressus,plærasq; vrbes ptim vi,partim volũtaria deditione,Pharnabazo ademit,Otymq;
Paphlagonũ regẽ a Persis alienatũ in belli societatẽ recepit,a quo auxiliari eqtatu accepto, haud
multo post in Dascylium duxit.Erat ibi Pharnabazi regia,ager vrbi circuniectus ferax , & villis
frequẽs.His locis Agesilaus hyemauit. Quo sane tpe pabulatores procul a castris errãtes,a Phar
nabazo sunt insidiis excepti.His ille cũ duobus falcatis curribus,& quadringentis eqtibus exim-
prouiso sese obtulit:primo itaq; aspectu territi frumẽtatores,fuga dispalati,in castra refugerunt,
centũ circiter amissis,q in vnũ collecti,cõtra eã equitũ alã manũ cõsetere fuerãt ausi. Nec multis
interiectis diebus,quũ Pharnabazus ad magnã villã castra haberet (Distabat is locus ab Agesi-
lai castris ad centũ sexaginta stadia) Spitridates primis se tenebris intendentibus,cum parte co-
piarum ab Agesilao in Pharnabazũ est missus,q sub diluculũ hostiũ munimẽta adortus,tantam
trepidationem iniecit ad primũ clamorẽ,vt cunctis metu disiectis, castra omnis opulẽtiæ referta,
ad prędam sint relicta.Paphlagonũ eqtatus,cũ Spitridate p hosticũ euagat⁹,multos mortales ca-
ptiuos ad Agesilaum abduxerunt.Hic Pharnabazus multiplici clade fract⁹, p magnó habuit ne

Pharnabazus vincit.

gocio,cũ Agesilao in colloquiũ venire,quo impetrato,egit cũ eo, vt victor Lacon ingẽtẽ pecuniã
acciperet , ipse pristinũ principatum obtineret, essetq; Lacedæmoniis deinceps amicus ac socius.
Eratq; iam haud dubie Agesilaus in clarissimę victoriæ cursu,meditabaturq; aĩo iam cęteras gẽ
tes,quæ ad orientem Artaxerxi parebãt,bello inuadere, quũ publico Lacedæmoniorum decreto
est in Græciam reuocatus,vt patriæ opẽ ferret. Iam enim Thebani & Atheniẽses Pelopõnesum
ingressi,Laconię imminebant,& Corinthii Argiuiq; ex pfesso hostes erant.Fuit is nuncius Age-
silao grauis,sed sociis,quorũ spes ex vnius virtute viri pendebat,adhuc grauior.Haud multũ in-
de in prouincia fuit Agesilaus,sed traiecto confestim Hellesponto, per mediterranea qua Xerxes
olim,tãta celeritate copias egit,vt iter,qđ ille anno ferme confecerat , hic triginta dierum spatio
sit emensus.Ex Macedonia Thessaliã ingressum agmen Larissei,Cranonii,Scorenses , & Pharsali

Agesilai peratio.

qui cũ Bœotiis fœdus pcusserãt,a tergo carpere occœperũt, e vestigioq; instando totis virib⁹ re
morari conati sunt.Ductare iterim Lacon dux quadratũ agmen, equitũ ala vna q̃ in frõte erat p
sidii causa scđm extremos ordines hostibus resistebat. Hic Lacon quum cerneret hostiũ audaciã
sua patientia augeri,misso in Thessalos eqtatu cõtinuo fecit fugã , mox Pharsalorũ Polimarcho
cadente,tãtus est omnibus metus iniectus,vt fuga semel inclinata, nõ prius fusum agmen substi
terit,q̃ ad Anthraciũ & Narthetiũ sit ventũ . Visa est Agesilao præsens victoria eo pulchrior q;
equestri prælio Thessalos vicisset , q eo pugnę genere cæterarum gentiũ peritissimi haberentur.
Etenim Thessali ad Peliũ habitantes,mortaliũ primi ex equo pugnasse tradunt̃.Iam inde exerci-
tus victor per pacata montiũ,ad Bœotiorum fines processit.Hic Agesilao sedenti nunciat̃ Lace-
dæmonios ad Gnydum nauali prælio superatos,occubuisseq; Pysandrum classis præfectum. Co

Thessali equites.

Conon.

non qui Pharnabazi persuasu fuerat ab Artaxerxe classi præfectus, intentus in omnem bene ge-
rẽdę rei occasionem,post Agesilai digressum,cũ classe q̃ accuratissime instructa,ad Pysandri sta-
tionem,certandi studio,accessit.Sed Conon non tam Persis,q̃ patriæ studebat, ac quẽadmodum
accisis Atheniensium rebus,amissi fuerat imperii author,ita recuperati si recuperari contigisset,
videri diciq; cupiebat,patriãq; vincẽdo recipere,quam victus aliquot ante annos amiserat. Eoq;
speciosiorem victoriam aĩo cõcipere,q; alienis viribus patrię tantũ vinceret.Pysander præterq̃ q;
Agesilai erat necessarius,vt alio est loco significatum,tanti etiam ducis cupiebat ęmulus videri.
Enixe igitur omnia facere,ne splendore rerum ab illo gestarum decederet . Summo proinde stu-
dio & ipse classem ad prælium parauerat,ne possessiõe maris hosti decessum videret̃. Circa Gny
dum igitur classes prelio cõgressę,etsi Pysander nauium numero præstabat,quia sociarũ vrbium
naues quæ in sinistro cornu dimicabant,statim territę acie cesserunt, Lacedæmoniorum fortuna
haud multo post q̃ pugna inita est cœpit deterior esse,auxiliariũ nauium fuga, qua animaduer-

Lacedęmonii vincunt̃.

sa,qui circa Pysandrum dimicabant,continuo & ipsi proras ad littora detorquẽt,nauibusq; ter-
rę impactis,qua cuiq; proximũ est,in pacatum abeunt.Pysander eo quo a principio steterat in ho
stem animo pugnam fortiter ciens,multitudine circũuentus occubuit.Tulit aduersæ pugnæ ca-
sum permoleste Agesilaus,vbi vero audiuit maiorem exercitus partem incolumẽ esse,pręsentem
cladem leuius ferendã ratus,porro in Gręciã ducere pergit.Cęterũ Bœotię finibus propinquans
quum omnia ab hoste occlusa tenerentur, ad pugnam sese expedit . A Cephiso Lacedæmonii in

Pysander cadit.

aciem processere. Thebani ab Helicone.Agesilaus dextro cornu rem curabat,Lęuo Orchomenii
Thebani his obiecti sunt,Lacedęmoniis Athenienses.Distabãt instructę acies ad tria inter se sta-

dia:quũ a dextro Lacedęmoniorum cornu est procursum: fuerunt hi domestici Agesilai milites, quibus Euripides præerat,& cum his Iones,Æoles,& Hellespontii.Hi vix ad teli iactum appropinquarant,quum qui exaduerso steterant,in fugam vertuntur,ad Heliconē succedentes, ac primi omnium Argiui, qui Atheniensibus iuncti steterant. Ibi milites præ nimia gestientes lætitia

Fortunę varietas.

Agesilaum,vt victorem,coronant,interea aduersa parte nunciatur,Thebanos Orchomeniis cæsis,circa impedimenta versari,in his diripiendis præcipue occupatos:Agesilaus eo acie conuersa Thebanam phalangē inuadit iandudum sua sponte turbatam, vbi sociorum ad Heliconem audiuerat decessum,cœperatq; iam ipsa quoq; eo paulatim se subducere.Hic Agesilaus quum facile

Agesilai victoria.

terga cædere potuisset,a fronte & a lateribus hostem inuadit,ibi Thebani pugnandi necessitate imposita,subito in hostē conuersi,fortiter pugnam ciēt.Multi vtrinq; mortales ferro occubuerūt. Clamor uullus erat,nec tamen silentium,sed mors,qualē ira simul & pugna ederet.Euaserūt Thebanorum plurimi in Heliconem,cæteri medio conatu occidione occisi sunt. Sicq; parta victoria, Agesilaus saucius ad suos relatus est.Confugerant ad octoginta hostium in templum Apollinis,

Pietas in tēplum.

quod vbi Agesilaus per equites exploratum habuit,misit q sine offensa eos inde emitterent,atq; vsq; in pacatum comitarentur,veritus ne militum temeritate,locus cæde pollueretur. Iacebant vbi pugna commissa est promiscue cadauera,defracti clypei,euaginati enses, non nulli etiam in manibus iacentium,quidam ipsis vulneribus infixi,solum passim cruore perfusum,quibus in locis Agesilaus postridie tropheum constituit.Sed Thebani,per inducias,suorum cadauera sepeliunt,pars victoris exercitus,Gylli ductu,in Locridem irrupere,villę ab his direptę,prædaq; ingēs

Gylli expeditio.

ex agris abducta est,Locri hostē pręda honustum,sub noctem per montium compendia insinuati eximprouiso adoriuntur,subitaq; incursatione territando,iter intercludere enituntur, deuoluentes interim per locorum decliuia cęca tela in subiectum agmen, multiq; ex Lacedæmoniis cadebant.Concidit & Gyllus agminis præfectus,ac nisi ex Agesilai castris,quo tumultuose nocturni illius certaminis nūcius est perlatus,auxilia affuissent,ad vnum locorū iniquitate periissent. Nec ita multo post dimissis sociorum copiis,Agesilaus Lacedæmonem cum exercitu est reuersus. Trogus ita rem digerit,vt ad Gnydum prius infeliciter sit pugnatum, q̃ Agesila⁹ ex Asia decesserit: Cononq; præsenti victoria fratus, cum classe regia Athenas nauigarit, vbi suis ciuibus author fuit,vt excusso Lacedæmoniorum metu,ad pristinam dignitatem animum erigerent,ac tum demum Athenienses sui iuris facti.Cononis ductu, aliquot loca in deditionem receperint, fuisseq; initium illud ait principatus in Gręcia recuperandi.Ortam deinde vberiorem rebellandi materiam,q Thebani Epaminondæ ductu,pro sociis hostes sint Lacedæmoniorum facti, tum demum iunctis viribus ad Aliarthum dimicari contigisse,qua tumultuaria pugna Lysander occubuisset Pausaniamq; Lacedæmoniorum regem,proditionis accusatum in exilium exactum. Postremo Peloponnesum a Thebanis & Atheniensibus bello petitam, vexatamq; hostiliter Laconiæ oram,ac tum demū difficultate illa temporum Lacedæmonios adactos,Agesilaum in Gręciam reuocasse. Hæc ille,Cæterum vtcunq; res acta est,Conon post Agesilai ex Asia profectionem Laconiæ fines classe populatus est,inde Athenas ꝓfect⁹,miro ciuitatis gaudio acceptus est, is vt mira erat charitate in patriā,plus tristitię cepit ex incensa & diruta vrbis facie,q̃ q sua esset opa liberata. Fuitq; illud fortunæ ludibrium memorabile,vt eadem vrbs quæ olim Persarum manu deflagrasset

Athenę bis hostium manibus restitutę.

captiuis eiusdē gētis manibus fuerit restituta,& mox a Lacedæmoniis excisa,Laconicis spoliis resarta,veterem recepit formā & apparatū.Enimuero grandem Conon pecuniam, Gnydia victoria quæsitam,in eius instaurationem contulit.Nec Agesilaus,postq̃ in Peloponnesum venit,diu i ocio fuit.Multi citro vltroq; bellorum motus,tam Lacædemoniorum,q̃ hostium,in ea terra exti

Agesilai gesta in Peloponneso.

terunt,sub id tempus quo ille Asiā reliquit.Eos Xenophon longiore exequitur sermone,sed plęraq; eorum indigna mihi videntur,quæ nos a maiore rerum explicatione remorari debuerint,q̃lis fuit pugna illa magno vtrinq; apparatu,circa Nemeam gesta, quam depugnatam quum Dercyliades Agesilao ex Asia venienti nunciasset,octo Lacedæmoniorum periisse dixit,ex hostib⁹ aliquāto plures.Nec multo relatu digniora,q̃ deinceps gesta sunt Lacedæmonē reuerso,q̃ de industria nobis in arctissimū sermonē cōferunt.Agesilaus ægre ferens Argiuos sibi Corinthū vindicare,eorū agrū populatus Corinthiorq; trāsgressus angustias,muros Lecheū vsq; ꝓtēsos armis occupauit.Pelopōnesoq; p hæc æternæ iniuriæ patefacta,Pyreū copias admouit. Colebat̃ frequēs a Corinthiis locus,quo cū populariter illi occursuri dicerentur,præda ꝓcul abducta,domū copias reduxit,nec multo post Achęis suppetias tulit aduersus Acarnanū gētem,quos ꝓlio victos haud prius infestare destitit,q̃ abiectis armis,ad pacē suppliciter petendam compulit.Erant tres Græ-

eorum in hoc statu circa Peloponnesum. Interea in Asia Pharnabazus & Conon, Lacedęmonio-
rum opibus antea ad Gnydũ fractis, ex multis insulis vrbibusq; Ionię & Hellesponti Laconũ præ
sidia eiiciunt. Statuq; locorum oĩm ad arbitrium constituto, pacataq; per hęc prouincia, Pharna
bazus Conone cum triginta nauium classe circa Sestum relicto, ipse pedestri itinere in suam se p̃
fecturam recepit. Erat tum forte Dercylides in Abydo, is vetus suorum in Hellespontios & insu
lanos studium commemorans, q̃ Lacedæmoniorum opera, nefario seruitio olim liberati essent, eo
perpulit Abydenos, vt sumptis armis, cum eo Sestum contenderint. Est id oppidum contra Aby Sestos &
dum in Asia, septem stadiorum spatio ab Europa diremptum, alii octo tradunt. Sestii & ipsi vet⁹ Abydus.
Lacedæmoniorum studium secuti, Dercylidẽ benigne accipiunt (aberat tum forte Conon cum
classe) Pharnabazus ad Sestios & Abydenos misit, q̃ minaciter denũciaret, nisi Lacedęmonios ad
certũ diẽ eiecissent, fore, vt cũ nouo exercitu ipse breui ad vtrorũq; excidiũ in Hellespõtum reuer
teretur. Barbari minas duę ciuitates aspernatę multo impensius Laconibus student. Pharnabaz⁹,
etsi vltionis cupidus, hyemis tamen magnitudine impeditus, in vernum tempus bellum distulit.
Agit interim cum Conone, vt nouis Lacedæmoniorum motibus sese circa Sestum obiiceret arce
retq; hostes a nauigatione. Contineret cæteras vrbes in fide, in suum vsq; aduentum, sub initium
veris pollicitus se valido cum exercitu affuturum. Iam enim multo maiora barbarus animo con
ceperat q̃ vt in Hellesponti angustiis classem esset habiturus. Nec eam quam de se fecerat expe-
ctationem Pharnabazus fefellit, quin ineũte vere nauibus & exercitu ad expeditionem instructis,
cum Conone in Melum insulam nauigauit, recto inde cursu in Peloponnesum delatus omnem
Laconiæ oram populatione fœdauit. Hinc in Cythera translatus Phœnicuntem adortus, Cythe
reos colonos inde expulit, oppidisq; militari opere & præsidio firmatis, in Isthmum transmisit,
sollicitatisq; locorum accolis Corynеos ad bellum Spartiatis inferendũ induxit, pecunia ĩ instipẽ-
dium relicta. Et hæc ille in Lacedæmonios egit, vt a rebus Asiæ illorum consilia auerteret, mox
Conone cum parte nauium dimisso, ipse in Asiam exercitum deportauit. Conõ suis author fuit,
vt longos muros, & quas Lacedæmonii circa Pyreum diiecerant munitiones reficerẽt, ad quod Cononis ge
opus, non solum classe, sed pecunia etiam regia, in Lacedæmoniorum inuidiam, est adiutus. Iuue sta & Lace.
runt Athenienses & Gręcorum nonnulli, Bœotii, Corinthii, & qui ex professo Laconicum nomẽ
oderant. His Atheniensium successibus commoti Lacedęmonii Alcidem ad Artaxerxem misere,
qui cum rege pacem componeret. Enimuero Atticæ opes, in dies aliena inuidia crescentes, meri-
to formidolosæ esse cœperant, tanto præsertim finitimarum gentiũ externarũq; studio & consen
su fultæ: Athenienses veriti ne res suæ renascẽtes medio cursu regio fauore destituerent, Cononẽ
cũ aliis legatis in Asiã mittunt, Thebani & Corinthii suos & ipsi legatos misere, quorũ interuen
tu pax, quæ cum Spartiatis aliquanto prius mota erat, protinus est discussa. Lacedęmonii ea con-
ditione pacem poscere, vt insulæ & maritimę vrbes, liberi iuris essent, neq; rex in eas exercitus du
ceret, neq; aut ipsi aut Athenienses, principatum inter Græcos haberent. Athenienses veriti ne
ea conditione, Imbrum, Scyrum, & Lemnum dimittere cogerentur, quas insulas ab initio possede
rant, Thebani quoq; nolle Bœotiæ principatum sibi ademptum iri, alia proinde atq; alia criminã Tiribazus.
do. pacẽ turbauere, quę duorũ populorũ intemperies Tiribazum tũ Ionię pręfectũ, multo propen
siorem in Lacedæmonios reddidit, fuissetq; eis rex per illum breui amicus factus, nisi Strutas in
eius locum, haud multo post successisset, homo laconico nomini, ob Agesilai gesta, sua sponte in-
fensus. Is Athenienses arctius complexus, spem oẽm pacis Lacedæmoniis ademit, qua desperatio-
ne adiecta Tribonem Lacedemonii cum classe in Ioniam miserunt. Is ex Epheso profectus in Mæã Strutas.
dri campos tumultuose irrupit. Strutas, eo citato agmine occurrens, pugnam cõseruit, fuitq; ab
initio atrox prelium. Cæterum Tribone cadente, Laconica phalanx cum multa cæde disiecta est.
Spartiatæ secundum eam cladem, Ecdicum in prouinciam miserunt cum octo nauibus, cui man Ecdicus.
datum est, vt reliquias Triboniani exercitus, per socias vrbes dispersas colligeret, nouum militẽ
ex sociis legeret, stipendiove conduceret, augeretq; classem, in primisq; prospiceret, ne Athenien-
ses per speciem popularis status tuendi, Rhodum occuparent. Imminebant plæbei nobilibus, dis
cordiaq; in dies gliscente, vehementer dubitare, ne Oligarchia sublata, populare regimen indu- Atheniẽs.
ceretur, Quod vt fieret Athenienses, Democratiæ sua natura studiosi, enixius curabant. Ecdicus Democra-
Gnydum processerat, ibi suorum paucitati diffisus, quum Rhodum non auderet traiicere, fru- tiæ studiosi.
straq; nobilium factio ab eo auxilium imploraret, Ecdici ignauiam & metum pertæsi Lacedæmo
nii. abrogato illi imperio, Teleutiam cum duodecim triremibus ad bellũ miserũt, q̃ septem & vi-
ginti nauibus fretus, quum ex Gnydo Rhodum traiiceret, in Philocratem Atheniẽsem incidit,

qui octo instructas ad bellũ naues in Cyprum ad Euagoram ducebat. Habebat Cyprius Tyrannus cũ Artaxerxe bellum iam antea consertum, cui etsi Athenienses amici erant, Euagoram tamen publice iuuandũ censuerũt. Fuerat ille ab Atheniensibus iam antea ciuitate donatus, sed meritum adhuc maius, q Cononem fractis Atheniensiũ opibus hospitio acceperat, authorq fuerat (qd Plutarchus scribit) vt iuncta cũ rege societate, afflictæ patriæ subueniret. Naues quas Philocrates ducebat, ad vnam Teleutias oppressit, mox in Rhodũ trãsgressus, Oligarchiam ad tempus stabiliuit, confirmatoq ex sententia Rhodiorum statu, in prouinciam abiit. Athenienses iniquo animo ferentes, q Lacedæmonii non solum non mari temperarẽt, sed latius etiam pollere cœpissent, Trasybulum cum quadraginta triremibus, ad Rhodiorum Oligarchiam euertendam ire iubent. Ille vbi exploratũ habuit Lacedæmoniorum opes adeo circa Rhodum pollere, vt tuto illi occurrere non posset, cursu in Hellespontũ deflexo, Amidochum Odrisarum regem, & Seuthim qui in ora Thraciæ late imperitabat, inter se armis disceptantes, vtrunq alteri suo interuentu pacauit, mox Byzantium ire pergit, paucorumq potentia ibi sublata, populare regimen induxit. Remenso inde Hellesponto, totã pene Lesbum, q̃ iam pridem Lacedæmoniis studebat, ad Atheniensium fidẽ retraxit, Thirimacoq tũ Methymnæ p̃sidio erat, cũ plerisq aliis p̃lio ĩterfectis. Rhodum inde Trasybulus ire contendit, q vbi ad Eurymedontem venit, Aspẽdiorũ incursu cũ nõ parua militũ parte est oppressus. Iphicrates in eius locũ ad regimẽ classis, cũ octo nauibus in prouinciã venit, milleq & ducẽtis militibus in copiarũ supplementũ, cũ his ille in Chersonesum delatus Anaxibiũ Lacedæmonium prælio victũ interfecit. Sub id tempus magni circa Æginã Atheniensium & Lacedæmoniorum conatus extitere. His tuentibus Æginitas, illis terra & mari obsidentibus. Sæpius circa insulã vario est euentu dimicatũ, & in ipso quoq littore aliquando concursum: Postremo Athenienses Æginitica obsidione fessi, intuiti adhæc Lacedæmoniorũ opes eousq auctas, vt octoginta nauiũ classem alerent, lateq mari Laconicũ nomẽ polleret, pacẽ quã non multo antea turbarãt, desiderare cœperũt. Peropportune igit Tiribazi edictũ in Græciã est delatũ, placere Artaxerxi regi vt Græci inter se pacẽ agerẽt, & oĩb[9] Ioniæ & Hellespõti vrbibus insulisq, vtrorũq populorũ præsidiis abductis, vt illæ libere viuerent, præter Scyrũ, Imbrũ, & Lemnum, quæ vt ab initio fuerant, Atheniensiũ essent, ac si qui ab armis intra certũ tempus, non abscederent, hi regis & Græcorũ omniũ hostes haberent. Minacissima hæc denũciatio, Græcis omnibus longa malorum serie fessis, soluẽdi belli necessitatẽ imposuit. Inciditq pax illa in eũ annum, quo Roma, vt Trogus ait, a Gallis capta est. Sed Lacedæmonii haud diu postea in ocio fuere, qn p sociis primo mox p se ipsis arma sunt induere coacti: ex Thracia Chersoneso ad eos iam dudũ pacate agentes Apolloniatarũ aliarũq ciuitatũ legati nũciarũt, eius terræ statũ & qetẽ assiduis Olynthiorũ iniuriis turbari: p quos nõ liceret finitimis ocio frui, suisq viuere legib[9]. Periculũ ĩminere, ne intestinæ Chersonesitarũ discordiæ breui in eã terrã facerẽt Macedonũ armis aditũ, & iã quasdã ciuitates hostiliter tẽtari, haud dubie futurũ, vt nisi mature eo p̃sidiũ mitterẽt, tota Thraciæ ora, aut Macedonũ, aut alteri[9] gẽtis esset iugũ acceptura. Lacedæmonii etsi diutino bello fessi, libẽtius qeuissent, sociorũ tñ periculo cõmoti, Phœbidem cũ duobus milibus armatorũ in puinciam ire iubent, vt sopita ciuitatũ discordia, ordinaret totius terræ statũ. Peloponeso digressus Lacon p Bœotiam ductabat, laborabantq tũ forte Thebani domestica seditione, corpusq ciuitatis in medio relictũ diuersæ factiones distrahebant, hinc Leõtidas, Archias & Philippus, inde Ismenias, qui Laconici erat nominis ex professo inimicus: quo factũ, vt & Phœbides, q tum forte secus Thebas ductabat copias, ab Ismenia cõtumelia quadã sit insigni affectus. Qua ille iniuria accẽsus, Leontidæ suasu, Cadmiã Thebarũ occupauit arcẽ. Plutarchus eã Phynidã appellat, publicoq Lacedæmoniorum consilio id factum arbitratur. Xenophon rem vulgo displicuisse ait. Cæterum quoquo modo id fieri cõtigit, Thebana arx Laconico p̃sidio retẽta est. Ismenias, Pelopidas & alii multi diuersæ factionis extortes sunt eiecti. Thebana res Spartiatarũ amicis permissa, creatiq ex his Polemarchi. Nec Lacedæmoniis interea excidit Chersonesitarum cura, quin Teleutiã, cũ altero exercitu, in destinatã prouinciã mittunt. Erat is Agesilai frater, qui vbi in Thraciam venit, duplici p̃lio ab Olynthiis victus, haud procul ab illorũ vrbe pugñãs cecidit. Qui cũ eo erãt, ducis morte consternati, alii in alias vrbes fuga deuenere. Agesipolis, qui cũ Agesilao rex erat, in Olynthios postea exercitũ duxit, cui Amynthas Macedoniæ rex, & Derdas certatim auxilia miserunt. Gessit ille oĩno aliqua in Olynthios, Toronẽq recepit, sed multo adhuc plura gestur[9], nisi breui fatali morte periisset. Postremo Polybiades ad id bellũ pfectus, adeo multis cladibus Olynthios affecit, vt ad pacem per legatos petendam, nõ multo post q̃ in Thraciã venerat, adegerit. Rebus in Cherso-

Lacedæm. Oligarchiæ fauebant.

Trasybuli interitus.

Athenieñ. Lacedæmo. pacantur.

Noua belli materia.

Lacedæ. Thebanam arcẽ occupant.

Teleutias i. terficitur.

nesso vix bene cōpositis,Pelopidas cū paucis libertatis assertoribus,noctu Thebas ingressus,Polemarchis interfectis,cū magna ciuitatis lætitia est exceptus,cōfestimq; cū Charone vindicandæ i libertatem Bœotię dux factus,arcem ab vrbe muro & propugnaculis intersepsit, ne ab iis qui in Cadmia erant,aliqua in vrbē posset fieri eruptio.Pelopidę reditu & Polemarchorū cęde Lacedæmonē nunciata,Cleombrotū Spartiatæ cū exercitu in Bœotiā mittūt, vt Cadmiā obtinentibus auxilio esset.Hic ad Thespias castra cōmuniuit:eratq; forte in his castris Gobrias homo apud Lacedæmonios infamia notatus,facinorosus alioq,& audax. Hic Cleombroto absente cum summū in castris imperiū obtineret,Pelopidę opa,a negociatore quodā pecunia corrupt⁹, vt Pyreum inuaderet,Thebanorū p̄sidio destitutū,suadens ita fore,vt Athenienses Thebanis itati,q parū diligenter locū suę fidei creditū asseruassent,Lacedęmoniis fauerēt,hęc Gobrię negociator psuadere iussus est,cæterum Pelopidas certo futurū videbat,vt Athenienses recenti Lacedęmoniorum iniuria iritati,confestim rē Thebanā iuuarent,qđ alioq ob pacē,quam regis iussu cū Lacedæmoniis pactā habebāt,minime facturi crederent.Nec euentus rei defuit.Gobrias cū militū manu Atticā hostiliter ingressus,etsi Pyreū aggredi nō est ausus,materiā tamen Atheniensibus rebellandi prębuit,eoq; infestius est ad arma recursum,q; id facin⁹,quū res repetitę essent, nō fuerat publice in authorē iniurię vindicatū.Igit̄ nouorū hostiū accessione Agesilaus in Bœotiā ad bellū missus ē, continuerunt se Thebani Agesilai metu,sed eo domū decedente,Phynidas in Thespiacis castris relictus tumultuario cū Thebanis prælio cōmisso,infeliciter dimicās cecidit Quæ Agesilaum in castra haud multo post reuocauit clades:Thespiei interea castra tutati fuerant,alia deinceps clades secuta,victiq; iterū Lacedæmonii in illis ipsis locis nihilo minori dāno , q̄ antea sunt affecti. Nec in Bœotia solū infeliciter tū illi agere,quin & Athenienses Thebanorū rogatu,Timothei ductu.LX.triremes ad Pelopōnesiacā oram populandā miserāt. Nicolochus pari fere nauiū numero est Atticę classi obiectus,qui paucis diebus interiectis, haud procul Corcyra ingenti prælio a Timotheo victus,partē classis haud paruam amisit.Erantq; iam Timotheo naues circiter octoginta,recepissentq; breui Athenienses maris imperiū,nisi stipēdii inopia adacti,pacē cum Lacedęmoniis componere coacti essent,q̄ diuturna esse nō potuit,querentib⁹ Zacynthiis se a Timotheo hostilia pati,nec modum illi,neq; modestiam adesse in Lacedæmoniorū sociis assidua iniuria vexandis.Iam & Corcyram Atheniensium factam esse,foreq;,vt & aliæ insulę breui fierent.His insulanorum querelis Lacedæmonii cōmoti,Mnasippum cum valida classe Corcyram ire iubent. Nec enim parum interesse Dionysii sentiebant,cuius ipsi socii erant,si ex insulæ possessiōe Athenienses deiicerentur.Corcyrei vbi suos vident fines a Mnasippo hostiliter vastari, qui Atheniensium rebus fauebant,in Atticā auxilia imploratum mittunt:Sthesicleus continuo,cum sexcentis armatis,occulte Corcyreis suppetias ferre est iussus,qui haud multo postq̄ in insulā venit,sexaginta Corcyreorū nauibus q̄ occultissime instructis,Lacedęmonios nauali p̄lio fudit,fusosq; tota insula dispulit interfecto media pugna Mnasippo classis p̄fecto.Secuta inde certior pax inter Athenięses & Lacedæmonios,his cōditionibus,vt vtriq; omnibus insulis & vrbibus p̄sidia deducerēt, in cęteris cōuenire ambab⁹ ciuitatib⁹ , anceps de Cadmia disceptatio aliq̄diu pacē remorata est. Affirmare Lacedęmonii se nunq̄ ex Cadmia p̄sidiū deducturos,nisi Thebani liberas Bœotię ciuitates prius dimitterēt,cupere se opus a principio inchoatū p̄ficere,vt Gręcia tota suo beneficio libera esset.Hæc illi nunciant,mandātq; simul Cleombroto,q in Phocide erat,vt in Thebanos iterū exercitū duceret,nec ab illis hostiliter vexādis desisteret , donec Bœotia principatū deposuissent.Cleombrotus.XII.Thebanorū nauib⁹ inter eūdū oppressis , in Leuctris consedit Thespiacæ regionis,ibi graui p̄lio cōmisso victi Lacedæmonii ad.CCCC.periere.Enituit eo certamine Epaminōdę virtus & Pelopidę,q sacrā cohortē agebāt.Aristoteles iccirco sacrā appellatam existimat,q; amator,diuin⁹ amicus sit dict⁹,q̄si nefario int̄ se amore tenerēt,q huic ordini fuerūt ascripti:quā opinionē vox illa Philippi regis postea testata est,q quū aliquot post ānis q̄ hęc gesta sunt,cohortē ad id tp̄s inuictā,ad Cheroniā strauisset,hostiū cadauera exaduerso iacētia cōspicat⁹. Dii perdant inq̄t q tales viros vel facere vel pati turpia suspicant̄.Nec satis liq̄t q̄to nūero cōstiterit cohors illa.Ephorus qngētos cohortē habere credidit.Septigētos Callisthenes, qdam alii & in his Polybius nonagita,nec āpli⁹.Post Leuctricā pugnā, Thebani audētiores facti sua primū loca recipiūt,discordia inde int̄ Mātineos & Tegeatos orta,Lacedæmoniis Mātineos oppugnātibus,missoq; ad id bellū Agesilao,data ē Thebāis occasio i Pelopōnesū penetrādi,q a Mātineis accersiti de cēq; talētis in stipēdiū acceptis,haud multo postq̄ Agesila⁹ hyemis magnitudine coactus fuerat domū copias reducere,tumultuose Arcadiā itrauere.Nec ita m[?]ltis iteriectis dieb⁹ Arcadib⁹ q a

Pelopidas Thebas occupat.

Pelopidæ ars.

Duplex Lacedę.clades.

Pax inter Lacedemoñ.& Athenieñ.

Pax certior inter Athe. & Lacedæ.

Lacedęm.ad Leuctra vincuntur.

Sacra Thebanorū cohors.

Thebani in Pelopōnesū transeunt.

Mantineis stabãt,in societatẽ assumptis,Laconiam inuadũt. Ibi circa Eurotam & Amyclas, cum
direptione & incendio villarũ euagati,Cynthiũ cõcessere.Erat iam anni bruma,appetebatq̃ tp̃s
magistratus apud Thebanos finiendi,aut proinde decedendũ erat prouincia,& domum ad comi
tia abeundum,aut contra patrias leges exercitũ & prouinciam retinere oportebat. Cæteris itaq̃

Pelopidas & Epaminondas.

Thebanis ducibus domũ abeuntibus,Pelopidas & Epaminondas in Pelopõneso cũ exercitu remã
sere.Cupiebãt credo inchoatũ bellũ ad exitũ pducere,ne ea laus ad alios pueniret. Nec socii sunt
eorum ducatum aspnati,qn maiore q̃ antea studio,circa illos coeũtes,breui cõrigit,vt ad.LXX.
armatorum milia sub signis haberent,quorũ vix.XII.pars erãt Thebani. His copiis ambo fratri,
iterũ Laconiã ingressi,traiecto Eurota optimã Laconici agri partẽ vsq̃ ad mare populantẽ,multis
interim Spartiatarũ locis,partim vi,partim volũtaria deditione,in fidẽ acceptis, & in his Messa
na,ad quã incolendã,Lacedemoniis eiectis,veteres vrbis incolas reuocarunt.Et iam tota sub vno
erat imperio Arcadia,maioreq̃ Peloponnesi parte a Lacedæmoniis alienata,innatum & familiare
ciuitatibus malum,Pelopidam & Epaminondam in discrimen adduxit, ambo rei capitis facti, q̃
quatuor menses vltra pręscriptũ legis exercitum retinuissent,domũ decedere sunt coacti, ne ab
sentes dãnarentẽ.Pelopidas prior in iudiciũ arrepus,is vt natura erat iracundior, magna sicophã
tiæ iactatiõe,& inuicto animo causam dixit.Epaminondas ratus tolerantiã in rebus ciuilibus ma
gnam esse fortitudinis partẽ,ciuiliore animo inimicorũ iniuriã tulit.Amborũ merita pluris ad po
pulum valuerunt,q̃ vnica offensa,vterq̃ absolutus est:nec longo postea interiecto tẽpore, Theba

Epaminondas Archidamũ prælio superat.

ni,Epaminondę ductu,in Peloponnesum sunt reuersi,Arcadibus inde auxilium petentibus,qbus
bello repetitis,Archidamus Lacedæmoniorum rex Castellũ primo ademerat,prelioq̃ sub Epami
nondæ accessu acrius cõmisso,Archidamus vulneratẽ,qui quum suos metu palantes passim inter
fici vidisset,per pręconem suos ad sepulturã depoposcit,erat id signum apud Gręcos victorię ho
stibus cõcessę.Ea confessione contenti Thebani cæde temperarunt.Fuerunt inde plures dies,ve
lut belli feriæ,quibus tenẽtib⁹,aut certe nõ multo prius posteriusve,Pelopidas in Thessaliã cum
exercitu missus Alexandrũ Phereũ,is Polydoro Iasonis fratre q aliq̃diu principatu in Thessalos
fuerat potit⁹,oppresso Tyrãnidẽ occupauit.Nec cõtẽt⁹ ferro ciuitatẽ,& alia plęraq̃ oppida sube
gisse,iam & finitimos cœperat infestare. Thebani Thessalorũ pb⁹ fatigari,exercitũ & ducem ad
nouos tyranni conatus euertendos,delegare.Primo itaq̃ in Thessaliam accessu, Larissam Pelopi

Pelopidę gesta aduersus Alexãdrum Phereum.

das cepit:qua clade Alexander fractus operam dedit,vt Pelopidã sibi conciliaret,q ea conditione
Tyrãno pacat⁹ est,vt Alexãder iã ĩde int Thessalos iustũ ageret pricipẽ.Sed crudelitas & auari
tia q̃ duo illi vitia erãt ĩgenita,Pelopidæ amicitiã ne cõtubernio qdẽ patiebanẽ coalescere: quare
timens Alexãder cũ paucis satellitũ aufugit.Pelopidas Thessalorum rebus in tuto cõstitutis, vt
in Pelopõnesum trãsiret,ex Thessalia erat decessurus,quũ orta int Ptolemęũ Aloritẽ, & Alexan
drum Amynthę filiũ (Amynthas enĩ vita decesserat) discordia,Pelopidas arbiter factus ita res
cõposuit,vt ab Alexãdro triginta obsides acceptos,& in his Philippũ fratrẽ, q magni Alexandri
fuit pater,secũ Thebas duxerit.Hic ille credit Epaminõdæ cõsuetudine,ea militaris disciplinę ru
dimenta imbibisse,quibus postea oẽs suæ ætatis reges antecelluit.Reuocarunt inde Thessalorum
querelæ Pelopidã aduersus infestas Tyrãni opes,pfectusq̃ est eo dux sine exercitu,ratus fieri pos
se,vt sua authoritate Alexandrũ ab iniuria reuocaret:qđ vbi aliter euenire sensit,copiis in Thes
salia cõtractis,quũ Tyrãnũ psecuturus esset,in Macedoniã atrox Ptolemæi facin⁹ auertit,q sub
ita vi Alexãdrũ adortus interfecerat,regnũq̃ armis occuparat. Ptolemęus Pelopidę accessu ter
ritus,pacate obuiã veniẽti prodiit,reiectaq̃ in Alexãdrũ cædis causa, pollicitus est se Philippo &
fratrib⁹ regnũ custoditurũ,in fidẽ cui⁹ rei Philoxenũ filiũ,& q̃nq̃gĩta alios obsides,prĩcipũ filios
Thebas Pelopidæ iussu misit:rebusq̃ in Macedonia cõpositis,Pelopidas in Thessaliã cum paucis
reuersus,ab Alexã.Phereorũ Tyrãno,q cũ exercitu accuratissime instructo eximprouiso fuit illi
obuius,capiẽ.quo nũcio Thebas delato,cõfestim decretũ est,vt Epaminondas cũ exercitu ex Pelo

Pelopidas capitur. Alexan. crudelitas.

põneso in Thessaliã iret,ĩterim altera manus ex Bœotia pręmissa,cũ Tyranni copiis temere con
gressa,ignominiose ex Thessalia pelliẽ.Affuit nec multo post Epaminondas, qui leniter ab initio
cum Tyranno egit,veritus ne ille suarũ rerũ desperatione adactus,vt natura erat sęuissimus, in
Pelopidã vinctũ aliqd crudele statueret.Celebris in tota Gręcia erat Alexãdri crudelitas, quippe
q viuos homines humare diceretẽ,alios aprorũ pellibus vrsorũve cõtectos,venaticis canibus p fe

Pelopidas Epaminõdę restituitur.

ris laniãdos obiicere.Fertur & hastam cõsecrasse,corona superimposita, qua Poliphranẽ auũcu
lũ traiecerat.Sed quũ tã fero esset ingenio,Epaminondę tamen virtutẽ & felicitatẽ veritus,vltro
illi Pelopidam restituit,induciis in certum tempus cũ eo pactis. Pelopidas Thebas reuersus pu

Pelopidas Epaminondę restituit.

blice ad Artaxerxẽ est missus,apud quẽ in magno honore fuit,ob ea quę de eius virtute ĩ Persis pphama ferebant. Mox persica legatione defunctus,vt Pherei Alexãdri in se pfidiã vlcisceretur, facile obtinuit:vt ad Thessaliã seruitio liberandã,cũ exercitu aduersus Tyrannũ mitteret. Erãt eũ Thebani nec adeo multi q cũ eo militabãt,plures oĩno Thessali:qđ vbi Alexander exploratũ habuit,cũ lectissimis copiis ad tumulos paltos(Canis capita ab ĩdigenis dicũtur)veniẽti hosti ferociter occurrit,pulsoq; hostiũ egratu,in subiectis cãpis pedestre pręliũ cõmisit.Cæterũ Pelopidas,quacũq; ibat,indubitatã faciebat victoriã,hostiũq; phalãgibus loco summotis,quũ multitudine fretꝰ adhuc hostis in acie staret,eum pcul Pelopidas intuitꝰ clamore & cõuicio p aduersos cuneos ĩfesto petit spiculo. Declinauit ille territꝰ veniẽtis occursum,atq; ĩ cõfertũ agmẽ sese trepide recepit,q circa illũ steterãt Pelopidã ferociter ĩuectũ vndiq; adorti,multisq; vulneribus cõficiũt.Conati sunt nõ nihil Thessali circũuẽtũ ducẽ piculo eximere,sed prius q̃ subueniri potuisset,eũ vis hostiũ telis obruit.Vicere tñ acie Thebani & socii,cęsaq; sũt ad triũ hostiũ milia.

Pelopidę interitus.

Fuit tã insignis victoria minꝰ lęta,ob clarissimi ducis interitũ. Lamentari eũ Thebani lamentari & Thessali.Sũt oĩbꝰ honoribꝰ extinctũ psecuti,qbꝰ summi duces funerari cõsueuere q æque suis charissimi fuere.Milites audito eiꝰ casu,nõ thoracibꝰ sibi detractis,nõ vulneribꝰ obligatis,in eũ quo cõciderat locum coiuerunt.Tonsis inde eqs virisq;,eo die quo ille cõciderat cibo abstinuerunt.Laudatus etiã pro cõcione frequẽti Thessalorũ cõuẽtu,restitureq; libertatis author appellatus.Et Pelopidas tñ certe periit,quũ mors illi fuit potissimũ obeũda. Patria suo beneficio liberata,ipse pro amicorũ libertate fortiter dimicans,quum iã victoriã sua virtute partã cerneret honesta morte occubuit.Nec Thebani vltionem distulerunt.Diogetono cum.VII.milibꝰ peditum & CCC.equitibꝰ in Alexãdrum misso,cuius opibus iã antea accisis,facile adegit,vt iureiurando pollicitus sit,se deinceps in Thebanorũ authoritate futurum,atq; per hęc bello solutus,cõiugis fraude,haud lõgo ĩteriecto tẽpore periit.Nupsit illi Thebe mulier Iasone genita,qui vno Polydoro interiecto,ante Alexãdrum in Thessalis priceps fuerat.Mira sunt q̃ de formidolosa illiꝰ vita sunt memorię pdita.Ferunt nunq̃ eum cum vxore congressum,nisi prius a satellite fuisset excussa,ne ferrum sub veste ĩferret cubiculo,eius lectum modico põte peruium fuisse,quo sublato velut arx quędã ab oĩ insidiãtiũ tutus esset incursu.Distulit ille quidẽ exitiũ qđ ab vxore imminebat,sed tollere nõ potuit,tribꝰ fratribꝰ Ethisiphone,Pitalo, & Lycophrone,ad eũ dormiẽtẽ inductis,quum iuuenes iacentem inuadere nõ auderent,minata dicitur Thebe, nisi eũ cõfestim obtrũcarẽt,excitaturã se illum clamore,sicq; sibi & fratribꝰ vno tempore exitio futurã. Qua illi voce perculsi,opus inter se partiti,hic caput ille pedes,ne in percussorem cõsurgeret inuadunt, Tertius ferro cõfecit.Hic Tyrãnorũ primus fraude cõiugis periit,vt Plutarchꝰ existimat. Eius corpus pfundatũ a Phereis laniatui volucribꝰ & feris est piectum.sed hęc quę ad Tyrãni cędẽ attinẽt sunt aliquãto postea secuta.

Honores Pelopidæ mortuo exhibiti.

Thebe vxor Alexandri.

Alexandri Pherei meticulosa vita.

Alexandri cędes.

Lacedęmonii,q Archidami ductu in Pelopõneso victi fuerãt haud quidẽ diu postea quieuere,quin reparatis viribus in expeditionẽ pfecti vrbẽ nullo maiore pręsidio munitam relinquunt.Qđ vbi Epaminondas habuit exploratum,Lacedęmonis subita vi capiẽdę spem cepit.Noctis igiẽ silẽtio,spei plenꝰ,tacito agmine,hostilẽ vrbẽ petiit.Pręsenserunt senes,qui ad illius custodiam relicti fuerant,hostium aduentum,confestimq; cõclamatum est ad arma,& cum trepidatione ad tuendos vrbis aditus discursum,non ætas,nõ sexus obstitit cuiq̃ quo minus ad patriã,pro viribus tuendam populariter cõcurreretur,mixto agmine ĩ ipsis portarum angustiis sese hostibꝰ obiiciunt.Fit ibi pugna atrox numero lõge dispari,stabãt hinc circiter cẽtũ senes,pueris & mulieribꝰ mixti,manꝰ bello alioq inutilis:inde.XV.hostium milia,hos patrię charitas,liberi,coniuges,penates hortant:& imprimis ipsa necessitas,quã præsens periculum imponebat.Illos numerus & glorię cupiditas accẽdit:maius proinde q̃ pro Spartiatarum numero credi possit,cõmissum est certamẽ:fuitq; p multas horas anceps,quoad sub lucẽ Agesilaus cum exercitu affuit.Tũ metu cessit hostis,prelioq; soluto,in pacatum sine alio maiore conatu abiisset,nisi sub Spartani hostis aduẽtum,certamine repẽte iniecto,loco quo fuerat dephẽsus,manũ cõserere coactus esset.Fuitq; ad vltimũ,Epaminondę virtute,res Thebana supior.Ille fortissimi,nõ ducis solum,sed militis etiã officio functus.grauiter vulneratur:cuius casu Thebanis est metus iniectus,Lacedæmoniis audacia creuit,atq; ita fortuna neutro adhuc inclinãte prelium dirimit:nec Epaminondas multum postea ſupfuit:sed dolore accepti vulneris expirauit.Fert priusq̃ vita excederet,a suis reqsiuisse,an hostes,se cadente,suo essent scuto potiti. Qđ vbi seruatum audiuit.& ad eius conspectum delatum exosculatus est,quasi suorũ laborũ sociũ testatusq; vultu & verbis psentem lętitiam,cõtinuo animã efflauit.Et Epaminõdas vir fortissi-

Spartanorũ virtus in patria tuẽda.

Epaminondę interitꝰ.

mus sic periit.in quo Trogũ sequmur:Quidã alii authores sunt,eam pugnã qua Epaminõdas letale accepit vulnus,ad Mantineũ cõmissam,cui opinioni M.Tullius astipulat. Sed vbicunq; est certatum humanoꝝ operum fuit illi vltimũ.Concidit cũ Epaminõda omnis Thebanorum gloria.Eo quidem sublato,adeo patrię vires retro abierũt,vt nõ tam summum ducem res Thebana amisisse,q̃ cũ illo ĩteriisse videret.Fuit aũt dubiũ,ciuis ne melior an dux fuisset:quippe qui imperium sibi nunq̃,sed patrię quęsiuit,& pecuniæ tam parum cupidus,vt sumptus funeri defuerit. Glorię quoq; haud cupidior,q̃ pecunię,qppe cui imperia recusanti,ciuitatis studio ĩgesta sunt: honoresq; ita gessit,vt ornamentum non sibi,sed suis ciuibus indipisceretur.Accessit literarum studium & doctrina ingens,vt multis miraculo fuerit,vnde tam insignis rei militaris sciẽtia,homini ad rem literariam & liberales artes nato affuisset.Thebani vt ante illum nihil memorabile gesserãt,ita eo extincto,omnẽ militarem gloriam amisere.Qualis clades Lacedęmonios quoq; & Athenienses fere eodẽ tẽpore attigit.Etenim amisso cui æmulari possent,ocio & desidia omnis militaris virt⁹ ĩtercidit.Atheniẽses q classem & exercitũ diutissime aluerãt,militaris rei obliuio paulatim cepit, spectaculis & scęnæ dediti poetas pro ducibus mirari cœperũt, Gymnasia pro castris frequẽtare,publicis vectigalib⁹ in scænicos lusus versis.Nec Lacedęmonii,Agesilao iã decrepito.pręclarum vllum facin⁹gessere. Vt cũ Epaminonda,Agesilao,& Conone,q extremi triũ illustrium ciuitatum duces fuere,omnis Grecoꝝ gloria defloruisse videatur.Fuit qđ ad Agesilaum attinet,omni bellica vrbanaq; virtute Grecoꝝ lõge prĩceps sua tẽpestate.Enĩuero præter ea quę bello gessit,ĩcredibilia relatu videri possunt,quę de ei⁹ iustitia & sanctitate referunt.Nemo vnq̃ toto ipsius principatu ab eo spoliat⁹ dicit. Dicere solebat optimi imperatoris esse nõ se sed exercitũ ditare,verissimũq; regis officiũ q̃ plurimos beneficio afficere.Pulchrũ hostiũ mœnia expugnare,sed multo pulchri⁹ fœdas voluptates cõtinere:nec deos magis casta tẽpla,q̃ iusta mortaliũ opa delectare.Neq; ille p:ędicauit hęc tãtũ,sed & pręstitit:quo cõtigit,vt iam grandis natu vita defunctus,nõ min⁹tamẽ desideriũ sui ciuibus reliquerit,q̃ si florẽti ætate,medioq; belloꝝ cursu,violẽto aliquo casu,fuisset extinct⁹. Quo autẽ vitæ anno decesserit incõpertũ habeo.Plutarch⁹author est,iã octogenariũ a Theone(ni fallor)rege(ille enĩ regis nomẽ supplẽt) pollicitationib⁹amplissimis ad bellũ,qđ in Artaxerxẽ Barbar⁹ cõparabat,accersitũ quo cũ nauigasset,Ægyptiis gratiã relatur⁹,quoꝝ opib⁹ res Spartana Asiatico fuerat bello adiuta,abnegato sibi ab rege copiarũ imperio,tãta spe destitutus,noua aĩo captare cœperat cõsilia,quũ subito externi milites,mox Ægyptii a rege defecerunt.eoq; motu cõsternatus Theon,in Sydonẽ Phœnices aufugit.Eusebius cum in Arabiam profectũ scribit. Ægyptii seditione turbati,duos vno tẽpore reges delegerũt:quoꝝ hic Spartani erat noĩs inimicus,multo ꝓpensior ille in ipsius ciuitatis amicitiã,atq; ob id ipsum Agesilai cõsilio & opera adiutus,pulso hoste,facile est regno potitus.Et hęc a Gręcis terra mariq;,vario belloꝝ euentu,gesta ad Macedonũ vsq; tẽpora.Quib⁹ Philippus Amynthę filius primo est Gręciã armis adortus,mox Alexander huius filius,q veterẽ armorũ gloriam victis & imperiũ abstulit:quo Athenienses Grecoꝝ primi ãnos octo & sexaginta fuerãt potiti.Mox Lacedęmonii annos ferme trigita. Thebani omnium nouissimi paucos annos,quoad ipsorũ vrbs capta ab Alexandro est ac direpta.sed hęc aliquãto postea gesta sunt. Nũc quę Romani in terra italia,post Pręnestinũ bellũ,domi forisq; gesserint,ordine exequemur. Pręneste bello capta,creauit populus ꝑrimis comitiis,ex vtroq; ordĩe pari nũero,Tribunos cõsulari potestate,Patricios,C.& P.Manlios & L.Iulium:Plębeios,C.Sextiliũ,M.Albinũ,& L.Antistium. Volsci prouincia extra sortẽ,qa gratia pręirẽt,duob⁹ Mãliis data,q in hostẽ ꝑfecti,cum cohortes inexplorato pabulatũ misissent:nec ita multo post falsus in castra nũcius venisset,quẽ hostes occulte subornauerãt,circũuẽtas a Volscis ꝑsidiarias cohortes in aperto discrimine esse, nisi mature subuenirẽt:erat enĩ is qui ea nunciabat Latinus,nõ Romanus,temere duces castris egressi,vt suis suppetias irent,in insidias ꝑcipitant. Ibi dum magis virtute militum, q̃ cõsilio se tutant,Romana castra,quę ĩ planitie erãt,diuersa sunt parte ab hoste oppugnata,ęgreq; ab iis q sine duce,sine stationibus relicti fuerant,defensa.Ea trepidatio Romã perlata,adeo ciuitatem ꝑculit,vt de dictatore dicendo iam in curia mẽtio facta esset:sed vbi omnia ex Volscis quietiora afferebantur,placuit duces & exercitum Romã reuocari:fuissentq; foris res in reliquũ anni admodũ qetę,nisi Pręnestini latinoꝝ ꝑplis ad res nouas cõcitatis rebellassent. Nec is mot⁹ qdẽ tãti fuit vt Romanũ ex vrbe ante principiũ alterius anni exciuerit. Creatis inde cõsulari potestate Tribunis,Sp.Furio,Q.Seruilio,Licinio Menenio,P.Clœlio,M.Horatio,& L.Geganio,seditio ob ęs alienum ingens est domi orta:ad qđ cognoscẽdum sunt cẽsores creati,id malũ adeo inua

Margin notes: Epaminondę laudes. — Agesilaus. — Agesilaus ĩ Ægyptũ accersitur. — Trib.con.po. — Trib.con.po.

lucrat, vt nullo mõ ferri posset ampliꝰ. Interim Volscis Romanos fines incessentibꝰ, Trib. plębis delectũ ĩpediẽdo vi patribus expssere, vt tributũ, quoad esset cũ hoste debellatũ, nemo daret: nec de pecunia credita ius diceret cuiq̃: eoq; laxamẽto plębi dato, nulla ẽ delectui mora ampliꝰ facta. Bipetito Romani duces ĩ Volscũ hostẽ duxere. Q. Seruiliꝰ & Spu. Furiꝰ, & M. Horatiꝰ dextrorsum secus mare atq; Antiũ. Q. Seruilius & M. Geganius lęua ad mõtes Ecetranos versus. Neutra pte hostis obuius Romanis fuit, oĩs pinde vltiõis ira ĩ agros versa est. Vtrobiq; exustę villę, frugiferęq; arbores cęsę, ne satis qdẽ in spẽ frugũ relictis, sed aut defectis aut de ĩdustria attritis. Vis ꝑterea ingẽs pecoꝝ in ꝑdã acta est. Atq; hęc foris eo ãno gesta. Maiores inde belli appatatus extitere, cõsularis potestatis magisteriũ capessentibus, L. Æmylio, P. Valerio, C. Veturio, Seruio Sulpitio, & duobus L. & C. Cincinnatis. Volsci & Latini, victis legionibꝰ, castra ad Satricũ fecerãt: triplexq; ob eũ motũ cõscriptꝰ est exercitus. Vnus qdẽ validissimus quem ad Satricum P. Valerius & L. Æmylius duxere. Alter q ꝑsidio vrbi esset. Vltimꝰ vt si qs casus tulisset subito hostibus obiiceret. Romani duces ad Satricũ ꝓgressi hostẽ instructa acie inuenerũt: nec ipsi cũctantius suos ad pugnã ꝑducũt, ingẽtibꝰ vtrinq; animis erat iã initũ ꝓliũ, quũ imber ingenti ꝓcella effusus pugnã diremit. Postridie pari ardore, eodẽ loco, cõcursum: restiteruntq; ĩ primis Latini Romanę militię assueti: postremo Romanus eques magno impetu in aduersam aciẽ inuectꝰ, tantũ ordĩes turbauit, turbatos miles acrius instando fudit. Magna deĩn cędes edita. Castra capta direptaq;. Eques Satricũ, qd ad duo milia passuũ distabat, fugiẽtes cũ multa cęde est ꝓsecutꝰ. Latini & Volsci huc cõpulsi, veriti ne vallo circũsessi ad deditionẽ cõpellerent, oppido ꝓxima nocte relicto, Antiũ effuso agmine abierũt: Romanus e vestigio secutꝰ, obsidione, qa nihil ad ipsam paratũ haberet, abstinuit: discordia deinde hostiũ Romanis victoriam confecit. Antiates multis cladibus afflicti pacem malebant. Contra Latini noua rebellione feroces bellum suadere. Nec ad vnam aduersam pugnam animos frangi oportere. Sed vbi hortando monendoq; nihil se ꝓficere senserunt, ex Antio se proripientes, Satricũ occuparunt, igniq; tectis, in Antiatium inuidiam, a quibꝰ destitutos se querebãtur, repẽte iniecto, oĩa sacra & ꝓphana hostiliter cõcremarũt. Inde concitati Tusculũ, qa ea sola ciuitas in Romanoꝝ fide adhuc erat, patẽtibus portis irrũpũt. Tusculani re subita cõsternati, sub primũ tumultũ in arcem cõfugerũt: inde Romã missi, q senatui & populo nunciarẽt, in quãto Tusculana res discrimine sita esset, nisi subito subueniret. L. Quintius & Seruius Sulpitius, cũ iusto exercitu, extẽplo Tusculũ ire iussi, sub quoꝝ aduẽtu q in arce erant, alacri clamore subito in hostem decurrunt. Romanus diuersa parte maiore impetu & ardore muros adortus, portarũ molimina momẽto temporis refringit. Latini ancipiti metu victi, ne eruptiõe quidẽ tentata, in medio ad vnum cęsi sunt. Tusculo in hũc modũ recepto, ac sociis restituto, domũ victor exercitus cõcessit. Ea Latinoꝝ clades effecit (Nã res Volscorum iam antea cõciderãt) vt pax foris peropportune sit secuta. Romę enim ita potẽtiorum opes, ob ęs alienũ creuerãt, vt in plębe nemo esset, q nõ mõ nõ ad tribunatũ militũ, qa iã patricioꝝ factus videbatur, sed ne ad plębeios quidem magistratus petẽdos caput attolleret amplius. Accidit iterea modica res in pręsens: sed q̃ ingẽtẽ patribꝰ, ab eo ordine, procellã exciuit. Erant Fabio Ambusto filię duę, quarũ maior Seruio Sulpitio, tũ cõsulari potestate tribuno nupserat: Licinio Stoloni altera: illustri quidẽ viro, sed plębei gñis. Erat forte minor Fabia apud sororẽ, tẽpusq; cũ ea, vt fit, sermonibus terebat. Accidit interea vt lictores, q magistratum pręcedebãt, ostium tribuni se domum recipiẽtis, virgis de more percusserint, quo sonitu exterrita minor Fabia, cõsuetudinis ignara, ludibrio fuit sorori, vrbanarũq; rerũ rudis iudicata. Subdidit ea res acris stimulos mulieris animo, confusaq; recẽti morsu, quum sese domum reciperet, puellam pater tristiorẽ solito cõspicatus, Satin saluę res essent sciscitatur. Tegere illa mœroris causam, vt parũ piam in sororẽ, & in maritum nihil honorificam. Haud enim tam pudor, q̃ inuidia & plębeię fortunę contemptus, mulieris animum exagitabat. Cęterum Fabius, multa comitate instãdo effecit, vt fassa sit filia, doloris sui causã. Q; ipa ĩ plębeia esset domo collocata, quã neq; honor neq; gratia ĩtraret. Ambustus filiam leniter cõsolatus, bono esse animo iubet, fore; vt propediem eosdem domi honores, quos & apud sororẽ videret. Cũ genero deĩde Stolone & L. Sextio strenuo adolescẽte cõsilium cepit, vt Tribunatũ illi peterẽt, proponerentq; plębi populares rogationes, quibꝰ fortunę & opes inter ordines ęquarent. Ambo proximis comitiis Tribuni plębis creati leges ꝓmulgãt, vt ad ęs alienũ leuandũ, quicqd esset vsuris annumeratũ de capite deduceret, quicqd superesset triennio ęquis solueret pensionibus, ne quis plus quingenta agri iugera possideret, ne Tribunorum militũ comitia fierẽt amplius, & vt alter ex plębe consul deinceps crearet. Leges gra-

Trib. cõ. po.

Latini & Volsci ad Satricũ vincuntur.

Discordia Latinoꝝ & Volscorũ.

Latini Tusculũ occupant.

Tusculum recipitur.

Qd certamen Fabii filię excitarint.

Rogatiões tribunitię.

ues,& quę sine ingēti certamine obtineri nō poterant. Nec patres tantā rerū molem sunt aspernati, quin ad vetus remediū cōuersi ex Tribunorum collegio aliquot sibi intercessores cōpararāt. Hi nec populū ad suffragiū vocari, nec quicq̄ solēne fieri sunt passi. Tū Sextius, bene habet inquit quādo intercessione agendū est, hoc ipso telo tuebimur plębē. Agitedū comitia indicite Tribunis militū creandis, faxo vt vox ista, quā in nostrorum collegarū ore nūc tam libēter auditis, paulo post nō multum sit vobis placitura. Nec Sextii minę irritę fuerūt. Comitia nulla pręter ędilium & tribunorū plebis sunt eo anno habita. Sextius & Licinius tribuni in sequētē annū refecti. Tenuitq; ea magistratuū solitudo p quinquenniū, plębe eosdē tribunos semp reficiēte, tribunis ipsis comitia impedientibus. Bella interim optime quieuerūt. Postremo Veliterni Tusculū sunt oppugnare adorti: inde Romā missi, q sibi veteribus sociis, ciuitateq; recens donatis auxiliū implorarēt. Tū demū tribunis (pudor em̄ negādo auxilio obstitit) remittētibus, comitia sunt p interregē habita. Creati tribuni cōsulari potestate, L. Furius, Au. Mālius, Serui[9] Sulpitius, Serui[9] Corneli[9], Au. & C. Valerii, cōscripto exercitu nō solū hostis ē a Tusculo repulsus, sed cōpulsus etiā ītra sua mœnia, & ī reliquū āni obsessus. Tenebat adhuc obsidio, quū noui tribuni militū creati sunt, Q. Seruili[9], C. Valeri[9], M. Aulus, M. Corneli[9], Q. Quīti[9], M. Fabi[9]: nec ab his est quicq̄ memorabile ad Velitras gestū. Domi Sexti[9] & Licinius octauū iā tribuni refecti, Ambusto fauēte, q se legū suasorē est professus, & ex collegio tribunorum plures cū plębe sentire, ferociores facti, tātū nō fortunā plębis iterū expiri, q exercitus in vrbē expectabat. Interim patricios in concione stātes assiduis altercationibus incessebāt. Rogabāt corā, num ipsi, q tot annos ęquissimarū legū lationē remorarent, iniquū aliqd fieri putarēt, si quū bina iugera plæbi diuiderent qngenta possiderēt: parūq; abesset, qn vnus trecētorum ciuiū possideret portionē. An pterea placeret fœnore circūuentā multitudinē potius adduci in neruos & supplicia, q̄ sortē creditorib[9] dissolui, repleriq; nobiliū domos ciuib[9] victis, seu mācipiis bello captis? vt vbicūq; patricius habitet, ibi sit & priuatus carcer. Hæc quū illi maiore audientiū, q̄ sua indignatione dicerēt, patricios metus incessit, ne in se impet[9] a multitudine fieret. Tribunitię erat cōcionis sūma hæc, vt nisi cōsul alter ex plębe crearet, futurū nūq̄, vt patricii finē facerēt p occasionē ī plębē grassandi: hęc quū ī dies maiore assensu audirent, adiiciūt ad aliam rogationem, vt Decēuiri crearent ad pagēda sacra: quorū qnq; plębei essent. Anno interea circūacto, Licini[9] & Sextius tribuni plębis reficiuntur. Creantur & noui tribuni militū, T. Quinti[9], Ser. Corneli[9], Ser. Sulpiti[9], Sp. Seruili[9], L. Papyri[9] & L. Veturius. Eratq; iā ventū ad vltimā de legib[9] dimicationē, quū Senatus atq; tot[9] ordo, magno tribunorum apparatu exterriti, Camillū Dictatorē creant, tantū abfuit vt is magistratus latores ipsos legū pculerit, vt maiore quodā animo accensi, plębis causam arctius amplexi, assiduis concionib[9] fouerēt. Interim Camill[9] re neutro inclinata, dictatura abiit, siue qa vitio creat[9] esset, vt q dā credidere, seu q tribuni ad plębem tulere, idq; plębs sciuerat, vt si M. Furius Camill[9] qd pro Dictatore egisset, qngētū miliū ęris mulcta esset. Sed prior causa similior vero est. Quid em̄ attinuisset in eo nouū dictatorem creare (nā id paulo post fecerūt) qd metu trāsigere Camillus non esset ausus, quū pari exemplo ille quoq; indicta mulcta absterreri potuisset? Camilli loco P. Manlius dictator dictus. Is C. Liciniū de plębe virū magistrū eqtū creauit: vnde a patrib[9] illi inuidia orta est: & iā ne dictator quidē multū futurę rogationi obstabat: nec partes quo se verterēt amplius, aut quid cōsilii capesserent satis pspicere. Tū patriciorū causa plane inclinante, Ap. Claudius Crassus Decēuiri nepos, magis indignatione & ira, q̄ q spem aliquam haberet dicēdo posse plębem a suis cōmodis auertere, in cōcionem pgressus, ita ad multitudinē verba fecit. Et si certo scio ita futurum Quirites, vt mihi hodie obiiciat: qd & sępe alias nostrę familię, quę nihil ab initio antiquus in hac ciuitate habuit, q̄ patrū maiestatē tueri, hereditariū studiū gentileq; mihi & aliis Claudiis esse, plębis cōmodis aduersari, quorum alterū haud inficior, nostros maiores & q ab illis pcreati sunt, enixe operam dedisse, vt quātū in se esset, eius ordinis maiestas semp augeretur, ī quē gēs Claudia fuisset ab initio ascita. Alterū pro me maioribusq; meis cōtēdere audeo, nihil nos dixisse aut fecisse vnq̄, qd cōtra vestrū fuerit cōmodū Quirites, nisi forte q̄ p vniuersa repu. sint, plębs velut a cętero corpore ciuitatis disiuncta, sibi inutilia existimet. Q; si, vt par est, reipu. cōmoda vestra Quirites ducitis: iā iterū dicam me & meos, neq; priuatos, neq; ī magistratu fecisse aliqd, qd etsi pter volūtatē istius ordinis fuerit, nō idē tñ & vtile dici potuerit. Q; q̄ si Claudię familię non essem vnus, nec patricio ortus sanguine, sed duobus tantū ingenuis in hac ciuitate nat[9], deberē ne ego ferre, quū ī libera ciuitate sciā me viuere L. Sextiū & C. Liciniū ppetuos, si diis placet, tribunos, tantū pditę audacię nouem annis quibus regnāt assumpsisse, vt

Trib. con. po.

Trib. ple. patricios incusant.

Dictator.

Appii Claudii Crassi Concio.

liberã ſuffragiorꝫ poteſtatẽ adimãt.Conditione inquiunt patiemur nos decimũ tribunos refici: vt oĩa legũ capita ſuffragio ſcituri ſitis,ꝙ ſi partẽ pro cuiuſꝙ cõmodo cõplexuri eſtis,nõ eſt cur nos reficiatis:qd aliud eſt q̃ſo hoc dicere,q̃ qđ petũt alii,nos adeo faſtidimus,vt ſine mercede ac cipere nõ libeat? Sed qđ tandẽ eſt hoc meritũ?quę merces?qua plębs debeat hos tãdiu tribunos habere?vt rogatiões inq̃t noſtras ſeu placeãt,ſeu diſpliceãt,ſeu vtiles ſint,ſeu ĩutiles,cõiũctim ac cipiatis.Sed vos Tarqnii verius q̃ tribuni,putate me vnũ ex media cõcione ciuẽ ſucclamare,bo na venia veſtra liceat ex his rogationibus legere,quas ſalubriores nobis arbitramur,antiquare alias vt de fœnore & agris,qđ ad oẽs pertinet,vobis rogãtibus,poſtq̃ ita placet,ſtatuat quę velit populus.Illud vero portẽti ne fiat vt L.Sextius & hic C.Licinius Cõſules fiãt. Etenĩ qd aliud ꝑ deũ eſt dicere,aut oĩa accipite,aut nihil fero,q̃ huic quẽ fames vrgeat vitalẽ cibũ apponere,cõ traꝙ mortiferũ alterũ adhibere,neutrũꝙ pati ſine altero eũ attingere? Qꝫ ſi libera eſſet hęc ciui tas,tota concio ad tã indignã conditionem reclamaſſet.Abite hinc cum veſtris rogationib⁹ per petuoꝙ tribunatu.Quid ſi vos duo nõ tuleritis,qđ cõmodum ſit nobis accipere,nemo erit poſt ea qui ferat illud? Verũ enimuero ſiquis patricius Quirites,ſiqs qđ adhuc inuidioſius eſt apud illos nomen,Claudius pro cõcione diceret,aut totum accipite,aut nihil fero,quis veſtrum tam ſuperbam vocem ferret?Adeo rem nunq̃ potius ſpectabitis,q̃ rei authorẽ?atꝙ vt nihil ſit magi ſtratus ille dicturus vnq̃ quod non ſecundis auribus auditurı ſitis?contra quodcũꝙ patriciorũ aliquis dixerit,velut pernicioſum & deteſtabile auerſari? Eſt quidẽ ſermo hic parum ciuilis:ſed dicam tamen Quirites quod ſentio,qualis rogatio hęc eſt,quam a vobis nolunt antiquari. Alte rum ex plębe cõſulem creatum iri volo.Quid aliud rogat hic,q̃ vt vobis etiam inuitis aliqs cõ ſul in republica fiat?Hoccine vt ſi ex plębe vnus petierit:etſi indigniſſimus,inuit⁹ popul⁹ſit hũc cõſulem habiturus.Et hoc q̃ſo eſt libertate vti?hoc libera re ſuffragia habere?Quid illud?alterũ ex plębe creare neceſſe ſit,vtrũꝙ ex patriciis ꝑterire.Ecq̃nã hæc ſocietas eſt?parũ ne videri opor teat,ſi in partẽ eius venis,qđ nihil ad te attinebat,niſi totum traxeris?Timeo inq̃t ne ſi duos pa tricios creari liceat,neminẽ creetis plębeiũ:qđ nĩl aliud ſit dicere,q̃ neceſſitatẽ creãdi etiã quem nolueritis vobis impono.Qꝫ ſi cętera vobis integra cõſtabũt,beneficiũ veſtrũ pereat neceſſe eſt, ſi plębeius vn⁹ petierit:q̃ppe q̃ dicere poſſit ſe lege nõ ſuffragio populi cõſulẽ factum,quomodo vobis honores extorqueant, quęrũt:qua ratione peccãt ex occaſiõe magis q̃ virtute,ſummũ ĩpe riũ vulgari malũt.Nemo iſta rõne tã ſordidus erit ĩ plębe,cui nõ facilior via relinquat̃ ad digni tatẽ illã inuadẽdã q̃ nobis & filiis noſtris.Siquidẽ nos ne quũ volueritis quidẽ creare poteritis, iſti etiã ſi nolitis creandi ſint. Qꝫ ſi nemo rei indignitatẽ ſpectet,qa ad hoĩes ptineat,at mouere debebit religio deorꝫ,quæ in primis eſt ſpectanda:Auſpiciis hæc vrbs condita eſt:auſpiciis,bel lo,pace,domi,militięꝙ ad hunc diem adminiſtrata:at penes quos ab initio fuerint auſpicia,vos Quirites nõ ignoratis. Ac ſi qs ignorat inde diſcat,ꝙ plębei⁹ nullus magiſtratus auſpicio crea tur. Cõtra patribus adeo auſpicia propria ſunt,vt nõ ſolum quos creat patricios magiſtratus auſpicio creet,ſed Interregẽ,& ſine populi ſuffragio,ꝑ auſpicia creare ſit huic ordini datũ.Elu dãt licet illi hęc,qđ ſi pulli non paſcentur,ſi tardius cauea exierint,qđ ſi mus,ſi auis occinuerit? parua ſunt hęc.Sed ꝑ hęc qualiacunꝙ ſunt,maiores noſtri hanc rempublicã,ex parua & humili maximã fecere.Nũc ſi deo placet,om̃e maiorꝫ inſtitutũ abolere in aĩo eſt,oĩa ſacra & ꝓphana cõ fundere,vt Sextius & Licinius in vrbe regnẽt:qa pecunias alienas,qa agros dono daturi ſunt.tã ta eſt ex alienis fortunis ꝑdandi dulcedo:nec venit in mẽtẽ,altera lege vaſtas ſolitudines ĩ agris factũ iri,pellẽdo finibus dominos,altera fidẽ abrogari,cum qua oĩs humana ſocietas tollatur ne ceſſe eſt.Quibus nemo nõ intelligit antiquandas eſſe rogationes iſtas,quæ cõtra ordinũ dignita tẽ,cõtra religionẽ,cõtra publicũ commodũ,cõtra ęq̃tatẽ,ipſamꝙ ciuiũ ſocietatẽ ꝓponunt̃. Sed vos quicq̃d faxitis Quirites bene euenire & cupio & opto. Valuit Claudii oratio,vt tẽpus roga tionibus ſit adhuc non nihil prorogatũ.Decimum inde Tribuni refecti ſunt Sextius & Licini⁹. Deceuiri ſacrorum creati.Quinꝙ ex plębe,cęteri patricii:eoꝙ gradu iã via facta ad conſulatum videbat̃.Cęterũ plębs ꝑſenti victoria cõtẽta,facile paſſa eſt,ꝓximis comitiis Tribunos militũ cõ ſulari poteſtate creari. Creati ſunt Au.& M.Cornelii,M.Geganius,P.Mãlius,L. Veturius & P. Valerius.Tenebat adhuc Veliterna obſidio,quum repente Gallici belli phama illata,ingentem priſtinę cladis memoria tulit ciuitati terrorẽ:ea res cauſa fuit,vt M.Furius Camillus quĩtũ di ctator ſit dictus.Is T.Quintium Pœnum magiſtrũ eq̃tũ dixit: obſcura inde phama eorꝫ quę in Gallos geſta ſint,ad poſteros manauit.Claudius Quadrigarius circa Anienem fluuiũ cũ Gal lis eo anno dimicatũ in annalib⁹ ꝑdidit:iclytãꝙ in ponte pugnã fuiſſe,qua T.Mãlius Gallũ,cũ

Attende Claudii vim.

Antithetũ.

Repetitio.

Peroratio.

Trib.con. po.

Dictator.

Gallorum tumultus.

quo manſi ex ꝓuocatiõe cõſeruit,ĩ duoꝝ exercituũ cõſpectu peremptũ,aureo torque ſpoliauit.
Plures tñ qbꝰ Liuiꝰ accedit,decimo poſt ãno id accidiſſe aiũt:Satis cõſtat ĩ Albano agro Camil-
lo dictatore pſpere cũ ea gẽte hoc ãno dimicatũ,multaqꝫ Galloꝝ milia in acie cęſa,alii diſpalati
Apuliã periere.Fuerit ne ex his illi,quos ad Dionyſiũ maiorẽ ſocietatẽ ĩ Rõanos petitũ veniſſe ẽ
ſupra memoratũ,quũ Crotonẽ tyrãnus obſideret,an ex illis potiꝰ q Romã cepere,dubitarẽ pro
certo ponere niſi ex ſupputatiõe tẽpoꝝ,qua Euſebiꝰ vtit,pſpicue liqret Dionyſiũ minorẽ aliquã
to antea regnare cœpiſſe:q̃ Galli ſecũdo ſint a Camillo victi.Cęterũ a capta vrbe,ad hãc pugnã
anni circiter.XX.iterfuere.Polybiꝰ trigeſimo ab vrbe capta anno Gallos iterũ in Rõanos mo-
uiſſe author eſt:ſed quocũqꝫ eſt loco & tpe pugnatũ,Camillꝰ triũphãs ĩ vrbẽ rediit.Nec ita mul
tis ĩteriectis diebꝰ,Dictator & vniuerſus ordo,tribunoꝝ cõſenſu,certamineqꝫ ſęuiẽtis ppl̃i victi,
Conſul ex plębe. leges ferri,& cõſularia comitia ex formula rogatiõis haberi paſſi ſunt.Creatuſqꝫ primꝰ ex plębe
Cõſul L.Sextiꝰ,cuius creationis,qa patres ſe authores futuros negabãt,tãta eſt ꝑturbatio orta,
vt tertio a patribꝰ plębs ſeceſſura fuerit,niſi p Dictatorẽ diſcordia ſedata eſſet.Ex illiꝰ igitur au
thoritate ſenatꝰ ſe authorẽ nouo cõſuli pręſtitit,permiſſumqꝫ eſt patribus a plębe,vt ex ſuo cor
pore magiſtratũ crearẽt,q ius in vrbe diceret.Sed quũ ob ciuitatis cõcordiã,ludos maximos fa
Ædiles. ciẽdos ſenatus cenſuiſſet,vt dies vnus triduo adiiceret,Ædilibꝰ plæbis id munus recuſantibus
cõclamatũ a iuuenibus patriciis eſt,ſe id deoꝝ ĩmortaliũ cauſa libẽter facturos,ſi ædiles fierẽt.
Actę illis gratię,factũqꝫ ſenatuſcõſultũ,vt Dictator q comitia habebat,duos ædiles ex patribus
Prætor. ppl̃m rogaret,atqꝫ ita factũ,vt Sp.Furiꝰ Camillꝰ Marci filiꝰ primus prętor ſit creatꝰ.Gn.Quin
tius Capitolinus & P.Cornelius Scipio ędiles,quos vt prętorẽ curuli ſella & ꝑtexta inſtrui pla-
Conſules. cuit.Sextio primo e plębe Cõſuli,L.Æmylius Mamercus collega eſt datus,ac tũ demũ Tribuni
conſulari poteſtate anno.VI.&.XL.ex quo is magiſtratus fuerat inductus,creari deſierũt.

M.ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIÆ HISTORIARVM AB ORBE CONDITO ENNEADIS QVARTÆ, LIBER TERTIVS.



OVVS in plębe conſulatus,pręt ura & curulis Ædilitas,magiſtratus
& ipſi tum demum nati,fecerunt annum hũc ciuitati inſignem.Qui
quadringenteſimus circiter fuit ab vrbe cõdita,obſcura alioq memo-
ria,patribus de induſtria phamã de Gallis occultantibus,q per Apu-
liã fuga diſſipati,in vnum coire dicebantur, & Hernici ad defectionẽ
ſpectare,ne plębeio cõſule inſigne aliqd eo anno gereretur.Domi ꝑin
de foriſqꝫ ociũ fuit.Tantũ Tribuni plębis pro concione fremere,indi-
gnum facinus admitti,ꝙ ꝑ vno curuli magiſtratu plæbi cõmunicato,
duos ſibi curules nobilitas aſſumpſiſſet.Impoſuit ea res pudorem pa-
tribus,ne ex ſuo corpe curules ędiles creari vellent:ſed alternis annis
plæbeios ad eũ honorem admitti primo paſſi ſunt.mox & promiſcuũ fieri.Peſtilens annus ſe-
Conſules. cutus,L.Genutio & Q.Seruilio Cõſulibꝰ.Illuſtres viri plæriqꝫ defuncti,& in his M.Furius Ca-
Camilli interitus. millus,cuius mors,etſi grandis natu periit,acerba tñ fuit ciuitati:quippe vnicus ſua tempeſtate
imperator,& in omni fortuna Romanoꝝ omniũ lõge princeps,pace belloqꝫ ante exiliũ clarus,
ſed clarior in exilio factus.Qui ad auxilium patriæ reuocatus incredibili virtute,ſe & patriã re-
ſtituit.Pari deinceps gloria quinqꝫ & XXX.annos vixit.Dignus qui ſecundus a Romulo vrbis
Conſules. cõditor fuerit appellatus. Exiit ea peſtilẽtia in ſequẽtem annũ quo T.Sulpitius Pœnus & C.Li
Primi ſcęnici ludi. cinius Stolo cõſules fuere.Tertiũ hoc anno lectiſterniũ fuit,poſt vrbẽ cõditã,& iter cętera deo-
rum placamina,ſcęnici ludi primũ celebrati,res ab initio rudis ſine carmine,vllaue carminis imi
tatione.Ludiones tãtũ ex Hetruria accerſiti,ad Tibicinis modulos ſaltãtes,haud indecoros mo
te tuſco reddebãt motꝰ,imitari hos prio Romana iuuẽtus,incõditis iter ſe carminibꝰ iocularia
Vñ Hiſtriones dicti. fundẽtes:nec motus iterim abſoni a voce:mox diligẽti vſurpatiõe eo ꝓceſſit vſus,vt vernaculi
eiꝰ rei artifices:qa nihil iã a Tuſcis ludionibꝰ diſtarẽt,Hiſtriões appellati ſint:qa Hetruſca voce
hiſter ludio vocaret.Hi deiceps nõ incõditũ & rude carmẽ,alterniſqꝫ vt a pricipio iactatũ vſur
parũt,qđ feſcennino fuit ſimile:ſed modulatas Satyras,deſcripto ad Tibicinẽ cãtu,decoroqꝫ mo
tu pagebãt.Liuiꝰ Andronicꝰ ab Satyris digreſſus fabulã argumẽto fecit,factãqꝫ quũ ſepiꝰ egiſ-
ſet,obtuſa demũ frequẽti vſu voce,puerũ q caneret ante tibicinem ſtatuit,inde vt ad tibicinis
latꝰ Hiſtriões canerẽt,receptũ.Vbi igit res a riſu & ſoluto ioco auocari cœpta eſt,ludoqꝫ in ar-
tẽ paulatim vertẽte,iuuẽtꝰ fabularũ actu hiſtrionibus relicto,veteri inſtituto,ridicula verſibus
Attellanæ. intexta inter ſe iactabãt:vnde exodia fabulis potiſſimũ Attellanicis coinſerta extiterũt.Id ludo

ab Oſcis acceptũ,tenuit poſtea iuuẽtus,nec Hiſtrionibꝰattingere pmiſſum,quo factũ,vt Attella Exodia At-
narũ actores ne tribu quidẽ mouerẽtur,vnaq; cũ cęteris militarẽt,perinde ac Hiſtriones non eſ- tellanarum.
ſent.Res a modico & ſano principio orta,ſed quę ad inſanã rerũ opulẽtiã ſit poſtea pducta. Me
dio taliũ ludoꝝ ſpectaculo,quum forte Tyberis Circũ maximũ inundaſſet,ingens ciuitatem ter
ror inuaſit.Creditũ vulgo,vt vana tum fuit eius temporis ſuperſtitio,deos placamina repudia
re.Eratq; ciuitas in cõquirẽdis piaculis ſupra modũ occupata,quũ C.Genutiꝰ & L.Æmyliꝰcõ- Conſules
ſules ſunt facti.Quũ igit vulgo morbi corpora afficerẽt,Dictator figẽdi claui gratia dictꝰ eſt L. Dictator.
Mãlius cognomẽto imperioſus:repertũ erat memoria,clauo aliquãdo a Dictatore fixo,peſtilen-
tiam in vrbe ſedatã.Sed figendi claui ratio aliunde ſumpta,quũ perrarę ea tẽpeſtate literę eſſent, Claui fixio.
lex ſcripta fuit,vt q pretor maximꝰ in vrbe eſſet,idibꝰ ſeptẽbris clauũ figeret,vt nota illa velut
annoꝝ eſſet.Lex ipſa iccirco in Mineruę tẽplo creditur dicata:quia numerus ipſius ſit Deę in-
uẽtũ.Fixus eſt clauus dextero lateri in ęde Iouis,qua parte Mineruę templũ proximum illi fuit.
Primũ id Cõſules factitarũt,ad Dictatores inde eſt id munus trãſlatũ:q; maius eſſet imperium,
poteſtq; ex hoc ipſo intelligi,Pretoris appellatione cõſularem etiam & Dictatoriã dignitatẽ ve Pretoris ap
teres accepiſſe.Volſciniis in tẽplo Nortię deę Hetruſcę clauos annoꝝ indices figi ſolitos tradi pellatio.
dit Cincius.Manlius Dictator,fixo clauo,Hernici belli cauſa,velut ad id exequendũ,non ad reli
gionẽ creatus eſſet,acerbũ habere delectũ cœpit.Cæterũ Tribuni plebis in eum ferociter coorti
incœpto abſterruerũt.Fuit ea res in cauſa,vt ſequẽti anno Q.Seruilio Hala & L.Genutio cõſu Mãlio impe
libus dies illi ſit a M.Põponio dicta.Inuiſa erat vulgo hois natura vt in libera ciuitate,dabatq; rioſo dies
illi crimini,pręterq̃ q; in acerbiſſimo delectu iuuenũ corpora nomen dare recuſantiũ,nudari cę- dicitur.
diq; feciſſet,q; filiũ iuuenẽ nullius probri compertũ,niſi q; tardior lingua eſſet.procul vrbe,do-
mo,penatibus,ac luce hoim in agris haberet.Muta aĩalia alere ſuos foetus ac fouere,ſiqd ex ſua
ptogenie parũ proſpere natũ ſit,at Hercule L.Manliũ malũ malo augere,tarditatẽ ingenii pre-
mere:ac ſi qd naturalis vigoris filio inſit,id agreſti vita hoiem ſuperbiſſimũ extinguere. Mouit
quidẽ alios id crimen,verũ tantũ abfuit,vt filio ſit ille aliquo modo gratificatus,q; iuuenis ęgre
ferẽs patrẽ ſua cauſa a Tribuno plebis vexari,vt oẽs dii hoieſq; ſcirent,ſe patri in periculo nõ de
futurũ,cõſiliũ capit pietate magis q̃ ciuili exemplo pbabile,cultro ſuccinctus,omnibus inſciis,
ſub lucem Romam abiit,& a porta Pomponii Tribuni domũ petit,ibi ianitorẽ appellat,nũciari
q; Tribuno iubet T.Manliũ Lucii filiũ ad ianuã ſtare,qui eius colloquiũ peteret. Cõfeſtim iuue Mãlii iuue-
nis introductus,tanq̃ patri iratꝰ aliqd occulti in reũ criminis afferret,ſalute reddita & accepta, nis facinus.
iuuenis ſecretũ a Tribuno petit,eſſe ait quę remotis arbitris velit cum eo agere.Cõfeſtim oĩbus
abire iuſſis incautũ ille Tribunum ſtricto cultro ĩuadit,atq; iacenti incubãs,niſi inqt in ea ver-
ba quę voluero iuraueris,te a patris accuſatione deſtiturũ,ego te hic Põponi iacentẽ trãſfigam.
Ad ea pauidus tribunus,nã qd faceret,inerme erat corpus,& ſtrato cubãs,atq; ob id iniurię ob
noxium,cernere ad hæc ferrũ,& iuuenem ſtolide ferocẽ ſibi ĩminere,periculo adactus,in Manlii
iuuenis verba iurat,cui dimiſſo pſtitit tribunus fidẽ,quã coactus dederat. Plus enim apud eũ va
luit filii pietas,q̃ rei Mãlii inuiſa oĩbꝰ ſupbia.Fuit ea res iuueni apud populũ honori:nã quũ eo
anno tribuni militũ in legionibus creandi ſuffragio eſſent(impatores antea eos creare cõſueue-
rãt,Rufuloſq; vocabãt)factũ eſt,vt ſecũdũ inter alios Manlius iuuenis locũ obtinuerit.Specus
ĩgẽs hoc ãno medio foro vaſto repẽte hiatu patuit,icertũ,motu terrę,ſeu vi aliqua occultiore.
Ea vorago quũ multo terrę ingeſtu expleri nequiſſet,canebãt vates id quo plurimũ Ro.nomen Curtiꝰ lacꝰ.
poſſet ipſi loco dicãdũ,ſi rẽ Romanã incolumẽ vellẽt.Quęrebat & qd eſſet illud,quo plꝰ Po.Ro.
poſſet,quum M.Curtiꝰ iuuenis militari virtute nobilis,caſtigata hominũ inſcitia,viris armiſq;
Romanos pcipue pollere oſtẽdit,equo inde ſedens,nũc Capitoliũ & alia templa intuens,nũc ma Curtii equi
nus ad deos infernos porrigẽs,p patrię incolumitate ſe deuouet,nec maius vllũ carmẽ effatus, tis facinus.
cum bellatore equo armatus ſeſe in ſubiectum deiecit ſpecum.Dona & fruges deſuper a multi-
tudine viroꝝ promiſcue & mulierũ congeſtę.Eſtq; Lacus ipſe Curtius ab hoc vt quidã credide
rũt appellatus,in qua Liuius fuit ſententia,potius q̃ ab antiquo illo T.Tatii eqte,q vi hoſtium
in lacũ impulſus equo ad ſuos enatauit.Bellum ſub id tẽpus eſt Hernicis indictum,a quibus res
repetitę fuerant nec redditę.L.Genutius cõſul ad id bellũ miſſus.Erat ciuitas tota in expectatio
nem erecta,quo euẽtu Genutius primus e plebe cõſul ſuis eſſet auſpiciis bellaturꝰ.Sed caſus ita
forte tulit,vt in inſidias pręcipitatus,fuſis legionibus ipſe ſit ab hoſte interfectus:qua clade Ro L.Genutiꝰ
mã nũciata,fremere patres omnibus locis,iret modo plebs,& cõtra auſpicia conſulẽ ex ſuo cor cõſul iterfi
pore crearet.Potuiſſe honores patribus plebiſcito adimi,at diis vim inferri nequiſſe. Vltos eſſe citur.

ēos suū numē sua auspicia,q̄ vt primū cōtacta essent ab eo a quo tāgi nefas fuerat,delectū cū suo
duce Romanū exercitū.His vocibꝰ,vt tū stulta erat hoim p̄suasio,curia & forū p̄sonabāt.Serui
Dictator. liꝰ cōsul iussu patrū dictatorē Appiū Claudiū dixit.Is iustitio indicto delectū habuit. Caeterum
priusq̄ legiōes i Hernicos venissent,C.Sulpitii legati ductu res p occasionē i hostes ē egregie ge
sta. Siqdē Hernicus p̄sen ti successu elatꝰ cōtēptim ad Romana castra oppugnāda p̄cessit.Hic
Sulpitii hortatu,milites ira & indignatiōe accēsi,subita ex castris eruptione,nō tātū vim procul
distinuerūt:sed terrore etiā hostibꝰ iiecto,factū est,vt turbatis ordinibꝰHernici sese in castra re
ceperint.Dictatoris deīde aduētu nouꝰ exercitꝰ veteri iūgitꝰ:duplicatisq̄ viribꝰ,dictator lauda-
ta Seruilii virtute,exercitū sese ad vltionē expedire iubet.Hernici & ipsi iterea auctis copiis octo
quadragenarias cohortes ex oī flore iuuētutis cōscribūt:q̄ seorsum a caetero exercitu i acie sta-
rēt,vt magis cōspicua esset Phalāx,& ob id hosti formidolosior.Ad duo milia passuū Romana
castra ab Hernicis distabāt.Media planitie collatis signis,haud multo post est cōcursum.Tēta-
rūt saepe Romani eqtes hostiū aciē rūpere,conatꝰ vbi illis irritꝰ cessit, dictatoris iussu ad terrā
desiliētes,in primā aciē p̄uolāt.Nec hor̄ impetꝰ sustineri potuisset,nisi extraordinariae hostium
cohortes,suis laborātibꝰmature subuenissēt.Atrox ibi certamē ortū,stabātq̄ caeterae copiae velut
Grauis cū Hernicis dimicatio. p̄lii imunes,i Romanos eqtes pedestrē pugnā ciētes,& i Hernicas cohortes exaduerso obiectas
oculos defixae. Multi qdē cadere,sed plures oīno vulnerari. Fuitq̄ diu pugna anceps:postremo
fusi hostes,& i castra cōpulsi. A castror̄ oppugnatiōe Romanus,noctis interuētu,abstinuit.Po-
stridie castra ab hoste deserta,sautiis relictis,diffusum palatūq̄ agmē p agros diuersum in suas
Consules. vrbes abiit.Nec Romanis incolumis acies māsit,quarta pene militū p̄te amissa,L.Sulpitiꝰ & C.
Liciniꝰ Caluus cōsules sequēti anno exercitū in Hernicos duxere:nec hoste vsp̄iā reperto Ferē-
tinū vrbē vi ceperūt.Inde redeūtibꝰ Tyburtes portas vrbis clausere.Ea causa fuit,vt & Tybur-
Dictator. ti pp̄lo fit bellū indictū.Eo anno Galli ad tertiū lapidē salaria via p̄xime vrbē accessere. Dicta-
tor T.Quintiꝰpoenus est dictus,oēsq̄ iuniores sacramēto adacti.Hostes vltra Anienē castra fece
Gallus ingēti statura. rāt:eratq̄ pons medius īter vtraq̄ munimēta:eū vacuū Gallꝰ ingēti statura occupat:altaq̄ vo-
ce fortissimū prouocat Romanor̄ ad singulare certamē,vt ex talis pugnae euētu intelligi posset
vtra gēs melior bello esset.Silētiū aliq̄diu īter Romanos fuit,quū & abnuere certamē erubesce-
rēt:nec temere q̄sq̄ p̄cipuā periculi sortē peteret. Tū T.Māliꝰ,L.filiꝰ,q patrē a Tribunitia ve-
xatiōe memorabili pietatis exēplo defenderat,a Dictatore petiit,vt sibi cū hoste tā ferociter in-
sultāre liceret dimicare,pollicitꝰfore,vt eo certamine ostēderet,se vere ex ea familia ortum,quae
Gallor̄ agmē ex Capitolina deiecit rupe. Macte inqt Dictator Māli esto tua ista in patrē & pa-
triā pietate.p̄ge,Romanūq̄ nomē diis auxiliaribꝰ inuictū p̄sta.Cū his dimissus,scuto & hispa
nico gladio accinctus in hostē ire pergit.Excipit Gallus Romanū veniētē cū derisu exerta in de
spectū,vt mos est gētis,lingua.Cōgressi haud pari habitu. Erat Gallus hostis eximia magnitu-
dine,versicolori veste amictꝰ,pictisq̄ & auro caelatis fulgebat armis. Romano media statura,i ar
mis magis habilis,q̄ decora species,nō cantus,vt illi,nō verborum strepitus,vanaq̄ armorū vi-
bratio:sed pectus tacitae irae plenū.Erant duor̄ exercituum lumina in vnum id certamen defixa.
Gallus scuto laeuaq̄ in Romanum proiecta caesim gladiū,cū ingenti sonitu,in eū deiecit. Cōtra
ille mucrone surrecto,cum imum scutum scuto perculisset,hosti insinuatus,vētrē atq̄ inguina,
Manliꝰ Gallū sternit. vno atq̄ altero hausit ictu,Gallūq̄ quātus erat,moribūdū ingēti spatio porrexit,iacentē aureo
torque spoliat,quē cruore respersum collo circūdedit suo.Inuasit pauor Gallos iopinata clade
attonitos,Romani cōtra alacres ab sua statione suū militem cū laetitia & gratulatiōe excipiunt.
Torquati cognomen. inter iocularia militum carmina Torquati cognomē auditū,victori ipsi & posteris deīceps mā-
sit.Dictator coronā illi aureā dono dedit,eūq̄ p concione laudauit. Tanta ex eius pugnae euētu
Barbaris trepidatio orta est,vt sequēti nocte,relictis castris,i Tyburtē agrū cōcesserit.Ibiq̄ cum
Tyburtibus societate inita,cōmeatuq̄ adiuti,in Cāpaniā trāsiuere.Nec id foedꝰ impune a Ro-
Consules. mano Tyburtes tulere.C.Petilius Balbus sequēti anno in eos exercitū duxit.Cōsul alter M.Fa-
bius in Hernicos profectus est.Galli Tyburtiū oppugnatiōe ex Cāpania reuersi,Labicanū agrū
foede populātur.Inde in Tusculanū & in Albanū trāsgressi,pari clade proculcāt. Is terror Ro-
Dictator, mam perlatus Dictatoris creandi materiam p̄buit, Q.Seruilius Hala creatus est,qui magnos
ludos vouit,si p̄sens bellum prospere cessisset.Consularem inde exercitum aduersus Tyburtes
vt antea bellare iubet,ipse cum omni militari iuuentute quam sacramento adegerat,in conspe-
ctu vrbis haud procul a Collina porta,cum Gallis qui effusa populatione Romā venerāt,cōfli-
git.Locus in quo est p̄liū consertū,multo p̄optiorē in pugnam Romanum reddidit. Habebat,

milites patriã ante oculos,vxores,natos,parẽtes,& oĩa ꝑ qbꝰ mortales libẽter vitã paciſcunt.
Cõnixus itaq; totis viribus Romanus miles,aliquãto facilius ſolito Gallũ fudit,fuſum cõſu Galli vin-
laris exercitus,q circa Tybur ſedebat,ferro exceptũ deleuiſſet, niſi Tyburtes ſuoꝝ ꝑiculo cõ cuntur.
moti,auxilio fuiſſent.Fuit aliq̃diu graue ꝓliũ,poſtremo hi ſimul,Galliq; Tybur cõpelluntur.
Fabius cõſul interea ꝓſpere in Hernicos depugnauit.Petilius,ob Gallos & Tyburtes a ſe vi-
ctos,triũphãs ĩ vrbẽ rediit.Fabio alteri cõſuli minor triũphus datꝰ,vt ouãs Romã ĩgrederet.
Dictator omnĩ geſtarũ rerũ honore cõſulibus remiſſo,ſe dictatura abdicauit . Ridere interea
Tyburtes Petiliũ,q; ꝑ ꝓlio ĩter paucos ante portas ſuę vrbis cõmiſſo,triũphũ ſibi decerni paſ
ſus eſſet.Sed breui fore,vt vana illa lętitia fieret Romanis funeſta.Hęc illi corã.Sequẽti dein
ceps ãno M.Popilio Lenate & Gn.Mãlio cõſulibꝰ,ſilẽtio noctis,infeſto Romã agmine petiere. Conſules.
Fuit nocturna illa trepidatio ciuibꝰ terrori,cõclamatũ repente eſt ad arma,nec ſomno exciti
ſatis ſcire q hoſtes,aut vnde eſſent. Vbi vero illuxit,atq; Tyburtes eos eſſe cõſtitit.ipſoꝝ pau
citate cõtẽpta,duabꝰ cõſules portis,cũ armata iuuẽtute egreſſi,modico negoco ĩ medio ho-
ſtilẽ exercitũ cecidiſſent,niſi ad primũ clamorẽ ꝑ agros delapſi Tyburtes domũ abiiſſent.Sub
idtẽpus Tarqnienſes,maiore agroꝝ q̃ vrbis tumultu,Romãnos fines ea parte, qua Hetrurię
adiacẽt populati ſunt.Quibꝰ C.Plautiꝰ cõſul iuſſu populi bellũ indixit.C.Fabio eiꝰ collegę ĩ Conſules.
Hernicos ꝓuincia data.Occupat ĩterea Gallici belli phama ciuiũ animos ꝑopportuneq; pax
Latinis data eſt,milesq; ab his ex veteri formula acceptus.Quibus fręti auxiliis,minore ani-
morũ motu Romani audiuerũt Pręneſte Gallos veniſſe,atq; inde Pedũ ꝓgreſſos.C.Sulpitius C.Sulpitiꝰ
dictator eſt dictus,q cũ robore duoꝝ cõſulariũ exercituũ in Gallos ꝓfectus,vbi hoſtes in cõ- dictator.
ſpectu habuit,locũ caſtris cepit.Neq; hi vllã ꝓlio morã facere. Dictator etſi ſuos ſatis ad pu-
gnã aĩatos videbat,abſtinere tñ cõgreſſu,belliũq; de induſtria trahebat,ratus oĩa tp̃s hoſti de
teriora facturũ.Ægre ferre ꝓſentẽ morã Romanus miles,Sulpitiũq; vt timidũ,ſermonibꝰ car
pebat.Criminari ſimul patres,q ꝑ dictatorẽ bellũ geri maluiſſent,ac ꝑ eũ,qui victoriã e coelo ĩ
ſinũ deuolaturã putaret.Iactati primo ſunt hi ſermones ĩ ſtationibꝰ,vt fit,ĩter paucos,mox ĩ
principiis ac ꝓtorio, poſtremo ꝑ Seruiũ Tulliũ totiꝰ exercitꝰ noĩe oratio habita ad dictatorẽ
cũ multa q̃rela militũ,ægre ferẽtiũ,ſe vt fœminas ĩtra vallũ teneri , vt ludibrio eſſent hoſtibꝰ
pręſertim cum nulla culpa,nuſq̃ re male geſta,tã inſigni ignominia afficerent.Summa illius
orationis fuit,vt dicerẽt milites,niſi in aciẽ educerent,futurũ,vt relictis caſtris, domũ citato Ro. militũ
agmine abirẽt,aut ſine cuiuſq̃ iuſſo ĩ hoſtẽ ex occaſiõe dimicarẽt.Dictator qa rẽ bonã,etſi pa ferocia.
rũ ꝓbabili exẽplo,fieri cẽſebat,ne negãdo magis irritaret milites ad aliqđ ĩſuetũ facinꝰ audẽ
dũ,daturũ ſe,qđ tãto ſtudio efflagitarẽt,pollicet,qđ vt celerius ꝓſtaret,ſubitꝰ caſus cõpulit,
nã cõcione nõdũ dimiſſa,milites q ꝑ vallo ſtationẽ agebãt,cõſpicati iumẽta ĩ cõſpectu paſcẽ-
tia a Gallis abigi,duo Romani milites ſubito occurſu ꝑdã ademerunt, in eos Galli quũ ſaxa
cõieciſſent,ꝑcurſum eſt a Romana ſtatione,ĩde aliis atq; aliis auxilio ſubeũtibus, haud ꝑcul
iuſto ꝓlio res aberat.Cẽturiones ſuo ĩteruẽtu pugnã inhibuere . Cõfirmata eſt eo caſu apud
dictatorẽ Tullii fides.tũ demũ pugna ĩ ſequẽtẽ diẽ ꝓpoſita, rẽ nouã ad fallẽdos hoſtes dicta- Dictatoris
tor cõminiſcit,mulis ſtrata detrahi iubet,binis cẽtũclis tãtũ relictis, in his agaſones ſedẽtes ſtratagema.
captiuis armis ĩſtructi,cũ cẽtũ lectis eqtibꝰ , ita vt mille ferme numero eſſent,ſupra caſtra in
mõtes noctu abire iuſſi,ibiq; occulte ſedere,donec ad cõſurgẽdũ ſignũ accepiſſent.Ipẽ vbi illu
xit,ad radices mõtiũ aciẽ extẽdit,vt aduerſis mõtibꝰ cõfligeret hoſtis.Haud credere poterãt
Galli duces Romanũ in ęquũ deſcẽſurũ. Verũ vbi id fieri ſenſerũt,& ipſi,certaminis cupidi, Pugnã
in pugnã ruũt.Eſtq; pene prius cõcurſum,q̃ ſignũ a ducibus daretur. Inuaſit Gallus multo atrox.
acrius dextrũ Romanoꝝ cornu,nec ea vis ſuſtineri poterat,niſi dictator ea parte ſpectator pu
gnę hortatorq; ſuis affuiſſet.Appellare quoſdã anxius dux,increpare alios,vt in caſtris fero
ces,in pugna timidos & imbelles,audite miles dictatoris cõuicia,tãtuſq; inde pudor animos
ſubiit,vt mẽte ab omni memoria ꝑiculi alienata,cęci ruerẽt ĩ hoſtiũ tela.Turbauit ea Roma-
noꝝ vecordia primo hoſtẽ,eques deinde immiſſus turbatũ auertit.Dictator vbi ab vna parte
labẽtẽ Gallũ vidit,ſigna ĩ lęuũ cornu ſubito cõuertit , ſimulq; iis q poſt mõtes latebãt ſignũ
dedit:tũ vero poſt q̃ inde quoq; nouus eſt clamor redditꝰ,tẽdereq; ad Galloꝝ caſtra,obliquo
mõte,ſubitũ agmẽ viſum eſt , metu ne ab illis excluderet turbatꝰ hoſtis eodẽ curſum ĩtẽdit,
obiecit ſe his.M.Valeriꝰ magiſter equitũ,q ꝓfligato dextro hoſtiũ cornu,ad illoꝝ munimẽta
adequitarat.Romani igit equitis occurſu,Galli ad mõtes fugã auertũt. Ingẽs inde cędes ſe- Gallorum
cuta,multi etiã in ſyluis cęca fuga errantes,ab iis qui ſecũdũ mõtes latuerant ſunt oppreſſi. fuga.

Poſt M.Furiū Camillū,nemo de Gallis iuſtiorē,q̄ Sulpitius,triūphū egit.A cōſulibus eodem
anno vario eſt euētu pugnatū:Hernici a Fabio victi ꝑlio ſubactiq; ſunt.Cōtra Plautiꝰ icaute
ac ꝑinde parū feliciter,ī Targniēſes pugnauit.Nec tātū cladis ī acie acceptū, q̄ ꝙ Targniēſes
Tarquiēſes captiuos iugulant. Romanoꝝ odio.CCCVII.milites captos,victimarū more iugularūt.Vaſtati ſunt & Roma-
ni agri eodē āno,Priuernatiū primo,mox Veliternorū Incurſione.Ludi,quos Camillus voue
rat,facti,& lex de ambitu a C.Petilio tribuno plębis patribus authoribꝰ,tū primū ad populū
lata.Phaliſci ſequēti anno & ipſi hoſtes facti,qa cū Targniēſibus eoꝝ iuuētꝰ militaſſet.Ea ꝓ-
uincia Cnęo Mālio ſorte euenit.C.Martius eiꝰ collega ī Priuernatē agrū duxit,lōga pace ītā
ctū.Ibiq; miles breui ꝑda expletꝰ,ad Priuernū eſt vrbē adductꝰ.
Priuernū capitur. Priuernatibꝰ ī vrbē ꝑlio reie
ctis,quū iā ſcalę mœnibꝰ admouerent,deditio ab oppidanis facta eſt.Triūphauit Martius de
Priuernatibus.Ab altero cōſule nihil memoria dignū fieri cōtigit,niſi ꝙ ī illius caſtris lex tri
butim,de vigeſima illoꝝ q manumitterent,lata eſt.Eiꝰ legis abrogādę,qa haud paruū īde ve
ctigal inopi ærario q̄rebat,authores fuere Tribuni plębis,nec tā re q̄ exēplo moti, capite ſan
xerūt,ne qs poſtea tali de cauſa populū ſeuocaret, ꝓhibitūq; ī caſtris iā inde legē ſanciri vllā.
C.Licinius ſtolo dānat C.Liciniꝰ ſtolo hoc anno decē milibꝰ dānaeus,ex ꝑſcripto legis,quā ipſe tulerat,quoniā mille
ſoli ingera cū filio poſſideret. Secuti īde cōſules M. Fabius Ambuſtus,& M.Popilius Lenas.
Hic in Tyburtes ꝓſpere rē geſſit.Alterū cōſulē Phaliſci & Targniēſes prima pugna fuderūt
Romanis falſa ſpecie & velut phanatica,deceptis.Sacerdotes hoſtiū cū facibꝰ īcēſis, furiali in
ceſſu,anguiū nodos ītēdētes,militē ſpectaculo īſueto turbauerūt.Inde vbi a cōſule & Tribu-
nis cœptū eſt in vanū illū metū reclamari,ꝙ puerorū more talia expaueſcerēt,pudore affecti
milites ferocieer in hoſtes vertunt,atq; ī ea ipſa,q̄ nuper extimuerāt,velut amentes ruūt.Ibi
hoſtili ludibrio cōfeſtim diſcuſſo,in armatos cuneos ſeſe īferūt. Fuitq; tātus Romanoꝝ ī ꝑ-
liū īpetus,vt ne armato qdē nō modo inermi hoſte ſuſtineri potuerit, fuſa acie caſtris Roma
nus victor cū multa ꝑda potitus eſt.Concitauit hęc Phaliſcoꝝ & Tarquiniēſiū clades omne
Hetruſcū nomē ī Romanos,atq; duobꝰ populis ducibus , ad Salinas vſq; prędabūdus hoſtis
Rutiliꝰ primꝰ e plębe dictator. proceſſit.Aduerſus hūc terrorē M.Rutilius primꝰ e plębe dictator eſt dictus.Qui C.Plantiū
& ipſum plębei ſanguinis,magiſtrū eqtū dixit.Ferre id iniquo aīo patres, indignātes nō cō-
ſulatū modo,ſed dictaturā etiā ī ꝓmiſcuo eſſe,nihil itaq; illi decernere,vt irrita dictatura fiu
eret,ea īiuria populus īſtructus,maiore q̄ vllo antea ſtudio oīa ad bellū neceſſaria detulit: pa
rato itaq; exercitu Rutilius in hoſtē cōtēdit,exercituq; ratibꝰ Tyberim traiecto,populatori
bus multifariā oppreſſis,eximprouiſo caſtra hoſtiū adortus,vi cepit.Octo milia hoſtiū capta
Romā duxit,ac ſine patrū authoritate,populi iuſſu,triūphauit.Atq; ita cōtigit,vt Rutiliꝰ q
Rutiliꝰ primus iniuſſu patrum triūphat. primꝰ e plębe eſt dictator creatꝰ, idē primꝰ īuitis patribus legitimū de hoſte triūphū egerit ,
fuitq; annus ille quadringēteſimus ab vrbe cōdita,poſt vrbē a Gallis receptā qntus,vt Liuiꝰ,
ſcribit,& quadrageſimꝰ.Quo āno duo patricii q̄q̄ Tribunis reclamātibꝰ creati ſunt cōſules,
Sulpitius Potitus & M.Valerius Publicola.Sed dū hęc in Italia gerunt, Ochus Artaxerxis
Ochus. filius ī Perſis regnū obtinebat.Periit Artaxerxes iā nonagenariꝰ,quū duos &.LX.vt Plutar.
ſcribit,regnaſſet ānos,vt Euſebiꝰ.XL.in cuiꝰ tpa qdā reiicitit,q̄ de Heſtere puella a nobis alio
ſunt loco ꝑdita.Plutarchꝰ q eiꝰ vitā accuratiſſime ſcripſit,nullā fecit Heſteres mētionē.Fuit
Ochus o'm,q in Perſide regnarūt crudeliſſimus.Is Apodaſmo Iudęorū capta,loci accolas in
Hyrcaniā tranſlatos,circa Caſpium mare collocauit.Sidonem euertit,& Nectanebone rege in
Æthiopiā pulſo,Ægyptū ſuo adiūxit īperio:Regnabat & Philippus Amynthę filiꝰ ī Macedo
nia,ī Sicilia iunior Dionyſiꝰ,q Dionis cōſilio,cuiꝰ opa ī adminiſtrādo principatu nō nihil eſt
Plato īgēti honore a Dionyſio excipitur. vſus,Platonē in Siciliā acceſſiuit. Cui veniēti vittarā nauim miſit obuiā,mox ī littus delatū
quadrigis excepit albis . Hūc Dionis īpulſu quū īpēſius audire cœpiſſet, paucisq; poſt diebꝰ
pręco de more illi ꝑpetuū principatū alta voce ꝑcaret,nō defines inqt nobis has diras īpcari?
Percrebuit īde rumor,fore,vt Platonis ſuaſu Dioni aut ſororis eiꝰ Ariſtomachę filiis relicto
principatu,Dionyſius Athenas nauigaret,vt ibi ſub Platone magiſtro ī Academia priuatus
ageret.Hos rumores Dionis æmuli diſſipādos curāt,vt maior illi īuidia īde cōflaret.Hi aūt
ſub id tps,quo Plato p literas accerſebat,ꝓ magno negocio habuerūt,vt Philiſtꝰ q a Diony
ſio patre fuerat relegatꝰ,ab exilio reuocaret,vt haberēt quē Platōi apd Dionyſiū opponerēt.
Philiſti igit & alioꝝ criminationibꝰ primo Dion ī ſuſpicionē ductꝰ,qa ad Carthaginēſiū ꝓ-
Dionis exilium. fectos libellū dediſſet,vt nō niſi ſe ꝑſente cū Dionyſio de pace agerēt,eiꝰ epiſtola ad Dionyſiū
perlata cōfeſtim Dionē in Italiā deportari iuſſit.Qd vbi palā eſt factū,triſtitia & mœror ci-

uitatem inuasit,sed maior regiā ipsam,erat Dion tyrāno pnecessarius.Nā & soror Aristoma-
cha seniori Dionysio nupserat. Erat iunior Dionysius ex Daride Locrēsi altera cōiuge natꝰ,
duxissetq; idē ī cōiugē Sophrosinā ex Aristomacha ortā.Dionysius ad ꝑsentē inuidiā leuādā
perbreuē peregrinationē a Dione susceptā ꝑdicabat,nec multo post illū suis affuturū,mox po
testatē fecit Dionis necessariis,ex eiꝰ bonis quātūcūq; pecuniarū vellēt ad eū trāsmittēdi, vt
vbicūq; esset laute,& ꝑ pristina fortuna vitā ageret.Breui postea Platonē quoq; nihil inuitū
ex Sicilia dimisit,pollicitus fore,vt intra annū Dionē reuocaret. Nec ita longo interiecto tpe
Archita & alii Pythagorici,q̄ ī terra Italia erāt,a Dionysio fatigati,vt Platoni ꝑsuaderēt vt
ad se veniret,futurū repromittens,vt eo audito, Dionē in Siciliā reuocaret.Misit & ipse hoc
noīe Archidamū cū triremibꝰ,q̄bus Platonē q̄ honorificētissime in Siciliā deferret. Ea causa
Platoni fuit tertio ī insulā nauigādi.Nā maiore Dionysio q̄ fuit Hermocratis filiꝰ primo in
insulā nauigauit,insulā & ætneū cratcrē īspectur ꝰ,cęterū cū sęuissimo principe cōgressus,q̄a
tyrānidē vituperaret,parū abfuit,q̄n ab eo sit īterfectꝰ, a Dione exoratꝰ & Aristomene Polidi
Lacedęmonio,q̄ publice legatus Syracusas venerat,ea cōditione tradidit vt ꝓ seruo vēderet,
Æginę vēditus est,& ab Anniceri Cyrenaico.XX.minis redēptus. quidā triginta ꝓdiderūt,
Eius itaq; aduētus æque Dionysio Syracusanisq; lętissimꝰ fuit, obtulitq; tyrānꝰ illi pergrādē
dono pecuniā,quā quū Plato accipere recusasset, Aristippꝰ dixisse fertur, tuto liberalis est,&
munificus Dionysius,q̄ eīm pluribꝰ īdiget pauca tribuit,Platōi,q̄ nihil accipit,multa exhibet.
Primo igiᵗ satis familiariter cōgressi sunt,mox sermone de Dionis restitutiōe iniecto acerbiꝰ
inter eos disceptari cœptū.Secuta & cōuicia,celare tamē oīa tyrānus . Accidit interea vt He-
lycō Cyzicenus vnus ex Platonis ęqualibꝰ deliquiū solis ꝑdixerit,quare a Dionysio argēti est
talento donatus.Tū Aristippꝰ,ego quoq; inq̄t habeo quod diuinē,rogatus vt diceret,prędi-
co inq̄t breui fore,vt Dionysius & Plato ex amicis inimici fiāt.Ac sic certe accidit.Bonis eīm
Dionis a tyrāno vēditis,Plato eius satellitibus ad cędē est obiectus,quorū statiōi ꝓximū est il
li domiciliū datū.Oderāt illi Platonē,q̄a credebaᵗ Dionysio suadere,vt dimissa custodia pri-
uatus ageret.Eratq; per hęc Plato in apto vitę discrimīe cōstitutꝰ,quū ab Archita & Pytha
goricis legati affuere Platonē a Dionysio repetētes,cuius salutis ipi obsides fuissent.Atq; ita
Plato est a tyrāni sęuitia seruatus.Dion iā inde aīm ad Dionysiū bello ꝑsequēdū adiecit,cuiꝰ
cōsilii Platonē expertē habuit,vel q̄a iā grādis natu esset,vel potiꝰ ꝙ hospitalia iura,quæ illi
cū tyrāno intercedebāt,haud violaturꝰ crederet.Speusippus ex Platonis sorore ortus qui cū
auūculo Syracusis versatus,rerū oīm statū per se diligēter explorauerat,quātū in Dionē pro
pensa esset ciuitas,& in quāta expectatiōe ipiꝰ reditꝰ foret,cū castris Platonicis se illi fautorē
prębuit.Dion interī per alios,vt res occultior eēt,militē ad bellū cōquirere. Adiūxerūt se spō
te illi Eudemus Cyprius,ad quē moriētem librū de aīa Plato dedit,& Timonides Leucadiꝰ.
Ex Zacinthiis quoq; octingēti in re bellica exercitatissimi.Erat Syracusanoꝝ exulū manus in
gēs supra mille nūero,ex q̄bus vix q̄nq; & vigīti allici potuerūt,vt se expeditiōis illiꝰ comites
professi sint,veriti alii Dionysii potētiā,cui.CCC.aderāt triremes,decē milia equitū,bis toti-
dem pedites,dānare ob id multi Dionis īcœptū,velut prę nimia in tyrānū ira desipiētis.Ille ac
curatissima oratiōe vsus cōfirmauit nō nihil suoꝝ aīos. Cęterū in Siciliā transmissurus,quū
luna pleno luceret orbe,repente obtenebrata est.Id prodigiū,velut infaustū,sociis auersanti-
bus,Dion,Miltha vate in mediū ꝓducto,ostendit deliquiū lunę natura fieri. Verū siquid ma-
li res ipa portēderet,id totū ad tyrāni exitiū pertinere,ꝙ pricipatus ille q̄ in oībus gētibus
clarissimus obductis velut tenebris eēt īuoluēdus.Nec solū id signū Dionysii cladē pręcessit
sed mare etiā,q̄d Syracusanā arcē alluit,dulces & potu suaues per diem vnū habuisse aquas
dicitur.Sues sine auribus nati. Et aquila de cęlo lapsa iaculū satelliti abreptū in sublime de-
tulit.Quæ prodigia ad ipius pricipatus euersionem attinere plęriq; vatū cecinerunt, fore af
firmātes,vt tyrānica illa tēporū asperitas,amarissimusq; rerū status mitesceret,auresq; ciuiū
a crudelissimo imperio auerterentur,tolleretur q; vis regia Iouis nutu,cui aquila esset sacra.
Militibus ī naues īpositis,quū tertiodecio die Dion in Siciliā venisset, eētq; haud multo post
in terrā descensurus, tēpestate repēte orta in altū est euectus,ibi īgēti procella cū periculo ia-
ctatus,postremo ad maioris Syrtis capita,cū tota classe est delatus.Nec ita multo post,austro
ex insperato flare incipiēte,plenis in Siciliā velis est reuectus. Ante Minoā primo in ancoris
stetit,erat id oppidū Carthaginensiū Synabus,q̄ locū ꝑsidio obtinebat,ignarus, qui hominū
hi essent,arcere milites a littore primo conatus est. Cęterū oppidanis in fugam versis,mixto

Archita & Pythagorici.

Platonis casus.

Aristippi dictum.

Helicon. Cyzicenus.

Dion milite cōparat.

Prodigia sub Dionis accessum.

Diō tēpestate iactatur.

litū temere offenso,quia hostis falli amplius nō poterat,clamor a militibus excōposito tollit, suis in tutū
qui repēte sublatus Samnites somno torpidos subito pauore exanimat.Incerti hostes an ciues euadit.
essent,qui ita ruerēt,an a consule capta essent castra,an qui in iugo erāt erupissent,dū tumul-
tuātur magisq̄ arma expediūt,datus est Decio & aliis locus ad euadendum per vigilū cædem.
Sicq; cōtigit,vt vnius viri consilio & audacia,Romanus sit exercitus seruatus,præsidium,per
quod salus parta erat,incolume ad consulem venerit.Decius quū noctu ī castra venire potuis
set,vt magis conspicuus esset reditus,author fuit sociis,vt lucē,loco castris proximo,expecta-
rent,postea vero q̄ illuxit,præmisso in castra qui seruatū præsidium nunciaret,pauloq; post af-
futurū,ipse per multas passim gratulationes,& laudes militares,cum tota cohorte ad prętori-
um tetendit.Ibi quū consul Decii laudes pro cōcione esset exorsus,ille interfatus docuit posse
paucis horis cū hoste debellari,si dum castellatim sparsi per tumulos a nocturna illa trepida-
tiōe adhuc essent sine stationib9,sine imperio,sine præsidio vllo plæriq; errarent,raptim ad eos
legiones ducerent.Placuit Cornelio id consiliū.Capiuntur edicto eius arma,itur pleno in ho- Vincuntur
stem gradu,quem sparsum ac temere vagantem consul adortus,quū neq; arma capere, neq; in hostes.
ordines coire spatiū daret,trepide Samnites in castra compelluntur,stationibusq; vt in re subita Decii consi
turbatis,Romanus victor intra vallum perrumpit.Castris captis multi absentes cessere,cædes lio.
ingens intra extraq; edita est,ad triginta milia hostium in eo exercitu fuere,quorum pars lō-
ge maxima desiderata est.Cōsul insigni victoria potitus,cōcione iterum aduocata,peragit De

Multiplices honores Decio cõgesti. cii laudes,cumulatiore etiã testimonio recẽtioris consilii,cum aliis militaribus donis,aureã illi coronã,centum boues,atq; in his album auratis cornibus donat habere.Singulis militibus, qui cum eo fuerãt,duplex frumentum accipere,binos in præsentia boues binasq; tunicas.Milites eam cõsulis gratitudinem clamore approbantes,coronam gramineã,discussæ obsidiõis argumentũ,Decio imposuere. Altera corona eiusdem honoris index a suo est præsidio illi imposita,qa ipsius cõsilio & virtute ab hoste obsessi,p illorũ stationes,incolumes in Romana castra venissent.Ipse centũ boues a cõsule datos militib⁹ expeditionis illius sociis dono dedit. Sed dũ hæc fauore,& militari assensu ĩ Cornelianis castris agunt̃,Valeri⁹ trepidis ab Suessula nũciis accitus,q eo Sãnites oẽm militarẽ iuuẽtutẽ exciuissent,vt de summa rei iterũ dimicarẽt,postq̃ citato agmine ad hostẽ venit,cõtractiorẽ cepit locũ castris.Nec Samnites in mora fuerũt.Structa acie in Romanorũ cõspectu,nullã pugnæ morã facturi,cõsistũt:qui vbi nihil in Valerianis castris moueri vidẽt,cõtẽplati adhæc breuẽ castorũ ambitũ,fremere vna replẽdas esse fossas,ac rescisso vallo in castra perrũpendum.Castigare Sãnitiũ duces suorũ temeritatẽ,quin hostẽ fame domãdũ censere,quãdo expeditus miles in paucos dies secũ cibaria attulisset,interim alios castris assidere,reliquũ copiarũ frumentatũ in agros exire.Valerius q ĩ oẽm erat occasionẽ intẽtus,vbi leuatũ vidit hostiũ numerũ,& stationes infrequẽtiores,paucis suos hortat⁹ ĩ hostiũ castra eximprouiso impetũ fecit,quib⁹ haud magno negocio captis,duabus legionib⁹ ad illorũ præsidiũ relictis,in frumẽtatores præmisso equite,q celeriter exploraret,qua illi parte vagarentur,subito cursu cõtẽdit,maior omnino cædes in agris,q̃ in castris edita,tantaq; vis hominum

Ro.victoria vtrobiq; deleta,vt ad.XL.milia scutorũ,& CLXX.signa militaria sint ad consulẽ relata,tã insignis victoria & Phaliscos,cũ quib⁹ induciæ erãt,ad fœdus petendũ cõpulit:& Latinos,q exercitũ in Romanos cõparatũ habebãt,in Pelignos auertit.Carthaginẽses quoq; legatos cũ corona aurea.XXV.põdo Romã miserũt,q patrib⁹ & po.Ro.eã victoriã gratularent̃.Cõsules ãbo de Sãnitibus triũpharũt.Campani præterea & Suessani a patribus petierũt,vt præsidia aduersus Sãnitiũ excursiões in suas vrbes mitterẽt,qđ quũ facile impetrassent,agri amœnitas,& ciuitatis luxus,iã ide parũ disciplinę militari vtilis,milites ita deliniuit,vt cõiuratio inita sit inter milites Capuæ vi occupãdæ,vt Cãpani suo ipi exẽplo opprimerent̃,quo veteres inde colonos expulissent:& iã atrox instabat facin⁹,quũ Martius Rutilius & Q.Seruilius sunt cõsules

Consules. facti.Rutili⁹,cui Cãpana puincia euenerat,postq̃ ad exercitũ venit,cõperitq; p Tribunos militũ q̃ cõsilia essent,hibernoꝵ tpe,inter milites inita,nec rẽ pcul a seditione abesse,facta spe futurorũ in sequẽtẽ annũ hibernoꝵ,ex suis præsidiis milites in castra traduxit,inde seditiosã multitudinẽ exonerate adort⁹,alios alia de causa domũ ablegare cœpit,& in primis cõiuratiõis capita,nec res ab initio animaduersa.Verũ vbi qui missi fuerãt a patrib⁹,& altero cõsule retinebantur,nec in castra patere illis reditũ viderunt,perculsi milites,qui eius fuerãt cõsilii conscii,

Militũ secessio. ne cãm Romæ dicere cogerent̃,atq; iudiciũ subire,secessiõe facta,primo inter Lautulas & mare haud procul Anxure,munito colle cõsederũt.Fuitq; cohors vna hæc,vnde secessio orta, inde aliis atq; aliis eo accedẽtib⁹,tãtus est numerus cõfectus,vt sub longę Albæ iugo castra fecerit. Quærebat̃ interim dux aliquis aut imperator in tãto motu,qui quum ĩ castris nemo idoneus reperiret̃,T.Quintiũ q ob vulnus bello acceptũ inutilis fact⁹ in Tusculano agro villicabat̃,noctu oppressũ in castra pertraxerũt, ibi capitalib⁹ minis nisi iniunctũ munus reciperet perterritum,ducẽ cõstituere.Nec mora deinceps fuit,rapto agmine Romã tendũt,irrupissentq; primo accessu in vrbẽ,ni Valeriũ Coruinũ in se dictatorẽ creatum cum exercitu appropinquare audiuissent,ad octauum lapidẽ Appia via consederũt,nec ita multo post dictator affuit,& iã stabant aduersæ inter se acies, quũ signorũ aspectus, & memoria patrię militũ irã pmulsit. Nõdum erat Romanus miles ciuili sanguini assuetus.Hic Dictator tẽpestiua ad pacẽ vsus hortatiõe,ac T.Quintio appellato,vt pacis potiusq̃ pugnæ se authorẽ suis exhiberet,quod ille sua etiã spõte facturus,quũ dictatoris authoritate pmotus fecisset,illorũ pmissu in mediũ processit,seq; & milites suos dictatoris fidei permisit.idẽtidẽ eum obtestatus, vt miseroꝵ ciuiũ susciperet causam,nihil petens vt sibi caueretur,quando ipse omni culpa procul abesset, militibus cauendum dicere,ne apud patres aut populum ea secessio cuiq̃ fraudi esset.Dictator iussis omnibus bono animo esse,citato equo Romam deuectus,patribus authorib⁹ in luco Petillini ad

Militib⁹ publice venia data. populũ tulit,ne cui ea noxa fraudi postea esset,ne serio iocove secessio illa cuiq̃ postea exprobraretur,ne nomina ipsorũ militum delerentur,nisi ipsis volentibus. Additum ipsi legi ne qui tribunus militum in castris fuisset,deinceps ordinẽ duceret,Id propter P.Saloniũ factum pro

diderũt,q alternis annis nũc Tribunus fuerat,nunc primus centurio, quem primipilum dixere.Ita sacrata lege res abolita est.Liuius author est,in quibusdã annalibus prodirũ,comitiis illis L.Genutiũ Trib.plæb.ad populum tulisse,ne cuiq̃ fœnerare liceret.Item ne quis eundẽ magistratum intra decẽ annos caperet,Ne duos magistratus vno anno gereret.Vti liceret ambos cõsules plæbeios creari.Alii non dictatorem ad id creatum dixerunt,sed per cõsulem rem omnem actã,Romæq; non foris eam secessionem fieri contigisse.Nec in T.Quintii villa,sed in C. Manlii domo ducẽ quæsitũ.Inde ad quartum lapidem profectos consedisse,nec a ducibus concordiæ mentionem motã,sed ipsos exercitus, vbi exaduerso stetere, subita sceleris pœnitentia adactos,cum lachrymis sese inuicem complexos.Atq; ita auersis a pugna animis de concordia agi cœptum.Adeo parũ fides constitit iis,qui eam rem memoriæ prodiderũt.Latini & Priuernates ciuili discordia freti Norbã & Setiã,Romanas colonias,subita incursione populati sunt. Is q; tũc erat rerum Romanarũ status,quum Philippus Amynthæ filius,qui Alexandro fratre sublato,matris Euridices fraude,tutorẽ regni aliq̃diu p rege egit. Supererat enim ex Perdica fratre,qui pari faude perierat,adhuc virilis stirpis soboles. Cæterũ bellis vndiq; imminentib9, quum serũ videretur maturam pueri ætatem expectare,compulsus a populo Philippus regiũ nomen suscepit.Cõcitauit ille ab initio haud paruam de se expectationẽ,quũ ipsa ingenii alacritate,& ad res gerendas prõptitudine,tum quia vates iã antea prædixerãt,vt vno ex Amynthæ filiis regnãte,florẽtissimus Macedonum futurus esset status.Principio igitur regni,quum hinc cædes fratrum,inde hostium Macedoniæ rebus imminentium multitudo,iuuenilem animum vehemẽter sollicitũ haberent,accedebat his inopia rerum omnium, ob regnum assiduis exhaustũ bellis,quũ tot curis bellicis,quæ vndiq; impẽdebãt,impar futurus esset,alias interposita pactione exoluit,alias redemit pretio,oĩa aggressus,quibus trepidos militũ animos confirmaret,sui contẽptũ hostibus demeret.Fuit itaq; primum illi certamen cum Atheniensib9 quibus per insidias victis,grauioris belli metu,sine pretio captiuos reddidit.Bellum inde in Illyrios trãstulit,multisq; hostiũ milibus in acie cæsis,Larissam vrbẽ nobilissimã cepit, mox Thessaliã,vt meliore equitatu exercitũ instrueret,nihil minus q̃ bellum metuentem inuasit,qua sine maiore certamine in potestatẽ redacta,vnum corpus equitũ pedestriumq; copiarũ inuicti conflauit exercitus.Duxitq; sub id tp̃s,quo hæc illi prospere euenere,Olympiadẽ Neoptolemi regis Molossorũ filiam in vxorem,Arisba altore virginis ac patuele,nuptias cõciliãte.Cæterum quũ maiores ob hæc ille in horas aleret spiritus,nõ cõtentus bellum propulsare posse a suis finib9,quietos vltro lacessebat.Methonã itaq; vrbẽ oppugnare adortus, sagitta in prætereuntẽ ex oppido cõiecta,dextrũ illi oculum excussit.Qua clade neq; segnior est ad bellum factus,nec aduersus hostes iracũdior,vt paucis inde diebus veniã precãtibus dederit,in quos deditos nõ moderatum solũ, sed mitem etiã se præbuit.Critobolus medicus eius vulneris curatione magnã est Phamã adeptus.q̃ extracta ex regis oculo sagitta,citra oris deformitatem,curasset luminis orbitatẽ.Græciæ deinceps ciuitates vberẽ bellicoso regi gerendarũ rerũ materiam præbuere,quæ dũ singulæ aliis cupiũt imperare,omnes imperium amisere.Mutuis eñ inter se bellis exhaustæ,dũ adhuc in suũ exitium ruunt,Macedonica arma in sua viscera adegerunt, quibus oppressæ fœdũ seruitiũ seruire coactæ sunt.Philippus harũ libertati velut ex proxima ĩsidiat9 specula,mutua populorũ certamina ab initio aluit,minus potẽtib9 auxiliãdo,mox victos victoresq; vna adort9 facile subegit.Fueruntq; Thebani malorũ omniũ causa, qui rerũ nouissime in terra Græcia potiti,victos armis Lacedæmonios & Phocenses,velut parua supplicia cædib9 & rapinis luissent,in cõmuni Græcorũ concilio superbe accusarunt.Lacedæmoniis crimini datũ,q̃ Thebanã arcem induciarum tẽpore occupassent.Phocẽsibus q̃ essent Bœotiam depopulati.& Thebani hæc illis crimina intẽdere,velut post arma,& varias cędes vtrinq; illatas & acceptas,locus esset legib9 in medio relictus.Vtriq; victorũ arbitrio tanta sunt pecunia dãnati,vt quũ Phocẽses agris,liberis,& coniugibus priuarentur,desperatione adacti,Philomene quodam duce,Delphici Apollinis templum,tanq̃ deo irati,auro & pecunia spoliarint,mercenario deinceps milite cõducto,bellũ Thebanis intulerint.Peperit id scelus maiorẽ Thebanis inuidiã,qui Phocenses sua iniuria ad id sacrilegiũ coegissent,q̃ ipsis sceleris authorib9.Primo igitur cõgressu Philomenes Phocẽsium dux Thebanos prælio victos castris exuit.Idẽ altero certamine ictus cõcidit.In huius locum Phocenses Oenomaum ducem creauere.Thebani de euẽtu belli solliciti Philippum ex Macedonia cũ exercitu accersunt,atq; ita se externo imperio subiecere,q id in Græcis tantopere aduersabantur.Philippus velut sacrilegii nõ Thebanorũ vltor

Prim9 Centurio olim primipilus.

Variatio historiæ.

Philippi regis gesta.

Atheñ. vincuntur.

Olympias.

Philippus Rex altero oculo priuatur.

Philip. temperantia.

Græcarum vrbium discordiæ.

Phocẽsium Sacrilegiũ.

Phocen.cędes. militem lauro coronatū in aciē ꝓducit.Phocēses Apollinis fronde territi,tanꝗ manifestū numen exaduerso staret,abiectis armis fugā capessunt,pœnasq; violatæ religiōis sāguine & multa strage vno tēpore expēdūt.Incredibile est quātā ea victoria Macedoniis apud externas etiā gētes,virtutis phamā cōciliauerit.Illū vt stulta erat hominū superstitio sacrilegii vltorē prædicabāt,vnū eius sceleris vindicē repertū, qđ humanū genus expiare debuisset. Habetur itaq; Deo proximus per quē numinis maiestas vindicata esset.Atheniēses audito pugnę euētu,veriti ne Macedonū arma in Græciā penetrarēt,Thermopylarū angustias,vt olim aduersus Persas occupant.Philippus interea nihilo in socios pacatiore fuit,ꝗ in eos quos vicerat,animo,ciuitates,quarū pauloante Dux fuerat,& ꝗ illi victoriā fuerāt gratulatæ,hostiliter adortus, non solū captas diripuit,sed coniuges etiā & liberos omniū sub corona vendidit,nō deorū templa veritus,nō aras,nō deos penates publicos priuatosve,quos vt hospes nō hostis ab initio subierat,vt nō tā pietatis vltor extitisse,ꝗ impie delinquēdi occasionē quæsiuisse videretur:ad quā infamiā abolēdā,haud multo post p oēs gētes misit,q nobilissimos architectos magna mercede accerserēt,q; aīo destinasset,muros,tēpla,ac phana,clarissimis qbusq; ciuitatibus in integrum restituere,quædā etiā ab imo excitare.Opifices qui opera redēpturi cōuenerāt,vana expectatione decepti,tacito digressu,ne vim paterenť alii alio abierūt.Trogus author est, Cappadocū gētē ab eo deinceps subactā,sed quæ causa sit bell prætēsa nō posuit.Olynthiis qđ satis cōstat idcirco bellū intulit,q; duos Philippi fratres ex nouerca genitos, quos ille velut regni ęmulos ad cædē requirebat,publico hospitio tutati essent,atq; ob eā causam vrbē Thracię nobilissimā vi captā diripuit,direptā crudeliter excidit.Fratres in potestatē redactos extremo affecit supplicio.Sub id tēpus crediderim ab eo & Potideam captam,quæ in eodem tractu fuit,contigitq; vt vno die Potideā sit ipse adeptus,& Alexādrū sibi ex Olympiade natū acceperit,Illyriosq; a Parmenione suarū copiarū duce prælio fusos,& in Olympio stadio ipsius equus victor extiterit,adeo fortuna illi in multis vno tpe arrisit.Alexāder circa sextiles idus nat⁹ dicitur,quo die Ephesiæ Dianæ tēplū deflagrauit.Id Herostratus incēdit,vt scelere atrocissimo sibi phamā cōciliaret,qui quū eā sacrilegio causam prætendisset,parū abfuit,quin publico edicto ex hominū memoria exciderit.Macedo tot successibus elatus,nequid inuiolatū hominib⁹ relinqueret, mare instructis ad id nauibus latrocinio infestare est adort⁹,sed fœdius illud,q; a duob⁹ Thraciæ regulis de regno inter se disceptātibus,arbiter accersitus,cū exercitu vt ad hostes ꝓfectus, vtrūq; regno spoliauit.Nec ita multo post cū Atheniensibus satis æquis cōditionib⁹ pacē sanxit.Tū vero æmulatione quadā ex tota Græcia ad eum legationes cōfluere, & in his Thessali & Bœotii precati,vt Phocēses aduersus quos se ducē ab initio professus esset,recenti bello ꝑse quereretur.Tanto tū Phocensium odio Bœotiorum animi exarserant,vt suarum cladium obliti perire mallent,ꝗ eorum,quos infense oderant,incolumitatem pati. Contra Phocensium legati adhibitis Lacedæmoniis & Atheniensibus bellum deprecati sunt,cuius dilationem tū tertio a Macedone redemerūt.Fœdū & indignum spectaculum, totam Græciam viribus & dignitate omniū nuper terrarum principem,regūq; & gentium multarū victricem, nonnullarū etiā vrbium dominā,alienis sedib⁹ excubantē,in alterius ope omnem spem belli & quietis repositam habere.Nec Philippus tantā potiūdæ Gręciæ occasionem est aspernatus,quin vtrisq; seorsum dat responsum.Phocensibus & iis qui pro ea gente precabantur,se iniuria tēperaturū pollicetur,Bœotiis in ipsorū gratiā arma recepturū,vtrosq; sacramento adegit,vt quæ secum respōsa ferrent,in occulto haberent.Mādat interea nihil parari,vt commodius bellū dissimularetur ipse nō multopost Græciā incautā adortus,Phocēses primo in deditionē receptos,adeo crudeliter affecit,vt nō liberi parētibus,nō vxores viris,non cōiuges maritis,nō deorū simulacra tēplis relinquerentur.Incredibile relatu est qua sæuitia captiuos populos victor Barbarus, huc atq; illuc trāsferēdo,vexauerit.Nec interim comploratio vlla exaudiri, nec pauidus discursus erat vllus,sed tacitus mœror hærebat animis,qui affectus cū ipsa dissimulatiōe crescit,eoq; validius vrget,quo altius deprimitur,nūc veteres penates,nūc tecta, quibus ipsi geniti erant,liberosq; genuerant desiderantes,nunc vicem suam dolentes,q; in eam diem vixissent: nunc natorum sortes miserātes,q; sæuo tēpore nati essent. Captiua gens tota est Macedonia distributa. Dardanos inde cæterosq; finitimos armis domitos Macedo subegit.Postremo ī suos cōuersus Arisbam per quē Olympiadis nuptias fuerat adeptus,regno spoliare est adortus.Erat is Epirotarum rex & patruelis frater Olympiadis,& Alexandri qui in Italia bellū gessit. Alexandrum igitur Olympiadis nomine in Macedoniam accersitum,ad stupri consuetudinē impulit,quem

Philippus Græciæ vrbes diripuit

Olynthi excidium.

Alexādri ortus.

Philippi felicitas.

Herostrat⁹ incēdit dianæ templū.

Græcorum nota.

Philippus Græcos circūuenit.

Phocēsium excidium& mœror.

Arisba.

postea viginti annos natũ,regno Arisbæ erepto,infanda stupri mercede donauit, in vtroq; tur
pis & iniurius,quippe q nec in sene cognationis iura seruauit cui sine causa regnũ ademit,&
eũ cui dedit,prius ĩpudicũ fecit q̃ regem.Ex præda inde vrbiũ a se direptarũ considerãs q̃ opu
lenta res esset Græcia,quãtum manubiarũ ex ea armis victa posset expectari,vniuersę gẽti bel
lũ inferre statuit.Byzantiũ maritimam vrbem ostio pontici maris,quem Bosphorũ vocãt,quũ
sibi portas clausisset,subita obsidione cingit.Trogus præter ea quæ de ipsi⁹ vrbis origine alio
sunt loco prodita,a Pausania Spartano conditã,septẽq; deinceps annos possessam author est,p
cedente deinde tempore varie nunc Lacedæmonioꝝ,nũc Atheniensiũ armis defensam.Incert⁹
rerum status in causa fuit,vt neutri eam sibi ex toto vendicare sint ausi.Fuerũtq; p hęc Byzã
tii ad id tempus,velut in medio positi,suam libertatem tutati. Quũ Byzantina obsidio ĩ lõgũ
traheret̃,nec Philippus haberet vnde exercitũ vni vrbi assidẽtẽ aleret,maris latrocinio aliquã
diu stipendii inopiã leuauit,centũ septuaginta nauibus merce honustis,aut hostiliter direptis,
aut ne vexarent̃ ad libitũ expilatis.Cęterũ quũ copiis abũdaret,ne oĩs virium conat⁹ lõga ob
sidione torpesceret,aliquot Chersonnesi vrbes cũ parte copiarum in suã potestatẽ redegit.Erat
per id tempus rex Scytharũ Macheas,q cũ ab Istri accolis p̃meret̃,auxiliũ a Philippo p Apol
lonienses petiit,pmissa per legatos regni adoptione.Hostium interim decessu leuat⁹ bello Ma
cheas,Macedonas qui in auxiliũ missi fuerant retro abire iussit,ac Philippo nũciare,neq; se ei⁹
auxiliũ petiisse,neq; adoptionẽ cuiq̃ mandasse,neq; Scythas Macedonib⁹ egere vltoribus,neq;
incolumi filio sibi hæredẽ defuturũ.Philippus ad Scytham misit,qui eum rogaret,vt in stipen
diũ tã longæ obsidionis aliqd sibi pecuniarũ mitteret,pręsertim quũ eos quos ĩ Scythiã misis
set,ne viatico quidẽ,nõ modo stipẽdio esset psecutus.Ille regiõis & cæli sterilitatẽ causat⁹,nul
las ait sibi opes esse,qb⁹ regẽ expleat,turpiusq; putare paruo defungi q̃ totũ abnuere,Scythas
virtute animi & duritia corporis,non opibus censeri.Philippus perbelle se rideri ratus,soluta
Byzãtii obsidione Scythicũ aggredit̃ bellũ,præmissis legatis,qui barbaro nunciarẽt,se ob By
zãtinã obsidionẽ statuã vouisse Herculi,venire se vt eã in ostio Istri dedicaret, regi & Scythis
oĩbus amicũ:Macheas statuã sibi mitti iubet,pollicit⁹ fore,vt nõ solũ eã dedicãdã curaret,sed
daturũ etiã operã,vt imposterũ illa incolumis maneret.Exercitũ ĩ suos fines induci vetat,q̃ si
se inuito statuisset,fore,vt nõ multo post ipsi⁹ digressum eãdẽ euerteret.Animisq; p hęc vtriq;
irritatis,cõmittit̃ pręliũ,quo quũ virtute & animo pręstarent Scythæ,Macedonis tñ arte victi,
ad.XX.M.puerorũ & fœminarũ,& cũ his vim pecorũ ingentẽ amisere,& in his.XX.equarũ
milia q̃ alebant̃ ad sobolẽ ppagandam.Triballi,q ad Istrũ habitant, Macedonib⁹ p̃da honustis
ferociter occurrunt,negantq; Macedones p suos fines transituros,nisi tam opulentæ p̃dæ fie
rent participes,hinc iurgium primo,mox p̃lium ortũ,in quo ita grauiter est Philippus vulne
ratus,vt per eius femur telũ adactum,equum,in quo sedebat,vno vulnere confecerit,Macedo
nes regis casu consternati p̃dã amisere,ita Scythica spolia velut deuota Macedonibus pene lu
ctuosa fuerunt.Philippus in regnũ reuersus bellum diu dissimulatum Atheniensibus intulit.
Thebani rati id incendiũ Atheniensibus victis ad se breui peruenturum socios se Atheniensi
bus iũgũt.Hę duę ciuitates vniuersam Gręciã legationibus fatigant,monẽt,hortantur, vt cõ
mune illud incẽdiũ secum restinguerẽt.Valuit publica charitas apud quosdam qui socias sibi
partes susceperunt,sed multo plures met⁹ ad Philippũ traxit.Postremo de summa rei ad Che
roniã dimicatũ,vbi Atheniẽses & Thebani,pristinę virtutis memores, fortiter dimicãdo occu
buere.Quippe q aduersis vulneribus loca quæ a ducibus tuenda acceperant,cadentes suis cor
poribus obtexerũt.Illa demũ pugna vniuersæ Græciæ libertatẽ ademit.Mirũ qua arte Philip
pus p̃sentẽ lętitiã texerit,neq; solita sacra eo die fecisse dicit̃,neq; de more cõuiuatus, nõ coro
nas nõ vnguẽta sumpsisse,ne risisse qdẽ,& quãtũ assimulare potuit,ita vicit, vt victorẽ senti
ret nemo,nec se regẽ Gręciæ appellari voluit,sed ducẽ.demũ ita ĩter suoꝝ lętitiã & hostiũ do
lorẽ tẽperauit,vt neq; victoribus assultare sit visus,neq; victis insultare:Atheniensibus quos ĩ
festissimos habuit captiuos gratis restituit,& pemptoꝝ corpora sepulturę reddidit. Alexãdrũ
filiũ,quem iam inde a Byzantina obsidione duodeuiginti annos natũ in castra accersiuerat,vt
prima militiæ rudimenta apud se deponeret,& q primus in sacram Thebanorum cohortẽ ir
ruperat,Athenas cum Antipatro misit,qui cum ea ciuitate pacem iungeret.Cõtra Thebano
rũ captiuos non solum non dimisit,sed interfectorum etiam corpora vendidit.principes ciuita
tis alios percussit,alios in exiliũ egit,bonaq; omnium occupauit,exulibus ad tercentum nume
ro restitutis,qbus ciuitatis administrationem permisit,apud quos,quũ quinq; ciuitatis asserto

Philippi flagitia in propinquos.

Philippus Byzantiũ obsedit.

Macheas Scytharũ rex.

Eludit Philipp⁹ a Scytharũ rege.

Philippus Scythas p̃lio superat.

Philippus vulneratur

Græcorum virtus.

Philippus Gręcos subigit.

Prima ĩ Alexãdro milirię rudimẽta.

Thebanorũ constantia.

res postularent, quod per iniuriã se in exilium egissent, eius constantiæ fuerũt, vt omnes se authores faterent, conterderentque melius cũ republica tunc actum, quum illi damnati essent, quam quum in vrbe restituti. Mira hoim constantia, de iudicibus vitæ necisque suæ, ingenue quod sentirent indicasse, & quod libertatẽ, quã viribus vindicare nõ possent, lingua vsurparẽt. Miror Philippum ea in Thebanos sęuitia vsum, & quod non plus vetus hospitiũ apud eum, quam præsens iniuria valuerit. Triennio Philippus puer Thebis fuerat, atque ex Epaminondę cõsuetudine ea cõsecutus credit, per quæ postea tantus imperator extitit. Ipse Græcię rebus compositis, vniuersæ gentis cõciliũ Corinthum aduocauit, vbi pacem legesque singulis Græciæ ciuitatibus, pro cuiusque meritis statuit, conciliũque omnium veluti senatũ vnum delegit. Soli Lacedęmonii legem & legis authorẽ contempserunt. Auxilia inde ex tota Græcia conscripta, siue oppugnante aliquo manu illa iuuandus esset, siue ipso duce alicui bellũ inferẽdũ. Nec dubium erat ferocissimum regem, rebus prospere fluentibus, maiora animo cõcipiẽtem, tantas opes in Persas comparare. Ad.CC. milia peditũ scribebant, equitũ quindecim milia, citra Macedoniæ opes, ex ea auxiliorũ formula. Et iam Parmenionẽ, Amyntham, & Attalum in Asiam pręmittere parabat, cogebanturque sub vernũ tẽpus ad Asiaticum bellum ex tota Græcia auxiliares copiæ, quum ipse Olympiade, ob suspitionẽ stupri, vt quidam tradiderunt, expulsa, Cleopatrã Attali filiam, vt Trogus scribit, vt

Philippi te gis interit⁹ Pausaniæ ignominia.

Plutarchus Attali sorore genitã, matrimonio sibi iunctã, medio nuptiarum apparatu, a Pausania nobilissimo adolescente interfectus est, diesque lętitię destinatus, luctu est & moerore regii funeris foedatus. Causam cędis inde ortã ferũt, quod ab Attalo Cleopatrę auũculo Pausanias cõstupratus, & ab eo per contemptum plurium conuiuarum libidini, vt vile scortum, subiectus esset, quapropter per ludibrio in ora omniũ abiuerat, sæpius apud regem tam insignẽ cõtumeliã frustra questus, quũ cerneret etiã tantũ abesse, vt ob eam rẽ Attalus quicquam esset incommodi aditurus, vt ducatũ etiam nuper rime a rege accepisset, omnẽ iram in Philippum vertit, atque vltionẽ quã ab aduersario non potuit ab eo vt ab iniquo iudice audax adolescens exegit. Multi persuasum habuere Pausaniã ab Olympiade missum, nec Alexãdro ignato. Satis constat Olympiadẽ percussori fugienti equos preparatos habuisse, & mox Pausaniæ in crucem sublato (nam ad supplicium est post cædem tetractus) auream coronam noctu impositam, quod facere Alexandro filio superstite, prӕter ipsum, qui vltor timebatur, alius quidem nemo fuisset ausus.

M.ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIÆ HISTORIARVM AB ORBE CONDITO ENNEADIS QVARTÆ, LIBER QVARTVS.



HILIPPVS Amynthæ filius qui Macedonũ opes in tantũ auxit, vt iam merito Persis formidolosæ essent, in hunc modũ periit. Romani autẽ per id tempus aut certe nõ multo prius posteriusve C. Plautio iterũ & L. Æmylio Mamerco cõsulibus, Priuernatib⁹ bellũ indixere:

Consules.

quia Norbam & Setiam colonias essent, vt diximus, populati. Volsci quoque ad Satricũ castra communiuerant. Plautius cui ea prouincia sorte euenerat, Priuernatibus prælio victis, eorum vrbẽ vi cepit, captæ præsidiũ imposuit: In Antiates deinde mouit, qui ad Satricũ castra fecerãt, dubio hic marte dimicatũ, præliumque priusquam fortuna alterutro inclinasset subita tẽpestas diremit. Tetra cædes vtrinque fuit. Parabant se Romani nihilo secius ad pugnam in sequentem diem. Contra Antiates præsenti clade territi, nocte quæ est diem illum secuta, relictis castris in pacatum noctis silentio abierũt: magna vis armorum, quum inter cadauera cæsorum, tum in castris quæsita, consul duplici prę lio victor omnem hostium regionem ad mare vsque populatus est. Æmylius Sabellicum agrum ingressus, quum nusquam hostis occurreret, late omnia prædatus, cum multa populatione circum

Sabelli.

agebat exercitum. Samnites qui Sabelli a Græcis dicuntur, agresti illa clade perculsi, pacẽ per legatos orant, Cõsul eos ad senatũ reiecit. Samnitium postulata fuerunt, vt pax sibi redderetur, si ita patribus placeret, & vt Sidicini belli exequẽdi ius sibi remitteretur, quando illi perpetui sibi hostes essent, nec Romanorum amici eorũve ditionis facti adhuc essent. Consultus de his senatus censuit reddendũ Samnitibus foedus secũdũ eorum postulata. Responsumque legatis est per populũ Ro. non stetisse, quin pristinũ inter se foedus perpetuũ esset & inuiolabile. Nec quum belli sua culpa cõtracti Samnitẽ poeniteret, obstari quo minus amicitia recõcilietur, quod ad Sidici-

Foed⁹ Sãnitib⁹ reddit.

nos attineret, nihil intercedi quo minus Sãnitibus pacis & belli liberum esset arbitriũ. Foedere iterũ icto, postquam Romanus exercitus inde abduct⁹ est annuo stipẽdio frumentoque in triũ men-

siũ alimoniã accepto.Ita eñ fuerat consul pactus,ob id inducias hostibus datas,quoad ꝑ lega-
tos de pace ageret.Sãnites Romano bello soluti,cõfestim Sidicinos noua obsidione repetunt,q
quũ suis viribus stare nõ possent,essetq́ haud procul vt iã hostis eoꝝ vrbe potiret,tũ demũ de
dẽtes sese a Romanis auxiliũ ĩplorãt:ea deditio vt sera vltimaq́ necessitate expssa,a Romanis
nõ est recepta.Sidicini spe Romani ꝓsidii abiecta,ad Latinos q iã dudũ in armis erãt,cõfugiũt. Sidicini La
Latini Sidicinos cõplexi,cõfestim legiones trãsmittunt in Sãniũ,iungũt se iis Campani suæ in tinoꝝ sunt.
Sãnites irę magis q̃ Romani beneficii memores.Fœdatus est Sãniticus ager populationibꝰ,ac
sæpius etiã certatũ,qbus prædiis etsi superiores fere Latini fuerant,ne sępius dimicandum esset
haud inuiti ex hostico excessere.Legati ab Sãnitibus Romã missi,qui quererent ea se Romano
rũ fœderatos pati,q̃ ne hostes quidẽ antea passi essent.Satis Romanos habere , ꝙ de Sidicinis Samnitiũ
& Campanis victoriam sibi eripuissent,abstinerent saltem ea iniuria , Samniticum nomen ne querelæ.
ignauissimis populis lacessendũ dederẽt:Arcerẽt Latinos & Cãpanos,q Romanę ditiõis essent
Samnitiũ finibus,vel coercerent potius armis,si minus imperio parerent.Responsum est Cam
panos vellent nollent qeturos,in Latino fœdere nihil positum esse,vt cũ qbus velint bellare nõ
possint.Id respõsum Cãpanos a Romanis metu alienauit,& Latinos ad apertã defectionẽ fero
ciores reddidit.Principes ipsius gentis ꝑ speciẽ belli in Sãnites cõparãdi consilia inter se cõferẽ
tes Romanũ bellũ agitare,accedereq́ his cõsultationibus Cãpani recẽtissimi beneficii imme
mores.Cæterũ vt res Romana cõmodius oppugnaret,placebat Sãnites prius debellare.Huius
modi cõsilia indicio Romã delata,haud legitimo comitioꝝ tpe expectato,cõfestim noui creant
consules T.Manlius Torquatus & P.Decius Mus.Hoc anno Alexãder Epiri rex magni Alexã
dri auunculus in Italiã classe appulit:Causa accessus & eiꝰ belli euẽtus,loco haud multũ diuer Consules.
so explicabit.Romani etsi defectio Latinoꝝ nulli erat dubia, Decem tñ eius gentis pricipes Ro
mã accersunt,velut de Sãnitico bello cũ his acturi,sed vt corã potius cognoscerent,q̃ illi ani
mo cõsilia agitarẽt.Fuere in his L.Annius Setinus & L.Numitius Circẽsis Latinoꝝ prętores,
ambo ex Romanis coloniis,q ꝑter Velitras,ipsam Romanã coloniã,Volscos etiã ad bellũ conci
uerant.Hoꝝ Annius priusq̃ Romã ventum sit,multa in Latinorũ concilio ferociter locutꝰ,au
thor fuit suis,vt a Romanis peteret,si in fœdere vellẽt Latinos ꝑmanere,vt alter consul iã ĩde
Latini nõis crearetur,& par senatorũ numerus ex eadẽ gente,vt ex æquo Latini cũ Romanis Annii oro.
uiuerent.Monstrare interea nullũ vnq̃ fuisse tẽpus, quo Latini vetus seruitutis iugum faciliꝰ
excutere potuissent,q̃ tũc,quũ Cãpanos,Sidicinos,& Volscos secũ haberẽt, floreretq́ Latium
quũ opibus,tum militari iuuentute.Stulte quidem & segniter nimis facturos Latinos si non si
bi libertatẽ vindicarent,quã illi taciti concederent.Negata iam antea ex fœdere auxilia,tacitũ
tulisse Romanos,intulisse arma suis auspiciis Latinos finitimis,nec ab illis bello interdictũ. Re
ceptos in fidẽ Sidicinos,Campanos alienatos,Samnites multis cladibus affectos,nec ab Roma
morũ esse quicq̃.vnde putarent esse eam Romanoꝝ modestiã,nisi ex cõscientia suarũ virium?
Satis cõpertũ se habere,Samnitibus eorũ fidem implorãtibus,haud fateri ausos, Latiũ sub Ro
mano esse imperio.Iturũ se,si ita omnibus videret,atq́ cõmuni Latinorũ nomine ea se a senatu
& po.Ro.non minori animo postulaturũ,q̃ ibi in suoꝝ conspectu postulanda censuisset . Ma
gno quidẽ assensu & fauore Annius auditus est,iussusq́ ea Romæ agere ac dicere,quæ ex Lati
ni nominis dignitate fideq́ ipsius essent.Vbi igit̃ in Capitolio stetit,ibi eñ datꝰ est Latinis Se
natus,ac T.Manlius consul ab his peteret,ne Latini bello Sãnites incesserent, Tẽpus erat ĩqt Latinorum
Annius T.Manli & patres conscripti,iã nihil vos pro imperio nobiscum agere,cum Latium ar postulata.
mis & viris potens videretis,Sãnites a nobis victos,Sidicinos nostræ ditionis factos, quũ Cã
pani & Volsci nobiscũ sint,quũ vestrę etiã coloniæ Latinoꝝ imperiũ vestro prętulerint.Nunc
qm̃ vos regno finem non imponitis,poterat Latiũ se ipsum armis in libertatem asserere,sed ne
non aliqd consanguinitati a nobis datũ putetis,visum est qñ vires ipsæ ęquatæ sunt æquas vo
bis conditiones pacis afferre,vt cõsul alter ex Latio creetur,alter etiã senatus ex æquo vtrinq́
constituat,fiatq́ ex duobus populis vnus,vna respu.& qđ vtrisq́ bene vertat,sit sane hæc pa
tria,omnes Romani vocemur.Tanta animorum indignatione,ĩprudẽtissima est Annii vox au
dita,vt Mãlius cõsul iureiurando affirmauerit,si tanta patres demẽtia caperet,vt a Setino ho
mine senatus leges accipet,cũ ferro se in curiã venturũ,atq́ ibi quẽcunq́ Latinum offendisset
hostiliter interfecturũ.Exprobrata igit̃ Latinis perfidia,acceptorũq́ beneficiorũ obliuione,cõ
festim iussi sunt curia excedere.Annius quũ & ipse concitato aĩo tumultuose se e vestibulo tẽ Annii Seti
pli ꝓperet,lubricitate scalarum lapsus,ita grauiter saxũ ceruice offendit,vt sopitꝰ sit. Alii ex ni casus,

animatū dixere,qđ omen ad eius belli euētū ptinere est visū. Nec id reticuit cōsul curia egref sus,pdicans se Latinorum legiones ita prostraturū,vt iacentē legatum videret, quæ vox a populo excepta,tantū ardoris animis iniecit,vt cōtra ius gentiū legati violandi fuerint, nisi a cōsule missi essent,q illos extra fines prosequerent. Bellū magno ordinū consensu in Latinos decretū. Cōsules duob9 exercitib9 cōscriptis,p Marsos & Pelignos in Samniū profecti,adiūcto Sāniū exercitu,ad Capuā,quo iam Latini & socii cōuenerāt,castra locant. Ibi vtrique consuli eadem per quietē obuersata species,viri statura augustiore humana habituque maiore dicentis,ex vna acie imperatorē diis manibus,ex altera exercitū deberi,vtrius exercit9 imperator se sup hostiū cateruas deuouisset,eius populi victoriā fore. Cōferūt inter se cōsules nocturnū illud oraculū victimasque vterque cædit ad irā deū auertūcādā. Hic cū aruspicū respōsa cōceptæ aio religioni responderent,inter se cōparant,vt vtrius cornu prius inclinasset,sese pro patria deuoueret. Cæterū ne volūtariæ mortis causa ignoraret,essetque pinde ducis iterit9 militib9 terrori, Legatos & Cēturiones occulte cōsilii hui9 faciūt participes,& qa cū Latinis res futura eēt,gēte,lingua, morib9,armorum genere,Romanę perq simili,edictū est,ne qs extra ordinē ī hostē dimicaret. Forte accidit vt inter cęteros turmarū pfectos,qui omnia circa explorare iussi erant, T.Mālius cōsulis filius cū suis turmalibus ad tumulū castris hostiū imminentē processerit. Is vbi ad iactū teli in hostiū cōspectu ītetit,estque ab hoībus diuersæ stationis agnitus (vulgo eñi viri illustres inter se noti erant) Genutius Metius Tusculanus vir īter suos genere & militia clarus paululū a statione pgressus ecqd cauillabundus ait,eo ne cōsilio huc Manli venisti, vt vna Romana turma aduersus Latinos & socios cōfligeres? Quid cōsules interea? Quid consulares exercitus agēt? Aderūt inqt Malius consules nō multo post,aderitque cū his Iuppiter ipse,vltor fœderis a vobis violati,& si ad Regillū lacū ad satietatē vestrā maiores nostri pugnauere,hic quoque efficiemus ne acies vobis & collata nobiscū signa,multo plus sint cordi futura q tū fuerint. Ad ea Genutius vis qñ dies ista expectanda est,qua tāto conatu exercitus moueatis,vt mecū īterim cōgressus experiamur quātū Latinus Romano,Romanusve Latino virtute pstet? vt ex vni9 breuis pugnę euentu decernat,quale sit copiarū oīm futurū certamen? Ibi Manlius seu ira impulsus,seu qa pudebat certamen detrectare,consularis īperii oblitus, præceps in certamē ruit,equitibus cæteris velut ad spectaculū summotis,aduersi ambo in se cōcitāt equos,& quū īfestis cuspidibus cōcurrissent,Manlii cuspis sup galeā hostis elapsa est,Metii trans ceruicē eq,inde sublato equorum circūactu infestius congressi,Mālius īter aures Metiani equi spiculū defixit, ibi sauciu equus,quū anterioribus pedib9 arrectis,iactatione capitis sæuiret,Metiū ad terrā excussit quē parma cuspide innixū,dū in pedes a graui casu conat assurgere, Manlius a iugulo percussum,vt p costas ferrū emineret,terræ affixit. Legit inde iacentis spolia,multaque suorum lætitia in castra est ad patrem reuersus,ignarus interim imminētis fati,parūque neglecti imperii memor. Postq igit est ad ptoriū ventū,vt omnes inqt iuuenes scirent Manli pater,me vere tuā esse pgeniē,equestria hęc ad te spolia retuli,ex cæso hoste capta. Consul filiū auersatus confestim cōcionē aduocari iubet,quę vbi frequens ante prætorium stetit, Tum ille,quando inquit T. Manli neque cōsulare īperiū,neque patriā maiestatē reueritus,aduersus nostrū edictū extra ordinē pugnasti,quantum in te fuit,soluisti disciplinam militarem, qua Romana res ad hūc diem stetit: adduxisti me certe in eā necessitatem,vt aut reipu.me obliuisci oporteat,aut (quod sati9 erit) ingenitæ charitatis in filiū,triste exemplum,sed nostrę ciuitati in posterum salubre,erim9. Ego morte tua sanciēdū cōsulare imperium cēseo,nec si quid in te nostri sanguinis est,recusabis,qn militaris disciplina,q per te soluta est,tua in integrum pœna restituatur. Tantum ille effatus lictor inqt deliga ad palū. Defixit omniū animos pauore sæuum imperium,non aliter q si in se virgæ & secures expedirent. Metu proinde magis q modestia tota cōcio quieuit,tenuitque mœstum illud silentium,quoad sanguis recisa ceruice fusus est. Tum libera comploratio coorta,lamentari vulgo infelicissimam iuuenis sortem,patremque authorem supplicii vt impium execrari. Corpus Manlii milites,rogo extra vallū instructo,quanta funeris celebritate fieri potuit,cōcremarunt. Manliana īperia,quia ille tam seuere in filium animaduertisset,non tantum in præsens tempus,sed ad posteros horrenda,tristiorisque exempli extitere. Fuit deinceps pugna,q cū hoste cōmissa est,ciuili bello similis,adeo omnia præter animos Romanis Latinisque in acie conformia fuere,in prima acie hastati erāt,quindecim manipulis inter se parū distātibus,& in his leuis armaturæ milites,q hastas tantū habebant & gesa. Principes ide post hos locati robustioris ætatis, Hi scutati omnes,insignibusque armis instructi. Erat id. XXX. manipulorum agmen

Bellū Latinis indicit. — Oraculum. — Mālii filius cōtra imperiū pugnat — Mālius victor i castra reuertitur. — Māli9i filiū capitaliter aiaduertit. — Imperia Māliana. — Ordines aciei.

Antepilanos appellabant.Postremo loco quindecim ordines locati erant.Habebat ordo sexcētos Antepilani
milites & duos centuriones.Vnusquisq; ordo in tris diuisus erat partes,quarum vnamquanq;
primūpilū vocabāt. Hastati igitur omniū primi pugnam inibant,qui si hostem profligare ne-
quissent, mediis ordinū interuallis retro abeuntes inter prīcipes se recipiebāt.Erat tum princi- Principes.
pū certamen,quos hastati nuper pugna egressi sequebantur.Triarii sub vexillis considentes si Triarii.
nistro crure porrecto stabant,scuta innixa humeris,hastas surrecta cuspide in terra fixas tene-
bāt,velut vallo quodā septa inhorreret acies,si apud prīcipes parū ꝓspere dimicatū eēt,a prīa
acie ad Triarios retro abibāt,inde puerbiū vulgo percrebuit,quū in re aliqua laboraretur: Res Adagium.
ad Triarios rediit.Triarii cōsurgētes,hastatis & prīcipib⁹ īter ordinū interualla receptis,den-
so agmine hosti occurrebāt,terrori erat noua repēte acies oculis oblata,ac cęteris multo horri
dior.Habuit vexillū,qū eo venimus,vt eius rei mentio nuper sit facta.CLXXXIII.milites,Or Vexillum.
do vero sexcentos.vtpote,qui tria haberet vexilla.Legio ea tempestate qua hæc gesta sunt qna Ordo.
hominū milia,quum a principio quaterna habuisset.Postremo ex senis milibus & amplius fa- Legio.
cta est.Et Romana acies ita stetit aduersus hostē eo die īstructa,neq; a Latinis qui tum hostes
erant quicq̃ variatū,vt non vexilla cum vexillis solum,sed hastati cum hastatis concurrerent,
principes cū principibus,centuriones cum centurionibus. Haud procul radicibus Vesuuii ꝓ- Vesuuius
liū commissum: Est is mōs in Campania,mari incubans,vitifer,memorabili incendio insignis. mons.
Manlius dexterū cornu,lęuum Decius tenuit.Primo concursu pari est ardore dimicatum,mi-
lites hostiū impetu degrauati,se ad principes receperunt.Decius consul ad Mar.Valeriū con-
uersus,Deoꝶ (inquit) Valeri auxilio res Romana indiget.Age nunc Ro.Po.Pontifex præfa-
re carmen,quo me ꝑ legionibus deuoueam:pontifex illi prętextā togam primo induxit,ide ve Decius se
lato capite manu subter togā ad mentū exerta,sup hastas pedibus subiectas stātē dicere iubet deuouet.
Iane pater,Mars,Quirine,Bellona,Lares,Diui Nouensiles & indigetes,Diui quorum est pote- Votiua ver
stas nostrorū,hostiūq;,Dii manes,vos ꝓcor,veneror,veniam peto,vti Populi Ro.Quiritiū vim ba.
victoriāq; prosperetis,hostesq; populi Ro.terrore,formidine ac morte afficiatis. Ego sicut ver-
bis nūcupaui,ita pro republica Quiritiū,legiones,auxiliaq; hostium mecū diis manibus deuo-
ueo.Hęc ita ꝓcatus lictores ire ad collegā iubet,ac nūciare se iā deuotū esse,quod credo ideo fa
ctū ne casu aliquo ille quoq; se deuoueret,atq; ita exercitus ducibus spoliat⁹ maius aliqđ dis-
crimen adiret,ipse Gabino ritu cinctus armatus in equū insiluit,seq; in medios hostes īmisit,&
Latinis & Romanis lōge augustior hūano,& quasi cęlo demissus repente apparuit, ita oīs ter- Turbat ho
ror pauorq; cū illo ī hostes delatus,Latinorū signa primo turbauit, mox tota acies pculsa,qua stium acies
cūq; ille eq īpetu ferebat,haud secus q̃ pestifero aliquo sidere icti hostes pauitabāt. Ad postre-
mū eo cadente cōsternatę Latinoꝶ cohortes fugā ea parte fecerunt. Non possum hoc loco,qđ Vanę super
sępe alias feci,non mirari illius sęculi amentiā,ꝙ in re tam seria nō cernerent viri illi digni alio stitionis ex
qui,qui media ambulassent luce,hæc malorū dæmonum ludibria,vt de Decio nil dicam, q cha probratio.
ritate patriæ adductus,aut laudis cupiditate se hostibus perimendū obtulit,vtrūq; eīm excusa
ri potest:Quid alii?an tantū delirare oportuit,vt crederēt eū,qui se dęmonibus solenni ꝓcatio-
ne addixisset,eundē potuisse alios secum deuouere,vt eo cadēte,necesse fuerit & eos cadere, in
quos nullū ius haberet?Qua occasione recepta,ne legiōes quidē armare opus fuerit, neq; ferro
decertare,si quantūuis magno prælio Romani,vel vno milite amisso, defungi potuissent. Sed
hic aliqs.Satis constat Decii decursu turbatos esse hostiū ordines.Turbati sunt fateor, sed nō
ita fugati,vt signa desererent,qđ Liuius demōstrat.Nec in Decio pręter ferrū quicq̃ timere po
tuerunt,qppe quē deuotū nesciebant,q̃q̃ si id quoq; sciri potuisset,religionis opinio,nō vis dæ
monū aliqua obfuisset.Neq;.n.licet cuiq̃ deuouere,qđ non ꝓprii sit iuris, qū ista ratione facile
ab vno quouis hoīm potuerit humanū gen⁹ exterminari.In quo illud adhuc magis detestabi-
le fuit,ꝙ cōsuli ex dirę supstitiōis īstituto,vt Liuius scribit,liceret nō se tātū,sed quēuis ex suo
exercitu,cū legionib⁹ hostiū deuouere.Qui si casu aliquo seruatus esset,tū signū septem pedes Quid si de
altū,aut maius in terrā defodi oportuisse,piacularemq; ibi hostiam mactari,vbi signū esset de uotus serue
fossum,Romanū magistratū eo descendere nefas fuisse. Qui sese deuouisset vt Decius,ni mori tur.
cōtigisset,neq; publicū sacrū pure faceret amplius.Cęterū terrorē & fugā illā Romana virtus,
vt sępe alias,fecit,q̃ iā antea hostibus haud ignota,nō potuit nō esse formidolosa. Illud potius
crediderī,malū aliquē geniū,Cōsules nocturna specie deceptos,ad id facinus īpulisse,vt maior
cędes ex ea deuotiōis forma orirer,& vt nō solū Deci⁹ sed Decii etiā fili⁹ sic piret,dign⁹ vterq;
quoꝶ phamā oīs celebret posteritas,ꝙ ꝑ patria vitā abiecisset.Mālius audito collegę īteritu,

Manlii pie- lachrymis tẽperare nõ potuit. Verũ q̃a diuersa p̃te pugna instaurata nũciabaẽ,paululũ addu-
tas in colle- bitauit,an Triariis ad cõsurgẽdũ signũ daret, ratus tũ cõducibiliꝰ id subsidiũ ad extremũ cer
gam. tamen seruare,accẽsos a nouissima acie ante signa procedere iperauit. Id Latini cõspicati,Tria
rios nõ accẽsos eos esse rati,statim & ipsi Triarios in primã aciẽ p̃ducũt,q̃ quũ aliquãdiu Iani
pugna seipsos fatigassent,p̃fregissentq; hastas,aut ferrũ hebetassent,pulsis ad extremã aciẽ Ro
manis,quũ se p̃lio defunctos Latini arbitrabanẽ,Romani exercitus Triarii,signo a consule ac-
cepto,recẽtes in fatigatum hostem impetum faciunt,armorũ fulgor & acies eximprouiso coor
ta hostem p̃cellit,perturbantq; hostium principia,ora hastis ferientes,cæsoq; primo virorũ ro-
Latinorum bore per alios manipulos velut inermes vadunt intacti,tantaq; strage disiecti sunt hostium cu
strages. nei,vt vix quarta pars hostilis exercitꝰ supfuerit. Iuuere nõ nihil Samnites Romanã aciẽ,q̃ sub
radicibus montis ad terrorẽ hostiũ steterant instructi. Latini ex fuga se Minturnas recepe.pri-
ma victoriæ laus penes ipsos duces fuit,quorũ Decius se deuouerat,Manlius ita strenue fuerat
in acie versatꝰ,vt Latini & Romani apta p̃dicatione post pugnã testati sint,vtriꝰ partis T.Mã
lius dux fuisset,eã haud dubie vincere oportuisse. Decii corpus postridie cooptũ telis inter ho
stiũ cumulos reptũ,collega,q̃ ornatissimo potuit apparatu,funerauit. Exibat Lauinio Miloniꝰ
p̃tor cũ magnis Latinorũ copiis vt suis auxilio iret,quũ nũcius acceptę cladis est eo platus,tũ
ille dixisse ferẽ,p parua via magna est merces Romanis soluenda. Quidã authores fuere,Sãni-
tes & ipsos,post cõmissum p̃liũ,Romanis affuisse. Paucis ide diebꝰ,Numisii ĩpatoris sui ductu
vno delectu habito,nihilo minore exercitu Latini ad Trifanũ iter Sinuessã & Minturnas Ro-
mano cõsuli occurrũt,ibi prius q̃ locus castris caperet,sarcinis in mediũ cõiectis, recẽs p̃liũ est
cõmissum,quo adeo res hostiũ sũt accisę,vt Latini noĩs ciuitates vltro sese dediderint. Eã de-
ditionẽ Cãpani secuti sũt. Vtriq; agro mulctati. Latinus ager & Phalernꝰ, q̃ Cãpani popl'i fue
Cãpani & rat,vsq; ad Vulturnũ flumẽ Romanę est plębi diuisus. In Latio bina iugera,tria ĩ Phalerno, q̃a
Latini agro lõgius distaret,singulis data. Latinorũ Laurẽtes & eq̃tes Cãpani,q̃a a Romanis nõ desciuissent,
mulctantur extra norã fuere,renouatũq; cũ Laurẽtinis antiquũ fœdus,atq; ita ĩstitutũ,vt quotannis reno
uareẽ. Cãpanis eq̃tibus ciuitas data. Mãlio Romã veniẽti seniores tãtũ obuiã processere: iuuen
tus ipsa,q̃a filiũ occidisset,& tũc q̃dẽ,& in omni vita tãtũ virũ est postea auersata. Cũ Antiati
bus q̃ in Hostiẽsem agrũ excursiões fecerãt,bellatũ est nõ nihil post Torquati reditũ,L.Papyrii
Consules. Crassi dictatoris ductu,sed nihil ĩterea gestũ q̃d memoria fuerit dignũ. Cõsules secuti,T.Æmy
lius Mamercus & P.Philo. Hi Latinos dolore amissi agri ad rebellãdũ ĩpulsos,priꝰ acie victos
castris exuerũt,sed dũ Philo,cuiꝰ ductu & auspiciis fuerat pugnatũ,cęteros Latinos recepit in
fidẽ,Æmylius Pedũ oppugnat. Tuebanẽ Pedanos Pręnestini,Tyburtes,& Veliterni,aderãt il-
lis ex Lauinio quoq; & Antio auxilia,his p̃lio victis dum ad Pedũ & alias socias hostiũ vrbes
circũagit exercitũ,audito collegæ triũpho,ipse quoq; Romã cupiditate laudis,infecta prouin-
cia,decessit. Negantibꝰ triũphũ patribus nisi Pedũ vi captũ,aut deditũ esset,adeo Æmylius est
a patribus alienatus,vt in reliquũ tẽpus anni,non minus fuerit nobilitati infestus,q̃ Philo,qui
plæbeius erat. Nec cõtẽtus illa insectariõe,quũ ob Latii motũ dictator dicẽdus eẽt,Æmyliꝰ,cu
ius tũ fasces erãt,Philonẽ collegã suũ dictatorẽ dixit,pactꝰ credo cũ eo priꝰ,vt populares leges,
Leges popu q̃ postea latę sũt,dictator ferret. Legũ q̃ latæ sunt vno capite sancitum,vt plębiscita oẽs ciuita
lares. tis ordines tenerẽt. Altero vt legũ q̃ centuriatis comitiis ferrenẽ priꝰ patres authores fierẽt q̃
populus in suffragia mittereẽ. Postremo vt cẽsorũ alter ex plębe creareẽ. Persuasũ fuit patribus
maiorẽ domi cladẽ eo anno,ob inuisas leges,acceptã,q̃ foris bellica esset opa quæsitũ. Erãtq; iã
Consules. cõsules L.Furius Camillus & C.Nęuius. Latini q̃ ira adẽpti sibi agri oĩa prius ferre poterãt,q̃
ociũ & q̃etẽ,in nouãdarũ rerũ erãt occasionẽ erecti. Oppugnabãtq; iã cõsules Pedũ,q̃d ĩ Æmy
lii cõtẽptũ patres,nõ solũ captũ,sed etiã euersũ volebãt. Tyburtes & Pręnestini suppetias Peda
nis tulere,diuersa p̃te Aricini Lanuuini Veliterni & Antiates ad Asturã fluuium castra fece-
rant,quos Næuius exĩprouiso adortus fudit. Camillus interea,facta ex Pedo subita eruptione
atq; exercitus parte ĩ fugã ĩclinata laboriose aliquãdiu hostẽ sustinuit,inde ĩstaurato p̃lio non
solũ aduersam aciẽ p̃culit,sed oppidũ etiam admotis scalis vi cepit. Nec secũdũ eam victoriam
prius quieuere cõsules , q̃ vniuersum Latiũ partim vi,partim volũtaria deditione,subegerint.
Præsidiis inde oppidatim relictis ambo Romã reuersi,magno oĩm consensu,de Latinis trium-
pharunt. Additus triũpho perrarus ea tẽpestate honos,vt statuæ equestres sint illis in foro po
sitæ. Inde Camillo de Latii statu referente,ne Latini nouis assidue defectionibus populũ Roma
nũ sollicitum haberẽt,aut penitus tollẽdos cẽsere,aut q̃d satius videreẽ,in ciuitatem ascisceñ

dos,quādo id demū firmissimū esset imperiū,quo subiecti gauderent populi. Decreuerunt pa-
tres,vt p meritis cuiusq ciuitatis,illis suū beneficiū ipertiref:Lanuuinis itaq ciuitas data est,
suaq illis sacra reddita,vt ędes lucusq Sospitę Iunonis Lanuuio municipio & Romanis cōmu- Iuno sospi-
nis haberef.Aricini,Nomētani,Pedani eodē iure quo Lanuuini ī ciuitatē asciti.Tusculanis ser- ta.
uata ciuitas,quā antea adepti fuerant.Veliterni,quoniā sępi⁹ rebellassent,grauius mulctati,eo Latii status
rū muri disiecti.Senatus Romā abductus,iussusq trans Tyberim habitare.Quibus clarigatio cōstituitur.
esset ad mille passus cis Tyberim.Qui dēphensus fuisset,tā diu in vinculis haberef,donec mul
ctā psoluisset.In senatorę agrū noui sunt coloni ex vrbe missi:Antiatib⁹ ciuitas data est,naues
adēptę,matiq interdictū.Tyburtibus & Prenestinis ager ex parte adēptus,nec tantū ob recēs
crimen,sed qa populi Romani odio cū Gallis gente efferatissima,socia iūxissent arma.Cęteris
Latinis cōnubia,cōmercia,& cōcilia inter se adēpta. Cāpanis equitib⁹ Fundanis & Formianis
ciuitas sine suffragio data.Cumanos & Suessulanos eiusdē iuris cui⁹ Capuā esse placuit. An
tiatiū naues quędā sunt in nauale subductę, alię incēsę,quarū rostris suggestū est in foro ex
cultū,id tēplum rostra ob eā remdixerūt.Latii rebus ī hūc modū cōstitutis,iā pacate Romani Rostra.
agebāt,quū C.Sulpitio Lōgo & P.Elio cōsulibus bellū inter Sedicinos & Auruncos est ortū. Consules.
Aurūci qa a T.Mālio fuerāt in deditionē accepti,auxiliū ab Roma petiuere.Iussi consules Au
runcis opem ferre,q prius q̄ eo venissent cū exercitu,nūciatū est Aurūcos,relicta patria,popu-
lariter pfectos,Suessam muniuisse.q res fuit ī causa,vt iā inde sit Suessa Aurūca dicta. Veterē Aurunca
Aurūcā quā illi reliqre,Sidicini funditus deleuerant.Senatus cōsulibus iratus, φ Aurūcis se- Suessa.
ro opē tulissent,Dictatorē dici iussit.Claudius Regiliensis ab his dictus,religiōe ab augurib⁹
iniecta,φ vitio creatus esset,se magistratu abdicauit.Eo anno Minutia vestalis viua sub terrā Minutia ve
ad portā Collinā dextera via est defossa.Scelerato cāpo nomē loco factū.Fuit idē ann⁹ apd Ro- stalis viua
manos īsignis,φ P.Philonē primū e plębe praetorē habuit.Cōsulib⁹ inde L.Papyrio Crasso,& defoditur.
Cęsone Duellio cū Ausonū gēte bellū fuit.Cales oppidū Ausones tenebant,iunxerantq cū Si Praetor ple
dicinis arma,vterq populus vno leui plio est a Romanis fusus.Caeterū,quando Sidicini adeo ī beius.
festo erant in Romanos animo,placuit id bellū non intermitti.Interim M.Valerius Coruinus
& M.Attilius Regulus cōsules fiūt,dataq Sidicinorū prouincia extra sortē Coruino,q victo-
re exercitu a veteribus consulibus accepto Cales duxit,ibi hostes plio congredi ausos egregie
vicit,inde Cales oppugnat.Tantus erat militū ardor,vt scalis muro admotis p ęqua & iniqua
conarenf in arduū euadere,sed cōsuli res difficilior visa,q̄ vt temere milites in apertū vitę discri
men adirent,tantisper abstinēdū censuit,donec vineę & turres muro admouerenf. Interea M. Fabius vin
Fabius Romani sanguinis,q ab Ausonib⁹ captus in vrbe custodiebaf,ruptis vinculis ex muro culis libera
hostiū se reste dimisit.Is ad cōsulis psentiā constitutus,author illi fuit,vt Calenos vino & epu tur.
lis festo die sopitos,repēte adoriref.quo facto haud maiore est certamie oppidū captū,q̄ Caleni
acie fuissent nup victi.Calib⁹ captis ac direptis consul Romā rediit, Calenūq triūphum egit. Cales capiū
Inde ambo consules ī Sidicinos duxere,q priusq̄ Roma pficiscerenf, Dictatorē dixere ad comi tur.
tia cōsularia habēda L.Aemyliū Mamercū.Creati primis comitiis consules T.Veturius & Sp. Dictator.
Posthumius. Gerebāt interea bellū Coruin⁹ & collega aduersus Sidicinos,sed dū illi foris agūt
Romę triūuiri creati sunt ad Coloniā Cales deducēdā,nec ita mlto post noui cōsules Sidicino
bello adhuc residuo a veterib⁹ exercitū acceperūt,q Sidicinos fines ingressi,quū late oīa po-
pularētur,rumor percrebuit Sānites a Sidicinis ad arma cōciri,quae res effecit,vt cōsules autho-
ritate patrū P.Corneliū Ruffinū dictatorē dixerint.Qui vitio creatus se magistratu abdicauit.
Creati sequenti anno cōsules L.Cornelius iterū & Gu.Domiti⁹. Hi Gallici belli phama ciuita
te pculsa,dictatorē dixere M.Papyriū Crassum . Et iam dictator coeperat summa cura delectū
habere,quū exploratores ad id missi,oīa ex Gallia pacata retulerunt.Samniū interea suspectū
Romanis erat,eaq suspitio in causa fuit,vt Roman⁹ exercit⁹ nō sit hoc anno ex Samnio abdu
ctus:Samnites Alexandri Epirensis bellū in Lucaniā traxit,ibi duo populi aduersus regem ex- Alexander
cursionē a Pesto facientem acie conflixerunt.Fuitq ea pugna Alexāder superior, victorq pacē Epirensis.
cū Romanis fecit.Sic Liuius.Ego,quia nihil hostile in Romanos rex egerit,foedus id fuisse po
tius crediderim.Tribus Metia & Scaptia hoc anno veteribus additę,& Acerranis ciuitas sine Trib⁹ nouę
suffragio data.Infamis inde annus secutus M.Claudio Marcello & T.Valerio Flacco siue Po-
tito,vt alii scripserūt,cōsulib⁹,quo multi ex primorib⁹ patrū simili morbo & euētu mortui es-
sent,ancilla qdā ad Q.Fabiū Maximum aedilem Curulem venit,causamq eius cladis pditurā
se pfessa est,si fides sibi daretur,id indicium apd dominos haud futurū sibi noxę. Fabius re ad

conſules delata,a conſulibus ad ſenatũ,ſide,cõſenſu ordinis,indici data,patefactũ eſt muliebri
fraude eam cladẽ accidere,multas eſſe quæ in virorum perniciem coquerent venena,ac ſi ſecũ
Romanę ve — eant,fore,vt multę veneficio occupatæ deprehenderentur.Miſſi qui ancillam ſequerentur. Hi
neficæ. — quaſdam medicamenta coquentes,apud alias recõdita inueniũt: Quibus in forum delatis,vi-
gintiꝗ numero matronis,apud quas id pharmaci genus fuerat dephenſum,publice accerſitis,
& in his Cornelia & Seruilia patricię gentis,ꝗ quũ ſalubria eſſe contenderẽt,ab cõfutãte ĩdice
bibere iuſſæ,ſpatio ad colloquẽdum ſumpto,inter ſe locutæ,id haurire ſtatuũt:medicamẽto in
Veneficæ — cõſpectu populi epoto,ad vnã interiere.Inde ad CLXX.eiuſdẽ ſceleris cõuictę,capitali ſũt ſup
puniuntur. — plicio affectę.Atrocitas rei,qa ad eã diem in nullã fuerat veneficii anquiſitum,prodigii eſt lo-
co habita,velut alienatis furore mẽtib9 id flagitiũ perpetrari cõtigiſſet.Dictator creat9 eſt figẽ
Claui fixio. — di claui gratia,ꝙ eo olim piaculo mens plębis diſcordia alienata cõpos ſui demũ facta,& ad cõ
cordiã reuocata eſſet.Clauũ Gn.Quintilius Mineruæ poſtibus affixit.Cõſules poſtea fuere,L.
Conſules. — Papyrius Craſſus iterũ & L.Plautius Venox.Sub initiũ hui9 anni a Volſcis Sidicinis & Lu-
canis legati Romã venerunt,Romani populi fidem implorantes,dedẽteſꝗ ſe & ſua,vt ab Sam
nitiũ iniuria defenderent. Secundum eam deditionẽ iuſſi ſunt Samnites per legatos ab dedi-
torũ finibus abſtinere.Obtẽperatũ eſt a Sãnitibus,nõ qa pacẽ vellent, ſed ꝙ ad bellum res eoꝝ
nondũ erant inſtructę.Priuernates interea Fundanis in ſocios aſcitis.Romana in ſe arma ver-
tũt.Qui Vitruuii Fũdani ductu Setinũ agrũ,Norbanũ,& Coranũ effuſa populatiõe vaſtarũt.
Hos Papyrius cõſul vix explicata acie fuſos caſtris exuit,exutos Priuernũ cõpulit. Plautius al
ter cõſul Priuernatẽ agrũ late populatus,in Fũdanũ trãſiit:Fũdani Romano fines trãſcendẽti
ſupplices occurrũt ,orãtꝗ ne a ſua ciuitate exigerẽt pœnas eoꝝ,ꝗ Vitruuius hõ facinoroſus
Fundanorũ — cũ paucis ſuæ factionis,priuato,non publico cõſilio,in ſocios populi Romani feciſſet.Eã culpã
deprecatio. — procul a Fundana ciuitate abeſſe.Priuerni eſſe Po.Ro.hoſtes,ibi inueſtigandos, armiſꝗ perſe-
quendos,non Fundis,ibi Vitruuiũ & alios Vitruuii ſimiles,belli ſedem habrre. Scelrſtiſſimos
hoĩes quoquo modo oppreſſos,ſuæ demũ perfidię pœnas expẽdere oportere,vt ſibi non patrię
deliqſſe viderẽtur.Fũdanis pacẽ eſſe,beneficiũꝗ Ro.po.ꝙ ciuitate donati eſſent,grata memo-
ria tenere.Romanoꝝ eſſe vrbẽ,agrũ,ipſoꝝ corpora,cõiugum,liberorũꝗ ſuoꝝ,ipſi viderent an
inſontẽ ciuitatẽ,paucoꝝ ciuiũ ſcelere,maiore aliqua vrlint clade affectam,vnum ſcire ſe,nullã
ſibi iniuriã tã acerbam inferri poſſe,quę publicũ ſit ſtudiũ ciuitatis a Romanis alienatura.Lau
dati ſunt a cõſule Fundani,iuſſiꝗ bene ſperare,ipſe Romã ſcripſit,Fundis omnia ſe pacata ĩue
niſſe,Priuernũ inde belli ĩpetũ auertit. Quidã authores ſunt,priuſꝗ̃ conſul pacẽ Fundis reddi
diſſet,in capita cõiurationis eſſe animaduerſum,trecentoſꝗ & quinquaginta ex cõiuratis Ro
mã miſſos,eãꝗ deditionẽ patres non recepiſſe,qa plębeio ſanguine Fũdanus populus pręſenti
vellet ſupplicio defungi.Obſidebãt Priuernũ duo conſulares exercitus , quũ cõſulũ alter inde
Romã ad habẽda comitia eſt vocatus:crebreſcebat in dies Gallici belli phama,quo cõtigit,vt
Conſules. — noui cõſules L.Æmylius Mamercus & Gn.Plautius iuſſi ſint cõfeſtim inire magiſtratũ,parti-
riꝗ inter ſe prouĩcias.Mamercus,cui Gallicũ bellũ forte obtigit,decreto patrũ nouũ cõſcripſit
exercitũ.Opifices & ſellularii,genus hoĩm parũ alioq militiæ aſſuetum,inauthorati, adeo non
ſemꝑ eius gentis motus non Romanis formidoloſi fuere.Proceſſit conſul Veios vſꝗ,inde intẽ
tius explorãs qua ꝑte eſſet hoſti occurſurus.Cęterũ quũ qeta oĩa ex Gallia nunciarent,omnis
Priuernum — vis belli Priuernũ cõuerſa eſt,oppidũ paucis diebus captũ,muriſꝗ nudatum.Vitruuius ibi ca
captũ mu- — ptus Romæ capitali eſt ſupplicio affectus.Eius ædes ꝗ in Palatio fuere diruendas cenſuit ſena
ris nudat. — tus,bonaꝗ obſcuro genio cuidã q Semoni Iani noĩe aduerſus Quirini ædem colebat,conſecra
uit.Hoc anno,ſiue,vt plures aiũt,eo q ꝓxime præceſſit,equoꝝ carceres in circo ſunt conſtitu-
ti.Plautius de Priuernatibus triũphũ egit.Mox vero quũ Priuernatiũ cauſa in curia cognoſce
tur,legatoꝝ vnus a quodã infeſtiſſimo ſenatore rogatus,ecqdnã Priuernates meriti eſſent?re-
Reſpõſum — ſpondiſſe fert,qđ & illi q ſe dignos libertate cẽſerẽt. Tũ a cõſule rogatus,quid ſi vobis pœnam
Priuernatis — remittimus,qualis a vobis pax expectanda eſt?Perpetua inqt & fidelis,ſi bonam dederitis:ſi ma
lã,haud diuturna.Apparuit vt libere ita vere id dictũ,qñ pax nuſꝗ̃ fida,niſi vbi fuerit volun-
taria:vbi ſit ſeruitus,fidẽ ſperari nõ oportere.Atꝗ ita ex authoritate cõſulis,latũ eſt ad popu
lũ,vt ciuitas Priuernatibus daret.P.deinde Plautio Proculo & P.Cornelio Scapula cõſulibus
Viſceratio — nihil memorabile eſt domi foriſve geſtũ, niſi ꝙ viſceratio populo data eſt a M.Flauio ĩ funere
quid ſit. — matris.Sũt q cõuiuiũ fuiſſe interꝑtent.Ego ſcio hodie in quibuſdã locis Romę circũiectis,ve-
teri inſtituto corbes ſuillæ carnis aut bubulæ,in ęqles partes cõciſæ,oſtiatim circũferri,inibiꝗ

dispensatores singulis domib9 frustũ carnis vnũ,in defuncti alicuius memoriã inferre. Adiicitur interdũ siligineũ panẽ & vini sextariũ. Palæpolitani Sãnitiũ societate freti hostiliter interim Cãpanũ Falernũq; agrũ inuasere. Fuit Palępolis haud pcul Neapoli, eadẽ gẽs vtrãq; vrbẽ habebat Cumæis oriũda, Cumani ipsi a Chalcidẽsib9 fuerũt & Cumæis ex Eubœa insula pfectis. Res patrio more a Palæpolitanis repetitæ, nõ modo nõ redditæ sunt, sed legati etiã q ad id missi fuerãt, minacissimũ a Græcis tulere respõsum. Erant tũc cõsules, L. Cornelius Lẽtulus & P. Philo: Palepolis pūincia Philoni euenit. Cornelius cũ cætero exercitu missus est, q Samnites obseruaret, quorũ societas iam dudũ parũ fida haberi cœperat, & iam rumor erat magistratuũ iussu in Samnio accuratissimũ delectũ haberi, Fundanosq; & Priuernates ad defectionẽ sollicitari. Mittunt pinde in Samniũ, qui mot9 ipsi9 gẽtis ex pximo cognoscerẽt, haud qdem Samnites laturi videbant, q̃ Romani Fregellas oppidũ Sãnitici agri occupassent, & quũ Roman9 legat9 cognitionem de ea re nihil grauate Populũ Romanũ ad socios delaturum diceret, ad ea Samnitiũ duces, quin inquiũt in Campano agro poti9 armis nõ verbis, rẽ ipsam decernamus. Proinde inter Capuã & Suessulam vtrinq; velut ex cõdicto cõferam9 castra ferro decreturi, verũ Romani an Samnites Italiã ĩperio regãt. Romani ad ea tantũ responderũt, ituros se quo sui ĩpatores nõ quo hostes ducerẽt, ac cũ his digressi apertũ cũ Sãnitibus bellũ domũ renunciant. Philo interea castris inter Neapolim & Palępolim locum ceperat, ademptoq; hostibus commercio, vtranq; vrbem ãcipiti bello premebat. Cornelius in castris dictatorẽ dicere iussus, M. Claudiũ Marcellum dixit, qui magistratu se abdicare est iussus, quia diceret vitio creatus. Criminari rẽ Tribuni plebis, fraudeq; eã calumniam religionis iniectã a patribus prędicare, quia Dictator plæbeius esset. Haud quidẽ videre se, quid vitii inesse potuisset, q̃ cõsul noctis silentio de more Dictatorẽ dixisset, nec extare q eũ sedentẽ viderit, aut dicentẽ audire potuerit, q auspicia dirimeret, nec si quid vitii in castris cõsuli euenerit augures id scire potuisse, quum ille nec publice, nec priuatim scripsisset aliquid. Obtinuerũt tamẽ patres, vt res ad interregnũ rediret, ac tũ demũ quartodecimo interregno creati sunt consules L. Æmylius & C. Petilius. Hoc anno Alexander Epiri rex est in Lucania interfectus. Accitus ille in Italiam a Tarentinis Dodonei oraculi sortibus iussus erat Acherusiam cauere, Pãdosiãq; vrbem. Ibi fatis eius terminum dati. Hæc illi causa fuit in Italiam maturius transmittendi, vt procul esset a Pandosia Epiri vrbe, & Acheronte eiusdem fluuio, quem ex Molosside fluentem in inferna stagna accipit Thesprotius sinus. Cæterum fatali necessitati humana pūidentia nõ repugnat, ruitq; sępius fugiendo in ipsa fata. Vicerat sæpe acie Alexander Brutios & Lucanos, ceperatq; vi Heracleam & Consentiam ex Lucanis & Brutiis, Sipontum & Eriniam, aliasq; Messapiorum & Lucanorum vrbes. CCC. interim illustribus familiis in Epirum pro obsidibus missis. Interea tris haud procul Pandosia vrbe tumulos ad Lucanos & Brutios fines infestandos cõmuniuerat, atq; inde quaq; versum hostes infestabat. Assidui etiam imbres adeo interiacentibus campis inundauerant, vt exercitu trifariam intercluso, nulli aliis ferre auxilium possent. Eam occasionem amplexi hostes. Alexandro opem suis ferre nequeunt, duo præsidia expugnant, inde ducem ipsum magna copiarum parte exutum obsidione cingunt. Erant ex Lucanis exulibus circa Alexandrum circiter ducenti, hi pacto occulte cum suis reditu, regem se aut viuum aut mortuũ, ĩ eorũ potestatẽ daturos pollicentur. Interim rex ipse magnũ facinus ausus per medios hostes cum delecta manu erumpit, ducemq; Lucanorum cõminus congressum obtruncat, contrahensq; suos in vnum, denso globo ad amnem peruenit, cuius pontem vis aquarum nõ multo antea discusserat. Hic quum incerto vado transitum meditaretur, miles labore fessus nomen fluminis regi abominandum forte protulit, iure inclamans Acheron nominaris, quę vox auribus excepta, ingentem regi dubitationem iniecit, an fluuium transiret. Eum ita cunctantem Sotinius minister admonet, Lucanos q̃rere locum insidiis, quos vbi ille respiciens in se ruere animaduertit, exerto gladio in fluuium defluit: iam equus eum in aduersa pene ripa statuerat, quum Lucanorum vnus veruto transfixit. Eũ labentẽ aquarũ impetus hærente hasta in hostium præsidia exanimẽ traxit. Ibi fœda corporis laceratio facta, medioq; præciso partem Consentiã misere, alterã ad ludibriũ seruatam, quum saxis & iaculis diutius incessissent, postremo mulierculę condonarunt, quæ vt virum & liberos q captiui apud hostes erant reciperet, cremati corporis ossa Metapontum ad hostes transmisit, vñ ad vxorem Cleopatram sunt & Olympiadem sororẽ missa. Erat hæc magni Alexãdri mater, q eodem anno, quo auunculus in Italia periit, ipse vt Liuius scribit in Ægypto Alexandriam condidit. Curtius post Dariũ bis victum id accidisse ait. Est igitur pprius hic locus, vt q̃ ille magno in terra Gręcia successu, etsi illa sunt prius gesta, inde multo maiore in Asia & toto oriente gessit,

Palępolis. Consules. Samnitium responsum. Dictator. Consules. Alexandri Epirotę gesta. Acheron in Italia & Epiro. Alexandri Epirotæ interitus.

Alexandri magni indoles.

ordine referent. Sed gerendarũ rerũ magnitudo quãta olim futura esset, in eo adhuc puero argumenta extiterũt, quippe q clarissimis Philippi pfis rebus inter æquales haud obscure doleret, fassus nihil sibi & illis gerẽdũ qđ ad laudẽ ptineret a patre relictũ iri, quũ interim nullã voluptatũ illecebrã sed tãtũ pugnas arderet, gloriã cõcupisceret. Rogat⁹ aliqñ ab æqualiũ vno, an in Olympico agone libens decertaret, libenter qdem respondit, si mecũ ibi reges certaturi essent. Quũ forte Philippo absente Persarũ legati in Macedoniã venissent, accepit eos Alexander viriliter hospitio, nec aliũ interim cũ his sermonẽ habuisse ferẽ, q̃ de Persici regni statu, de itinerũ longitudine, & situ locoꝝ, q̃ res in causa fuit, vt quũ neq; humile qcq̃, neq; puerile sciscitaref, altissimũ ingenium Persę in puero demirati, Philippi grauitatẽ & prudẽtiã, priusq̃ cũ eo cõgressi essent sint reueriti.

Equus Alexand.

Emerat Philonicus Thessalus equũ Philippo ferocissimũ. XIII. talẽtis, quẽ sua ferocia intractabilẽ, primus oĩm Alexãder ascẽdit, spõsiõe prius cũ pfe facta, fore, vt quẽ alii tractare nõ auderẽt, ipse breui mãsuetiorẽ redderet. Obseruauerat equũ sua vmbra exterreri. Statuit itaq; adolescẽs eũ ad solẽ cõuersum, ide iubã lenit demulcẽs cũ q̃drupes pflatu & capitis quassatiõe adhuc fremiret, reiecta paulatim chlamyde, illũ repente cõscẽdit. Sed quũ multa puicacia cõscensus tractari nõ posset, cuperetq; pceps abire, effusis in collũ habenis adactisq; calcarib⁹, ingenti clamore cõcitat in cursum. Ibi q̃ lõga planities vltro citroq; ad satietatẽ exagitatũ, Philippo & aliis stupentibus, mitiorẽ reddidit.

Philippi verba de Alex.

Tum pater eum amplexus, I fili inqt, & aliud tibi regnũ quæras, nam te Macedonia nõ capit.

Aristoteles.

Cæterum quum bellicoso esset ingenio, haud tñ scientiam & liberales artes est aspernatus, nota est vox eius ad Aristotelem, cupere se magis singulari disciplina q̃ potestate præstare, quã in Aristotele quo vsus est præceptore, adeo mirabatur, vt eum non minus se amare q̃ patrem sępius prędicaret. Homeri Iliadẽ rei militaris viaticum vocabat. Per hæc & alia ingenitæ virtutis argumenta adultus, Philippo eo modo quo diximus extincto, viginti iam annos nat⁹ regnum adeptus,

Alexã. rex.

quia varii animorum motus ab initio regni extiterant, quibusdã de recuperãda libertate occulta consilia agitantibus, aliis militiã finire cupiẽtib⁹, nonnulli etiã facem regalibus nuptiis accensam, in regum rogis conuersam ferebant ægerrime, graui ad exercitũ cõcione vsus, primum omnium militem in spem maximam erexit, inde rerum omniũ immunitate præterq̃ militiæ Macedonibus data, prudentiæ sibi opinionem & benignitatis ingentem conciliauit, vt vulgo prædicarent corpus hominis in rege mutatum non virtutem. Inde paternam cædem vlrus: incertum, pietatem secutus, an ne patricidii, quod rumor erat, videretur conscius, quicunq; cędis illius fuerunt participes victimarum more ad eius sepulcrum iugulari fecit. Lincistarum fratri vni duntaxat pepercit, ob adepti nuper regni auspicium, ab eo enim primo fuerat Rex salutatus.

Dux Græcię Alexan.

Ex Macedonia non multo post in Peloponnesum pfectus, Corinthi exẽplo patris Dux Gręcię declaratur, mox vt Asiaticum bellum a patre inchoatum facilius exequeretur, in Triballos mouit:

Triballi.

ne post se gẽtem vllam Macedonum rebus infestam relinqueret. Sedes habuit ea gens ad Istrum, cuius regem Syrmium, quum prælio vicisset, premeretq; eam terram armis, repente ex Græcia

Demosthenis mendacium.

affertur Thebanos, Athenienses, & Lacedęmonios ad Persas defecisse, Demosthenem clarũ Athenis oratorẽ, & qui Philippi patris rebus semp fuerat infestus, auro a Persis corruptũ authorẽ fuisse tam subitę defectionis. Qui pręter eloquentiam qua plurimum polleret, mendacio vsus diceretur, ꝙ in concione quendam produxisset, qui affirmaret interfuisse se prælio quo Alexander in Triballis periisset, se quoq; vulneratum diceret, esse Macedonum copias ibi occidione occisas. Plutarchus nunc puerum, nunc adolescentem, inter agendum a Demosthene in contemptum appellatum scribit. Alexander ad primũ defectionis nuncium citato agmine in Gręciam contendit, medio transcursu Thessalos hortatus, vt in fide permanerent, maternę necessitudinis cum ipsa gente ob Æacidarum genus admonitos. Athenienses audito regis accessu per legatos veniam precãtur, quibus grauiter increpitis remisit bellum. Alexander inde Thebas adortus, venia cum libertate pposita, Phœnicem & Prothitem inquietioris status authores sibi ad supplicium dari poscebat. Thebani contra conditionem aspnati Philotam & Antipatrum Alexandro charissimos iubebant sibi ad supplicium dari, vnaq; Gręciæ ciuitates ad libertatem hortabanẽ. Alexander ita accensus suos ad pugnã instruit, nec Thebani etsi nũero pauciores congressu abstinuerũt. Atrocius ab his q̃ pro numero dimicatum, magnumq; hostibus negocium iniecerant, sed a Lacedęmoniis, qui arcem pręsidio adhuc tenebant, a tergo circũuenti, sunt in medio cæsi, vrbs inde capta est.

Thebæ capiuntur.

Phocenses, Orchomenii, & Plateenses Alexandri partes secuti, Thebanorũ supbiam, & vetera ciuitatis scelera in scęnis celebrata, in mediũ afferẽtes, facile cõsecuti sunt, vt Alexander de eius vrbis excidio deliberans, militi diruendam dederit, pręter sacerdotes, & Pindari poetę stirpem, &

Diruuntur. Thebæ.

paucos, Macedonū hospites, dissuasoresq́ defectionis, cęterā multitudinē sub corona vēdidit. Ad triginta milia numero vænüsse dicunt. Diripuerūt Thraces Timoclię matronæ clarissimę domū, ipsiq́ p vim stuprū intulerant. Tū Thracū Dux eā seorsum accersitam rogat, vbi domesticū aurū occuluisset, demōstraturā se locū illa, si secū eat in hortos, vbi multū auri deiectū esset, pollicet. Barbarus auri cupidus eo se cōfestim duci imperat, quo vbi ventū est, illeq́ puteo incubās (is em̄ locus ab illa fuerat demōstratus) quū intētius imas partes oculorū acie scrutaret, a tergo ipulsus in caput pessum corruit. Timoclia multis supne lapidib9 cōiectis, priusq̄ subueniri potuisset, stupri iniuriā vlta est. Thraces, dolore amissi ducis, Timocliā atrociter vexatā, velut ad certum supplicīū ad regis cōspectū statuūt. Hic ille mulieris aspectu permotus, quærit quænam sit fœmina? Tū illa sororē se fuisse ait Theagenis, q in Cheronia imperator, structa aduersus Philippū acie p Græciæ libertate occubuisset, inuictū mulieris aīm, clarūq́ facinus miratus Alexāder, eā cū filiis in libertatem restituit. Athenięses etsi cū Alexandro nup fœdus sanciuerāt, Thebanorū excidiū adeo iniquo aīo tulerunt, vt mysteria q̄ rite per eos dies erant celebranda sint prętermissa, ac si q Thebanorū cōfugerāt, contra regis edictum, comiter & humane accepti sunt. Sed tantum abfuit vt eo nomine Alexandrū infestiorem habuerint, vt eius pmissu iā inde Athenienses res Græciæ publice curare cœperint, estq́ regiæ huius clementię Plutarchus author. Trogus ita Alexandrū ea cōtumacia offensum scribit, vt Atheniēsibus iterum bellum indixerit, quod illi suppliciter deprecati, ea cōditione veniam impetrauerint, vt defectionis duces & oratores dederētur, atq́ in eo a rege temperatum, vt Ducibus in exiliū actis, oratores in ciuitate sint retenti. Exules ad Dariū profecti, non paruū momētum rebus Persicis attulerunt. Gręcię rebus in hunc modum compositis, Alexāder solenni Grecorum conuentu aduersus Persas est imperator declaratus. Hic miratus ille q́ inter plurimos philosophos, qui officii causa sibi præsto affuissent, Sinopēsis Diogenes nō adesset, pro magno habuit negocio eum cōuenire. Diuersabatur ille iam grādis natu in Cranio Corinthi, quo quum Alexander venisset, eum inuenit ad solem apricātem. Diogenes tam celebrem comitatū ad se venire intuitus, paululū resedit, mox rege familiariter salutato, quū ab eo rogaretur, an cuiusq̄ esset rei indigus, paululū inquit te vestigio facesse, ne solem mihi adimas, ridentibus qui cum Alexandro erant, stultam Diogenis securitatem, q́ regiam maiestatē nihil veritus loco sibi cedere iussisset, conuersus ille ad suos, Ego profecto inquit nisi Alexander sim, libēter esse vellem Diogenes. Cōsulturus Delphicū oraculū, quū a Pythia sub primum accessum inuictus appellatus esset, eo fretus omine, nihil vlteri9 sciscitatus, ad exercitū rediit. Multa dicunt illi in Persas pficiscenti pdigia oblata, in quibus illud maxime fuit memorabile, q́ Orphei statua q̄ ex cupresso Libethris fuit, sub ipsius accessum multo manauit sudore, quo pdigio cęteris exterritis, Alexander bene sibi sperandum dixit, fore interpretatus, vt ea expeditio multum laboris esset poetis, & cæteris rerum scriptoribus allatura. Quantas ille secum copias ad id bellum traxerit, varie, vt video, traditur: qui minimū dicunt triginta peditum milia & quinq́ equitū in Asiā traducta memorant, qui plurimum, quadringēta peditum milia, equitum quadraginta. cæterum quantuscunq́ ille fuit armorū apparatus, nam ob tantā belli molem non potuit non mirificus esse, adeo certā spem victoriæ secū tulit, vt triginta dierum cibaria, si vera Aristobolus tradidit, & septuaginta duntaxat in stipendium talenta Macedo habuerit, quū in Asiā trāsmisit. Nauim cōscēsurus aliis amicorū alia tradidit, portoria, villas, prædia, quibusdā etiā oppida distribuit. Perdicas ab eo sciscitatus, ecquid regi superesset? spes inquit. Tū ille, hæc & nobis commilitonib9 cōmunis est, atq́ cū his prædiū sibi assignatum restituit. Hellesponto copiis traiecto, Ilium ascēdit Mineruæ sacrificaturus: ibi quum circa Achillis statuam vnguēto delibut9 de more cucurrisset, felicem illū appellauit q fidū in vita amicū, mortuus Homerū sortitus esset vatem suarum rerū præconem. Rogatus cum vrbem circuiret, an Paridis Citharā vellet videre, Achillis inquit mallem, qua ille fortissimorum hominum cantauit gesta. Ilio cum exercitu digressus, ad Granicum amnem habuit hostem obuium. Est Granicus Phrygiæ fluuius qui magna ex parte per Adrastię campos, in quibus est pugnatum, decurrens inter Esapum & Priapum Hellesponto funditur. Fuit Priapus oppidum ad mare & portus, Milesii qui Abydum & Proconesum tenuerūt condidisse credunt. Obsederant itaq́ Dariani præfecti aduersam fluminis ripā, cū maximo copiarum apparatu, quum pfunditate fluminis, tū riparū asperitate freti. Alexander suos intuitus periculo loci deterritos, cum septemdecim equitum ordinibus fluuiū ingressus, p sagittas & tela exaduerso coniecta, aquarū impetu laboriose perdomito, in vlteriorē ripam ad hostem euasit, ibi Persę, ne spatio quidem ad cogendos ordines Macedonibus dato in egressos hostes superne decurrūt

Timoclię facinus.

Alexan. clemētia in Timocliam.

Alexā. clementia in Atheni.

Diogenis & Alexā. congressus.

Statua Orphei.

Copiæ.

Achillis statua.

Alexā. verba.

Granicus.

Priapus.

Alexa. virtus.

Pugna ad Granicum flu. — Erãt Alexãder quũ pelta, tũ galeę pulchritudine insignis, duabus candidissimis pennis vtrinq; as surgẽtibus. Spitridates illũ & Thrisaces Dariani duces vno tẽpore inuadũt: Macedo eorũ altero declinato, Thrisacẽ petit, qui thorace munitus diffracta Alexandri hasta violari non potuit. Spi-
Alexan. piculum. — tridates ex obliquo inuectus Alexandrum in aliud certamen intentum, nam hasta diffracta gladium continuo strinxerat, supra galeã percutit, tãtaq; vi est bipẽnis adacta, vt altera ala defracta ipsa galea pene cesserit ictui. pstrictaq; fit ferro cęsaries, & iã in alterũ vulnus Barbarus surrexerat
Clytus. — quũ medius a Clyto transfigitur, Alexãder & ipse nihilo segnius suo prælio defungit, Thrisace letali vulnere ad terrã deiecto. Erátq; per hæc iã equestre pręliũ constitutũ, quũ Macedonũ phalanx traiecto amne pugnã ingressa, cõfestim fugam fecit. Gręci q règis stipendia faciebãt, ꝑximũ tumulũ occupãt, vñ Alexandri fide ĩplorata sese tueri conati sunt. Eos Rex non mõ non recepit, sed oĩm primus per aduersum tumulũ furenti similis inuectus in mediũ agmẽ irrupit, quo certamine Bucephalas, vt quidã scribũt, equus per ilia traiectus cõcidit, q eo loco steterãt ad vnũ occidione occisi sunt. Sexcẽta milia Persarũ eo ꝓlio fugata scribit Trogus. Sed tot hominũ miliũ Darium postea secuta Plutarchus ꝓdidit, viginti peditũ milia qđ satis cõstat, & duo equitũ cęsa di-
Macedonũ victoria. — cuntur quũ ex Macedonibꝰ quatuor dũtaxat, & triginta cecidissent, & in his nouẽ pedites qbus totidẽ statuas Lysippi opus Alexãder eo loco cõstituit, misitq; quũ aliis Gręcorũ hostiũ exuuias,
Spolia in Græciam missa. — tũ Atheniẽsibꝰ clypeos trecẽtos, qbus dedicãdis id carmẽ adhiberet. Alexãder Philippi & Græci absq; Lacedęmoniis hęc ex incolis Asię Barbaris. Pateras adhęc preciosiq; apparatꝰ alia multa eo ꝓlio quęsita, ad Olympiadẽ matrẽ trãsmisit habenda. Attulit ea victoria magnum Alexãdri rebꝰ monumentũ: post vnam felicem pugnam Macedo Sardibus est potitus. Erat is locus caput maritimi Barbarorum imperii. Miletum inde & Alicarnassum vi occupat, cætera voluntaria est dedi-
Tab. fatales — tione adeptus. Fuit Lyco amni pons ad Xanthiorum oppidũ impositus, in quo æneę tabulę fuisse dicebantur, in quibus incisæ erant literę, Persarum imperium a Gręcis olim euersum iri. Tabellæ cum ponte excussę aliquanto antea q̃ ad Granicum pugnatũ sit, in amnis aluetum concide-
Marsias. — rant. Interfluit Lycus Celenas proximo monte ortus, Marsias tãdiu nuncupatus quoad ipsi vrbi
Lycus & Caper flu. — infusus, per eam euoluitur. Mox inde egressus quũ iã maioribus aquis auctus fluere incipit, Lycus nominatur, liquidus fluit, eiusq; color placido mari similis. Strabo Cadmum ait montem appellari, vnde Lycus labit, & alterũ Cadmũ noĩe in eodẽ mõte ortũ, plurimũ sub terra fluere. Lycũ ipsum & Caprum in Męandrum vno ferme loco cadere, non procul a Laodicea. Tabularum phama Alexander permotus, quum aliquãdiu dubius stetisset, in quam potissimum partem flecteret victoriæ cursum, ad dexteram conuersus, omnem oram maritimam a Lydia vsq; in Phoeniciam, mira celeritate subegit: inde Phrygia ad leuam modico negocio recepta, sola Celenarum arx in mora fuit, in qua recipienda quum plures essent dies consumpti, in ea castra affertur, Alexandrũ Lincistarum Antipatri quem Macedoniæ præfecerat, generum suo regno insidiari, quo nuncio commotus Alexander aliquãdiu dubius fuit, an de eo supplicium sumeret: at veritus ne qs in Macedo-
Gordium. — nia motus sequeretur, in vinculis habere tutius visum est. Celenis inde receptis Gordium vrbem quã Sãgarius amnis interfluit, nõ tã prædę spem vllã q̃ oraculum secutus inuasit. Distat id oppi-
Vbi Asia angustissima. — dum paribus spatiis a Pontico & Cilicio mari, qua parte est angustissima Asiæ inter duo maria intercapedo, & veluti isthmus quidam, in eo fuit Gordũ Midæ patris iugũ cũ fatali nodo. Vetus erat oraculum, fore, vt qui eum nodum soluisset, is Asiæ imperio potiretur. Vrbe capta, Alexan-
Nodus Gordii. — der tẽplum Iouis ingressus, vbi loramenta illa cũ iugo asseruabant, impatiens longioris morę victor ferocissimus nodum gladio circũcidit, quoad occultiora capita intrinsecus solubilia fint facta. atq; ita vel elusit oraculi sortem vel impleuit. Erantq; iam res Macedonum in aperto victorię cursu, quum Darius tam multis Alexandri successibus aliis sup alios perculsus, oĩni pręfectorum administratiõe reiecta, qñ eorũ pluribus in bello cura, omnibꝰ fortuna defuisset, suo ductu & auspiciis iã inde rem gerere constituit. Fuit is Darius haud ab eo oriũdus qui post Cambysis impe-
Darius. — rium sublatis magis Persarum est regno potitus. Artaxerxes enim qui fuit Darii illius nepos, quiq; de regno cũ Cyro fratre disceptauit, ex centũ quindecim vxoribꝰ & pellicibꝰ plures habuit filios, quorũ tres iusto erãt matrimonio nati, Dariꝰ, Ariarathes, & Ochus. Darius maximus natu
L. filii ab Artaxerxe interfecti. — pręter Persarũ morẽ, vbi nisi cũ morte regis imperiũ nõ mutat, a patre adhuc viuo regio est fastigio collocatus. Cęterũ ille post insuetũ paternę pietatis exemplũ, cũ. L. fratribꝰ quos cogitati sceleris socios sibi asciuerat, capitales patri insidias instruit. Nec causa minus scelesta, q̃ consilium ꝙ
Vñ Dariꝰ ortus. — Astasiam paternarum pellicum vnam insigni forma ab eo non impetrasset, interficiendi patris consilium ceperat incestus filius: Cæterum sceleris conuictus, cum fratribꝰ nefariæ cõiurationis

cōsciis,cognati parricidii poenas,diis paternę maiestatis vltoribus,dedit.Interfectę cū his vxores
& liberi,ne vestigium tanti sceleris extaret vllū.Ochus igitur in regnum successit,qui domesti-
cas insidias veritus,cognatorum sanguine & strage regiam domum foedauit, atq; per hęc omni
suspicione liberatus bellū Armeniis intulit.Erat in his castris Codomanus homo manu prōpeꝰ. Codomanꝰ
Is ex puocatione in pugnā magno cū fauore pgressus,caeso hoste suis victoriā attulit,Persarūq;
laudē senescētem in pristinā gloriā restituit.Id pręclarū facinus Ocho materiā prębuit Codoma
ni Armeniæ præficiēdi, eo deinceps extincto magno omniū consensu ex pfecto Persarū est Rex
declaratus,Dariiq; nomē,ne quid regię maiestati deesset,est ei datū.Hic igitur, Macedonū bello
petitus,quū eorū vires in dies magis augerent,priusq̄ incēdiū in regni viscera penetraret,hostiū
conatibꝰ occurrendū ratus,accuratissimū ex toto regno habuit delectū.Sexcēta hominum milia
sub eius signis fuisse Plutarchus scribit.Curtius totū fere orientē ait ad arma cōciratum.Copias
Xerxis exēplo.X.miliū hoim loco ad tēpus parato in Mesopotamię cāpis Darius est dimēsus, q̄
cū iactabūdus a Caudemo Atheniēsi(erat is Alexādri iussu Athenis delectus)quęsiuisset, an ta- Darii Co-
lis exercitus satis ei videret ad Macedonū opes pferendas, tū ille magis vere q̄ opportune docuit piæ.
non in auro & in multitudine,sed in virtute militū cōsistere victoriā. Aperuit inde durā & seue-
ram Macedonū militiā,peritiāq; & virtutē in plio.Hortari pinde vt id aurū ad fortiorē militē ex
Gręcia cōducēdū Darius cōuerteret.Cuius verba nō aliter q̄ omen quoddā infaustū Barbarus
auersatus,etsi miti alioqui tractabiliq; erat ingenio,iussit tamen hominem ad supplicium corri- Caudeus
pi.Rapior inquit ille ad mortem vtilia suadens,sed video mortis meæ vltorem paratum. Tu qui ad supplici
dem licētia regni subito mutatus,documentum eris posteris,vt qui magnæ se fortunæ permise- um rapitur
rint naturā primo suam dediscant.Sera deinde poenitentia subiit regem, veraq; eum prædicasse
cōfessus,sepeliri iussit,Timoclemq; Mentoris filium iuuenem impigrū perigrinis militibus præ-
fecit.Suis inde cū copiis profecto,ipsa imminentiū malorū species duplici est illi insomnio repræ-
sentata.Macedonica phalanx primo illi igne depasci visa est,vt Plutarchus memorat.Curtius ca- Insomnia
stra ipsa magno fulgore collucere regem imaginatum prodidit,& mox paulo Alexander ad se ad regis.
duci visus est sibi ministrare,ea amictus stola qua ipse vti consuesset,quum regi seruiret. In eadē
figura variat itidē Curtius,qui Darium ait per quietem vidisse Alexandrū ad se adduci eo habi
tu quo ipse rex salutatus fuerat,equo deinde per Babylonē vectum,ac cum ipso equo repente ex
oculis abductum.Fuit haud dubie diuinatio illa præsagientis animi.Cæterum pestis regum te-
terrima adulatio effecit,vt nō solū non incoepto destiterit rex,sed maiore etiam fiducia in hostē
ire sit ausus,cōiectoribus totū schema alio,q̄ sentiebāt,deflectētibus.Adiiciūt & aliud omen, Da Adulatio
rium,quum primum regnare coepit,Persicam acinacis vaginam mutari iussisse in eam formam, regū pestis.
qua Gręci tempestate illa vtebantur,ac tum Chaldęorū plures vaticinatos,futurum,vt Persa-
rum imperium ad eos transiret,quorum rex esset vaginam imitatus.Ipse tamen vana spe plenus Regii comi
ad Euphratem castra mouit,eratq; regium agmen interea ita instructū,vt ignis quem Persæ sa- tatꝰ forma.
crum & æternum arbitrabātur,argenteis altaribus præferretur.Magi trecēti & sexaginta quin
q; puniceis amiculis velati sequerētur,pari numero dierum,quos apud illos annus habuit.Iouis
inde currū trahebant equi eximii candoris,his solis equi hęrebant insigni magnitudine, auratæ
vestes erant & virgæ aureæ iis,qui illorum sedebāt dorso,nec procul inde vehicula decē auro &
argēto cęlata,quibꝰ.XII.gentium hęrebat equitatus variis armis instructus,proximi ibant Bar-
barico cultu lōge cōspicui.X.milia numero,qui immortales,sed aliter persica lingua nuncupati,
aurei torques manicatæq; vestes,quum auro,tum gemmis distinctę, quindecim milia modico in
de interuallo,muliebri magis cultu,q̄ armis conspicui,cognati regis appellati, mox Doriphoræ
his hærebāt regiā vestem induere assueti,hi regis currum præibāt,quem deorū ex auro ornabāt
simulacra,aureū iugum internitētibus gemmis,duo hinc aurei genii surgebant, aurea in medio
Aquila alas pandēti similis.Purpureis Darius tunicis amiciebatur,albo distinctis,palla superinie
cta cum accipitribus aureis,seinuicē rostro incessentibus,aurea zona cinctus,acinace inde suspen Regius
so,cui gemea erat vagina.Caput cęrulea fascia obuolutū,albo distincta.Post currū.X.milia hasta amictus.
torum,hastæq; argento excultæ,& spicula auro præfixa.Ducenti ferme propinquorū dextera lę
uaq; regi adequitabāt,claudebantq; id agmen.XXX.milia peditum, ac secundū agmen.CCC.
regii equi.Inde stadii interuallo,Sisingābin Darii matrē vehebat currus eximie instructus, & al-
ter mox proximus regiā coniugem.Cętera mulierum turba equis sędebat.Darii liberi cū nutri-
cibus,& spadonū multitudine sequebantur,& cū his.CCCLX.regiæ pellices,& ipsæ regali cul- Pellicum
tu amictæ.Post sexcenti muli,& cameli.CCC.numero,cum regia pecunia, sagittariorū præsidio numerus.

sequente,ppinquorum amicorumq; coniuges pxime ibant,lixarum & calonum greges,leuisq; ar maturae extremum cogebat agmen.Et Darius tali in Macedonē pcessit apparatu,quē aliqs Persicę luxurię ignarus,non exercitū illū ad bellū exeuntē,sed amoenissimi alicui9 secessus comitatū credere potuerit.Omnia in Macedone diuersa,p auro ferrū,p cultu squallor,p ocio solertia,& facere & pati magna tā rex q̃ milites parati.Sed dū Euphratē Darius copias trāsmittit, Alexāder interea Paphlagonia & Cappadocia receptis,Ciliciā petit.Est Cilicia asperi & prupti mōtis circuitu pterq̃ a mari inclusa,ppetuus iugorū ambit9 i duo cornua reductus,theatri pene formam exprimit.Littus inter vtrūq; extēsum p scęna esset,nisi in vastū curuaret̄ sinū cāpestris regio,crebris amnibus planitiem distinguētib9,& in his Pyrrham9 & Cydnus,Corycum hic nem9 croceo foetu olim memorabile,tres angusti ad eā adit9,quib9 modico psidio insessis tuta est regni ab omī hostili incursu.Erat tū Cilicię pfectus Arsanes q audito Alexādri accessu oīa ferro & igni i agris absumpsit,vt in vasta regione hostē cōmeat9 inopia fatigaret.Sed multo tutior futura erat prouincia,si angustias quib9 Macedo intraturus erat,valido prępsidio insedisset,qd̄ bellorum inscitia, aut certe nimio metu pculsus,ac pinde cōsilii inops Barbarus nō fecit.Arsanes paucis in mōtiū angustiis,quas pylas vocāt,relictis ipse ad populandā terrā oēm suarū viriū conatū vertit,tanq̄ totius rei summa in ea sita esset,si nihil hosti ad pdam relinqueret̄. Caeterum qui in psidio erant se ad caedem destitutos rati,ne appropinquantē quidē hostē tulerunt,in nulla re magis Alexander suam miratus est felicitatem,postq̃ loci naturā inspexit,iter angustum vix quatuor armatorum capax,dorsum mōtis viae prupte & accliui multis intercurrētib9 riuis imminet,quo fit vt paucissimi multa hominū milia non remorari solum,sed lapidibus etiam superne deuolutis obruere potuerint.Macedo angustiis potitus,copias Tharsum admouit.Et iā Persę adorti erāt vrbem incēdio absumere,sed Parmenionis interuētu ad hoc ipm inhibendū cū expeditissima manu missi fugatis hostib9 Tharsenses psenti sunt clade seruati.Tharsum Cydnus mediam interfluit, in Tauro monte haud pcul ab ipsa vrbe ortus,atq; in Cilicium mare apud Rhegma stagnū euoluit̄.Campestri est loco Tharsus sita, Argiuorum opus,qui Io Inachi filiam quaerentes,cū Triptolemo his locis consedisse dicunt̄. Erat tum anni aestas , quum hostibus inde deiectis,Alexander sudore & aestu fessus,lucido aquarum nitore,placidoq; fluminis allapsu inuitatus,positis vestibus in cōspectu agminis nudatum corpus gelidissimis mersit aquis,pulchrum in duce exemplum ratus leui & parabili cultu corporis esse contentum.Mirum hic accidisse aiūt,subito horrore natantis membra diriguisse,palloremq; secutum toto ppemodum corpore vitali calore destituto,expiranti similem ministri nec satis compotem mentis in tabernaculum deferunt,moeror & luctus ingens inuasit vniuersum exercitum,dolere simul ac miserari regem omni aetate & memoria clarissimum medio victoriae cursu non bellico casu,sed lauacro lucidarum aquarum mollissimo extinctum iri,sed suum fortuna alumnum , quem ad immortalitatem nominis extulerat haud passa est diutius iacere.Vbi vis illa grassantis morbi paululum remisit,coepit ipse sibi constare,medicos ad subitam curationem vrgere.Enimuero Darius iam quinq; dierū itinere aberat. Satius igit̄ ratus strenue mori,q̃ tardius conualescere necessitatem medicis imposuit curationis pcipitandę.Id eo amici grauius ferebant,q fama erat Darium mille talenta interfectori pposuisse,neq; medicis pceps quicq̃ placebat,ne si pter spem aliquid euenisset in crimen verteret̄, insontesq; p sontibus ad supplicium raperent̄.Vnus in his erat Philippus Acarnam,qui Alexādri ad huc pueri curam a patre creditam habuerat.Is pollicitus est se operam daturum,vt potione vna continuo rex morbo leuaretur.Iubet eam Alexander subito parari,arma enim & acies pene in cōspectu esse,& aduentantis hostis fremitus aures circumsonare.Interea Alexandro libellus a Parmenione reddit̄,in eo erat scriptum,vt rex sibi a Philippo medico caueret, quem sciret a Dario mille auri talentis,sororisq; aut filiae connubio corruptum.Commotus Alexander aliquandiu secum anceps deliberauit , an Philippi curationem repudiaret,inde satius ratus,alieno scelere q̃ suo metu,in lecto ab hoste opprimi,Parmenionis epistola puluino subdita medicū expectat, quo demum admisso,lęua manu libellum tenens,poculū intrepide hausit,inde ad Philippū respiciens dat illi epistolā cognoscendā,in quo cū magis signa excādescētis,q̃ exterriti extitissent,oī suspitione eiecta,laetus rex ac spei plenus dat medico dexterā,si dii inquit Philippe pmisissent,quo meū i te aīm experiri velles,hoc certe nō alio modo exptum voluisses. Nec dubiū mihi fuit quin si prius hāc epistolā legisses,minime passus esses bibi a me ob iniectā suspitionem hoc quod dilueras. Nūc video te nō minus de tua fide q̃ de mea salute esse sollicitum.Caeterum dum ille hęc loquitur vis medicaminis interius recepta,ita corp9 afflixit,vt pene facta sit fides Parmenionis idicio

Alexan.exercitus.
Cilicię sit9.
Corycū nemus.
Pylę Cilicię
Tharsus vrbs.
Cydn9 flu.
Ægritudo Alexan.
Philippus medicus.
Alexā.egregiū facinus

nam intercepta voce,anim⁹ vna deficere visus est.Instare Philippus fomentis,ac nūc cibi,nūc vini odore,illū excitabat,medicamēto deinde in venas diffuso,sensim toto corpore est salubritas recepta,ita vt triduo ille in suorum cōspectum veniret.Spectare Macedones nō minus libēter Philippum,q̄ regem,illius dexterā osculari,gratularique simul oēs.Darius factus certior hostē grauissimo morbo decubuisse,& vt in gratiā augeri solēt,quæ grata regibus credūtur,quū modica spe vitam trahere diceretur,vt Macedones intra Ciliciæ angustias opprimeret,quinque dierum spatio Euphrate superato,in eā terrā ire pergit.Erat in Persicis transfuga quidam Macedo noīe Amynthas,is vbi Alexādrum cōualuisse allatū est,& iam sese pugnæ cōparare,Dariū monuit,ne ita ad hostē pperaret,nec pergeret velle in Ciliciæ angustiis dimicare,vbi locorū natura oīa hostib⁹ meliora fierēt,camporum vastitate opus esse,vt hostis persicis viribus vinceret. Probabat id cōsiliū Darius,sed vereri se dicebat,ne Alexāder & hostes inde effugerēt.Mitte inqt Macedo istud timere,Alexāder si recte eū noui non modo nō fugam molitur,sed certum etiā habeo,ita fore,vt cunctanti tibi sit haud multo post cū omnib⁹ copiis affuturus.Darius Macedonis verba aspernatus, nihilo secius in Ciliciam ire pergit.Occupauerat interea Alexāder Solos vrbē,arcique psidio imposito ludos pro salute sua votos Æsculapio & Mineruæ fecit,eo Parmenio præmissus ad explorandos locorū situs venit,q angustiis per quas ad Issum vrbem penetrandum erat, milite infessis,vrbē ipsam a Persis relictā psidio muniuerat,ad Issum proinde castra trāsfert,a quo sinus Ciliciæ oræ vastissimus nomē obtinuit,eratque Parmenio author,vt ibi Alexāder Dariū opperiretur, futuras dictitās auxilio Macedonib⁹ regionis angustias,aduersum tantā vim hominū, quātā secum hostis trahere dicebat.Et iā Dari⁹ erat Ciliciā ingressus,quū Euthimocles qui a Pharnabazo Græcos milites acceperat,regē vt antea Amynthas monuit, ne inuictū alioqui exercitum in arctū cōiiceret,qui retro cōuersus in Mesopotamiæ cāpis hostē oppeteret,vbi Macedonū paucitas circūueniri a pluribus posset.Nō tam regi q̄ purpuratis ea sententia displicebat, criminarique Euthimoclis & Græcorum qui cū eo erāt apud Dariū fidem.Corruptos eos dicere ab Alexādro vt Persarum victoriam quoquo modo possent remorarentur.Censebant proinde Græcorum phalangem cum ipso duce starudam in medio,atque ab vniuerso exercitu telis cōfigendā.Negat Darius se id scelus admissurum,vt milites suam fidem secutos tam fœde trucidaret,neminem affirmans stolidum consilium capite luere oportere.Inde vbi Alexandrū in Cilicia commorari sensit fractos esse dicebat ferocissimos Macedonū spirit⁹,atque ipsi⁹ ducis vigorē cū ipo morbo extinctū. Porro igitur copias admoturus,pecuniam Damasci cum preciosissimis rebus deponi iussit, Matre,vxore,& cæteris domesticis more patrio sequētibus.Ita sane accidit vt eodē tēpore Alexāder ab Isso ad fauces quib⁹ Syria aditur peruenerit,& Darius ad eum locū quē Amanicas pylas vocant,admouerit copias.Habuit Barbarus ab initio persuasum,Alexandrum congressum suum declinare,quæ res materiam illi pbuit,vt postridie quum Macedo iam angustias teneret, sese illi in conspectum dederit,cuius subitus accessus non nihil turbauit Macedonum copias,qui magis itineri q̄ pugnæ parati,arma extemplo expedire coacti sunt.Tum primum ferunt Alexandri fiduciam in sollicitudinem versam,vbi tempus adesse vidit,quo vnius pugnæ euentu,palā fieri oporteba,fuisset ne fortuna sibi p tot successus insidiata,an se tuendum ppetuo suscepisset, oīa ita q intentius curare.Interfluebat Pyrrhamus amnis vtrāque aciem,misitque Darius viginti milia sagittariorum,qui fluuio supato hostem pugnæ intentum a tergo adorirent,aut si fieri posset circūacto ad montes hostibus imminentes agmine subiectam hostium aciem supne inuaderent,ac pcipitem darent.Cæterum ignauia eorum,quibus id negocium est datum,salubre regis consilium fecit irritum.Ipse sic structa acie stetit.Dextrum cornu Nabarzanes tenuit, cum equitatu & viginti sagittariorum milibus,eratque Timocles cum Græcis militibus triginta milib⁹ numero.Validissima hæc copiarum pars, est Macedonicæ phalangi opposita . In læuo cornu Aristomedes Thessalus pcurabat,cum viginti milibus peditum ex pugnacissimis gentibus.Ipsi regi ab eodem cornu dimicaturo tria milia lectorum equitum & triginta peditum inhærebant.Hyrcani inde & Medi equites,& sex milia iaculatorum,funditorumque eos pcedebant.Ingens ptere multitudo stabat matrem & cæteros regis necessarios,velut armorum vallo complexa,eratque regia acies a iugis mōtiū ad mare extensa.Alexander Phalangē,qua nihil erat apud Macedonas validius,in frōte cōstituit.Dexterū cornu Nicanor Parmenionis filius tuebatur,huic proximi stabant Conon, Perdicas,Meleager,Neoptolemus,Amynthas,sui quisque agminis duces.In læuo qd ad mare ptinebat,Craterus & Parmenio sunt curare iussi.Eqtes ab vtroque cornu locati,ante aciē cōstituit funditores sagittariis mixtos,iussit & Cretēses añ agmen ire leui armatura instructos.Parmenioni

Dari⁹ī Ciliciā ppetat.

Alexā.Solos vrbē occupauerat.

Euthimoclis consiliū

Congressus Darii & Alexandri.

Alexandri sollicitudo.

Darii Stratagema.

Persica acies.

Macedonū acies.

imperat vt quātū possit cornu ad mare extēdat, recedatq́ a mōtib⁹, quos hostes, q̄a a rege ꝑmissi fuerāt, iādudū inciderāt, sed illi Agrianorū aspectu, quos Alexāder eis, re antea ꝑuisa, opposuit, cōfestim fugati disiectiq́ sunt, atq́ ita cōtigit, vt pene priusq̄ consertum sit ꝓliū, Macedonū cornu sit metu q a tergo imminebat, liberatū. Vbi igit̄ ad teli iactū ꝓpinquæ sibi acies stetere, Alexāder in primā aciē cōcurrēs, Macedones gestarū rerū futuræq́ gloriæ admonere, futurū, vt ea pugna, si ꝓspere pugnata esset, omniū gentiū imperio potirent̄. Græcos veterū ipsius gētis iniuriarū & q toties Persici reges alienā libertatē oppugnatū venissent. Illyricis & Thracibus rapinę & Latrociniis assuetis, fulgētes in aduersa acie vestes, aurū, aliaq́ ꝓciosa prędæ exposita ostendit, tēpus adesse ait, quo ex inopibus & egenis, si viri sint, diuites & clari fierēt, siue in patriā redire velint, siue captarū regionū amœnitate ꝑfrui, nō defuturā illis facultatē vtrobiq́ laute viuēdi. Et, vt cuiusq́ erat gētis animus, ita aut monēdo aut iritādo ad ꝓliū hortari. Inhibere adhęc ꝓcursum in hostē, ne nimia festinatione fatigaret̄ ſpūs, priusq̄ inita esset pugna, atq́ ita demū terribili clamore a Persis sublato, vtrinq́ ferocissime cōfligit̄. Darius & equites cū ingēti strepitu in lęuū Macedonū cornu primo impetū faciunt. Cupiebat Darius magis equestre ꝓlium fieri, ob Macedonicā phalangē quam inuictam sciebat, & ex altera parte dextrū Alexandri cornu hostiū multitudine circuiri cœperat, qđ vbi Macedo fieri vidit, duas equitū alas ad iugū montis, qua hostē circūagi oportebat, statuit, suosq́ a tergo tueri iubet, cæterosq́ in mediā aciē infert, subductis inde Thessalis equitibus, ipsorū ꝓfectum occulte iubet circuire tergum suorum, Parmenioq́ se adiungere, ne ille vi Persici equitatus obrueret̄, prælium interim tam atrox erat, vt tela hincinde emissa, inter se concurrentia sine effectu caderent, mox vero cōsertis manibus gladios stringūt, atq́ interim ita cohęrebant, vt pes pedi hæreret eques equiti, collatoq́ vtrinq́ gradu, singuli inter se dimicarent, nō timido, nō ignauo cessare licuit, stabāt suo innixi vestigio nec gradū nisi p iacētiū stragem his aut illis promouere dabat̄, strepitu & fragore armorum montes, valles, littus, & omnia sonare & milites in hunc modum dimicabant, at reges ipsi nihilo secius sua militariaq́ obibant munia. Lustrabat sollicita indagine Alexāder, an Dariū adeptus singulari certamine interficere posset, sublimi curru nunc huc, nunc illuc volitantē, opima spolia ex cæso rege quęrens, eum ita vestigantem Oxatres Darii frater intuitus cum equitibus quibus ꝓerat fraternum currum circumsepsit, tum demum ibi atrocior est pugna coorta, clarissimiq́ Persarū Duces, in cōspectu regis fortiter dimicantes occubuerūt Trountes & Sathaces Ægypti ꝓfectus ambo in faciem, vt in aduersum vulnus conciderant, ingens circa illos strages edita, peditum simul & equitum, Macedonūq́ fortissimi, etsi non adeo multi, itidem occubuerūt. Alexandri quoq́ dextrū femur leuiter est ense ꝑstrictum. Chares Alexādrū a Dario vulneratū ꝓdidit, ipse quum de ea pugna ad Antipatrū scripsit, a quo id vulnus acceperit, haud quidē significauit. Iā & equi qui regē gestabāt partim fessi, partim vulneribus confecti, quū ꝓcipites agerent̄, veritus ille ne ad terrā effusus ab hoste opprimeretur in equū ascendit, quē post se in hos casus paratū habuit, regiisq́ insignibus abiectis acie excessit. Tū cęteri metu ꝑculsi & ipsi post regem terga vertūt, qua cuiq́ patebat via, ad fugā sese p æqua & iniqua expediūt. Cædit fugientes eques a Parmenione immissus, in dextero Macedonū cornu nō nihil laboratū, sed fuga & metus a dextro Persarū cornu ad lęuū delat⁹, siquid adhuc animorū in acie stabat ita fregit, vt hac quoq́ parte fuga aperte inclinarit: tum vero Dariani pecorum more passim ab hoste q vestigio hęrebat, totis campis & circa mōtes cęsi, plurimi tamen prœoccupata fuga alii aliis tramitibus in tutum euaserūt. Castra Macedo regio magis q̄ bellico apparatu referta occupat. Cędes hic quoq́ edita, sed maior ꝓdę q̄ cędis cura. Diripere milites mulieribus ornatus, neq́ illarū corporibus parcere, vagabaturq́ victoris sęuitia p armatos & inermes, fortes & imbelles, nulla mali facies deerat totis castris, multus erat vbiq́ luctus multus pauor ac trepidatio. Darii tabernaculū, vt regio erat luxu instructū, in Alexādri aduētum asseruari placuit, ibi Darii mater erat atq́ vxor, quæ omniū in se oculos verterant. Hæc forma illa pristina fortuna & ætate venerabilis. Iacebāt in ipsius anus gremio duę adultę virgines Darii filię multo mœrore cōfectę. Regia cōiūx paruū filiū in cōplexib⁹ habebat, sexto ante anno in tātā ſpē regni genitū. Alexāder sub noctē a multa hostiū insectatione fessus, in castra se recepit, iussitq́ principes ad cōuiuiū vocari, ipse iactatiōe vulneris interesse non potuit. Cæsa captaq́ ex Darianis eo die cētū peditū milia, vt Curti⁹ scribit, & decē equitū. Trogus peditū sexagita milia cecidisse ait, & decē equitū, quadragintaq́ milia capta. Hi veriora mihi tradidisse videntur, q̄ Plutarchus, q vndecim milia tantum desiderata author est, sed in numero a librariis erratū credere æquū est. Macedonū quorū fides sit apud authores ipsos, equites centum quinquaginta, pedites duodecim

Alexā. ad hortatio.

Acierū conflictus.

Atrox ꝓliū.

Vulnerat̄ Alexander.

Darii fuga.

Darianorū fuga.

Capiuntur Darii castra.

Cæsorū numerus.

ginta desiderati.Postq̃ Alexander in castra venit,Dariano arcu,curru,& aliis insignib⁹ platis,q̃ ille sese ad fugam expediens abiecerat,pcrebuit rumor Darium p̃iisse,ad quam phamam,tam sęua comploratio circa regias mulieres est subito orta,vt tota castra fint ad nouum illum tumultũ concitata.Admonitus Alexãder humanæ vicis miseratusq; afflictam mulierꝫ fortunam,Leonatũ ad regium tabernaculum misit,qui captiuas consolaretur,nunciaretq; Darium viuere.Cęterum regiæ mulieres Macedonem armis adhuc cinctum intuitę,ratę ad cædem eum venire,fũdẽdi doloris cupidę obuiam illi pgressę,ad eius genua pcumbunt,iugulũq; feriendum enudant,immo viuite inquit ille,vosq; Alexander bono animo esse iubet,nunciatq; Darium viuere,ac fuga elapsum.

Comploratio regiarũ mulierum.

Postridie ipse cum Ephestione,cætera multitudine exclusa,tabernaculũ ingressus,p̃misso,q se venturꝫ nunciaret,ita contigit,vt quum Ephestio aliquanto oris maiestate p̃staret,Darii matẽ Alexandrum arbitrata,priuatum hominem p rege patrio more adorauerit,tum admonita ab Eunuchoꝝ vno,non eum esse Alexandrum,mulier confuso ore errorem excusans suũ,ad Alexandri pedes pcubuit.Tũ ille reginã attollẽs,haud inq̃t matẽ errasti,nã & hic Alexãder ẽ.

Alex. Iuisit Darii matrẽ & vxorem.

Erat Ephestio in primis Alexãdro charissimus,cũ quo vna fuerat educatus,oĩaq; secreta iam inde a pueris cõicare solitus,fuissetq; p hæc Alexander non minus amicitia q̃ bellica virtute felix,si tali in cæteros amicos moderatiõe fuisset,a qua tantũ abfuit,vt Clytũ & alios quosdã ex cohorte amicoꝝ,nõ minus stulte,q̃ crudeliter occiderit.Sed cũ pulchre ille ab initio nascẽtẽ fortunã tulit,vt a nullo regũ,q ad id tp̃s fuissent,clemẽtia vinceret̃ & cõtinẽtia.Etenĩ regis filias iam maturas viro,nõ minus sancte q̃ sorores habuit,a Darii cõiuge q̃ formæ p̃stantia oẽs eius ætatis fœminas antecelluit,nõ solũ abstinuit,sed appositis custodibus cauit,nequis eius pulchritudini illuderet,mãdatq; simul oẽm ornatũ mulierib⁹ restitui.

Clementiã Alex. in captiuas.

Ferũt Darii filiũ cõplexũ,quũ puer ex ipsius osculo & cõplexu aliq̃diu suauiter pepẽdisset ad Ephestionẽ cõuersus,q̃ vellẽ inquit Darius aliqd ex hac indole habuisset.Sisingambis Darii mater tantã in rege humanitatẽ intuita,Dignus es Alexãder inq̃t qui tantũ regẽ,nõ felicitate solũ,sed æquitate etiam superaris.Dignus cui ego & aliæ precemur,quod Dario solitæ præcari sumus.Tu quidẽ me matrem & reginã vocas,sed ego pristinæ fortunę haud immemor famulę appellationẽ & seruitii iugum,sub tanto rege,iam inde ęquo animo feram.Alexãder bonum animum habere iubet,ac bene de se sperare,inde tabernaculo egressus tris aras in Pyrrhami fluminis ripa constituit,Ioui,Herculi,& Mineruę,corporaq; cæsoꝝ sepeliri iubet,pmisitq; reginę,vt quos ex suis vellet patrio more funeraret.

Plutarchus author est Alexandrũ acie egressum,Darii tabernaculũ subisse,qd̃ sane fieri potuit,vt diuersus a matre & sorore Darius tẽderet,ibiq; quũ oĩa auro & argento collucerent,Persicam opulentiã aspernatus,hoccine dixerit imperare fuit?inde balneũ inquit Darii subeamus,immo tuũ Alexãder respõdit ex familiaribus vnus,victi enĩ bona victoris fiunt.

Contẽptor delitiarum Alexañ.

Nec Alexãder diu ibi cõmorat⁹,Syriam petiit.Interea Parmenio Damascũ p̃missus,vrbe pditione recepta regia est pecunia potitus.Multo opulentior hic q̃ in castris præda quęsita est.Tradidit Curtius audito Parmenionis accessu,conatos Persas fuisse aurũ ex vrbe in tutum transferre,cæterum hostiũ interuentu gestantiũ agmen metu & pauore disiectum,per vias aurum & pecunię fiscos effusos iacuisse,vt milites auro honusti pciosissima quædam temere occurrentia,vt vilia fastidirent,septem miliũ iumentorum onera portantium,atq; hominũ.XXX.milia Damasci capta.

Pręda ingẽs Damasci quęsita.

Satrapũ coniuges ac liberi multi,& in his Ochi qui ante Darium regnauerat,vxor,atq; filiæ,tres numero adhuc virgines.Capta est & Barsane vxor Memnonis,& ipsa mulier eleganti forma,quam vt Aristobolus scribit,Alexãder Parmenionis ĩpulsu comp̃ssit,fuit Memnon multi noĩs apud Dariũ,qui sub initiũ Dariani belli pierat.a cęterarũ cõgressu prinacissime Alexander abstinuit,tm̃ dicere solitus Persicas puellas dolores esse oculoꝝ,fuit nec multũ alioq rei venerę dedit⁹,qppe q ad Parmenionẽ scripserit,ĩ sopore & coitu se mortalitatẽ intelligere.

Memnon.

Fuit & cibi tẽpantissimus,qd̃ ex ea ep̃la,quã dedit ad Adan,quã Carię reginã designauerat,potuit intelligi.Miserat illa ad regẽ,quũ obsonia quędã,tũ optimos coquos,quoꝝ ministerio vteret̃,quibus repudiatis meliores se habere est pfessus,quos a pueris Leonidas pædagogus sibi cõparasset,vt ad prandium antelucano itinere vteret̃,moderatiore prandio ad cœnam.

Alexan.temperantia.

Duo talentoꝝ milia signatę pecuniæ in parte p̃de reperta.Argenti prçterea immensum pondus.Darius magnis itineribus,cum quatuor milibus Græcorum,modicoq; suorum comitatu,ad Euphratem delatus,fluuio superato ad Alexandrum epistolam dedit supbe scriptam,qua petebat vt accepta quantacunq; vellet pecunia,sibi matrem,vxorem,& liberos restitueret,ipse si saperet,amicus sibi sociusq; ex Asia excederet,aut si saniora non admitteret cõsilia,secum æquo marte contẽderet,nihil magis Alexandrum offendit,q̃ q Alexandri nomen nõ Regis Darius in epi-

Darii literę ad Alexañ.

Alexand. responsum.

stola posuisset, rescripsit tamen, docuitq; a Persis primo ortā belli causam, qui sæpius in Græciam, ad alienā libertatē oppugnandā trāsmisissent, & patrē suū Philippū, quū eā iniuriā vlcisci statuisset ipsius fraude, q̃ illi ꝑcussorē subornasset, ꝑiisse. Sibi quoq; capitales insidias, pari fraude instructas, mille talētis medico ꝓmissis, quo nihil turpi⁹ dici possit, licitari hostiū capita, quū arma teneret. Sed diis inq̃t, scelerū vltorib⁹ fretus, iam magnā Asiæ p̄tē subegi, teq; iusto ꝓlio victū castris & exercitu exui, & nūc (licet minime meritus) si ad me supplex veneris, oēs necessitudines tuas a me gratis accipies, vicere enī, & victis cōsulere satis didici. Dabo adhæc fidē te īpune ad me vēturū, ne met⁹ tuis cōmodis obstet. Postremo illd̄ tibi succurrat, quoties posthac ad me scripseris, te nō ad regē tm̄, sed ad tuū regē scribere. Thersippo ad Dariū cū huiusmodi literis misso, cōfesti

Alexan. Biblum & Sydonē capit.

Alexāder in Phœnicē descēdit, Biblūq; p̄rio deditiōe recepit, inde Sydonē: obtinebat tū regnū inter Sydones Strato Darii amicus. Is q̃a deditio ab oppidanis facta est, indignus ab Alexādro habit⁹ cui regnū restitueret. Ephestioni ꝓmissum, vt quē Sydonii regno dignū arbitrarent, ex illorū sententia regem declararet. Erant Ephestioni hospites Darianorū quidam, hi oblatum vltro regnum pertinaciter recusarunt, prædicantes id fastigium patrio more nō recipi, nisi ab iis, q regia essent stirpe ꝓcreati. Laudati iuuenes ab Ephestione, q magnitudine animi spernerent ea, q̃ per ignem & ferrū cæteri mortales peterent, iussi sunt cū aliis bonis circūspicere, qui oīm optime eēt id nomen inter Sydonios laturus, tum demum multis ambiētibus, res ad Abdolominum quendā longa cognatione regię stirpi annexum, est delata. Incolebat is ab omni armorum strepitu remot⁹ suburbanum hortulum, multa parsimonia, quo contigit, vt agresti operi intentus sit rex consalutatus, illudi se ab iis, qui ad id missi fuerant, ratus, non sine cunctatiōe regis nomen & insignia recepit. Cæterum multis eius inopiam & sordes criminantibus, ad Alexādrum ꝑductus, haud inq̃t Macedo viri indoles phamę generis repugnat. Videndū est inq̃t, quo animo inopiam tuleris. tum

Verba Abdolominiad Alexand.

ille, vtinam Alexander sic regnū ferre possim. Hæ manus satis ad victum fuere, nihil habenti nihil defuit. Eo sermone Alexander delectatus, non solum Stratonis supellectilē ad regiā instruendā detulit, sed ex Persica etiam pręda dono quædam habere dedit, regionemq; vrbi circuniectam eius ditioni subiecit. Sed dum hęc in Phœnice geruntur, Amynthas qui ab Alexandro ad Dariū

Amynthæ conatus.

transfugerat, Persicis opibus ad Pyrrhamum fractis, haud magis huic, ad quem venerat, fidus, q̃ illi, quem deseruerat, cū fortuna fidem mutandā ratus, ex fuga Tripolim delatus, in Cyprum cū quatuor milibus transmisit, & ex Cypro in Ægyptum, cōsilio eius terrę per occasionem occupandæ. Pelusium igitur primo occupat, dein Memphim copias admouit. Interim Ægyptii gens nouandis rebus aptior q̃ gerendis, nouo motu consternati ad Persica pręsidia delēda Amynthę ductu decurrunt. Fit pręlium, Persæq; eo certamine victi intra vrbem compellunt. Inde iterum acie congressi adeo egregie vicerunt, vt Amynthas, & qui cum eo erant, ad vnum oēs sint occidione occisi. Tentarunt Darii duces, ex Pyrrhamica acie in Paphlagoniam fuga delati, Lydiam recuperare, copiis partim secum ductis, partim ex proximo quæsitis. Sed horum fortuna nihilo meli-

Vincuntur terra & mari Persæ.

or fuit, q̃ regis in Cilicia fuerat, triplici pręlio ab Antigono Lydiæ prętore victi, cum multa cæde prouincia cesserunt, & ne non vbiq; Persicæ opes affligerentur, per eosdem dies Macedonicę classis præfectus Aristo, qui ad Hellesponti oram recuperandā fuerat missus, nauali pręlio vicit, eius nauib⁹, partim captis, p̄tim medio pelago depressis. Pharnabazus Darianę classis diuersa parte p̄fectus, p̄sidio in Chium insulam introducto, Andrum primo, inde Syphenum aliasq; pluris insulas occupat. Nec Græcia in tanto rerum motu quieuit. Agis Lacedæmoniorum rex, octo milib⁹ militum receptis, qui post prælium in Cilicia cōmissum domū incolumes venerant, Antipatro Macedoniæ præfecto intulit bellum, Cretensibus interim sua studia, inter Macedones & Spartanos, variantibus. Sed motus omnino leuiores. Vnum illud certamen, vnde cætera pendebant, omniū gētium in se oculos verterat. Iam enim tota Syria, totaq; Phœnice p̄ter Tyrū Macedonum armis cesserat, habebatq; statiua in continentis ora contra Tyron Alexander, eo Tyriorū legati venēt cum aurea corona, & larga cōmeatus copia, magis societatē q̃ imperiū accepturi. Hos Alexāder comiter accepit, dixitq; se Tyrū iturū, vt Herculi, qui ibi religiosissime colebaf, oraculi iussu sacri-

Tyrii Alexandrum excludunt.

ficaret. Esse extra vrbem Herculis templum Tyrii respōderunt in eo loco, quē ipsi Paletron nuncuparent, futurum docent, vt rex ibi rite sacrum perageret. Haud tenuit irā Alexāder, cuius impotens erat, Ergo, inquit, quia insula sit Tyrus inuictum contēnit exercitū! Enimuero scient Tyrii, haud multo post, se in cōtinēti esse, videāt igitur verum a me vrbem intrari an oppugnari ma-

Tyri insulæ situs.

lint. Cum his legati sunt domū dimissi. Tyrii vero loci opportunitate fręti, ad Macedonū obsidionem ferendam omnia studio cōparant. Quattuor stadiorum fretum insulam a Phœnicum terra

dirimebat,idq; ita Aphrico obnixũ,vt nulla moles crederẽt fluctibus illius flatu cõcitatis obstatura.Erãt tũ forte Tyri Carthaginensiũ legati,q eo venerãt,vt annua sacra more patrio Herculi facerent,fuere Carthaginenses a Tyro oriũdi,qđ alia in parte opis ẽẽ a me significatum,ab his Tyrii cõfirmati,vt obsidionẽ forti aĩo ferrẽt,nõ defutura ex Aphrica auxilia.Pollebãt tũ tota mari Carthaginẽsiũ opes,qb⁹ pollicitatiõib⁹ Tyrii cõfirmati.p muros & turres disponũt pſidia, arma iunioribus diuidũt,opifices,quorũ ingẽs erat copia,in officinas distribuũt.Extiterũt sub initium illi⁹ oppugnatiõis dira ostẽta in vrbe,riui sanguinis follib⁹ flare incipiẽtib⁹ p ignẽ fluxere, & miles in castris,quũ panẽ fregisset,sanguinis guttę subito emicuerũt,quo pdigio territ⁹ Alexander,ab Aristãdro vate est cõfirmat⁹,q ad Tyrios id ptinere oñdit, qũ cruor intus nõ foris fusus esset,misit nihilomin⁹ Alexãder caduceatores,q Tyrios ad pacẽ hortarenẽ,q̃ non solũ nõ accepta est,sed cõtra ius gẽtiũ legati sunt ab his interfecti,& corpa ĩ pelag⁹ piecta.Ea Macedo iniuria adhuc magis iritat⁹,qa nauib⁹ carebat ppetuo aggere Tyrũ continentẽ reddere est adort⁹. Imminebat manifesta in ore oĩm desperatio inexhaustum opus auersantium, ad quorum animos confirmandos Macedo pro concione dixit se sibi per quietem visum Herculis ductu in vrbem induci,irent & numinis fauorẽ secuti,legatorũ vmbras fortiter vlciscerenẽ,eãq; vrbem excinderẽt,cui⁹ temeritas nobilissimę victoriæ cursum ausa sit remorari, atq; per hæc omni cunctatione excussa exercitus operi admotus est.Adiicit Plutarchus aliud Alexãdri insomniũ,imaginatũ fuisse regẽ in quiete,se Satyrum videre sibi plaudentem,quem in conspectu lasciuientem aliq̃diu capere nequiuisset,postremo tamen in manum venerit,ac super ea re consulti vates interpretati sint, haud dubie imaginem illam ad victoriam pertinere,græcam vocem secuti, quæ in duas partes diuisa, Tua Tyrus,sonaret. Veteris Tyri materiam a tot milibus hoĩm comparatam absorpserat profundum pelagus,surgebatq; interim agger,non ita tamen vt oĩno fluctibus extaret,cauillabantur Tyrii leuibus nauigiis incursantes,rogareq; Macedonas an Neptuno maior esset Alexander,accẽdebanturq; pinde eo contemptu adhuc magis militũ animi ad inceptum opus exequendum. Alexander ne tãta vis hoĩm vni vrbi assideret,partitus cũ Perdica & Cratero copias, quos ad obsidionem relinquebat,ipse in Arabiam proficiscitur.Erant eius gentis agrestes infesti Macedonibus ex Libano lignantibus.Sed dum Alexãder abest,Tyrii onerariam vnam sulphure & bitumine illitam in aggerem secundo vento immittunt,immissam ac molibus impactam continuo succendũt.Emicuit statim flãma,duasq; turres,& opa in fronte aduersus hostes constituta corripuit,qui in turribus erant,partim flammis pire,partim in subiectum mare desiliẽtes,sudibus & cõtis ab iis qui ex oneraria in scaphã descenderant excepti,ad vnũ piere.Haud igiẽ tantũ opa consumpta sũt,sed tota etiã moles maris ĩpulsu ab imo cõcussa corruit.Interea Alexãder ab Arabica expeditione reuersus,mutata operis ratione,non latus aggeris,qđ ab initio fecerat,sed frõtẽ in ventum & pelagus obuertit, ramalibus arborũ cum truncis in imum vadum deiectis, molibusq; supstratis.Sic quoq; quũ magna esset opus ex pte confectum,imis partibus concussis,plurifariam cœpit labefactari.Interea classis ex Cypro affuit Alexandro inẽ abeundi consilium & perseuerandi dubio,cuius aduentu Macedo confirmatus,primo hostẽ tentandum duxit,an ad certamẽ elici posset.Tyriis haud pugnam inire ausis (aderãt enim Macedoni naues centũ octoginta numero,) Alexander hostium nauibus quæ vrbi hærebant demersis,muros bellicis instrumẽtis disturbat,remoliri noctu mœnia Tyrii,alterũq; interius murũ studio attollere,vt ne priore disiecto hostes in vrbẽ mœnib⁹ nudatã vi irrumpent.Cæterũ haud vn⁹ terror Tyrios vrgebat, iam enĩ agger ad teli iactũ vrbi ppinquus erat,classis mœnia circuibat,ancipiti pinde malo circũuẽti,omnẽ spem aĩo eiecerãt.Interea fœda tẽpestas iterdiu orta,Macedonum naues semilaceras circa littora disiecit,qb⁹ dieb⁹ legati a Carthaginẽsib⁹ venerẽ,domesticũ bellũ excusantes, quo ĩplíciti auxilia pgenitorib⁹ suis mittere negrẽt,vrgeri Syracusanis armis nõ solũ Aphricã.sed ipsam quoq; Carthaginẽ,in cui⁹ cõspectu hostes statiua haberent,durarẽt ipsi tantisp,dũ aliqđ a pſenti bello laxamentum dareẽ,totum commeatum inde & auxilia benigne affutura. Nec Tyrii tanta spe destituti animũ demittunt, liberis & vxoribus in punicam nauim impositis,animo includunt omnia prius extrema experiri,q̃ vrbem dedere,quicquid malorum immineret fortius etiã laturi,si charissimam sui partem extra piculi sortem haberent.Et res Tyriorũ in hoc erant statu, quum quidam in concionem venit affirmans,visum sibi p quietem Apollinem dicere, velle se ex vrbe discedere,& aggerem,quẽ Macedones statuissent,in syluestrẽ saltum commutare.Plutarchus eam insomnii speciem pluribus ait obtigisse, vt Apollo diceret se aliquãdo ad Alexandrũ transiturum, ob idq; eius basim aurea catena a Tyriis alligatã,ipseq; iã inde Alexãdrinus cognominat⁹. Erãt

Prodigia.

Alexã.legati a Tyriis occidunẽ.

Oppugnaẽ Tyrus.

Insulanorũ successus.

Mutatio operis.

Vrgenẽ atrocius Tyrii.

Tyrii liberos & vxores Carthaginem ablegant.

Apollo alexandrinus.

qui sacrorum ritum ex longo interuallo reuocandũ censerent, vt humana hostia Saturno imolaretur. Hic dirus Tyriorũ ritus ad Carthaginenses qui fuerunt inde oriũdi, defluxit, plures ętates & ipsi humanis hostiis vsi dicunt. Tenuit inde aliq̃diu acrius certamen: subeẽtes nauibus Macedones muris tenacirer hęrebant, iam Macedonicę classis interuẽtu nauiũ multitudo superabat. Contra Tyrii harpagonibus, suspẽsisq; tigno falcibus hostes supra modũ infestabãt. Sed nulla re magis hostes cõficere, q̃ feruida arena supne in eos deiecta, & quũ multa incassum certamina exhausta essent, tędio longioris morę, cõsilia agitare cœpit Macedo, obsidionis soluendæ. Cæterum tam infecta re discedere, q̃ frustra Tyriis hęrere regẽ pudebat, æstuabatq; interim ira, quum circa molem mari impositam subitũ ostentũ extitit, bellua inusitatæ magnitudinis dorso sese attollẽs, crebroq; pulsu pelagus euerberãs, ab aggere ad vrbẽ cõtẽdit. Fuit id pdigiũ vtrisq; nõ ingratum sed Tyriis tãta inde fiducia orta, vt nauibus, si quæ superãt, decertare fint ausi. Hic victi, & intra portũ cõpulsi, maiorẽ nauiũ partẽ amisere. Biduo post atrocior oppugnatio est Tyrios adorta, toris viribus Macedo connixus, vi in vrbẽ irrupit, tãtaq; insulanorũ pertinacia interea est dimicatum, vt sex milia propugnatorũ circa muros interfecta dicant. Alexander (nullius opera magis eo certamine enituit) ex turri nauibus inposita adeo ardẽret in hostes dimicauit, vt pleriq; hostium telis, gladio, vmbone, e mœnibus ab eo sint pręcipites deiecti. Sequitũ sine discrimine in Tyrios. Fuitq; illud præcipue admirationi, q armatorũ nemo ad deorũ opem cõfugit, nec ex ciuitate iraro hosti obiecta supfuisset quisq̃, nisi Sydonii, qui in castris militabant, cognationis necessitudine adducti (vtriq; enim ab Agenore erant) nauibus celeriter admotis, plurimos furto subtraxissent. XV. milia seruata ab his dicunt, quo intelligi potest q̃ opulenta tũ fuerit Tyrus, vnde tantus mortaliũ numerus furto sit victori hosti subtractus. Satis constat, duo milia, qbus ira pepercerat, regis iussu circa littora crucibus affixa. Carthaginẽsiũ legatis in vrbe dęphensis veniã dedit, addita belli denũciatione, qd pſentiũ rerũ necessitas moraret. Vrbs septimo mẽse q̃ oppugnari cœperat capta est, atq; incẽdio consumpta. Post Tyri excidiũ literę iterũ a Dario sunt Alexandro redditę, quibus eũ hortabat, vt filia Saripne sibi matrimonio cõiuncta, dotis nomine acciperet quicqd intra Hellespontũ & Halim gentium ac terrarũ esset: q si oblatæ conditioni minus acquiesceret, sciret variabilem esse fortunam, nec postrema primis semp respondere, q si nulla fortunę inuidia timenda esset, illud saltem cogitaret, non semper in Ciliciæ angustiis rem inter se futurã: transeũdum Euphratem esse, Tygrim, Araxem, & Hidaspem magna sui regni munimenta, veniendũ in apros cãpos, vbi suæ paucitatis Macedonẽ pœnitere oporteat. Accedere adhæc q tãtũ sibi terrarũ supesset, vt senescendũ sit prius Macedoni, q̃ vel pacatus eã obire posset. Alexãder iis, qui literas attulerant, Darium aliena pmittere respõdit, quando ea quę dotis nomine dare se velle polliceretur, alius iam pridem belli iure teneret. Nec esse aliud id agere, q̃ victos velle victoribus leges dare, quod inauditũ ad id tp̃s esset, sed tãti belli eã sibi exiguã mercedem videri. Persepolim caput regni, & vltimi oriẽtis orã, suo impio destinasse. Satis scire quocunq; Darius fugiturus esset eodẽ esse se puẽturũ. Postremo defineret sibi flumina iactare, cui ne maria quidẽ obstate potuissent. Cũ Darii nunciis a se dimissis Macedo, Cilicia Socrati tradita, Phœnicia Philotę, Andromacho Syria Cele cognominata, Ephestione cũ classe pmisso Gazam copias admouit. Sed dũ suo ductu hęc Alexãder gereret, eius prætores pari felicitate regiones plurimas inuasere. Chalas Paphlagoniã, Lycaoniã Antigonus, Balacrus, Idarne Darii prętore superato, duo milia militum cepit, & Amphoterus & Egilogus centum sexaginta nauiũ classem, inter Achaiam & Asiam, in suã potestatẽ redegerũt. Inde Tenedũ occupãt aliq̃diu obsessam, vbi Pharnabazus Darii præfectus est captus, nec ita multo post & Aristonicus Medimeorũ Tyrannus, q ad Pharnabazũ cum aliquot nauibus veniebar, in Macedonũ potestarẽ venit, receperũt & Mitylenẽ Alexandri duces: quã Persæ presidio obtinebãt. Darius desperata pace ad reparandũ exercitũ animum intẽdit Bessso Bractrianorum duce, cum ingenti exercitu, Babylonem accersito, qui ab initio ferocia gẽtis & perfidia, quasi regnũ affectaret, cœpit Dario esse suspectus. Sunt Bactræ bellicosissimi & a Persico luxu abhorrentes, nec a Scythica feritate multũ diuersi, vtpote ab ea gẽte oriũdi. Nec Alexãder interea satis scire, quod consiliũ regi esset, aut quo tẽderet, mira enĩ fide secreta Persis celare moris fuit, quippe quibus vetus disciplina silentiũ capitis periculo sanxerat. Nullũ probrum grauius q̃ linguæ apud eos vindicatur, grauissimo supplicio dignos arbitrati, quibus graue esset tacere qd homini facillimũ natura voluisset. Ergo oĩm ignarus Gazam oppugnare adortus, cuniculum, ad vrbẽ agere cõstituit, & vt hostium animos ab omni sensu auerteret, turres iussit mœnibus admoueri. Cęterũ arena rotarũ lapsus retardante, quum multi superne vulnerarentur, dedit Mace-

Marinum phasma.

Tyrus vi capitur.

Tyriorum excidium.

Darii literæ ad Alexañ.

Alexañ. responsum ad Darium.

Prefectorũ Alexañ. successus.

Bactrianorũ ferocia.

Silentium Persarum.

do signũ receptui.Postridie oppidũ corona cingit,maiusq́ circa mœnia initũ erat certamẽ, quũ coruus superuolans,cęspite siue gleba quadã supne demissa, Alexãdri humerũ percussit,inde turre bitumine oblita sedens,implicitis tenaci materia alis captus est. Plutarchus in quodam machinamento sedisse ait,ibiq́ funium nodo implicitũ hęsisse.Id intuitus Aristãder vates fore dixit,vt vrbs breui caperet,verũ periculũ esse,ne rex eo die vulnus aliquod acciperet. Cessit Alexãder aliquãdiu suorũ pcibus fatigatus,qđ hostes cõspicati,rati id ducis metu euenire, portis repente patefactis in hostẽ erumpunt.Macedo etsi sua sponte certamen magna ex parte remiserat, vbi plus æquo se degrauari sensit,retro conuersus pugnã fortiter instaurat, eoq́ tumultu in prælium reuocatus,parum abfuit,quin a quodam sit Arabe oppressus,qui p transfuga ad eũ venerat,cuius ictu declinato,ratus se fatali periculo defunctum,aciem cum impetu irrupit.Ibi sagitta per loricã adacta altius vulneratur.Philippus medicus telũ humero detraxit,obligato deinde vulnere,dũ ĩ prelio adhuc obdurat,tantum sanguinis ex nimia corporis iactatione, aut nihil sentienti illi,aut certe dissimulanti,est effusum,vt subita mẽbrorum & corporis defectione,subnixo genu ad terrã defluxerit. Cadẽs ab iis qui pxime steterãt,exceptus est,taciraq́ mœstitia in tabernaculũ defert. Bœtis,qui vrbi pĕrat,Iosephus Abisinasim vocat,Macedonẽ extinctum ratus ouanti similis est ĩ vrbẽ reuersus.Cæterũ Alexãder paululũ vulnere leuatus,aggere aduersus hostiũ mœnia extructo,ea cuniculis haud vno loco subruere adortus. Erant omnia interiora vrbis Macedonũ telis obnoxia,& murus cuniculis multifariã dirutus,late ruinã traxit, qua Alexander inter primos irrumpens,alterũ vulnus accepit,crure saxi ictu cõsauciato. Sæuitũ est nõ minus q̃ Tyri in captã multitudinẽ,cęsaq́ Persarũ & Arabũ circiter decẽ milia.Bœtis capta vrbe ingentẽ circa se reddi dit hoĩm stragem,viuusq́ e media cæde abstractus,contumaci vultu, ad cõspectũ irati regis constitit.Offendit ea constantia victoris animũ,vt iusta ira in rabiem exierit, traiecto itaq́ per talos loro,curru alligatũ,citatis equis crudeliter per vrbẽ distraxit,Achillis exemplum, a quo prognatus esset,imitari se dictitãs.Et Gaza in hunc modũ capta est,vrbs in Iudæę finibus (inde vsq́ in Antilibanum Iudæã Strabo ait appellãtã)sterili & arenosa regiõe vt ad mare posita, regũ pecunia illuc belli tpe delata nomen loco fecit,vt qdã meminerunt.Ex Gaza Alexander Hierosolymã infesto agmine petiit,vt Iosephus scribit,qui ab Hestere Iudaica puella, Artaxerxis cõnubio illustrata,ad Alexandri tempora gẽtilem intermisit historiã, vnũ interim memorabile secutus quod iunioris Artaxerxis tpe cõtigit.Regnauit is vno Ocho interiecto,ante Dariũ ab Alexãdro victũ. Orta inter Iesum & Ioannẽ,Heliasibi filios,Hierosolymis de põtificatu discordia , Iesus a fratre & in templo interfectus,qđ scelus in Iudæa nũq̃ antea acciderat.Vagosus Artaxerxis pfectus Ioannẽ violati parricidio tẽpli reũ,capitali supplicio affecit. Iaddus inde patris est sacerdotium adeptus.Erat huic frater Manasses.Hos quoq́ cũ domesticũ malũ ĩuasisset,neq́ pudor , neq́ infelix pris ac patrui exit⁹ obstitit,quomin⁹ int se de dignitate,si nõ vi,æmulatione saltẽ cõtẽderẽt, eoq́ certamine accẽsus Manasses,Isachã Sinabalthi Samarię pfecti filiã duxit vxorem,soceriq́ potẽtia fretus,futurũ arbitrabat,vt dignitatẽ vel inuito fratre obtineret.Cęterũ tm̃ abfuit vt noua affinitas illi adiumẽto fuerit,vt a sacris sit ppli cõsensu tanq̃ impi⁹ repulsus , qa alienigenã duxisset vxorẽ.Ea Manasses iniuria instructus ad socerum cõtẽdit, q Iaddo & pplo iratus in oẽm vltiõis occasionẽ erat intẽtus. Vincit interea Dari⁹ ĩ Cilicia,quo accidit,vt sub primũ Alexãdri in Phœniciã accessum,ille cũ octo milib⁹ armatorum in Macedonũ castra venerit.Misit Alexãder, quũ Tyrũ obsideret,Hierosolymã ad Iaddũ pontificẽ,vt cõmeatũ & auxiliares copias in castra mitteret. Rñsum est Iudęos sacrata fide teneri,vt viuo Dario nulli,pterq̃ ipsi vni,seruirẽt.Minat⁹ est Alexander,Tyro capta,hostiliter se copias Hierosolymis admoturum, distulit tamen non nihil eam vltionẽ,tantisper dũ Gaza capet.Inde vero citato agmine eo ire pgit. Ingẽs metus ciuitatẽ inuaserat,augebatq́ psentem curam duarum nobilissimarum vrbiũ excidiũ.Nemo erat cui non psuasum esset,futurum,vt supbissimus hostis vrbẽ quoquo modo captã excidio daret,aut certe Sinabalthi impulsu cædem in ea ingẽtem ederet. Mœror igitur & luctus omnium animos occupat. Interim Iaddus diuino oraculo,per quietem,visus est sibi moneri, vt festa fronde ciuitatem ornaret,sacerdotũq́ multitudine in candida veste extra vrbẽ producta, ipse pontificali habitu cultus venienti regi iret obuiã.Cũ sacerdotibus igit & frequenti populo Iaddus vrbe egressus,regẽ certamini intentũ,ad locum quẽ Saphin indigenæ dicũt,Latini Scopulũ,obuiũ habuit. Ibi Alexander candidatorum cœtũ intuitus,& in his antistites cũ bissinis stolis,Hierarchũ adhæc Iacinthina & aurea stola amictũ,supra caput Cydarim cum lamina aurea,in qua erat inscriptũ Dei nomen,subita religione pculsus,solus rex illũ adiit,supplexq́ Dei nomẽ ac numen adorauit,ipsumq́

Vulnerat Alexander.

Gaza capit.

Crudelitatis exemplũ in Alexan.

Discordia Hierosolymis de pontificatu orta.

Iaddus & sacerdotes pcedunt obuiã Alexan.

pontificē veneratus est.Stabāt stupore defixi Syriæ reges,& qui ex Phœnicibus velut ad certam ꝑdam fuerant Macedonem secuti,venerabundum regē mirati,malefico carmine eum mente alienatum credere.Cęterum nemo erat qui eū palā rogare auderet,vn̄ subita illa mentis alienatio, in eptaq; supstitio incessisset aīm.Parmenio,vt erat regi familiaritate coniunctus,postremo pconatus dicit,qd rei accidisset,q hostiū principē tā inepte adorauerit.Tū ille,nō sacerdotē,sed Deum cuius hoc sacerdotiū est,sum venerat⁹ inqt,qppe quū in Macedonia adhuc essem,dū mecū cogitarē,qua vi,quo cōsilio Asiā subigerē,simili habitu species mihi p qetē obuersata est,q̄ ꝓcepit me fortiter Asiā inuadere,fore,vt suo ductu,Persarum opes euerterem.Tetigit itaq; religio aīm,vbi primū pōtifex in cōspectū venit.Nec dubiū est quin Deus fuerit, cui⁹ olim imaginē tali habitu media quiete cōcepi,cui⁹ ꝓuidētia puto hæc oīa euenire.Cū his ille Iaddum & alios secut⁹, Hierosolymā pacatus adiit,atq; tēplū igressus,iudaico ritu Deo sacrificauit. Prolat⁹ inde illi est Danielis liber,in quo scriptū erat,futurū,vt Grçcoꝝ rex olī Persarū regnū euerteret,vehemenť gauisus se eū esse interptat⁹ ē.Iaddū ꝑinde & sacerdotes āplissimis donauit muneribus,cōcessitq; petentibus,vt ꝓpriis vterenť legib⁹,tributūq; in septē ānos remisit,pollicitus qn̄ Babylone potitus esset,ꝓmissurū Iudçis q illic eē dicerenť,vt & ipsi suis legib⁹ viuerēt.Manasses & qui cum eo Sanabalathi opibus frçti,aliud sibi tēplū in Samaria circa Gazarim montem constituerant,Macedōis studio in Iaddum deterriti haud multo post patrium cultum recepere.Mansitq; Iudçis is rerum status incolumis ad Alexandri interitum , quæ sub eius successoribus deinceps pertulerunt suo postea loco dicetur.Alexander Hierosolymis digressus Ægyptum petiit.Est Ægyptiacæ terræ locus cui Alexandri castra nomen inde mansit,hic septimis castris postq̄ est a Gaza ꝓfect⁹ Macedo cōsedit.Ægyptii venientē magno studio acceperūt,nā prçterq̄ q gens ipsa sua natura est nouarū rerum cupida,Persarum opes tum infense oderant, q auare nimis superbeq; sibi imperatū credebant,ipse primo Pelusiū venit,vbi maiore copiarum parte relicta,Nilo subuectus Memphim nauigauit.Erat ibi Astaces Darii ꝑtor,is subita Ægyptiorum defectione perculsus,octoginta talenta,omnemq; regiam supellectilem Macedoni tradidit. Ex Memphi inde ad interiora Ægypti progressus,rebusq; totius gentis ita cōpositis,vt nihil ex patrio instituto sit ab eo mutatū,Hammonis Iouis adeundi cupido animū incessit.Credebat enī,aut certe credi volebat, se Ioue non Philippo genitum.Dubium,quia humanarum rerum fastigium transgressus, augustior mortalibus eo mēdacio videri cupiebat,an qa Draco Olympiadi dormiēti vis⁹ aliqn̄ accubare,quo visu Philippus eius cōgressum iam inde declinasse credit,eā vt veneficā auersatus,aut certe religione cōtactus,genium se vidisse arbitratus,qui vxoris consuetudine teneretur.Cçterum illa satis vrbane filium vanitatis huius admonuit, eum per literas precata , ne pergeret in se Iunonē iritare matrem Iouis pellicem mentitus.Sed quæcunq; illum ratio mouit,neq; memoria cladis in ipsis olim locis acceptç (constabat enim.L.hoīm milia,a Cambise ad Hammonem spoliandum missa, arenarum cumulis obruta periisse) neq; alia multa quæ proponebantur incommoda,ab instituto itinere auertere potuerunt.Prædicabant Ægyptii steriles arenas iacere,quas vbi solis vapor accēdisset intolerabili æstu vestigia exurerent,nec tantum cum ardore sideris colluctandum,sed cū tenacissimo sabulo,cuius altitudo gressum moraretur,addere his aquarum inopiam . quos aliquanto maiora veris prædicantes,haud aliter,q̄ si omnia vana dicerenť,Macedo aspnatus est. Scdo itaq; amne cū quibus voluit ad Mariotidem paludē descendit,vbi Cyrenensium legati cum munerib⁹ illi affuerunt.His benigne appellatis,amicitiaq; cum ea gente inita,destinatū iter exequitur. Visus ab initio tolerabilis labor:nondum vastis solitudinibus aditis, verum vbi sterilis & moriente terra immensi arenarū campi patuerūt,haud secus q̄ profundum mare ingressi, terrā oculis requirebant,non arbor,non culti soli vestigium vllum occurrebat.Et iam defectu aquæ laborare cœperāt,quum cœlo repente nubibus obducto,densus ad terram imber est deiectus. Profuit cœlestis aqua non solū ad leuandā sitim,sed ęstus quoq; tolerabilior factus,arenaq; hausto humore firmiorem gressum prçbebat,quandam odoris fragrantiam exhalās,dicunť & corui volatu suo quū duces arenarum vastitate aberrassent,iter ostendisse præpeti volatu . Quarto demū die ad tēplū peruentū est.Dēsum ibi nemus,multiq; fontes dulcibus aquis syluā abluūt, & vt Curtius scribit, mira ibi temperies,verno tēpori perq̄ similis,Hāmonii terrā incolūt,quibus ad meridiē Troglodytæ adiacent,Sunt Troglodytæ Æthiopes,qui ad Arabiam & rubrum mare extenduntur, Altera Æthiopia ad occidentem solem Hammoniis propinqua.Septentrionem versus Nasamones, gens Syrtibus vicina,nauigiorū spoliis quęstuosa littora obsident,nauigiaq; maris ęstu destituta notis sibi vadis occupant.Cætera ad Ægyptum & auroram arenarū obtinent solitudines.Ham-

Deus visus Alexand.

Alexan. liberalitas in Iudęos.

Alexan. Ægypto potitur.

Alex. Hammonem Iouem adiit.

Alexandri felicitas.

Hāmonii.

Troglodytę.

Æthiopes.

Nasamones

monii mediũ nem⁹,ꝑ arce,triplici muro circũdatũ habuere,munitionũ intima habuit tyrānorũ regia. Alterā huic circũiectā regis cõiuges pellicesq́ tenebāt cũ filiis. Postremā illā atq́ extimā satellites,& q regib⁹ militabāt. Ignobilis multitudo sparsim toto nemore habitabāt. Res mira ẽ qđ de Hāmonis fonte hic traditᷣ,mane tepidis fluere aqs,meridie frigidissimis,die in vesperũ inclināte ĩcalescere,post mediā noctẽ ęstuare,deĩde a media nocte ad lucẽ feruorẽ illũ remitti. Qđ apud Hāmonios ꝑ deo colebatᷣ,haud ea fortuna videri,qua Iouẽ Gręci & alię gẽtes figurabāt. Vmbilico similis fuit,smaragdo & gẽmis cõpact⁹. Hũc quũ respõsum petebāt sacerdotes nauigio aurato,multis hincinde argẽteis pateris pẽdẽtib⁹ gestabāt. Post matronę & virgines incõditũ carmen patrio more canẽtes,sic numẽ ꝓpitiari ratę seq̃bantᷣ. Sacerdos igitᷣ maxim⁹ natu,Alexādrũ veniẽtem intuitus filiũ appellat,id nomẽ illi Iouẽ patrẽ reddere affirmans. Tũ Rex humanę sortis oblitus,id accipere & cognoscere,respõdit,& vt erat carmẽ in assentationẽ iā antea cõpositũ,quũ inde cõsuleretur,an sibi orbis imperium destinaret,terrarũ oĩm gentiũq́ eum rectorem fore respõdit. Postremo sciscitatus an patris pcussores ad vnũ pœnas dedissent,negauit antistes ipsius patrẽ esse violabilẽ. Cæterum qui Philippum regẽ occidissent,abũde pœnas sui sceleris luisse. Fuerunt qui scriberent tẽpli antistitẽ,quũ Alexandrũ Gręce salutare voluisset,filiũq́ appellare, Pædios barbare pro Pędion dixisse,quā ille vocem pro oraculo sit complexus,tanq̃ Iouis filius esset appellatus,sed vtcũq́ res acta est,ipse qđ satis constat,sacerdotes munerib⁹ amplissimis prosecutus,templũ donariis ditauit. Inde ex oraculo reuersus,vrbem inter Mareotim paludem, & mare, octoginta stadiorum areā complexus condidit,eamq́ a suo nomine Alexandriā nominauit. Plutarchus prius q̃ ad oraculũ iuerit,vrbem ab eo conditā scribit,atq́ de ea cõdẽda animo secũ agitanti visum fuisse per quietem,senem quendā venerāda canitie astare,qui hos versus ex Homeri odyssea caneret. Pręterea vndisono qđā iacet insula ponto. Quā Pharon appellāt Ægyptia littora contra. Pharus quę tunc insula erat,paululum supra Canopicũ ostiũ,continẽs postea facta est. Ex eo loco Alexāder Isthmum contemplatus,qui in speciẽ coronę quaq́ versum ęquis spatiis excurreret,loci opportunitatẽ intuitus,ibidẽ fundare vrbem est adortus. Eā Dinocrates architectus, memorabili ingenio metatus est,quindecim miliũ passuũ laxitate inserta,ad effigiem Macedonicę chlamydis orbe gyrato,laciniosam dextra lęuaq́ anguloso procursu. Ferũt ad vrbis figurationem,quũ terra alba deesset,in nigri campi planicie farinam fuisse pro sulco inspersam, ad quā diripiendā quũ plurimę aduolassent aues,cęteris male augurātib⁹,augures feracitatẽ & opulẽtiam vrbis,quæ plurimos esset mortales alitura,auspicatissimo auiũ volatu,portendi interp̄tati sunt. Dum autẽ vrbs conditᷣ,cepit impetus regem in Æthiopiā penetrandi. Sed quia grauior belli cura instabat,Esquilo Rhodio,& Peuceste Macedone,cũ quatuor milib⁹ hominũ,vniuersę Ægypto præsidere iussis,ad residuũ Dariani belli transigendũ conuertitᷣ. Fuit hic annus,quo Alexandria cõdita est,quater millesimus ab orbe cõdito,primusq́ & septuagesimus supra octingentesimum, Olympiadis vero centesimę ac duodecimę annus tertius. Quo anno Alexāder Epirota hui⁹ auũculus,in Lucania,vt supra est significatũ,periit. Quum interim Romę consules essent,C. Petilius & L. Papyrius. Hi vt in Romanis rebus q̃ exteras p̄cedũt,nonnihil immoremur, patrum decreto Samnitibus,q̄a superbe Romanorũ legatis respondissent,armaq́ iam ex confesso instruerent Fregellas repetituri,bellũ intulere. Sabellicus ager primo populatus est,& tria ex ea gente oppida in potestatẽ recepta,Alisę,Callirisę & Ruffriũ. Appuli & Lucani,q neq́ hostes,neq́ socii ad id tẽpus fuerant,in fœdus & amicitiā populi Romani vltro venerũt. Neapolitani & Palępolitani,qui iam pridem a Publio Philone obsidebantᷣ,quũ nõ pauca indigna a Samnitibus & Nolanis pręsidiariis paterentur,haud multũ diuersa ab iis,quæ pati solent qui bello capti sunt, Nymphidii ductu & Chariali,Samnitibus per expeditionis speciem vrbe ablegatis, Romanũ præsidium intra mœnia accepere. Receptis Gręcorũ vrbibus triumphus Philoni decretus est,cui duo noui honores cõtigerũt,& q̄ ei consulatu defuncto imperiũ est prorogatũ,& q̄ iam acto honore triũpharit, qđ Romanorũ nulli fuerat ad id tẽpus datum. Vix fuerāt Romani Palæpolitano bello defuncti, quum recens aliud est illis item a Græcis in diuersa Italiæ parte exortũ. Tarentini a quibus ex Neapoli & Palępoli implorata fuerāt auxilia,vbi Romanorũ fidẽ secutos audiuere,accusata sociorũ incõstantia,qui imploratis a se auxiliis deditionẽ fecissent,odio in Romanos & ira flagrare incipiunt. Hortantur igitᷣ Samnites,vt forti animo bellũ sustineant,auxilia promittẽtes,subornant & Lucanorum quosdā,qui ipsi inter se multati virgis,in media suorũ cõcione quererentᷣ,iussu se Romani consulis fœde cæsos,q̄ in Romana castra ingredi ausi essent: ad id mẽdacium,nam credita res est,tanta animorum mutatio est facta , vt confestim missi sint , qui cum Samnitibus societatem

Fons Hammonius.
Hāmoniorũ deus.
Alexander Iouis filius vocatur.
Alexādriæ conditio.
Oraculum.
Dinocrates architectus
Alexandrię figura.
ANNI MVNDI.
Consules.
Neapolis.
Palępolis.
Philonis honores.
Tarentini.

Lucanorũ defectio. tenouarent. Subita res, vt neq; causam satis cõspicuã, ita ne fidei quidem multum habebat. Coa-
cti a Samnitibus obsides dare, & præsidia in arces & munitiora loca accipere: præcipitante ita ni-
hil recusatũ est. Nec ita multo post fraus apparuit, authorib⁹ defectiõis Tarẽtĩ ꝑfectis, sed amis-
Lucaniç sit⁹ sa sui potestate nihil superat nisi vt frustra consilii poeniteret. Sunt Lucani medii inter Picẽtes &
Brutios ad inferũ mare, a Samnitibus orti, eorũ oppidũ Pestũ ad mare cũ portu Græci Possido-
niã dixere. Et gẽs ipsa suo periculo a Romanis defecit. Romæ interea quum ingenuus adolescẽs,
Papyrii libido. ob paternũ æs alienum Papyrio fuisset addictus, essetq; ille insigni forma, ætateq; adhuc iniuriæ
obnoxia, mala libido Papyrium cepit stupri adolescentulo inferendi. Tũ velut ex flore ætatis ad-
uentitium crediti fructum percepturus incesto sermone nexum compellat, qui quum flagitiũ au-
ribus nõ admitteret, nec minis quę secũdo loco adhibitę sunt moueretur, magis ingenuitatis suę
ꝙ̃ præsentis fortunę memor, Papyrii iussu nudatus multis afficiẽ verberibus: ille vbi primum po
tuit se in publicũ proripuit, ibi in cõcione libidinẽ & sæuitiam foeneratoris questus, adeo multitu
dinem, quum misericordia, tum rei foeditate commouit, vt cum tumultu & clamore fit in curiã
concursum, ibi impotens iniuria plus valuit, ꝙ̃ foeneratorũ conspiratio. Iussi sunt consules ad po-
pulum ferre, populusq; id sciuit, vt Romanus ciuis nisi noxam meruisset, donec poenã lueret, ne-
Nexorum solutio. mo in vinculis haberetur. Atq; ita nexi soluti sunt, cautumq; ne in posterum necteretur quispiam
Eodem anno Vestini & ipsi se Sãnitibus iunxere. Populus etsi apparebat bellum cum Marsis Pe-
lignis & Marucinis habendũ, si Vestini armis incesserẽtur, bellũ tamẽ aduersus eam genrẽ iussit,
in quo maior Romanæ ciuitatis animus, ꝙ̃ consiliũ extitit, sed euentus docuit fortunã fortes iu-
uare. Vestinos Iunius Brutus sortitus est, & Furius Camillus (hi duo tũc erãt cõsules) Samniũ.
Consules. Exercitus vteoq; ducti ꝓhibitiq; hostes tuẽdorũ finiũ studio copias iũgere, sed vis morbi Camil-
lũ bello subtraxit: iussus itaq; dictatorẽ dicere, L. Papyrium clarissimum ea tẽpestate virũ dixit, a
Dictator. quo Q. Fabius Maximus Rutilianus magister equitũ est dictus, vir nobilis reb⁹ eo magistratu ge
stis, discordia tñ quam cũ dictatore exercuit adhuc nobilior. Brutus in Vestinis hostem agrorũ
populatione in præliũ euocatũ acie fudit, fusumq; castris exuit. Mox vrbes oppugnare adortus,
Carinã & Cingiliã ex ea gẽte vi captas militi diripiẽdas dedit. In Samnio res ĩ acie ꝓspere cessit,
sed victoriã imparorũ discordia foedauit. Repetiturus ex vrbe auspicia Papyrius, magistro equi-
tum denũciat, vt intra castrorũ vallũ se teneat, nec cũ hoste manũ se absente, aliquo mõ conferat.
Fabius post dictatoris digressum, quũ ꝑ exploratores cognouisset, oĩa ꝑinde soluta apud hostes,
qui ad Imbriniũ sedebãt, acsi in Samnio nemo Roman⁹ esset, spẽ bene gerẽdę rei secutus, ferox iu
Samnitium cędes. uenis, structo exercitu ad hostẽ contẽdit: ibi ea pugnę fortuna fuit, vt quũ nõ dux militi, neq; mi
les duci defuisset, ad. XX. milia hostiũ sint cęsa. Quidã authores fuerũt, bis dictatore absente in
Samnites ꝓspere dimicatũ, in qbusdã annalib⁹ rẽ totã silẽtio ꝓtermissam scribit Liui⁹. Vbi literæ
Dictatoris ira in Fabiũ ad senatũ de reb⁹ ꝓspere gestis platę sunt, Dictator qa cõtra suũ ĩperiũ dimicatũ esset, & ꝙ nõ ad
se aliqd magister eqtũ de ea victoria scripsisset, cęteris eo nũcio lętis, ipse iratũ plenus curia sese ꝓ
ripit, mox ex vrbe ĩ castra ꝓfect⁹, nemini dubiũ fecit, qn Mãliũ exẽplũ secut⁹, ad Fabii supplicium
potius ꝙ̃ ad bellũ ꝓperaret. Fuit id Fabio saluti ꝙ ante Papyrii accessum ꝑ nũcios ad hoc ipsum
cõcurrere iussos, factus erat certior, quo ĩ se aĩo dictatoe ee peteret castra: cõcione aduocata Fabi⁹
fidẽ militũ aduersus dictatoris ĩiuriã ĩplorat, testar⁹ nõ tã ira neglecti ĩperii, ꝙ̃ inuidia sibi pręre-
Implorat militũ fidẽ Fabius. ptę laudis Papyriũ vltionis cupidum ad exercitũ venire, amẽrẽ inuidia, alieneq; virtuti iratum.
Haud dubie dolere ꝙ victoria ad hostes ñ trãsferri possit, vtse & alios ei⁹ laudis participes, maio
re inuidia vrgeret, Papyriũ irã spreti ĩperii prę se ferre, tãꝙ̃ nõ eadẽ mente pugnari vetuisset, qua
pugnatam doleret. Nec dubiũ esse quin haud multo pacatior tribunis & cẽturionibus, ꝙ̃ sibi in
castra vẽturus sit. Sed quia inuidia vt ignis summa peteret, in se velut ducẽ consilii sęuire, suũ ca
put & vitam petere: qua extincta, nihilominus in plures sęuitur⁹ esset. Adessent ꝑinde in sua cau
sa omniũ libertati, nec dubiũ esse, quin si in tuenda victoria eũdem ille militũ cõsensum in castris
offenderit, qui in pugna fuit, futurũ, vt animũ in mitiorẽ sentẽtiã inclinaret. Postremoq; se vitam
fortunasq; suas, illorũ fidei virtutiq; ꝑmittere. Ex tota cõcione clamor redditus est, atq; vox hor-
tantiũ, vt bono aĩo esset, nec Romanis legiõib⁹ saluis vim ab vllo reformidaret. Affuit nec multo
post dictator, q cõcione aduocata, Fabiũ ad tribunal citari iussit. Facto inde silẽtio, Quęro inquit
de te Q. Fabi, quũ summũ sit dictatoris imperiũ, pareãtq; illi Cõsules, Prętores, cęteriq; vrbis no
strę magistratus, an & magistrũ eqtũ eiusdẽ dicto obedientem esse oporteat? illud etiã interrogo:
expediuerit ne turbatis auspiciis in hostem ire? an illa more maiorum ex vrbe repetere? Simul &
illud dicas, potuerit ne magister equitũ ea religione esse liber, quæ dictatori obstitit? Quin illud

video quomodo sanctius parētari possit,q̄ simicissimę vrbis excidio quæ malorꝫ oīm illis ori go fuit & caput.Hic prçterea multo maior regū Gaza cōgesta est,q̄ vspiā locorꝫ alibi.Ite & vrbē Grçco nomini iimicā,auri refertā,magnaq; ex pte metu destitutā occupate,diripite,q̄ potiti,vere vlti hostē Persicūq; regnū videbimini.Haud multa hortatione opus fuit,pdę cu piditas ita oīm aīos accēderat,vt momēto tēpis oppidū a Barbaris magna ex pte destitutū, sit a militib⁹ captū.Curti⁹ author est,tātū hic auri & argēti ex regia Gaza quęsitū,q̄tū neq; Susis,neq; alibi tertarū.Plutarch⁹ Alexādrū scripsisse ait Persepolitanā prædā Susianæ æq̄lē fuisse.Sed quāta fuerit ex eo cōiici potest, q; dena milia mulorꝫ iuga, & quīq; milia Camelorꝫ, diuitias,& reliquū regię dom⁹ īstrumētū vexisse tradūt.Satis cōstat milites vasa īmēsi pretii dolabris īter se ptitos.In nulla captarū vrbiū maior est cędes edita.Multi etiā Barbarorꝫ de sperata salute hostiū man⁹ volūtaria morte euaserūt.Incēderūt quidā proprias ędes qd hostis factur⁹ videbat:Alexāder arce valide pſidiis munita,cū mille eqtib⁹, & expedita peditū ma nu sub ipsum vergiliarū sidus,ī iteriora Persidis loca penetrauit.Per inuios saltus & niuosos agmine laboriosissime acto,agreste gen⁹ hoīm vicatim habitās domuit.Vētū īde ad Mardos gētē bellicosissimā,& multū a cętero Persarū cultu horrētē.Specus effodiūt, in quos,se,libe ros & cōiuges cōdūt.Pecorū ferarūq; carnibus pmiscue victitāt,fœminis horror quidā,atq; hirtę comę prominentes,vestis super genua,funda frontē vinciūt.Id illis telum & mūdus est. Hos quoq; idē fortunę īpetus domuit,vnde Alexāder trigesimo die,q̄ in eā expeditionē exie rat est Persepolim reuersus. Hic ītēpestiuis cōuiuiis & īmodica temulētia fœdare cœpit no bilissimę victorię laudē.Adhibebant castrēsia scorta regio cōuiuio,& in his Thais Attici ge neris fœmina,oīm q̄ castra sequebant,ob excellentē formā nobilissima, eam postea Ptolemęus regnās scortū habuit.Hic quū iā ī multū vini Rex & alii pueċti essent,illa Alexādrū allocu ta dicit.Maximū inqt Rex oīm laborū,quos Asiatica sum expeditione perpessa,hac nocte fru ctū pcepi,q; in supbissima Persarū regia Alexādri regis īuictissimi cōuiuiū celebro,sed multo maiorē pceptura,si Xerxis regiā,q nostras olim Athenas cremauit,mea manu incēderē,qd & tibi glorię sit,si ad posteros tradat,vt Atticę mulieres secutę Macedonū castra,patrię excidiū fuerint vltę,qd tot classes,tot exercit⁹,tot duces,ex terra Grçcia pfecti, ad id tps vlcisci neq uissent.Hęc illa,atq; vna spectāte rege facē accēdit. Plausus cōfestim & tumult⁹ toto cōclaui orit,cęterisq; ad id facin⁹ hortātib⁹,ebrius īperator,ebriū scortū secutus,facē & ipse corripit, idē alii faciūt,clamoreq; sublato ad regiā incēdēdā discurrūt. Milites q extra vrbē tendebāt, flammā cōspicati,rē fortuitā rati cū aqua in vrbē concurrūt,ibi regem inter cęteros materiā igni suggerentem intuiti,abiecta aqua alacri animo & ipsi faces subdunt.Nemo erat cui nō persuasum esset,excisa regia vrbe,Alexādrū retro abiturum,atq; ita fore,vt victores & pręda honusti breui domū reuerterent.Et domus illa inclyta tot regū altrix,totius orientis impera trix & domina, Grçcię & cęterarū gētiū terror,hūc infelicē habuit exitū,quę decem milium nauiū classem aliquādo instruxerat,exercitus tā numerosos coegerat,vt maria pedibus puia fecerint,mōtes a cōtinēti absciderint,flumina vno haustu exiccarint, per ludibriū meretricia manu incēsa & excisa est.Vrbs quoq; cū regia absumpta est,vt pcedēte tēpore,vbi Persepolis fuisset,ignorari potuerit,nisi Araxis vicinitas,q ad.XX. stadia prçterfluebat,insignē locū fe cisset.Fuerūt qui eius consilii Alexandrū ignarū fuisse crederent, sed nemo alius tātū fuisset facinus patrare ausus.Persepoli deleta,cōtinuo Macedo in Mediā contēdit,Dariū secuturus. Erat tū ille Ecbatanę q̄ caput fuit gētis,Parthi reges postea locū tenuere, aberatq; Alexāder ad.M.&.L.stadia ab hoste,nec flumina,aut montes erant vlli qui victorem exercitum diutius morari possent.Tū Darius magis prçlio q̄ fugę intētus (null⁹ regū maiore animo aduersam fortunā meo iudicio tulit vnq̄) ita est suos p cōcione allocutus.Si me inquit viri fortissimi, cū ignauis & timidis fortuna cōiūxisset,& iis qui pluris vitā q̄ laudē æstimarent,tacerem ne frustra hodie apđ vos verba facerē,sed maiori q̄ vellē documēto & virtutē vestrā & fidē exp tus, magis ac magis eniti debeo,vt talibus sim amicis dignus,q̄ dubitare an vestri similes ad huc sitis,ex tot milib⁹ hominū,q̄ ad hoc bellū semel atq; iterū comparaui, vos soli hoīm me bis victū,bis fugientē,secuti estis.Fides vestra & cōstantia facit,vt me adhuc regē esse credā. Desertores & trāsfugę in meis vrbibus regnant,nō vt ab hoste eo honore digni habeant,sed vt talibus vos illecebris & pmiis sollicitati,ex fidissimis perfidi,vt illi,efficiamini.Cęterū vos vt fortes viros decuit meā fortunā licet afflictam,q̄ victorꝫ sequi maluistis,digni qbus,si ipse non possim,dii immortales pro me gratiam referant,ac referent quidē,si fides, si iustitia cœ

Persepolitana Gaza.
Opulenta pręda.
Mardorū gens.
Thais scortū nobilissimum.
Incenditur Persepolitana regia.
Persepolis excidium.
Oro Darii ad suos.
Oblique carpit deditios.

lestibus curæ est. Nulla erit tã surda posteritas, tã ingrata phama, quę nõ meritis vos laudib⁹ sit in cœlũ latura. Nũc vero si cõsiliũ fugę, a qua vehemẽter abhorret anim⁹, aliqñ agitassem, vestra virtute cõfirmatus, hosti obuiã ire cogito. Etenĩ quousq̃ aduenã & externũ regẽ vitabundus mei regni fines vagus perlustrabo, quũ liceat fortunã belli experto, aut ea quę amisi recuperare aut honesta morte pśenti calamitate defungi? nisi forte satius esse dicat aliqs victoris arbitriũ expectare, velit ne me seruatũ vt Mazeũ & alios, vni gẽti preficere, an suæ iræ potius q̃ glorię i dulgere, qđ nefas dii auertãt, vt hoc dec⁹ capitis mihi adimere quisq̃, aut cõdonare possit, quin viuus nunq̃ hoc ĩperium amittã, cuius idẽ erit finis qui & vitæ: si hic anim⁹ vobis est viri fortes, hęc sentẽtia. parata est vnicuiq̃ vestrũ libertas, nemo fastidiũ & supbiã Macedonũ coget ferre, sua cuiq̃ dextra tot malorũ, aut vltionẽ pariet aut finẽ. Vertũenimuero fortuna, qđ oẽs scitis, variabilis est, & quia mutari potest, haud ĩmerito mitiores vices expecto. Q̃ si dii cœlestes pia & iusta bella auersant, idq̃ euenire velint, qđ nolo ominari, vt fortibus tamen viris honeste mori licebit. Quare vos p maiorũ vmbras oro & obtestor, qui mẽorabili laude totius oriẽtis regna tenuerũt, qbus Scythia cessit, Thracia subacta ẽ, Gręcia cõcussa, Macedonia stipẽdiaria facta, vt nobilitatẽ vestrã totiusq̃ gẽtis dignos spirit⁹ geratis, eaq̃ aĩorũ cõstãtia, qua cætera pertulistis, extremã hãc pugnæ sortẽ experiri velitis, me certe aut victoria egregia ĩ ppetuum nobilitabit, aut pugna. Perstrinxit oĩm aĩos ferocissima Darii oratio. Erant cũ eo ad. XXX. milia peditũ, & in his quatuor milia Gręcorum, quorum fida strenuaq̃ opera fuerat Rex haud vno loco vsus. Equitũ tria milia & trecẽti. Cõsensus tñ non mediocris aderat sequi volentium. Sed Bessus Bactrianę vrbis regionisq̃ pfect⁹, & Nabarzanes cõsiliũ inter se nefariũ inierãt, regis in suã potestatẽ redigendi, vt apud Macedonem gratiam inirent, aut si id consilium minus processisset, regni eo occiso ĩuadendi. Tum ibi Nabarzanes rem ad exitum perducere adort⁹, Darii orationẽ ita excepit. Scio me inquit Rex sententiã dicturum parum tuis auribus iucundam, sed medici grauiores morbos asperis remediis curant, & nauiũ gubernatores, quum ancipiti periculo tenẽtur, cęterarum rerũ iactura, quicquid seruari potest redimunt. Ego nõ vt cladem adeas vllã cõsulo, sed vt te & tuum regnũ salubri consilio serues. Diis aduersis iãpridem bellũ gerimus pertinaxq̃ fortunæ tenor rem Persicã multis cladibus aliis sup alias afflixit. Nouis igitur initiis op⁹ est, auspicia & regnũ alicui tradas consulo, hũcq̃ tantisper regem appellari patiaris, donec Asia decedat hostis. Victor deinde tibi regnum restituat, hoc breui futurum ipsa ratio promittit. Bactra intacta sunt, Indi & Sacę, & aliæ pleræq̃ gentes, vnde inuicti exercitus parari queũt, ad bellum sæpius instaurãdũ, si instaurato opus sit, ita vt maior belli moles supsit hostib⁹, q̃ ad hunc diem exhausta sit. Quid enĩ beluarum ritu in perniciem non necessariam ruim⁹? virorum fortiũ est, magis mortem contemnere, q̃ vitam odisse. Ignaui etiam & inertes, pręsentis fortunę tędio, sępius vitam abiecere. Virtus nihil inexptum reliquit. Vltimum oĩm mors est, ad quam non pigre accedere satis est. Pręstat itaq̃ vt Bactra, qđ regnum intactũ est, petam⁹, Bessusq̃ ibi tantisper regis appellationẽ gerat, donec res Asiæ præsenti bello defunctæ sint: ac tũ tibi regi ille ĩcolume regnum restituet. Darius ad tam indignã vocẽ neq̃ iræ, neq̃ voci pepercit. Inuenisti inquit pessimũ mancipiũ optatũ tibi tẽpus, quo parricidiũ aperires, strictoq̃ acynace in eum irruit, haud dubie interfecturus. Cæterũ Bessus Bactrianiq̃, deprecãtiũ specie illum circũsistunt, vincturi scilicet, si in vltione pseuerasset. Nabarzane dilapso cõtinuo Rex iubet agmẽ pcedere. Patron, qui Grecis militib⁹ pręerat, videns haud dubie Bessum & Bactrianos Dario imminere, rogauit vt Grecorum præsidio, qui oẽm spem salutis ab Alexandro desperassent, suum corpus muniret, qđ Darius facere recusauit, fassus malle se extrema oĩa inter suos pati, q̃ trãsfugam fieri. Sequebatur interim Bessus regium currum, fœdasset se cõtinuo infando parricidio, nisi veritus esset, ne apud Alexandrũ nullã gratiã iniret, q̃ regẽ ad se viuũ nõ pduxisset. Rẽ itaq̃ ĩ proximam noctem distulit: Darius sub noctẽ suorũ custodia destitutus, vehiculo pellibus vndiq̃ cõtecto, fugã in Parthienen intẽdit. Regia supellex a Bactrianis direpta est. Inde Bessus Persarum agmine sibi multis pollicitationibus adiũcto, regẽ tertio die assecutus, aureis cõpedib⁹ vinxit. Alexander interim cognito hostiũ cõsilio, qđ de futuro pręlio agitarent, Tabas vsq̃ pcesserat, ibiq̃ audito Darii casu, & q̃ hostis ad quingẽta stadia abesset, qui citato agmine Hyrcaniã petiturus crederetur, quãta maxime potuit celeritate ad eũ Macedo ire perseuerauit. Plutarchus tria milia stadia &. CC. vndecim dierũ spatio Alexandrum equo sedentẽ confecisse scribit. Curtius quingẽtis stadiis ab hoste abfuisse author est, quũ regem a suis destitutũ accepit, sed quantuscũq̃ fuit ille cursus, quũ primũ appropinquare auditum est, hostes fuga disiecti, alii alio di-

Verba vero rege digna.

Copię quæ Dario aderant.

Nabarzanis ambitiosa oratio.

Darii ferocia.

Vincitur Darius.

Alexandri celeritas.

Bessus & Nabarzanes Dariũ cõfodiunt.

labunt. Bessus & Nabarzanes ad Darii currũ accedẽtes, eum hortant, vt equum conscendat, se cũq; fugã capessat: ille deos vltores adesse testatus, Alexandri fidem ĩplorat. Tum ambo ira accensi tela in regẽ cõiiciunt, multisq; vulneribus cõfossum in curru pro mortuo relinquunt. Nabarzanes Hyrcaniã versus fugã intẽdit. Bessus paucis comitãtibus in Bactra. Ad tria hoĩm milia, sub primũ Macedonũ accessum, ferro interiere, cęteris Alexãdri iussu venia data est. Interim iumẽta quæ erãt currui alligata, sine rectore ad quatuor stadia militari via aberrantia in cõuallem quandã decesserãt, haud procul fons ĩde erat, ad quẽ mõstratũ, quum Polystrates Macedo æstu & siti cõfectus venisset, aquã galea haustam poturus, iumenta inhęrentib⁹ telis deficientia cõspicat, nouitate rei cõmotus ad currum accessit, ibiq; Dario reperto, aquã ori adhibuit, vt

Darii interitus.

extremũ spiritum trahẽtem reficeret. Hausit ille aquã, atq; addidit. Quisqs mortaliũ es, hoc ad extremã calamitatẽ mihi accidit, vt pro tali in me beneficio gratiã tibi referre nequeã. Referet Alexãder, Alexandro vero dii immortales, q in matrẽ meã, vxorẽ, & liberos, pius & clemens extitit. Tuq; oro in meæ pietatis argumẽtum, hoc dextræ pignus illi dato, ac precare etiã ne meũ corpus ĩsepultũ iacere patiat. Atq; hęc dicentẽ accepta Polystratis manu vita destituit. Et Dari⁹ rex in hunc modũ periit. Ad quẽ videndũ quum Alexãder & multi accurrissent, dicit Rex lachrymis rẽperare nequiuisse, dẽptaq; sibi chlamyde iacentis corp⁹ cõtexit, postremo regio more funeratũ, reliquias corporis maioꝝ tumulis inferri iussit. Plutharcus author est, corp⁹ ab Alexãdro ad matrẽ q̃ Susis erat missum. Cecidit cum Dario Persarũ regnũ, ducẽtesimo ferme anno q̃ cõditũ erat, Fuitq; hic annus a mundi origie septuagesimusseptim⁹ supra octingẽtesimũ ac quater millesimũ. Quo anno Alexãdria in Aegypto cõdita est. Et Alexãder Epirota in Italia periit.

ANNI MVNDI.

Quo itẽ Romani Palępolitanos in ora Cãpaniæ obsidione domitos, ad deditionẽ compulerũt. Quapropter bellum est populo Ro. cũ Tarẽtinis ortũ. & Agis Spartanorũ rex cõgressus prælio cũ Antipatro Macedonię pfecto, fortiter pugnãdo mortẽ occubuit. Fuit hic Agis multo iunior illo, & ab eo diuersus qui Pelopõnesiaci belli tẽpore diu Athenas ex primo infestauit. Hic

Agis.

q iunior fuit Gręcia ĩ spẽ recuperãdę libertatis erecta, Lacedęmoniis authorib⁹, copias Alexãdro absente ĩ Macedões parauit: Sed medio belli apparatu, cũ Antipatro q ad primos Spartiatarum mot⁹ cũ valido exercitu occurrerat, manũ cõserere coact⁹, adeo ferociter ĩ hostes dimicauit, vt

Agidis regis virtus.

ĩclinãte suoꝝ acie intrepide oẽm Macedonũ ĩperũ sol⁹ exceperit, atq; ibi cõmin⁹ eminusq; petitus, multisq; vulnerib⁹ cõfossus, tã diu exaduerso stetit quoad fluuio sãguinis exhaustũ corpus supra arma corruit ad terrã, inde a suoꝝ globo (nõ eñ adhuc tota acies ad fugã ĩclinarat) sublat⁹ ĩ pedes, quũ paululũ quieuisset in hostẽ feroci⁹ q̃ ãtea cõuers⁹, suos ad pliũ instaurãdũ hortatus est. Fuitq; deĩde certamẽ accerrimũ. Spartanis vetera decora ĩtuẽtib⁹, psentia & multo maiora Macedonib⁹, his pro gloria & ĩperio, illis p libertate dimicãtib⁹. Locoꝝ angustię effecerãt, vt ad m̃ẽtũ diei sit dubio marte dimicatũ. Demũ Spartanoꝝ fortuna ĩclinãte, Agis vbi res pditas vidit, se a q̃bus gestabat deponi iussit, ibi cũ dolore vulnerũ pedib⁹ cõsistere nõ posset, poplitibus innixus, vt spatiũ daret suis ad euadendũ, clypeũ hostib⁹ obiecit, ferrũ vibrãs ab hostibus quęrere, Ecqs eoꝝ iacẽti sibi spolia detraheret! Nemo erat qui cõmin⁹ lacessere auderet: sed multa in vnũ tela vno tpe cadebãt, quę ĩpune excepta in hostẽ remittebat, donec pectore lãcea traiecto, moribund⁹ in clypeũ procubuit, minor felicitate, virib⁹ & animi pstantia nihilo Alexãdro inferior. Qui nũcio amissi exercitus cũ Sophryone ĩ Scythia, haud tãtũ doluisse dicit, q̃tum lętitia & gaudio est affectus, q duos ęmulos reges, Agim & Alexãdrũ auunculũ, eodem tẽpore extinctos accepisset, quo clades illa Scythica nũtiata est. Perierũt cũ Agide quinq; milia Spartanorũ. Ex Macedonib⁹ haud amplius. CCC. cætero exercitu vulneribus affecto. Fregit ea clades nõ Spartanos solũ sed cæteros etiã Gręcos, qui ab illis steterãt. Lacedæmonii missis ad alexandrum legatis veniam impetrarũt, paucis eius defectionis authoribus supplicio affectis. Maior omnino clades fuit, quę Sophryonis temeritate in Scythia accepta est. Is Põticæ regioni præfectus, ociosum se ratus, nisi aliqd suo ductu ea quoq; parte gereretur, cum. XX. milibus hominũ, Scy

Sophryõis cædes.

this, qui supra Põtũ incolũt, bellum intulit. Cæsusq; cum toto exercitu pœnas luit innoxiæ gẽtis temere lacessitæ. Spartanũ bellum Curtius cõpositum scribit, priusq̃ Darius fuerit prælio in Mesopotamia victus: Trogus in Parthia tum Alexãdrum fuisse ait, iam Dario extincto, quũ de Agidis & Alexãdri auunculi interitu Macedo factus est certior: sed quæ Curtius ait ppiora vero sunt, ob Alexãdri cædẽ, quam aliquãto antea nuntiari oportuit si interim quum Alexãdria cõderet, ille in Italia periit, vt Liuius scribit: q̃q̃ vtrũq; vt video euenire potuit. Satis cõstat luctum vniuerso exercitui, ob auunculi mortem, ab Alexãdro triduo indictum. Ipse Dario sublato,

quũ ſubitũ patriæ deſideriũ militũ aĩos ĩceſſiſſet,& iã palã voces iactarẽt,Perſicò bello pfecto fi-niri oportere militiã,quo militari motu Alexãder inſtructus,vocatũ ad cõcionẽ exercitũ,in hũc modũ affatus dicit.Nemo veſtrũ eſt viri fortiſſimi,quẽ nõ merito ſatietas glorię,finiendeq́ꝫ mili-tiæ deſideriũ teneat,ſi ea tantũ ſpectet quę ad hũc diẽ geſſimus.Etenĩ vt Illyrios omittã,Tribal-los,Bœotiã,Thraciã,Spartã,Achęos,Pelopõneſum & alias terras in Europa,quæ partim meis,-partim meorũ ducum auſpiciis,Macedonũ armis ceſſere,ecce hoc biennio ab Helleſponto bellũ exorſi,Ionas & Acolidẽ ſeruitio exemimus.Cariã,Lydiã,Cappadociam,Phrygiã, Paphlagoniã, Pãphiliã,Piſides,Ciliciã,Cyriã,Phœnicẽ, Aegyptũ, Armeniã,Meſopotamiã,Perſidem,Medos, Parthienẽ in poteſtate habemꝰ,vt plures expeditione vna puincias cepetimꝰ,q̃ cęteri ĩperatores vrbes.Nũc vero ſi tot captarũ gentiũ imperiũ ſtabile,& mãſurũ nobis arbitraret,vel vobis reni-tentibꝰ ad matrẽ & cęteras neceſſitudines reditũ feſtinarẽ,vt cũ his laude vobiſcũ parta potiſſi-mũ frueret,vbi vos quoq́ꝫ viri fortes,liberorũ,cõiugũ,parẽtũ lętitia expectat. Veriſſimꝰ victorię fructꝰ,optata quies,& rerũ per virtutẽ partarũ ſecura poſſeſſio:ſed ĩ nouo & tumultuoſo adhuc ĩmpio,tẽpore opꝰ eſt milites ,dũ efferatiſſimæ gẽtes mitioribꝰ ingeniis imbuant,effrenatos mo-res cõſuetudo melius,q̃ metus mulcet,fruges quoq́ꝫ ſua lege certoq́ꝫ tempore miteſcant neceſſe eſt.An putandũ eſt innumeros populos,alterius ĩperio,& nomini aſſuetos,nõ ſacris,nõ moribꝰ, non linguæ cõmercio nobis cohęrẽtes,eodẽ prelio domitos,quo victi ſunt,& qui noſtris armis magis q̃ ſuis moribꝰ qeſcunt,tã paratos fore,q̃ hodie ſunt,ſi ĩmatura victoria relinquat!fallit opi-nione ſi quis cõtingere id poſſe arbitrat,qui nũc pſentes metuunt.abſentibꝰ hoſtes erũt,cũ feris beſtiis nobis res eſt,quas cauea incluſas magis tẽpus q̃ natura mitigat.ſed quid attinet hęc dice-re,quaſi oĩa quæ Darii fuerũt armis ſubegerimus! Hyrcaniã Nabarzanes tenet. Bactra non ſo-lũ poſſidet Beſſus,ſed minat etiã nobis. Sogdiani,Dahę,Maſſagetæ,Sagæ,Indi,ſui adhuc iuris ſunt.Oẽs hi vna ſi terga noſtra viderĩt,vt hoſtes ſequent,noſtroq́ꝫ iugo excuſſo,ſuũ his gentibꝰ quas tenemꝰ ſine vllo certamine ĩponẽt.Suis aũt qſq́ꝫ placidiꝰ paret,q̃ externis & ignotis. Aut pide q̃ cepimꝰ omittẽda ſũt,aut q̃ nõ habemꝰ occupãda:ſicut ęgris corpibus,nihil qd nociturũ ſit medici reliquũt,ita nos qcqd noſtro obeſt ĩperio recidamꝰ neceſſe eſt.Parua ſępe ſcitilla ignis magnũ ſuſcitat incendiũ.ſed nihil tuto cõtemnit in hoſte,quippe qui negligẽdo violentior fiat. Nec Darius hęreditariũ Perſarũ accepit imperiũ,ſed in Cyri ſede Bagoę eunuchi opera locatꝰ eſt.Nec mirũ vobis videri debet,ſiquis dixerit,quãtũcunq́ꝫ eſt hoc imperiũ facile a Beſſo,niſi no-ſtra obſtẽt arma,breui occupatũ iri.Et nos parũ iuſte fecimꝰ,ſi ad hoc Dariũ vicimus,vt Beſſo eius ſeruo imperiũ traderemꝰ,qui vltimũ ſcelus auſus,ꝙ regẽ ſuũ,cui hoſtis pepciſſet,in vincu-lis cõiectum,ppria manu peremit. Hunc ergo regẽ patimini milites!quẽ ego in crucẽ tollere iã dudum meditor.oibꝰ regibus gẽtibuſq́ꝫ meritas luiturum pœnas! At Hercle ſi hic idẽ nunciet vobis Helleſpontũ,aut Lydiã vaſtare,dolore perciti,ꝙ noſtrę victorię præmia corrumperet, ad vltionẽ feſtinaretis: Quanto autẽ præſtat nunc,territum,& vix mentis compotem opprimere! Quatridui iter eſt,nec per niues aut montium abrupta eundum,ſed plana omnia & prona.Ad ipſum victorię limen eſt ventũ,pauci nobis fugitiui,& ſui domini interfectores aſſequendi ſunt quibus ſupplicio affectis,haud mediocris noſtrę gloriæ fiet acceſſio.Etenĩ tum nõ ſolũ extincti regis odiũ finiuiſſe videbimur,ſed eius etiã mortẽ vindicaſſe,atq́ꝫ ob id quoq́ꝫ Perſæ multo ob-ſequẽtiores facti,faciliꝰ noſtro aſſueſcẽt imperio. Magna militũ alacritate eſt ea oratio excepta, ac quo vellet ſeſe duceret,acclamatũ.Nec rex multũ deinceps cũctatꝰ,Cratero cũ iis copiis,qui-bus pręerat,ad Parthienen obtinendã relicto,ternis caſtris in Hyrcaniam venit. Hic Phrygiũ iuſſum per aperta loca ducere,ipſe cum phalãge & expedito equitatu,ad.XX.milia paſſuũ pro-greſſus,ad Zioberim amnẽ puenit. Fluit is haud vna facie,pręceps primo & violentꝰ,mox tel-lure abſorptꝰ,poſt aliquot milia paſſuũ ad auras emerſus,nihilo mitior Rindacho amni miſcet, mixtuſq́ꝫ nomẽ amittit.Quatriduo hic circa fluuiũ caſtra habita.Quadrato ĩde agmine in Na-barzanem itũ,a quo literę venerãt,quibus ille cauſam reddebat,cur Dariũ occidiſſet,ꝙ ille ſibi vitã prius adimere voluiſſet,qua nihil mortalibꝰ ſit charius.Si Alexander ad ſe venire iuſſiſſet, intrepide ſe ad eum venturũ,nihil quidẽ veritum,quin fidẽ ſuã tãtus rex ſancte eſſet cuſtoditu-rus:Deum a deo falli non ſolere.ꝙ ſi indignus videretur,cui fidẽ daret,multa patere fugiẽti exi-lia,Patriã eſſe vbicunq́ꝫ vir fortis ſibi ſedẽ delegiſſet.Ad hęc nihil Macedo reſpondit,ſed ppera-re ad opprimendũ hoſtem,pugnę tamẽ intentus.Erant enim loca aditu difficilia,patẽs vallis ad Caſpiũ pelagus erat extenſa,cuius latera velut brachia vtrinq́ꝫ excurrẽtia,in ſemiplenę lunę ſpe-ciem admiſſum mare amplectũt.Cercetę lęuũ latꝰ accolũt,Moſſini & Chalybes dexterũ,Leuco-

Oratio Alexãdri ad milites.

Prouinciæ bello victæ

Quãtũ ad ſolidã victoriã deeſſet.

Perorati o.

Zioberis.

Rindachus fluuius.

syri & Amazonũ căpi. Id mare, alii Caspium, alii Hyrcanum vocăt, sed neutrũ ratione caret: pisces in eo diuerso ab aliis colore, & aqua dulcior q̃ alibi: quo argumẽto adducti quidã, Meotidis paludis humore huc ĩfuso, mare ipm dulcorari arbitrati sunt. Estq; coiecturę hui⁹ author Curtius. Plutarch⁹ vt trib⁹ aliis terrarũ locis, hac quoq; pte Oceanũ terrę ĩfundi arbitrat⁹ est: quam Plinius aliquãto ãtea celebrauit opinionẽ. Ptolemęus ab oĩ exterioris fluct⁹ cõmercio alteriusve maris Hyrcanũ vĩdicat. Valle igit̃ syluestri ad mare nullo hostiũ occursu puenit Macedo. Ibi pter alios cõmeatus, quoꝝ tũ regio abũdabat, pomoꝝ vis ingẽs passim exercitũ alebat, vberrimũ gignẽdis vuis solũ, freques arbor quęrno ferme folio, idq; multo melle tingit̃. Legat̃ necesse est ante ortũ solis, alioq eius radiis cõtact⁹ euanescit. Aruas oppidũ primo Alexãder petiit, quo Phrates Tauroꝝ pręfect⁹ occurrẽs, vltro deditionẽ fecit, cuius exemplũ secuti Satrapes Hyrcanię plęrasq; secũ gẽtes tradidere. Venit eo Artabazus cũ nouẽ filiis: is se & liberos Macedoni veniẽti vltro dedidit. Habebat is secũ Grecoꝝ manũ, fuerat Artabazus Philippi hospes factus, iã ĩde ex quo Ochi regis tpibus exul venit in Macedoniã. Hoc fuit in causa vt illũ iã nonagenariũ, & ad pedes procũbentẽ, Alexãder dextera alleuarit. Tũ Senex ego inquit Alexander tua felicitate lęt⁹, hoc vno torqueor, q diuti⁹ tuę clemẽtiæ fructũ ob ętatẽ peipere nõ possum. Cõuersus inde ad filios, eos obtestat⁹ est, vt tãdiu viuere vellẽt, quoad vtiles Alexandro esse possent. Alexãder nõ Artabazũ solũ & filios benigne excepit, sed ĩ senis gratiã, Græcis quoq; q cũ illo venerãt, dedit veniã. Fuerũt hi decẽ milia & quingenti: quoꝝ vnus Democrates Atheniẽsis, q semper Macedonum opibus fuerat aduersatus, desperata salute, sibi manũ intulit. Mardoꝝ gens inde bello petita est, qui neq; legatos miserant, neq; imperata facturi videbant̃: noctu iter cum expedito exercitu ingressus Macedo. prima luce eorum fines irrupit: fuitq; ibi tumultus magis q̃ prælium: Barbari collibus quos insederãt deturbati, fuga dissipantur. Capti inde vici cultoribus deserti. Mõtuosa loca ad quę hostes pfugerãt, aditu difficillima, arborib⁹ inexplicabili nexu, a teneris incolarũ studio increscere assuetis: eratq; genti pro vallo & mœnibus id munitiõis gen⁹. Circuire septum Alexãder, atq; oĩa a suis tentari iubet, siqua possint irrumpere. Multi interim hostiũ intercipiebant̃: sed & Macedonum quoq; nõ pauci, ignoratione locorum, in Barbaroꝝ manus inciderãt. Et in his Bucephalas insignis equus captus, qui charissimus erat regi. Nobilissimi equi iactura rex permot⁹ hostibus nunciari iussit, fore, vt ad vnum omnes ferro obtruncarent̃, nisi incolumem equum sibi restituerẽt: Mardi minacissima regis denũciatiõe territi, equum & alia dona ad regẽ miserũt. Inde quũ nihilo secius oppugnarẽtur deditio facta est. Obsidibus ab ea gẽte acceptis, quum Alexander ad Darii regiam, quę in Hyrcania fuit, cõtenderet, Satribarzanes accepta fide ei occurrit, secum habens Bagoam spadonem, cuius consuetudine ob elegantẽ formã Dari⁹ tenebatur. Erat Hyrcanię finitima gens Amazonũ: regnabatq; tum ĩ his locis Thalestris omnem late terram inter Caucasum montẽ & Phasim imperio obtinens. Hęc visendi regis cupiditate accensa, cum vna equitum ala fines egressa est. Longũ inde iter emensa, priusq̃ in cõspectũ venisset, pmisit qui regi nũciaret, venisse Thalestrim Amazonum reginã ipsius adeũdi cupidam. Tum facta veniẽdi potestate, cum. CCC. mulieribus, vt Curtius scribit, ad regẽ venit. Vbi igitur primo stetit, cõfestim equo desiluit, binas hastas manu gestãs. Erat lęua pars vestis ad pectus nuda, sinusq; in nodũ collectus. Intuebatur Thalestris regem interrito vultu, habitũq; corporis tãtarum rerum phamę imparem (nã nõ omnia vni dii dederũt vt sapiẽs ait poeta) tacitis lustrabat oculis. Semp hominib⁹ Barbaris veneratio in maiestate corporis nõ parua fuit, magnorũq; operũ nõ alios capaces putãt, q̃ quos eximia specie donare dignata sit natura. Cęterũ interrogata nũquid aliqd petere vellet a rege, haud verita est fateri se eo cõsilio ad Alexandrũ venisse vt ex ei⁹ cõgressu cõciperet, si se nõ indignã existimaret, ex qua regni hęredẽ tolleret, si puer editus esset, muliebrẽ stirpẽ gentili instituto secũ habitura. Rogata an vna militare vellet, regnũ sine custode a se relictũ causata cõmilitiũ detrectauit. Cõtendere tũ nihilo secius ne se rex suo cõgressu frustraret̃. Absumpti inde. XIII. dies in obsequii desiderium. Trogus. XXX. scribit: quod tẽpus ad conceptum deprehẽdendũ magis idoneũ fuisse mihi videtur, q̃ quod Curtius posuit. Thalestris vbi vterũ implesse sibi visa est, in regnũ cum suo comitatu abiit. Meminerunt rei huius pręter Curtiũ & Trogum, plęriq; Gręcoꝝ: Clatarchus, Polycritus, Onexycritus, Antigenes, & Hystros. Plures cõtra id figmẽtum arbitrati sunt: & in his Aristobolus, Chares, Hysingelus, Ptolemæus, Philon Thebanus, Hecateus Eritriensis, Philippus Chalcidicus & Duris Samius: quibus Alexandri testimonium, vt Plutarchus scribit, astipulatur: qui ad Antipatrum singula perscribens, Scytharum regẽ sibi filiam despondere velle significauit: nulla interim Amazonum

De Caspii maris natura.

Mel ĩ foliis.

Artabazus cũ filiis venit ad Alexandrum.

Democrates.

Mardorum fuga.

Bucephalas capitur.

Mardorum deditio.

Thalestris Amazonũ regina.

Congressus Thalestris & Alexandri.

Historiographi.

mentione facta. Lysimachus qui ex Alexãdri comitatu vnus fuit, quartũ Onexyceriti librum aspernatus dicit, qui hęc habuit, q̃ de Amazone sunt ab illo & aliis pdita. Secũdũ hęc Macedo in Parthiã pfectus (vt sunt hoĩm ingenia, quæ cũ fortuna sępius mutant) felicitate nimia corruptus, barbaram primo stolã induit, dubiũ, ad cõciliãdos Barbarorũ animos, an vt Macędonas tẽtaret, possent ne a patrio ritu, ad barbarũ traduci. Inde deorũ fastigiũ æmulatus iacere ante pedes patiebat, venerabundos hoĩes, qui ad suũ cõspectũ venirẽt: sumpto diademate, quali Darius fuerat vsus albo purpurã variãte. Literas ad hęc asiaticas Darii obsignabat annulo. Pellicibus CCC. & LX. vt ille, regiã repleuit. Sequebant & spadonũ greges, & ipsi muliebria pati assuecti, ĩgemiscebãt veterani milites ac vehemẽter indignari, eratq; iam ppemodũ vnus in totis castris sensus, plus amissum esse tam clara victoria q̃ q̃situ. Alexandrum ex ĩperatore clarissimo Darii Satrapem factũ videri: Ipse ad cõciliãdos sibi barbarorũ animos, Roxanen, vt quidã tradũt, elegãti forma virginẽ sibi matrimonio iũxit. Cęterũ plures authores sunt Roxanen aliquãto postea, locoq; multũ diuerso, ab Alexãdro in matrimoniũ receptã. Trigita pręterea puerorũ milia barbarici sanguinis græcarũ literarum disciplina instrui iussit: Macedonicoq; ritu armis assuescere. Alienatisq; per hęc militum animis, res haud pcul a seditione aberat, quum ppporune affertur: Bessum regio habitu sumpto Artaxerxẽ a suis appellari, Scythasq; & cęteros Tanaidis accolas, bellũ studio cõparare. Tum Macedo in hostẽ moturus, oẽs fere totius exercitus sarcinas ĩ apertã iubet planitiẽ contrahi. Mox haud vno loco subiecta flãma momento tpis oĩa corripuit incendiũ. Tum vero quisq; pro se quę maxime necessaria putauit flãmis subtrahere est conatus, cętera luxurię instrumẽta pmiscue deflagrarũt. Tulit eam cladẽ miles æquiore aĩo: q Alexander suas quoq; res igni bus cremẽdas subiecit: in Bessum inde mota sunt castra, magnisq; itineribus in eũ Macedo tẽdebat, quũ factus est certior Satribarzanem, quem ipse Ariorũ genti pręfecerat, ad hostẽ defecisse. Alexander barbari defectione commotus, cum expeditissima manu, ad eum opprimendum iter deflexit, subitus regis aduentus adeo hostẽ perculit, vt Satribarzanes cum duobus milibus equitum prouincia digressus, ad Bessum celeri fuga abiuerit. Insederat Ariorum multitudo ingens locũ vndiq; præruptũ, quo prægrãdi lignorũ materia militari opere admota, atq; subiecto igni, fumo & æstu semineces barbari arce deturbati, partim in subiectum ignẽ desiluere, partim in ferrum temere reuertentes occidione ad vnũ occisi sunt, plęriq; etiã per rupes & abrupta loca mõtis pręcipites acti, voluntaria morte occubuerunt. Pauci semiustis corporibus viui in potestatẽ sunt redacti. Recepta inde per deditionẽ vrbe, quæ caput erat gẽtis, in Dracas transiit Macedo quinq; milibus peditũ, atq; equitibus quadrĩgẽtis, ex Macedonia, Græcia, & Lydia in supplementũ, quum adhuc in Aria esset, acceptis. Erat Dracarum Satrapes Nabarzanes, qui cũ Besso Darium obtruncauit. Is nefariæ cędis sibi conscius, audito hostium accessu in Indiam aufugit. Sed dum hic Macedones statiua haberent, Dymnus quidam ex Calestra Macedoniæ oppido, cũ plærisq; aliis regi insidiatus est. Amabat is Alexandri exoletum Nichomachum nomine, quem ratus fore vt in societatem sceleris ascisceret, destinatę cædis participem fecit. Ille vt commodius falleret iureiurãdo pollicitus est, rem in occulto habiturum, inde per Cebalinũ fratrem, ne suspitionem coniuratis faceret, dat operam vt regi indicium deferretur. Cebalinus Philotę Parmenionis filio q plurimũ apud regem authoritate & gratia valebat, primo rem aperuit: vt per eũ rex de iis, quæ pararentur certior fieret. Is vbi alia atq; alia causando indicium de industria detrectare visus est: Cebalinus per Metionem armentarii præfectum, rem detulit. Iubet confestim Alexander Dymnum ad se trahi, qui destinati parricidii cõscius, cõtinuo sibi manum intulit. Inde quęstione habita plęriq; cõuicti sceleris, p cõcione, Macedonico more lapidibus cooperti sũt. Philotas & ipse multis cruciatibus prius affectus, vt cõiuratorum vnus occisus est. Occisus & Parmenio pater tanq̃ & ipse eius cõsilii non ignarus. Eum Medię Alexander præfecerat: nec vllius opera magis fuerat eo bello vsus, quippe qui oĩbus pręliis lęuũ cornu procurare solitus esset. Periit ille septuagenarius secutus ex Macedonia regem, cũ tribus filiis, quorũ Hector minimus natu, quum Alexãder in Aegypto esset, fortuito casu in Nilum nauigio excussus periit. Nicanor quũ ex Hyrcania Alexãder in Ariã duceret, fato multo prius decesserat: & Philotas cuius nũc mentio facta est. Plutarchus duos priores filios prælio absumptos scribit. Non defuerũt q crederent Parmenionem & Philotam inuidia interfectos, qñ iam antea Philotæ ingenio regis animus offenderetur, quippe qui quum Antigonę Phidneæ, scorti haud ignobilis consuetudine teneretur, puellæ indicio Alexãder comperit, ferocem iuuenem iactare solitũ nunc sua, nunc patris opera, Macedonibus haud vno loco vincere contigisset, qua insolenti prædicatione ratus

Mutatur Alexandri vita.

Alexãder Roxanen ducit vxorẽ

Alexandri facinus.

Alexander Ariam recępit.

Domestici in regẽ coniurant.

Parmenio & Philotas filius ab Alexãdro occiduntur.

Alexāder suā laudē denigrari,occasionē magisq̄ crimē secutus,vtrūq; occiderit. Ad qđ ipm nō mediocriter credit a Cratero īpulsus, q cū Parmenione & Philota nihil obscurā exercebat simultatē. His ita peractis Alexāder in Euergetas iter pficiari iubet. Id nomē gēti ab eo inditū, q Cyri regis exercitū frigore & fame cōfectū, tecto & cōmeatibus olim iuuissent. Euergetas in potestatē redactos, ob egregiā fidē, quā Cyro olim pstitissent, Alexander grādi pecunia donauit. Aliquot dein, in gētis statu ordinando, dieb⁹ cōsūptis, relicto q regioni psideret, Aracosios subegit, ibi exercitu, q sub Parmenione fuerat, recepto, sex milia Macedonū erāt, & Graii generis qnq; milia, Mēnona Aracosiis pretorē dedit. Ipse cū cetero exercitu Paropamisadas agreste hoīm gen⁹, & īter Barbaros incōditū bello petiit. Ea regio ad septētrionē magna sui pte exposita, ad occidētē solē Bactrianis subnixa, ad meridiē īdico pelago iacet obuersa, gētis edificia ex laterculis carinato fastigio, in quo, ad domiciliū illustrādū, foramina relinquunt: vites & arbores hyeme aduersus frigora humo tegūt, coelū tanto rigore obstrīgit, vt neq; auiū vestigiū, neq; ferarū tota regione extet vllū. Obscura coeli veri⁹ vmbra, q̄ lux nocti similis, pmit terrā. Talis coeli īclemētia varia clade affecit exercitū: Multi frigore exanimati, alioq; pedes adusti, quidā etiā pene oculis capti. Incole armatoq; speciē tū primū ītuiti, tanto sunt metu pterriti, vt p nimia formidīe oīa in aptū deferrēt, veniā suppliciter orātes. Circuire rex suos īter eūdū, alios iacētes erigēs, alios corpis adminiculo sustinēs, nūc affectū agmen agere, nūc extremū cogere, nūc in medio spectare, donec ad cultiora est loca puētū, exercitusq; largo cōmeatu recreatus: Processit inde Macedo ad Caucasum mōtē, cui⁹ dorsum Asiā perpetuo iugo diuidit. Hinc pelagus quod Ciliciā subit, illinc Caspiū mare spectat, & cetera Scythiæ deserta. Taurus Caucaso cōmittit, a Cappadocia se tollēs, Ciliciā præterit Armenieq; mōtuosa, atq; ita plura inter se iuga, velut serie coherētia, perpetuū ad oriētem extēdūt dorsum. Omnia Asie flumina his orta. Hec in rubrū & indicū mare, inde illa in Caspiū & Pōticū dilabūt. Caucasus septēdecim dierū spatio ab exercitu est superatus. Monstrabat ibi rupes ī qua Prometheus religatus fabulose tradebatur. Greci scriptores Alexandro adulantes apud Paropamisadas spelūcam se vidisse affirmare sunt ausi, in qua Prometheus religatus fuisset: Sed integre fidei scriptores, nihil eius rei meminerūt. Trogus author est, non Parapamenos solū, quos Curtius Paropamisadas, alii Parapamissas vocāt, sed Hydaspios quoq; ea expeditione domitos, & alias plerasq; gētes, que ad Caucasi radices accolūt, vrbēq; his locis Alexādriā nomine, super ānem Tanaim. VIII. & XL. stadioq; muro in vrbē deducto, septē dierum spatio cōditā Curtius pdidit. Sed dū hec circa Caucasum gerūt, Bessus regia appellatione tumēs, ītēpestiuis cōuiuiis de bello cōsultabat, nūc hostis temeritatē, nūc Darii vecordiā accusans, qui florētissimo exercitu hostibus in Cilicie angustiis obiecto, Macedonibus gradū ad victoriam fecisset. Obiecturū se Alexandro Oxiū ānem, dū ex Chorasaniis, Dacis, Sagis, Indis, Scythis, qui trās Tanai incolerēt, auxilia cōtraheret. Approbātibus id cōsiliū cūctis, qui vna vino incaluerāt, Cobares natione Medus, magice disciplinæ haud ignarus, præfatus in primis multo vtilius seruis esse dicto regis parere, q̄ consilium adferre vllū, ita tum est aperte fatus. Q̄ parū īquit mortaliū natura sapiat, quū ex multis aliis rex cognosci potest, tū ex eo qđ dicam maxime. Nemo est, qui in proprio negocio nō minus sapiat, q̄ in alieno. Turbida est ratio eoq;, qui sibi consulūt, aliis metus obstat, aliis cupiditas, alii alio affectu trahūtur. Nemo, aut pauci ōnino sibi sapiūt. Magnū est regni onus. Insigne īstud, aut moderate ferēdū est, aut qđ deus auertat, ī te cito corruet. Cōsilio nō īpetu opus est. Latrāt timidiores canes, nō mordēt: & altiora flumina sine strepitu labūtur. Fuge cōsilia, vt video, moues, velut iter nō vbiq; tutius sit victori q̄ victo, q̄to vtilius tutiusq; sit tibi nomē regis per eum tibi stabilire, qui dare potest tibi regnū, si volet, atq; idē auferre. Cōsilium habes fidele, qđ tardius exequi superuacuum erit. Nobilis equus virge vmbra regit, ignauus ne calcaribus quidē excitari potest. His Bessus verbis nō solum non paruit, sed in tātam exarsit irā, vt stricto acinace fuerit Magum traiecturus, nisi ab amicis esset īhibitus. Cobares inter tumultū elapsus, ad Alexādrū transfugit. Habuit circa se. VIII. milia Bractrianoq; Bessus, quoad Alexāder in Indiā pficisci est creditus. Vbi vero in Bactra iter flexit, aliis alio dilapsis, solus cū modica clientum manu destitutus, adhuc ferociter bellū meditabat. Interea in Ariorum gente Satabarzanes transfuga, qui hostibus præerat, quū forte acies in procinctu staret, adempta sibi galea, in medium processit, alta voce inclamās, an ex hostibus esset, qui secū vellet singulare certamen obire. Tum Eriginus, etsi iā grauis etate, pulchrum tamē ratus cum duce hostium depugnare, capitis &

Euergete. Aracosii. Paropamisade. Taur⁹ mōs Caucasus. Spelunca Promethei. Cobaris magi verba. Bessi ira.

menti canitiem ostētans,dimicaturū se dixit,vt ex euētu vnius senilis pugnæ intelligi posset,
quātū Alexandri milites,quibꝰ integra ætas esset,Barbaros virtute anteirent.Dato itaq; ad cō
currendū spatio,equos in se cōcitāt.Eriginus hostis ictu capitis acclinatiōe vitato, hastā i ad- Singulare
uersum Barbari guttur desigit,quē ad terrā deiectū,altero ictu repetitū, p cōcauū oris sarissā certamen.
inserit. Satribarzanes hostilem hastā manu cōplexꝰ,vt maturius expiraret,victoris ictū altius
adegit.Extinctū Eriginus spoliat.Inde hostiū exercitu sua spōte disiecto,Eriginꝰ opima præ se
ferēs spolia,Alexādro in Bessum eūti sese multa gratulatione obtulit.Excesserat interim Bes-
sus e medio,quē secuturus Alexāder,relictis cū Artabazo,& parte copiarū impedimentis,ipse
exercitū trahēs expeditū,deserta loca ingredit̄.Torrida erat regio & siticulosa, noctu proinde
potiusq̄ interdiu rex iter faciebat,sitiq; interim & æstu pene ad interitū laboratū,quo cōrigit, Sitis militū
vt reptis aqs tantū humoris hauserit auidus miles, vt ad sustinēda arma pene inutilis sit factꝰ.
Tū quoq; editū ferunt exemplū illud cōtinentiæ in summo rege,qui sitibundus, quū ægrū ac
seminecē traheret exercitū,forte accidit,vt quidā vtrem aquæ habēs filio occurreret,ne intole
randa siti absumeret̄.Is regē intuitus æstu & labore affectū,vas aquæ illi obtulit. Tum rex,cui
(inquit)opem ferre destinaueras!meo(ait)filio,veritus ne priusq̄ ad flumen venerit extingua
tur.Restituit Alexāder illi poculū,fassus se bibere non posse,tot militibus sitientibus,quorum
desideria exiguū vas aquæ explere nō valeret.Atq; p hunc modū ad Oxum amnem nō multo Oxꝰ fluuiꝰ.
post ventū est,vbi sub noctē ignes regis iussu in edito q̄plurimi excitati sunt, vt ad eos tardū
agmen flecteret vestigia.Misit & qui cū vtribꝰ fluuiali aqua plenis veniētibus prodirēt obuiā,
vt siti & æstu affecta corpora potu leuatētur.Phama est ibi aquā tā cupide haustā,vt plurimi
intercluso spū cōfestim exanimati sint,nec vllo vnq̄ loco citra pugnā maior est Macedoni cla-
des accepta.Alexāder qa materiæ defectu fluuius pōtibꝰ iūgi nō poterat, vtres stramēto refer
tos militibꝰ diuisit,quibꝰ singuli binive incubātes ad vlteriorē ripā tranaruere.Oxo in hūc mo
dū superato,haud multū itineris inde exercitꝰ fecerat,quū regi nūciaret̄ Bessum in Susiana ca
ptū a Spitamene & Datapherne,quos ille inter fidelissimos habuerat amicos.Rex ad Brāchi- Branchidæ
darū oppidū pgredit̄,id subita vi captū hostiliter diripit.Violauerāt olim maiores Didimæo-
nis tēplū,qđ apud Milesios fuit,atq; a Xerxe ob id in Asiā traducti.Direpta vrbe ciues ad vnū
sunt trucidati,nec cōmercio linguæ,aut suppliciorū velamētis,p̄cibusve,ferrum inhiberi potuit.
Muros vrbis a summo ad imū victor Macedo demolitus est.Sacros etiā lucos extirpauit,vt ne
vestigiū quidē vllū extaret in posterū.Nec ita multo post Spitamenes Bessum in castra ad re- Bessꝰ tradit̄
gē traxit.Eū Alexāder Oxarti(fuerat is Darii frater,quē Macedo nō solū incolumē p̄stiterit,sed Alexandro.
inter custodes etiā corporis habuit)custodiēdū dedit,vt loco quo Dariū occidisset,meritū ex-
penderet suppliciū.Laudati sūt a rege q Bessum vinxerāt,amplissimisq; muneribꝰ donati.Postri
die Barbari,q ad mōtes cōcesserant,facto in Macedonas pabulatores impetu,totis cāpis dispa
latos adepti,plurimos obtrūcāt.Multi etiā ex his capti,atq; in altos mōtes abducti.Macedo vl
ciscēdæ cladis cupidus, inter audacissimos militū postridie aduersos mōtes subiturus, sagitta
ictus acie excessit.Ferrū cruri altiꝰ infixū extrahi nō potuit.Nec latuit regia clades Barbaros,
quo casu veriti ne ad vnū victi cæderent̄,vltro deditionē fecere,quū.XX. milia numero essēt.
His in fidē receptis,vbi castra mota sunt,ingēs certamē gestādi regis est inter eqtes & milites Affectꝰ mili
ortū,tantisper dū vulnus curaret̄.Ille ratus fore,vt dum vnis omnino se crederet, alios offen- tū in Alexā
deret,p vices gratissimū onus vtrisq; partitus est.Ad Marupēta deīn quartis castris vētū est, drum.
Patebat vrbs.LXX.stadiorū ambitu,qua recepta Aulorū,q iustissimi inter Scythas habentur,
ac bellorū exptes,legati superuenerūt deditionē vltro faciētes. Fuerat ea gēs iam inde a primi
Cyri tēporibꝰ libera.Hos benigne Alexander audiuit,laudatosq; in fidē recepit.Misit inde Pe-
nidā ad eos Scythas,q supra Bosphorū & Meotim incolūt quos trāsite Tanaim vetaret. Ipse
interim diligēter regionē exploraret,& locorū sitū aīo cōciperet.Cōsideraretq; locū vrbi super
ipsius amnis ripā statuendæ.Discussit id cōsiliū Sogdianorū defectio,cuiꝰ gēris ad septem milia
eximprouiso ad arma recurrerāt,falsis rumoribꝰ impulsi,Bactrianos eqtes Macedonem iccirco
ad se accersiuisse:vt infesto exercitui trucidādos obiiceret,ad quē motū cōprimendū Spitame-
nes est a rege missus.Cęterū animi ad defectionē semel inclinati,ad officiū retrahi nequiuerūt.
Alexāder trāsfugarū defectiōe cōperta,Craterū Cyropolim obsidere imperat, ipse aliā regionis
vrbē corona adortꝰ,vi cepit,signoq; dato vt puberes interficerent̄,reliqua multitudo p̄dæ fuit
militi. Vrbs diruta est,vt vniꝰ excidiū cęteris documēto eēt,ne extrema experiri vellēt.Misit &
ad Memacenos Macedo gentē validā eqtes.L.q eos ad deditionē faciendā hortarent̄,vt finiti-

Memacenorũ perfidia. motũ excidio edocti periculũ,qđ vniuersis immineret,volũtaria pace subterfugerẽt.Hos benigne acceptos,extraq; vrbis munimenta iussos tẽdere,somno & vino grauatos intẽpesta nocte Memaceni adorti,cõtra ius gẽtiũ,interficiũt.Barbarorũ perfidia adeo regẽ vniuersæ gẽti reddidit infestũ,vt Cyropolim interim captã,quã ob Cyri memoriam incolumem seruare ĩ animo habebat,diripuerit.In duobus ille regibus præcipuã animi virtutem miratus dicit,in Semiramide & Cyro,atq; ob eã rẽ ambor; memoriã semp veneratus est.Memacenor; obsidio diutius tenuit,q̃ rex ab initio persuasum habuit,nullaq; ciuitas laboriosius a Macedone est oppugnata.

Alexã.vulneratur. Quũ rex incaute muros subiisset,ceruice saxo pcussa,parũ abfuit quin caligine oculis oborta,caderet.Sed nihil ea clade territ⁹,nõ prius incœpto destitit,q̃ murorũ parte cuniculo nudata,vrbẽ vi cepit,captã diripuit,direptã solo æquari iussit.

Memacenorũ excidiũ. Misit & Menedemũ,cũ trib⁹ milibus peditũ,& CCCC.equitib⁹ ad Maracandã vrbẽ,quam Spiramenes transfuga occupauerat.Ipse ad Thanaim profectus locũ castrorum,quẽ sexagenũ stadiorũ habuit,muro circũdedit,vrbẽq;

Alexãdria. Alexãdriã nũcupauit.Id opus tãta est celeritate pfectũ,vt.XVII. die q̃ ibi metatus est castra, domus tectę sartęq; cõstiterint.

Thanais fluuius. Bactrianos Thanais ab Scythis,quos Europeos vocãt,diuidit, id.Asiæ Europæq; cõfiniũ.Et hæc nõ paruo quidẽ errore de Thanai,& reb⁹ ab Alexãdro circa illũ gestis,pdidit Curtius.Etenim magna Asiaticæ terræ pars fuit,ĩter Thanaim & Hyrcanum mare,quæ nõ sensit Macedonum arma.Estq; hui⁹ opinionis author Strabo. Is qa in tãto Asiæ motu,hæc quoq; terra magnos cõtraxerat exercit⁹,psuasum habuisse quosdã existimat, eum gẽtiũ tractũ phama Alexãdrũ obtinuisse,sed quũ Strabo hoc ipsum,tũ Plutarchus haud obscure demõstrat,Alexãdrum,& q cũ illo in Asia fuere,opinione deceptos,qa Hyrcani maris aquã dulciorẽ gustu deprehendissent ad Meotim se paludem peruenisse,cuius Thanais est accola.

Ochus. Oxus. Iaxarthes. flu. Cadunt in Hyrcanũ pelagus grãdiora flumina,ex Scythiæ mõtibus decurrentia,Ochus, Oxus,Iaxarthes,quor; Aristobolus Ochum maximũ oĩm fluminum, quæ in Asia viderit secũdum Indicũ,arbitratus est.Hunc,Strabo Thanaim falso appellatum ab iis q cũ Alexandro fuerunt existimat,quo errore Polyclet⁹,Thanaim ex Indiæ mõtibus lapsum in id mare cadere arbitrat⁹ est,conatus cõiectura haud inepta ostẽdere,lacum eum esse,nõ mare,quia serpentes aleret,& dulcioris esset gustus,q̃ cætera maria.Idẽ Curtius, & qui Curtium in eũ errorẽ traxere Bactrianã ab occasu Thanai fluuio allui opinati sunt,sed quãtũ Thanais ab ea terra distet facile deprehẽditur.Taurus ex Pãphilia assurgens,perpetua iugorum serie,in Hyrcaniam extẽdit,cuius septẽtrionale latus habẽt Gelæ,Cadusii,Mardi,Hyrcani,Parthi,Margiani,Arii, tum deserta regio,quã Sarnus amnis intersecat.Sũtq; ab Hyrcano mari ad Arios sex milia fere stadior;.Inde Bactriana est regio,cui Curtius & q eius erroris authores fuere,Thanaim affinẽ fecerũt,quũ tot alioq gẽtes lõgissimaq; terrarũ spatia,Thanaim,q in Ripheis ortus montib⁹ in Meotim labit,a Bactris procul dirimãt.Ptolemęus qđ ad Alexãdriã attinet,duas vrbes huius nominis in Sogdianis retulit,quarũ alterã Oxianam vocat,ab Oxo credo, qui terram ipsam a Bactriana diuidit,quo apparet,Oxum esse siue Ochũ,vt alii tradũt,quẽ illi Thanaim falso nominant,Sed vereor ne maiore verborũ cõplexu,q̃ necesse fuit locus sit hic a me discussus, quũ oẽs qui de ratione terræ scribunt,opinioni,quã sequimur,haud dubie astipulent.Illud memorabile adiiciunt,qđ ad Caspiũ mare attinet,tãto impetu flumina quædã ex rupibus,quæ aliqua

Mira aquarum eiaculatio. sui parte mari pminẽt,suas aquas in subiectum pelagus eiaculari,vt inferiũ litt⁹ ne aspergine quidẽ cadentium aquarũ attinguat,sitq; exercitibus peruiũ, vulgoq; locorum indigenæ æstiuis horis cõuiuia ibi inter se celebrent.Alexãder vrbe,vt dixim⁹,cõdita dubiũ aliq̃diu habuit, deberet ne Scythas bello psequi,an Bactrianor; defectionẽ vlcisci.Cui deliberãti nũcius affert, Menedemũ,q in Bactris fuerat relictus,in insidias lapsum, cũ duob⁹ milib⁹ peditum,&.CCC. equitib⁹ cæsũ.Hic ille etsi ceruicis vulnere haud satis cõualuerat, dolore & ira acceptę cladis, quã p magno habuit negocio occultare,ne suor; animi a rerũ gerendarũ cursu auerterent, cẽ sibi in animo pnunciat,statim in hostẽ ducere atq; equestres copias ratib⁹ fluuio traiicere.Ipse idẽtidẽ noctu summotis tabernaculi pellib⁹,hostiũ numerum,q vltra flumẽ erãt, ex ignibus in cõspectu accẽsis,tacitus explorat.Et iã omnibus ad traiiciẽdũ paratis.XX.Scyntharum legati venerũt in castra,qui vbi ante regẽ cõstiterunt,maximus natu ita est eum allocutus. Si dii immortales Alexander,tui corporis habitũ(erat eñ ĩ illo pręsentia oris omnino maiestate nomi

Scytharum ofo ad Alexandrum. nis inferior)immẽsæ animi istius cupiditati parem esse voluissent,iã te totus orbis nõ caperet vnaq; manu orientẽ tangeres,altera occidentẽ,ac tum quoq; haud dubie requireres, vbi tanti nominis fulgor conderet.Sic quoq; plus nunc(qđ fari liceat)cõcupisti q̃ capias, an si humanũ

genus tibi cesserit,cũ syluis & fluminibus,cũq; ipsa rerum natura bellare incipies!An ignoras immẽsas arbores diu crescere,vna deinceps hora,aut hoĩm iniuria,aut casu extirpari! Leo quoq; minimarũ auiũ fit pabulũ,& ferrũ cõsumit rubigo.Nihil est tã solidũ & firmũ,cui nõ demũ ab inualido sit periculũ.Quid tibi rei cũ Scythis est!aut qua nr̃a iniuria lacessitus,nobis bellũ infers! & qs homo esses,& vnde venires ignorare poteramus,in ꝓfundis syluis agentes,nec qđ ad nos attinet,vlli hoĩm seruire possumus,nec cuiq̃ imperare desideramus,contenti vno iugo boũ, aratro, sagitta,& pharetra,fruges amicis impertimur honesto labore quæsitas.Emin⁹ hostem sagitta petimus,cõminus vero hasta.Tu te ad latrones ꝑsequẽdos venisse gloriaris,quũ istud ipsum sit vere latrocinari,eos tibi ad prædã deligere,a quibus nulla sis iniuria affect⁹. Iã a Lydia ad Bactra omnia tibi subiecisti,nũc nostris pecoribus inhias,quid tibi diuitiis op⁹ est, q̃ te esurire cogũt!Primus oĩm satietate parasti famem,vt quo plura haberes,acrius q̃ non habes cuperes.Bellũ tibi ex victoria nascit̃,quũ pax ex bello aliis quærat̃. Verũẽnuero ista ratione quo tibi plura parabunt̃,eo minus quietus esse poteris.Ecce dũ Bactra subigis:Sogdiani in te arma induerũt.Nemo alienigenã dominũ vult pati.Transi modo Ochũ,velocior Scytharũ paupertas erit,q̃ Macedonicus exercit⁹ tot gentiũ spoliis honust⁹.Rursus quũ ꝓcul nos a bello esse credideris,tũ fortassis aut a fronte insultabimus,aut a tergo erim⁹,eadẽ velocitate & fugimus & sequimur.Nos deserta & humano cultu vacua sequimur,nõ vrbes,nõ opulẽtos agros, facileq; hostẽ ludim⁹,rursusq; quũ opus est petim⁹.Cõtine ꝑinde fortunã tuã pressis manib⁹, lubrica est,tuæq; felicitati impone frænos.Sine pedibus aiũt fortunã eẽ,man⁹ tantũ & pennas habere,atq; eadẽ quum manus porrigat,pẽnas cõprehẽdi nõ patiat̃. Deniq;,si deus es benefacere mortalib⁹ debes,nõ obesse,munera impertire,nõ sua eripere cuiq̃:sin hõ,hoc qđ certe es, te semp esse cogita.Stultũ est eorũ meminisse,ꝑpter quæ tui obliuiscaris. Quibus adhuc bellũ nõ intuleris,bonis amicis vti poteris,nã firma & stabilis est inter pares amicitia, ĩter dominũ & seruũ,ne media qdẽ pace,amicitia vlla esse potest.Nec de Scytharũ fide, si ĩ amicitiã recepti sint,qcq̃ dubitari oportet,q eã colẽdo iurãt.Græcis iusiurãdũ cautio est,nos religionem in ipsa fide nouimus.Qui nõ reuerent̃ homines,fallunt & deos:Nec tibi amico opus est,de cui⁹beneuolẽtia dubites.Scythicæ gẽtes magnã Asię partẽ obtinẽt,magnã & Europę,si bellũ cũ vno eius gẽtis populo cõtraxeris,cũ omnibus erit habendũ,tã hic q̃ ibi tuo imperio finitimi sum⁹. Proinde hostes an amicos habere velis prius q̃ arma inferas,tecũ etiã atq; etiã considera.Quũ adhæc Macedo nihil pacate respõdisset,vt erat in omne vetitũ pręceps,cõfestim copias fluuio admouit,rates primo in hostẽ missæ,has sequi pedites iussi vtrib⁹incubãtes.Equestris Scytharũ acies aduersam ripã magno agmine insederat:q in prima frõte ratiũ cõstitere, obiecto clypeo in genua subsidere iussi sunt,vt cęteros protegerẽt,a lateribus locati erãt q tormẽta in hostes intẽderẽt.Remigẽ lorica indutũ,clypeorũ testudo inter agendũ tegebat, erat rex in prima rate,multũq; sollicitus an ripã obtinere posset,siquidẽ tãta vis sagittarum ab hoste sub ipsum appulsum in Macedonẽ missa est,vt pauci e primorib⁹,intactis corporib⁹,in hosticũ euaserint. Cessit feliciter regi,q; vbi prima ratis terræ appropinquare cœpit, tormẽtis subito ĩ hostẽ excussis,qa nullũ telũ in cõfertũ agmen irritũ cadebat,paululum cessit hostiũ acies, quo factum, vt plures vna connixi continuo ripam occuparint.Tũ vero strepitus & clamor applicantium, pene prius q̃ vllũ sit iniectum certamen,hostem in fugam vertit.Tenuit tamen non nihil pugna.Scythæ fusi fugatiq; ad mille & octingẽtos equos amisere.Victor Macedo fugiẽtes ad noctem vsq; ꝑsecutus est.Trãsgressus iam Liberi patris terminos,quorũ monumẽta lapides erãt, crebris interuallis dispositi,arboresq; ꝓceræ,quarũ stipites hędera cõtexerat, Alexãder ad cõciliandã benignitatis phamam captiuos Scythis sine pretio restituit, vt de virtute se contẽdere nõ de vita aut diuitiis,intelligerẽt.Vix credi possit q̃tũ ea victoria phamæ & celebritatis ĩter Scythas & alias gẽtes Macedoni parauerit.Nulla gẽs in terris Alexãdri armis par futura credebat̃ amplius.Sed illi quibus Macedonũ vires cũ iis,quæ ea tẽpestate populi Ro.fuerunt,cõferre curę fuit,multũ diuersi a vulgi opiniõe fuerũt,& in his Liuius Romanarũ rerum author clarissimus.Is omnia quæ victoriã parere possunt,militũ copiã,virtutem,duces, ducũ felicitatem,diligẽter cõplexus,adeo hæc Romanis,per id tempus,quo res Macedonũ longe lateq; Alexandri ductu floruere, supfuisse existimat,vt velut ab aliis regib⁹ gentibusq;,ita ab hoc quoq; quiritiũ nomẽ,si ille ĩ Italiã venisset,fuerit incolume mãsurũ. Nec(qđ ad imperatorẽ attinet) Alexandrũ egregium fuisse ducem inficiatur,sed multum illi ad celebritatẽ cõtulisse, q; vnus inter suos fuerit,q; adolescens nullum sæuientis fortunę impetum sit expertus.Cyrum quem

Peroratio.

Alexander Oxũ transgreditur.

Liberi pr̃is metæ.

Cõparatio Ro. & Macedo.

oīm ducum maxime Græci probarunt, vt alii reges ducesq̃ omitterent, non paruū exemplum
fuisse humanorū casuum, mutabilisq̃ fortunæ. Romanos duces vt illi tantū censerent, cū qbꝰ
bellandū Alexandro fuisset, si hos sibi hostes destinasset M. Valeriū Coruinū, C. Claudium, M.
Rutiliū, Clau. Sulpitium, T. Manlium Torquatum, Q. Publium Philonem, L. Papyrium Curso
rem, Duos Decios, Q. Fabiū Maximum, & M. Curium indole & ingenio nihilo inferiores Ale-
xandro: idem author arbitrat̃, quippe qui ea militia imbuti essent, quam sub regibꝰ primo Ro
manus populus imbibisset, Iunii, Valeriiq̃ regū exactores cōfirmassent, Valerii, Fabii, Quītii,
Cornelii auxissent. Nec quia Alexander militaria opera obiuerit, quo est illius nomē & īperiū
īllustratū, Torquatus ei aut Valerius Coruinꝰ cessissent, q̃ prius insignes milites, q̃ duces fue-
re. An Papyrius illi corporis robore cessisset? An Decii deuotis corporibꝰ in cuneos hostiū ruē
tes? An vnius iuuenis cōsiliis, ne singuli duces nominent̃, superari potuerit senatꝰ ille, quē Cy
neas hostis haud multo postq̃ hæc gesta sunt intuitꝰ, ex regibꝰ cōstare dixit? Nec periculū fuis
se, vt q̃ quis horum, aut castra diligētiꝰ metaturus esset, aut cautius insidias vitaturꝰ. Rursus
ne, aut pugnæ tēpus aptius captaret, melius aciē instrueret, subsidiis firmaret. nec cū Dario rē
illi futurā fuisse, q̃ spadonū & fœminarū maius pene agmē q̃ militū trahebat, veriꝰ præda q̃ ho
stis. Vicit demū ille incruentꝰ. nil aliud tā bene ausus, q̃ vana cōtēnere. Lōge alius Italiæ q̃ In-
diæ situs, p quā ille comessabundus temulentū circūegit agmen. Horridiores Lucaniæ tumuli,
domestica clade insignes, oculis occurrissent. Quid q̄ ille secundis rebꝰ mersus, barbaricaq̃ il-
lecebra captꝰ, similior Dario q̃ sibi ipsi fuisset Italiā ingressus? Quid corporis habitꝰ? Quid hu
mi iacētiū desideratæ adulatiōes, victis etiā nō modo victoribꝰ graues? Quid infanda suppli-

Quid p Macedone Græci afferant,

cia? in cœnis mediaq̃ potatione amicorū cædes? vanitasq̃ emētitæ stirpis? Nec maius aliquid a
Græcis p Macedone allatū idem author ait, q̃ q̄ Parthi, quos ille subegit, graui p̄lio Rōanos
vicerint, quasi vero ea gēs, nō fuerit postea sæpiꝰ a Rōanis victa. Nec illud multo maius habē
dū, q̄ vbiq̃ Alexāder feliciter pugnauerit, quū multi ex Romanis ducibꝰ, pari felicitate bella-
rint, vt nulla nō acie victores extiterint. Inuicto igit̃ cum inuictis bellādū fuit, habuissetq̃ Ma
cedones vnum Alexādrū: Cōtra Romanoꝝ plærique extitissent, virtute, cōsilio, felicitate pares.
Nec si copiæ collatæ essēt, copiis res Romana fuisset inferior, quādo scriptores qdā cū. XXX.
milibꝰ peditum, & quatuor duntaxat equitū, Macedonē Asiā traiecisse memorēt. Etenī si Persę
oriēte domito, aut Indi illi accessissent, talia auxilia impedimēto potiꝰ ad rē gerendā, q̃ adiu-
mēto fuissent, quum interim ducena quinquagena milia capitū censerent̃, vrbanoq̃ delectu de-
cē nōnūq̃ scriberent̃ legiōes, sæpeq̃ p eos annos quaternis quinisve exercitibus sit respu. foris
administrata. Accessissent his sociæ vires, Hetturia, Latini, Sabini, Marsi, Picētes, Equi, Volsci
aliæq̃ gētes fortissimæ Italiā incolētes. Arma Macedoni clypeus & sarissa. Romano scutum &
pilū habilius, & telū pniciosius. Illi Phalanx, sed cōfusa. Huic acies ex pluribꝰ ordinibus compa
cta. Vterq̃ statariæ pugnę aptꝰ, sed Romanus ad tolerādū laborē melior. Vno p̄lio victꝰ Alexā
der bello victꝰ esset. Romanū quē sub id tp̄s nō Caudiū, nō Trāsimenꝰ, nō Cannæ fregerūt, nul
la certe acies fregisset. Ille aūt etiā si prima prospere euenissent, cōfessus esset, sibi in Asia cum
fœminis bellatū, qđ Alexāder eius auūculus dixisse fert̃. Postremo bella punica facile demon-
strāt, an populꝰ Ro. vinci potuerit, quorū spatiis ne par qdē Macedo fuisset. atq̃ sic demum ille
colligit, fuisse Romanū nomē aliquādo p̄lio victū, bello vero nūq̃. Sed nos hæc ex Liuii diserta
tiōe, pluribꝰ fortasse q̃ instituti operis breuitas exigat, executi sumꝰ. Nūc quādo ex magnitudi
ne rerū ab Alexādro gestarū, eo pcessit sermo, vt Romanaꝝ viriū mētio ex collatione fieret, vt
nostratia, qđ vbiq̃ pene fecimus, pegrinis p̄ferrātur, iā in iis, quæ p id tp̄s Ro. po. in terra Italia

Consules,

gessit, nōnihil immorabimur. Principio eius anni quo Romanæ legiones ad Caudiū, cuius p-
xime mētio facta est, a Samnitibꝰ circūsessæ iugū subierūt, Cōsules Romæ creati sunt, T. Vetu
rius, & Sp. Posthumius. Hi Samniū prouinciā adepti, copias in hosticū eduxerunt. Iā Samnites
& ipsi Herennii Pontii ductu arma induerāt (quā rebellionis causam p̄tenderēt, pximo volu-
mine explicauimꝰ.) Incēderat Pōtius suoꝝ aīos ad Romanoꝝ vim fortiter propulsandam. Ex
piatū dicere quicqd cælestiū irarū erat ex rupto fœdere, deditos ad suppliciū authores violatę
pacis, deditionē ipsam a Romanis neglectā. Omnia Samnites fecisse, quæ ad placādos deos ho-
minesq̃ fieri potuerūt. Nec se videre qđ Samniū aut Romanis, aut diis fœderum, deberet am-
plius. Q; si cū potentioribus nihil humani iuris inopi relinqueretur, ad deos intolerandę sup-
biæ vindices suā Samnites causam relegarēt, aut si quibꝰ satisfactū voluissent, aliter placari nō
possent, nisi sanguinē hauriēdū, suaq̃ corpora laniāda darent. irent & fortiter vitam, parentes,

libetos, penates, aduersum supbissimũ hostem tuerent. Iustum esse bellũ, quibꝰ & necessarium.
Pia etiã arma, quũ his solis spes vitæ relicta esset. Talibꝰ Herenniꝰ quũ multũ iræ suoꝝ animis
addidisset, ad Caudiũ nõ multo post cũ valido exercitu cõsedit. Mittit inde decem milites pa- Herẽnii ars
storali habitu, q pecus in cõspectũ Romani præsidii darent, captiq; Samnitiũ legiones dicerẽt, in icludẽdo
Luceriã in Apulia circũsedere: Romani cõsules castra ad Calatiam fecerãt, apparebatq; ita fu- Ro. exerci-
turũ, vt Lucerina obsidione audita, continuo ad opem sociis ferendã occurrerẽt. Milites p pa- tu.
storibꝰ in castra adducti, quũ de statu puinciæ appellati idem omnes dicerẽt, facile fidẽ fecere.
Duæ viç erãt, vna per oram superi maris, sed quo tutior eo magis prolixa, reliqua p Caudinas
furcas, saltus duo sunt præalti, atq; siluestres iugorũ ppetuitate inter se iũcti, iacet inter eos sa-
tis patẽs clausus in medio cãpus, hærbidus, & aqs irriguus, p quẽ mediũ est iter. Huc adeunti
bus intranda sunt angustiæ, tũ si retro abire velis, aut eadẽ qua te insinuaueris via petẽda est,
aut p arctiorẽ impeditioreq; saltũ euadendũ. Huc igit Romani cõsules temere ingressi, quum Intercludit
ad vlteriores angustias occupãdas, citato agmine irent, multa mole arborũq; deiectu obseptas Ro. exercitꝰ
inueniũt fauces, tũ demũ fraude hostiũ cognita, præsidiũ quoq; i summo iugo cõspiciũt. Con- iter Caudi
uertit ĩde retro cursum miles, eadẽ qua venerat, in aptũ euasurꝰ. Hũc quoq; aditũ obiice, & at nas furcas.
mis occlusum cõspicatꝰ, stupore defixus cõstitit. Tum ibi aliꝰ aliũ intuẽtes, tacito obtutu req
rere, & quæ oĩm fortuna futura esset: Insolitus torpor simul mẽtes occupat. Mox vbi cõsulum
prætoria statui cœperũt, ad muniẽda castra cõuertũtur, velut munitio vlla adiumẽto eẽ posset
quo minus capti caperent. Multa p diẽ iter duces & milites iactata, qua arte, qua vi ĩde abirẽt,
atq; p irrita cõsilia luce exacta, nox incertos oppressit. Tũ Herennius Dux patrẽ in tãta re con
sulendũ tatus, misit, q ab eo sciscitaretur ecquid sibi agendũ putaret? Romanas legiones cũ cõ
sulibꝰ intra Caudinas furcas a se iã dudũ obsideri. Incolumes cũ suis ducibꝰ exercitus mitten- Herẽnii pa
dos cẽsuit senex, qđ cõsiliũ quũ vulgo displicuisset, secũdo ad eũ filius misit, q iterũ ab eo sciscí tris duplex
taretur, quid opꝰ esset facto? videri sibi respõdit, Romanos ad vnũ interficiendos. Herennius in sententia.
tã diuersa seutẽtia anceps patrẽ in castra plaustro aduehi iussit. Ibi senẽ corã sciscitatꝰ, ecquid
tã diuersæ in eadẽ cõsultatione sentẽtiæ sibi vellẽt? Tũ ille, videbã (inquit) cõducere Samniti-
bus, vt cũ potẽtissimo populo per summũ beneficiũ pacẽ firmarẽt, Id qa displicuit duos cõsu-
lares exercitꝰ interficiẽdos duxi, vt res Rõana, huiusmodi clade afflicta, in plures annos accisa
iuuẽtute, minus formidabilis fieret, Tertiũ nullũ esse cõsiliũ affirmãs, qđ ĩtũ Sãniticæ rei ex-
pediret. Quid (inquit) ille si media quadã via ingressi ĩcolumes dimittamꝰ, & velut bello victi
leges pacis a nobis accipiãt? Istud ait senex neq; amicos parat, neq; hostes tollit, seruetis modo
quos ignominia irritetis. Ea est Rõana gẽs, ꝗ ne victa quidem quiescat. Vos quicquid feceritis
Deo secundare volo, atq; his dictis senex castris excessit. Rõani interim post multos irritos ad
erũpẽdũ conatꝰ, quia super alia mala inopia rerũ oĩm premebantur, ad hostes mittũt, qui pacẽ
peterẽt, quã si æquã impetrare nõ possent, hostẽ ad pugnã puocarẽt. Põtius debellatũ eẽ respõ Irriti Ro.
dit, inermes quũ singulis vestimẽtis sub iugũ se Rõanos missurũ, cõditiones pacis fore, vt Sãni conatus.
tiũ finibꝰ Romanus decederet. Colonias abduceret. Suis inde legibꝰ Romani Samnitesq; viue-
rẽt. Si qd eorũ displiceret, vetuit legatos ad se redire. Vix maior luctus castra occupasset, si re-
nũciatũ esset mortẽ ibidẽ omnibꝰ oppetẽdã. Nec Cõsules aut pro fœdere tã turpi, aut contra
fœdus tã necessariũ gcꝗ hiscere. Tũ L. Lẽtulus legatꝰ, Audiui ego inquit, ex patre meo, se vnũ
fuisse eorũ, q negabãt Capitoliũ auro a Gallis esse redimẽdũ, quũ fossa & vallo clausis, etsi non
sine periculo, sine certa tñ pnicie eruptio fieri potuisset, qđ si hodie tali fortuna premeremur, Ofo. L. Len-
vt quẽadmodũ illis ex superiore loco i hostẽ decurrere liceret. si ꝗ paucissimi etiã essemꝰ, potiꝰ tuli.
discrimẽ adeundũ, ꝗ pręsentẽ ignominiã accipiendã cẽserẽ, velleq; fieri posse, vt hodie ego p sa
lute populi Ro. meũ hoc caput deuouerẽ, primꝰ vt ego i hostiũ legiões irruerẽ, duo Cõsulares
exercitꝰ me cadente seruarent. Sed quũ ea sit locorũ iniquitas, quibus tenemur, vt ne cũ hoste
quidem pugnã detrectante manũ cõserere liceat, sitq; aut fortunæ cedendum, aut ad vnum hic
omnibus cadendũ, subeundam hanc indignitatem quantumlibet magnam, parendumq; neces
sitati censeo, redimendãq; armis ciuitatem, quam maiores nostri auro redimere nõ recusarũt.
Hic enim omnis ætas militatis est, quã seruando patriam seruamus, ad necem dedendo deseri
tur patria ac pditur. Consules huiusmodi hortatione adducti, in colloquium cum Pontio ve-
nere, ibi negãtes fœdus vllũ fieri posse iniussu Populi Romani spõsione rẽ transegerũt, fore, vt
ratetur conuẽtis. Cõsules spopõdere, Præfecti, Legati, Quæstores, Tribuni militum. Sponsorũ
nomina monumentis literatum postea extiterunt. Sexcenti præterea equites obsides dati, qui

capite luerēt,ſi pacto non ſtaretur.Claudius annaliū ſcriptor, fœdus ibi pcuſſum tradidit,ſed
Turpis ro. emiſſio. falſo,vt Liuius exiſtimat.Tēpus inde conſtitutū ad emittēdū exercitū, reintegratus eſt in ca-
ſtris dolor,ac vix miles a violādis cōſulibꝰ abſtinebat,quorū temeritate tanta eſſet ignominia
accipiēda,nūc arma intueri,quæ hoſtibus relinquēda eſſent,nūc ludibrioſa iugi ſpecies aīo ob-
uerſari,fœdiſſimuſq; per ſocias vrbes in patriā reditꝰ,quo triūphātes redire cōſueſſent.Con-
ſules lictoribus abire iuſſis,paludamētiſq; exuti,ſeminudi ſub iugū miſſi,a quo indigno ſpecta
Ro.ignominia. culo milites nō aliter auerterūt oculos,q̄ ab ſcelere aliquo atrociſſimo.Tum vt gradu qſq; pro
ximus erat,ita fuit ignominiæ ſubiectꝰ,ipſæ deinceps legiōes.circūſtabāt armati exprobrātes
cōuiciūq; faciētes ſingulis,quibuſdā etiā ferrū intētatū,vulnerati etiā atq; interfecti nonnulli,
q contumaciore vultu hoſtem reſpexiſſent.Atq; in hūc modū Romanos exercitꝰ ad Caudium
locoꝝ iniqtate,nō virtute hoſtiū ſubiugari cōtigit.Triſte agmen quū Capuā āte noctē ingre-
di potuiſſet,noluit,incertū,socioꝝ fidē veritum,an vt pudorē celaret ſuū. Euicit iuſta miſera-
Campanoꝝ officium in Romanos. tio ſupbiā Cāpanę ciuitati ingenitā,faſces,purpura,lictores cōſulibꝰ,veſtimēta & cōmeatꝰ aliis
benigne data:Capuā īgredictibꝰ Senatꝰ & populus obuiā ſeſe effudit,multaq; hortādo monē-
doq; cōſolati dolentes.Nec vlla ſociorum comitas tāti fuit,vt aut ī ſermonē prumperet quiſq̄
Ro.pudor. aut oculos attolleret.Poſtridie,quum nobiliſſimi quiſq; iuuenum,abeūtes cōſules cōmuni noīe
proſecuti eſſent,nec ex toto agmine verbum elicere potuiſſent,ī curiā retulerunt,nullā maiorē
cladē po.Ro.accidere potuiſſe,pſtratā ac in omne tps extinctā cum ea clade Romanā indolē,
cecidiſſe martium illum vigorē,atq; inuictum aīm Romanoꝝ,nec Sānites in præſens tps viciſ
ſe ſolum,ſed perpetuā ſine ſanguine victoriam adeptos.Hæcq; illis affirmātibꝰ,Offilius Acala
nius clarus genere,longe aliter ſe opinari dixit:ſilentium illud,fixoſq; in terrā oculos,& q; au-
res ad omnia ſolatia obſurduiſſent,intuēdæ lucis pudorē eſſe,ingentēq; irarum molē agitantis
animi indiciū,aut ſe multū opiniōe falli,aut breui futurę,vt Caudina victoria īexpectatū affer
ret Sānitibꝰ luctum,triſtiorēq; eius rei euētum īpis q̄ Romanis futurū.Hęc tum Cāpani varie
cōiectare.Romæ interim accepta clades infamis erat,perculerat primo ciuitatē phama obſidio
nis,ſecutus inde acceptę ignominiæ nuntius,q nō minus triſtis fuit,q̄ ſi exercitꝰ ipſi acie deleti
eſſent.Circa forū velut in publico luctu tabernę clauſæ ſunt,iuſtitiūq; in foro priꝰ cœptū q̄ idi
ctū,laticlaui ānuliq; aurei poſiti,nec ciuitas duces ſolū,ſed īnoxios etiā milites odiſſe, vulgoq;
negare vrbe aut tectis accipiēdos.Flexit tū ciuitatis irā miſerabilis illoꝝ aduentꝰ.Quippe qui
noctu vrbē igreſſi,quū ſe qſq; domū taciṫ recepiſſet,plures dies foro oīq; publico cōgreſſu abſ
timuerūt.Cōſules & ipſi in priuato abditi,nihil iā inde p magiſtratu agere ſūt auſi.Demū ſena
tuſcōſulto iuſſi dictatorē dicere,Q.Fabiū Ambuſtū,mox Æliū Perū,comitiorū cauſa, dictato-
rē dixere.Per interregnū īde comitia diſtracta,quoad cōſules creati ſunt,Q.Publiꝰ Philo,& L.
Papyrius Curſor,clariſſimi ea tēpeſtate duces.Hi eo die.quo creati fuerāt,quū magiſtratū ini-
Poſthu. ſententia. uiſſent primū oīm de Caudina pace ad ſenatū retulere.Ibi;Sp.Poſthumiꝰ primꝰ ſentētiā dicere
iuſſus author fuit,vt ipſe & collega qū pplm Ro.ſua ſponſione obſtrīgere nequiſſent,nudi vin
ctiq; hoſtibus dederent,cōſcriberentq; conſules exercitum,copias finibus hoſtium admouerēt,
nihilq; prius gererent,q̄ ſui deditio rite facta eſſet.Hæc quū ille diſſeruiſſet,tanta eius conſtā-
tiæ admiratio patres inceſſit,vt vix crederent eundem eſſe,qui tam fœdæ pacis nuper author
extitiſſet,miſereri etiā multi præſentis fortunæ,adeo vt ex tribunoꝝ collegio, L.Liuius & Q.
Melius intercedere conati ſint,quo minꝰ dederent.Sed eo plus valuit religio & ciuitatis digni
tas,vt ipſi tribuni q intercedere erāt auſi,vltro in ordinē redacti cū cæteris dediti ſint.Delectꝰ
prope voluntariꝰ fuit.Scriptæ ex eodē milite nouę legiōes. Exercituſq; cōfeſtim ad Caudiū du
ctus.Ibi feciales ad hoſtium portas progreſſi,veſtes ſponſoribus pacis detrahi iubent,manuſq;
Deduntur ſponſores fœderis. poſt tergū vīciri.Hic quū lictor verecūdia maieſtatis Poſthumiū laxius vinciret, qn tu (inqt)
arctiꝰ nectis,vt deditio rite fiat:tū vbi ad tribunal Pōtii ventum eſt,Au. Cornelius Aruina fe-
cialis ita verba fecit.Quādoquidē hoies iniuſſu po.Ro.Quiritium fœdus ictum iri ſpoponde-
runt,atq; ob eā rē noxā nocuerunt,vt populꝰ Romanꝰ impio ſit ſcelere ſolutus, hoſtes homi-
nes vobis dedo.Hęc dicēti feciali Poſthumius femur q̄ta maxime vi potuit genu perculit,cla-
raq; voce ait ſe Samnitē ciuē eſſe,Legatū cōtra ius gentium a ſe violatū, vt bellum iuſtius po.
Ro.gereret.Neq; ego(inqt)Pontius deditionē iſtā accipiā,neq; Samnites ratam habebunt,qn
tu Poſthumi immo po.Ro.ſi deos eſſe cenſet,ſtet pacto:ac ſi ſpōſionis pœniret, reſtituat in eū
locum,vnde ſponſione eductæ ſunt legiones,tum omnia pro infectis ſint. recipiāt arma,quæ p
pactionem tradiderunt,redeant in caſtra,ac quicquid habuerunt pridie q̄ in colloquiū ſit ven-

tum habeāt,tū bellū & fortia cōsilia placeāt,tū pax & sponsio repudientꝫ.Nunq̄ ne causa deficiet,cur vos Romani pacto nō stetis?Sic Galli inter accipiendū aurū,quo vrbē redemeratis, oppressi sunt,sic pacē qua nūc legiones recepistis irritā habetis.Nō ꝓbat po.Ro.spōsionem, quia pax ignominiosa est,restituat legiones,quas p illā recepit,sic satis fœderib⁹ fecialibusq; cerimoniis fiet.Ego vero istos quos dedere simulatis,nec accipio,nec dedi arbitror.ac ne moror quidē quin iratis diis in ciuitatē spōsione obligatā redeāt.Geratur bellū quia Pu.Posthumius legatū fecialē genu pculit,atq; ita fiet vt dii Posthumiū Samnitē,nō Romanū credāt. Pudere deberet Romanos talia religionū ludibria ꝑferre,pueris potiusq̄ senatu aut īpꝛatorib⁹ digna. I.Lictor deme vincula Romanis,moratus sit nemo quo minus,vbi visum fuerit abeāt.Hęc Pōti⁹.Illi vero dubiū publica fide,sua certe liberata ab Caudio in Rōana castra sunt reuersi. Sānites animo præsagiētes,q̄ infestū bellū esset sibi ab Roma renatū,tū demū Pōtii senioris vtrāq; sententiā laudare.Satricani interim ad Sānites defecerant,& Fregellæ Colonia noctu ab Samnitibus ipsis occupata.Sustinuerūt Romani Coloni tumultu exciti hostiū arma, quoad p præconē iermibus salus ꝓmissa est.Tū plurib⁹ auersa porta oppido dilabētibus,qui hostiū fidem secuti,in oppido subsederūt,ira renouati belli circūdato igni ab hoste sunt cremati.Cōsules iter se prouincias partiti sunt.Papyrius Luceriā ire pergit,vbi Romani equites asseruabanꝫ. Publius in Samnio substitit,aduersus Caudinas legiones.Pōtius anceps cōsilii in Apuliam ne cōtēderet ad opē Lucerinis ferendā,an in Samnio se hostibus obiiceret, potior sentētia visa est cū Publio de sūma rei dimicare:ille vbi certamē instare vidit,quū milites ad cōcionē vocasset, vt eos ad ignominiā eo ꝓlio sibi demēdā hortaretꝫ,sermo null⁹ haberi potuit pre nimio clamore signū ad pugnā poscētiū.Suus cuiq; anim⁹ vltionis cupidus hortator aderat.Itū itaq; in ꝓliū tāta festinatione,vt signiferi pene ꝑcipites,vrgentiū impulsu,ī hostes iuerint,pilaq; velut inutilia temere cōiecta,vt cōminus res gereretꝫ.Nihil ibi imperatoria arte opus fuit,hostē militaris ira pene prius fudit,q̄ ꝓliū cōsereretꝫ.Exuti castris Samnites Apuliā fuga petierunt.Ibi agmine iterum coacto Luceriā sese cōferunt.Publius Sānitiū castris potit⁹,plus inuiū hic sanguinis q̄ in acie hausit,magnaq; pars prędæ præ nimia ira corrupta est.Papyrius interea p maritimā Apuliæ orā Arpos venerat,īde Luceriā ꝓgressus ꝓxim⁹ hosti cōsedit,fuissetq; rei frumētarię iopia ab Romanis nō minus,q̄ ab hoste laboratū,ni Arpi abunde oīa ministrassent,odio magis Samnitiū,q̄ vllo Romanorū in se merito.Erat ora illa Sānitiū populationib⁹ valde infesta. Arctior inde obsidio est Samnites adorta,vbi Publius cōsul cū victore exercitu eo venit.Hostes vbi rerū oīm inopia laborare cœperunt,acie dimicare cōstituunt.Romani & ipi læti aciē ex aduerso explicāt.Supueniūt interim Tarētinoꝝ legati denūciātes,vt Rōani, Samnitesq; finibus Apuliæ abscederēt.qđ nisi facerēt,fore,vt ipsi arma in eos induerēt,per quos suo edicto minus obtēperatū esset.Papyrius ad eā denūciationē,quādo Pullarii oīa,ꝓspera nūciarēt,se in ꝓliū iturum dixit,vanissimā increpās gentē,q̄ præ domesticis discordiis suarū rerū īpotēs,aliis gētib⁹ pacis & belli leges auderet ꝑscribere.Samnites se in Tarētinoꝝ fide esse clamitātes arma īhibuere,cōfessi se parere malle,q̄ Tarētinoꝝ authoritatē aspnari:Romani cōsules vallū hostiū militē sub ire iubēt.Hic momēto tpis repletis fossis,munitionibus disiectis castra miles irrumpit,cædis & ruinæ oīa cōplens. Fuissentq; hostes ad vnum obtruncati, nisi duces militē a cæde imperio & minis reuocassēt,dolere vulgo oēs interpolatam suæ iræ dulcedinem,ob idq; cōsules odisse,sed pro concione edocti sunt,sexcentorū equitū,qui in hostium potestate essent, rationem haberi oportuisse,ne qui in vrbe inclusi erāt,suorū cæde iritati,florē Romanæ iuuētutis crudelissime necarēt.Laudare milites ꝙ suæ iræ itū esset obuiam,oīaq; prius ferēda existimare, q̄ salutē tot fortissimoꝝ iuuenum ꝑdendā.Papyrio igiꝫ cū parte copiarū ad obsidionē relicto,Publi⁹ Apuliā peruagatus multa oppida ī fidē recepit.Nec ad Luceriā interim minus ꝓspere res gesta est. Hostes qui in vrbe erāt rerū oīm inopia adacti,ad consulē miserunt qui peterent, vt equitibus receptis obsidionē Romanus solueret,Respōsum est oportuisse eos Pōtium Herēnium ducem suum cōsulere,quo authore Romanas legiones sub iugum misissent,qđ victis patiēdum esset. Nūciari ergo iussit,vt reb⁹ intra vrbē relictis,cū singulis vestimētis,q incolumes esse vellēt mœnib⁹ egrederenꝫ.Septem milia hostiū sub iugum missa.Præda ingēs in vrbe q̄sita est,receptaq; ferme oīa,quæ Romani ad Caudiū amiserant.Et qđ oīm lætissimum fuit,Pontius totius gentis impator cū cæteris subiugat⁹.Qq̄ de eo dedito obscurior ad posteros manauit phama.Fuerūt q ꝓderēt a L.Cornelio dictatore hæc gesta,sub quo L.Papyri⁹ Cursor sit eqtū magisterio functus.Verū siue hic fuerit,siue ali⁹,q eā Romani noīs ignominiā vltus est, vbi Romā venit

Posthumi⁹ & alii dediti non recipiuntur.

Consulares prouinciæ.

Exuuntur Samnites castris ad Caudium.

Exuunꝫ castris Samnites ad Luceriam.

Sānites ad Luceriā iugo subiiciūtur.

Consules.

triumphũ,quod satis cõstat,egit insignẽ,ac secundũ eum,qui ob vrbẽ a Gallis receptã Camillo decretꝰ est,oĩm,quos Roma ad id tp̃s viderat,clarissimũ.Secuti cõsules, Q.Aurelius Cerretanus & L.Papyrius,Mugilanꝰ an cursor,q superiore anno consul fuerat, parũ p̃spicue tradit. Aurelius cũ Ferentanis vno secundo p̃lio debellauit,eorũ vrbe quo victa acies fugã inclinauerat,in deditionẽ recepta.Pari fortuna belli Papyrius est vsus,atq̃ aliq̃to etiã maiore,q Satricanis pacẽ petẽtibꝰ respõdit, nisi Sãnitiũ p̃sidio qđ secũ haberẽt ĩterfecto,aut tradito,nõ esse cur pacati a se quicq̃ expectarẽt.Minacissimo cõsulis responso territi oppidani,quũ duæ in vrbe factiones essent,q̃ ad Samnites rẽ traxerat,ad promerendã Romanorũ gratiã occulte docet consulem,qua hora noctis,& qua regione Samnites ex oppido egressuri essent. Cæterũ Romanæ factionis viri,eadẽ hora cõsulem intra vrbẽ accepere,atq̃ ita vno tp̃e Satricũ est receptũ,& Sãnites in insidias præcipitati occidione occisi sunt.

Samnites ad Satricũ cæduntur.

Papyrius authoribus defectionis interfectis, tum demũ Romã reuersus,de hostibus sub iugũ ad Luceriã missis,& Satrico recepto,vt nonnullis placuit,celebrẽ triũphũ egit.Multa quidẽ de fortitudine,& seuero huius imperio sunt memoriæ prodita,equitibus petẽtibus,vt pro re bene gesta aliquid laboris remitteretur,ne nihil(inquit ille)remissum dicatis,cũ ex eq̃s descẽderitis,ne dorsum demulceatis.

Papyrii seueritas.

Et Prænestino tum p̃torẽ q cũctantius suos ex subsidiis in primã aciem eduxerat,ad se accersitũ,quũ forte ante tabernaculũ inambularet,sola voce pene exanimauit, lictore in aliũ vsum securim expedire iusso.Enimuero ille in se ferrũ stringi arbitrarꝰ,quũ vix pedibꝰ subito perculsus metu consisteret,lictor(inquit Cursor)radicẽ hanc mihi excidito,ambulãtibus incõmodam.Hæc cõsul,atq̃ vna Prænestinum vltimi supplicii metu confusum,citra sanguinem multatum dimisit.

M.ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIÆ HISTORIARVM AB ORBE CONDITO ENNEADIS QVARTÆ, LIBER SEXTVS.

Alexã. successus.



T RES Italiæ in hunc se modũ habebant. Alexander interea Scythis qui ad Oxum occurrerant prælio superatis,Sagarum gentẽ in deditionẽ recepit:inde Cratero cũ robore copiarũ sequi iusso,ipse vt improuiso accessu hostẽ opprimeret,cũ expeditissima parte exercitꝰ,ad Meretantũ vrbẽ cõtendit,Menedemi mortẽ vlturus,q illis ipsis diebus, qbꝰ Scythas vicerat,cũ duobus milibus,vt alio est loco significatũ, fuerat a Spithamene oppressus.Cæterũ ille audito Macedonis accessu in Bactra celeri fuga abiit.Alexander ad locum cædis p̃gressus iubet suorũ corpora sepeliri.Conuersus inde ad hostilis terræ populationem,Sogdianum agrũ vri imperat,puberes ad vnũ interfici.

Sogdiani.

Est Sogdiana magna ex parte deserta,ad octingenta stadia obtinent vastæ solitudines.Polytimetus amnis ĩ his gentibus præceps aliq̃diu fluẽs in arctum cõtrahit,ibiq̃ terra absorptus,certo velut mugiẽtis terræ argumento longe subterlabitur,longũ velut sulcum humida telluris facie trahẽs. Huc XXX.Sogdianorum nobilissimi ad Macedonis conspectũ adducti,quũ ad suppliciũ trahi imperasset,vbi quid mandaretur per interpretẽ didicissent, continuo lætũ carmen more gentis canere occœperunt,ac tripudio quodã gaudiũ testari.Miratꝰ hominũ cõstantiã Alexãder,sciscitatus est,quid esset q̃ paulo post morituri lætarent,respõdisse dicunt nihil sibi in morte optatius cõtingere potuisse,q̃ vt iussu inuicti regis extinguerent,Honestissimã se mortẽ illã arbitrari,quã patrio more cãtu & lætitia celebrarẽt. Tũ rex rogari iussit,an suo beneficio seruati,sibi nõ inimici victuri essent.Illi se nũq̃ inimicos cuiq̃ fuisse testati sunt,sed illatã propulsare voluisse iniuriã,at si vita donarent,beneficio cũ eo,vt antea armis,certaturos. Quærenti regi, quo pignore fidẽ apud se obligaturi essent?vitã quã acciperẽt pignori futurã responderũt, red dituros se illã quoties repeteretur. Tali virorum indole delectatus Macedo, ĩcolumes domum dimisit,qui fide in Macedones egregia,iã inde inter suos populares fuere.

Sogdianorũ constantia in morte.

Sogdianis in potestatem redactis,Bactra Alexander peruenit.Eo Bessum adduci iussit,vt ob Darii parricidium, supplicio afficeret.Plutarchus author est Disphendomene dissipatum. Id supplicii genus tale fuit,vt proceræ arbores multa vi in se curuatæ intẽderent,inde singulæ corporis partes singulis alligatæ,remissis subito cacuminibꝰ in diuersum sint discerptæ. Et Bessus qui Dariũ occidit hũc sortitus est exitũ.

Bessi iteritꝰ

Disphendomenis supplicium.

Alexander aucto nouis supplemẽtis exercitu, ad eas gẽtes q̃ defecerãt recipiẽdas mouit.Miles siticulosa regiõe pluribꝰ locis puteos effodit,sed quum haud facile aquarũ venæ terrã aperiẽtibꝰ occurrerẽt,neq̃ ex Ouo q cœnosus fluebat aquari posset exercitꝰ, ferũt repente in regio tabernaculo fontẽ extitisse, quẽ Macedo vanæ originis iactator,diuinitꝰ

Fõs repertus.

oblatū videri voluit.Curtius eum haud ab initio animaduersum credidit. Plutarchus pīguis
liquoris fontē fuisse scribit,oleoq neq gustu neq odore dissimilis,& qđ maiori fuit admiratio
ni tradidit eā terrā nō alere oleā,q̄q̄ & Oxi fluminis aqua adeo pinguis sit naturę,vt q in eo lo
ti fuerint,cute,velut oleo pfusi,nitescāt.Macedo flumine traiecto ad Margianam cōsedit.Circa
eā sex oppidis cōdendis lecta est sedes,vt velut fręna domitarū essent gētiū.Erat ibi petra īgēs
Petræ Bactrianæ sit⁹.
vndiq prupta,supercilio in arduū verticē stadia.XXX.erecto.Ambitus trecētoꝝ erat stadio
rū.Ex specu qui in prærupta parte erat,& q in hirto angusto calle adiri poterat,manabat fons
perennis aquę,q̄ cū strepitu per pręruptū petrę cadebat latus.Hunc Arimazeus Sogdian⁹ cū
XXX.milibus armatoꝝ obtinebat locum,commeatu in biēniū cōparato. Erat os antri angu-
stū,introrsus vero adeo late patebat,vt plura milia hoīm cōmode sua amplitudine, vastisq ca
peret recessib⁹.Visa est ab initio loci facies vt erat natura inexpugnabilis,misitq ob eā rē Co
phā Artabazi filiū Macedo ad barbarorū animū tentandum,an ad voluntariā deditionē com-
pelli possent,ipse cōtinuo re īpetrata,alio abitur⁹.Arimazeus nō solum nō quicq̄ pacate respō
dit,sed cauillabūdus ex Copha q missus fuerat,quęsiuit an alatos hostis haberet milites,Tātū
abfuit vt supbissimū barbari responsum regē fregerit,vt ira accēsum ad ea etiā audēda impu-
lerit,q̄ ne alius cogitare quidē fuisset ausus.Trecentos ex Macedonica Phalange,qui per rupes
Pręceps Alexādri consilium.
& inuia priusq̄ inauthorari cōtigisset pecus agere cōsueuerāt loca,magna spe præmioꝝ onera
tos,gladio & iaculis cingit.Inde occulto ad eā partē ducit petrę,q̄ maxime ab hostiū cōspectu
fuit auersa,p asperas & pminētes cautes quoquo modo possint in summū iugū iubet euadere,
qđ vbi adepti essent,velū ex militari hasta suspenderēt,edicit.Ibāt iuuenes ī aptū vitę discrimē
tā pręcipiti ascensu,q̄ hostiū vi nisi eos fallerent perituri. Consumpta nox tota est,cuneisq ite
rim,ac funibus & vncis ferreis cū natura loci pugnatū,demū.XXX.& ampli⁹ lapsu exanima
tis,cęteri sub lucē fessi in summū verticē euasere.Alexander accepto signo instructū exercitum
loco admouet,Copha iterū ad barbaros misso,q cū his de deditione faciēda in colloquiū veni
ret,qbus si nihil pacatius respōdissent,milites q eoꝝ capitibus imminerēt,ostenderet. Ille Ari
mazeū a pace abhorrētē ex speluncę vestibulo spectare iubet,qđ spei ipsi & aliis esset. Barbar⁹
Dedit̄ Arimazeus.
Macedonicā cohortē summo iugo sedentē intuitus, alis qđ per contēptū prius dixerat, eos il-
luc delatos credidit,ac tū perculsus aīo ad regem velut rebus iam perditis accessit. Educta in-
de tota multitudine Macedo Artabazo locū dedit præsidio obtinēdū.Arimazeū & cæteros de
fectionis authores circa petrā crucibus affixit.Inde tripertito in Bactrianos mouit,quoꝝ mul
ti armis subacti,alii voluntaria deditione in Macedonū potestatē cōcesserūt. Attinas interim
regionis pfectus,cum.CCC.equitibus in insidias pcipiratus,cum tota equitum ala periit,eam
cladem Craterus,qui ad primā rei phamam eo occurrit,egregie vltus est,mille hostiū occidio
ne occisis.Curtius legatos a Scythis,qui supra Bosphoꝝ Cimerium incolunt,Alexandro Ma
racadā repetenti,cū Berde,quem ad eam gētem miserat,occurrisse ait, sed q̄ procul a Bospho
ro tum res gererentur supra est significatum.Petebāt Scythę vti Macedo Scytharum regis fi-
liam in matrimonium reciperet,aut si puellæ nuptias repudiaret,pateretur Macedonum pri-
cipes cū primoribus Scytharū affinitate iungi,ipsum regem regum haud grauate ad Alexan
drū venturum.Miserat Phartaphanes Massagetis & Dacis conīictus,qui Alexandrū sibi con-
ciliarēt,vtraq legatio benigne audita,castraq sunt ī Arzariam promota,ibi nemora lōgo mu
rorum ambitu veterum regum iussu circundata,nobilium ferarum vim ad venatorium vsum
alebant ingentē,eratq nemus quatuor ętates intactum. Huc productum exercitum iussit Ma
cedo feras agere,ipseq leonē immani magnitudine Lysimacho , q se obiecerat,repulso fortiter
Alexander leonem prostrauit.
prostrauit.Atq ex hoc casu Curtius fabulā credidit ortam,ꝙ quidam Lysimachum a rege leo
ni obiectū falso prodiderint.Quatuor milia ferarum ibi cæsa dicuntur,atq rex eodem nemore
cū vniuerso exercitu hilare epulatus,Maracadam rediit,vbi Sogdianam Artabazo ætatem ex
cusante,Clyto destinat prouinciā.Hic ille Clytus est,a quo Alexāder quum ad Granicum pu-
Clytus.
gnaret,ab ictu imminētis barbari seruatus est,vetus Philippi miles,& Hellanices frater q̄ Ale
xandrū educauerat.Eum Alexander postridie in prouinciā abiturum regio cōuiuio admouit,
medioq accubitu quū rex iam vino icaluisset,immodice,vt sępe alias,res a se gestas iactare est
Alexandri iactantia.
adortus,& qđ veteranorū plus animū offendit,quantū sua interim magis extollebat , tantum
paternā gloriam obtrectādo eleuabat,in nobilissimāq illius victoriam inuectus,qua ad Chero
niā totius Græciæ opes Philippus fregit,ad se ea tempestate adolescentem trahens si quid ī ea
merito laudabile accidisset,q prim⁹ in sacrā Thebanorū cohortē irruisset,aspernari cætera ei⁹

certaminis opera,vt obscura nullaq̧ memoria digna.Audite hæc alii,multiq̧ in ipsi⁹ gratiam, ea q̄ dicerent,vehementer ꝓbare.Clytus q̄ ipse parũ sobrius erat,inter eos q̄ ꝓxime accubabant Euripidis illud submissa voce iactasse dicit,quo significabat,haud recte comparatũ, ꝙ regum dũtaxat noĩa tropheis ĩscriberent,victoriã alieno sanguine partã intercipi.Tum vero res Philippi maiore voce,vt iã ab Alexãdro audiret,referẽs ita æstimabat,vt cum pręsentibus nõ solũ æquilibriũ faceret,sed ꝑpõderare etiã viderent.Ausus adhęc aliqua oblique iactare de Parmenionis & filii cęde.Quib⁹ temulẽtus rex adeo ita exarsit,vt illũ primo cõuiuio excedere iusserit:inde adhuc cũctãtẽ,quũ ꝓximi abducerẽt,nec interim linguę parceret,sed illi⁹ vanitatẽ eludẽs,ꝙ Iouis etiã filius stulte vellet credi,verioraq̧ se illi dicere,q̄ Hãmon Iuppiter dixisset,tantus iratũ æstus regis animũ occupauit,quãtũ vix sobrius ferre potuisset.E lecto itaq̧ repẽte ꝓsiliens,abrepta lancea ex spiculatoris manu,Clytũ ꝑcutere conatus est,ꝑegissetq̧ facin⁹,nisi cõsurgẽtibus,q̄ ꝓxime accubabãt,regi manus iniecissent.Implorabat ille militũ fidẽ,comprehendi se a ꝓximis amicorum clamitans,vt nuper Dario accidisset,signũq̧ tuba dari iubet, vt milites in regiã armati coirẽt.Ptolemęus,Perdicas & alii,q̄ illũ circũsteterãt, eius pedib⁹ aduoluti,rogare eũ suppliciter,ne pręsenti irę indulgeret,differret vltionẽ Clyti in sequentẽ diẽ, illũ & alios in ipsius potestate futuros.Obsurduerũt aures obstrepẽte ira,& iam impotẽs animi factus,in vestibulũ ꝓcurrit,ibi vigili excubanti hasta ablata Clytum ex triclinio exeuntẽ lãcea transfigit,cadẽtisq̧ cruore aspersus,I inq̄t ad Philippũ & Parmenionẽ,amboꝝ studiosus.Male humanis ingeniis natura cõsuluit,ꝙ sæpius trãsacta q̄ futura,& quũ ampli⁹ mutari nõ possũt ꝑpẽdimus.Satiatus cęde animus,vbi in locũ iræ facti æstimatio successit,nũc mortui ꝑsonã nunc cędis causam reputans,ꝙ amicũ,ꝙ senẽ,& innoxiũ,& inter pocula interfecisset,ꝙ laudes patris haud minus iracunde,q̄ conuiciũ audiuisset,pudere simul ac pœnitere cœpit facti.pœnitẽtiaq̧ non minus pręceps q̄ nup ita occupat aĩm,cõfestimq̧ telum ex Clyti corpore eductũ in se vertit,admoueratq̧ pectori cuspidẽ ferro incubiturus,ni subito eorũ qui tum illi forte apparebãt,occursu,hasta ex eius manibus fuisset extorta.In tabernaculũ inde delatus humi deiectũ corpus affligit.gemitu eiulatuq̧ miserabili laniare os vnguibus,circũstãtesq̧ rogare,ne tãto dedecori se superstitẽ esse finerent.Per hæc nox tota acta est.Subibat animum & alia reputatio,futurũ arbitrat,vt attonitis amicorum animis,nullus esset secum amplius sermonem sociaturus,viuẽdũ sibi iam inde in solitudine ferarum ritu,quę mortalibus sunt terrori. Triduũ inde clausus iacuit,quẽ milites vbi obstinato ad moriendũ animo in mœrore perseuerãtem viderunt,tabernaculũ vi irrumpunt,multumq̧ ac diu illorum precibus reluctatum ꝑuicerũt, vt cibum caperet.Plutarchus partim Aristandri monitu leuatũ scribit,qui ad deorum iram cędẽ ipsam referens,domesticam illam cladem regi accidisse pręedicabat,ꝙ eo ãno fuisset Bacchi anniuersariũ intermissum,partim Callisthenes suauissimo sermone,sed multo plus Anaxarchi ꝑopportune adagio,qui ad eũ repente ingressus,quum alia ad regiam potestatem ꝑtinẽtia tũ illud inclamarit,Ius & fas proinde si nescis Alexãder,Ioui cõmin⁹ assidẽt,vt quicqd regibus facere libuerit,liceret id,ac recte fieri intelligat.Adhibuerunt & milites sui leuamen corã affirmantes Clytũ iure cęsum,nec passuros se fuisse eũ sepeliri,nisi rex id fieri impasset. Fuit inde Alexander Maracandis aliquot dies,Ephestioneq̧ cũ parte copiarum in Bactrianã misso,ĩ Sogdianam,quã Clyto destinauerat,Amyntha qui prouinciæ præsideret,ipse Xenippa cũ cętero exercitu est profectus.Est terra hęc Scythicæ ꝓpinqua,vnde Bactriani exules sub Alexandri accessum sunt ab indigenis pulsi,mox equestri ꝑlio victi,iterum veniam ab Alexandro impetrarunt.Quibus in fidẽ receptis in Nauram Macedo cum omnibus copiis venit. Obtinebat eã gentem Simithrides,qui ex matre duos liberos procrearat,filii in ea gẽte qđ alibi sit auditu infandũ,cum matre concumbunt.Obstitit Simithrides,locorum opportunitate frętus, nõ nihil Macedonũ conatibus.Iterum vbi munimentorũ parte discussa,machinas ꝑtræ quam insederat,admoueri vidit,Oxorte etiã hortãte,qui ad hoc ipsum fuerat ab Alexandro missus,se & suos dedidit,duobus filiis Alexãdro traditis,qui sub eo militatẽt.Restituit Macedo Simithridi principatũ,mox ꝑ loca aditu difficilia,vltro hostes insecutus,qua expeditione Philippus Lysimachi frater periit.Dracę sunt inde subacti.Spitamenes eius gẽtis prĩcipatum occupauerat qui quũ ab vxore quam vnice amabat,neq̧ hortatu neq̧ precibus compelli posset,vt Alexandro se dederet,aderat iã Macedonicus exercitus,quin illã identidem admonentẽ,& iam longioris fugæ laborem propemodum detrectantem , stricto acynace haud dubie interfecisset,nisi a cæde necessarioꝝ interuentu fuisset reuocatus.Secubuit ille non nihil,mox intermisse cõsue-

Excãdescit Alexãder ĩ iram.

Alexander Clytũ interficit.

Audi Alexãdri cõsternationem.

Anaxarchi adagium.

Naurani cũ matrib⁹ cõcumbunt.

Barbaræ mulieris facinus.

tudinis ĩpatiens,coniugẽ ad se reuocatã suppliciterq̃ satisfacientẽ,in pristinũ cõgressum restituit.Nec ita multo post mulier recentis iniuriæ memor dormientem obtruncat,vnoq̃ famulo comitata,in Macedonũ castra penetrat,caput habẽs qđ viro ademerat.Plus valuit apđ regem atrocitas facti,q̃ gr̃a,scelestã fœminã nullo humaniore respõso dignat⁹,castris iubet excedere, Dracisq̃ in fidẽ receptis,in Gabazã regionẽ duxit.Agebat̃ p saltuosa loca agmen,& iã biduum nubilo cælo fœdamq̃ tẽpestatẽ interminãte,iter egerat,quũ tertia dies multo nubilosior orta, totã cæli faciẽ horrẽdo atrore fulgorib⁹ intermicãtib⁹ vestiit.Secut⁹ fragor cadentiũ fulminũ fœdaq̃ tẽpestate militũ oculos & mentẽ perstringẽs.Tũ densa grando præcipiti casu superessusa ita exercitũ afflixit,vt eo quo q̃sq̃ fuerat loco dep̃hẽsus,humi p̃cumberet cõtegẽs se armis. Quidã arbor̃ stipitibus hærebãt,obrigescẽtibus interim membris,multi eodẽ habitu,quo hæserant arboribus,inter se obuersi exanimes repti sunt.Fuisset eo saltu pars maxima exercit⁹ cõsumpta,nisi rex hortãdo singulos circuisset,ęgre humo attollẽs corpora torpore defixa,deerãtq̃ vires ad continuandũ iter,nisi toto saltu iussu regis ignes cõfestim excitati essent, q̃bus refectus miles paulatim gressũ remolit⁹ est,signaq̃ obseruauit.Saltu itaq̃ emersis,loca hũano cultu frequentia corporibus affectis auxilio fuere.Hic rex admoto igni cœperat aliis rigẽtes art⁹ fouere,quũ gregariũ militẽ Macedonici sanguinis intuitus vix ob laborẽ & frigus sese ĩ armis traducentẽ,nec iã multũ compotẽ mentis,exiliens Alexander in sellam,qua ipse erat ad ignem perductus,in sua ipsius sella collocauit.Nec ille prius,aut vbi quiesceret,aut a quo accept⁹ ẽet agnouit,q̃ vitalis calor maiore sit parte corpis recept⁹.Tũ vero regiã sedẽ & regem ipsum stãtem intuitus,cõsternatus animo trepide cõsurgit,obliuionẽ & imprudentiã excusaturus. Cui Alexander hilari vultu,ecqđ nescis miles quanto meliore sorte vos Macedones,q̃ Persę sub vestro rege viuitis?Illis capitale est in regis sella cõsedisse,tibi saluti fuit.Postero die p̃ cõcione p̃nunciauit oĩa q̃ amissa essent militibus redditurũ,fideq̃ p̃stitit.Peropportune cõtigit, vt Sisimithres iumẽta plurima,& duo milia camelor̃, pecorũq̃ vim ingentẽ dono regi in castra miserit,q̃ Barbari munificẽtia cladem exercitus & famẽ cõtinuo leuauit.Certatũ est ab Alexandro cũ Sisimithre munificẽtia.XXX.milib⁹ pecor̃,q̃ ex Sagis ĩ p̃dã Macedones illis ipsis diebus egerãt,dono datis.Mota sunt deinde castra in Cohortandi Satrapis regionẽ,qui se cũ tota gente Alexandro venienti tradidit. Eũ Macedo benigne acceptũ pristinũ principatum tenere permisit.Cęterum quũ duo ex trib⁹ filiis iussi essent Macedonũ castra sequi,obtulit & tertium pater,inde conuiuio barbara opulẽtia instructo,regẽ accepit:qđ vt multa comitate celebraret XXX.nobiles induxit virgines,& in his filiã eleganti forma,Roxane erat puellæ nomen. Conuertit illa in se oĩm oculos pulchritudinis pręstãtia,sed regem omniũ maxime,qui iam suis cupiditatibus,inter tot fortunę obseq̃a,minus imperabat.Captus itaq̃ Persicæ puellę vultu,eam sibi vxorẽ a patre petiit,Achillem,a quo ipse genus duceret,cũ captiua coiuisse p̃dicans,& ad regnũ stabiliendũ volebat id cõnubium pertinere,per qđ & victis pudor,& victoribus superbia minui videret̃.Nulla igit̃ mota facta est,puellę patrem insperato gaudio lętum mẽsę admouet. Ibi Macedonico ritu panẽ(hoc erat apud eã gẽtẽ sanctissimũ coeũtiũ pignus)diuisum vterq̃ libat.Credibile est per hæc, q id sacrum primi instituerunt,ostendere voluisse,parco & parabili victu cõtẽtos esse debere,qui corpora & animos iugali vinculo sociarẽt:sic Asię & Europę rex potentissimus,& qui Darii vxorem & filias nõ aliter q̃ pater inspexerat,ignobilem virginẽ sibi matrimonio iũxit,ex captiua p̃creaturus q victoribus ĩperaret. Pudere Macedonas tã ignobilis cõnubii,verũ Clyti exitu edocti,vultu q̃ pars hoĩs pręcipue seruit,assentiebantur. Hinc Alexander Indiã petiturus,ex omnibus p̃uinciis.XXX.milia iuniorũ legi imperat,perduciq̃ ad se in castra iubet,verius obsides q̃ milites,nequid a tergo moueretur.CXX.milia armator̃ sub signis erant,q̃ ad bellum regem sequebantur.Gliscere interea in tanto rerum successu gloriæ cupiditas,vt iã nõ aliter q̃ prostratis humi corporib⁹ se salutari pateret̃. Superabatq̃ abũde adulatio perpetuum regnorum malum,quorum opes sæpi⁹ q̃ hostis dira pestis euertit. Macedones tamen minus facere,immoderatius Græci,genus hominum in id vitium propensissimũ.Et in his Cleo Siculus,qui pleno conuiuio Alexandro de industria triclinium egresso,sermonẽ intulit,oportere eum pro deo,vt liberum patrem & Herculem venerari. Facturos oẽs non pie tantum sed prudenter etiam,si in conuiuium redeuntem ĩ terram prostrati exciperẽt. Haud perplexe in Callisthenem ea dirigebatur oratio.Erat is ex Aristotelis consobrina genitus,eloquentia singulari liberoq̃ ingenio, & ob eam rẽm ab hominibus sui generis diuerso. Ridens Callisthenes Cleonis verba,diuinitatem sequi hominem solere,nõ comitari dixit,neq̃

Fœda tempestas.

Alexãdri humanitas in militem.

Alexandri munificentia.

Alexander Roxanẽ ducit vxorem

Panis libatio.

Alexandri copię.

Cleonis Siculi assentatio.

Callisthenis libertas

Herculē,aut Liberum patrem,cōuiuii decreto deos factos,prius naturā mortaliū oculis amoli
tam,q̄ phama in cælū receptos.Scilicet inquit Cleo ego & tu deos facimus,a nobis diuinitatis
suę Alexāder opinionē accepturꝰ est:libet experiri quid prestare possis,fac aliquē regē,si deum
potes facere,facilius est regnū dare q̄ cælū,dii sine inuidia audiuerint,quæ Cleo dixit,eodemq̧
cursu res ire patiantꝰ,quo illoꝝ benignitate ad hūc diē fluxere. Posteri Cleo,si nescis,hoc mor-
tuis tribuūt.Ego serā immortalitatē regi precor,vt vita diuturna sit,& victura maiestas.Ne-
mo fere fuit Macedonū,q Callisthenis verba nō ꝓbarit,sed quantū sermo ille alios delectauit,
tātū regis offendit animū,q ꝓximo loco larēs,expectabat quo assensu exciperetꝰ Cleonis adhor
tatio,etem excōposito ad dicēdū venerat.Alexander dissimulata ad tempus ira,cōuiuio velut
eoꝝ olm,q̄ acta erāt,ignarus se reddidit.Nec ita multo post Polyperconte, q rideret Persas ad
[Alexandri superbia.] eū ingressos procūbētes,e lecto quo accūbebat ad terrā precipitē dedit,surridēsq̧,vides inquit
te idē fecisse qđ stulte in alio ridebas?Hac ille vi est in Polypercontē vsus, sed maiori Callisthe
nē odio insectatus,obliquis vocibus iā inde incessere nō destitit,audita vox eius dicentis,odisse
se sapiētē,q nihil sibi saperet.Enīuero Callisthenes parū mētis cōpos a multis habebatꝰ, quam
velut amētiā iratus rex illi exprobrabat,cōcitaueratq̧ p hęc sibi Alexāder multū odii inter su
os populares.Orta interim est & alia multo ꝑniciosior inuidię causa,ꝙ Hermolaū vnum ex no
bilibus ministris,qa leoni,quē ferire destinasset,se obiecerat,seruiliter verberari iussit, qua iniu
ria ille accēsus,cū nobilissimis qbusdā ex sua cohorte in regē cōiurauit,vt illū cōuiuio sub lu-
cē egressum,quū primū dormire cœpisset,obtrūcatēt,peregissentq̧ p ociū destinatam cędē,nisi
[Fatidica mulier.] Alexādro fatidica mulier occurrēs(versabatꝰ hęc familiariter in aula)ex triclinio exire volēti,
cōuiuii iā pene soluti,in secūdā diei horā ꝓtrahēdi,author extitisset. Successerūt interim alii
in stationē,cōiuratiq̧ ꝓsenti occasione frustrati,quasi deus aliquis suo aduersaretꝰ consilio, ve-
hementer cœperūt sibi timere.Pluriū dierum orbis euoluēdus erat,priusq̄ in stationem reuo-
carentꝰ.Cōsilium igitur,qđ plures dies pertinaciter celaurrant,Epimantes Eurilocho patri ꝓ-
didit.Eurilochus rē ad Alexādrū detulit.Capti coniurati,& cum his Callisthenes,qui vt Cur
rius scribit,velut destinati sceleris particeps,cū cęteris capitali est supplicio affectꝰ. Alii in qbꝰ
[Callisthenes ab Alexandro interficitur.] est Chares,eū in vinculis extinctū tradidere,septimo mense q̄ custodiri cœperat.nullius cędes
apud Grecos maiorē regi concitauit inuidiā: constans phama erat Callisthenē eius cōsilii exp
tem ꝓ inuidiā in crimen deuocatū periisse.Ipse ne ocium serēdis rumoribꝰ natum, diutius mo
[Indica expeditio.] rando aleret,in Indiā mouit.Indiæ sitū cum ipso ritu gentis,in relatione rerum a Semiramide
in ea terra gestarū,abunde retuli.Multi Indorū reguli Alexādro regiōis terminos ingresso,no
uarū rerum cupidi,præsto affuerūt,se & sua vltro dedentes.Cęterum vbi indigenarū volūta-
ria illa deditio remisit,apparebatq̧ per loca parū pacata eundū,Cratero post se cū Phalange se
qui iusso,Perdicā cū copiarū parte præmisit,ad eos subigēdos,qui imperiū auersarentꝰ, & vt ꝑ
recta pergeret ad Indū fluuium duceret,nauesq̧ ad exercitū traiiciendū expediret. Curtius ait
Ephestionem cū Perdica missum,sed in Bactrianam idem author ait cum parte copiarum eū
post Clyti cędē ab Alexādro missum,expeditionis causa an ꝓsidii parum liquido tradidit.Mo
ta sunt inde castra,multæq̧ inter eūdū gentes prælio victę,& vrbes plæræq̧ expugnatæ,sæui-
tumq̧ in omnē sexū & ętatē,vt aliis documēto essent,ne imperium detrectarēt.Ignis domibus
[Nysa.] iniectus,& mœnia disturbata.Hoc victoriæ cursu ad Nysam vrbē Macedo peruenit, huius in
colæ a Libero patre se cōditos affirmabāt.Vrbs ad radices mōtis sita est.Meron qđ latina voce
per literas Antipatro cōmendauit,vt primū in theatris locum obtinerēt,coronatiq̧ spectarēt, vt
defunctorū liberis paterna p̄cederent stipendia. Militari seditione in hunc modū cōposita,in Me
diam concessit,vbi prouinciæ rebus cōpositis,quū spectacula & solēnes dies indixisset, tria histri
Ephestiōis interitus. onum milia ex Gręcia ad id missa in publicū p̄duxit. Per eos dies Ephestiō q̄ cū Alexādro a pue
ris coniunctissime vixerat fato decessit,quem acerbissimū casum tam impatiēter rex tulit,vt mu
lis & equis detonsis,finitimarū vrbiū pinnacula decusserit,Glaucū medicū quo absente Ephestio
in theatro assam ex capro carnem ederat,hauseratq̧ p̄scteris vinum,velut eius mortis authorē,
in crucem sustulit. Tibias & cętera instrumēta aliquādiu in castris canere vetuit,donec ex Hāmo
Funebris impensa. nis Iouis oraculo diuinos illi honores vt Heroum vni indixit. Extulit eum Alexāder,quod a fide
propemodū abhorreret,decem talentorum milibus. Dein ad mitigandā doloris magnitudinē in
Cusseos mouit,quorū puberes ad vnū interfectos velut inferias defuncto dedit. Ex Media Baby
lonem petenti,Nearchus cætera maris ora enauigata,per Euphratem incolumi classe subuectus,
occurrit. Is in Chaldęos quosdā incidisse se aiebat,qui dixissent ad regis salutē pertinere, vt Ba
Prodigia. bylone p̄cul abesset,quā vocem aspernatus,quū pergeret ad vrbem ire, in aliud infaustū omē in
cidit. Corui sublimi volatu se mutuo incessentes quosdā afflictos ac pene discerptos,in illius con
spectu,ad terrā demisere. Apollodoro quoq̧ Babylonis p̄fecto p̄ rege immolāti, sine capite iecur
extitit,& ignotus quidā diademate & stola insignis,in regio solio eximprouiso resedit , iussum a
Serapide se id facere prędicās,qui augurū iussu cōfestim neci est dedit[9]. His Alexāder prodigiis
territus,iuxta deos hominesq̧ suspectos habere cœpit,atq̧ oīm maxime Antipatrū,cuius filium
Alex.ira in Cassandrū. Cassandrū capillis arreptū parieti afflixerat,q̧ Barbaros intuitus regem adorātes,vt adolescens
nuper domo profectus cachinno nō abstinuisset. Nec ita multis interiectis diebus quū ex Gręcia
& Macedonia adessent,qui Antipatrū accusarēt apud regē,atq̧ ille patris dignitatē acerbius tue
retur, Alexāder quid ais inquit!an putandū est violatos hoīes,tam longis itinerib[9] huc patrē tuū
falso criminatū venisse! Tum ille,immo ait hoc ipsum calumnię indiciū est maximū,vt tam lon
gis itineribus huc venerint,ne quę mentirent̄ redargui possent. Ridens Alexāder hęc illa sunt di
xit Aristotelis sophismata,quę vtriq̧ plorabūt,si quę q̄ a vobis violatū cōperero,qua minaci denū
Timor Cassandri. ciatione tantus timor Cassandri animū incessit,vt p̄cedēte tempore quū ipse Macedonię & Græ
cię imperaret,animaduersa forte Delphis magni Alexādri statua,tanto defuncti regis admonitu
est terrore perculsus,vt trepidatio illa aliquādiu sedari nequerit. Alexāder plures dies sacris ope
ras vt p̄digia quę facta erant p̄curaret,essetq̧ iā sacrificulis addictus,quū ad. XIIII. Calēdas qui
Dubia mortis causa. tilis diē nocti potādo iunxisset,Herculis scypho nondū epoto,in febrē incidit. De causa eius mor
tis nō vna est opinio. Aristobolus tradidit eū s̄euitia febris sitim collegisse,vinoq̧ab eo epoto mē
te alienatū,pridie Calen̄. Iulii diē obiuisse. Fuerūt qui traderēt illi venenū ab Iolla regio pincerna
datū,qui erat Cassandri frater,q̄d quū Olympias Alexādri mater sexto āno post sensiuisset,Iollę
Venenū aq̄ Nonacriæ. (nam & ipse interea perierat)ossa in vltionē filii dissipauerit. Venenum fuisse aiūt gelidissimam
aquā ex Nonacrię petra in Arcadia sudantē,quę in morē tenuissimi roris collecta,equina vngu
la exciperetur,cęteris vasorū generibus nimio frigore fathiscēntibus. Creditur Aristoteles ei[9] cōsi
lii fuisse particeps,quippe qui Antipatro transmittendi in Assyriam veneni rationem ostenderit:
deuat vt Plutarchus ait hanc receptā a multis de eius morte opinionē,q̧ nulla veneni argumen

ta in eiꝰ corpore extiterũt.Periit vt Trogus scribit,tres & triginta annos natus,vir supra q̃ dici possit,animi magnitudine excellẽs,cũ nullo vnq̃ hostiũ est cõgressus,quẽ nõ vicerit,nullam obsedit vrbem,quã nõ expugnauerit,nullam gẽtẽ adiit,quã nõ calcauerit.Postremo qui cęteros vicerat,suorũ fraude,vel qd plures ꝓbant,fatali est necessitate victus.Eius interitus phama ad Darii matrẽ delata,abscissa veste qua vtebat̃,lugubrẽ sumpsit,humiq; sese pręnimio dolore afflixit,& quę patrẽ & octoginta fratres vno die ab Ocho regum sęuissimo cęsos vidit,parq; tãto fuit dolori,quę Dario filio amplissimi ĩperii fastigio deiecto & extincto superfuit,genero,quẽ magis q̃ filium amauit,eẽ nõ potuit. Eũuero nepotẽ ac neptẽ auersata,q̃ Ephestioni nupserat,Statyra eũ aberat,luce & cibo pertinaciter abstinuit,donec quinto die vita decessit.Alexandro nondũ sepulto coeptũ est inter duces de regno ambigi,requirebãt illi aĩo,ecqs Macedonũ tãti impii dignꝰ eẽt successione.Erãt q regnũ Herculi,quẽ Alexãder ex Barsine cõcepat,quoad pupillares eẽt annos egressus,asseruãdũ cẽserẽt.Alii Roxanes partũ expectãdũ dicere, q̃ ꝑgnãs ex eo relicta erat.Nonnulli Perdicę q ꝑfectꝰ erat eqtũ,regnũ decernebãt,cui oculis regsito moriẽs Alexãder annulũ,quo res imperii obsignabat,tradidisset.Quidã ad ipsos duces regni administrationẽ relegabãt, qui de summa rei circa Alexãdri sellã in mediũ cõsultarẽt,sed quũ in variis volũtatibꝰ plures regẽ vellent,post multas altercationes,Arideus Alexãdri frater,ex Philippo & Thessala matre genitꝰ,vt in regia stirpe imperii fastigiũ maneret,Meleagro peditũ ꝑfecto sentẽtiã dicente,rex declaratꝰ est. Peditibus inde cũ impetu curiã irrumpẽtibus,equites Perdicę ductu vrbe excesserũt,ortaq; hinc prima inter Macedones seditio,cęterum ducibꝰ inter se recõciliatis,Arideo regnũ stabiliri coepit. Philippusq; vt gratior militibus esset,pro Arideo a suis est appellatus.Imperii administratio,ita inter primores diuisa,vt alii ducũ alias pręsidio ꝓuincias obtinerẽt, Prolemęus Arabiam,Ægyptum,& Aphricę gentes tueretur:Philotę Cilicia data est:Syria & Phoenice Laomedonti Mitylenęo.Antigono maior Phrygia cessit.Lycia & Pãphilia Learcho.Cassandro Caria.Lydia Menandro.Hellespontus cũ minori Phrygia Leonato.Eumenes Cappadociã cũ Paphlagonia sortitꝰ.Platon Mediam.Thraces Lysimachus & cũ his ponticas gẽtes Thracię finitimas. Parapamenos & fines Caucasi montis Axiarches tenuit.Dracas Statanor.Amynthas Bactrianos. Nicanor Parthos.Philippus Hyrcanos.Armenios Pharraphares.Neoptolemus Persas.Peucestes Babylonios Archelaus Mesopotamiã.Gręcię & Macedonię regnũ Antipater vt antea ꝓuinciã haberet.Qui dam alii aliarũ ius gentiũ obtinere sunt iussi,earum pręsertim quas ab Alexãdro accepissent.Decretum adhęc vt Perdicas cũ rege esset,copiisq; pręficeret,quę cũ rege assidue essent.Seleucus in castris tribunus esset.Cassander Antipatri filius regis stipatoribus pręsideret.Meleager Perdicę opera in seditione quę ab initio mota est periit.Rebus in hunc modũ cõpositis Alexãdri corpus, qd iam septimũ diem incorruptũ manserat,sepeliuere.Chaldęi,Ægyptiiq; more gẽtis ꝓcurarunt. qui tacita religione contacti,vix ab initio manus admouere sunt ausi,velut adhuc spirãtẽ regem reueriti,dein precati,vt ius fasq; esset mortalibus eũ attrectare,corpus purgauere,qd odoribꝰ refertũ,aureo solio,cum eius fortunę insignibꝰ locauere.Id postea Prolemęus, cui Ægyptus cessit, Memphi primo,mox Alexãdrię collocauit.Sed dũ hęc in Asia a Macedonibus gerunt̃,Athenienses & Ætoli bellũ in Gręcia summa ope instruebant,rebellandi causam ex eo adepti,q; Alexander ex India reuersus,oĩbus Gręcię ciuitatibus scripserat,placere sibi exules,pręter eos qui cędis damnati essent,restitutũ iri.Literę ab rege missę,Olympio conuẽtu oĩbꝰ Gręcię populis recitatę, magnũ animorũ motũ fecere.Fremere principes ciuitatũ,ac palã fateri rem vniuersę Gręcię perniciosam imperari,haud dubie futurũ,vt exules in suas quisq; ciuitates restituti,cõfestim ĩ hoĩes aduersę factionis sęuirent,& principatus & vltionis cupidi.Multę igitur ciuitates libertatẽ bello vindicãdã cẽsuere,sed oĩm maxime Atheniẽses & Ætoli,q noui motꝰ in Persas delati,adeo regẽ ira accenderũt,vt cõfestim numerosam classem parari iusserit,ad Athenas excidio delẽdas,ĩ Gręciam traiecturus. Verũ Arpali interitu audito,qui eius motus author fuerat,ad Aphricũ bellũ, qd iampridẽ animo moliebat̃,omne studiũ,vt diximꝰ,& curã retorsit,cęterũ parauerãt nihilo secius Atheniẽses exercitũ,vt sub id tẽpus,quo Alexãder vita decessit.XXX.hoĩm milia haberẽt in armis,&.CC.naues ad bellũ instructas.In Antipatrũ igitur coorti,eum circa Heracleã aliquã diu obsidione fatigarũt.Interea Demosthenes qui ob pecuniã ab Arpalo acceptã vrbe eiectꝰ,Megaris exulabat,quũ Hyperidẽ ex Athenis publice in Peloponẽsum missum cognouisset,vt ĩ societatẽ belli Peloponẽses traheret,eũ sua spõte secutus,Argiuos,Corinthios,Sycionios & alias terrę ciuitates,sua eloquẽtia Atheniẽsibꝰ iũxit,quo merito ab exilio reuocatꝰ,quũ Athenas veniret nauis publice instructa illi est obuiã missa.Miserat interea ex Heraclea Antipater ad Leonatũ,cui

Alexan.inuictus.

Sisingambis mors.

Arideus Alex.frater rex declaratur.

Prouincię alię aliis cesserunt.

Diuisio Macedonici regni.

Curatur Alex.corpꝰ

Noui Gręcię motus.

Atheñ.exercitus.

Demosthenes ab exilio reuocatur.

Hellespõtus cũ minore Phrygia euenerat, vt laboranti sibi auxiliũ ferret. Leonati aduentũ quum Athenienses præsensissent, eum procul Heraclea veniẽtẽ equestri prælio excipiũt. Fuit aliquãdiu atrox pugna, qua dux ipse graui vulnere percussus, mortẽ occubuit. Iũxerũt se nihilominꝰ illius copiæ Antipatro, cui Leonati interitꝰ haud pinde grauis fuit, nã & fortunarũ ęmulũ sublatũ videbat, & quicqd illi viriũ fuerat, suis adiicere opibus cogitabat. Auctis itaq; copiis, quũ par eẽt iã hostibus, sine alio certamine, Atheniẽses soluta obsidione in Grẽciã abierunt, auditoq; Antipatri in Macedoniã accessu, Grẽcorũ exercitus militibus domũ dilabẽtibus breui solutus est. Erãtq; res Grẽcię in hoc statu. Interea plęriq; studio sapiẽtię viri in ea terra illustres fuere, & ĩ his Aristoteles Stagyrites Nicomachi & Festiadis filiꝰ, quo Alexãder vsus fuit pceptore, Peripatetici cognomen inde adeptus, q Athenis in Lycio Peripatũ habuit, quo inambulando philosophari fit solitꝰ vel q Alexãdro ex morbo conualescẽti, atq; ambulanti assistens, quędã disserere soleret. Is oẽs philosophiæ partes erudite & copiose tractauit, nec minus studiorũ euentu q̃ ingenio felix. CCCC. circiter volumina librorũ scripsit. Huius est vox illa, disciplinã senectutis viaticũ, & veram amicitiam vnam esse in duobus corporibꝰ animã. Deum vt Plato incorporeũ finiuit, Endelechiam animam. Platonẽ naturę priuilegiũ dixit, Theophrastũ tacitam deceptionẽ, Theocritũ eburneũ detrimentũ, Xenocratem regnũ solitariũ. Rogatus quid differret doctus ab indocto, qđ viuus inqt a mortuo. Tria ad pfectum necessaria arbitratus est, ingeniũ, exercitationem, & disciplinam. Vixit Alexãdro ob Callisthenis interitũ inuisus, nec minus illi infensus, vtpote qui eius necis haud inscius sit a multis existimatus, ab eo Peripatetici sunt. Platonem annos ferme. XX. audiuit. Decessit vita in Chalcide anno tertio fere & sexagesimo ętatis, sub id tẽpus quo Demosthenes orator Antipatri metu Athenis fugatus in Calabria Thraciæ, ad Neptuni aram, vnde vi abstrahebat, veneni haustu periit, & Hyperides eiusdẽ hostis iussu, lingua prius auulsa, Æginę in templo Æaci interfectus est. Fuit his & Aristoteli æqualis Xenocrates Chalcedonius, & ipse Platonis auditor, adeo tamẽ dispari ingenio, vt sępius vox Platonis sit audita, cui equo quẽ asinũ iungo? tantumq; Aristoteles pręstabat ingenio, vt eiusdẽ prędicatione freno indigere crederet, Xenocrates calcaribus, qđ in Ephorũ & Theopompũ ab Isocrate vsurpatũ authores sunt quidã. Ab Xenocrate Polemo Atheniẽsis & Crãtor extiterũt, Academici ambo, & q his operam dederũt, Archesilaus Scytha, & Crates Atheniẽsis, sed horum tempora aliquãto recentiora. Onesicritus Æginẽsis, vel vt ab aliis traditur, Astipalensis, & Anaxarchus Abderites, Alexandri comites fuere, ob idq; eadem ætate clari, Metrodori hic, ille Diogenis discipulus. Sed Anaxarchi exitꝰ memorabilis, qui in Nicocreontis Cyprii Tyranni sinum, medio cruciatu, linguã mordicus pręcisam cõspuit. Ex Aristotele Theophrastus & alii, qui post illum in peripatetica disciplina claruerũt. Demas Atheniẽsis & Æschines, Demosthenis, cuius nuper mentionẽ feci, & æquales & ęmuli fuerunt. Fuit & Apelles Cous per id tẽpus in suo genere clarus. Is non tantũ Alexãdri temporibꝰ vixit, sed superfuit etiã pene plura vnus q̃ cæteri in pictura cõtulit, voluminibus editis, quæ eam cõtinerẽt artem. Venꝰ mati exiens inter pręclara illius monumẽta, insigni phama defluxit ad posteros, cuius inferiorem partem vetustate corruptã, nemo postea reficere est ausus. Augustus eam tabulã in templo Cęsaris dedicauit. Parem laudẽ in altera Venere assecutus, quam Cois imperfectã reliquit. Idẽ in equę figuratione æmulos ambitu pualere ratus, ad mutas quadrupedes ab hoĩbus puocauit, sua ęmulorumq; pictura inductis seorsum equis, hisq; ad Apellei operis imaginẽ, vt ad verum animal hinnientibus. Primus corporis vitia in figura abscõdidit, Antigoni regis imagine, qui ob vulnus ad Olynthum sub Philippo acceptũ luscus erat, ex obliquo deliniata, vt qđ corpori fuerat ademptũ picturę deesse crederet. Campaspen nobilissimũ Alexandri scortũ, & ob formę elegantiã regi charissimũ, quia nudam ipsius inductu mirũ in modũ expressisset, ab iuuene puellę cupido dono accepisse traditur, apud Alexandrũ tãtũ gratia & authoritate valuit, vt rex superbissimꝰ vetuerit se ab alio q̃ ab Apelle figurari, vt a Lysippo fingi, & Pyrgotele cęlari. Claruerũt cũ eo & alii, Protogenes ad quem videndũ Rhodum Apelles nauigauit, vbi inter eos contigit memorabile illud certamen, quo Protogenes se superatum verecundo est pudore confessus, tribus versicoloribus lineis vno corpore mirifice insertis, vt quæ in duarum medio nouissime est ab Apelle deducta, nullum amplius deducendæ locũ reliquerit: Nobilissimũ Protogenis opus Lalysus, ob cuius tabulæ præstantiam, ne pictura incendio deflagraret, Demetrius hostis quum ea parte capere Rhodum potuisset, abstinuit. Fuit horum æqualis Aristides Thebanus, qui primus animum pinxit, & sensus oẽs mirifice expressit. Vixisse cũ his videri potest Lysistratus Sycionius Lysippi frater, qui primus ex Gypso fecit imaginem, etsi multum antea, qđ ad Plasticen attinet, quæ statuaria est lõge

Leonati interitus. Aristoteles. Demosthenes. Hyperides. Xenocrates. Polemo. Crantor. Apelles. Lysippus. Pyrgoteles. Protogenes. Aristides. Lysistratus Sycionius.

vetustior, Dibuthades Corinthius primus ex Argilla typũ fecisse dicatur, deliniata ad lucernę lu
men a filia adolescentis, quem amabat, facie. Multi hac quoq; parte ingenii sunt laudem adepti,
sed nos flores hoim delibare contenti sumus. Inciderunt extrema Alexã. tẽpora in duorũ Luciorũ
Flacci Plautiiq; cõsulatũ, q post Papyriũ cursorẽ, & Aureliũ Ceretanũ, quorũ mẽtio ĩ supiore libro Consules.
facta est, rempub. foris administrare iussi, Flaccus Samnitibus foedus petentibus in bienniũ induci
as dedit, Plautius ex Appulis Theanenses & Canusinos populationibus fessos, ad deditionẽ cõpu
lit, obsidibus in fidem eorũ, q pmittebãt, ab vtrisq; acceptis. Duæ tribus hoc anno priori sunt nu- Tribus additæ.
mero additę Vfentina & Faleria. Theates & ipsi appuli sequenti anno deditionem fecere, quum
C. Iunius Bubulcus, & Q. Æmylius Barbula iam consules essent, atq; per hæc Appulorũ animis Consules.
ad accipiendũ iugũ semel inclinatis, tota fere gens in deditionẽ venit. Ex Apulia cõsules in Luca-
niã transiuere paucis diebus Florẽto & Nerulo ex ea gẽte captis. Secuti cõsules Spu. Nautius, &
M. Popilius, habuitq; principiũ huius anni dictatorẽ L. Æmyliũ, q quũ Satriculã oppugnare eẽt Dictator.
adortus, rebellãdi causam Samnitibus dedit: ancipiti pinde terrore est ibidẽ dimicatũ, hinc Sãni-
tibus, qui coacto exercitu sociis auxilio venerãt, inde Satriculanis eodẽ tempore patefactis repẽte
portis in Romanos irruentibus, constitit tamẽ immota acies dictatori, mox Satriculanis in vrbẽ
reiectis, tota vis in Samnites versa est, cũ his quoq; haud dubia est victoria pugnatum, victi plio Vincuntur Satriculani.
hostes nocte, q secuta est, silenti agmine castris excesserunt, q quum Satriculã haud defendi pos-
se cernerẽt, Postiã seu Plistiã, Romani nominis socios, vt pari iniuria hostes afficerent, tumultuo-
se circũsident. Excepit id bellũ administrãdũ, Q. Fabius dictator, cõsules Romę vt priore ãno mã
serũt, Fabius cũ supplemento ad Satriculã pfectus, ibi Sãnites inuenit, q Plistiana obsidione omis
sa, cũ maioribus copiis eodẽ quo priore anno cõsederãt, iterũ piculũ facturi, an sociam ciuitatem
obsidioni eximere possent. Imminere nihilo secius dictator Satriculanis, satis habiturus, si sedẽdo
hostem domuisset. Contra Samnites Romanorũ vallũ ferociter obequitare, lacesseretq; simul cõul
cio. Nõ tulit eã hostiũ intẽperiem Aulus Ceretanus magister equitũ, quin aliquot eqtum turmis
in Samnitem ductis, equestre plium eximprouiso cõserit, ibiq; hostiũ ducem media acie adortus
cuspide transfixit, equo exanimẽ deiecit, ad cuius casum Samnites dolore accẽsi, Aulũ pcul a suis
auectũ, circũsistunt, atq; equo detractũ, cæsi ducis fratri, irę & mœroris pleno, laniandũ tradũt, ei9
cadauer foede trucidatũ, post acerrimũ certamen Romani ægre recepunt, fuitq; tum quoq; penes
hos victoria, vt priore anno. Hostis amisso duce ad Plistiam rediit, atq; inde paucis diebus Roma
nus Satricula ex Samnitibus & Plistia potitus est. Dictator ex Apulia & Samnio Soram transtu- Soram bellum transfertur.
lit bellũ. Sorani Romanis colonis interfectis, ad Samnites defecerant. Secut9 e vestigio hostis di-
ctatorẽ ad coloniæ vltionẽ tẽdentẽ, ad Lautulasq; euntẽ adortus, certamine eximprouiso iniecto,
ad noctẽ vsq; ancipiti est plio dimicatũ. Quidã eã pugnã parũ prosperã Romanis fuisse tradide-
runt, atq; eo plio, Q. Aulũ periisse. Tenuit, qd satis cõstat, se plures dies dictator itra castrorũ mu-
nitiões, obsesso magis q̃ obsidẽti similis. Interim Claudius Fabi9 Auli loco in castra cũ supplemẽ-
to magister equitũ missus, iussus prius q̃ Sorã veniret post mõtes in ĩsidiis subsistere, donec signũ
ad pcurrendũ acciperet. Signũ erat fumus e castris sublatus. Postridie militibus edicit, vt sese ad Dictatoris Stratagema.
pugnã expediãt, quibus vt maiorẽ pugnãdi necessitatẽ imponeret, castra se incensurũ pnũciauit
ne spes in tutũ redeundi militi esset. Irẽt igit in pugnã, eo cõsilio, vt nõ nisi victores inde abscede-
rent, futurũ vt ea castrorũ clades, hostiũ pda, si acie vinceret, resarciretur. Profuit id cõsiliũ haud
dubie ad victoriã, miles enim, vbi ex acie fumũ e castris sublatũ vidit, ratus castra dictatoris ius-
su incensa, quũ reuera signũ illud esset, qd magistro eqtum ad cõsurgẽdũ ex insidiis dabat, celaue
rat dictator de aduentu magistri eqtum suos, miles in irã & rabiẽ versus cõtinuo hostium aciem
perpulit. Exoritur inde Sãnitibus a fronte turbatis, alius a tergo terror, Claudio cũ fremitu & cla
more aduẽtãte, ita pluribus in medio cæsis, cętera multitudo dilapsa, quo quęq; suus tulit impet9
se periculo subtrahunt. Miles castris hostiũ potitus victoria ac pręda læt9, in castra rediit, q vbi p
ter spem incẽdio intacta offendit, multo est maiore lętitia affectus, q̃ q hostẽ occidisset. Sora secũ
dũ eã victoriã oppugnari cœpta est, quo noui cõsules venere, Q. Petilius & C. Sulpitius, exerci-
tuq; a dictatore accepto, quũ ob loci sitũ, natura & ope munitissimũ, de obsidionis euentu sollici- Consules.
ti essent, pspera ipsorũ fortuna, ex Soranis qdã datus, q sua spõte vrbẽ tradere pollicit9 est. Fuit ea
res cõsulibus eo gratior, quo minus expectata, proditoreq; pmissis oneratũ, cũ decẽ militib9, quos Sora proditione capit.
ille depoposcit, ad occupandã arcẽ dimisere, admotaq; silentio noctis vrbi maiore militũ manu, vt
cõuenerat, insessa a paucis arce, pditor vrbẽ terrore cõplet, arcẽ ab hoste teneri clamitans, qd vbi
ita esse animaduersum est, ciues sibi sceleris conscii, vt beneficio noctis in tutum euaderent, portã

castris auersam temere refringunt,egressos & incaute abeuntes,Romani qui in insidiis erant,fer
ro excipiũt,exceptos magna ex parte trucidant,inde vrbẽ tumultuose ingressi,nihilo minorẽ cę
Sorani Romæ securi subiiciunt. dem ædũt.quoad deditio facta est.Sora in hũc modũ recepta,Consules.CCXXV.authores defe
ctionis patrataeq; in Romanos colonos cædis cõscios,Romã misere,q ad vnum in foro virgis cæsi
sunt,ac securi pcussi.Præsidio Soræ relicto cõsules Ausonũ gẽti bellũ intulerũt,nã & hi Sãnitibꝰ
accesserãt,p eos dies qbus fuerat ad Lautulas pugnatũ,Ausona,Nũtumnæ,Vestina illoꝵ vrbes
erãt.Cęterũ vt Sorani ita & Ausones suoꝵ pditione victi sunt.XII.numero fuere principes iu
uenturis,q cõsulibus nũciarũt,populares suos incerta cõsilia agitare,postq̃ ad Lautulas cũ Sãniti
bus victi fuerãt,vtrũ Romanos pacate acciperẽt,an veniẽtibꝰ portas clauderent.Fore vt si media
cõsultatione milites circa oppida mittant,sine vllo maiore certamine illoꝵ mœnibꝰ potirent. As
senserũt cõsules.Illi int se negociũ partiri,cũ qbꝰ res gerẽda erat,qsq; ad suos pfectus,vna hora
tris vrbes Romano pdiderũt:sęuitũ vbiq; est in miseros oppidanos prius q̃ interuẽtu consulũ cę
des inhiberi potuerit,& qđ adhuc iniqus fuit,incerto crimine gens deleta est,inter Italos sua ve
Ausonum excidium & opes. tustate celebritateq; nois haudquaq̃ ignobilis. Ausonẽ Circes & Vlyssis filiũ authorẽ memorãt
qdã.Cæterum tãtum gẽtis opes olim auctæ sunt,vt tota Italia sit inde Ausonia nuncupata.Luce
ria eodẽ anno Romanis Colonis subita defectiõe interfectis,Sãnites in vrbẽ accepit,sed tam his q̃
Lucerinorũ defectio. Soranis priore anno,sua pfidia exitio fuit,vrbe paucis diebꝰ a Romanis recepta,Lucerini cũ Sã
nitium pfidio sunt ad vnũ cæsi.Dubitatũ est etiã Romę,an & vrbs ipsa delẽda esset,valuit miti
or sñia,vt vrbs incolumis seruaret.Trãscripta eo sunt duo Colonoꝵ milia,& qngẽti.Capuæ hoc
quoq; ãno cõiuratio aduersus Romanos oppressa est,sublatis capitibus defectionis,q q̃stione de
creta,& dictatore ad id Romæ creato,sibi vltro mortẽ cõsciuere,& Romę nõ nihil angsitũ est in
eos,q honoꝵ adipiscendoꝵ causa,in vnũ coire dicebant.Sãnites spe Cãpanæ defectionis ex Apu
lia Capuam petiete,eo Romani consules vno pene tpe occurrunt.Aliquot leuioribus præliis com
missis,demum totis viribus cõcurrit.Sulpitius consul dextrũ cornu pcurabat,Petilius lęuum,pe
destre plium primo fuit,indę equites in hostem missi,vna peditẽ cũ suo equitatu a sinistro Sãniti
um cornu turbauere.Ab lęuo Romanoꝵ latere nõ nihil trepidatũ,fecissetq; ea pte hostis fugã,ni
si Petilii interuentu,q collegæ ab initio fuerat auxilio,acies fuisset restituta . Miles audita alteriꝰ
Maleuentũ. partis victoria,psentiaq; ducis adiutus,in pugnã ferociter cõuersus,breui hostẽ perculit,percul
sum fundit fugatq;,pauci ex plio Maleuentũ cõfugerunt.Beneuento mox ipsi loco nomen est in
Consules. ditum,ad.XXX.milia Samnitium cæsa dicunt.Bouinũ oppidũ eius gẽtis illustre post eã victo
riam Romani cõsules circũsederũt,tenuitq; obsidio illa in reliquũ ãni.Nouis inde cõsulibꝰ L.Pa
pyrio Cursore,& C.Iunio Bubulco,Claudius Petilius dictator aliq̃diu & ipse Bouinum obsedit,
quo vbi allatum est Sãnites Fregellanã arcẽ occupasse,soluta tẽpẽre obsidiõe,ad Fregellas recipi
endas occurrit,hostis eius aduentu audito diffisus loco,rapto agmine in Cãpaniã decessit , ibiq;
Nolam ingressus,cũ agrestibus,q in oppidũ cõfugerant,tueri mœnia aggreditur.Fregellis rece
Nola. ptis,Dictator hostiũ vestigiis insistens,Nolam cõtẽdit.Hic vrbis situ inspecto,vt aliquãto habiliꝰ
oppugnaret,ędificia vrbi circũiecta incẽdit,nec multis inde diebꝰ interiectis, Nola capta est,dubi
um,a Petilio dictatore,an a C.Iunio cõsule. Vtrũq; enĩ tradit.Qui Nolanę victoriæ decꝰ ad cõsu
lẽ traxerunt,Atinũ adiecerunt & Calatiã ab eo captas.Petiliũ figẽdi claui causa aliq̃,nõ vt bellũ
foris gereret,dictatorẽ creatũ.Suessa & Põtię eodẽ anno Coloniæ deductę.Pontias insulã Volsci
habuerant,Suessam Aurũci.Minturnã quoq; & Cassinũ vt Coloni mitterẽt senatꝰ decreuit, mis
sa vtrobiq; quatuor Colonoꝵ milia.Samnitico bello nõdũ pfligato,aliud recens,atq; oĩno terribi
Consules. lius,ob gentis opulẽtiã,locorũq; ppinquitatẽ,ex Hetruria est ortũ.Quapropter noui consules M.
Valerius & P.Decius partiti inter se prouincias, Valerio ad Samnitiũ reliqas persequendas pro
fecto,eius Collega,quia prouinciam,morbo implicitus,obire non potuit, patrum decreto dictato
Dictator. tem dicere iussus,C.Iuniũ Bubulcũ dixit:habuit is delectũ accuratissime in hostẽ cõfestim iturꝰ,
siquid inde moueret.Cæterũ Hetrusci,etsi oĩa ad bellũ studio cõparauerãt,se tamẽ intra suos fi
nes tenuerũt.Incidit in hũc annũ,q vigesimus fuit Samnitici belli,App.Claudii,& C.Plautii cen
Via Appia sternitur. sura haud ignobilis,Appii memoria felicior,q & publicã viã lapidibꝰ muniuit , & aquã induxit,
ea opera solus perfecit,quia ob infamẽ senatꝰ lectionem collega pudore victus se magistratu ab
dicauit,quo contigit,vt tã aqua q̃ via alterius nomẽ tulerit,via ab vrbe sumens principium inter
Anio in vrbẽ inducit. Tusculum & Albã,ad Algidũ tẽdit,inde porro ad Cassilinũ pgressa vndeuigĩti stadiis a Capua
latinę viæ iũgit.Idẽ Aniẽnẽ in vrbẽ induxit,atq; ab authore ipso Claudia est aqua dicta,in Auen
tini vsq; verticẽ flumine corriuato . Hoc quoq; tẽpore Potitia gens ad aram maximã sacrificare

solita, gentili ministerio, Appii authoritate, ad publicos seruos delegato, quū. XII. familiæ essent, intra annum extinctæ dicunt, & in his. XXX. puberes. Præuiderāt vtiq; mali dæmones eos interituros, cæterū vt praua supstitio in alios trāsferret, enixe operati sunt, vt supstitiosa ciuitas tenacius iam inde suo errori hæreret, qđ vt aliquāto cōmodius fieret, secuta est Appii Claudii cæcitas, quasi vero ille, aut primus hoīm, aut vltimus in senio captus sit luminibus. Seq̄ntibus cōsulibus C. Iunio Bubulco, & Q. Æmylio Barbula. pteriti sunt in recēsendo senatu. q̄cunq; ab Appio & collega fuerāt in ordinē asciti, Tribuni militū senideni in quatuor legiones tū primū a populo creati, qđ dictatoris, aut cōsulis fuerat ad id tps bñficiū. Tibicines, a pmis censoribus prohibiti in æde Iouis veteri instituto epulati, Tybur vno agmine abierunt. Quū igit nemo in vrbe esset, q̄ sacrificiis pcineret, legati iussu patrū sunt Tybur missi, q publice peterēt, vt darēt Tyburtes operā, tibicinib[9] sibi quoquo modo restituēdis. q quū Tyburtiū hortatu nihil mouerent, dissimulato negocio eos, velut ad festas epulas, inuitāt. Hic vino, cui[9] auidū ferme genus est hoīm, oneratos curribus iponūt, ac Romā sopitos deportāt, nec pri[9] suū ludibriū sensere, q̄ plaustris in foro relictis, plenos crapulæ adhuc semisomnos lux oppssit, tūc populi cōcursus eo factus, impetratūq; vt Romæ esse vellēt, restituto illis vescēdi iure. Datū ptere a, vt quotānis solēni cantu ornati tridu um per vrbē vagarent, tot enī dies abfuisse credere par est. Samnites dū hæc Romæ fiūt, Romanū psidiū ad Cluuianū domitū ac deditū crudeliter trucidant. Iunius consul, cui sorte ea prouincia euenerat, Cluuianū subito adortus vi cepit, puberesq; vltionis cupidus ad vnum trucidauit, inde Bouianū expugnat, vbi plus pdæ fuit q̄ cædis, præda militi benigne concessa, diffisus suis virib[9] Samnis insidias moliebat, pecusq;, vt eo Romanū pdæ illecebra traheret, in loca insidiis opportuna agūt, atq; id cōsuli p trāsfugas significādū curāt, nulla qdē mora fuit, ductæ sunt ad locū expeditæ legiones, & iam miles ad abigendū pecus discurrerat, quū hostiū acies ex supiore loco sese obtulit, turbauit primo ea res militū aīos, Caudinæ cladis recordatiōe, inde vbi se ad signa recepūt cōsulis hortatu acies in aduersum iugū, qđ ab hoste tenebat, magno ardore subiit, nulla locorum iniqtas, nō magis, q̄ si per æqua itū esset, sustinere potuit Romanoꝝ impetū, captus collis, hostesq; tantā ex infesso iugo strage deturbati, vt. XX. milia hominū desiderata dicunt. Sed dum hæc in Samnio gerunt, vniuersum nomē Hetruscū, pter Arretinos, Sutriū sociā populi Romani vrbem summa ope oppugnabat. Alter cōsul Æmylius, ad socios obsidione leuādos, ex vrbe pfect[9], postridie q̄ ad hostes venit, ferociter in aciē descēdit, a prima ferme luce ad meridiē stetit vtrinq; imotū agmen, tā Ro. q̄ hostes expectantes vt ex aduerso prius signa canerēt. Postremo ne re infecta loco decederet, clamor ab Hetruscis sublatus Romanā aciē in pliū traxit, cōcursum vtrinq; est infensis animis, neq; spe militū dissimili, Romanis sua virtute, hostib[9] militū multitudine fretis, cruentum ab initio certamē fuit, multos ac promptissimum quēq; plium absumpsit, nec prius res Romana supior esse cœpit, q̄ principibus fessis hastati in primā aciē occurrerūt. Cōtra Hetrusci nullo suffulti psidio, ante & circa signa cæsi, memorabili cæde locū nobilitassent, nisi nox victos, & iā obstinate magis, q̄ strenue resistētes, sua vmbra ptexisset, nec post eā pugnā est in Hetruria quicq̄ relatu dignū ab Æmylio gestū, hostiū exercitu magna ex parte cōsumpto, & apud Romanos tantū vulnerū fuit, vt plures post plium mortui sint, q̄ in acie cecidissent. Thuscū bellum, Q. Fabius seq̄ntis anni cōsul excepit, ab Romaq; pfectus supplementū ad Sutriū duxit, sub cuius accessum Tuscis ibi sedētibus, nouæ ex domo copiæ venere. Romæ interea, P. Sempronius tribunus ple. Appiū Claudiū, vltra Æmyliæ legis pscriptū in censura pseuerantē, grauiter pro rostris increpuit, cauillante Appio, legemq;. XII. tabularum celebrante, qua fuerat ab initio institutū, vt in quinq; annos censura extenderet, Sempronius in eū ferocius coortus, Hic (inqt) est Quirites illius Appii pgenies, qui Decēuir in annū creatus ppetuū sibi finxerat imperiū, in quo male quæsito, pessime administrato, suis sceleribus concidit. Hæc eadē illa familia, cuius vi atq; iniuriis cōpulsi, patriaq; eiecti, sacrū montē cepistis, hæc quoq; illa aduersus quam tribunitiū vobis auxiliū cōparastis. Hæc propter quam Auentinum insedistis. Hæc quæ Agrarias leges fœnebresq; suo in vos odio semp impugnauit. Hæc patrū cōnubia & plebis quātū in se fuit interrupit. Hæc plebi ad curules magistratus iter clausit. Hoc est nomen nostræ ciuitati multo q̄ Tarquinii infestius. Inde in eū conuersus, quū pbris & maledictis multū diuq; pscidisset, nec ille proposito auerteretur, in vincula duci iussit. Cæterū e collegio tribunorum intercessione missus, ingenti omniū ordinū inuidia ex antiquioris legis præscripto, cui cētesimo ante anno fuerat abrogatū, censurā administrauit. Hæc domi. Fabius interea ad Sutriū cū longe maiore hostiū exercitu congressus, quū natura loci, quem ceperat, tū militū virtute adiutus, Thusci magna strage fusum, atq; in Ciminiā vsq; syluā fugā

Potitiorum interitus.

Cōsules.

Tibicines ebrii Romam deportātur.

Romā. virt[9] in Samnites.

Atrox pliū.

Appi[9] Claudius censor vexatur a tribu. ple.

Vincuntur Hetrusci. tum,ipsorum castris cũ ingenti prçda potiť. Erat Ciminia sylua ad id tpš Romanis inuia,ne mercatoribus quidem adita,quã omnes eam temere ineundam negarēt,neque eni Caudinæ cladis recēs memoria animis exciderat:M.Fabius Cæso,siue vt alii scribũt,C.Claudius res Hetruriæ citra vtraque Ciminiũ montē exploraturũ se est pollicitus.Fuerat is forte Cere educatus,atque ob eã rē Hetrusca lingua & literis optime institutus:vno igiť dũtaxat seruo comitat⁹,cũ quo vna fuerat nutritus,pastorali habitu & agrestibus telis gesisque binis armatus,ad Camertes vsque Vmbros penetrauit,ibi quis esset fateri ausus, in senatum introductus , consulis verbis de amicitia & societate publice ineunda egit.Comi inde hospitio acceptus,consuli nũciare est iussus,si cũ exercitu ad ea loca veniret,præsto illi Camertiũ iuuētutē cũ.XXX.dierũ cōmeatu affuturam. His ex Vmbria relatis,consul pmissis impedimētis,legionibusque post impedimenta ire iussis,ipse cum omni equitatu,stationibus hostiũ (nam Thusci & ipsi citra Ciminiũ saltũ,postq̃ acie fusi fuerãt, castra cōmuniuerant) in multũ diei adequitauit,inde in castra reuersus,porta,quę maxime fuit hostib⁹ auersa,occulte cũ suis equitibus delapsus sub noctē Romanũ agmen assecutus, postridie pria luce,summa Ciminii montis iuga tenuit.Mittit inde cōsul milites in subiectos Hetruriæ cãpos pdatum. Fuerunt his obuię tumultuarię q̃dam Tuscorũ cohortes,qbus cæsis, longe lateque Romanus p hosticũ euagatus cũ ingenti pda in castra rediit.Quinque ex vrbe legati cũ duob⁹ tribunis plæbis eo die in castra venerant,Ciminii saltus trãsitũ Fabio inhibituri,lętati itaque serius se venisse,q̃ vt expeditionem reipub.vtilissimã impedire potuissent,inexpectatę victoriæ nũcii Romã reuersi sunt. Concitauit ea expeditio nō pfligauit Hetruscũ bellũ , siqdē irritatis noua clade animis, oē Thuscum nomen,quãto nunq̃ antea tumultu,cōsternatũ ad arma cōcurrit.Nec ita multis interiectis diebus,quum Fabius in priora castra rediisset,ingens hostiũ exercitus ad Sutriũ cōsedit,ibique vlciscendę cladis cupidi,suaque multitudine freti , aciem in Romanorum cōspectũ tumultuose explicãt, nullam dimicationi moram facturi,quam vbi consulē detrectare vident,castrorum munitiones subeunt.Hic minitabundus hostis ferrũ intentat,fremitque non esse vestigio abscedēdũ, quoad Romana castra assidēdo expugnassent,mittũt proinde ad duces,vt cibaria illius diei ad se deferri iuberent:constituisset militem ab Romano vallo non prius abscedere,q̃ vi aut arte,hostē intra inclusum opprimeret.Consul quũ suos ad alterum diem in armis habuisset,iubet cibum capere,ac paratos esse,vt quacunque hora signũ accepissent,nihil sibi in mora essent,inde hortatus militũ animos,

Fabii Stratagema. quarta fere vigilia noctis,pruto repēte vallo,oppletisque castrorum fossis,instructum exercitum in Thuscos effudit,ibi passim hostes strati,ac sopore victi,qd æstiuis fere noctibus solet euenire, vt sub lucē arctiore somno premant mortaliũ corpora,multi alta quiete pressi,semisomnes alii, fœdissima strage cędunť,plures armis media trepidatione captis,inter pugnę & fugę cōsiliũ destituti,haud maiore negocio q̃ inermes,sunt oppressi,cæterã multitudinē primo ad castra vsque , inde his captis,ad montes Romanus victor cũ cæde & strage multa persecutus est,cęsa ea nocte & die qui secut⁹ est ad.LX.milia Thuscorũ.Castrēsis prçda,præter aurũ & argentũ qd in medium consul referri iussit,militi data.Quidam non ad Sutrium,sed trãs Ciminiã ad Perusiã hoc euētu dimicatũ memoriæ prodiderunt.Sed vbicunque pugna illa insignis pugnata est, Thuscorũ op:b⁹ psenti clade accisis,a Perusia Cortone & Arretio,quæ tũ Hetruscæ gentis capita fuere,legati Romam venerunt,pacē implorantes.Inducię in.XXX.annos his datę. Sed dũ hæc in Hetruria geruntur,Martius Rutilius Fabii Collega Alifas Samnitibus ademit, multaque adhæc castella , aut vi capta deletaque sunt,aut integra in potestatē venere.Romana classis ad Cãpanæ orę psidiũ missa, Pompeiis per id tempus est a P.Cornelio ei⁹ pfecto appulsa,inde quũ nauales socii in Nucerinos fines irrupissent,abducerentque ad mare opulentam ex hostico prædam,in insidias pręcipitati , cũ cęde & fœda fuga ad mare reuersi sunt.In Samnio audita Fabii alterius cōsulis trans Ciminiam syluam profectione,rati hostes illũ cũ exercitu interclusum,concurrũt & ipsi ad M.Martium extinguendum eo consilio,vt si cum eo debellatum esset,confestim agmine in Hetruriam transirēt ad rem Romanã ea parte infestandam.Fuit itaque ad primum illorum accessum atrox pugna,atque incerto euentu est luce illa dimicatum.sed eo iniquius id certamen Romanis fuit, q pleríque equestris ordinis sunt in acie amissi,& cũ his aliquot tribuni militum & legatorum vnus, & qd maiori militibus terrori fuit,ipse consul graue vulnus accepit.Phama eius Romã delata,decreuit senatus,vt continuo dictator diceretur,eratque tum omnis rei bellicę summa in Cursore Papyrio reposita,eique partes & cęteri creatũ iri volebant. Cæterum parũ constabat Martium viuere,ad quem mittere possent.Fabius ob veteres cum Papyrio inimicitias, iam inde a magisterio equitum , qd sub eo dictatore gessit,quemuis aliũ prius dicturus videbatur . Placuit igitur legatos ad cons.in

Margin notes: Ciminia sylua. — Fabii exploratio. — LX.milia Hetruscorũ cæsa. — Hetruriæ populi pacē petunt. — Consul vulneratur.

castra mittere,q publice eum hortarent,ne priuatū odiū publico cōmodo anteferret,legatis hæc corā ꝑcantibus,deiectis in terrā oculis,quasi quid acturus esset animo agitaret,tacitus ex illorum conspectu abiit,noctis inde silentio Papyriū dictatorē dixit,cui quū ob animū egregie victū,legati gratias postridie agerent,obstinatū tenuisse silentiū dicitur,ac sine responso dimisisse, vt appareret insignē dolorē ingenti ab eo animo cōpressum.Dictator cū legiōibus ad Longulā primo ꝓfectus,acceptisq; a Martio cōsule veterib⁹ militib⁹,in aciē copias eduxit, nec hostes pugnam detrectarunt.Cęterū neutris ꝓliū ineuntibus,armati instructiq; sine ꝓlio ad noctem stetere.Statiua inde adiq̄diu in ꝓpinquo habita.Interea Hetrusci iterū ad arma reuersi,ad Vadimonis lacū, nouo exercitu sacrata lege coacto,ita vt vir virū legerit, cū Fabiano exercitu tanto animoꝝ ardore cōflixere,vt telis ab neutra parte emissis,cōtinuo sit gladiis dimicatū:nec cū Hetruscis res geri videbatur,q toties victi fuerant,sed cū noua aliqua gēte. Antesignanis cæsis successit secūda acies, inde quū hęc quoq; parū sustineret hostē,iam ex vltio ordine accersebant subsidia, eratq; res Romana in summo discrimine,quū equites dimissis equis ad terrā desiliūt, ibi in aduersam aciē acriter inuecti,Hetruscum hostē gradu submotū pedites īstauratis animis vrgēt, victaq; ipsius pertinacia,in fugā auertunt.Cōcidit illo die qcqd viriū ea tēpestate habuit Hetruria,castra capta,direptaq;.Nec in Sānio minori interim periculo a Papyrio res gerebat,duo erant hostiū exercitus, vni⁹ scuta auro,alteri⁹ argēto ad maiores armoꝝ conatus ostētādos affabre celata. Galeę cristatæ,sinistrū crus ocrea tectū,& spōgia pectori tegumentū, tunicæ versicolores aurata scuta hītibus,argētea,linteę candidę,His dextrū cornu datū,sinistrū illis,docet suos Papyrius,armis bellatorē virū optū esse oportere,nō auro aut argēto,illaq; verius ꝑdā esse q̄ arma,nitere talia in ꝓcinctu,cæde & cruore respersa deformia videri,virtutē esse decus,nō fulgorē armorū, eiusmodi hostiū delicias fortes viros ad ꝑdā inuitare non terrere.Irent fortes in pugnā,diuitēq; hostē paupis esse militis ꝑmiū arbitrarent.His hortationibus Papyrius in aciē eduxit.Certatū ab initio ē magna vtrinq; ptinacia.Iunius Bubulcus magister eqtum ab læuo cornu prim⁹ hostē fudit,inde & ab sua parte dictator fecit fugā,Samnites cū cęde multa dissipati,atq; castris exuti sunt.Papyrius victor Romā reuersus triūphauit,aurata scuta ex ea victoria relata,inter argētarioꝝ dominos ad forū instruendū sunt diuisa,ac tū primū mos,Romani fori quū Thensæ ducerent,excolēdi ortus dicit.Fabius ad Perusiā,q induciaꝝ fidē rupat,cū Hetruscis tertio pugnauit,ꝓspero,vt bis antea euentu,quo ꝓlio fracti hostes,ne maiorē cladē adirēt,vrbē ipsam Romanis dedidere.Consul legatis Hetruscorū pacē petentibus Romā ꝑmissis triūphās in vrbē est inuectus,atq; ob rē ꝑclare foris administratam cū Publio Decio cōsul refectus est.Hi inter se prouincias partiti.Decio Hetruria,Samniū Fabio euenit,q in prouinciā ꝓfectus,Alifates primo subegit, & Samnites ꝓlio fudit. in qua acie Marci noui hostes a Samnitibus stetisse dicunt. Tarquinięses interea a Decio in Hetruria subacti īducias in.XL.annos petiere,& Volsiniēsiū quoq; castella q̄dā vi capta,& ex his q̄dā subuersa,ne receptaculo essent hostibus,tantusq; p hæc terror Hetruscis est iniectus, vt tota gens supplex fœdus a Decio petierit.Induciæ in annū datę,ea conditione,vt annuū stipendiū militi darent,Fuissetq; pax in id tꝑs secuta,nisi subita Vmbroꝝ defectio materiā multis Hetruscoꝝ rebellādi obtulisset.Cōflato igit ingēti exercitu,Decio post se relicto,ad vrbē Romā oppugnandā tumultuose cōtēdūt.Decius hostē secutus in Pipiniensi agro cōsedit:patres noui belli phama ꝑculsi ad Fabiū alterū cōsulē mittūt,vt si qd laxamēti in Sānio esset,in Vmbriā trāsiret.Paruit dicto consul,& ad Meuaniā,vbi hostes castra fecerant,magnis itineribus venit,subitus Fabii accessus,a quo toties Hetrusci victi fuerāt,adeo hostē turbauit, vt multi censerent ad vrbes munitissimas cōcedēdū esse.Alii bellū omnino omittēdū.Materini (ita gens vna in Vmbris nūcupata ē) non solū non cedendū putauere , sed arreptis armis in Fabianos metari incipientes facto impetu, cęterā multitudinē in ꝓlium traxere,tū cōsul milites ad signa reuocatos,vt irent hortat, hostēq; vinci assuetum in perpetuum vincerēt,ipiæq; vocis pœnas expeterēt, qua minari ausi eēnt se Romā oppugnaturos.Et iam signū datur⁹ erat,quū eo nō expectato,præ nimio militū ardore,est in hostē ꝓcursum.Citra fidē q̄dā in eo ꝓlio facta dicunt, vt hostib⁹ signa medio pugnæ ardore sint adēpta,ac cū ipsis signiferis ad cōsulē abstracta, milites q; ex acie in aciē cū totis armis translatos, gerebaturq; res interim vmbonib⁹ magis q̄ ferro,incussaq; & strata hostiū acie vna vox exaudiebat iubentiū ponere arma.Deditio igit in acie facta,& primo ab ipsis belli authorib⁹ populis.Fabius alterius fortis prouinciæ victor,in Samniū rediit,cui ob res ꝑclare gestas,imperiū foris senatusconsulto est in sequentē annū ꝓpagatum.Cōsules interim fuere App.Claudi⁹ & L.Volūnius. Salentini noui hostes Volumnio dati.Appi⁹ vrbanis artib⁹ aptior,q̄ bello Romæ fuit,Volūnius

Dictator.

Hetruscorū clades.

Samnitium ornatus.

Papyri⁹ Sānites fundit

Fori Ro. ortnatus.

Marsi & Sānites vincūtur.

Fabius Vmbros superat.

Consules.

rē foris feliciter administrauit,hostibus sępe ꝑlio victis,aliquot vrbes ademit,& Fabius cui proro-
gatū erat impiū ad Alifas cū Sānitibus ꝓspero marte cōflixit hostibus acie fusis,atq; intra castro
rum munimēta cōpulsis.Postridie cū singulis vestimētis deditos sub iugū misit.Qui cū ipsis Sā-
nitibus erant,ꝓter Hernicos,seruilit vęniete.Hernici Romā missi,a qbus q̄situm publico an pri-
uato consilio cū Samnitibus militassent.Id negocium mox Latinis senatus iniunxit,vt Hernicos
Hernicum tandiu in custodia haberēt,donec de ea re noui cōsules in curia retulissent. Tulerūt id ęgre Her
bellum. nici Anagninisq; totiꝰ gētis cōsiliū habētibus,vniuersi,ꝓter Alatrinates,Verulanos & Ferentina
tes Romanis bellū indixerūt,& in Samnio Fabii decessu noui motus secuti,Calaria & Sora,q̄ Ro
Consules. mano ꝑsidio tenebanť,expugnatis.Iussu itaq; noui consules inter se ꝓuinciā partiri.P.Cornelius
Aruina Samnites,Q.Martius Tremulus Hernicos,sorte sunt adepti. Fuit id bellū specie magis
q̄ euentu terribile,insessis ab hoste itineribus inter vtraq; cōsulū castra,vt vterq; de alterius sta-
tu sollicitus aliquot dies egerit,q̄ phama Romā plata causam ꝑbuit noui exercitus,ad subitos ca
Hernici sus,cōscribēdi.Cæterū Hernici ter paucis diebus victi ac castris exuti,induciis in triginta dies i
victi. petratis ab senatu ad cōsulē reiecti,deditionē fecere.Cornelius interea viis ab hoste insessis, quū
belli dilationē cōmeatus inopia diutius ferre nō posset,abstinerētq; interim ꝑlio Sānites, cōsilii i-
ops obsesso ꝓpior erat q̄ obsidēti,quū exinsparo clamor simul & puluis ꝓcul excitus significarūt
collegā auxilio adesse.Samnites Martiū incōposito agmine veniētē cōspicati, cōtinuo in eum im
petū faciūt,neq; in re subita cōsiliū Romano defuit,quin sarcinis in mediū cōiectis,prius q̄ manꝰ
cōsererēť,aciē Ro.cōsul instruit.Mox inito ꝑlio,quū hincinde acriter dimicaretur,Corneliꝰ suos
Foeda Sam hortatus,hostiū castra celeri cursu occupat.qbꝰ incēsis cū clamore & fremitu in prælio ferť. Sā-
nitium stra nis castroꝝ clade animaduersa,vbi aduentātiū quoq; strepitū hausit, fugā circūspectare incipit.
ges. Sed improuisa re ꝑculsus,dū deliberāri similis segnius se ad fugā expedit,florētissimꝰ alioqui exer
citus in medio cæsus est.Pauci media trepidatione dilāpsi,in proximos montes cōfugere,ad trigī
ta hoīm milia eo ꝑlio Samnites amisere:supuenerūt cædi aliquot recētes ipsius gētis cohortes, q̄s
Romanus ꝓcul intuitus ꝑsenti victoria ferox cum clamore inuasit,fuissetq; illarum sors nihilo fe
licior,nisi fuga dissipati in proximos montes ad suos,qui fuga seruati eadem loca insederant,sese
ꝓripuissent,nec Romanus locoꝝ iniquitate deterritus,a ꝑsequendo hoste abstinuit,quin cursu in
staurato ꝑ cliuos & abrupta saxa ad hostem ire pergit,fuissetq; breui loco potitus,hostibus recē
ti clade consternatis,nisi Samnitibus ex supiore loco veniā petentibus,annuo stipendio, tunicisq;
in singulos milites imperatis consules potestatem fecissent legationis Romam ad patres mitten-
dę.Martius collega in sua ꝓuincia relicto Romā ꝓfectus,de Hernicis triumphauit. Statua illi eq̄
stris in foro decreta,tribus populis qui in fide ꝑmanserāt suę leges redditæ.Id illi potius q̄ ciuita
Ædes salu- tē voluerūt.Anagninis ciuitas sine suffragio data.Hoc anno ędes Salutis a C.Iunio Bubulco cē
tis. sore locata est,quā cōsul in Samnio vouerat,ab eo & collega viæ ꝑ agros,publica impensa, factæ.
Tertiū foe- Foedus quoq; hoc anno tertiū est cū Carthaginēsibꝰ renouatū,vt Liuius scribit. Polybius sub id
dus cū Car- tp̄s,quo Pyrrhus in Italiā venit,id factū arbitrari videť, in quo ait antiquoꝝ foederū formulæ id
thaginensi- additū,si cū Pyrrho foedus ꝑcusserint curato vterq; populus vt alterutri auxiliū ferre liceat iis q
bus ictum. bus bellū inferretur,si Carthaginenses sociive auxiliū Romanorum postulabunt, nauigia ꝑbeto
ad traiiciēdū,belligerādūq;,si Romani sociive Romanoꝝ postulabūt,mari Carthaginēses opitu-
lātor,in terrā vero vt descēdāt nemo cōpellito,suis qsq; stipēdia soluito.Idē author ē,in primo foe
dere qđ inter vtrūq; populū,Iunio Bruto,& M.Valerio consulibꝰ est ictum, hi enī primi cōsules
Romæ fuerūt,duodetriginta annis ante primā Xerxis in Græciā expeditionē, huiusmodi iusiu-
Formavetu randū vtrinq; adhibitum,vt Carthaginēses ꝑ deos patrios iurati sint.Fecialis vero Po. Ro.sum-
sti foederis. pto in manibus lapide,postq̄ int̄ partes de foedere conuenerat,sic sit locutus. Si recte & sine dolo
malo hoc foedus atq; iusiurādū facio.Dii mihi cuncta felicia ꝑstent.Si aliter,aut ago,aut cogito,
cęteris omnibus saluis,in ꝓpriis legibus,in ꝓpriis laribus,in ꝓpriis templis, in ꝓpriis sepulcris so
lus ego peream,vt hic lapis e manibus meis decidet.Nec locutus plura,lapidem manibus deiicit.
Atq; hunc vetustissimum iurisiurādi morem apud Ro.Polybiꝰ fuisse ait, qđ a Liuio & Dionysio
Dictator. ꝓtermissum equidem miror.Eorum neuter,nisi opinione fallor,iurisiurandi huius meminit in hi
storia.Habuit hic annus dictatorē.P.Cornelium Scipionem,a quo P. Deciꝰ magister equitum est
Consules, dictus,his comitia consularia habentibus L.Posthumius & T.Minutius consules creati.Calpur-
nius Piso hos.Q.Fabio &.P.Decio subiecit biennio ꝓtermisso,quo Claudius & Volūnius prius,
mox Cornelius & Martius cōsules fuerūt.Noui cōsules,quia Samnites in cāpū Stellatē excursio
nem fecerāt,diuersi in hosticū exercitū duxeř,Tifernū Posthumius,Minutius Bouianum. Cum

Posthumio hostes ad Tifernũ congressi,æquo marte,vt quidam authores sunt,acie discesserunt; Alii victos Samnites meminerunt,ac triginta hominum milia ex his capta.Sed quocunq; est euẽtu dimicatum,Posthumius secundum eam pugnam,castris edito loco communitis, silentio noctis,cum expeditis legionibus,ad collegam accessit,pręmissis qui illi nunciarent,vt cum hoste sui accessus ignaro prælium committeret,affuturum se mature illi auxilio, vbi certamen esset initũ. Nec Ro.id consilium irritum cessit.Conserto prẹlio,ac non nihil ancipiti euentu distracto, hostẽ iam fessum recentes Romanorum legiones inuadunt,illico fuga facta est,Samnitium acies disiecta,castra capta,& cum his Statius Cellius huius dux exercitus,signa militaria vnum & triginta,est & Bouianum deditum.Consules, ingenti gloria vtrobiq; parta, Romam reuersi ambo de Samnitibus triumpharunt.Minutium grauiter in pugna vulneratum, vbi in castra relatus est, continuo expirasse quidam prodiderunt,Bouianumq; captum a L.Fuluio in eius locum suffecto Sora,Arpinum,Cessenria eodem anno a Samnitibus recepta.P.Sulpitius Auerrio,& P.Pomponius Sophus proximo anno consules fuerunt:Sempronius in Samnium cum exercitu missus, quia omnia ibi pacata occurrerant, iussu patrum antiquum fœdus Samnitibus petentibus restituit. In Equos inde bellum translatum,qui Samnites iuuerant,Ambo consules ad id bellum missi.Fecerant Equi ab initio castra,inde quum alii acie pugnandum,alii tuenda mœnia censerent,apparetetq; ea animorum varietate cladem omnino aliquam accipiendam, aliis alio dilabentibus, castra noctu deserta sunt,quibus postridie occupatis, Romani consules circumacto ad vrbes & oppida eius gentis bello,triginta oppida breui oppugnando ceperunt,atq; eorum quædam incensa ac diruta.Equicum nomen prope ad internicionem deletum. Fuit ea clades finitimis terrori, vt pacem a Romanis peterent.Marci,Peligni,Ferentani Romam legatos, ad amicitiã & pacem sanciendam miserunt,cum omnibus fœdus ictum,& consules de Equis triumpharunt.Eodem anno C.Flauius.Gn.filius scriba patre libertino humiliq; fortuna natus, inuita nobilitate ædilis curulis factus, in eius ordinis inuidiam ciuile ius repositum in penetralibus pontificum vulgauit, fastosq; in albo proposuit,vt quando lege ageretur sciri posset.Ædem concordiæ, quam pro ordinum reconciliatione vouerat,in Græcostasi supra forum (Liuius in Vulcani area fuisse ait) nõ sine ingenti patrum indignatione,dedicauit:& in collegę domo, quum forte ad eum ægrum officii causa venisset,ibiq; nobilium iuuenum nemo venienti assurrexisset, curulem sellam apponi sibi iussit,anxiosq; liuore inimicos ex loco honoratissimo spectare non dubitauit. Comitia quibus ille est honorem adeptus,tantum indignitatis habuisse dicuntur,vt plæriq; nobilium aureos annulos,vt Liuius scribit,& phaleras deposuerint. Plinius priuatum nullum aurei annuli vsum ea tempestate fuisse arbitrari videtur.Abiit iam inde ciuitas in duas velut factiones, vt alii bonorũ cultores essent,alii forensi fauerent multitudini,quoad Q.Fabius qui cum P.Decio censor est factus,concordiæ causa omnem forensem factionem in quattuor tribus coniecit,quæ vrbanę nuncupatæ sunt.Idem instituisse dicitur,vt quintilibus idibus equites in trabeis trãsueherent. Adeoq; hæc vulgo grata extitere,vt inde maximi cognomen adeptus in nepotes transmiserit.

Samnitium clades.
Statius Cellius captus.
Equicũ nomen fere deletum.
Fasti vulgãtur.
C.Flauius ædilis.
Ædes concordiæ.
Q.Fabii maximi optia instituta.

M.ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIÆ HISTORIARVM AB ORBE CONDITO ENNEADIS QVARTÆ, LIBER SEPTIMVS.



T hæc quidem paucis annis,post magni Alexandri interitum, a Romanis in Italia gesta,quo tẽporis interuallo,res Macedonum in Asia & Europa,sua velut mole laborãtes, domestica labefactari discordia cœperũt: accensis semel ad certamen animis, adeo in malum in vna gente exarsit, vt pręualidę regni opes,mutuis conuulsæ cladibus factæ sint, quum aliarum gentiũ,tum Romanorũ viribus obnoxiæ.Perdicas,penes quẽ regiarũ copiarũ potestas erat,Ariaractẽ Cappadocũ regẽ obnoxiũ subito bello adortus,victũq; ꝓlio,& obsidione fatigatum, ad eam desperationem redegit,vt auro argẽtoq; cum preciosa veste, cęteroq; ornatu de industria corrupto,coniugibus & liberis,aliis super alios interfectis, ipsorum corpora,seq; ipsum in accensos ignes deiecerit.Nihil igiẽ ex eo bello ꝑter vulnera adeptus,vt ad maiora rerum momenta regiã authoritatem acqreret,Cleopatrã magni Alex.sororẽ,quæ alteri Alexandro,q in Lucania periit,nupserat,ne Olympiade qdẽ inuita,vxorẽ sibi iungere conat⁹ est.Sed per Antipatrũ id obtinere nõ potuit,quẽ ꝓtextu nouę affinitatis,prius capere fuerat Perdicas adortus,illius filia sibi in vxorẽ petita,qua fraude instructus Antipater, nõ solũ nõ illi filiam dedit;

Ariaractis regis facin⁹.
Cleopatra Alexandri soror.

Noui bellorũ motus in Asia.

sed quo minus Cleopatrę nuptiis potiretur sua authoritate effecit. Oritur nec multo post bellũ inter Perdicã & Antigonũ,cui maior Phrygia obuenerat.Causam cur int̃ se bellare cœpint,non repio.Fauebant Antigono Craterus q regiæ erat pecunię pfectus,& Antipat̃, q pace cũ Atheniẽsibus cõposita,summa ope nitebat̃ oẽs Perdicę conatus euertere. Ille alienatis reb9 Arideũ cũ alexandri filio,in Cappadociã traxit,vt de summa belli cum iis,q in ptibus adhuc erãt, consultaret. Erãt q in Macedoniã bellũ trãsferẽdũ dicerẽt,ad ipm caput & arcẽ regni,Olympiadẽ ibi esse Alexãdri matrẽ,nõ mediocre momentũ ad res gerẽdas,ciuiũ fauorẽ futurũ,ob Philippi & Alexandri noĩa. Cęterũ veriti ne Asia a se relicta a Ptolemæo occuparet̃,ab Ægypto,quã ille obtinebat,placuit bellũ auspicari.Eumeni vltra Paphlagoniã ab initio decretã,Cariã,Lyciã,& Phrygiã adiiciunt,vt maiores adeptus vires,Antipatro audacius occurreret,si ipsis Ægyptiaco bello occupatis, in Asiã trãsire conaret̃,Alceta Perdicæ fratre & Neoptolemo auxiliaribus datis, cũ qb9 ille bellũ administraret:atq; ita Macedonũ potẽtia,in duas velut diuersas factiões diuisa,ab hostili sanguine,in se ipsam,malo cõsilio.peiore euẽtu,suas vires & arma diuertit.Mouit igit̃ in Ægyptũ Perdi

Ptolemęi cõsilium in nouo bello.

cas terrifico armorũ apparatu,nec Ptolemæus ociosis interim auribus accepat, quæ a Perdica & aliis eius factionis in se parari diceren̄t,quin nulla nõ in Ægyptios moderatione omnium fauorẽ adeptus,finitimos reges fœdus sibi & amicitia obstrinxerat,Cyreneq; suo impio adiecta,iure formidabilis erat hostibus.Parabat igit̃ summa ope bellũ,primis Perdicę conatibus occursurus,cui9 supbiam multi interea exosi ad hostes fugã meditari,& in his illustres qdã, quorũ Neoptolemus traducere secũ copias conatus cũ Eumene,cui datus fuerat belli socius,cõflixit.Cæterũ victus ad Antipatrũ & Polypconta aufugit,qbus author fuit, vt Eumenẽ ob recẽtẽ victoriã secure agẽtẽ, subito accessu inuaderẽt,suũ ne tũc Polypcon an Antipatri ductarit exercitũ,parũ cõptũ habeo: satis cõstat Euridices impio,quæ Arideo cõiuge aduersa valitudine implicito,primas in administrando regno sibi ptes vendicabat,Polypcõti exercitũ adẽptũ,Cassandroq; ductãdũ datum,sensit tamen Eumenes se insidiis peti,vertitq;,vt psenti erat cõsilio,in insidiatores piculum, quos ad se venientes,ac nocturno itinere fessos,nihil minus q̃ insidias timẽtes,inopinato excepit plio.Ex

Crateri interitus.

ceptos primo cõgressu pculit.Hic Polypcon,vt Trogus falso credidit,ictus concidit. Plutarchus Craterũ scribit,eũq; a Neoptolemo in pliũ adductũ,spe transitionis a Macedonibus ad eũ faciẽdę, qđ Eumenes verit9,de Crateri aduẽtu milites sub pugnæ tempus celauerit.Sed siue hic, siue ille concidit,Neoptolemus & ipe cũ Eumene mutuis vulnerib9 colluctatus,ita vt galeis capite auulsis thoraces sibi etiam inuicem concerpserint,posttemo Neoptolemus vno sub genu vulnere accepto,mox circa ceruicẽ altero,fortiter occubuit.Duplici plio victor Eumenes, nõ nihil psenti rerũ successu socios in partibus cõtinuit.Perdica interea in Ægypto, militari seditione interfecto,

Eumenes hostis iudicatur.

Eumenes ob Crateri mortẽ,a Perdicano exercitu,cũ Phytone Illyrio & Alceta Perdicę fratre.hostis iudicat̃.Qđ vbi ille cõptũ habuit,piclitari statuit militũ animos, p concione multa de psenti iniuria questus,potestatẽ fecit oĩbus libere q̃ vellẽt loq̃ndi, qua voce suarũ prium studium erexit, vt vltro milites ducẽ ipm consolaren̄t.polliciti se ferro Macedonum decreta rescissuros. Hoc militari consensu cõfirmatus Eumenes,vt vniuersum exercitũ sibi deuotiorẽ redderet,Cleopatram Alexañ.sororẽ ad se accersitã in primorũ cõspectũ dedit,vt in ptibus eã esse intelligerẽt. Nihil ad militẽ in officio cõtinendũ æque valuit,ac mulieris vnius adhortatio, adeo Alexandri memoria omnium animos inuaserat,vt vel mortui vmbra,p necessitudinũ vestigia coleret̃. Nec ita multis interiectis diebus, passim totis castris Antigoni literæ reptæ sunt pmium Eumenis pcussoribus

Eumenis ars in apto piculo.

statuentis,cuius rei piculo territus Eumenes,milite ad concionẽ vocato,magnas se omnibus gratias debere pfessus est,q̧ nemo reptus esset,qui nefarii spem pmii secutus,fidei sacramentum violare esset ausus.Sed ne quisq̃ opinione decipet̃,libellos qui in castris disiecti essent,ad militum in se fidem expiendam sua opa confictos non ignorarent. Verũ salutẽ suam in omniũ potestate esse nec Antigonum,aut ducum aliquẽ,sic velle vincere, vt alieno sanguine pessimum in se statuant exẽplũ.Hæc ille multa arte mẽtitus,labantes militũ aĩos a psenti scelere deterruit, & in futurũ cauit,vt si qd sile accidisset,nõ se mercede inuitari milites arbitraren̄t,sed ab ipso duce suã fidẽ po

Vincit̃ Eumenes.

tius tentari.Nec Antigonus multo post cũ valido exercitu affuit,cũ quo Eumenes plio congressus vincit̃,victusq; cum pte copiarũ in pximũ castellũ aufugit.Hęc Trogus. Proditiõe Plutarch9 victum Eumenem scribit,cui rebus ppemodum pditis,adeo animus superfuisset, vt proditorem ad hostem fugientem irrequieto cursu assecutus,ad supplicium retraxerit. Illud in duce non minus memorabile fuit,prælio victus, quum a conspectu insequentium hostium paululum deflexisset agmen,auersis itineribus ad locum vbi cõmissa erat pugna reuersus,cęsorũ corpora in vnum

Eumenis virtus.

cōacetuāta,villarū foribus,aliaq; domestica materia cremauit,inde Antigoni īpedimēta asse-
cutus,quū facile diripere potuisset,ne suos pda īpeditiores redderet,abstinuit.Sed factus ob
vnā aduersam pugnā hosti īpar,ad Norā in Cappadocię Lycaonięq; finibꝰ,cū sexcētis eqtibꝰ
se recepit.Hic ab Antigono ad colloquiū excitus,parū abfuit qn Macedonū īcursu, ī Crateri
vltionē,fit discerptus.Ægre ab Antigono submota multitudine seruatus est.Cinxit deinceps
Antigonus oppidū vallo,psidioq; ad obsidionē relicto, cū cętero exercitu ī Phrygiā cōcessit.
Eumenes īterea,vt viros & equos ad subitos casus expeditiores haberet,locū in oppido cōsti- Eumenis
tuit,quo se iuuenes assidua luctatione exercerēt,equos anteriore parte suspēdit,ita vt priori- exercitatiō
bus vngulis altius subnixis posteriores terrę niterētur,atq; ita crebra flagelli excussione,cla- in obsidiōe
moribusq; circūstātiū cōsternati sublime corpus calcibꝰ & assultu agitabāt.Tenuit aliquādiu
ea obsidio,īterea nūciata Antipatri morte,q fato ī Macedonia decesserat, Antigonꝰ maiora
animo cōcipiēs, Eumenē inducias cū eo pactus obsidione soluit,equitibꝰ ex pristino exercitu
collectis,qa sibi pfectura adēpta nō restituebat. Duabꝰ alis eqtū frętus oīa circa Cappadociā
crebris excursionibus infestat.Trogus non Antipatri mortem,sed quia ab Antipatro auxilia
Eumeni missa essent,soluēdę obsidionis causam fuisse pdidit. Imminebatq; iterū illi Antigo-
nus,ob ea q fiebāt,verū oīm auxiliis destitutus,ad Argyraspidas īuictū Alexādri exercitū se Argyraspi-
cōtulit.Hi post regis interitū nullius se imperio subiecerāt,veteris militię gloria inflati,ducē des.
fastidiebāt.Horū ferociā rēpestiuo alloquio adeo Eumenes flexit,vt eū in cōmilitonē priꝰ ac-
ceperint,mox paulatim p duce se gerētē sua sponte audire cœperit exercitus.Mira īterim ar-
te vsus dicit,ad salutē suā primoribus cōmēdandā.Simulata inopia ab Argyraspidū princi-
pibus multū argenti mutuo accepit,vt veriti illi ne creditā pecuniā amitterēt,de sua incolu-
mitate solliciti essent.Vnius igit Eumenis nutu oīa gerebātur,quū subito affertur Antigo-
nū cū exercitu adesse.Tū Argyraspides Eumenis impulsu in pręliū progressi, magis sua dis- Vincūtur
cordia q hostiū virtute vincūtur:Coniuges & liberi quos secū habebāt,cum oībus fortunis Argyraspi-
hostibus pdę fuerūt.Nec victori incruenta acies cōstitit,quinq; milibꝰ hominū plio amissis. des.
Plutarchus (nam Trogus eorū quę scripsimus est author) ad Pasitygrim flu. multa hostiū
cęde cōcursum scribit,ac quatuor milia eorū capta, secūdūq; eam victoriā Argyraspidas in
Gabenorū agrū hibernatū cōcessisse,q in vicis ac villis subito Antigoni accessu facile oppri-
mi potuerint,nisi Eumenes cū expeditis equitibus pgressus ignis plurimos ī hostiū cōspectu
sub noctē accēdisset,quę igniū species magni exercitus castra procul mētita,Antigonū tā diu
abstituto cursu inhibuit,donec Argyraspides ī vnū coiuerint,nec ita multo post acie dimi-
catū,Macedonicāq; Phalangē ab Antigonianis loci & tēporis iniquitate victā,oībusq; īpedi-
mētis exutā.Qua clade Argyraspides fracti legatos ad Antigonū mittūt q liberos,vxores,&
res amissas sub cōditione pacis reposcerēt.Antigonus,cuius res fuerant eo plio haud medio-
criter accisę,comiter se oīa redditurū pollicetur,si Eumenem sibi traderent.Tum neq; pudor
Macedonibus obstitit,neq; militare sacramētum,cōtinuo in Eumenem manū iniiciūt.Alii ex
fuga eū retractū scribūt.Sed quoquo modo vis illata,vbi reuinctis manibus ī militū cōspectu
stetit,facta est ei loquēdi potestas,qđ vt sibi facere permitteret,multis precibus contenderat.
Cernite īqt milites habitū & ornamēta ducis vestri,q nō hostiū quisq̄ imposuit,nā id quidē
solatio in summa calamitate esset,vos me ex victore victū,ex imperatore captiuū fecistis,mili-
tari sacramēto sępius hoc anno adacti.Haud eñ decet miseros cuiq̄ cōuiciari, vnū oro, vt si
propositorū Antigoni ī me perdēdo summa cōstitit,īret vos me mori patiamini.Neq; eñ illiꝰ
interest,quēadmodū aut vbi cadā. Enuero si vestra indulgentia mortis ignominiā effugero,
soluo vos iureiurādo,quo mihi astricti estis.Cōficite hic me rogo ipsi multis vulneribꝰ,aut si
religio,aut pudor phibet,date mihi ferrū.Impator p vobis id faciet, qđ vos p me facere de-
buistis.Obaudire hęc Argyraspides,nec seciꝰ dedēdū fremere. Tū Eumenes a pcibꝰ ī irā ver-
sus:At vos īqt deuota capita respiciāt dii piuriorū vindices, talesq; pcor vobis exitus dēt, Dirę Eu-
quales vos vestris ducibꝰ dedistis. Vos Perdicę sanguine nup respsi estis. In Antipatrū pene menis.
eadē molitī,ne Alexādro qdē,si ille mortalīū manu cadere potuisset,parsuri. Vltima nūc ego
vestra psidorū victima has vobis diras impcor.Inopes extorresq; oē æuū in hoc castrēsi exilio
agatis:Hauriāt impiū sanguinē deuota arma,qbꝰ plures vestros q̄ hostiū duces absūpsistis.
Hęc ille locutꝰ irę plenꝰ ad Antigoni castra custodes pcedere cœpit.Sequit exercitꝰ captiuo Argyraspi-
similis,triūphū de se ipso ad victoris castra ducēs. Visaq; est ea deditionis species pulchrior des Eume-
Antigono q̄ īnumerę Alexādri victorię fuissent. Q; quū ille orientē vicisset,ipse eos a qbus nē dedunt.

otiēs victus fuerat,armis subactos ac sibi deditos videret. Vbi in castra vētū est, Antigoni rebus ex fide restitutis,ipsos domitores orbis suo exercitui diuisit.Eumenē verecūdia pristinę amicitię ad suū cōspectū venire nō est passus.Nō nihil igit̃ ī carcere asseruatū,demū biduū inedia cōfectū iugulari fecit.Et Eumenes hūc exitū habuit.Euridice īterea Aridei regis vxor quū p viri valetudinē primaria sibi officia ī administrādo regno vēdicaret,exercitū Polypercōti iā antea adēptū,Cassandro dari ſperat.Cœperat Polypcon Euridice suspectꝰ eē,ob Olympiadē Alexandri matrē,cū qua parū ipsi Euridice cōueniebat. Cassander accepto exercitu,in Gręciā post Antipatri obitū trāsgressus,multas eiꝰ terrę vrbes,ꝗ a Macedonibꝰ defecerāt excidit,& iā Lacedęmonē obsidebat,quū turbato Macedonię statu, exercitū ex Pelopōneso abducere est coactꝰ.Olympias Alexādri mater ex Epiro ī Macedoniā reuersa,Æacidem secū habēs Molossorū regē,quū Aridei regis & Euridices iussu regni fines īgredi ꝓhiberent̃,Philippi & Alexādri memoria tātū apđ Macedonas valuit,vt ab rege ad eā populariter trāsfūtes,ꝑ mariti & filii regnū ipsam restituerit.Nec illa muliebri irę tēperauit,Arideo & Euridice īterfectis,mox per principū capita fœdissima est cęde debacchata.Periit Arideus sexto sui regni anno.Nec Olympias diu īcolumis māsit,qn Cassandri aduētu ꝑculsa,diffisaq; Macedonibus, quos certo sciebat cū fortuna fidē mutaturos,cū Hercule Alexādri filio, quē ex Barsane tulerat,haud multo postꝗ ī Cilicia ꝓspero marte pugnauit,& cū Roxanę nuru in Pictuā vrbē cōcessit.Secutę eā abeūtē Deidamia Æacidę regis filia,& Thessalonicę,& ipsa clara Aridei patris noīe.Ibi aliq̄diu a Cassandro obsessa,demū īcolumitatē pacta,se hosti tradidit. Eā deditā quia ob fidē quā acceperat violare nefas erat,occulte subornat Cassander,ꝗ Olympiadē apud Macedones crudelitatis & sęuitię ī suos accusarēt,& vt sunt multitudinis studia ꝗ facile cū fortuna mutant̃,magno oīm cōsensu dānata est. Olympias vbi ꝑcussores ad se missos sensit, duabꝰ ancillis īnixa vltro illis obuiā ꝓcessit,ꝗ ad cędē venerāt,Philippi & Alexādri memoria aīm subeūte,attonitis similes ferrū inhibuerūt.Supueniūt īde alii a Cassandro missi, illa vbi ferrū ī se nudari vidit,nō eiulatu & vociferatione,sed viroꝝ fortiū more, cōposita circa corpus veste vt honestiꝰ caderet,pluribꝰ vulneribꝰ cōfossa cōcidit,vt magni regis vxorē, multo maioris matrē cadēdo facile agnosceres.Ea extincta Cassander Thessalonicē Aridei filiā sibi vxorē iūxit. Alexādri filiū cū matre ī Amphipolitanā arcē custodiēdos mittit. Hoc potiꝰ crediderim,vt post Eumenis īteritū,Barsine ꝗ illi nupserat,ad filiū sese recepit,ꝗ qđ Trogꝰ ait: Roxanē circa Olympiadē fuisse,quū illa Pictuā aufugit, quā ex Alexandro grauidā relictā,a Statyra Darii filia,statī post viri īteritū,īterfectā Plutarchꝰ tradidit.Ducibꝰ aduersę factiōis in hūc modū sublatis,pacate īter se facturi videbāt̃,ꝗ ex Alexādri successoribꝰ adhuc superāt. Cęterū cupiditas regnoꝝ aliēna,victores ipsos ī aliq̄to fœdiꝰ ꝗ nup defūcti eēnt certamē cōiecit,Ptolemęo,Cassandro & Lysimacho postulātibꝰ,vt pecunia Alexādri ductu sed cōmuni ꝑiculo & labore ꝑta,quā penes se Antigonꝰ hēbat,ex ęquo diuideret̃. Negat ille diuisionē vllā fieri oportere,ꝗ vt honestiꝰ bellū suscipe videret̃,Olympiadis a Cassandro īterfectę se vltorē ꝓfitet̃.Nec passurū Alexādri filiū diutiꝰ cū matre custodiri.Tenebat Ptolemęꝰ Ægyptū,cū parte Aphricę,patebat & Cyprus illi,& nō ꝑua Syrię ꝑs vsq; ī Phœnicē,vt fortiꝰ suas opes ad futurū bellū cōfirmaret,sacroꝝ ꝓtextu Hierosolymā sabbatoꝝ die īgressus,qua luce Iudęi,gētili instituto tractare arma prohibent̃,sine vllo maiore certamine vrbē Syrię clarissimā obtinuit. Meminit oppssionis huīs Iosephꝰ ī historiis,& Sabatarcides,ꝗ Iudęos supstitiōe sua libertatē amisisse ꝑdidit.Et Ptolemęꝰ iā tātꝰ erat.Cassādro vero Gręcia & Macedonia parebāt.Hi suis opibꝰ freti,Seleucoq; & Lysimacho,cuiꝰ Thracia erat & Pōtici maris ora,ī socios ascitis,enixe bellū,terra mariq;,ī Antigonū cōparāt.Prīo itaq; armoꝝ motu,Demetriꝰ Antigoni filiꝰ, siue ex fratre nepos,vt alii crediderūt,Ptolemęi conatibꝰ occursurꝰ,cū valido exercitu ī Syriā ꝓfectꝰ est.Erat tū Demetriꝰ duos & vigīti ānos natꝰ,maioreq; ferocia ꝗ cōsilio, ad Zamā, seu ad Calamā,vt Trogꝰ ait,cū callidissimo duce cōgressus,Alexādriq; militię assueto,īgēti ꝓlio victꝰ ad tredecī milia hoīm vna acie amisit,quoꝝ qnq; occidione occisa dicit̃,reliq̄ multitudo capta.Ptolemęꝰ hostiū castris potitꝰ,Demetrio regiū tabernaculū, cū toto apparatu, & captiuis oībꝰ restituit,adiiciēs hęc,nō de oībꝰ simł,sed de regno & gl'ia magnos viros certare oportere.Sed dū hęc ī Syria gerūt̃,Cassāder ex Apollonia rediēs ī īgētē Abderitarū cœtū īcidit,ꝗ ranarū muriūq; multitudine patriū solū relinq̄re coacti,nouas sibi sedes q̄rebāt:veritꝰ ille ne ꝓfuga manꝰ,desperatiōe rerū,Macedonię gētē,si ī eā terrā irrupisset,subito accessu turbaret, in socios recepit,ictoq; ī id fœdere,agrū illis ī Macedonię finibꝰ assignauit,īde Alexādri filiū

Eumenis exitus.

Olympiadis sęuitia.

Olympiadis cędes.

Noua Macedonū discordia.

Demetrius vincitur.

Ptolemęi dictum.

Ranarum muriumq; vis.

ia.xiiii.annos natū,cū Bersane mře,occulte īterfecit,veritꝰne Macedones Alexādri memoriā secuti puerū adolescere incipiētē,in auitū patriūq; regnū restituerēt. Addiditq; scelus scele-ri,Roxane cū altero Alexādri filio haud multo post pari fraude īterfecta. Adeo nihil ī regia stirpe reliquū esse voluit,qd regno male parto formidolosum esset.Plutarchꝰ,vt loco nō mul tū diuerso est supra significatū,post Alexādri obitū Roxanen a Statyra Darii filia cū sorore necatā ꝓdidit.Sed dū Cassander ꝑ hęc scelera suas opes firmat,Demetriꝰ reparato ex īegro exercitu,iterū Syriā ingredit.Ptolemęus ratꝰadolescētē vna aduersa pugna fractum modico negocio supatū iri,Cillē vnū ex purpuratis obuiā illi misit,q īprouiso hostiū accessu oppressus,cū octo milibꝰ hoīm est a Demetrio captꝰ,captiuosq; numerū cū ipso duce Demetriꝰ pa-tris pmissu,Ptolemęo restituit,vt hęc illi par gratia repēsa videret. Adeo de gloria inter se tūc,nō minꝰq̄ de regno,sūmi duces bellarūt,vt honestiꝰ tū bella gererent,q̄ hodie amicitiæ colant.Demetriꝰ Syria recepta in Nabatheos Arabes expeditionē fecit,ac parū absuit, quin aquarū inopia(est.n.plurimū Arabia siticulosa)vita & exercitu sit pclitatꝰ. Locosq; difficul tate ęgre supata,sese in tutū recepit.Reciderātq; his motibꝰres Macedonū in nouā rerū discordiā,& velut in nouas factiones,pars victrix sua sponte abierat,quū Ro.in Italia Aulo Ge nutio,& Ser.Cornelio cōs.Sorā & Albā in Equis colonias deduxerūt.Eodē anno Arpinatibꝰ & Trebulanis ciuitas data,& Frusinates,qa Hernicos ad bellū sollicitasse indicio comperti sunt,capitibꝰcōiurationis securi pcussis,tertia agri parte sunt mulctati. In Vmbria quoq; nō nihil bellatū,suntq; ad duo milia hoīm in spelunca quadā igni & armis oppressa.Bellū seque ti anno ab Equis renouatū,q Albā coloniā expugnare adorti,tantū terrorē Ro.iniecerunt vt M.Liuius & Q.Æmylius cōsules iussu patrū Q. Iuliū Bubulcū dictatorē dixerint.Is primo congressu Equos subegit,paucisq; diebus triūphās in vrbē est reuersus.Salutis ędē quam cōsul vouerat,& cēsor locauerat,Dictator dedicauit. Æmylius cōsul in Salētinis Cleonymum Laced.q classe nup appulsa Thurias occupauerat,ꝓlio victum ad naues cōpulit, compulsumq; in altū abire coegit.Cleonymus ex Salentinis expulsus Italię orā circūuectꝰ ad intima Adria ci sinus littora puenit,ibi p ostium praaiti fluminis(amnem Meduacum vocāt) in stagna q̄ intra littus iate patent,transgressus copiarū partē in interni littoris accolas prædatū misit. Græci ex improuiso egressi,ingentē agrestium fugam & trepidationem fecere. Vicos aliquot subita vi captos incēdūt,lateq; pdam ad naues agunt. Terror interea Patauium perlatus iu uentutē confestim in pdones exciuit,vno itaq; tēpore & Gręci p agros palati, & naues quibꝰ p internum flumen ad loca cultu frequentiora penetrauerant,sunt oppressi, qui cęde dilapsi ad littora refugerāt,Veneti locorū accolæ exceptos magna ex parte interfecerunt. Cognitū inde maiorē classem cū ipso duce haud pcul abesse.In hāc quoq; factus est impetus,fueritq; præcipue adiumēto expedita nauigia,ad stagni & fluuiorū vsum comparata,quorū agilitate locorū accolę freti,tantū negocii Gręcis a tergo & a lateribus incessentes fecerunt, vt Cleo-nymus,vix quinta nauiū parte incolumi,in altū abiuerit. Liuius author est nauiū rostra mo numentū illius victorię in Iunonis tēplo qd Patauii fuit asseruata, quę sua etiam ætate visentur,nauaieq; certamē in ipsa vrbe diu postea fluuiali alueo celebratū.Anno quo hęc gesta sunt Carseoli Colonia ī Marsos deducta est,& Hetrusci rebellaturi credebant,quapropter M. Valeriꝰdictator est creatus:in Marsos priꝰ itū,quibꝰ ꝓlio victis,Milioniā ex ea gēte,Plistiam, & Fresiliam paucis diebus dictator vi cepit, ad postremū Marsis parte agri mulctatis Romanus pacē restituit. In Hetruscos inde Valerius bellū vertit. Hic dictatore absente,q Romam auspiciorū causa abierat,Romanę cohortes in hostiū insidias pcipitatę,aliquot signis amissis cū multa cęde & trepidatione,sese in castra receperunt. Acceptę cladis phama ad vrbem plata dictatorē in castra exciuit,Romę ad eū terrorē statiōes sunt circa portas dispositę,& in muros tela trepide cōgesta.In puincia gerioea dictator oīa īuenit. Nā M.Æmylii Paulus magister eqtū,castris in munitiorē locū trāslatis,exercitū nō mō nō exterritū,sed pugnę etiā cu pidū intra munimēta tenebat,cohortibꝰvallo exclusis q̄ signa amiserāt,has ignominię causa subsidio excubare iusserat. Sub dictatoris reditū castra in Rusellanū agrū sunt translata,hic quoq; Tuscus Ro.insidiis capere est adortꝰ.Sed quū fraus parū pcessisset,apta est vi dimica-tū,ac parū absuit qn pabulatoꝝ pꝛsidiū pene prius sit ab hoste oppssum, q̄ ex castris dictator subsidio affuisset,sub cuiꝰaccessum eqs iter peditū ordines īmissus hostē turbauit. Secuta pe ditū acies,quā Tuscꝰqm sustinere nequisset,cū multa strage ī pxima castra refugit. Sed neq; vallū,neq; munitiōes vllę victis adiumēto fuere.His quoq; exuti teterrimaq; cęde affecti,rebꝰ

Barsane cū filio a Cassandro iter ficitur.

Liberalitas hostimētum.

Consules.

Consules. Salutis ędes.

Cleonymꝰ a Patauinis pellitur.

Carseoli colonia.

Rusellanus ager.

noua clade accisis, iterũ pacẽ petierunt. Pax negata est. Induciç in bienniũ datç, stipẽdio in annũ, & frumẽto duorũ mẽsiũ imperato. Fuerũt qui scriberẽt Hetruriç statũ, sine cçde vlla, a dictatore pacatũ. Sequẽs annus M. Valerio, q priore anno dictator fuerat, & Apuleio Pansa cõsulibus, foris pacatus fuit. Domi inter patres & plçbẽ vetus certamen renatũ, plçbe postulante, vt ex suo quoq; corpore põtifices & augures crearent, qđ ad id tẽpus non fuerat impetratũ. Multũ diuq; de iure auspiciorũ est inter Appiũ Claudiũ & P. Deciũ disceptatũ. Erat illi⁹ filius, qui se latino bello, p oĩbus legionibus, deuouerat. Ibi quũ multa citro vltroq; dicta & respõsa essent, ac ferme oĩa quç olim pro licinia rogatione, eo Decius suũ sermonẽ flexit, vt diceret, nõ oportere Claudiũ suã & alior; nobilitatẽ tã insolẽter plçbi exprobrare, qũ illi q primo Romç patricii facti essent, nõ e cœlo fuissent missi, sed q patrẽ ciere auũq; potuissent, at filiũ suũ & patrẽ & auũ cõsularẽ ciere posse, & aliis innumeris id licere, nec de auspiciis, q̃ soli patricii habere dicerẽtur, plura dici oportere. Talia & quũ P. Sestius primus de plæbe cõsul est factus abũde decantata, Quũ Licinius Stolo prim⁹ magister eqtũ. Quũ Martius Rutilius primus dictator & cẽsor. Quũ P. Philo primus p̃tor. Cõspectos illos & multos postea de plæbe in curuli sella, in toga p̃texta, tunica palmata, toga picta, triũphali corona p̃ditos, tantũq; absuisse, vt eor; quicq̃ inuitis diis factum videri possit, vt iam inde ex quo plçbeii ad eos honores admissi essent, multo maior meliorq; respu. facta esset, ac tũ quoq;, si qđ repẽs bellũ oriret, haud dubiũ cuiq̃ esset, qn nihilo maior spes in patricio duce, q̃ i plçbeio foret. Qđ in pluribus reip. casib⁹ experiẽtia ad id tẽpus docuisset. Tũ ad populũ cõuersus Decius: Certamen inqt patricii prũt Quirites, neq; quçrũt quẽ certaminũ euẽtũ habeãt, modo vestra cõmoda remorent. Ego qđ bonũ faustũ felixq; vobis & reipu. sit, legẽ hãc vti rogatũ fuerit subeundã cẽseo. Adeo Decii valuit authoritas, vt sequenti die lex lata sit. Creatiq; primũ e plçbe põtifices P. Decius legis suasor, P. Sẽpronius Sophus, Claudi⁹ Marti⁹ Rutilius, M. Liuius Denter. Quinq; augures plçbeii, Claudius Genutius, P. Elius Petus, M. Minutius, Claudius Martius & T. Publicius, atq; ita nouẽ augurũ & pontificũ octo numerus est factus, quũ ad id tẽpus, quatuor põtifices & qnq; augures, atq; oẽs patricii fuissent. M. Valerius eodẽ anno legẽ de prouocatione bis antea ab hoĩb⁹ ei⁹ familiç latã, vt diligẽti⁹ sanciret, author extitit. Valeria lex tãtũ vetabat, ne qs ciuẽ ad populũ puocãtẽ virgis cçderet, aut securi necaret, qđ siqs fecisset, is improbe fecisse videret. Porcia lex, q̃ postea lata est, lõge vehemẽtior, qppe quç, siqs Romanũ ciuẽ verberasset necassetve, graui pœna afficiebat. Idẽ Valeri⁹ cõsul hoc ãno i Equos bellũ gessit, sed phama ei⁹ gesti obscura, qa nihil in eo acciderit memoria dignũ. Apulei⁹ collega Nequinũ in Vmbria obsedit. Fuit id oppidũ, vbi nũc est Narnia, locus, qa in arduo & p̃cipiti situs erat, capi nõ potuit. Tenuit itaq; obsidio in sequentẽ annũ, q M. Fuluiũ Petũ & Lu. Mãliũ Torquatũ cõsules habuit. Aniẽsis & Terẽtina tribus his cõsulib⁹ veteri numero additæ & lustrũ cõditũ. Neqnũ oppidanor; pditione captũ, q noctu cõsulẽ in vrbẽ induxere. Eo colonia aduersus Vmbros missa, atq; a Nare fluuio Narnia appellata. In Hetruria bellũ est Gallorũ iteruẽtu motũ. Eruperat ea gẽs hostiliter in Thuscos fines. Hetrusci vt eã Gallor; pcellã in Ro. auerterẽt, magnã cum Gallis pecuniã paciscunt, vt ex hostib⁹ socii facti, secũ in Romanos bellum gererent. Barbari pecuniã adepti negãt eã sibi eo noĩe appensam, vt in quẽq̃ militarẽt, sed ne Thuscum agrum popularent: Postulare igit vt in partẽ agri reciperent, si se sociis in bello vti vellẽt, quod ipsum quia vulgo est negatum, pecuniã ingentem sine labore sortiti, retro abierunt. Nec Romani eo secius in Hetruriã legiones misere. vbi T. Manlius cõsul in ferocioris equi circũactu ad terrã effusus, triduo expirauit, in cui⁹ locum M. Valeri⁹ surrogatus, cõfestim in Hetruriã ad exercitum venit. Post eius accessum hostes intra munimẽta se tenẽtes, etsi ante oculos videbãt passim agros vastari, vicosq; & villas incẽdi, vt acie decertarẽt cõpelli nequiuere. Nec in Hetruria quicq̃ deinceps memorabile est eo anno gestũ. Proximo ineunte Lucanorum legatis ad nouos cõsules L. Cornelium Scipionẽ & C. Fuluium venere questum de iniuria Samnitium, q hostiliter suos fines vastarẽt, q ab illis in societatẽ belli trahi nequissent. Cçterum malle se prius oĩa extrema adire, q̃ Romanã amicitiã violare. Orare pinde vt vniuersam gẽtẽ acciperẽt in fidẽ, arcerẽtq; ab se Samnitium iniuriã, obsides ad fidẽ daturos se esse, etsi bello cum Samnitibus inito abunde sua apud Romanos pbara esset fides. Cum Lucanis fœdus pcussum, bellumq; illatum Samnitibus, qa res solenni modo repetitas non reddidissent. Cõsules inter se puincias partiti: Scipio Hetruriã obtinuit, Fuluius Samnites. In Hetruria ad Volaterras incerto euentu ad noctem vsq; dimicatum. Hostis silẽ

Consules.
Decii verba cõtra nobilitatem.
Pontifices.
Augures.
Leges.
Nequinum oppidum.
Narnia.
Consules.

tio noctis pfectus,haud dubiã Romano reliquit victoriã. Postridie Scipio in aciẽ descendit, vt manũ cũ hoste cõsereret,cognitaq; eius fuga castris potitur,inde late p hosticũ euagatus, prẹter agrorũ vastationẽ,multos vicos & villas incẽdit.A Fuluio quoq; p id tẽpus grãdis pugna est in Samnio ad Bouianũ depugnata,qua acie haud dubie victor Aufidenã de Sãnitib⁹ cepit.Quãti ea victoria apud Romanos fuerit,ex eo potest intelligi,q Fuluio Romã venienti datũ est,vt triumphãs vrbẽ ingrederet.Inde quum ex Samnio & Hetruria maior belli moles in sequentẽ annum ostenderet, fremerẽt hinc Tusci Gallos quoquo modo ad bellũ accersendos,inde Samnites suos duces accusarẽt,qui Lucano bello auersi,florentissimũ exercitum Romanis cẹdendũ obiecissent,magno omniũ ordinũ consensu, Q.Fabius Maximus cõsul est factus.Erat is rei militaris atq; vrbanarũ artium Romanẹ ciuitatis peritissim⁹. P.Decius ei collega datus.Et iã hi,de sortitione puinciarũ,& delectu accuratissime habendo consilia cõferebant,quũ ex Nepete & Sutrio affertur in Hetruriẹ conciliis de pace agitari.Ea res vtrũq; cõsulẽ in Samnium auertit.Diuersi tñ in hostẽ mouere. Per Soranum agrum Fabius, Decius p Sidicinos,vterq; suã regionẽ populatus.Cẹterũ Fabius hostẽ ad Tiphernũ nactus suos cõtinuo in aciẽ eduxit.Nec Samnites pugnã detrectarũt,satius rati cũ vno cõsulari exercitu, q̃ cũ duob⁹ dimicare.Fuit primo pedestre pliũ,inde & equestre iniectũ, aciesq; in vtroq; certamine Samnitibus immota stetit.Pugnabant,vt siqñ alias,obstinatis animis,& quum nulla vi gradu submouerent,resisterentq; prẹter opinionẽ,Fabius consilii inops aliq̃diu anceps stetit, qua vi quave arte hostẽ deturbaret.Sed vt vir erat quũ acri ingenio,tũ psenti cõsilio in dubiis rebus,dat Scipioni legato negocium,hastatos primẹ legionis q̃ occultissime ex acie subtraheret,hisq; ad pximos montes circũductis,sese hosti ex summo iugo ostẽderet. Erat vbiq; interim atrox pugna,creueratq; hostibus animus, q ad oẽs Romanorũ conatus immoti, locũ tenuissent,quũ ex montibus repente clamor exauditus,præsenti plio occupatos perculit.Resistere tamẽ.Verũ Fabius Decium collegã cum legionibus adesse clamitãs,rãtum militib⁹ ardorẽ subdidit,vt cõfestim gradu hostẽ submouerint fugarintq;:cẹsa plio ad tria milia hostiũ & quadringentos. Signa militaria tria &.XX.capta.Iunxissent se Appuli Sãnitibus priusq̃ ad Tiphernũ dimicatum esset,nisi Decius ad Beneuentum obuius illis factus, plio hostẽ fudisset.Duo hostiũ milia hac quoq; acie cẹsa.Decius secundũ eã pugnã iterũ Samniũ ingressus,quinq; &.XL.locis in hostico fecit castra:Fabius sex &.LXXX.Gimetrãq; vrbem cepit. Regio tota populationib⁹ & vastitate deformata est.L.Volũnius & Appius Claudi⁹ inde cõsules facti.Imperiũ Fabio & Decio,vt rẽ in Samnio gererẽt,prorogatum.Deciusq; collega absente adeo hostiũ opes populationibus afflixit,vt Samnites patrio solo pulsi, facto agmine in Hetruriã abierint.Ibi cõsilio populorũ Hetruriẹ coacto,omne Thuscũ nomẽ in Romanos cõcitarunt.Hortati sunt vt finitimos accolas Gallos secũ ad id bellum traherẽt: futurũ, vt trium gentiũ viribus res Romana breui ad internicionẽ redigeretur. Decius interea ad vicos & oppida circũagens exercitũ,Margitiam validam gẽtis vrbẽ,vi captã diripuit, inde & Romuleam,mox & Ferentinũ,vbi ad tria milia hostiũ circa muros cẹsa sunt: Erat id oppidũ in Samnio diuersum ab eo,qđ haud obscuri est noĩs hodie in Hernicis.Sũt q Romuleẹ & Ferẽtini expugnationẽ ad Fabiũ nõ Deciũ trahant:Alii nouorũ cõsulũ eã laudẽ fecere. Verũ dũ hẹc in Samnio geruntur,ex Hetruria tumultuose affertur,iã omne Thuscum nomẽ bellũ in Romanos consciuisse,ingentẽq; vim hoĩm in Samnitiũ castra cõfluxisse:Vmbros prẹterea in societatẽ belli ascitos,Gallos sollicitari.Terribilis belli rumor Appiũ in Hetruriã exciuit.Volumnius aliquanto antea cũ exercitu in Samniũ fuerat pfectus.Ab Appio leuiora quẹdã prẹlia fuerant parũ psp̃ere gesta,creuerantq; ob eã rem hostibus animi.Et iã ppe erat,vt neq; milites duci,neq; dux militibus,satis fideret.Volumnius interea aliquot ex Samnitibus castella ceperat, quũ literis est in Hetruriam accersitus,vt collegẹ opẽ ferret.Fuerint ne Appii lræ an ab alio confictẹ parũ liquet.Enimuero vbi eo Volumnius venit ab Appio rogat⁹ dicit,an in Samnio res saluẹ essent,aut quẹnã causa eum impulisset,vt puincia relicta in alienã cũ exercitu venisset.Res inqt Volumnius,satis ibi psp̃erẹ sunt, tuisq; huc literis accersit⁹ veni,q̃ si falsẹ sunt,nec vllus est mei vsus,extẽplo conuersis signis in Samniũ,vñ veni, bona tua & oĩm venia reuertar.Tu vero abeas,inqt Appi⁹,nec eñ te moratur aliqs. Bene habet Volumnius ait,malo operam hanc frustra mihi insumptam, q̃ aliquid aduersi accidisse.Consulẽ conuerti signa iubentẽ,Appiani exercitus legati simul & tribuni trepide circũsistũt,nũc illum nunc imperatorẽ suum orãt,ne sua discordia rempu. perderẽt, plures Volumnium & obtestari si-

Consules.

Fabii strãtagema.

Samnitiũ cædes.

Consules.

Appii supbia.

mul,& monere ne Romanas legiones in aperto discrimine relinqueret,siquã clades incidisset desertori magisq̃ deserto notę futurã.Rẽ eo adductã vt omne decus dedecusq; gerẽdę rei penes Volumniũ futurũ esset.Neminẽ q̃siturũ q̃ fuerint Appii verba,sed q̃ Romani exercitꝰ sit fortuna.Dimitti eũ a collega,sed a repu.retineri.His q̃relis cõsules pene inuitos in concionem traxere,ibi Appii cauillationibus,quũ Volumnius idẽtidẽ incesseretur,ꝙ ex muto & elinguẽ extẽporalis sua opa factus esset orator:Mallẽ inquit ille Appi, vt tu a me strenue facere didicisses,q̃ ego abs te scire loqui:at qñ respu, non verbis sed re indiget, conditionẽ fero Samniũ malis,an Hetruriã obtinere.Erem vter nostrũ melior sit imperator belli exitꝰ declarabit:Tum clamor ex tota cõcione ortꝰ,hortari vt ambo in Hetruria essent.Petẽte aũt Volũnio, vt clamore sibi significarẽt,vellẽt ne se ibi manere an abire,tantus iterũ clamor elatus est,vt hostẽ e castris exciuerit.Tũ vero arreptis armis,suos Volũnius in aciẽ educit.Seqtur Appius veritus,ne oẽs legiones,se inuito,collegã sequerent.Fuit prẹliũ ab initio pene tumultuariũ, aliis sup alios vtrinq; in pugnã ruẽtibus.Hetrusci Volũnio oblati sunt,Samnites Appio,q̃ medio pugnę ardore Bellonę ĩ illis locis ędẽ vouisse dicit. Fuit deinceps aliquãdiu anceps certamẽ. Postremo fusi hostes in castra cõpellunt,q̃ Romanus victor oppugnare adortꝰ, in nouũ incidit ꝓliũ.Tueri Hetrusci Sãniticeq; cohortes vallũ,tãta animorũ ꝑtinacia,vt lõge maior in castris,q̃ in acie,fit cędes edita.Ad septẽ milia & trecentos hostiũ cęsi,duo milia & centũ.XX.

Thuscorũ & Sãnitiũ cædes. capti.Castra capta milites diripuere.Sed dũ cõsules omnisq; Romana vis in Hetruscũ bellum versa est,nouus hostiũ exercitus ex Samnio egressus,ꝑ Vestinos in Cãpaniã Phalernũq; agrũ descẽdit.Tũ multa prẹda grauẽ Volũnius ex Hetruria rediẽs,circa Vulturnũ amnẽ adeptꝰ, castris exuit, exutũ fugat,multaq; cęde disiicit.Hic quoq; ad sex milia hominũ cęsa,duo milia & q̃nquaginta cũ ipso duce capti,& qđ lętissimũ Romano fuit,sup aliã prẹdã sane opulentã,septẽ milia captiuorũ & amplius sunt recepta.Prẹsens Samnitium morꝰ,& q̃a in Hetruria post Volumnii digressum hostes ferocius coorti Vmbros & Gallos accersere dicebant, Romę tantũ terroris fecere,vt iustitiũ indictũ sit,habitusq; delectus,nõ solũ ex iunioribus,sed seniorũ quoq; sint cohortes aliquot cõscriptę,libertiniq; cẽturiati.Leuarũt hunc ciuitatis metũ Volumnii literę,q̃bus significatũ est,Cãpanię ꝑdatores ad Vulturnũ oppressos.Recreata lętissimo nũcio ciuitas,iustitiũ remisit,decretaq; est cõsulis noĩe supplicatio,duę colonię aduersus hmõi Samnitiũ motus destinatę,ad ostiũ Liris vna,quę

Minturnæ. Synopæ. Sinuessa. Minturnę est postea appellata: altera in Vestino,vbi Synopæ Gręca vrbs fuit.Coloniã ipsam Ro.Sinuessam dixerunt. Cæterum quatuor gentium cõspiratio quę in armis esse dicebant,ab coloniarũ deductione ciuitatẽ auertit : Thusci,Galli, Vmbri,& Samnites ĩ vnũ coiuerãt,binaq; castra fecerãt,quãdo tãta vis hoim vnis teneri nõ poterat.Ob hęc igit,& q̃a comitiorũ tẽpus instabat,L. Volumniꝰ Romã reuocatꝰ,priusq̃ centurię ad suffragia vocarent,graui oratione populũ admonuit,vt meminisset die illo aduersus quatuor ferocissimas gẽtes duces legi oportere.Quanta.n.belli moles instaret,vel ex eo intelligi posse, ꝙ aduersus Hetruscos & Samnites duobus consulibus,duobusq; cõsularibus exercitibus opus fuerit,vt in Hetruria respu. eo anno ex sentẽtia administraret. Accessisse Vmbros & Gallos oim gentiũ Romano nomini infestissimos, non gratiã,nõ genus,sed virtutẽ in futuris ducibus spectandã.Ex vniuersa ciuitate legendos qui in tanto rerũ motu rempublicã felicitate,prudẽtia,authoritate tueantur.Inclinabãt oim studia;in Fabiũ Maximũ tũ Romanę ciuitatis longe principẽ.Is quũ diu multumq; imperiũ detrectasset,ętatẽ excusando,parũq; ꝓficeret,a populo petit,vt quando prẹcipuum rerũ gerendarũ momẽtũ in ducũ cõcordia verteret,sibi P.Decium collegã darẽt,cũ quo bis consul fuisset,concordiq; animo rẽpu.administrasset.Dedit id libẽs ciuitas,ac Decius cum Fabio cõsul

Consules. est creatus.L.Volũnio imperium foris prorogatũ.Multa eo anno prodigia extiterũt , quorũ auerruncandorũ causa,supplicationes in biduũ sunt decretę. Vinũ & tus publice prębitũ,a

Prodigia. viris & fœminis passim supplicatũ.Certamẽq; ex ea re inter mulieres ortum.Virginia Auli Sulpitii filia patricii generis,cęterũ plębeio viro L.Volũnio,q̃ supiore anno cõsul fuerat,matrimonio locata,patriciarũ cœtu sacellũ pudicitię,qđ in foro Boario fuit ad rotũdã ędẽ Herculis adire ꝓhibita,mulier ferox,cõtumelię impatiẽs,in parte ędiũ,quas in longo habuit vi

Pudicitiæ ara. co a ꝓphano vsu exclusa,arã plębeię pudicitię constituit, hortataq; est eiusdẽ ordinis matronas darẽt operã,vt ara illa a sanctioribꝰ castioribusq; q̃ patricia,coli crederet. Ita contigit, vt pudicitia iã inde duobꝰ in vrbe locis sit culta.Nulli nisi spectatę pudicitiæ,& q̃ vni nupsisset, fas erat ad patriciã illã arã,aut plębeiã sacrificare.Vulgata deinceps religio,& a pollutis fre

quetari cœpta,nec matronis solũ,sed oĩs ordinis mulierib⁹.Postremo rit⁹nõ modo nõ integer mãsit,sed in obliuionẽ etiã venit.Eodẽ anno fœneratorib⁹ qbusdã multatis.Gn.& Q.Oguli ni ędiles curules ęnea in Capitolio limina,& triũ mensarũ argẽtea vasa,in cella Iouis,Iouẽq; in culmine cũ quadrigis posuere.Plini⁹ fictile id opus fuisse author est, & ad Ruminalẽ ficũ Romuli & Remi simulacra sub lupę vberibus statuerunt,ęnea hęc ex aliane materia, Liuius haud diserte posuit. Visit hodie Romę signũ ex ęre factum,apud vrbis cõseruatores,lupa est duos ad vbera ĩfantes habẽs,sit ne vet⁹illud signũ,de quo Liui⁹,an aliud recẽs ab eo diuersũ haud affirmare ausim.Ortũ inde inter cõsules certamẽ,patrib⁹extra ordinẽ Hetruriã Fabio decernẽtib⁹,Decio eã rẽ ad sortẽ reuocante.Cæterũ ppl's ad quẽ Decius a patrib⁹cõfugerat, haud minore cõsensu q̃ senat⁹,extra sortẽ Fabio ꝓuinciã detulit.Nec ita multo post Fabius cũ quatuor milibus & sexcẽtis, quos ex ingẽti multitudine noĩa dare volẽtiũ in supplemẽtũ legerat,in Hetruriã cõcessit.Habebatq; tũ Appius prioris ãni cõsul castra haud ꝓcul ab hoste ad Acharnã oppidũ.Huc quũ Fabius cõtenderet,in Romanos lignatores incidit,q Fabii accessu audito,lęti illi occurrerãt,feliciter venire iubẽt,palãq; Ro.Po. agũt gras,q; inuictũ sibi ducẽ destinassent.Rogati inde quo tẽderẽt,quũ lignatũ ire se respõdissent,tũ Fabi⁹,nõne & castra vallo munita habetis?Duplici inquiũt vallo,nec adhuc satis nobis tuti videmur.Ite retro cõsul ait,affatim lignorũ in ꝓximo est,vallum cõuellite. Procursum itaq; in castra,vbi Appio & aliis cõsularis ĩꝑii ignaris nouus est terror iniect⁹, posteaq̃ tumultuosius vallũ a calonib⁹cœperat refigi.Cessit inde met⁹,vbi cõsul appropinquare dict⁹est,atq; ei⁹iussu id fieri.Fabi⁹Appio ad vrbẽ misso,postridie motis castris,aliq̃diu est p hosticũ euagat⁹.Dein appetẽte vere,legione vna ad Clusiũ relicta,id oppidũ tũ Camarsolim appellabãt,ipe Romã ad cõsultãdũ de repu.rediit,Legioni ad ꝑsidiũ relictę L.Scipionẽ ꝑfecit. Ibi Appio prioris anni cõsule,q ꝑtor vrban⁹erat phamã belli augẽte placuit,vt Decius quoq; cũ Fabio eo anno in Hetruria esset.L.Volumnio Sãnium demãdaret.Cõsules ex vrbe cũ legionib⁹Clusiũ tẽdebãt.Interea Senones Galli Romanã legionẽ,q̃ in Hetruria a Fabio relicta fuerat,eximprouiso adorti,Scipionẽ tumulũ vrbi ꝓximũ capere conantẽ,vt suos inde tutaret cũ tota legione circũuẽtũ trucidãt.Phama est ne vnũ qdẽ supfuisse,q cladẽ nũciaret:Quidã eã cladẽ ab Vmbris illatã memorię ꝑdiderũt,nec adeo rẽ afflictã,quin pabulatorib⁹circũuẽtis e castris cõtinuo auxiliũ affuisse,ac tũ hostẽ adempta ꝑda,ꝓcul fugatũ.Cõsules hoste ad Clusiũ nõ repto,Apẽninũ trãsgressi,in Sẽtinati agro cõsederũt.Hostes vbi Romana castra in ꝓximo videre,ita inter se cõparãt,ne quatuor gẽtiũ fortuna,in vnũ pugnę discrimẽ cõiiceret, vt partiti copias, alii in pugnã descenderẽt,alii extra aciẽ Romana castra oppugnarẽt.Gallis & Samnitib⁹ pugna delegat.Vmbri interea & Hetrusci castris imminerẽt.Hęc hostiũ cõsilia Clusini transfugæ ad Romanos cõsules deferũt,ad quę discutiẽda,Fuluio & Posthumio,quorũ hic in Vaticano,ille in Phaliscis,ad hos casus,exercitũ habebãt,copias Clusiũ admouere imperãt,lateq; hostiũ fines populari.Hui⁹populationis phama Thuscos ex Sentinati agro, ad cladẽ arcendã citra Apẽninũ reuocauit,qbus absentibus cõsules rẽ gerẽdã rati,hostẽ ꝑlio lacessunt.biduũ leuioribus pręliis datum.Postremo totis viribus in planiciẽ descensum.Interea quũ vtrinq; instructi starent,lupus ceruã ex ꝓximis mõtibus ꝑsecutus, medium inter vtrãq; aciem ꝑcurrit spatium.Inde cerua ad Gallos cursu delata cõfugit. Lupus in Romanos auersus p medios ordines(data est eñ Martię ferę ad euadendũ vĩa) incolumis euasit.Dextro cornu Galli,sinistro Samnites constiterũt.Gallis se Fabius obiecit cũ prima & tertia legione, Decius quintam & sextã aduersus Samnites tenuit. Secundã Volumnius & quartã ꝑr id tẽpus in Samnio habebat.Adeo ęqs ab initio virib⁹est vtrinq; cõcursum, vt si Hetrusci ꝑlio interfuissent, clades omino ingẽs fuerit eo die.Romanis adeunda.Trahere Fabius de industria ꝑlium:etenim satis scire hostiũ ferociã,cũ ipso ardore pugnę,remissum iri. Nota erãt Gallorũ ingenia laboris & ęstus intolerãtissima.Terribilia primo & ferocia,mox fluida & remissa.Contra Decius qcqd viriũ habuit primo certamine effudit,& qa pedestris pugna frigidior erat,equitatũ in hostes concitat.Ipseq; globo immixtus,ad rẽ bene gerendã cęteros hortatur. Bis Decius fudit aduersum equitatũ,perruperatq; iam in medias Gallorũ alas, quum in nouum genus pugnę incidit.Armatus hostis in essedis sedens,ingẽti equorũ & rotarum strepitu inuect⁹ Romanũ equitatum nouitate rei territum in fugam auertit , virosq; & equo ruẽtes improuida fuga ꝓculcat.Multi vehiculis in mediũ agmẽ actis obtriti,nec Galli interim vllum respirandi spatiũ territis dabant,inclinaueratq; haud dubie ab ea parte fortuna.Decius vbi,neq; pre

Lupa ęnea.

Clusium olim Camarsolis.

Cæditur Roma.legio ad Clusium.

Augurium

Ferox concursus.

Gallorum ingenia.

Gallorum cõmentum

cibus,neq; minis sisti posse fugã vidit,paternũ secutus exẽplũ M. Liuio pontifice quẽ ad hos casus penes se in acie habuit,pfari carmẽ iusso,se & hostiũ legiones diis manibus deuouit.De uotus Gabino ritu cinctus, qua cõfertissima erat Gallorũ acies,bellatorẽ equũ immisit,ibi in festis telis vndiq; petitus exẽplo cõcidit. Ducis interitus q terrori alioqui militibus esse so let,mirũ dictu inclinatã aciẽ a fuga reuocauit.Hortari põtifex ac testari vicisse Ro.fato cõsu lis defunctos esse omni periculo.Gallos & Samnites telluri & diis manib⁹ deuotos iã pugnę immemores alienata mẽte astare,irẽt deuotãq; aciẽ sternerẽt. Et iã Martius & Cornelius Sci pio cũ subsidio aderãt a Fabio missi,ita pugna nõ solũ ea parte instaurata est,sed cœpt⁹ etiã sterni hostiũ globus.Fabius Gallis dextro cornu fatigatis,Samnitibusq; fugã circũspectãtib⁹, vna eqtũ ala immissa,quę a tergo barbaros inuaderet,terrorẽ illis incutit, quos loco submo tos principes tertię legionis degrauare iubet.Et iã palã vtrinq; hostes fusi passim sternebantur,quũ cõsul ad Samnitiũ castra oppugnanda occurrit,q̃ Gellio hostiũ duce cadẽte momẽ to tẽporis sunt capta.Cęsa eo die quatuor & viginti hostiũ milia, Octo capta. Nec Romanis ex victoria incruẽta fuit septẽ milib⁹ex Deciano exercitu, mille & trecẽtis ex Fabiano in acie amissis.Spolia hostiũ Fabius in vnũ coaceruata victor Ioui ex voto concremauit. Decii cor pus postridie inuẽtũ,multis militũ lachrymis honorificẽtissime est funeratũ.Per eos dies qui bus in Sentinati agro est pspere a Romanis pugnatũ,Gn. Fuluius in Hetruria hostiles agros late populatus,manũ cũ Thuscis cõseruit,ac tria hostiũ milia & ampli⁹ vna acie cõfecit.Sãni tiũ agmen castris exutũ,quũ in Samniũ cõsternatũ abiret,a Pelignis circũuentũ,ex quinq; mi libus qui pugnę superãt mille ferme obtrũcati sunt.Fabius Romã reuersus,de Gallis Samni tibus & Vmbris triũphauit.Celebrata est eo triũpho militari carmine Decii consulis mors. Militib⁹ octogeni bini ęris dati ex pda,sagaq; & tunicę munera ea tẽpestate rara.L. Volũni⁹ in Samnio hostẽ in Tifernũ montẽ compulsum,iniquitate loci nihil deterrit⁹ fudit fugauitq;. Rebus vtrobiq; bene gestis,in Hetruria tñ & Samnio nihilominus bellũ adhuc residuũ erat, nã & Thusci Perusinis authoribus rebellauerant post consulis digressum,& Samnites Vesti num & Formianum agrũ prędati,oĩa terroris compleuerant.In eos Appius Claudius prętor cũ Deciano exercitu est missus.Fabi⁹ in Hetruriã reuersus quatuor milia Perusinoꝝ plio oc cidit,cœpit ad mille.DCC.&.XL.Appius & ipse collatis cum Volumnio castris,in Samnites acie dimicauit.Atrox pugna fuit,Romanis ęgre ferẽtib⁹,q toties Samnites rebellassent,Sãni tibus spe vltima vitę & fortunarũ dimicãtib⁹.Cęsa ergo Samnitiũ.XVI.milia & ducẽti,duo milia capta,& septingẽti.Fuit hic annus rebus bellicis felix,sed ciuitati pstilẽs,variisq; pdi giis sollicitus:nã & terrã multifariã pluisse ferũt,& in Appii Claudii exercitu plęriq; fulmi ne icti sunt.Ob quę pdigia sunt libri Sibyllini aditi & Q.Fabius Gurges cõsulis ei⁹ anni fi lius,aliquot matronis stupri damnatis ex mulctatio ęre Veneris ędẽ ad circũ maximũ statuẽ dam curauit.Habuit sequẽs annus cõsules M. Posthumiũ Megellũ & M. Attilium Regulũ. Ambobus Samnites puincia data,bellũ anno sexto & quadragesimo iã antea ichoatũ,adhuc cũ his erat.Posthumius aduersa valitudine implicitus Romę fuit. Attilius in Samniũ pfect⁹ in ipsis finib⁹ hostẽ obuiũ habuit.Hic Samnites,qd vix Ro.toties victor fuisset ausus,Roma na sunt castra oppugnare adorti.Tantũ vltima desperatio nõnunq̃ audere cogit. Texerat ca ligo ingẽs terrã,vt lucis etiã vsum adimeret,hac tẽporis opportunitate Sãnites freti,impro uiso accessu,decumana porta,custodibus cęsis,in Romana castra irrũpunt.Clamore inde sub lato q̃storium occupãt,Opimiumq; q̃storem obtruncant.Consul subito tumultu excit⁹ dua bus cohortib⁹ad ptorii custodiam relictis in hostẽ vadit,anceps pmo certamẽ fuit, vt in re dubia,inde militũ globus cõsulis psentia & periculo cõmotus,summa ope annixus, hostẽ ca stris eiecit.Eiecto instare insidiarũ metu non est ausus. CCC.hostium periere, Romanorum: CC.circiter &.XXX.Tantum audaciæ attulit successus ille hostib⁹,vt pabulatione infesta coactus sit consul hostiũ finibus excedere. Is terror ad vrbẽ perlatus Posthumium alterũ cõ sulem,qui vix bene a morbo conualuerat,in puinciam traxit.Ibi duo consules cũ duobus ex ercitibus hosticum ingressi,Posthumius Miloniam post acerrimum certamen expugnauit. Cęsa dicuntur ad tria hostium milia,quatuor capta & septingenti.Ad Ferentinum mox itũ. Hoc & alia plęraq; oppida sine certamine ex Samnitib⁹ capta,vnde ab hoste populariter fue rat migratũ.M.Attilius maius omnino negociũ cũ hoste habuit, & in Lucernis finibus pri mo incerto euentu congressus,agmen adeo vulneribus affectũ in castra reduxit,vt postridie quũ neq; precibus,neq; minis in aciẽ educere posset, statuerit vel solus in prælium ire, certo

Decii deuotio.

Cæsorũ hostiũ nũerus

Fabii triũphus.

Perusinorũ cædes.

Prodigia.

Consules.

Samnitiũ facinus.

Milonia capitur.

moriendi cōsilio,priusq̄ a Sānite toties victo se circūuallari pateret. Enimuero hostes pcul abituri,quū vna recta via esset,q̄ ante Romanorū oculos ducebat,aliā olno speciē pbuerunt a fuga lōge diuersam,velut ad Romanū vallū oppugnādū pergerēt, nō fugam meditarentur. Tribuni primo & centuriones,mox reliqua acies pudore affecta, eundē cōsulem in aciem est secuta. Samnites vbi hostē adesse vident,sarcinis in mediū coniectis,sese ad pugnā expedīūt. Vtrinq; acies nō nihil immota stetit,atq; anceps an pugnā capesseret.Deiu plio inito Romani in fugā vertunt.Tū cōsul cū eqtibus,cursu ad portas delatus,ferri aciē in fugiētes vertit, equitibus vt idē faciāt edicit,alta voce milites increpās,nūc timidos,nūc ignauos vocat,aut redeūdū in aciē esse pclamat,aut ante vallū p hostibus cadēdū.Miles necessitate adductus in hostē vertit,& consul Statori Ioui ædē vouet,si suorū fuga eo die sisteretur. Conuersis signis redintegrat pliū pulsiq; retro ad impedimēta Sānites.Illic iterū hęsit pugna,vbi vero hostis a Romano equite circūuētus,quū a frōte satis supq; a milite grauaret,post cędē & stragē multā,ad deditionē se cōuertit.Septē milia deditorū & septingēti sub iugū missi. Pugna ad quatuor milia absumpserat,nec incruēta obrigit ea Romanis victoria,septē milibus &.CCC.desideratis.Paucis inde diebus alter Sānitiū exercitus pda honustus ī Attiliū ipsum, a Luceria redeūtē,incidit.Hic quoq; hostis subito plio exceptus pda exuit, multisq; in medio cęsis,foeda fuga dissipat.Tentauerāt hi Interamnā Romanā coloniā in Latina via occupare,quod in cœptū quia iis irritū fluxerat,magnā ex circūiecto agro prędam abegerant. Res Interamnatibus restitutę.Ipsi Attilio comitiorum causa Romam venienti,ob ingentē militū iacturā,& q; captiuos hostes iniussu patrū sub iugū misisset,negatus est triumphus. Posthumius alter consul,quia in Samnio iam belli materia deerat,in Hetruriā transgressus,Volsinensem agrū primo vastauit,duobus milibus hostium cęsis,qui ad arcendam populationem occurrerant. Rossellanus ide ager vastatus,& oppidū cū magna hostiū cęde expugnatū. Ob hęc & qa res Hetruscorum multis cladibus aliis super alias fuerāt accisę,pax fuit in reliquū anni. Tribus Hetrurię vrbibus,vt tū opes erāt,validissimis, Vulsiniis,Perusia,& Arretio pacem petētibus inducię in.XL. annos datę,mulctaq; quingentum milium æris singulis ciuitatibus indicta. Posthumius Sānio & Hetruria domitis, quū Romā reuersus a senatu triūphū non impetraret,quia in Hetruriā iniussu patrū ex Samnio bellum transtulisset,ad Tribunos plębis confugit,res inde ad populū delata, cuius suffragio inuitis patribus Posthumius celebrē triūphū egit.Claudius Quadrigarius scripsit Posthumiū,post aliquot vrbes in Samnio captas,ab hoste in Apulia fusum,Luceriamq; compulsum,nec vter consulum in Hetruria bellum gesserit apud alios satis liquet.Qui hunc annū proxime secutus est,L.Papyrium Cursorem cōsulem habuit,qui ingēti prælio,& quāto post Papyrium patrē fuerāt a nullo victi,Samnites strauit. Miret hic aliqs,nec immerito,quonā modo vna gens toties cęsa,aut temere bellū reparare sit ausa,aut reparādo par tot cladib⁹ esse potuerit.Q; sępius rebellarint Samnites,partim feroxingeniū fecit,partim locorū opportunitas. Montana ferme est eorū regio,nec multū externis armis peruia ira adhęc,& inueteratū cū inivria odiū,supra vires animos exagitabat, vt quū maxime vincerentur se haud vinci putarent: sed nihil æque in tot annos bellū traxit ac populorū multitudo,vt credere par sit,non vno tēpore ab omnibus bellatū, atq; ita euenisse vt dū alii interim eiusdē gentis in armis essent,ad reparandā sobolem satis sit tēporis quiescentibus datū.Cōiurauerat igitur per id tēpus,qd haud antea acciderat,omne Samnitiū nomē, Estq; sacrata lege,vt olim,inter eos fœdus ictum.Ioui sacrum fuit caput eius, qui ad Imperatoris edictū non extēplo affuisset,qui ve illius iniussu deseruisset signa. Ad.XL. armatorū milia hac lege velut initiata Aquiloniam conuenerant. Hic in medio castrorū loco linteis & cratibus cooperto aram statuerunt,ad quam multis victimis cęsis centuriones nudis ensibus circūstabant.Huc sigillatim primores gentis admoti iurare cogebātur,quę audita ibi visaq; essent nulli se enūciaturos,se deinde familiāq; suam cum tota stirpe execrari,nisi ad imperatoris edictum conuenirent,citiusq; in acie occūberent.q̄ ex acie metu refugerent,aut si fugiētē vidissent quēq̄,nisi pro hoste habituri essent.Plęriq; id sacramenti genus detrectātes ante arā ipsam confossi perierūt,vt corpora inter victimas proiecta cęteris terrori essent,quo minus id iusiurandū abnuere auderent.Ouius Paccius homo magno natu sacro pfuit,qui se ex veteri Samnitiū disciplina morē hūc hausisse affirmabat, tam religiose,nec aliter, a maioribus suis olim coniuratum dictitans,quū illi adimendę Hetruscis Capuę consiliū cępissent.Igitur primū agmen ex lectissimo quoq;.XVI. milia armatorum habuit,ea legio linteata dicta est a te

Attilii ferocia.

Samnitiū deditio.

Interamna.

Inducię Hetruscis dantur.

Cur Sānites toties rebellarint.

Sacratum fœdus.

Legio linteata.

gumēto septi, in quo fuerāt sacramēto admoti. His arma insignia data, & cristatę galeę, vt inter cęteros eminerēt. XX. miliū & āplius alter exercit⁹ nō specie corporū, aut belli gloria, sed armorꝫ habitu linteatęq; legioni dispar, atq; hoc hoīm robore Samnites ad Aqloniā cōsederūt.

Cons. Sp. Caruilius Papyrii collega aliquāto prius in prouinciā venerat cū his legionib⁹, quas M. Attili⁹ supioris āni cōsul ī agro Interānati reliq̄rat, cepitq; Amiternū oppidū de Sānitibus. (Amiternū.) Duo milia hic hoīm cęsa. quatuor & āpli⁹ capta. Paucis īde dieb⁹ Papyri⁹ cōsul, cū nouo exercitu Sāniū īgressus, Duroniā expugnauit, maior hic cędes, q̄ ad Amiternū edita, īde cōsules (Duronia.) per hostiū agrū euagati, ad Cominiū Caruilius cōsedir, Papyri⁹ ad Aqloniā, vbi hostes ab initio castra fecerāt. (Cominiū.) Hic aliquot dies leuiorib⁹ p̄liis absumpti. Postremo Papyri⁹ extremę dimicationi ītētus, ad collegā mittit (distabāt inter se Romana castra ad. XX. milia passuū) esse sibi in aīo postridie cū hoste cōfligere, daret iterim operā, vt Cominiū acrius aggressus, hostē interī occupatū haberet, ne suis suppetias iret. Ipse pri⁹ q̄ signū pugnę pponeret, pauca p cōcione militū de vano hostiū apparatu locut⁹, (Oro Papyrii ad suos.) Nō galeę ingt viri fortes, nō clypei, nō linteę tunicę, q̄ ab hoste ad terrorē ostēdunt, plus ī acie valēt, q̄ ferrū, hoc opus, quū res gerēda est, hoc aduersos cuneos rescindit, viāq; sibi ad victoriā facit. Illa qdē nō tā pugnę necessaria, q̄ gestu decora, estq; illecebra q̄dā hostiū ad p̄dā anhelantiū. Quid si nō sępe experiētia cognitū esset q̄ vanus sit eiusmodi rerū apparatus, ac tū maxime quū aurea argēteaq; eiusdē gētis acies a patre meo occidione occisa est? Honestiora qdē tū spolia victoribus fuere q̄ iis, q antea gesta uerāt, esse potuissent, & iā forsitan familię nostrę datū vt aduersus maximos huius gētis conatus Papyrii duces opponamur, spoliaq; a nobis referant ad publicorū ornamētū locorum idonea. Scio ego deos fœderū vltores adesse, q̄ toties hostes petita fœdera fregerint, nec arbitror gētē ipsam magis vnq̄ infestos habuisse deos, q̄ hoc tēpore, quo illorꝫ aras humano sanguine fœdarūt, īuitusq; sit miles seipm deuouere coactus, ita vt merito sint deos infestos, ciues, & hostes, eodē tēpore habituri. Milites ī spem bene gerēdę rei huiusmodi sermone erecti, alacri clamore pugnā deposcūt, dolētq; ī posterū diē certamē differri. Nemo erat, qui nō pugnę cupiditate teneretur, ita vt pullarius in auspiciū a cōsule missus, quū pulli nō pascerent mentitus solistimū consuli tripudiū renunciare sit ausus. Lętus consul tanq̄ vera audiuisset, signū pugnę proponit, interim transfugę indicio ad consulē defertur. XX. hostium cohortes Cominiū pfectas, qd ne collegā lateret, misit qui cursu celerrimo id illi nūciaret, inde copiis ī æquū eductis, dextero cornu L. Volumniū, lęuo L. Scipionē pfecit, C. Cęditiū & Treboniū legatos equitū alis pesse iubet. (Romana acies.) Spurio Nauio edicit, vt mulos clitellis detractis, cū cohortib⁹ alariis, occulte mōtibus circūageret, inde medio cōgressu ex colle prius demōstrato cū strepitu & clamore noui subsidii speciē suis exhiberet, & iā cōcursurę erāt vtrinq; acies, quū ad cōsulē desert ortā esse inter pullarios de auspiciis cōtētionē. Ipsi ingt luāt, siqd fraudis inest, mihi solistimū tripudiū nūciatū est. Hęc ille, atq; vna mādat pullarios in prima acie cōstitui. Mirū hic accidisse aiūt, vt priusq̄ pugna orta sit, pullari⁹ ante aciē stās telo saucius cōciderit. (Pullarii interitus.) Sed qualia hęc habēda sint, sępi⁹ est a me signifi[illegible]tū. Id vbi cōsuli renūciatū est, dii, ingt, ī p̄lio sunt. Luit mēdacii pœnā noxiū caput. Cui hęc dicēti coruus. vel malus dæmon poti⁹ supne occinuit, quo lętus augurio cōsul signa canere clamorēq; tolli iussit. Raro alias tā disparibus aīs p̄liū est initū. Hinc ira, ardor, spes, militē in p̄liū rapit. Illinc īplicitus supstitione miles, religionis metu a fuga phibet, accurrere dirus ille sacrorū apparat⁹, aręq; fando nefandoq; sanguine conspersę, sęua execratio, ac furiale carmē fugę obstabat, plus ciuē q̄ hostē timere. Stat Romanus cōtra, attonitūq; metu hostē, atq; ægre pugnantē, ab vtroq; cornu vrget, & iam cędes ad hostiū signa puenerat, quū procul densus puluis significauit recētes adesse copias. Is Nautius erat qui, vt consul iusserat, ramis arborū torrido solo versis, cū suis de industria dēsum puluerē excitabat. (Samnitiū stupor.) Perculit subitus aspectus nō Samnitē solū, sed Romanū etiā militem Papyrii consilii ignarū, ibi consul alta voce collegam Cominio capto adesse conclamat, irent milites atq; enixius conati hostes priusq̄ alter exercitus adesset, funderent fugarentq;, totāq; sibi p̄sentis victorię laudē vindicarent. (Papyrii stratagema) Hęc ille equo sedens, vnaq; centurionibus imperat, vt repente patefactis ordinibus, spatiū equitib⁹ darent ad hostes inuadēdos, qui signo accepto cū fremitu in aduersam aciem decurrūt. Interea hinc Scipio, inde Volumnius nihilo secius Sānitē sternūt. Hostes vndiq; degrauati, vi hominū deorūq; neglecta, simul iurati iniuratiq; fugā capessunt. Peditū agmen ex acie reuulsum ad Aquiloniā in castra fugā inclinat, equites & omnis nobilitas Bouianū. Castra a Volūnio extēplo capta sunt, Scipio q ad Aquiloniam

cursum intẽderat,suos hortatus,ad terrã desiluit,scutoq; sup caput elato.portas subire pgit. Secuti mox alii,factaq; testudine in vrbẽ Romanus irrupit. Tenuit tamen certamen cũ hoste ad noctẽ,cuius silẽtio oppidani & q eo ex acie cõfugerãt agmine decesserũt. Cęsa vno die ad Aquiloniam.XXX.hostiũ milia.CCC.XL.Quatuor milia capta & amplius,signa militaria septem & nonaginta. Pari euentu ab altero cõsule res ad Cominiũ gesta,admouerat ille vrbi copias præsidiis circa portas dispositis,nequa fieri posset eruptio,quum nuncium accepit de XX.cohortibus,q̃ eo venire dicebantur,tũ pręsenti vsus cõsilio, Decium Brutum cũ legione vna &.XX.cohortibus alariis venientibus mittit obuiã,mãdatq; vt si insidiis exceptũ hostẽ opprimere non possit,procul saltẽ ab vrbe acti certamine distineat. Ipse scalis haud vno loco admotis testudine ad portas succedit,& in muris & pro portis restitit ab initio hostis, atrox pugna vtrobiq; fuit. Postremo refractis portis,muroq; plurib⁹ locis subruto,vbi victorẽ ĩtra moenia Samnites viderũt,in forũ est cõcursum. Ibi paululũ redintegrata pugna est, fuissetq; per oẽm sexũ & ætatẽ sine discrimine cędes euagata,nisi subito abiectis armis victi veniã implorassent.XL.milia.CCC.in fidẽ cõsulis venere,ad quatuor milia cęsa. Cohortes,q̃ venturę dicebãtur,in castra medio itinere reuocatę neutri ꝑlio interfuerunt. Egerũtq; rerũ omniũ incerti noctẽ vnã,inter Cominiũ & Aquiloniam. Postridie sub lucẽ rebus per noctẽ vtrinq; exploratis,ꝑcipiti fuga Bouianũ cõcesserũt.CC.extremi agminis qđ Romani equites carpebãt, amissis. Aquilonia & Cominiũ vrbes direptę vno die deflagrarũt. Mutua inde congratulatione consules castra iunxerunt,atq; vterq; suos vt erãt cuiusq; merita,Corniculis,Armillis, Aureisq; coronis donauit. Mox vbi per literas Romã significarũt q̃ feliciter respu.in Samnio administrata esset,diuersi cum suo exercitu, Papyrius ad Sepinum oppugnandũ, Caruilius Volanam abierũt. Romę quatriduũ ob res feliciter in Samnio gestas supplicatum. Caruilius paucis diebus, Volanam, Palumbinũ, Herculaneum de Samnitibus cepit,atq; ad Herculaneũ bis pugnatũ,cęsaq; ad.X.milia hostium. Erantq; res Samnitium per hęc quantũ nullo anteą tẽpore accisę,quũ Cõsules iussi sunt inter se Hetrutiam ꝑuinciã sortiri,iam enim Hetrusci Phaliscis in societatem belli ascitis defecerant. Caruilio Hetruria euenit. Ad Sepinũ durius certamen cũ hoste fuit,cęterũ vrbe bellicis operibus & virtute militum capta, itę Papyrius indulgens,crudeliter victoriã exercuit: ad.VII.milia cęsa & quadringentos,capta plus min⁹ tria milia. Et iã omnia erãt niuibus operta,quũ Papyrius exercitũ Romam reduxit,magno omniũ ordinũ consensu triumphus illi decretus est,prelata ante currũ pręter hostium spolia æris vicies centum milia,auri tria & triginta milia,atq; omnia in ærarium,non sine militum indignatione,q; pręda fraudarentur,illata. Consul ædem Quirini dedicauit. Eam ipse an pater vouerit parum constat,templum ipsum forũ cęteraq; vrbis loca sacra & prophana exornauit ex hostiũ spoliis,quorũ tanta fuit copia,vt colonis sociisq; finitimis, in hunc vsum, ex vrbe trãsmissa sint. Ab triũpho in Vestinũ agrum qui Samnitibus erat infestus,hibernatum duxit. Caruilius interea Troilum oppidum in Hetruria vi cepit,fuerit ne id oppidum qđ alii Trosulum dixere: vnde & Ro.equites,quia locum sine vlla peditum opera ceperint, fuerunt Trosuli appellati,haud facile dixerim. Expugnauit inde Caruilius castella q̃dã munitissima. Phaliscis pacẽ petẽtibus in bienniũ inducias dedit,pactus centũ milia grauis æris,& vt eius anni stipẽdiũ exercitui pẽderẽt,ipse quoq; triũphãs in vrbẽ ingressus.CCC.nonaginta milia grauis æris ptę se tulit,militibus cẽtenos binos asses ex pręda diuisit, duplũ cẽturionibus & equitibus,cęterã pecuniã ad ædem fortis fortunę locandã seposuit. Ædes hęc iuxta veterem illam a Seruio Tullio erectã constituta est. Lustrũ hoc anno cõditũ P.Cornelio Aruina & C. Martio Rutilio cẽsoribus. Sũtq; capita ciuiũ censa.CC.LII.milia.CCC.XXI.fuit census ille sextus & vigesimus a primis cẽsoribus. Eodẽ anno,ob res feliciter foris gestas,populus coronatus Romanos ludos spectauit,palmęq; victoribus datę. Creati inde cõsules Fabi⁹ Gurges Fabii maximi filius,& Iunius Brutus cognomento Scęua. His cõsulibus ne non semper causa esset aliqua,q̃ ciuitatẽ recẽti aliqua imbueret superstitione, quũ forte annus ille pestilẽs esset, ex Sibyllinis libris de more aditis, relatũ est Æsculapiũ in eius mali remedium ex Epidauro Romam accersendũ. Verũ cõsulibus bello occupatis, quia eo anno nemo est ĩ Gręciã missus, supplicatio in diem vnũ illi decreta est. Adhuc res populi Romani,ea serie, qua Liuius p reges primo,mox per annuos magistratus explicauimus, iã hinc alius seruãdus ordo, quando neq; illius monumẽta,neq; alterius extent,quę velut fastos eius gentis nobis suggerãt, q; in tanta rerum explicãdarũ multitudine,satis habiturũ lectorẽ existimo, si seruato temporum

Hostium cędes.

Cominiũ capitur.

Aquilonia.

Ingens ex Samnitib⁹ pręda.

Ædes Quirini.

Troilum capitur.

Trosulũ.

Ædes fortis fortunę.

Census vrbanus.

Consules.

ordine,per quos res gestę sint,non ignorabitur, qđ in externarũ etiã gentiũ rebus referendis est a me ab initio operis seruatũ.Nũc ne nimiũ in nostris immoremur,Macedonũ gesta sequẽs habebit relatio.Nam dũ hęc quę diximus,a Romanis in Samnites & Hetruscos gerũtur, res eius gẽtis nihilo minore motu q̃ antea cõcussę sunt . Ptolemęus,Cassander & alii diuersę factionis, qbus Antigoni opes merito suspectæ erãt (creuerãt enim omnino magis q̃ vt singuli æmulari possent) bellũ summo studio in vnũ cõparãt.Cęterũ quia Cassander in Europa aduersus finitimos ĩ armis erat,Lysimachũ cũ ingẽtib9copiis ad Ptolemęũ & alios socios misit.

Lysimachi studium.

Erat Lysimachus Macedo, claris ortus natalibus, sed militari gloria & laude ingenii clarior adeo philosophiæ studiis ab initio captus, vt Callisthenem, quẽ ob coniurationis suspitionẽ Alexander occidit,auribus naso labiis crudeliter trũcis, cauea cũ cane inclusum,audire perseueraret,eiq; in remediũ malorũ venenũ miscuisse sit creditus, tulissetq; id ille a rege superbissimo haudquaq̃ impune,nisi maior fuisset virtus q̃ suppliciũ . Leoni, vt quidam scribunt,

Lysimachi pugna cũ leone.

Alexãdri iussu obiectus,manũ manipulo inuolutã in fauces irruentis beluę iniecit,linguãq; forte adeptus nõ prius ab ea cõuellenda destitit,q̃ rege,& q cũ eo aderant stupentibus,beluã exanimẽ ad terrã deiecit.Fuit id cõstãtię exẽplũ illi.apud Alexandrũ saluti,quippe q iuuenẽ data venia inter familiarios recepit . Nec ille ꝓpterea minore fuit fide in regem,vtpote qui Alexandrũ postea solus p vastas arenarũ moles fideliter fuerit comitatus,quũ insectãdorum hostiũ studio dux ferocissimus ꝓcul a suis deerrasset. Qua sane expeditione rex equo desiliẽs

Diadematis vsus.

Lysimachi frontẽ imprudẽs cõsauciauit,ibi quũ sanguinis fluuius aliter sisti nõ posset, diademate e capite sublato vulnus obligauit,quę res auspiciũ illi fecit regię in posterũ dignitatis. Alexandro vita defuncto,prouincia omniũ asperrima illi cessit,Thracia cũ tota põtici maris ora,tãtum virtute cęteros duces anteire est creditus . Accessit & Seleucus nouus hostis An-

Seleuci Genesis.

tigono:fuit Seleucus Antiochi filius,qui vnus fuit ex claris Alexandri ducibus . Is vxorem Loadicen habuit,q̃ ea nocte qua Seleucũ cõcepit,per quietẽ sibi visa est cũ Apolline cõcũbere a quo annulũ anchorę figura insculptũ in fidei argumẽtũ accepisset,eũq; in lecto repertũ,diligẽterq; asseruatũ, Laodice Seleuco de sua origine edocto in Asiã cũ Alexandro eunti dedit.

Anchora.

Adiicitur fabulę Seleucũ & ab eo procreatos femur natiua anchora insignitum habuisse,sed de his apud lectorẽ fides erit,illud satis cõstat,regnũ in Asia adeptũ,quatuor clarissimas ibi-

Vrbes a Seleuco conditę.

dem vrbes cõdidisse.Seleuciam a suo noĩe iuxta Tygrim.CCC.stadiorũ circuitu,& a patris Antiochi nomine Antiochiam apud Daphnen . In Pieria Laodiceã & Apameam . hanc ab vxoris nomine,illã a matre nũcupatã.Principio castrorũ tribunus ab Arideo & aliis creatus, post regis in Macedoniã digressum Babylonẽ occupauit.Bactrianos vicit, & Indorũ gentes, quę post regis ĩteritũ pręfectis subita defectione cęsis a Macedonibus defecerãt,in quibus ad imperiũ reuocandis,magnũ illi negociũ fuit,cũ Sandrocho,qui iussus olim ab Alexandro ob noxam quãdã occidi,fuga ad Indos sibi salutẽ q̃siuerat.Ferũt fatigatione corporis,quũ forte medio fugę tẽpore in nemore quodã sopore pressus iacuisset , leonẽ enormi magnitudine ad eum accessisse,qui sudorẽ corpore manantẽ placide lamberit , atq; somno excitatũ beluæ immanitate exterritum placide reliquerit.Hoc quoq; prodigio ad spem regni impulsus post Alexãdri interitũ Indis vt rebellarẽt ꝑsuasit,cęsisq; Macedonibus regnũ occupare est ausus.

Sandrochi casus.

Seleucus rebus cũ Sandrocho cõpositis,ad sociale bellũ rediit.Ego causam belli a Seleuco in Antigonum suscepti fuisse arbitror, ꝙ eo Indicis rebus occupato Demetrius Antigoni filius Mesopotamiam ingressus, dimidiũ Babylonis occupauit,ex altera parte vrbis Seleuci p̃sidio

Demetrius dimidium Babylonis occupat.

expulso . verum quia tota vrbe potiri non contigit, ratus haud diutius in ea cõmorandũ in qua incolumis esse nõ poterat,prędabundus iter ad mare cõuertit, quo tumultuoso nuncio Seleucus excitus,rebus Indię ad tẽpus constitutis , hostis Antigono, ob eam iniuriam,fit in Mesopotamiã reuersus.Inuidia,q̃ cęca est,vt dicit,Antigonũ adegit,hostilia in Seleucũ moliri,quẽ sua opa in principatu cõstitutũ ægre ferebat tã late sibi regnũ ad orientẽ ꝓpagare,vt & Indos quoq; impio subigeret.Cęterũ vt aliquo maiore negocio ex tã speciosę victorię cursu excuteret,filiũ ad Babylonẽ occupãdã cũ exercitu misit. Demetrius Mesopotamia relicta quũ Alicarnassũ a Ptolemęo obsideri accepisset , iter ad mare cõuertit,vrbẽq; opportuno accursu obsidione liberauit.Rebus inde prospere fluentibus,nõ suo magis q̃ patris consilio in Gręciã,Cassandri imperio subiectã,trãsmisit,vt eã in libertatem restitueret.Tenuit ab initio anceps cõsultatio,vnde potissimũ id bellũ inchoari oporteret.Censebãt quidã primũ omniũ Athenas velut vnicum Græciæ lumen , Cassandro adimendas , præsidiumq; ipsi vrbi im-

põnẽdũ.Negauit id se facturũ Demetrius,beneuolẽtiã dictitãs optimũ esse regni fundamẽtũ firmũq; p̃sidiũ.Ducẽtis igit̃ & qnquaginta nauib⁹ exercitu in Grętiã deportato, cõfestim est magnus aĩorũ motus subsecut⁹,sub ipsi⁹ ĩ Atticã appulsũ. Administrabat iã decimũ annũ rẽ Atheniẽsem Demetrius Phalereus,Cassandri p̃missu,homo in peripatetica disciplina clarus. Nulla vnq̃ ciuitas maiores cuiq̃ honores tribuit,trecẽtę æneę statuę atq; earũ equestres plurimę ab Atheniẽsib⁹ illi erectę dicũt:Id gratię an fortunę sit datũ,haud facile dixerim. Satis cõstat ciuitatẽ ab eo vectigalib⁹& ædificiis magnifice & vtiliter auctã.Is portu Demetriana classe occupato,quia Atheniẽses aperte ad defectionẽ spectabãt,cũ hoste egit, vt liceret sibi Thebas cũ amicis & domesticis p̃ficisci. Id non solũ non est a Demetrio illi negatũ,sed data etiam ab eo opera,vt incolumis cum quibus vellet in tuto statueretur,post cuius digressum Atheniẽses oẽs eius statuas euerterũt,p̄ter vnã,q̃ in arce fuit,q̃ subita animorũ mutatio arguit,q̃ incerta sit popularis aura,quę per æqua & iniqua ab iis,qui ad rẽpu. accedũt, incerto captatur euẽtu.Ipse de statuarũ euersione factus certior,dixisse fert̃. At illi virtutẽ euertere non potuerũt.Post Cassandri interitũ,qui haud multum deinceps secutus est: Demetrius in Ægyptũ nauigauit,ibiq; apd̃ Ptolemęũ Soterẽ diu versatus,aspidis morsu ictus obdormiscẽ ti similis obiit. Media in eo dicendi figura,philosophię scilicet & oratorię particeps.Primus Atticã eloquẽtiã inclinasse creditur.Iosephus apud Philadelphũ,nõ Soterem Ptolemęũ honorifice versatũ scribit,cuius rex opera,in bibliotheca Alexandri cõstituẽda sit p̄cipue vsus. Demetrius Antigoni copiarũ p̄te Athenis relicta (nã Munichia adhuc Cassandri p̃sidio tenebatur) Megaras cõcessit. Huc illi affert̃ Cratesipolim q̃ ab Alexãdro fuerat Polyperconti data,fœminam Persici generis,eleganti forma,cup̄ete secũ congredi.Intẽperans iuuenis,& in libidines pronus,relicto ad obsidionẽ exercitu.cũ expeditissima manu ad Cratesipolim , quæ Patris erat,ire pergit.Vbi ad cõstitutũ locũ venit,parũ abfuit , quin tabernaculo paululum a suorũ cõspectu auerso,vt cõmodius mulieris accessum cęlaret,hostibus in eã occasionẽ erectis,sit turpiter cũ ea oppressus.Fuga tñ ad suos incolumis euasit.Eius tabernaculo cũ omni supellectile hostes potiti sunt.Nec ita multo postq̃ ille Megaras rediit,in vrbẽ receptus quũ multa passim a militibus diriperent̃,Atheniẽsibus p̱ finitima ciuitate p̄cantibus,libertatem Megarẽsibus restituit. Interea ad se Stilponẽ vocari iussit,de quo magna qdẽ apud Megarẽses & cęteros Gręcos ĩ studiis sapiẽtię erat opinio.Demetrius illũ comiter affatus, p̄humane rogat,an ei milites aliquid ademissent,nihil inqt Stilpo,sciẽtiã enim adimere nõ potuerunt: Cętera nõ mea sunt sed fortunę.Capt⁹ Demetri⁹ tẽp̄stiuo hoĩs sermone,ex hoste ei⁹ est auditor factus.Postremo Demetrius Megaris p̄fectur⁹,quũ seruitia Megarẽsib⁹ abstulisset , ad Stilponẽ cõuersus dixit.Liberã vobis Stilpo ciuitatẽ relinquo.Sic Demetri est inqt ille,nullũ ĩ ea seruũ reliquisti.Demetri⁹ Athenas reuersus,hostiũ p̃sidio ex Munichia pulso,arcẽ diruit. Atheniẽsibus libertatẽ cũ patriis legib⁹ restituit, qntodecimo ãno postq̃ a Macedonib⁹ fuerãt opp̃ssi.Atheniẽses gen⁹ hoĩm ĩ assentationẽ p̱p̄esum publice decernũt , vt Demetrius & Antigonus regũ reges appellarent̃,vocarẽturq; Dii seruatores,essetq; ĩ vrbe seruatorũ sacerdos.Ara ibi erecta est vbi Demetrius primũ e curru descẽdit, vt idẽ & pater Antigon⁹ ĩ peplo vna cũ Ioue & Pallade intexerent̃,vt duę tribus veterib⁹ adderent̃, Demetrias, & Antigonia.Stratocles adulationũ inter suos populares inuestigator maximus,decretũ tulit,vt legati,q̃ ad eos mitterent̃,vt illi q̃ ad Olympia sacra & Pythia publice accedebãt,sacri haberẽtur.Sed quãtũ Stratocles in adulatione impudẽs,tãtũ Philippides,veteris comœdię scriptor ab eo vitio diuersus,q̃ huiusmodi leuitatis exprobrãdę occasionẽ nactus,quũ multis cladib⁹ post id decretũ,cœli iniuria Athenę affectę essent,illud ĩ comœdia posuit: Per quẽ cõbussit pruina vites:Per quẽ scissum est ĩ medio peplũ,diuinos honores mortalib⁹ tribuẽtẽ. Hic idẽ aliqñ a Lysimacho rege ĩuitatus vt diceret, siqd vellet a se ĩpetratũ,vnũ respõdit,vt ne quid tuorũ arcanorũ mihi credas.Fuerũt q̃ adhuc aliquãto impudẽtius cẽserẽt,vt quoties Demetrius Athenas veniret,in Cereris & Bacchi hospitio exciperet̃,alii vt scutũ illi Delphis cõsecraret̃,vnde publice captaret̃ oraculũ.Quibus adulationib⁹ corruptus iuuenilis anim⁹,facile in oẽ scelus ac flagitiũ abiit: duxit idẽ vxorẽ Athenis Euridicen ex nobili Milciadis familia. Duxit & alias alibi,& in his Philã Antipatri filiã,p̱ quã est illi postea Macedonũ fauor cõciliatus.Ad huius nuptias,quũ vix cõpelli posset,q̃a ĩ multũ iã ætatis prouecta esset mulier,ab Antigono patre est admonitus,nubẽdũ esse supra naturã,vbi lucrũ ostẽderetur. Duabus igitur ille vxoribus vno tẽpore deditus,scortorũq; cœtibus immersus,adeo in omnes volupta-

Demetrius Phalereus.

Populi inconstantia.

Demetrii verba in Atheniẽses

Demetrius pene periclitatur.

Demetrii & Stilponis cõgressus.

Adulationes. Stratocles. Philippides.

tes pręceps abiit,vt oĩm opinione incõtinẽtissimus ducũ eius ætatis haberet.Interea Antigo ni literis fit certior.Ptolemęũ Cypro insulę iminere.Obtinebat & Cleonides Ptolemęi pfect⁹ Corinthũ & Sycionẽ,quæ postea Demetrias dicta est. Tẽtauit Demetrius Cleonidẽ pecunia corrũpere,qđ vbi efficere nõ potuit,vrgẽtibus de Cypro nũciis,cũ classe in Ptolemęũ mouit, grauiter dolẽs,ꝙ a liberãdę Gręcię ꝓposito auerteret. Eunti Menelaus Ptolemęi frater fact⁹ est obuius,quẽ Demetrius primo cõgressu fudit fugauitq́.Maiore deĩde ṗlio Ptolemęũ vicit, habebat is. CL.nauiũ classem,habebat & terrestrẽ exercitũ accuratissime instructũ. Fremere Ptolemę⁹ minaciterq́ hosti denũciare:vt Cypro facesseret,nec vellet vltima expiri: cõtra Demetrius poscere,vt Corĩtho & Sycione ṗsidia abduceret,tenuitq́ altercatio illa plures dies, erãtq́ oĩm gẽtiũ aĩ in vni⁹ pugnę euẽtũ erecti,nulli dubiũ erat qn vter ea acie vicisset,idẽ ex Alexãdri successorib⁹ maxim⁹ futur⁹ esset. Habebat igit̃ id certamẽ nõ solũ ipsos exercituũ impatores anxios,deq́ belli exitu vehemẽter sollicitos,sed alios quoq́ sũmos duces,q erãt iã pridẽ in ptib⁹.Ad postremũ quũ nihil cõuenire potuisset,haud ꝓcul Salamine ṗliũ cõmisere. Teucer Thelamonis fili⁹, patria ꝓfugus id oppidũ cõdidisse fert̃. Misit Ptolemęus nũciũ ad Menelaũ fratrẽ,vt ĩtẽt⁹ expectaret certamẽ.Id vbi cõtractũ sensisset, ex Salamine cũ sexagĩta nauibus erũperet,hostẽq́ ṗlio intẽtũ a tergo inuaderet. Nec Demetriũ latuit hostis cõsiliũ, misitq́.x.naues q̃ fauces,qbus eruptio faciẽda erat,occuparẽt: ipse terrestrib⁹ copiis ĩ littore collocatis,primo pene cõcursu hostilẽ classem auertit.Cęterũ terrore semel incusso,naues sua spõte turbatas toto mari dissipat,alias capit,alias fluctib⁹ mergit,sexagĩta numero naues ca ptę,cęterę cũ suis turmis passim alto sunt mari deṗssę ṗter octo,quę Ptolemęũ fugiẽtẽ secutę sunt.Demetrius victor,oĩ regio comitatu,cũ ĩgẽti pecunia,bellico apparatu est potitus, & in his Lamia fœmina ea tẽpestate quũ forma,tũ tibiarum cantu lõge celeberrima. Menelaus & ipse nõ multo post,cũ ipsa vrbe, & nauib⁹ quas habebat victori est deditus,& cũ his equites mille & ducẽti,peditũ duodecim milia.Victoris pietas & insignis liberalitas,victoriã p se no bilẽ,multo nobiliorẽ reddidit, cęsorũ hostiũ corporib⁹ sepulturę deditis captiuos restituit si ne pcio,atmotũ quoq́ vim ĩgẽtẽ dono misit Atheniẽsib⁹. Pręclarę huius victorię nũci⁹ adeo Antigonũ,& q circa illũ forte erãt,lętitia extulit,vt & is cõfestim rex fit a suis consalutatus, ipe mox p literas filiũ regẽ appellauerit,qđ exẽplũ secuti q in Ægypto erãt Ptolemęũ regẽ sa lutare cœperũt.Ac tũ demũ cęteri duces,æmulatione accẽsi,se reges noĩare sunt ausi,quũ ad id tps tã supba appellatiõe ptinaciter abstinuissent.Abierũt deinceps illi,humanę sortis obliti,in oẽm vitę turpitudinẽ,scęnicos artifices imitati, q cũ veste vocẽ mutãt & ĩcessum, & qđ subditis gẽtibus calamitosius fuit,coꝝ vita & mores ĩ peius mutati sunt.Sed vt est rerũ humanarũ vicissitudo quędã,qua alternãte nihil homini fuit vnq̃ ĩ vita diuturnũ,haud multo post Salaminiã victoriã,quũ Demetri⁹ ad hostiũ terrorẽ circũageret classẽ,subita tẽpestate ia ctatus ṗcipuã nauiũ ptẽ naufragio amisit, & Antigonus q secus mare florẽtissimũ ductabat exercitũ,quũ in multas difficultates ĩcidisset,copiis oĩb⁹pene deletis,sese domũ victo similis recepit.Erat ille octogenari⁹,ac sup ætatẽ iã decrepitã graui mole corporis ṗmebat̃, vt parũ iã bellicę esset rei idoneus.Demetrius & ipse suę naturę nihil oblit⁹,ab armis ad ociũ reuersus,neq́ modũ neq́ modestiã ĩ pfruẽdis voluptatib⁹ postea adhibuit.Fuit ille eiusmodi ingẽ nio,vt cũ pax esset oĩb⁹ voluptatib⁹ addictus viueret, quũ rursus ad arma respexisset,oĩb⁹ vi tę illecebris ꝓcul abiectis,vitã & mores tẽpori accõmodaret.Idq́ ĩ causa fuit,vt æquiore aĩo Antigonus illi⁹libidines,& intẽpestiuas potationes ferret.Perstringebat tamẽ nõnũq̃ vrbana cauillatione vtrũq́ in filio vitiũ,a quo arctiore osculo exceptus:Lamiã (ingt) credo osculari voluisti.Erat phama illũ Lamię cõgtessu & cõsuetudine cupidius teneri.Questus ṗterea iuuenis,ꝙ molesto rheumate vexaret̃,vide ne Thasiũ sit ingt,aut Lesbiũ potius.Ex vtraq́ enim insula optimũ illi aduehebat̃ vinũ.Sed queãdmodũ Scythę,quũ in multũ temulẽtię prouecti sunt,arcuũ chordas pulsare cõsueuerũt, vt p eã agitationẽ animũ ad pristinã cõtinentiã reuocẽt,ita Demetrius laborẽ & mollitiẽ,medio quodã negocio fungere solitus dicit̃,quippe q sequestra quadã,inter arma & voluptatẽ,industria vsus,naues & bellicas machinas ĩgeniose fabricaretur,non ad sordida & puerilia,vt plęriq́ regum,opera animũ intẽdẽs,sed ad rei bellicę vsum maxime necessaria. Ac mulo melius hęc ille, q̃ Europus Macedonię rex abacos & lucernas fabricare solitus,aut Attalus post ipsum Demetriũ, qui cicutam & aconitũ, aliasq́ perniciosas hęrbas plantare in hortis solebat fructũq́ pcipere. Tolerabilius illud Parthorum regũ,& minus a regio ꝓposito abhorrẽs,qui iacula & cuspides cõficiebant. Audio Maome-

Sycio postea. Demetrias dicta.

Demetrius Ptolemęũ vincit. Lamia.

Regis denoĩatio.

Rerũ vicissitudo.

Demetrii vertibilitas.

Osculum ineptum.

Demetrii domestica opera.

Europi & Attali opa.

thū Othomanū Turcoꝶ īperatorē,q nostra memoria Græcoꝶ īperiū euertit,quū sol⁹ eēt ligu las & cochlearia celare solitū,aut imagines deliniare,vt ociū quoquo modo in negociū verte ret.Cęterū Demetri⁹ multo maiora secutus,qndecīremē naui cōtexuit,& alterā vno ordine adhuc maiorē.Plini⁹ trigītaremē ꝑdidit.Ingētem ṗterea machinam,qua aduersus Rhodios est vsus qui Ptolemęi ptes fuerāt secuti.Machina,ab euētu,vrbiū expugnatrix est dicta,& ip se ꝑ hęc quę flebāt Poliporthos est dict⁹,id est vrbiū populator. Petiti itaꝙ bello ab eo Rho dii,post Cypriā victoriā,qbus quū min⁹ hostiliter q̄ assolet assideret Demetri⁹,forte ita acci dit,vt literę & qdā ad tabernaculū īstruēdū necessaria,a Phila ipi⁹ cōiuge missa,ab hoste in tercepta sint,q̄ quū Rhodii nō solū nō restituissent,sed ad Ptolemęū ī Ægyptū trāsmittēda,ī hostis īuidiam,curassent,Rhodios īfesti⁹ adort⁹,haud tulit eoꝶ excplū imitari.Captā Lalysi imaginē,quā Protogenes Cauni⁹ septē annoꝶ spatio pinxerat,ṗcātibus ne eā corrūṗerēt,īco lumē seruauit.Sunt q scribāt eū ab ipa muroꝶ pte,qua forte tabula fuit;dedicata,ōnem bel licā iniuriā abstinuisse.Tenuit inde plures dies obsidio,sed quū mult⁹ ibi labor īcassum eēt exhaust⁹,optaretqꝫ lōgioris morę īpatiēs alicūde dari sibi occasionē obsidionis honesti⁹ sol uēdæ Atheniēsiū legati ad eū venerūt,nūciātes Athenas iāpridē a Cassandro oppugnari.Ro gare itaqꝫ atqꝫ obtestari ne vrbē a se in libertatē assertā rursus in seruitutē labi pateret.fore, nisi q̄primū auxilio adeēt,vt paulo post audiret,Cassandri armis īuitos Atheniēses cessisse. Demetrius pręsenti occasione lętus,cōfestim ex Rhodo cū.CCCXXX.nauiū classe,in Atti cā trāsmisit,Cassandrūqꝫ ex Atheniēsiū ceruicib⁹repulsū,ad Thermopylas vsqꝫ est ṗsecutus, quo ꝓgressus Heracleā vltro deditā suis opib⁹ adiūxit.Mox Athenas reuersus,multo īpudē tius solito,in Atticas matronas & adolescētes īgenuos inexpletā libidinē exercuit.Memorię ꝓditū est,Dimoclē puerū ṗstāti forma,ne ī balneis ab eo infanda pateret,ī feruētis aquę lacū desiliisse,atqꝫ ita repēte extīctū.Atheniēses tn̄ ob recēs beneficiū,adeo illi īdulserūt,vt decre tū tulerint,qcqd Demetrius vellet,id ipsum apud superos sanctū,& īter hoīes iustū haberet. Incessebāt īterim Stratocles vt delirus,q talis fuisset decreti author, quapropter Spartanus quidā dixisse fert,Delirus esset Stratocles nisi sic deliraret.Demetrius Argenis ꝓfectus, totā fere Pelopōnesum,eiectis inde Ptolemęi & Cassandri ṗsidiis,in libertatē restituit,quo tēpore vxorē duxit Deidamiā Pyrrhi sororē,Æaci regis Molossorū filiā.Sycionē postremo ꝓfectus, Sycioniis author extitit,vrbis haudꝓcul ab ea,quā habebāt,cōdēdę,quo cōtigit,vt Demetri as sit iā īde ꝓ Sycione nūcupatra.His gestis ī Isthmico Gręcię cōuētu obtinuit, vt quēadmo dū olim Philippus,īde Alexāder,toti⁹ sit Gręcię dux declaratus.Ipse Athenas reuersus,quū mysteria sibi patesieri vellet,qa nō nisi Nouēbri & Iunio mēsib⁹ ostēdi solerēt: Stratoclis īuē to decretū,vt Ianuari⁹,q tūc erat,Nouēber diceret:Atqꝫ ita nomē secuti ad minora Demetri us mysteria est admissus,verū quū & maiora videre vellet,pari assentatione eundē mēsem in Iuniū vertere,cui⁹ cerimonię illę erāt.Per hęc Demetri⁹Athenis & ī cętera Gręcia īperio abu sus,cōperit a Seleuco & cęteris regib⁹ī se & patrē cōiuratū,habereqꝫ hostes ad bellū q̄sita qua draginta peditū milia,decē eqtū,elephātos quadringētos,cētū viginti falcatos currus. Qua belli magnitudine motus,cōfestim ex Gręcia,cum Pyrrho Deidamię coniugis fratre, adhuc adolescēte,in Asiā ad Antigonū trāsiit.Nec ille īterea in ocio fuerat, qppe q pari eqtū nūero peditū aliquāto etiā maiore,florentissimū coegerat exercitū. Aderāt insuꝑ elephāti qnqꝫ & LXX.Collatis itaqꝫ in vnū castris,certamē ingēs de sūma rei īstabat.Fert Antigon⁹q̄si ṗsagi ret infelicē pugnę euētū,turbatiore vultu,q̄ vllo vnq̄ bello,a suis visus, filiūqꝫ ꝓ cōcione mi litū sibi successorē cōstituisse.Inde,remotis arbitris,longissimū cū eo sermonē ṗter cōsuetu dinē habuisse.Clades q̄ postea accepta est,quū seni ipsi, tū Demetrio ꝑ qetē, tristiqꝫ augurio est,aliquāto prius repsentata.Hic sibi ꝑ quietē visus est Alexādrum audire,qui diceret se ad hostē trāsire,& Antigonus,quū structa acie ex tabernaculo exiret, offenso pede in faciem ꝓ cubuit,in pedes inde erect⁹,supinis ad cœlum manib⁹ diis ṗcat⁹ dicit,vt aut sibi victoriam darent,aut honestam mortē,a turpi fuga suam laudem incolumem seruarent.Hęc effat⁹aciē ingreditur.Fuit pugna vtrinqꝫ acerrima.vtpote inter exercitus & duces,qui nō tam æmula tione laudis,q̄ odiis inter se certarēt. Plutarchus ad Hipseū amnem pugnatum scribit,vbi omnes terrarum reges vno tēpore cōflixerunt.Prælio omni parte accenso,Demetrius in An tiochum Seleuci filium cū globo lectorum equitū impetum dedit,quem fusum ac fugatum dum vincēdi cupiditate lōgius insequit,victoriā semipartā ꝑdidit.Peditū agmē equitū præ sidio nudatum continuo ab hoste circūsistitur. Attulit improuisa res Antigonianis terrorē

Othomani studia.

Poliporthos.

Protogenis tabula.

Libido effrenata.

Decretū.

Gręcię dux Demetri⁹.

Apparat⁹ bellicus.

Prodigia.

Preces Antigoni.

maximũ,vbi Demetrii pręsidio spoliatã aciẽ vndiq̃ grauari senserũt,magna itaq̃ ps ne in medio cęderet,subita defectione ad hostẽ trãsiit. Qui in officio adhuc erãt,suorũ proditione perculsi,in fugã vertunt. Tũ vis hostiũ ingens,velut pcella quędã,in Antigonum ferebatur, ipse admonitus vt fuga sibi salutẽ peteret,Demetriũ auxilio affuturũ respõdit,conabaturq̃ il lum ad se clamore reuocare,quũ ab hoste circũuẽtus,multisq̃ vulneribꝰ confossus concidit.

Antigoni interitus.

Demetrius vbi res perditas vidit,cũ quinq̃ peditũ milibus,& quatuor,equitum,fuga dilapsus Ephesum venit,vbi veritus ne milites ĩopia & despatione adacti Ephesię Dianę thesauros di riperẽt,ne sacrilegii author crederet,copiis,quas circa se habuit,in naues ĩpositis Athenas velut ad vnicũ malorũ refugiũ,cursum intẽdit.Cęterũ quũ Cycladas legeret,Atheniẽsiũ lega ti obuiã facti sunt,publice rogãtes,ne Athenas ĩnauigaret,decretũ tulisse ciuitatẽ,vt in libe ram vrbẽ nullo modo acciperet,qui nuper eiectus esset regno.Dolor & ira ĩgens subiit De metrii animũ.Caeterũ quia pręsentẽ vlcisci iniuriã,neq̃ tẽpus,neq̃ vires patiebant, humane de Atheniẽsibus locutꝰ,petiit vt naues,quas in Pyreo reliquerat,sibi restituerent,quibus be nigne acceptis,& cum his Deidamia,õniq̃ regia supellectile,in Isthmũ transiit.Hic quũ cer neret res suas indies deteriores fieri,nam multi Graecię populi ad hostes defecerant,Pyrrho Æaci filio ad vrbes in fide cõtinẽdas relicto,cũ ea classe quã habuit,in Chersonesũ nauiga uit,vt Lysimachi regnũ hostiliter inuaderet.Rebus illic pspere succedentibꝰ,exercitũ & clas sem mirifice auxit.Ferebãt aequo animo cęteri reges res Lysimachi a Demetrio infestari,qa post Antigoni mortẽ,quũ ipsius inter se regnũ diuisissent,multa Lysimachus in singulos su perbe & contumeliose fecerat.

Demetrius Lysimachũ infestat.

Nec ita multo post quũ Demetrius filiã Stratonicen Seleuco petenti matrimonio locasset, ipse Deidamia morbo defuncta,Ptolemaei filiã sibi matrimonio deuixit.Hic quũ a Seleuco genero,qui ab indico mari in Syriã vsq̃ sibi regnũ propagauerat Tyrũ & Sydonẽ dono ĩpetrare nequiuisset,ea spe pręter opinionẽ destitutus, Athenarũ cõsi lio recuperãdarum,in Graeciã nauigauit.Cõstans phama erat Lacharẽ in magna Atheniẽsiũ seditione tyrãnidẽ occupasse,sed cursu foeda tẽpestate excussus,viris & nauibꝰ maiore parte amissis, Pelopõnesum tenuit,vbi in Messenia oppugnatione catapulta percussus pene extinctꝰ est.Aliquot inde vrbibꝰ in fidem receptis,Athenas terra mariq̃ infestans,breui ad tãtam rei inopiã redegit,vt tricenis drachmis vęniret modiꝰ frumẽti. Plutarchus ait memorię pditũ, filiũ in ea egestate aduersus patrẽ,ob murem.qui forte e tecto exanimis conciderat,ferro di micasse,& Epicureae sectae quidã,fabis aequa portione distributis,liberos ea tẽporũ iniquitate aluisse.

Atheñ. fames.

Athniẽses fame domiti,& Lachares occulte ex vrbe discesserat,Demetriũ pręmissis q̃ ab eo ciuiũ salutem deprecarent in vrbem accepere.Ille,vt magno erat animo,non solum re ceptis dedit veniã,sed obnixe etiã curauit,vt dira illa fames cõmeatibꝰ vndiq̃ inuectis,cõfe stim tolleret.Athenis praesidio firmatis,Archidamũ Spartanorũ regẽ ad Mantineam ingenti praelio vicit.mox Laconicos fines hostiliter ingressus,altera Spartanos fudit pugna,parumq̃ abfuit q̃n vrbem ad id tẽpꝰ indomitã,armis subegerit.Sed in nullo vnq̃ regũ fortuna volubi lius suas vices exercuit,vt merito illud Aeschyli sępiꝰ ex ore eius sit auditũ. Tu me fortuna extulisti,atq̃ eadẽ deponis.Erant res Demetrii ĩ Pelopõneso satis pspere, quũ nũciatũ illi est vrbes,quas in Asia habebat,a Lysimacho oppugnari,& Cyprũ in Ptolemaei potestatẽ cõces surã,nisi matri & liberis,in Salamine Cypria obsessis,illico subueniret: His Demetriꝰ nũciis turbatꝰ Lacedęmonẽ obsidione soluit,cui ira aestuãti psperior fortuna manu vna ignẽ,vt di cit,altera aquã gestãs,nouã bene gerẽdę rei occasionẽ ludibũda obtulit.

Volubilitas fortunę in Demetrio.

Cassandro extincto q̃ ãnos duodeuiginti Macedonũ regnũ habuerat,Philippus filius,qui regnũ ab eo per manus accepat,breui post illũ obiit,cuiꝰ decessu Antipater & Alex.& ipsi ex Cassandro geniti,de reg no inter se disceptare coeperãt,in qua altercatione Antipater Thessalonicã matrẽ,q̃ in diui sione regni in Alexãdrũ ppensior videret,occidit,fratrẽq̃ regno eiectũ armis psequebat. Ale xander Pyrrhũ regẽ,qui iã adultus in suũ redierat regnũ ex Epyro ad se vocauit,& Deme triũ ex Pelopõneso,nec Pyrrhus multo post affuit,qui opa Alexãdro,in recuperando regno optime nauata,magnã ab eo Macedoniae ptem obtinuit.

Macedonici regni motus.

Demetrius & ipse breui in Macedo niã venit,primoq̃ cõgressu satis hospitaliter est ab Alexãdro acceptꝰ,mox vbi ĩsidias sibi ab adolescẽte parari cõperit indicio,eũ cõuiuio egressum militibꝰ obtrũcãdũ obiecit.Inde causa cędis p cõcione exposita,magno oĩm cõsensu,rex salutatꝰ est.Profuit haud mediocriter De metrio Philę cõnubiũ,ad Macedonũ fauorẽ & studiũ conciliãdũ.Eratq̃ p hęc ille in ingenti phama & celebritate, q̃ ad Gręcię opes Macedonię regnũ adiecisset, nõ poterat tñ de matre

Demetrii successus.

& liberis non esse sollicitus,qui iam pridem a Ptolemæo in Cypro oppugnarentur,hærebatq; hæc illi cura,quũ insperato nũcio affertur,liberos,& matrẽ a Ptolemæo obsidione leuatos,atq; ab eo honorifice dimissos,& filiã Stratonicẽ,soluto Seleuci cõnubio, Antiocho eius filio nupsisse, reginãq; ab iis qui incolunt superiora Asiæ,appellatam. Ferũt Antiochũ adolescentem adhuc,Stratonices nouercæ forma captũ,dum illicito amori pudore & metu repugnat, pene ad interitum perductum.Occultam languoris causam Herasistratus medicus haud vulgari solertia deprehendit,adolescenti ægroto assidens magnum in eo animi motum,& pallorem fieri occulta indagine rimatus,quoties ad eũ Stratonices ingrederetur.Tũ ille Seleucum affatus,& vires inquit nobis desunt rex,& ingeniũ in tuo filio curando,incurabilis illũ amor ad interitũ perducit.Seleucus eam desperationem miratus,quænam tanta intẽperies hæc est ait,cui nullũ possit remediũ adhiberi?Coniugẽ inquit ille meam deperit. Tũ Seleucus Herasistratũ cõplexus,lachrymis & rogat & obtestatur,vt vsuaria cõiuge sibi filium seruet,nõ sic inquit Herasistratus sentias,si tuã ille Stratonicẽ amet.Vtinam rex ait,dii aut homines eam mihi facultatẽ darent,vt præsenti periculo huiusmodi queam remedio occurrere,sane omnia quæ mihi charissima sunt,pro filii salute libenter profuderim.Hic Herasistratus haud vltra cũctatus apprehensa regis dextera,si tali rex ait es in filiũ animo,qualem prædicas, nostra amplius opera nihil indiges.nõ meã,vt scias,sed tuam ille ardet Stratonicẽ. Turbauit Seleucũ rei nouitas,mox vbi per ociũ cætera cognouit,indulgentissimus pater vxorem quam vnice amabat,suo matrimonio abductam filio collocauit.Et Seleucus rex nouo pietatis exẽplo,ita amãti filio indulsit. Demetrius interea Macedoniã cum Thessalia adeptus, Bœotios subegit.Interim certior factus Lysimachũ a Dromychere rege captum,Thraciã inuasit,quam Bœotii occasionem nacti iterum rebellarunt.Etenim haud multo antea,quum a Cleonymo Spartiate præsidio accepto defecissent,armis victi,pecunia fuerant a Demetrio multati.Recens Bœotiorum defectio Demetriũ a Thraciæ rebus auersum in Bœotiam reuocauit,quo quũ venisset offendit bellũ magna ex parte Antigoni filii virtute profligatũ,eoq; successu æque ac debuit Demetrius lætatus,Thebas obsidione cinxit.quibus expugnandis quũ totus immineret,per literas & nuncios fit certior Thessaliã a Pyrrho populari,ibi filio ad obsidionẽ relicto,ipse cũ maiore copiarũ parte ad populationẽ arcendã occurrit.Pyrrhus Demetrii aduentu non expectato,totam regionẽ ad Thermopylas vsq; deprædatus,Thessaliæ finib⁹ excessit.Thebas Demetrius reuersus,quũ longũ videretur expectare machinã illam memorabilem,quã ipse fabrefecerat.Fuit enim tantę molis,vt vix duo stadia binis esset mensibus traducta, hostibus assidua oppugnatione fatigatis,vi vrbem irrupit,vbi paucorũ cæde contentus,qui noui motus authores fuerant, cæteris veniam dedit.Thebisq; in hũc modum potitus,Ætolis Demetrius bellum intulit,quorũ agrũ hostiliter peruagatus,parte copiarum ad eam gentem infestandam cum Pantacho relicta, ipse cum cætero exercitu ad Pyrrhi iniuriam vlciscendam proficiscitur.

Antiochi amores. Herasistrati prudẽtia. Seleuci in filiũ indulgentia. Antigonus Demetrii filius. Machinæ moles.

MARCI ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIÆ HISTORIARVM AB ORBE CONDITO. ENNEADIS QVARTÆ LIBER OCTAVVS.



BELLVM quod inter Pyrrhum est & Demetriũ gestũ,non vna ex causa ortum videri potest.Deidamia Pyrrhi sorore, quæ Demetrio nupserat,fatali morte sublata cõfestim regni æmulatio amborum animos ad certamen accendit,mutuæ deinceps querelæ, & excursiones ex Thessalia factæ intercesserunt,sed nihil æque reges ipsos in tã infestum traxit certamen,ac Macedonię communis possessio.Nulla regnorũ potestas consortii patiens fuit vnq̃. Tenebat Pyrrhus Nymphẽã vrbẽ,& maritimã Macedoniæ oram, quã mercedis nomine ab Alexandro Cassandri filio ipsius opera in regnũ restituto acceperat. Demetrius qui Alexandrũ sustulit multo maiorẽ regni partẽ occupauerat,& quod adhuc magis Pyrrhũ offenderat regis erat nomen Demetrius inter Macedonas adeptus.His stimulis reges accensi,vterq; alteri infestus,odiũ sua sponte gliscens mutuis ad id tẽpus offensis alebant.Postremo Deme.Pantacho vt dixi in Ætolia relicto,in Pyrrũ cũ maiore parte exercitus mouerat, nec ille audito hostium accessu metu desedit,sed magno animo venientibus processit obuiam.Cæterũ ambo inuicẽ aberrantes(casu an voluntate incertũ habeo)acie dimicare non potuerunt.Demetrius Epirũ ingressus oẽm regionẽ pręda & populatiõe pculit.Pyrrhus meliore fortuna vsus,dũ pcul in hostem quadrato

Causæ belli inter Demetriũ & Pyrrhum. Pyrrhi virtus.

Pãtachi cædes. agmine ire pergit,ĩ Pãtachũ ĩcidit,a quo ad ſingulare certamẽ ꝓuocat⁹,vno vulnere accepto, duob⁹ illatis hoſtẽ moribundũ ad terrã deiecit.Pãtachi exercit⁹, amiſſo duce cõfeſtim in fugã vertit.Cõciliauit Pyrrho pugna illa nõ mediocre apd Macedonas nomẽ,vulgo prędicare Pyrrhũ vnũ regũ omniũ pericia armoꝝ inuictoq; aĩo Alexandri memoriã renouare,cæteris regibus faſtu & ſupbia inflatis,id vnũ cordi eſſe,vt luxu & pompa cæteros principes anteirẽt,erat

Demetrii cultus. q; Demetrius huic infamiæ proxim⁹,q nõ tantũ Diadematis vſum receperat,veſteſq; purpura & auro intextas,ſed calceos etiã geſtabat auratos.Difficiles preterea ad eũ aditus ſupbiſſima

Demetrii ſuperbia. reſponſa nõ mediocriter ab illo populoꝝ ſtudia alienabãt.Biẽnio eũ Athenienſiũ legati ſecuti fuerãt,nec demũ admiſſos domũ dimiſit,quũ Athenięſes ex oĩbus Græcis vni apd Demetriũ gratia pollere crederent,& ex Lacedæmone quũ vnus ad ſe legat⁹ veniſſet,iracũde qſiſſe dicit, an ad Demetriũ vnicus miſſus eſſet,cui Laconice ille vn⁹ ingt rex ad vnũ.Sed ĩ eo Macedones plurimũ offendit,facta oĩb⁹ petẽdi poteſtate qd quiſq; a ſe impetratũ vellet:quũ ad eũ ſpẽ magnus ſupplicantiũ factus eſſet cõcurſus,impleſſetq; ſinum libellis ſingulorũ deſideria ſignificãtibus,vbi ad Axii fluminis pontẽ venit,quicquid libellorũ fuit patefacto ſinu in profluentẽ deiecit.Affecit ea contumelia mirum in modũ populorum animos,& in primis Macedonũ.Nemo erat cui nõ perſuaſum eſſet,ſe non cõtemptui ſolũ,ſed ludibrio quoq; ſupbiſſimo regi eſſe.

Anus libertas. Poſtremo ſuppliciter anus quædã vt ſe audiret precata,neganti ſibi audiendi ocium eſſe,ergo quid inquid regnas?Quæ vox adeo regis aĩm pſtrinxit,vt multo faciliorẽ iã inde ſe adire volẽ

Iuſtitię laus tibus prębuerit,remiſitq; multũ ex ſolita illa vultus & verborũ cõtumacia.Sed nihil eſt tã ꝓpriũ regi q̃ iuſtitia,quã Pindarus oĩm legẽ appellauit. Eſt eñ rex vrbiũ rector & cuſtos, a qua virtute tãtũ illi⁹ natura abhorruit,vt expugnator vrbiũ nõ moderator inſolẽti appellatiõe dici maluerit.Et Demetri⁹ in ſuos talis fuit,quo cõtigit,vt cũ Pellæ morbo grauiter decubuiſſet Pyrrhus totã fere Macedoniã nullo obuiã ꝓdeũte populatione fœdauerit,nec vindex vll⁹ pri⁹ extitit,q̃ rex leuat⁹ ſit morbo.Ipſe quũ iã maiora animo agitaret.etenim paterni regni recuperãdi cupido animũ inceſſerat,ne Macedoniæ res ſibi impedimẽto eſſent.primũ oĩm cum Pyrrho bellũ diſſoluit,mira inde celeritate ad centũ milia peditũ,& decẽ equitũ ad bellũ comparauit,

Regũ fœd⁹ & ſocietas ĩ Demetriũ. mox quingentarũ nauiũ claſſe inſtructa,in qua ſexdecimremes etiã fuere, in Aſiam trãſmiſſurus,inexpectata belloꝝ mole prius q̃ moueret pene obrut⁹ eſt.Seleucus,Lyſimach⁹,& Ptolemęus huiuſmodi belli apparatu cõmoti,fœdere,cõfeſtim inter ſe icto,ſũma opeq;ſq; ꝓ ſe terra mariq; arma mouerant.Pyrrhũ quoq; legatiõe ad id miſſa,vt Macedoniã inuaderet perpulerunt, denũciãtes,Demetriũ tã diu cũ eo pacẽ habiturũ,donec Aſiatico eſſet bello defunct⁹,fore inde,vt ipſius regnũ totis virib⁹ conaret euertere,nec q̃ dicebant Pyrrho aliquo modo vana exiſtimari.Hinc itaq; ille,inde Lyſimachus Macedoniã vno tpe ĩuadũt,claſſis quoq; ab Ptolemęo miſſa,orã Græciæ ſubito adorta,metu oĩa & trepidatione cõpleuit. Demetrius filio ad Græciæ pſidiũ relicto ipſe ĩ Lyſimachũ mouerat.Nondũ ad hoſtẽ ventũ erat,quũ ei tumultuoſe nũciatur,Beriã Macedoniæ vrbẽ a Pyrrho captã,omnẽq; regionẽ illi proximã populationib⁹,& incẽdiis vaſtari.Turbarunt hi nũcii vehemẽter Demetrii aĩm,ſed multo magis Macedonũ defectio,q militiã primo detrectate cœperunt,quos vt in officio retineret,in Pyrrhũ prõnũciauit ſe iturũ,ne Macedonia vaſtaretur.Hic illi fuit prætextus,ſed re a Lyſimacho q̃ longiſſime abeſſe

Macedonũ leuitas. ſe cupiebat,ad quem vt popularẽ ſuũ Macedones tranſitiones parare dicebãtur.Ratus igitur haud tã propẽſos ĩ Pyrrhũ fore,ab Lyſimacho auerſus ire cœperat,quũ ex Beria quidã Demetrii caſtra ingreſſi,Pyrrhũ ſũmmis laudibus extollẽdo,eo hoĩes ſui generis perpulerũt, vt continuo ĩ apertã defectionẽ eruperit.Demetrius factus certior de iis q̃ parabant,haud acerbiorẽ motum expectandũ ratus regiis inſignibus depoſitis,pulla chlamyde amict⁹ pauciſq; comita-

Pyrrhus Macedoniã occupat. tus in Caſſandrã vrbẽ profugit,vbi Phila eius vxor doloris impariẽs, veneno ſibi mortẽ conſciuit.Pyrrhus haud multo poſtq̃ Demetrius e medio exceſſerat exercitũ ſine duce adortus,cæteros primo clamore diſſipauit,a Macedonibus benigne acceptus,caſtris & imperio vna potit⁹ eſt,Regnũ inde qd ſeptẽ ferme annos ſub Demetrio fuerat, cũ Lyſimacho partit⁹, regis nomẽ apud Macedonas obtinuit.Demetrius quũ Thebas veniſſet, illud Euripidis in eũ ꝓtulit quidã,forma diuina in mortalẽ formã verſa ad Dirceos fontes & Iſmenũ venit.Ipſe collectis nauib⁹ ex fœda maris iactatione,qua ꝑ idẽ tẽpus pene tota eſt claſſe ſpoliatus,reliquiaſq; amiſſi exercitus cõplexus,Athenas quæ cum fortuna fidem mutauerant,non nihil obſidione fatigauit demũ Cratetis philoſophi impulſu,ſoluta obſidione vndecim ferme milia hominũ ſub ſignis habens in Aſiam tranſmiſit:vt Cariã & Lydiam a Lyſimachi dominatu auerteret.Huc tranſ-

missо exercitu Ptolemaidē duxit vxorē.Sardibus inde & aliis vrbib⁹in Lydia occupatis aliquā Demetrii
to maiores sibi copias cōparauit.Hic Agathoclis Lysimachi filii interuētu ī Phrygiā diuertit, errorea
ratus fore,vt si Armeniā occuparet,facile & Medię stat⁹turbaret.Ducere ille interea per aper-
ta loca,sæpiusq̧ cū Agathocle cōgressus,q vestigio hærebat,oīb⁹fere prœliis victor,vrgebatur
nihilominus cōmeat⁹ & pabuli inopia,vtpote p loca parū sibi pacata agens exercitum, inopi-
nata deinde clades accessit in superando Lyco amne,cuius vado magna pars exercit⁹ decepta,
vi fluminis est cōsumpta.Hoc itaq̧ casu fame adhęc,& pestilentia octo circiter hoīm milibus
amissis,in Ciliciā cursum deflexit,vbi a Tharso diripiēda suorum vim abstinuit,ne Seleucum
offenderet,mox ipsius terræ angustiis ab Agathocle insessis ægre a Seleuco īpetrauit, cui⁹ Ci
licia erat,vt cū exercitu illic hyemare liceret.Nec Seleucus in ea voluntate diu mansit multis
suspitionibus a Procleo & aliis familiaribus imbutus,velut parū prudēter ab eo fieret, q belli-
cosissimi ducis exercitū in viscerib⁹ sui regni aleret.Quæ verba,quū apud illū fidē fecissent,cū
valido exercitu cōfestim in Ciliciā venit.Ibi Demetrius,quū a Seleuco nihil precibus impetra
ret,essetq̧ velut siluestris fera indagine vndiq̧ ferro & laqueis circummūitus,lenitate in rabiem
versa,aliquot Ciliciæ oppida,subita vi diripuit,mox acie decertare ausus,Seleuci currib⁹euer
sis,cæteroq̧ exercitu in fugā verso egregie vicit,victorq̧ angustias sibi Cilicias patefecit, pul-
sis vndiq̧ Seleuci præsidiis,veneratq̧ p hæc in spem melioris fortunæ,quum in aduersam vali
tudinē incidit,qua diutius cōflictat⁹magnā amisit exercit⁹ partē multis ad hostē trāseuntib⁹: Soluit Demetrii exercitus.
aliis alio,vt suus quēq̧ impet⁹tulit,dilapsis,quorū pars magna locorū inscitia aberrātes variis
casibus periere.Quū igit a morbo cōualuisset,cū iis qui ī officio adhuc erāt, Cilicia haud mo
dica sui parte populata in hostiū cōspectū venit.Amano deinde superato, ad Cyrristē vsq̧ re-
gionē prædabūdus venit.Hic Seleucū sibi imminentē noctu est supare adort⁹,qđ consiliū quū
parū processisset,quin prælio commisso victus acie decessisset,cito gradu ad Amani pylas re-
uersus est,in pfundas inde siluas cū iis quos forte circa se habuit sese immersit.Caunū vbi pa-
ratā se classem habiturū arbitrabat,per deuia loca penetrare est conatus, sed terrarū angustiis
vndiq̧ insessis,& ex tenui comitatu pluribus in horā dilabētibus, amicorū hortatu misit q Se Capitur Demetrius
leuco vitā suā,& afflictas opes dederēt.Fert Seleucus regiū illi tabernaculū parari iussisse,om
nia venienti exhibiturus,quæ illius fortuna incolumi hospiti nō captiuo pręstari potuissent.
Multi quoq̧ rati futurū,vt breui Demetri⁹ apđ Seleucū gratia & authoritate floreret,officii
causa illi obuiā pcessere.Nouis interim suspitionibus Seleucus a suis mutatus,priusq̄ Deme-
trius ad se veniret,Pausaniā cū mille eqtib⁹obuiā misit,q eū in potestatē redactū ī Syrię Cher
sōnesum perduceret,hicq̧ loco angustis finibus circūscripto diligēter custodiret.Vnde ille,etsi
regali apparatu,multaq̧ custodū comitate Seleuci iussu habebatur,ad Antigonū tamen filiū
misit qui illū monerent,vt se pro defuncto haberet.Nec suis literis signove vllam amplius ha-
beret fidē.Ingemuit Antigonus ad tam tristem nunciū,literasq̧ circa reges misit,quibus salu-
tem patris omnibus pientissime cōmendauit,Seleuco se ipsum & fortunas,quæcunq̧ reliquæ
erant,obsides detulit,vt patrē liberaret.Perseuerauit ille nihilo secius in Demetrio custodien-
do,qui cum ab initio & venari solitus esset & frequenter equitare,multoq̧ labore corpus exer-
cere,mox velut præsentis vitæ tædio captus,in multam sese immersit crapulā,atq̧ ita triēnio Demetrii Interitus.
postq̄ a Seleuco relegatus est naturę concessit,annos iam quatuor & sexaginta natus.Nec ho
stis mediocriter est eius morte affectus,se ipsum incusans,q in virū gestarum rerū gloria excel
lentem,arctaq̧ sibi affinitate deuinctum, adeo implacabilis fuisset, nec Drimocheti quidem
Thracis & barbari hominis exēplo motus,qui Lysimachum hostem captum spōte dimisisset.
Antigonus vbi patrē vita defunctum accepit,in Syriam nauigare constituit,vt inde paternos
cineres in suum rogum deportaret:cū valida ergo classe in altū euectus circa insulas occurre-
runt qui defuncti reliquias,Seleuci iussu,in Græciam deuehebant. Venerabūdus ille auratam
vrnam complexus,qua ossa inclusa erant,in summa puppi regiæ nauis collocauit, diademate
& regia purpura instratam,validi iuuenes hastilia habentes vrnam circumstabant. Aderat &
Xenophantes inclytus ea tempestate modulator.Is eximia concentus suauitate sacrū canebat Xenophantes modulator.
carmen,ad cuius numeros remiges non sine harmonia quadam,remorū pulsu verberabāt flu-
ctus.Vrna Demetriadem delata est,quam a Demetrio ipso nominatam,populi ex paruis circa
oppidis profecti tenuerunt.Habuit Demetrius ex Phila Antigonum & Stratonicen,Alexāder
ex Deidamia est illi nat⁹,qui in Ægypto plurimum vixit.Genuit & Demetrios duos,vnum ex
Illyride fœmina,ex Ptolemaide alterū,qui ī Cyrene postea regnauit.Ex Antigono q singulari

fuit pietate in patrē, & cui Gonato cognomen fuit, iunior Demetrius ortus, q̄ Macedonię rex
fuit. Huic Antigonus cognomēto Doso successit, ab eo φ oīa poscētib⁹ polliceref, id cognomē
adeptus, Dosoni Philippus, Philippo Perseus, quo a Romanis victo Macedonia ex regno puin
cia facta est. Nec inter Pyrrhū & Lysimachū, vt ad Macedoniā reuertar, diu post Demetriū eie
ctum fida pax fuit, quippe qui si non aperto bello, insidiis tū inter se certabant, induciarū & bel
li nominibus vt nundinis, nō ad iustitiam sed ad commoditatem vtentes. Verū tam diu aper-
to bello abstinuerūt, quoad Demetrius stetit, quem Macedonia eiectum, quum in Gręcia velut
ex naufragio quodā vires colligeret, Pyrrhus premere non destitit, Atheniēsibus etiam aduer
sus illum auxilio profect⁹. quo tempore in arcem ab Atheniensibus inductus, quū Palladi rem
diuinam fecisset, digrediens loco ad eos qui officii causa circūstabant conuersus, gratū sibi fuis
se testatus est, φ tantū sibi amica ciuitas credidisset, vt se in arcē deduxerit, verū vt amicū mo-
nere se eos, parum ipsorum libertati expediturum, si temere cuiuis regū eum amplius locū pa
tefecissent. Thessaliam deinceps ille, Demetrio in Asiam profecto, occupauit, quo demū profli-
gato Lysimachus Macedonici sanguinis, & qui vnus erat ex Alexandri successorib⁹, iniquo ani
mo ferens, peregrinū hominem Macedonibus imperare, Pyrrho bellum intulit, quem ad Esam
prælio superatum studiia hominū ab eo alienatis facile regno expulit. Pyrrhus Macedonia eo-
dem exēplo amissa, quo adept⁹ fuerat, quū in Epirum sese recepisset, effetq; vt Achilles, a quo
prognatus erat, ocii & quietis impatiens, peropportune a Tarētinis i Italiā aduersus Rōanos
est accersitus. Sed de Italica expeditione aliquanto postea instituef sermo. Lysimachus & ipse
magis belli q̄ pacis studiis dedit⁹, Pyrrho Macedonia eiecto, Thraces primo, mox Heracleā bel
lo petiit. Fuit Heraclea in Pōtici maris ora, quam Bœotii pestilentia laborantes, Delphico mo
niti oraculo condiderunt, iussi in Pontū coloniam Herculi sacram mittere. Heraclienses breui
sibi magnas opes parauere, & cū finitimis grauia gesserūt bella, & domestica etiā seditione sæ-
pius agitati, ab Atheniensib⁹ quandoq; armis petiti. φ post Medicū bellum tributum pendere
recusassent, in quo illud memorabile accidit: Malachus atticæ classis Dux ad id bellum profe-
ctus, quū in terram egressus agrum populatur, classe subita tempestate disiecta, in hostico viri-
bus & consilio destitutus, ad extremam rerum inopiam redactus, casurus haud dubie erat. He-
raclienses beneficii occasionem honestiorem rati q̄ vltionis, totū exercitū cum ipso duce, com-
meatibus & auxiliis adiutum incolumem misere, satis se bello adeptos arbitrati, si q̄ hostes ve-
nerant hospites suis finibus excederent. Procedente deinde tēpore ciuitas, domestica seditione
agitata, in tyrannidem incidit. Clearchus pluribus senatorii ordinis vi oppressis, aliis in exiliū
actis, præter cætera scelera indigna & nefaria in ciues edita, interfectorū coniuges inuitas suis
matrimonio satellitibus collocauit, quarū plurimę violentum connubium in viros vltæ, vltro
sibi mortem consciuerūt. Postremo Chion & Leonides afflictum suorum ciuium statum mise-
rati, in tyranni exitiū cōspirant. Fuerant ambo Platonis discipuli. Quinquaginta igit̄ cognato
rū in insidiis locant, quos sui consilii participes fecerant, ipsi mutuo se iurgio lacessentes in ar
cem contendūt, qui ad regem iure familiaritatis admissi, dū prius dicentem attēte Clearchus
audit, ab altero q̄ in eū intētus erat occasionē, ferro opprimitur. Speculatores, & qui custodien
di regis causa circumstabant, continuo percussores inuadunt, amisq; prius obtruunt, q̄ a coniu
ratorum manu subueniri potuerit. Periit Clearchus, sed sęuus dominatus aboleri non potuit.
Satyrus tyranni frater principatum velut per manus acceptum inde tenuit, multaq; deinceps
successione fuit Heraclia tyrannorū regia. Illa verò tempestate qua Lysimachus intulit Hera-
cliensibus bellū, in Hellesponti & Chersonesi regionibus terra adeo horrēde mota est, vt Ly-
simachia vrbs altero & vigesimo anno ab eo quo condita fuerat, magna ex parte cōciderit. Fu-
itq; prodigium illud Lysimacho, & eius stirpi post paulo interituræ, ac malorum omniū quæ
deinceps secuta sunt. Enimuero Agathocles regis filius, haud longo interiecto tempore, ab Ar
sione nouerca veneno sublatus est. Erat hæc Ptolemæo Lagi filio genita, fuitq; hæc illi prima
mali labes, pendentisq; ruinæ initium. Secutæ inde principū cædes supplicia luentiū, φ Aga-
thoclis interitū liberius questi essent. Mox qui exercitib⁹ præerant, ad Seleucū defecerūt, quo-
rum impulsu Lysimacho bellū intulit, idq; vltimum certamen fuit successorum Alexandri, &
velut ad fortunæ exemplū hi duo reseruati annos quatuor & .LXX. Lysimachus nat⁹, Seleu-
cus trib⁹ adhuc annis maior. Etsi in ea ætate iuuenilis ambob⁹ anim⁹, & inexpleta regnādi cu
piditas, qui quū orbem terrarū ambo tenerent, angustiis se terrarum inclusos arbitrarent̄, vitæ
finē non annorum spatio, sed imperii finibus metientes. Lysimachus. XL. liberis aliis alio casu

Margin notes (in order down the left margin):

Macedonici regni finis.

Pyrrhi verba ad Athenienses.

Heraclienses

Heracliensium magnanimitas.

Clearchi exitus.

Terrę mot⁹

Vltimū certamē inter Alexā. successores.

Vltimus ex successorib⁹ Alex. Seleuchus,

eo bello amissis, postremus ipse domesticæ cladi cumulus accessit. Lætus ea victoria Seleuc⁹, q̄ vnus ex omni cohorte Alexādri, & velut victorū victor supfuit, diuinū id opus p̄dicabat, gloriarię vbiq̄ suæ interea sortis ignar⁹, quippe q̄ septimo victoriæ mēse a Ptolemæo magni Ptolemæi filio Arsinoes fratre īsidiis exceptus periit, regnūq̄ Macedonię qd̄ Lysimacho ademerat cū vita perdidit. Ptolemæus per hæc regnū adeptus cum Ptolemæo fratre a quo fuerat Ægypto pulsus per literas de cōcordia egit, pollicit⁹ nihil se a fratre præter amicitiā quæsiturū eo contentus regno qd̄ paterno hosti ademisset, adhibere præterea omnem diligentiā, vt Antigonū Demetrii filiū sibi cōciliaret, sororis nuptias ambire, puerorū quos illa ex Lysimacho procrearat adoptionē pollicit⁹. Erantq̄ res Macedonum in hoc statu, quū Romani Fabio Gurgite Fabii maximi filio, & Iunio Bruto cognomēto Scæua cōsulibus, quorum nomina alio sunt loco relata, adhuc cū Sānitibus bellabāt, cū quibus Fabii ductu intra eorum fines infeliciter est dimicatum, triaq̄ hominū milia vno prælio amissa, ad quā infamiam abolendā: quum in senatu forte mentio mota esset de imperio cōsuli abrogādo, filii ignominiā Fabius pater ī curia deprecatus, se legatū illi in castra iturum professus est. Profectus inde in prouinciam, perculsum recenti clade exercitum adeo præsentia & cōsilio iuuit, vt nō solum hostem prælio vicerit, sed triumphantē etiā cōsulem Romam sit secutus, C. Pontio Samnitium duce ante currum acto, securiq̄ percusso. Laborauerat iā biennio ciuitas pestilentia: tum vero quum præsenti clade se non aliter defuncturā arbitraretur, Sybillini carminis oraculum aliquāto antea vulgatum secuta legatos in Peloponnesum misit, qui ex Epidauro Æsculapiū accerserent. Legati vbi eo venerunt, secundū publica postulata facile ab Epidauriis optatum numen impetrarunt. Distabat Æsculapii templū quinq̄ milibus passuū ab vrbe, huc legati comiter adducti iubētur inde sumere quicquid suæ ciuitati salubre arbitrarētur, quā hospitalē Epidauriensiū indulgentiā, loci genius, nisi malus ille Dæmon potius fuit, volūtario visus est p̄bare obsequio. Erat is anguis, quē Epidaurii raro, sed nunq̄ sine publica felicitate a se visum prædicabāt: mitibus itaq̄ oculis p celeberrimas vrbis partes cūctis religione attonitis, leui tractu clarioris velut sedis nō obscurā præ se ferēs alacritatē, ad Romanā triremē perrexit: Ibi nautis inusitato spectaculo pauētibus, placido illapsu eo cōscēdit, vbi Q. Ogulini vnius legatorū erat tabernaculū, ibiq̄ in multiplicē cōuolutus orbem velut sopore pressus quieuit. Legati optatæ rei cōpotes cultu anguis a peritis diligenter excepto, læti ex Epidauro in altū abierunt. Prospera inde nauigatione vsi, vbi Antiū appulerūt, Anguis qui vbiq̄ in nauigio manserat, in terram prolapsus myrtū multiplici spira insedit, quę in vestibulo erat Æsculapii, triduoq̄ Antiatis tēpli hospitio vsus, mox sese Romanis auehendū restituit. Postremo naui Romam Tyberino amni subuecta in insulā, quæ medio flumine hodie est, vbi illi est postea templum cōstitutū, sua sponte transnauit. Insulæ huius primordiū æqualem Romanæ libertati habuit ortum. Tempestas illa ciuitati aduersa sub præstigiosi anguis aduentum (erant iam vtiq̄ ea Romani defuncturi) paulatim remisit, fuitq̄ diro cultui iam antea recepto, res hæc nō parua accessio. L. Posthumius vir cōsularis hoc anno dānatus est, q̄ quū exercitui præesset militum opera in suo agro colēdo fuerat vsus, & cū Samnitibus iam bello fessis quarto est fœdus renouatum, de his victis & Marsis, q & ipsi rebellauerāt, bis eodē magistratu Curius triumphauit. Eutropius author est, in tantū res Sānniticas huius, & P. Cornelii Ruffini consulatu accisas, ita vrbes excidio deletas, vt procedēte tēpore cœptum sit Samnium in Samnio requiri. Tunc (vt arbitror) memorabile illud exemplum continētiæ in Curio extitit, cui Samnites magnā vim auri occulte misisse dicuntur, rogasseq̄ vt mitius Samnium vexaret, quibus ita sit ab eo occursum, Malle se aurum habentibus imperare, q̄ aurum possidere. Reddita tamen victis pax est anno vndequinquagesimo, ex quo cū ea gente cœptū fuerat bellari. Lustrum hoc anno conditum, censaq̄ sunt. CCLXXII. milia ciuiū. Grauis inde seditio ciuitatem inuasit ob æs alienū, variisq̄ certaminibus plæbs agitata in Ianiculū secessit: Q. Hortensius dictator eam reduxit, mox pacato ciuitatis statu, contra Volsinięses & Lucanos est bellatum. Quorū ductu aut euētu nō reperio. Galli qd̄ liqdo tradit̄, decimo post anno q̄ in Sētinati agro victi fuerāt, Aretium in Hetruria tumultuose oppugnare adorti Romanos sociæ ciuitati opem laturos in eius vrbis cōspectu prælio vicerunt. Fuitq̄ victis eo funestior pugna, q̄ L. Cæcili⁹ p̄tor eo certamīe occubuit. Mānius Curi⁹ inde in p̄uinciā p̄fectus. legatos in Galliā misit, qui captiuos redimerent. Hos contra ius gentium Ro. nominis odio Galli interfecerunt, Quod hostium scelus vlturus Ro. Po. nouum statim exercitum misit in prouinciā. Occursum est ab hoste Romanis legionibus, priusq̄ Galliæ essent fines ingressæ

Consules.
Pietas Fabii ī filiū
C. Pontius capt⁹ & cæsus.
Æsculapii templum.
Serpens Æsculapi⁹.
Æsculapii templum.
L. Posthumii damnatio.
Curius.
Lustrum.
Secessio plębis.

Hic atrox pugna cōmissa est,Galliq; fœda sunt occidiōe occisi. Qui ꝑlio supfuerūt ex ea terra
Sena. quā diu possederāt,tū demū sūt Romanis armis electi.Tū quoq; Sena vrbs Gallica,q̄ ad Adri-
am iacet,facta est vt Polybius ait,Romanoꝝ colonia.Liuius aliquāto prius id factum arbitra-
ri videt,quo anno & Adriā coloni missi sunt.Boii Galli ægre passi Senonas cognatos suis fini
bus pelli consternati arma capiūt,Hetruscosq; sibi belli socios asciscūt.Fuit pugna q̄ ab his cū
Romano exercitu postea pugnata est,nihilo ipi gēti felicior,Hetruscoꝝ cornu fœdissima cæde
disiecto,ipi quoq; maiore ex pte Romanis armis obruti,paucissimi ex acie ꝓfugerūt. Ea clade
magis irritati hostes q̄ fracti,sequēti anno iuuētute ad bellū instructa iterū cū Romanis con-
fligūt,quo ꝑlio sunt pene ad internicionē cæsi,eoꝝ rebus magis q̄ vllo vnq̄ certamīe accisis,fœ
dere cū Romanis icto,quinq; &.XL.annos quieuere. Fuitq; hic annus tertius post traiectionē
Tarentini Pyrrhi in Italiā,cuiꝰ belli causa a Tarentinis orta est,q Romanā classem ex occasiōe adorti,eiꝰ
belli causa. ꝑfecto cū plærisq; classiarioꝝ cæso hostiliter diripuere.Legatos ad res de more repetēdas ex vr
be missos,scelus sceleri addere ausi,cōtra ius gētiū violaut.Bello ꝑinde a Rōanis petiti cū ipa
res viribus Romanis essent,nec ob infirā supbiā bellū solui vellēt, Pyrrhū in Italiā accersendū
decernūt.Reclamabāt maiores natu in hāc snīam,vt ciuitati pniciosam,sed qui bellū malebāt
Metonis vr quia multo in suffragiis potētiores essent,strepitu & clamore bonos audiri nō permisere.Me-
bana admo ton quidā eo die,quo de Pyrrho accersendo ferendū erat decretū,coronatus cū lāpade præci-
nitio. nēte tibicine,se frequenti cōcilio intulit.Hic plausu & hilaritate a sedētibꝰ exceptus,vbi ludi-
būdus & quasi aliqd cātaturus astitit,factūq; eēt vndiq; silētiū,Recte facitis inqt viri Tarētini
q iocari & ludere volētibꝰ veniā datis.Nūc si sapitis vos quoq; hac ludēdi libertate fruemini,
priusq̄ Pyrrhꝰ adsit,tū vero nō nīo sed ipsius erit arbitrio viuēdū.Turbauit ea vox pplm casu
rę libertatis admonitū,& iā multi sua spōte Pyrrhi nomē abhortere: authores tū belli veriti
Accersitur ne cōposita cū Rōanis pace ad suppliciū dederent,increpita multitudine q̄ temulētū ī re seria
Pyrrhus in audiret hoiem,Metonē cōcilio eiiciūt,eiectoq; cōfestim vt in suā snīam decretū fieret obtinue-
Italiam. rūt.Missi deinceps in Epirū ad regē legati cū donis q dicerēt se,nō tā multitudine q̄ prudenti
& strenuo duce indigere,affatim armorū Tarētinis & sociis esse,ad.CCC.& ampliꝰ milia pe-
ditū viginti equitū sub signis habituros,solius ducis operā ad res gerēdas reqri,cætera Tarē-
tinos ad bellū necessaria daturos.Extulerūt legatorū verba nō regē solū, sed totā etiam Epirū
Cyneę laus in quæstuosæ & inclytæ spem militiæ.Erat apud Pyrrhū Cyneas Thessalus ingenio ea tempe
state & eloquētia clarus,vtpote qui Demostheni diutissime operam dedisset.Is sæpe a Pyrrho
missus ad ciuitatum studia sibi concilianda,quum mira felicitate versaret populorum animos
Orationis fertur Pyrrhus in eū dicere solitus illud Euripidis.Oīa cōficit oratio,vel q̄ hostile etiā ferrū
vis. nequeat.Hic vbi regē ad eā expeditionē summa ope se parare vidit,ab eo familiariter quęsiuisse
dicit.Rogo inquit rex,si dii annuerint vt Rōanos bello superes,quid his victis postea agemꝰ?
cætera Italia subigēda nobis est,inquit Pyrrhꝰ.Italia vero domita,quid?ille ait.Siciliā Pyrrhꝰ
respōdit meis opibus adiiciā.Quid Sicilia victa?Aphricā & cęteras terras nīæ ditioni subigā.
Cyneæ Tum Cyneas,quid quum totum orbem viceris?Tum ridens Pyrrhus ociū inquit agemus,per
dictum. petuaq; lętitia epulis mutuoq; sermone ꝑfruemur.Tū ille.Quid attinet per labores & pericu-
la ea quærere,quorū facultas abūde parata est,modo frui velimus?Turbauit magis his verbis
regē Cyneas,q̄ a ꝓposito auertit.Sed vterq; parū honesta intulit,& rex,qui ocium non benefi-
centiam,& cultū iustitiæ victoriæ fructum credidit:& Cyneas,qui regē in ocio retinere satius
duxit,q̄ ab iniuria mortalibus inferēda auertere.Paucis igit diebus interiectis Pyrrhus Cyne
am Tarentū misit cū tribus milibus peditū.Ipse ratibꝰ & nauigiis omnifariam ex Tarento,vt
Aduentus Plutarchus scribit,missis(Trogus ab Antigono Demetrii filio naues ad exercitū deportādū
Pyrrhi in traditas author est)cum tribus equitum milibus,& viginti peditū,funditoribus & sagittariis
Italiam. quingentis,elephantibusq; vigenis,haud multo post Cyneam est secutꝰ. Tenebatq; rex iā me-
dium Ioniū,quum subita tēpestate disiecta est classis,nauium aliæ in Lybicū pelagus, in Italiæ
oram aliæ cursum tenuere,regia naui ad Messapiorum littus deiecta,Pyrrhus cū periculo no-
ctu in terrā adnatauit,nec ita multo post Cyneas,cū sua legione ad eū venit,a quo Tarentum
est perductus. Trogus quod ad beluarum numerū attinet(nā hac parte viriū bis Romani vi-
cti sunt)quinquaginta ait Elephātos Pyrrho in Italiā transmissuro Ptolemæum Macedoniæ
regem obtulisse in biennii vsum,ac supra id auxilii genus,quatuor equitū milia,& quinq; pe-
ditū ab eo data.Tāta tū Pyrrhi inter reges,aut gratia aut authoritas fuit, vt quū Europæ &
Asiæ regibus parū cōueniret,ipse tanq̄ magnū momentum futurum vtri partiū accessisset,

æque sit ab oĩbus aditus.Nec in Æacidarũ gente vllus maiore fuit celebritate, post Pyrrhũ Achillis filiũ,nã qđ ad Achillẽ attinet,oẽs Homeri testimonio mortales virtute bellica supa- uit.Fuit igitur Pyrrhus quẽ ille procreauit,Molossici regni author,q ex Ilio reuersus paterno principatu per absentiã amisso,in Molosside consedit,a quo regionis incolæ Pyrrhidæ primo, vt Trogus scribit,mox Epirotæ nũcupati sunt.Inde Pyrrhus Dodonæi Iouis tẽplũ ingressus, vt numen cõsuleret,Anasam Herculis neptẽ,inde abductam matrimonio recepit, ex qua octo liberos sustulit.Caoniæ deinde parte Heleno ob diuinandi peritiam data,concessaq; illi Andromache quam post captũ Iliũ in partẽ prædæ fuerat sortitus,ipse Delphis ab Oreste insidiis exceptus periit,cui Piales filius in regnũ successit.Lõgo deĩde ordine regnatũ ad Arisbã, q casu quodã Athenis liberalibus disciplinis institutus,leges,senatum,& annuos magistratus, & ciuitatis formã suis constituit popularibus,ita vt quemadmodum Pyrrhus regni cõditor fuit, ita Arisbas cultiorem posteris vitã tradidit.Plutarchus Tesprotas Molossos & Epirotas eãdẽ putat esse gẽtẽ,atq; post diluuiũ in ea terra Phaetontẽ regnasse existimat,vnũ ex iis q cũ Deucalione in Epirum nauigarũt.Alii Deucalionẽ & Pyrrham ad Dodonæũ oraculũ profectos, in ea terra subsedisse autumãt,quæ Epirus sit postea dicta. Procedẽte deinde tpe Neoptolemũ Achillis filiũ in his locis regnasse,ex quo & Ianassa quã Cleodis vocãt,Pyrrh⁹ & alii liberi orti sint,a Pyrrho inde ad Tarritã quẽ Arisbam Trogus vocat,ignobiles & fera barbarie obscuri in Epiro regnũ habuisse dicuntur.

Pyrrhi pgenitores.

Tarritæ Alcetẽ filiũ fuisse aiũt,Alcetæ Arymbã, Arymbæ & Troadis Æaciden,a quo Pyrrhus q in Italia aduersus Romanos bellauit est genit⁹.Alii Arisbę Neoptolemũ,& Æaciden filios subiiciunt,ex hocq; Pyrrhũ ipm genitũ.Olympiadẽ ex illo magni Alexãdri matrẽ,& Alexandrum qui in Lucania periit. Neoptolemo Æacides frater regno successit,qui bellorũ assiduitate populum fatigando,suorũ offensam contraxit, atq; extorris regno eiectus,Pyrrhũ admodum puerum reliquit,qui & ipse quũ patris odio ad necem quæreret furtim subtract⁹ est,& in Illyrios delatus,traditusq; est Beroe Glauci regis vxori nutriẽdus.Erat Beroe & ipsa ex gẽte Æacidarũ.Mirũ est ac citra fidẽ qđ Græci scriptores aiunt in puero euenisse,quũ illi qui in periculo infantẽ subtraxerant ad fluuium,qui iuxta Megaras Macedoniæ locũ labitur,cursu deuenissent,vrgerenturq; ab iis qui ad cędem pueri missi e vestigio sequebantur,ne a percussoribus opprimerentur(nã fluuius tranari vado nõ poterat)infantẽ saxo alligatũ;seruatorũ vnũ in vlteriorẽ ripã validissimo iactu incolumẽ emisisse,alii tragula alligatũ affirmant,quem Pyrrhi casum videri potest Maro in Camillam a Metabo patre seruatam transtulisse.

Pyrrhi infãtis discrimina.

Glaucus siue misericordia,siue infantilibus blãdimentis inductus puerũ aduersus Cassandrum Macedoniæ regem diu protexit,quem ille sub belli denũciatione sibi ad necem tradi deposcebat,addito huic pietati adoptionis officio,quem Glauci fauorem Epirotæ deinceps secuti,puerum vndecim annos natum in regnum restituere, datis illi qui regnum ad adultam vsq; ætatem tuerentur. Tantis inde Pyrrhus est auctus successibus,vt vnus omnium regũ sit creditus,q a Tarentinis & sociis Po.Ro.viribus tuto opponeret. Ipse magni Alexãdri laudũ æmulus,potius occupandæ Italiæ cõsilio,q̃ vt Tarentinis auxiliũ ferret, ad id bellũ venisse creditur.Ingeniũ in eo gloriæ cupidũ,aspectus non mitis,sed terrificus,pro dentibus osse vno superna gingiuarum parte genitus,qđ & Prusiæ Bithynię regis filio accidisse proditũ est, rimulis in figurã dentium,ossis spatiũ diuidentibus.Mederi adhæc splene laborãtibus dextro pede contactis.Pedis digitus maximus post mortem cremari non potuit.

Dentes Pyrrhi.

Pyrrhus vbi Tarẽtũ venit,offensus ciuitatis desidia gymnasiis & ambulacris,in quibus Tarẽtini verbis militabãt, clausis acerbissimum habuit delectum.Interea & qui tempestate fuerãt disiecti perpauci affuerunt.Ibi rex,etsi cæteros expectare in animo habebat,quia tamẽ terebat Valeriũ Leuinium cõsulem Lucaniã populari,cũ iis copiis quas ad manus habuit,in hostem proficiscitur, præmisso ad Romanos caduceatore vellent ne se iudice cũ Tarentinis de iure causam decernere.Respõsum est a consule Po.Ro.neq; Pyrrhũ iudicem legisse,neq; hostem formidare.

Valerius Leuinius.

Hæc ille,atq; vna in Pyrrhum progressus,inter Pandosiam vrbem & Heracliam ad Syrim fluuiũ cõsedit,a quo & Syris aliquando Heraclia est dicta.Fuit Pandosia Oenotriorũ regia,sed Alexãdri cęde multo insignior facta.Pyrrhus cũ Romana castra inspecturus ad Syrim adequitasset,ordinẽ & formã castrorũ procul intuitus,Hæc inquit Barbarorũ disciplina nõ est barbara,dein citeriore ripa fluminis stationibus firmata,tantisper pugna abstinendũ duxit,donec copiarũ q̃ mari disiectæ fuerant,robur circa signa coiuisset.Cæterũ hæc causa quę Pyrrhũ ad pugnã cũctatiorẽ faciebat,eadem Leuinio suadebat,vt prius fortunã experiretur,q̃ hostium vires augerentur.Flu-

Verba Pyrrhi de Ro.

uium itaq; haud vno vado trāsnare adortus,Græcos q in aduersa ripa stationē habebāt,metu dispulit.Pyrrhus tumultu excit⁹ aciē instrui imperat,ipse cū tribus milibus eqtū ad fluuiū oc

Concurrit ad Syrim flu.

currit,vt hostē vado inhiberet,aut nup fluuio emersum,& in ripa adhuc tumultuantē,subito turbaret accessu.Vbi igit eo ventū est,Romanosq; obiectis clypeis i acie stare vidit, atq; eqtatū oēm in cornua reiectū,primus oīm,virtutē animi ac robur corporis ostētaturus in aduersam aciē irruit,statimq; sublato vtrinq; clamore atrox est prælium initum. Ferire Pyrrh⁹ hostē,atq;

Pyrrhi cas⁹

vna suos exēplo & verbis hortari,quū Epaclus Ferentan⁹ pfectus infesto telo regē inuasit,atq; traiecto equo ad terrā deiecit.Hic celeri suorū occursu defensus in aliū recētē equū subito cōscēdit,psenti piculo cautior fact⁹,sed ad pugnā nihilo segnior.fuit Epaclo sua virt⁹ infelix,suffosso equo ad terrā deuolutus,hostilib⁹armis iacēs obrutus est,multisq; vulneribus confectus. Iā equestris acies Pyrrho minus ac minus cōstare cœperat,quū phalāge hostib⁹obiecta,pugnā exæquauit,ibi Pyrrhus regiis insignib⁹ depositis,gregarii militis habitu se ornat,vt cauti⁹ in media pugnaret acie,atq; ita incognit⁹ in aduersum Romanorū agmē irruit.Parū abfuit qn error ille victoriā Romanis dederit.Ignobilis qdā Epiroticū militem p rege adort⁹ ad terrā deiecit,deiectū spoliat.Chlamidē inde & cætera insignia clamitās suis ostentat,Pyrrhum a se interfectum quū aliis passim,tū cōsuli affirmat.Fecit res ipsa fidem conspectis spoliis,ingēsq; alacritas est Romanis orta.Hostes cōtra dolor & metus occupat,fuissetq; statim acies i fugā versa,nisi nudato capite rex se viuere inter suos alta voce testatus esset.Septies vtrūq; agmē alterū pepulit,totiesq; retro pulsum abiit,postremo Romanorū equis insueto Elephātorū odore,& aspectu territis(nam tū primum Romani Elephantes viderāt)primo stupor equites incessit, inde pauor & trepidatio ingens secuta est:vt q vbiq; vincere cōsueuerūt,monstrosa beluarum magnitudo vicerit.Pyrrhus labantem Romanorū aciē intuitus,Thessalos eqtes in Romanas

Cæsorū numerus.

alas metu perculsas immittit.Tū cæde & strage multa apta fuga iclinauit.Dionysi⁹ ad.XVI. milia Romanorū eo prælio cæsa scripsit,nec Pyrrho gratuita cōtigit victoria.XIII.milib⁹ hominū,vt idem author pdidit,acie amissis.Hieronymus,Plutarcho authore.VII.milia Romanorū & quatuor hostiū desiderata eo die credidit.Pyrrhus postridie Romanis castris potit⁹,q noctu fuerant a consule deserta,spolia ex cæso hoste legit,ibi iacētiū Rōanorū vulnera trucesq; vultus secum miratus,omniū se gentiū breui dominū futurū dixit,si tales eēt milites sortit⁹. Multis inde ciuitatibus in fidē receptis,iunctisq; sibi Brutiis Sānitibus &Lucanis,q iam antea

Pyrrhus Romā adit.

a Romanis defecerāt.Romā ire pgit,Cāpaniaq; fœde populata.Præneste vsq; pgressus ad decimumoctauū lapidē ab vrbe,vt Eutropius scribit,castra fecit:Trogus author est.CCC.stadia ab vrbe metatū,inde veritus ne ab hoste circūueniret(nā Rōanus cōsul nō multo post seqbat) in Cāpaniā decessit,quo legati ad illū venisse dicunt,vt captiuos redimerēt. Ibiq; rex testat⁹ se

Captiuorū numerus.

certare cū po.Ro.de gloria & imperio(vt Ennius pclare scripsit)nō māgonū more negociari, captiuos sine ptio restituit,q mille & octingēti numero fuisse tradunt.Trogus ducētos gratis po.Romano redditos ait.Erātq; res Romanæ in hoc statu,cū Mago dux Carthaginēsium cum CXX.nauiū classe ex fœdere in auxilium Romanorū venit.Is curiā ingressus ægre Carthaginenses ferre dixit,q bellū in Italia a pegrino rege illatū haberēt,missumq; se ob eā causam,vt socios auxilio iuuaret.Gratiæ actę sūt Carthaginēsib⁹a senatu.Sed Mago punico īgenio,haud multo post quasi futurę pacis author,Pyrrhū adiit,corā speculaturus q̄ cōsilia de Sicilia inua

Fabritius.

dēda agitaret.Cōstās phama erat illū in Siciliā accersi,atq; ea de causa vt regē Italico bello remoraret,potiusq̄ q Romanis cōsulerū vellet,classis fuerat a Carthaginēsib⁹ in Italiā missa.Fabritri⁹ interea homo singulari cōtinētia,ad Pyrrhū vt Trogus scribit publico noīe venit,de pace cū eo acturus.Plutarchus,pace a Pyrrho p Cyneā prius tentata,Fabritiū ait ad regē venisse nō de pace acturū,sed vt captiuos redimeret,a qua opinione ne oīno abhorrerem,ea res fecit q Pyrrhus,vt credere par est,in Siciliā trāsfretaturus,Romanū bellū quoquo mō cōpositum voluisset.Illud inter oēs cōstat,regē ob phamā inter ipsos etiā hostes de Fabritio receptā experiri voluisse,an illius aīm posset auro & munerib⁹ corrūpere.Quartā sui regni partē ei conditione pollicitus est,si secū militare vellet.Sed similius vero est qd Plutarchus meminit,q phama & celebritate viri Pyrrhus adductus,hospitium cum eo inire voluit.obtuleratq; ob eā rē seor-

Pyrrhus Fabritium auro corrūpere tentat.

sum abducto vim auri ingentem,quo constanter repudiato,alia sit a Pyrrho via inita, ad constantiā hominis explorandam. Postridie per speciem colloquii Fabritium secretiorem in locū traxit,vbi post aulæū maximus omnium Elephantorum,qui in castris erant,de industria latebat.Hic sermone vix bene instituto,secundū aulæi casum ingenti stridore belua Fabritii caput

proboscide percussit,ad quē ictū nihil vir Romanus exterritus,placide Pyrrhū respiciēs, Neq͂ heri inquit rex tuū aurū me mouit,neq͂ hodie belua.Inde regiæ cœnę adhibitus,quū Cyneas quædam de Epicuro dissereret,qui hosem a cura reip.submoueret,tāq͂ voluptatis, cui⁹ erat assertor,corruptrice,prædicaretq͂ omnia esse voluptatis causa facienda,Fabritius palam optasse fertur,vt eā dii mētem Pyrrho darent & Samnitibus q͂diu essent cū Romanis bellaturi. Quū per hæc ille regem & alios in sui admirationem vertisset,Romam est dimissus,cūq͂ eo Cyneā a Pyrrho missum quidā scribunt,vt coram ibi de pace ageret. Verū siue tūc,siue prius ille Romam profectus est,nam vtrūq͂ tradit,multa a rege munera secum attulit.Sed nulla ei domus (qd̄ vix,in hac auri fame qua hodie laboratur,fidem inueniat) inferre volēti patuit.Adeo tūc par cōtinentię studiū oībus fuit.Inclinabant tamē omniū animi ad pacem,cuius cupidus erat Pyrrhus ob Siculam expeditionem,quā animo agitabat.Romani & ipsi graui p̄lio victi,veriti ne maius aliquot discrimen respu.adiret,a pace nihil abhorrebant.Sed quū ea adhuc cōsultatio teneret, Appius ille Claudius,qui post censutam captus fuerat luminib⁹,lectica in curiam delatus,vbi dicturus sententiam stetit,silentio inter patres facto,ob tāti viri authoritatem,sic orsus dicit.Dolebam inquit antea patres conscripti,q͂ in hāc oculorū cæcitatem incidissem,at nūc vehementer doleo,q͂ non sum & aurib⁹ priuatus,ne turpissimas sentētias, q̄ vrbis nostræ gloriam subuettūt,audirem.Mox his repēte illatis,q̄ postea Enni⁹ carmine est cōplexus, Quo subita & dementi ruina inquit patres cōscripti,flexerūt mentes illæ,quæ vobis antea steterāt? Vbi illa verboꝝ iactantia,quæ in ore omniū nup erat?si Macedo ille Alexander orientis domitor in Italiam venisset,essetq͂ cū nostris patribus,aut nobiscum acie cōgressus, euenire oportuisse,vt aut morte,aut turpi fuga maiorem gloriā maiusq͂ nomē huic vrbi reliqueret. Sed q̄ per deū nunc diuersi ab ea verborū iactantia abitis,Chaones & Molossos,q semper Macedonibus prædæ fuerūt,&:Pyrrhum eorum regem formidatis,quem vnus ex Alexandri satellitib⁹ regno expulit,& nunc non magis Tarētinis auxiliaturus,q̄ vt domesticos hostes fugeret,i Italiam transmisit,ausus profiteri se Italiam subactutū,q exiguā Macedoniæ partē mercede adeptus tueri non potuit.Q; si turpi pace bellū cum eo soluitis,non tam ille erit amicus factus,q̄ alii externi reges,velut illecebra quadam,inuitabuntur ad Romanū nomē bello lacessendum. Et qd̄ omniū turpissimū sit,abibit Pyrrhus nō modo impune ferens q̄ per iniuriam nobis intulit,sed accepta etiam mercede author erit fœderis cū Samnitib⁹ & Tarētinis recipiēdi.Mouit hęc Appii oratio vniuersum ordinem,animisq͂ ad belli studiū reuocatis, ita est Cyneæ responsum.Oportere Pyrrhum pri⁹ Italia excedere,inde si vellet cum Po.Ro.de societate & amicitia ageret.Cyneas ad regē reuersus dixisse fertur,se Romæ multoꝝ regum consessum nō senatum vidisse.Alii dicunt a Pyrrho interrogatū,qualis ac quanta hostiū ciuitas illi visa esset, regū non priuatorum hominum conuentum responderit se Romam arbitrati. Nec ita multo post C.Fabritius & Q.Æmylius consules facti,quum in castris essent,occulte epistola a Timochare Pyrrhi medico est illis reddita,qua regem se veneno sublatuꝝ pollicebatur,si dignū sibi præmium proponeretur. Valerius Antias eū furtim ad consules venisse prodidit, remq͂ a consulibus ad patres delatā,atq͂ publice legatos ex vrbe ad regem missos qui eū cōmonerēt,vt ab insidiis suorū caueret,nulla Timocharis interim mentione apud regē facta.Claudi⁹ Quadrigarius non Timocharem,sed Niceam id pollicitum prodidit,neq͂ legatos a senatu missos,sed literas a consulibus ad Pyrrhū regem in hanc sententiam datas. Fabritius & Æmylius consules Pyrrho regi salutem dicunt.Nos pro tuis iniuriis continuo animo strenui tecū inimiciter bellare studem⁹,sed cōmunis exempli & fidei visū est,vti te saluū velimus,vt esset quē armis vincere possemus:venit ad nos Niceas familiaris tuus,qui sibi preciū a nobis peteret,si te clā iter fecisset,id nos negauimus velle,neue ob eā rem quicq̄ cōmodi expectaret,& simul visum est,vt te certiorem faceremus,ne quid eiusmodi si accidisset,nostro cōsilio ciuitates factū putarent,& qd̄ nobis non placet,Romanos p̄cio,aut præmio,aut dolis pugnare,tu nisi caueas iacebis.Plutarchus breuiore exēplo literas nō nihil ab illis diuerso datas retulit.C.Fabritius & Q.Æmylius consules Pyrrho regi salutem.Neq͂ amicoꝝ,neq͂ hostiū fortunat⁹ ęstimator nobis esse videris,quū hanc epistolam ad nos missam legeris,tū satis cognosces te bonis qdem & iustis viris bellū inferre,malis vero & iniustis confidere.Hęc aūt nō tui gratia tibi significamus,sed ne mors tua calumniam afferat,quasi virtute negremus,te dolo superare cōtenderim⁹. Pyrrhus his literis lectis medicū sceleris cōuictū merito supplicio affecit,captiuosq͂ sine precio vt beneficii id hostimentū esset,Popu.Ro.restituit,ac tum demum iterum de pace acturum Cyneam

Cyneas Romā mittit.

Appii oratio ad p̄fes.

Consules. Timochares medic⁹.

Romã missum Plutarchus scribit. Vnde quũ ille respõsum nihilo pacatius retulisset, rex bellũ executus apud Asculũ cũ P. Sulpitio & Decio consulibus iterũ cõgressus, quia locorum difficultate elephãtes impetũ capere nequiuissent, ancipiti marte ad noctẽ dimicauit, ac triduo post acie ęquioribus locis instructa, iaculatoribusq; inter beluas cõstitutis, toto simul agmine ĩ Romanos ĩcubuit, q locorũ difficultate nihil adiuti, diu tñ cõsertũ pręliũ sustinuerũt, demũ ea pte qua rex suos in pugnã vrgebat, Romana acies pulsa est. Sed nihil ęque fugã fecit ac beluarũ ĩpetus ad quas inhibẽdas nullã adhuc Romani artẽ cõmenti, velut turbinẽ & pcellã quãdam earũ in cursum declinarũt. Castra quo fuga inclinauerat strenue sunt retẽta. Hieronymus sex Romanorũ milia eo pĺio cecidisse prodidit. Dionysius ne bis quidẽ ad Asculũ dimicatum scribit, nec Romanos victos, vnius interim pĺii mẽtione facta, qđ noctis interuentu decerni nequiuerit. Pyrrhi brachio transfixo cecidisse vtrinq; supra quindecim milia hominũ. Nec Pyrrhũ acceptam eo pręlio cladẽ dissimulasse aiunt, qui in recognoscendo post pugnã exercitu dixerit: Periuimus haud dubie si sic Romanos iterũ vicerimus, maxima militum parte, quos secum adduxerat, duobus pĺiis cõsumpta, & cũ his omnibus fere ducibus, atq; fortissimo quoq;, nec domi erant quos inde accerseret in Italiã. Contra Romani, assiduis supplementis, nullum videbãtur sentire detrimẽtũ. His ille difficultatib[9] circũuẽt[9], in nouas rursus spes incidit, hinc Siculis identidem eũ aduersus Carthaginenses & Tyrannos accersentibus, inde ex Græcia literis & nũciis significantibus, Ptolemæum, qui Seleuco insidiis oppresso Macedoniæ regnũ inuaserat, victũ pręlio a Gallis mortẽ occubuisse. Enimuero immensa vis Gallorũ bipertito ex Gallia vno tẽpore profecta tradit, ad CCC. milia fuisse dicuntur. Pars vna Brenni ductu vrbẽ Romam cepit & incendit. Altera Hircinios saltus transgressa, per illyricũ in Pannoniam penetrauit, atq; terra ipsa armis subacta diu haud vnius regni opibus contenti, cũ finitimis vario euentu bella runt. Multis inde successibus, aliis super alios, elati, duplici iterũ agmine digressi, pars hęc Gręciã, illa Macedoniã inuasit. Tantus interim erat Gallici nois terror, quorũ arma velut procella quædam omnia sine discrimine proculcabãt, vt reges nondũ lacessiti, ingẽti pecunia pacem ab ea gente mercarẽtur. Solus Ptolemęus q Macedonię regnũ scelere quæsitũ obtinebat, Gallorũ aduentũ intrepidus audiuit, tanq̃ bella nihilo difficilius q̃ scelera patrarenť, parricidiorũ furiis agitat[9] barbaro occurrere est ausus. Ille quũ aliquãdiu bellũ cũ Antigono Demetrii filio gessisset, eo vi pulso, cũ Antiocho pacẽ firmauit. Pyrrhũ aliquãto antea sibi affinitate deuixerat, ei filia in matrimoniũ data. Externoq; per hæc metu deposito animũ ad domestica scelera conuertit, primoq; Arsinoe sorori suæ insidiatus, filios quos illa ex Lysimacho fuerat enixa sustulit, ipsamq; Cassandræ vrbis possessione priuauit. Qđ scelus, vt aliquãto cõmodius consisteret, sororis nuptias primo ambire cœpit. Abnuere Arsinoe id matrimoniũ, vt q̃ nullã fratri haberet fidẽ magis filiis q̃ sibi timẽs, cũ qbus se illa ĩ Cassandra vrbe cõtinebat. Demũ vltimis execrationibus apud simulacra & puluinaria deorũ interpositis, syncęra fide ipsius nuptias sibi deposcere, velle se cũ filiis ei[9] regni cõsortiũ iũgere, ipsãq; reginã appellare, neq; se aliã vxorẽ, neq; alios liberos, q̃ ex ea sublaturũ: Arsinoe in spem magni cõnubii futuræq; concordię adducta, cũ fratre venit in colloquiũ, ibi quũ Ptolemæi vultus & blandientes oculi, non minorẽ fidẽ q̃ iusiurandũ pollicerenť, frustra filio idẽtidẽ reclamante, matreq; fraternæ fraudis admonente, nuptiæ regali apparatu multaq; lætitia celebranť. Ptolemęus vocato ad cõcionẽ exercitu, sororis capiti diadema imponit, ipsamq; reginam appellabat, quo nomine in lætitiã effusa, quia appellationem, quam morte prioris mariti amiserat, recepisset, vltro virum in vrbem suã Cassandram inuitat, cuius potiundę cupiditate, omnia dolo malo a rege fiebant. Prægressa igitur Arsinoe diem festũ vrbi in fratris & mariti aduentum indicit, domos, templa, vias, festa iubet fronde exornari, aras passimq; hostias disponi. filiosq; adhæc Lysimachum sexdecim annos natũ, Philippũ triennio minorem, vtrũq; forma insignem, coronatos aũiculo eidẽq; & victrico, iubet ire obuiam. Eos Ptolemæus, ad celandã fraudem, multa hilaritate cõplexus, diu osculis fatigat, mox vrbem ingressus arcem illico occupari iubet, pueroſq; vna interfici, q cũ ad matrem visis percussoribus cõfugissent, in eius gremio & complexu obtruncati sunt. Arsinoe interim proclamante, quod tantũ nefas nubendo, aut post nuptias contraxisset, suũq; corpus percussoribus obiiciente, vt filios ptegeret. His igiť crudeliter interfectis, ipsa conscissa veste duabus dũtaxat ancillis comitata, in Samothraciã concessit, eo miserior q cũ filiis mori nõ licuisset. Furiæ igitur domesticorũ scelerum vltricib[9] Gallorũ copiis infandum caput obiecere, qđ vt stultius periret. XX. Dardanorũ milia per legatos in auxilium missa repudiauit, actum de

Bis paucis diebus pugnatum.

Ad Asculũ iterũ Ro. dimicant.

Gallorũ successus.

Gallorũ terror.

Ptolemæi fraus erga Arsinoẽ sororem.

Arsino. filii obtrũcanť.

Macedonia dicens,si quũ totũ orientẽ eius terræ viri domuissent,Dardanorũ ope ad se tuẽdos indigerent. Habere se filios eorum,qui cum Alexãdro maiorem terrarũ partem armis subegissent.Quæ vbi Dardanorũ regi nunciata sunt dixisse fert,Macedonię regnũ immaturi iuuenis temeritate casurũ. Venerũt interim a Belgio Gallorũ duce legati ad Ptolemęũ pacem pollicẽtes,si eam certo auri pondere redimeret. Tum ille,audiẽtibus legatis,testatus est metu perculsos pacem a se petere,quã se Gallis haud quidem daturum respondit, nisi armis traditis suos sibi regulos obsides dedissent.Riserunt Galli vanã hominis fiduciã,paucisq; interiectis diebus cõmisso prælio,Ptolemæus multis vulneribus cõfossus viuus capitur.Ipsius inde caput busto ademptũ atq; hastæ affixum Galli tota acie ad hostiũ terrorem circũferunt.Macedones & ipsi ad vnũ propemodũ cęsi,siqui pugnæ supfuerũt,eos pręceps fuga seruauit.phama acceptę cladis adeo Macedoniã perculit vt passim portę vrbiũ sint clausæ.Dolebant simul interfectorũ vicẽ,simulq; nunc Philippi,nunc Alexandri nomen,cum fletu & suspiriis inuocabãt, miserariq; vna afflictam totius gentis fortunam,vt Macedones,qui rerum gestarũ gloria nuper cęlo proximi accessissent,omni præsidio spoliati,barbaris futuræ prædæ relicti essent.Cæteris igit desperãtibus,vnus Sosthenes repertus est qui non lachrymis & precib⁹ agendũ ratus,contracta iuuẽtute,Gallos victoria exultantes non solũ sustinuit,sed Macedoniæ etiã finib⁹ expulit,quæ res effecit,vt quũ multi Ptolemæo sublato regnũ ambirent,cæteris posthabitis, magno totius exercitus consensu,rex sit Sosthenes appellatus.Sed dũ hæc in Macedonia gerunt, Brẽnus cu ius ductu in Græciam se alterũ Gallorũ agmen effuderat,audita suorũ victoria,indignatus q; temere prouinciã omniũ fere gẽtium spoliis honustam victores reliquissent,cũ centum quinquaginta milibus peditũ & equitũ.XV.milibus Macedoniam tumultuose irrumpit, cui Sosthenes cũ modica manu occurrit.Tum vero facile pauci a pluribus,trepidi a potentib⁹ victi, intra mœnia cõpellũtur.Brẽnus totã Macedoniã late populatus,inde quasi hominũ spolia sordérent,ad res sacras diripiendas conuertit animũ,deos dictitans largiri hoĩbus oportere,Delphos igit raptim ducit agmen Apollinis templũ spoliatur⁹.Fuit illud in Parnassi parte constitutũ,rupibus & scopulis pene vndiq; impendentibus.Ibi ciuitatem frequẽtia hominum ea tẽpestate fecerat,quũ ad affirmationem maiestatis vndiq; currentes in eo saxo consedissent,templũ ciuitatemq; non muri,sed præcipitia defendebant.In hoc rupis anfractu,media ferme mõtis altitudine,exigua erat planities,& ĩ ea ꝓfundũ terræ foramẽ,qđ ad oracula patebat,ex quo frigidus spiritus vi quadam velut vento,in sublime expulsus,in furorẽ & amẽtias afflatas virgines vertebat.Impulsæ Pythię fatidico haustu secreta fatorũ promere.Multa hic veterũ recẽtiorũq; regum congesta erant donaria,quæ Brennus direpturus,nonnihil vbi templum in cõspectu habuit,deliberabundus stetit,immitteret militẽ confestim in prædam, an fessum itinere ad radicem montis nocturna quiete reficeret. Eurydamus & Thessalonus, qui spe prædæ se Barbaris iunxerant,tollendã esse moram cẽsent,dũ hostes imparati adhuc essent,subitusq; accessus terrori esset ꝓpugnatoribus,interiecta nocte,& aĩos hostibus & auxilia accessura. Hæc illi,sed Galli ex longa inopia rerum omnium opulentiam passim totis agris adepti,licẽtiosius per agros dispalati,in prædã vertunt,ac procul a signis digressi, pro victoribus euagantur.ea res saluti fuit Delphiis,qui finitimorũ auxiliis noctu adaucti,prius vrbem firmo pręsidio muniuere q̃ eã Galli oppugnare sint adorti.Habebat Brẽnus(Idem enim nomẽ huic quoq; fuisse reperio,cuius ductu tũ res gerebatur,qđ & illi qui cũ diuersa Gallorũ manu Romanos olim ad Alliam vicit)ex omni exercitu lecta quinq; &.lx.peditũ milia,Delphii cũ appẽdicibus sociorũ circiter quatuor milia fuere,tũ Barbarus ad suorum animos accẽdendos quadrigas plurimas quas puro auro fusas esse credi volebat,& alia præclara signa ex subiecta planitie militib⁹ ostẽtat,victoribus prædæ futura affirmãs,suos in aduersum montẽ immittit.Contra Delphii multa vi resistũt,Gallosq; p scopulos & saxa ardua in summũ nitẽtes omni genere telorũ obruũt. In hoc partiũ certamine,templi antistes,& Pythiæ cũ eo,sparsis crinibus insignibusq; & infulis pauidæ in primã pugnantium aciem procurrunt,deum adesse clamitãtes, vidisseq; se eum desilientem in tẽplum per aperta culminis fastigia,inde quum omnes opem dei suppliciter implorassent visum a se iuuenem, supra humanum modum insigni pulchritudine,comitesq; illi duas virgines armis instructas ex propinquis duabus ædib⁹ Dianæ & Mineruę occurrisse,nec oculis hęc tãtũ a se visa,sed auditũ etiã stridorem arcuũ,ac strepitũ armorũ,ne proinde cuncta rent diis antesignanis hostem ꝓsternere,victoriæq; deorum se socios adiungerent. His malorũ dæmonum præstigiis, aut sacerdotum potius mendacio, propugnatores accensi,certatim in

Ptolemęi insolentia.

Prole.&Macedonũ cędes.

Sosthenes rex declaratur.

Brẽn⁹ Delphos agmẽ ducit.

Antrum Fatidicum.

Brenni copiæ.

Oppugnantur Delphii.

Dæmonũ præstigiæ.

Gallorũ & Brẽni regis interitus.

pugnam prosiliũt. Phama est subito motu terrę partem montis abscissam, in dẽsos Gallorum cuneos cũ strage & ruina multa incidisse, secutã inde fœdã tempestatẽ, grandinem fulminibus mixtam, q̃ magnam exercitus partem consumpsit. Brennus quũ inexpectatæ cladis dolorẽ ferre non posset sibi manum intulit, ad. X. milia quæ ex ea strage emerserant, alii fame, gelu, peruigilio: alii quũ per loca passim sacrilegiis infesta fugerẽt, ferro periere, vt nemo qui cladẽ nũciaret, ex tãto nuper exercitu, superfuisse credatur. Nec ita multo post altera Gallorꝫ manus, quæ a Brenno in Grçciã profecturo, ad Pannonię fines tuendos relicta fuerat, ne soli desides viderẽtur cũ. XV. milib⁹ peditũ, & tribus equitũ, domo profecti, Getas & Triballos prælio superant. Dein Macedonię ĩminentes legatos ad Antigonũ Demetrii mittũt (nam Sosthenes vix triennio regnauerat) qui vęnalẽ illi pacem offerrent. Legati magno auri apparatu in castris ab Antigono excepti, vbi domũ venere authores suis fuerũt, vt castra auro & argento referta, nullis munitionib⁹ firmata, subito accessu occuparent. Galli haud leui illecebra adducti, noctu hostẽ opprimere cõstituũt. Pręsensit Antigonus Gallorꝫ cõsilia, datq; suis signũ, vt ꝓciosissimis quibusq; rebus sublatis, in ꝓximã syluã sub noctem concederent, ibiq; intenti in omnem occasionẽ

Antigoni consilium.

starent. Galli deserta castra intuiti, mirari primo solitudinẽ, inde & insidias veriti, non nihil ab irruptione abstinuerunt. Fuga deinceps hostiũ certius explorata, in prædã discurrũt, direptis castris, vt & naues diriperẽt, ad littus contẽdunt. Hic dum incautius versantur prædæ intẽti, a nautis & parte exercitus, q̃ eo ex castris sese receperat, velut ĩsidiis excepti, in medio cædũtur. Fuitq; Gallorꝫ cędes adeo ĩgẽs, vt pacẽ Antigono, nõ solũ ab ea gẽte, sed a finitimis quoq;

Gallorum cædes.

eiusdem feritatis, in posterum præstiterit. Fuit ea tempestate tanta Gallorꝫ fœcũditas, vt maiorem Asiæ partem ĩcredibili multitudine impleuerit, nemoq; Asiaticorum regum, sine Gallicis auxiliis bellaret, neq; regno pulsi ad alios q̃ ad Gallos cõfugerẽt. Tãtus terror erat Gallici no-

Gallorꝫ nomen.

minis, siue armorꝫ felicitas, vt nemo maiestatẽ suã tutam sine talibus auxiliis crederet, quo cõtigit, vt a Bithynię rege in auxiliũ vocati, cũ eo post victoriam regnum partiti sint. Terra quã mercede tenuerunt, Gallogręcia appellata est. Polybius, q̃d ad Delphicam expeditionem atti-

Gallogræcia.

net, existimare videt̃, biennio priusq̃ Pyrrhus in Italiam traiecit, Brennum cum suo exercitu Delphis extinctum. Trogus & Plutarchus, sub id tẽpus, quo Pyrrhus in Siciliam bellũ trãstulit. De quo, vt certius omnia dicant̃, altior est nobis de statu insulę instituendus sermo. Euerso

Sicilię stat⁹

iunioris Dionysii principatu interquieuit nõ nihil res Syracusana, libertasq; a Timoleõte restituta, inter spem & metũ plures est annos retenta. Cæterum quum externam vim formidarent Syracusani in domesticã inciderunt. Agathocles homo in Sicilia sordido loco natus, & qui nihilo honestiorem pueritiã q̃ domesticos natales habuit, Syracusarum & vniuersæ insulę tyrãnidẽ occupauit. Fuit is insigni forma & pulchritudine corporis egregia, diuq; vitam egit stu-

Agathocles Syracusanus.

pri patientia. Vbi vero per ætatẽ adoleuit, libidinem a viris ad fœminas transtulit, mox eo scelerũ processit, vt iam vtroq; sexu infamis vitam latrocinio mutauerit. Interiecto deinde tempore quũ Syracusas venisset, diu sine fide, mox gregarius miles fuit. Idẽ, quũ & manu esset & lingua promptus, breui cẽturio, deĩde tribunus est factus. Ætneo deinceps bello quũ clarum vir-

Agathoclis incremẽta.

tutis experimẽtũ in omnium militum conspectu deposuisset, magnamq; de se spem ciuibus fecisset suis, in Damasconis ducis fato defuncti locũ magno est omnium consensu suffectus, cuius vxorẽ adulterio cognitã, post illius mortẽ in matrimoniũ recepit, nec ꝓsenti successu contẽtus piraticam exercuit. Inde Syracusanorꝫ libertatem opprimere adortus, frustratus incepto, in exiliũ agitur. Margũtini, apud quos exulabat, in Syracusanorꝫ inuidiã, quos infense oderãt, prætorem primo inde ducem declarauit, quo bello Leontinis vi captis, Syracusas obsidione cingit: Syracusani ab Hamilchare Pœnorũ duce auxilium implorãt. His etsi ad id tempus Carthaginẽsiũ hostes fuerãt, misit tamen Pœnus auxilia, atq; ita accidit vt vno tempore Syracusę ab hoste defensę sint, & a ciue hostili odio oppugnatę: ibi Agathocles cum cerneret vrbẽ fortius defendi, q̃ vt expugnari a se posset, Hamilcharem per internũcium precatur: vt inter se & Syracusanos pacis arbitriũ suscipiat, peculiaria sui obsequia in ipsum repromittẽs. Hamilchar ratus fore, vt ꝑ Agathoclem ipse multo potentior in Sicilia fieret, cum eo societatem iungit, ac quãto ille aduersus Syracusanos potentior fieret, tãto sibi & aliis Punicis imperatorib⁹ maior gerendarũ rerum facultas in insula pararetur, Agathocli non solum pacem & reditum in vrbẽ confecit, sed vt prætor etiam a Syracusanis designaretur author extitit. Hic ille expositis ignibus cereis tactisq; in obsequia Carthaginensium iurat, acceptisq; ab Hamilchare quinq; milibus Aphrorum ex principibus ciuitatis potentissimum quẽq; interficit. Inde velut rei-

publicæ statũ reformaturus,populũ in theatrũ ad concionẽ vocat.Interea senatũ,quem aliquã̃to antea in gymnasiũ accersiuerat,militibus trucidandũ obiecit.Hacq; pacta cæde ex plæbeiis nobiliores quosdã,linguaq; & manu promptiores occidit.Quibus ita gestis,conscripto exercitu,finitimas vrbes inopinato bello aggredit,sociasq; interim Carthaginẽsiũ ciuitates,permittente Pœno,omnibus iniuriis vexat.Sociorũ querelę Carthaginem delatæ, magis Agathoclis iniuriã,q̃ Hamilcharis pfidiã incusabant,illũ vt tyrannũ & ad insulæ principatum anhelantẽ, hunc non Syracusarũ modo,sed socioꝝ etiam pditorem, breuiq; futurũ nunciabãt,fœdũ illud incendiũ Hamilcharis culpa cõflatũ,quo tota Sicilia arderet,ipsa Libyci maris vastitas cohibere nõ posset,quin & Aphricã corriperet.His socioꝝ q̃relis senatus ira accensus,tacito Hamilcharẽ suffragio dãnat,veritus credo illi⁹ potentiã,q; exercitui adhuc præesset,& cũ Agathocle sentire credebat.Suffragiis in vrnã coniectis,non placuit prius decretũ recitari,q̃ ille priuatus Carthaginẽ venisset.Sed id iudiciũ mors Hamilcharis puenit,liberatusq; est fati munere, quẽ ciues tacito iudicio morti destinauerãt.Atq; ea res materiã Agathocli pbuit bellũ Carthaginẽsib⁹ inferẽdi,q; in suã inuidiã Pœnũ ducẽ sciret a suis piudicio dãnatũ.Cõgressus itaq; cũ altero Hamilchare Gisgonis filio,qui cũ nouo exercitu in Siciliã venerat,tyrannus plio vict⁹ Syracusas concessit.Nec multo post reparato bello nihilo meliore fortuna cum Pœno cõflixit. Hamilchar tyranni opibus duplici prælio fractis Syracusas obsidet.Hic Agathocles quum neq; par esset hosti,neq; ad ferendã obsidionem satis instructus,iam enim & sociæ ciuitates ab eo defecerant,bellũ in Aphricam transtulit,rẽ ausus,quam ne victor quidem alius temere audere debuisset,vt qui in sua vrbe impar esset hostibus, alienã bello adoriretur,& quũ domestica tueri non posset,peregrina armis inuaderet,victoribusq; vict⁹ insultaret.Magna fuit talis consilii fiducia,sed nõ minor industria in re ptinaciter occultãda, Agathocle cũ nullo destinatũ facinus cõmunicãte.Tãtũ Syracusanos p cõciõe hortat⁹ dicit,vt obsidionẽ fortiter ferrẽt,breui futurũ,vt Carthaginẽses,Syracusis relictis,de suarũ rerũ statu solliciti essent.Firmarẽt ipsi animũ in breue tẽpus ad ferẽdã obsidionem,siqui vero essent,quibus præsentis fortunæ conditio displiceret,factururũ se illis liberam quo vellent abeũdi potestatẽ. Mille & sexcenti reperti sunt, qui tyranni permissu,solum verterent,cęteros ipse præsidio & commeatu instruit.Mox seruos militaris ætatis libertate donatos,pari ingenuorum numero,in naues occulte iponit.Hic merito aliquis miret,q; Syracusani,tam aduerso Agathoclis tempore,aut militiam non detrectarint,aut q in vrbe relicti sunt,ad hostẽ eo absente non defecerint.Ego (quando rem alii silentio prætereunt) coniectura adducor,Syracusanoꝝ odium in Carthaginenses omnia tyranno domi forisq; tuta præstitisse,vt sæuissimo tyranno seruire maluerint, q̃ ab iis vinci,cum quibus de Siciliæ principatu diu armis disceptassent.Septimo itaq; sui principatus anno duob⁹ adultis filiis comitantibus,Agatarcho & Heraclida,ipsis quoq; ignaris quo cursus intẽderetur,in Aphricam Agathocles nauigauit,quum vulgo crederetur in Sardiniã,aut alio pcul Carthagine exercitũ deportari.Postea vero q̃ i Libyco stetit littore,tũ paucis suos affat⁹,in quo discrimine res Syracusana sita esset ostẽdit,cui seruãdę vnũ dũtaxat relictũ esset remediũ,vt in hostes a se verterent mala,quæ ipsi paterent,aliter domi,aliter foris bella tractari.Latiorem viam ad victoriã in hostico esse,q̃ i pprio solo.Domi eas vires esse quas patria subministret,foris ipsum suis hostẽ viribus vinci,deficiẽtibus sociis & diuturni iperii odio externa auxilia circũspicientib⁹.Accedere ad eã spẽ q; Aphricæ vrbes nõ muris cinctę,nõ in mõtib⁹ sitæ essent,sed i planis & humilibus locis,sine munitionib⁹,villas & vicos iacere,q̃ excidii metu facile ad belli societatem pelliciant.Maius bellum ex Aphrica q̃ ex Sicilia Pœnis exarsurum,coituraq; vndiq; auxilia aduersus vnã vrbem nomine multo ampliorẽ q̃ opibus,& quas non attulerit vires inde sibi desumpturũ,nec in subita Pœnorum cõsternatione modicũ victoriæ momentum fore, quibus tam hostiũ audacia,q̃ villarum incendia,vicorum & vrbium direptiones, ex improuiso sint oculis occursuræ.Addere his Carthaginis obsidionẽ,quibus hostes haud multo post intelligerent non Pœnis solũ in alios bella patere,sed aliis quoq; in Pœnos.Nec eos in Syracusanorũ obsidione moraturos,vbi sua oppugnari sensissent.Nullum vnq̃ bellũ facilius gestũ nec ex alia puincia vberiorem prædam sperari potuisse,si capta Carthagine omnis Aphrica Siciliaq; victoriæ præmiũ proponeretur.Gloriam præterea tantam ex eo bello affuturam,vt nulla obliuio pulchri esset facinoris memoriam abolitura,vt ad posteros ferretur Syracusanos solos mortaliũ bella,quæ domi ferre non poterant,ad hostes transtulisse, vltroq; victores persequi ausos,obsessoresq; vrbis suæ obsedisse.Quantum hęc oratio animorum militibus attulit,

Agathoclis crudelitas.

Damnatus Hamilchar

Obsidetur Agathocles.

Ferox Agathoclis consilium.

Agathocles i Aphricã trãsmitit.

tantū pdigium,qđ inter eundū illis occurrerat,occulte adimebat.Altū adhuc tenēbris sol de-
fecerat,qđ pdigiū satis arguta īterptatiōe ad hostiū excidiū pertinere dixit Agathocles,qa nō
ante profectionem id accidisset,sed vbi bellū Aphricę ex alto incendi occœpisset. Naturalium
syderū defectum semp pręsentiū rerū statū mutare.Haud dubie florentibus Carthaginēsiū re-
bus,suisq iandudū iacentib⁹,mutationē significari.Hisq persuasionibus exercitum in spē be-
ne gerendę rei erectū,simul in littore exponit,& naues oībus volentibus iussit incēdi,vt nemo
esset q in fuga spem repositā haberet.Inde Aphricā ingressi,quum passim villas & vicos incē-
derent,Hāno dux cū triginta milib⁹ armatorū factus est illis obuius,cōmisso ƥlio egregie Aga
Agathoclis successus. thocles vicit,Hanno cæteris fuga dissipatis cū trib⁹ milib⁹ acie periit.Tyrān⁹ ƥsenti successu
elat⁹,multo lati⁹ Libyā populat,ad qnq milia passuū castra a Carthagine locat,inde suburba
nas villas & ƥdia amœnissima passim populari,diripe,incēdio absumere.Admiratio primo stu
porq ciuitates incessit,quid esset q Carthaginēsiū opes eo breui recidissent,vt ab iis qui p vi-
ctis habebant ad excidiū ƥmerent.Contemptus inde,vt fit,studio nouarum rerum animos ad
defectionem accendit,vt breui vrbes nobilissimę ad Agathoclem defecerint,frumento & stipē-
dio victorē prosecutæ.Accessit his malis velut ęrumnarū cumulus,exercitus per eos dies ī Si
cilia deletus,siquidē post Agathoclis discessū Pœni segniores facti,ab Antandro regis Agatho
clis fratre subita eruptione oppssi nūciabant.Cuius recētioris cladis phama, non tributarias
tantū vrbes,sed socios etiā reges a Carthaginēsib⁹ alienauit, amicitiæ iura non fide sed succes
su pensitantes.Fuitq in his Offellas Cyrenarum rex,qui spe īproba totius Aphricę potiūdæ,
cū Agathocle per legatos societatem iunxit,cum eo pactus vt Carthaginensibus victis sibi re
Agathoclis perfidia. gnū Aphricæ cederet.Cū ingēti igit exercitu in castra ad tyrānū venit,eiusq filiū adoptauit.
Tyrannus Offellam cœnę adhibitum obtruncat,eiusq exercitū morte regis consternatum oc
cupat,atq viribus nouo scelere auctis,iterum cum Carthaginensibus confligit,fuitq recētior
hæc pugna Carthaginēsibus non minus q̄ prior luctuosa,tanta desperatio,ob rem male gestā,
Pœnorū animos inuasit,vt nisi in Agathoclis exercitu seditio orta esset,transiturus ad eū fue-
rit Bomilchar,qui tū exercitum ductabat,cuius nefarii consilii postea conuictus,in medio fo-
Bomilcharis supplicium. ro a suis est patibulo affixus,vt is locus monumentum eius supplicii esset, qui ornamentū an
te fuerat honorum.Sed magno Bomilchar animo atrox suppliciū tulit,medio ferē cruciatu ve
lut e tribunali cōcionabundus publicæ ingratitudinis exempla collegisse,nunc illis Hannonē
obiectans falso affectati regni crimine circumuentum, nunc Gisgonis iniustum exilium,nunc
tacita in Hamilcharem patruum suum suffragia, q Agathoclem socium suis ciuibus facere q̄
hostē maluisset.Atq hæc ille concionanti similis vociferās in voce defecit. Agathocles Pœno
rum opibus accisis,altero filiorum cū exercitu in Aphrica relicto in Siciliam nauigauit, nihil
se ex ea victoria lucratū existimans,si Syracusæ,vt antea,obsiderent. Nam & Carthaginenses,
medio ardore belli,nouum in Siciliam post Hamilcharem interfectum,miserant exercitū. Pha
ma igitur rerum in Aphrica gestarum,paucis diebus,quibus ille domum reuersus est,non so-
Liberantur Syracusę obsidione. lum Syracusana obsidio soluta est,sed miro ciuitatum studio Carthaginenses tota sunt Sici-
lia expulsi.Transmisit nec multo post tyrannus in Aphricam ad exercitum, vbi in militarē se-
ditionem,ob stipendiū non redditum.incidit. Eo motu ad tēpus suppresso, quum haud multo
post temere prælīū cum hoste commisisset,maiore copiarum parte amissa,in castra rediit, du-
plici inuidiæ obnoxius,& q ipsius temeritate præsens clades accepta esset,& q needū stipēdiū
militi daretur.Ob id ratus parum tutum sibi imperium inter iratos milites futurū, concubia
Agathoclis fuga. nocte ex castris cū Agatarcho filio profugit.Siculi milites regem sequi conati sunt,sed a Nu-
midarū ala excepti assequi nequiuerunt.Retractus & filius in castra,qui ea trepidatione a pa-
tre aberrauerat.Ipse iis nauibus qbus ex Sicilia nuper fuerat delatus Syracusas nauigauit.Mi-
Occiditur Agathoclis filius. lites a rege destituti,vbi se proditos viderūt,filiū obtrūcant,ipsi propriā salutem pacti, in Car
thaginēsiū fidem cōcessere. Fertur Agatarchus,quum ab Archesilao quodam interficeretur,
percussorē interrogasse,quid putaret Agathoclem patrem ipsius liberis facturum,per quē ipse
filio orbaretur:cui Archesilaus,Satis inquit habeo,q certo scio filios meos Agathoclis filio su
perstites futuros.Miserunt Carthaginenses haud multo post exercitum & duces in Siciliā, cū
quib⁹ pacem Agathocles ęquis condicionibus fecit,pacatoq Sicilię statu,maioris Dionysii ve
Vnde Brutii dicti. stigia secutus in Italiā cum exercitu transmisit.Primiq omniū Brutii sunt hostes ab eo desti-
Lucania. nati.Sūt Brutii Lucanorū pastores,qui fuga sese in libertatē asseruerunt,quod ipsum nomē ar
guit.Brutios Lucani rebelles & fugitiuos vocant.Panditū ab Silari vsq ad Laum fluuiū Luca-

niæ ora,inde quasi Chersonnesum quandam ab Lao ad Leucopetram promontorium,quod est
vltra Rhegiũ,Brutii tenuerunt.Trogus aliã opinatur nominis causam. Vetus peculiare eius
generis fuisse ait, vt Lucani inter pastores liberos ab initio pubertatis haberẽt,sine seruili mini
sterio,sine veste quã induerent,aut stramento,cui incubarent,vt a primis annis parsimonię as-
suescerent.Cibus his venatica præda.Potus mellis & lactis & fontium liquor,vt p ea ad belli-
cos labores perferendos habiliores fierẽt.Ex his igiť.quinquaginta primo,mox alia maior ma-
nus,latrocinia in finitimos exercuit.Opposuit huic iniurię,sociorum q̃relis fatigatus, Diony-
sius Sicilię tyrãnus sexcentos Aphros,quorum præsidium ad excursiones inhibendas commu
nitum,per mulierẽ,cui Brutiæ fuit nomen,latrones expugnarunt, ibiq; ciuitatem pastoribus
ad opinionem nouę vrbis concurrentibus cõstituere,Brutiosq; se a mulieris nole appellarunt.
Primũ his bellum cum Lucanis fuit,suæ originis authoribus, cum quibus bello victis pacem
æquis conditionibus sanxerunt.Præsenti dein successu erecti,cæteros finitimos subegerũt, tã
tasq; breui opes consecuti,vt & Siciliæ regib⁹ formidolosum Brutium esset nomẽ.Creueratq;
eis successu feritas,vt quum finitimos multis iniuriis infestos haberent,ab illis Agathocles im
ploratus,auxilii prætextu,spe tñ ampliandi regni,in Italiam transfretauerit. Brutii terribilis
belli phama perculsi,legatos ad Agathoclem mittũt,qui ab eo societatem & amicitiã peterẽt.
Quos ille conuiuio admotos,alia atq; alia simulando,tã diu secum habuit,quoad exercitus ip-
sis ignaris traiiceret,die in posterũ constituta. Fuit tamen id bellũ magis nomine q̃ euẽtu ter-
rificum. Vis morbi ingens tyrannum adorta, infecta re in insulam breui postea abire coegit,
quo in dies magis inualescẽte,adeo de eius est vita addubitatum, vt inter filium & nepotem,
contentione de regno orta,fœdata sit regia patricidio,alteroq; Agathoclis filio,q minor natu
fuit,a filio fratris interfecto,regnum Agathocle adhuc viuo patricidii author occupat.Credo
hũc Agatharchi fuisse filiũ,aut certe alterius,qui inter Agathoclis liberos maxim⁹ natu fue-
rit.Senex vbi nullã pellẽdi morbi spem reliquã superesse vidit,Theogenam vxorem & liberos,
quos ex ea tulerat,adhuc pueros,cũ omni pecunia & regali instrumento,quo nemo regum di-
tior fuit,nauibus ĩpositos in Ægyptum , vnde vxorem duxerat, dimisit,veritus ne prædonem
regni,hostẽ quoq; pateretur.Diu cõiunx reluctata dicitur,charitate viri commota. Filii nauẽ
conscensuri,flebili eiulatu patrem amplexi tenebant,Theogena & ipsa maritum vt nunq̃ am-
plius visura oculis fatigabat.Nec senis lachrymę erant minus miserabiles. Flebant pueri mo-
rientem patrem.Ille exules liberos.Sed profectiõis necessitas finem lachrymis imposuit,estq; re
gis mors proficiscentes secuta,Sicq; Agathocles crudelitatis suæ,si non merita supplicia,cer-
te ad dolorẽ efficacia expendit,qui liberis maioribus natu crudeliter amissis,duobus superstiti
bus cũ matre in exilium abeuntibus ipse regno spoliatus in orbitate & solitudine decesserit.
Carthaginenses cognitis,q̃ in Sicilia facta erant,occasionem totius insulæ occupandæ præbi-
tam sibi existimãtes,cum q̃ maximis in Siciliam copiis reuersi,multas sibi ciuitates,aut vi,aut
voluntate subigunt.Hæc causa Syracusanis fuit,Leontinis,& aliis quibusdam ciuitatibus Pyr
rhi regis ex Italia in Siciliam accersendi,& quia in Macedoniam quoq;,vt supra est significa-
tum,per id tẽpus,ob Ptolemæi cædem reuocabatur,quẽ Galli cũ exercitu trucidarant, de for-
tuna questus dicitur Pyrrhus,q plurimarum rerum gerẽdarum occasiones in vnum tempus
contulisset.Stetit proinde non nihil anceps,vtram potius prouinciam capesseret.Postremo ad
Siciliam,velut ad instrumentum belli in Aphricam transfetendi,animum adiecit.Præmisit,vt
Plutarchus scribit,Cyneam qui ciuitatum studia sibi conciliaret.Tarentinis autem postulan-
tibus,vt aut secũ Romanum profligaret bellum,aut liberam ciuibus vrbem relinqueret, nullo
benigniore responso dato,tempus expectare iussit,arceq; præsidio firmata,cum cætero exerci-
tu in Siciliam transfretauit.Præstiterunt illi fidem ciuitates,a quibus fuerat accersitus,subito
sese Regi applicantes.Multæ inde vrbes,partim vi,partim voluntaria deditione,receptæ. Inde
Carthaginẽses adortus,Punicas opes breui tota insula afflixit.Erycem inde, vbi validum erat
Pœnorum præsidium,subita oppugnatione adortus, primus omnium, admotis scalis,oppidi
muros ascendit , hostemq; truci vultu territans ,plures Pœnorum vno loco obtruncauit. Sol
uit inde votum Herculi, cui ludos in vrbis oppugnatione vouerat. Eryce potitus Mamerti-
nis bellum intulit.Campani hi fuerunt,qui sub Agathocle stipendium in Sicilia faciẽtes, Mes
sanæ vrbis splẽdorem & opulentiam mirati,vbi primum peragendi sceleris oblata est eis occa-
sio, per amicitiam in vrbem recepti,violata fide, in ciues impetum fecere. Distat Messana pa
rum omnino a Rhegio,quod in Italia est interiecto freto. Eam Messenii condiderunt,qui Pe-

Lucanorũ ritus.

Brutia.

Brutiorum opes.

Agathocles graui morbo laborat.

Miserabilis Agathoclis exitus.

Accersitur Pyrrhus in Siciliam.

Pyrrhi successus in Sicilia.

Messana.

lopõnesum habitabāt,quibus nomen īmutari contigit,siquidem prius Zancle locus dicebaſ,
ab ipsius situs credo positura,qa Zanclen Siculi falcem vocēt,vt Polybius ait, vel vt Straboni
placuit,quia Zanclā illi curua loca dicant. Messenis igitur partim cæsis,partim fuga dilapsis
eorꝝ vxores,liberos,vt cuiq; medio conflictu sors obtulerat,Cāpani inter se partiuntur.Ita pul
cherrimæ opulētissimæq; vrbis cõpotes facti,ob ferociam & contumax ingenium,a Marte,vt
Plutarchus pdidit,Mamertini sunt appellati.Et Cāpani ipsi tales in Messenios extitere,qđ foe
dū & turpe exemplum haud multo post Romana legio,quę Rhegii pręsidio erat, imitata est.

Romana legio Rhegiū occupar.

Liuius hos quoq; Cāpanos fuisse existimat,Polybius vero Romanos.Cæterū quicūq; hominū
illi fuere,Decii Iubelii,vel vt alii scribūt,Decii & Cāpani ductu Rheginos,ad quorum pręsidiū
sub ipsum Pyrrhi in Italiā accessum missi fuerāt,hostiliter aggressi,cū cęde & strage multa ex
torres eiiciūt,eiectis vrbē occupant.Sed tā his q̄ illis suū scelus exitio fuit,ac pri⁹aliquāto Ma

Mamertinorum clades

mertini vltionē sensere,qui bello a Pyrrho rege petiti,prælio victi,multis sunt cladibus affecti,
eorūq; præsidia haud vno loco deiecta. Carthaginensibus inde pacem petentibus vnam illius
assequendæ spem eis reliquā respondit,si tota Sicilia facesserēt,vltraq; Libycum pelagus fines
sui imperii terminarent.Ad quos terra mariq; psequendos,quum acerbissimum haberet dele-
ctū,& qui ab initio placidus & mitis fuerat,tyranni personam induisset,non paruam in popu
lis cõtraxit offensam,tulere tamē ciuitates aliquādiu regis insolentiā.Verum Theone Syracu
sano regis iussu īterfecto,p quē nō Syracusanorꝝ tātū,sed & multarꝝ studia ciuitatū fuerāt Pyr
rho conciliata,vno tpe toti⁹ insulę in eū odia exarserūt,vt multę ciuitates se Carthaginensib⁹
adiūgerent,alię cū Mamertinis aduersus illū vires cõsociarent.Quo īsulanorꝝ cõsensu Pyrrh⁹
perculsus,omnē spem Siciliæ retinendę protinus abiecit.Peropportune ad pudorem celādum

Digressus Pyrrhi ex Sicilia.

a Tarentinis & Sānitibus illi literæ redduntur,quibus in Italiam,ad opem sociis ferendam ac-
cersebaſ.Sicilia igitur profecturus,non metum aut desperationem præ se vllam ferens,sed ne-
cessitatē accusans,quā decedendi sociorum preces imposuissent, retro ad insulam conuersus,
o qualem inquit Romanis & Carthaginensibus palęstrā relinquo.Nec Mamertinos,quum in-
de solueret,pacatos habuit,nec postq̄ soluit Carthaginenses ipsos,vtrinq; petit⁹,aliquot naues
ancipiti plio amisit.Quin vbi Italiam tenuit,Mamertini e vestigio secuti,extremū agmen car-

Mamertini Pyrrhi agmē infestāt.

pebant,exercitū in locorū angustias cõiectū a tergo & a lateribus adorti,duos elephantos pro
strauere,& circa beluas multi vno tēpore occubuerūt.Pyrrhus ira accensus,a prima acie in p
lium ruens,omnem in se hostium impetum conuertit,hicq; quum non leue vulnus accepisset,
paululū acie excedere coactus est,dum plaga obligaretur.Processit interim in medium ex Ma-
mertinis quidam,magna vir statura,nec minore vitiū ostētatione,Pyrrhum si viueret ad sin-
gulare certamen prouocans.Rex ira & dolore percitus,vt erat cruore respersus,truci & terribi

Pyrrhi facinus.

li aspectu in aciē rediit,hostemq; repēte assecutus ita valide, vt Plurarchus scribit,eius caput
percussit,vt vehementi ictu vsq; ad infimas partes ferrū descenderit, defluxerintq; ad terram
hincinde dimidiati corporis partes.Mamertini tantū regis robur intuiti,fœdaq; vnius cæde p
culsi,ab hoste vlterius insectando destiterunt.Pyrrhus iam inde pacatus Tarentum venit tri-

Pyrrhi copiæ.

ginta peditū milia secum trahens viginti equitum.Hic nouo sociorum delectu habito,in ho-
stes ire pergit.Erat tū consul Manlius Curius Dentatus,cuius collega Cornelius Lentulus in
Lucania habebat exercitū.Pyrrhus,parte vna copiarum in Lucaniam missa ne Cornelius suis
auxiliū ferre posset,cum robore exercitus in Curium contendit,qui circa Beneuentum meta-
tus erat castra.Mirū est quod de hoc Cornelio prodit.Plinius Rufi cognomen illi reddit. Per

Cor. Rufi cæcitas.

quietem is oculorum visum postea amisisse dicitur,quum id sibi accidere somniasset.Fecit rex
sub primū accessum pugnæ copiam hostibus.Curius quia neq; auspiciis satis prospera nūcia
bantur,collegamq; constituerat expectare,certamine consulto abstinebat.Ibi Pyrrhus opprimē
di hostis cupidus,prius q̄ alter consul cum exercitu adesset, elephantos delectumq; copiarum
robur,per hirtos & arduos saltus circunuectum,ex superiore loco in Romana castra immitte-
re conatus est.Sed agmen noctu extīctis luminibus aberrans luce oppressum,prius q̄ ex impli-
citis & arduis locis in apertū euaderet,a Romanis inspicitur.Trepidatum est non nihil in ca-
stris ad primū hostium conspectum. Cæterum Curius necessitate coactus legiones in beluas
& hostiū agmen,virgultis & locorum anfractibus præpeditum,immittit. Facilis fuit victoria

Curius vincit.

turbatis sua spōte hostib⁹.Multi qdem cæsi,& ex elephantibus nonnulli capti,aliquot etiā prę
cipitati.Prospera hæc pugna adeo Curiū extulit, vt iustam cum Pyrrho pugnam haud mul-
to post pugnare sit ausus.Varie ab initio dimicatum,ab vno cornu pulsi hostes,& quia in apto

res gerebatur,Romanus Elephantorum impetu perculsus,ex altera parte in castra vsq; est pene p ceps actus,hic milites,qui pro vallo stabant,iussu consulis ex superiore loco in beluas impetum faciunt,quas immodico terrore in suos præcipites agunt.Ibi soluta, disiectaq; hostium phalange fuga continuo secuta est,ex fuga victoria orta,quę tantū opinionis Romanis rebus attulit vt breui tota Italia illorum armis cesserit.Quidam authores sunt tria & viginti milia hostiū cęsa. Sūt & quatuor Elephanti ex hoste capti,ac tum primum in triūpho deducti.Nunq̄ maiora continētiæ exempla in Romana ciuitate extiterunt.Constat Curium ex tam opulēta pręda nihil pręter fagineum guttum attigisse.Idem Samnitium Legatos cum auro ad se missos reiecisse dicitur,ineptæq; legationis ministros appellasse,testatus malle se habentibus aurum imperare, q̄ locupletē fieri.Pyrrhus post aduersam illam pugnam ad Beneuentū pugnatam,Tarentum se recepit.Hic arce Heleno filio & Miloni,vni ex amicissimis,tradita,cum iis copiis quæ supererant in Epirum trāsmisit,anno sexto ab eo,quo in Italiā venerat.Id phamę tali bello adeptus, vt militari disciplina,fortitudine atq; vigore animi,oēs sui tēporis imperatores lōge anteiret,sed qui sępius certa p incertis amiserit,quare ab Antigono malos lusores imitari dicebatur,qui tesserarum casu felices, aleam in peius vertant.Incidit id bellū,qd cum Pyrrho est gestū in annum,vt Nepos Cornelius scripsit,quadringētesimū ac septuagesimū vrbis Romæ,quo tēpore Antigon⁹ Demetrii fili⁹ Gręciā obtinebat.Macedoniā,quū Pyrrhus in Italiā trāsmisit,Ptolemæus cognomēto Ceraunus,cui Sosthenes successit,& mox prius q̄ in Italia debellari cōtigerit,idē Antigon⁹,cui⁹ pxime mētio facta est.In Ægypto Ptolemęus regnabat cognomēto Philadelphus,ex eo Ptolemęo natus,qui fuit Lagi filius,vnusq; ex Alexandri ducibus,quo rege Sostrat⁹ Gnidius turrim in ingressu Alexādrini portus ad dexterā cōstruxit,vbi Pharos insula Homerico carmine celebris.In Syria Antioch⁹ Seleuci filius.Pontifex in Iudæa Simon Onię fili⁹,& mox Eleazarus eius frater,quo Pōtifice Ptolemęus Philadelphus centum viginti milia Iudæorum libertate donauit,qui in Ægypto seruitutem seruiebant. Erant huius literę ad Eleazarum Pontificem, vt ad sacram hebræorum historiā in græcum sermonē vertendam,sibi ex seniorib⁹ Iudęorū,& qui sacrarū essent literarum peritiores ad se mitteret.Sed ex vnaquaq; tribu petitos videtur literæ ad Eleazarū datæ significare.Cæterum Eusebius septuaginta missos pdidit,cui magis scriptorum vsus,q̄ veritas astipulatur.Lex duorum & septuaginta dierum spatio in Gręcum versa est,Phalerii Demetrii procuratione,qui tum regiæ præerat Bibliothecæ.Is roganti regi quid esset,q Græcorum nemo diuinæ legis meminisset,religionem dixit obstitisse.Deterritos Theopompi & Theodectæ clade cæteros scriptores,diuinum arcanum nihil attingere ausos,quoniam horum vterq; pauca suis scriptis ad eam legem attinentia immiscere ausus,hic luminibus aliquādiu captus,ille mente alienatus suæ impietatis supplicium expēdissent.Qui ab Eleazaro in Ægyptum missi fuerāt,post conuersionē legis, in Palęstinam,magnis munerib⁹ a rege donati,abierunt.Magna adhęc donaria Philadelph⁹ Hierosolymis in templo dedicauit.Eleazari epistola triginta aureas pateras fuisse significat,& argēteas totidem,crateres quinq;,centum talenta.Iosephus mensam ex solido auro,eximii ponderis, adiicit.Eusebius author est,quarto Philadelphi anno hęc fieri cōtigisse. Eutropius in trigesimū fere annum reiicit,cui ne accedam Eusebii facit authoritas.Is si vera colligit,iam tū Eleazarus fato decesserat. Vixerunt eadem tempestate cū Alexandri successorib⁹,& iis qui ab illo geniti sunt, in terra Gręcia clari ingenio viri.Theophrastus,cui diuinum dedit nomen eloquiū. Fuit is Eresius ac Melāthi filius.Leucippum primo audiuit,mox Platonem,postremo Aristotelem,cuius defuncti loco in Chalcide docuit,Cassandro charissimus.Ad quem librū de regno scripsit.Et Ptolemæus ad eum ex Ægypto misit qui eum accerserent.Huius vox illa. Quum viuere incipimus tunc morimur.Eius monumenta multa & varia,quippe quę ducenta triginta duo milia versuū, & ampli⁹ haberēt.Strato Lampsacen⁹,q Philadelphū Ptolemęum instituit.Demetri⁹ Phalereus, cuius nuper mētio facta est. Heraclides Pōticus,& ipse Aristotelis auditor,quem Attici a tumore ventris Pōpicum dixere.Fuerūt his tēporib⁹ iteriectis Crates Thebanus,Metrocles Maronita,& Hipparchia eius soror cynicæ disciplinæ affectatores. Metroclis illud est. Aliud pecunia parari, vt pręedia. aliud tēpore & diligentia, vt disciplinas.Idem suos libros combussisse fertur,fassus somniorum phantasmata illa esse. Alii Theophrasti commentarios ab eo combustos prodiderunt. Menippus Ponticus & Menedemus,qui furiali habitu vsus dicitur,pulla tunica amictus ad pedes demissa,quam puniceus balteus astringebat. Arcadicus pileus capiti impositus cum duodecim Elemētis intextis. Tragici cothurni,prolixa barba,& virga in manu fraxinea.atq; horum vterq; Cynicus.Zeno Citticus adhuc memoratus in Pyrrhi tēpora descendit,Stoicę disciplinæ lō

Curi⁹ pspere pugnat.

Cæsorū numerus.

Digressus Pyrrhi ex Italia.

Lusoris mali mores.

Tēporum supputatio.

Pharos.

LXX. interpretes.

Theophrastus.

Demetrius Phalereus.

Menedem⁹ Zeno Citticus.

ge princeps,Cratis & Stilponis auditor.Alii Xenocrati operam dedisse ferũt.Extãt huius quoq;
pręclare quędã dicta.Nihil fastu & sữbia indecẽrius.Meliꝰ pedibꝰ labi q̃ lingua.Eius scholã sæ-
pius rex Antigonꝰ Demetrii filiꝰ ingressus post eiꝰ obitũ dixisse fertur.Heu quale spectaculũ per
didi!Quia in Pesianacta porticu frequẽs fuit,ab eo illiꝰ affectatores,qui Zenonii priꝰ nõiati sunt,
Stoicorũ nomẽ tulere.Heratosthenes poetas eos ab initio nũcupatos ꝑdidit.Duo idem principia
posuit,Deũ & materiã,sempiternũ illũ,atq; oĩa ꝑ materiã creare.Periit Zeno iam grãdis natu
octauo & nonagesimo ætatis anno.Sũt qui septuagenariũ decessisse memorẽt,ac vitali spiritu de
Epicurus. industria suppresso vitã finiuisse.Epicurus Atheniẽsis & ipse in hęc tẽpora incidit,Gargeti ortꝰ.
Est is Attici soli pagus,duodeuigesimo vitę ãno Athenas se cõtulit,quũ Xenocrates Academiã
teneret,floreretq; tũ maxie in Chalcide Aristoteles,eius dogma infame vt fœdæ voluptatis asser
tor.Sũt qui illud ab insigni calũnia vindicent,laudatãq; ab Epicuro voluptatẽ dicãt, quę ex veri
rectiq; cõtẽplatione oriatur,cõsentiũtq; ipsius scripta huic opinioni. Negat ille se bonũ vllũ intel
ligere,in his voluptatibꝰ,quę ex venere,oculis,auribꝰ,& saporũ suauitate oriũtur.Plurimum Leu
cippo in iis,quę de natura scribit,& Democrito accedit,qđ eius epistolæ ad Herodotũ nescio quẽ
Timon demõstrãt,nã vt ad Alicarnasseum illũ,qui historias scripsit,datę videri possint,ipsa tẽporũ ratio
Apollonia- repugnat.Æqualis his Timon Apolloniates,qui Sillos scripsit.Is quia cũ Stilpone Megaris est cõ
tes. gressus,merito his ęqualis habẽdus.Fuit & alius obscurior,ea tantũ infamia notus, q̃ in humani
Menander. generis odiũ est ꝓuectus.Sed ille Pelopõnesiaci belli tẽpora,aut pręcessit,aut exigere non potuit.
Philemon. Fuerant & Menander Cephiseus,vt Apollodorus scripsit,& Philemon, vterq; socco clarus, atq;
inter se non æquales solum,sed vterq; alteri,clara æmulatione,infestus. Illustrior tamen Menan-
der,quippe qui fulgore sui nominis cæteris eiusdem carminis authoribus tenebras induxit.Var
ro author est,q̃nq; & septuaginta ab eo comœdias scriptas,in quibus quinquies vincere contige
rit.Apollodorus quinq; supra centum ab eodem editas,atq; octies coronatum prodidit. Satis cõ
stat Philemonem,prauis hominũ iudiciis,illi poetico certamine prælatum,& ob eam rem a Me-
nandro ex occursu aliquando familiariter rogatum, an rubore afficeretur, quũ se vinceret. Atq;
Fabritii cẽ- hi tum viri ingenio & sapientia clari fuisse dicuntur.Romæ Fabritius censor P.Ruffinum Cõsu-
sura. larem virum senatu mouit,q̃ decem argenti pondo facti haberet:lustroq; condito censa sunt ci-
uium capita ducenta septuaginta vnum milia,ducenti viginti quatuor,& cum Ptolemæo Phila
delpho Ægypti rege iuncta est societas. Sextilia vestalis damnata incesti circa Collinam portam
Possidonia viua est defossa.Nouæ in Lucaniam Coloniæ per id tempus ductæ Compsa & Possidonia, Pestũ
olim Pestũ. ante nominatum.Id Sybaritę condiderunt.Lucani,conditoribus eiectis, vrbem tenuere. Postre-
mo Romani eo Coloni missi.In inferi maris ora vrbs sita,vnde & sinꝰ in quo sedet nomen est sor
Pyrrhꝰ Ma titus.Cęterum dum hęc in Italia fiũt,Pyrrhus in Epirum reuersus,quia ab Antigono,qui Mace
cedoniã in- doniam tenebat,supplementum ad Romani belli vsum,per legatos non impetrauerat, cupidꝰ ad
uadit. hæc quæstuosi alicuius belli,cum octo milibus peditum,& quingentis equitibus Macedoniam in
gressus,quum tantum prædandi studio regni fines inuasisset , auctus præter spem duobus mili-
bus,qui primo motu ad ipsum defecerãt,in Antigonum ire pergit. Cruẽta deinceps pugna fuit.
Pyrrhus cęsa auxiliari Gallorum manu ex Antigoni commilitio,beluisq; indicis pari strage difie
ctis,hostium phalangem adortus,ad deditionem compulit.Antigonus exercitu exutus in mari-
timas regni vrbes sese recepit.Pyrrhus spolia pręlio,capta in templo Itonidis Minervę suspendit,
eulogio victorię addito.Pręcipua inde regni parte potitus Macedonum animos offendit,q̃ anti-
quorum regũ sepulcra auri cupiditate passus esset dirui a Gallis,quos a custodia sui corporis re-
Pyrrhus mouerat.Magnum inde aliquod facinus porro obiturus,cum quinq; & viginti milibus peditum
Peloponne- ac duobus equitum,non multo post Peloponnesum ingreditur,populare nomen bello astruit,ru-
sum petit. mores dissipat eo consilio se in eã terram venisse,vt eius ciuitates a superbissimo Antigoni domi
natu vindicaret.Hæc palam,occulte vero Cleonymi viri Spartiatę pollicita secutus, Lacedęmo-
nem occupare in animo habebat.Pacatus igitur exercitus tam diu incessit,quoad Spartiatarum
fint fines initi,tum late in prędam & populationem est discursum . Quęrentibus Lacedęmoniis,
q̃ se bello haud indicto,contra ius gentium hostiliter inuasisset , Nec vobis curę est inquit Pyr-
rhus,viri Spartiatę,qđ facturi estis aliis denunciare.Exercitu inde ad vrbem admoto, magnũ ho
Archida- stibus terrorẽ inicit.Spartani nocte,quę secuta est,consilium ineunt,quando vix tantum hostem
miæ sparta- laturi crederentur,vt vxores & liberos in Cretam ablegarẽt.Tenebatq; adhuc ea cõsultatio,quũ
næ indoles. Archidamia virago quędã senatum stricto gladio ingressa,cõuicio adoritur de rep.consultãtes,
multũ,vt dicitur,questa,q̃ Lacedęmonii viri persuasum haberẽt,posse Spartanas mulieres quę-

sa patria vitam vlterius agere,quibus verbis discussa ea consultatio fuit. Vbi vero ad vallum hostibus obiiciendum iuuentus conuersa est,vt nocturno opere vrbẽ cõmunirẽt, hortatur eos matronæ & virgines quiescere,vt interdiu forti⁹ dimicarẽt,ipsę irrequieto opere fossam, sex cubitorum latitudine,quatuor profundã,vallo superimposito,prius q̃ illucesceret , vrbi circunducunt. Nec segnius,pugna prima luce inita tela propugnatoribus suggerentes,vna voce hortabant̃,vt fortiter p patria dimicarẽt.Pyrrhus vallum ferociter aggressus,magnũ illico affert Spartanis negociũ.Diuersa parte Neoptolem⁹ fili⁹,discussis haud vno loco curib⁹, quos oppidani pro vallo obiecerant,irruptioni imminebat,nisi Acrotatus adolescens impiger cum globo iuuenum Neoptolemum in præcipiti & arcto loco stantem,difficili prælio fatigatum, ab irruptione auertisset. Erat Acrotatus Arei filius,qui tum Spartanæ rei præerat,auxiliaresq; copias pro Corcyrẽsibus Cretico bello pcul domo ductabat,amabaturq; iuuenis nihil obscure a Cleonyde Cleonymi vxore,qua iniuria ille irirat⁹, author Pyrrho fuerat Spartanæ rei subito bello inuadendę.Fractis igitur ea parte hostium conatibus,oppugnationeq; frustra in serum diei protracta,tota laus rętẽtæ vrbis penes vnum fuit Acrotatum.Ibat iuuenis multa cæde cõspicuus, viri simul & mulieres p̃tereuntem fauore & plausu prosequebantur,multę inuidebant etiam Cleonydi amorem strenui adolescẽtis,quędam insuper voces iactare sunt ausę,vade age Acrotate tibiq; Cleonyda habeto, liberosq; tui similes patriæ pcreato.Proxima nocte visus est sibi Pyrrhus per quietem cernere Lacedæmonem a se fulminibus incensam,lætusq; ea imagine multo maiore conatu,q̃ antea,vrbem inuasurus dat pugnæ signum militibus.Lysimachus non placere sibi eam visionem prædicabat, quoniam loca fulmine contacta inuia fierent,quem vt delirum Pyrrhus aspernatus,copias vallo admouet.Fuit hoc quoq; certamen nihilo mitius priore,atq; rex fossam cadauerib⁹ oppletã trãsgressus,iam vrbi imminebat,quum equus per ilia effossus concidit, ipseq; præceps humi effusus præsenti periculo milites in se ab ardore pugnę auertit.Vrbs hoc quoq; die valide defensa est.Affuerunt interim ab Antigono auxilia,& Areus non multo post cum copiis superuenit. Duplici itaq; præsidio Spartani recreati,audacius vrbem tuebantur.Pyrrhus quando iam hyems appetebat,abacta ex circuniectis agris multiplici pręda,in Laconico solo hyemare in aĩo habebat,quum Argos fatalem vrbem per Aristei factionem aduersus Aristippum Antigoni amicum, est accersitus.Carpebat extremum abeuntis agmen Areus,cum lecta Spartiatarum manu, adeoq; infesto gradu vestigium premebat,vt coactus sit Neoptolemus regis filius manum cum hoste cõferre, qua tumultuaria pugna,quum strenuus adolescens omnes hostium impetus ferociter exciperet, telo ictus concidit.Trogus scribit eum in Spartana oppugnatione,quum in mediam vrbem irrupisset,ab hostibus circumuentum periisse,morteq; patri nũciata vnam ferunt ab eo vocem emissam.Tardius q̃ timui.Plutarchus cuius diuersa est sententia, Neoptolemo cadente factam ait a Macedonibus fugam,nec prius ab ea trepidatione cessatum,q̃ in apertos campos pulsum emersisset agmen.Tum ibi Pyrrhum,audita morte filii,in Spartiatas temere ruẽtes conuerso secũ agmine,omnia hostium cadaueribus loca impleuisse,ac tum demum velut inferiis filii manibus datis, ipse præsenti cæde contentus,a persequendo hoste abstinuit.Vbi igitur Argos ventum est,caduceatorem ad Antigonum misit,qui & ipse aliquanto antea ab hominib⁹ suę factionis accersitus, circa vrbem castra fecerat,vt secum in apertum armorum certamen descẽderet,cui ille suam militiam respondit non magis armorum q̃ temporum esse.Si Pyrrhum suę vitæ tęderet,satis multas ad interitum vias patere.Argiui ad vtrũq; miserunt rogantes,vt suis finibus abscederẽt,nec ocium inuiderent ciuitati vtriq; amicæ.Cæterum Pyrrho Argis assidenti, hæc sunt propinquæ mortis prodigia oblata.Desecta boum capita postq̃ nõnihil humi intermortua iacuere, repente linguas cum gemitu exertauere.Et in Argo Lyceus Sacerdos, fanatico cursu per vrbem euagatus cernere se omnia cadaueribus plena vociferatus est.Pyrrhus noctu muros subiens p portam ab Aristeo patefactã,in vrbẽ copias immisit,silẽtioq; est in forũ itũ.Cęterũ vbi cardines portarũ, quæ indicas beluas nõ capiebant,submoueri cœpti sunt,suo stridore ciues excitant.Post vbi strepitus & ꝑperatio militũ ex viis auditus est,sublato clamore,ad arma cõcurritur,Antigonusq; ex diuersa parte in vrbem irrupit,filio cum parte copiarum ad Aristippum transmisso,ipse cũ cętero exercitu haud pcul a mœnibus pugnæ intentus substitit.Pyrrhus vbi clamorẽ in vrbe sublatum audiuit,veritus ne sui foro pellerẽtur,illatis signis,per æqua & iniqua equites ad locũ ꝓperare iussit.Incerti itaq; rerum omnium duces,quia per noctem & in tãta ędificiorum perplexitate nulla disponẽdę aciei ratio aderat,lucem expectabãt.Sub primã igitur aurorã Pyrrhus omnia ex aduerso hostilib⁹ obsepta armis cõspicatus, vehemẽter cõmot⁹ est,sed nihil æque mouit ac vẽ

Spartanarũ mulierũ indoles.

Acrotati adolescẽtis laus.

Pyrrhus Argos accersitur.

Neoptolemus Pyrrhi filius cadit.

Antigoni verba ĩ Pyrrhum.

Prodigia.

Pyrrhus Argos occupat.

Lupi & Tauri certamen.

teris oraculi recordatio,quo monitus erat,tum fatale tempus affuturum,quum in Tauri & Lu
pi pugnam incidisset,quorũ simulacra Argiui,ob antiqui facti memoriã, in foro insigniter scul
pta habebant.Phama fuit ꝙ Danaus ex Ægypto ad ea loca appulsus,in id certamẽ incidisset, spe
ctatoq; pugnę euentu,vbi lupum,quem pro aduena acceperat,victorem fit intuitus, Lyceo Apol
lini vouerit templum,Gelamorẽ inde,qui regno ea loca obtinebat,bello adortus vicerit, porroq;
fugarit, atq; ita voti compos fit factus.Pyrrhus huiusmodi imagine perculsus,cum quia consi
lium occupandæ vrbis in cassum abierat,ad Helenum filium portarum exitum obsidentem mit
tit,qui statim muros vrbis dirui iuberet,vt agmen minus telis obnoxium in apertum educeref.
Adolescens errore deceptus,velut ad subsidium vocaretur,confestim equitum globum cum ele
phãtis in vrbem per portam intulit.Et iam Pyrrhus cõposito agmine suos ex foro subducere coe

Turbatur pyrrhi agmen.

perat,quum duo agmina sibi occurrentia,adeo omnia repente turbarũt,vt neq; signa seruari,ne
q; imperiũ vllum exaudiri posset. Auxit militũ trepidationem Indica belua,casu quodã in ea por
ta qua euadẽdũ erat sua mole afflicta.Terra ibi colluctatio orta,militesq; inter se pressi,neq; fugã
expedire poterant,neq; in pugnam redire.Pyrrhus hanc suorum fluctuationem intuitus,insigni
galeæ detracto,vt minus nobilis esset,in oppidanos conuersus,qui a tergo instabant, valide pu
gnã ciebat.Ibi forte ab Argiuo aniculę filio leuiter hasta vulneratus,quum impetum in percusso
rem fecisset,mater,quæ superne spectabat,filii periculum intuita,tegulam ambabus manibus ar
reptam,super regis galeam effudit,quo ictu diffracta casside,spondylisq; secundum ceruicem at

Pyrrhi interitus.

tritis lumina deficiunt,habenisq; manu fluentibus,haud procul loco quo fuerat ictus omnibus
fere ignotus concidit.Nouit tamen cadentem Zophyrus quidam, qui sub Antigono militabat.
Is cum paucis eo accurrens,detracta iacenti galea,gutturi ferrum admouit. Pyrrhus interea ad
se reuersus,adeo toruis oculis percussorem intuitus dicit,vt attonitus ille os & mentum pro iu
gulo reciderit.Caput ad Antigonum Alcyoneus filius attulit,quẽ pater baculo percussum Bar
barum appellauit,ꝙ se tanti viri sanguine polluisset,inde chlamyde oculis admota , familiariter
necessarii mortem lachrymauit,Antigoni aui sui & Demetrii patris volubilem fortunam recor
datus.Helenum Pyrrhi filium sordida veste ad se adductũ,priore cultu inducto,incolumẽ i Epi
rum remisit,pari humanitate in caeteros Pyrrhi amicos vsus,corpus regis honorificẽtissime fu
nerauit.Et Pyrrhus qui omniũ ducũ,secundũ Alexandrũ,maximus ea tempestate iudicatus est,
in hunc modũ periit.Tarentini post Pyrrhi digressum,bellũ in Romanos continuo reparant:cę
terum domesticis viribus diffisi,ad Carthaginensiũ opes confugiunt.Nec ita multo post a Fabio

Consules.

Licinio & C.Claudio Consulibus prælio vincuntur,& cum his Carthaginenses, qui etsi nõdum
hostes ex confesso erant,senserunt tamen se posse a Romanis vinci.Tarentinis victis pax & liber
tas(quũ Romani ipsorum arce per Milonem,vt Eusebius scribit,potiti essent)restituta est. Atq;
hoc bello Romani defuncti,Rhegiũ obsident,oppidoq; recepto,tota legio,quæ contra publicam
fidem Rheginos vrbe exegerat,per extrema supplicia extincta est.Multi sibi conscii qualis exitus
se & alios ob patratum scelus maneret,ad extremum dimicando in pugna occubuerunt, qui vi
ui in potestatem venere Romam missi,vt documento aliis essent,in foro virgis cæsi sunt ac secu
ri ꝑcussi. Vrbs Rheginis restituta.Accidit per id tempus,vt Apolloniatũ legati ad Senatũ missi
Romæ a iuuenibus quibusdam pulsati sint,quo flagitio ne ius gẽtiũ impune violatũ videref,ius

Consules.

su populi sontes ad supplicium Apolloniatibus dediti sunt.Inde Fabio victore &.Q.Gulone cõ
sulibus Picentes noui hostes facti,Romana in se arma exciuere . Fuit hic annus quintus & octo

Argenteus nummus.

gesimus supra quadringentesimum ab vrbe condita,qui item quintus fuit ante primũ bellũ pu
nicum,quo Romę argenteus est nummus primo percussus.Picentis belli causam nõ reperio,ipsa
gens a Sabinis oriũda voto vere sacro,cuius opes adeo procedente tempore creuere,vt vno tem
pore.CCCLX.milia Picentũ in fidẽ Romani populi venisse dicantur.P.Sempronius & Appius
Claudius bellũ in Piceno administrarũt,breuiq; victoriam adepti insigniter ob rem bene gestam
Romæ triumpharunt. Ariminum in Togatæ Galliæ finibus colonia per id tempus facta,Roma
ni eo coloni missi, Vmbri vrbem ab initio habuerunt,Ariminũ flumen illi proximum,vtrum al
teri nomen dederit,haud facile dixerim.Missi & Beneuentum coloni eodem tempore, Id in Sam
nio est,olimq; Maleuentum dictum.Terra hoc tempore prodigia apparuere.Fontes pluribus lo
cis cruore fluxisse dicuntur,& lac in speciem pluuię e nubibus pluisse,cum Vmbris nõnihil de
inde & cum Salentinis Marco Attilio Regulo & Iunio Libone consulibus est bellatum,qui & ipsi
armis victi in deditionem venere.

M.ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIÆ HISTORIARVM AB ORBE CONDITO,ENNEADIS QVARTÆ,LIBER NONVS.



LARVM erat vbiq; gentiũ Romanũ nomẽ,& in terra Italia sine controuersia princeps,quũ inquietus Siciliẹ status ipsius populi arma primo trans fretũ elicuit,sensimq; coegit externis bellis assuescere,mox assueta & ferocior facta auspicatissime ad alias transmisit gẽtes.Mamertini qui Messanam tenebãt(hinc enim primi belli Punici causa est Romanis orta,nisi prius aliquis violatum foedus a Poenis dixerit,qui Tarẽtinis aduersus Romanos auxilio venerãt)quãdiu legionis quę Rhegium occuparat praesidio vsi sunt,ciuitatem & agrũ ab omni externa iniuria non solum tueri potuerunt,sed res Syracusanorum & Carthaginensium infestando,sollicitandoq;,eo venere,vt nonnullas illorũ vrbes sibi tributarias fecerint.Post Rhegium vero a Romanis receptum quantum Mamertinis est viriũ ademptũ,tantũ Syracusanis creuit audacia ad eos bello persequẽdos.Erat tum Syracusanorum dux Hiero,qui postea rex fuit.Hũc nõ multo prius militares copiae ab iis qui rempublicam domi administrabant dissidentes,tumultuose sibi ducem cum Artemidoro crearunt.Erat Hiero admodum adolescẽs,caeterũ vniuersis naturę dotibus adeo ornat[9] vt nihil in eo qđ regiũ esset,pręter regnũ,desideraretur.Is Syracusas cũ exercitu ingressus,adeo clementer moderateq; in homines aduersę factionis victoria vsus est,vt magno omniũ ordinũ fauore,qđ nõ antea acciderat,dux iterũ fit creatus.Maiora inde q̃ vt dux ad tempus esset aĩo complexus,Leptinis viri apud multitudinẽ gratissimi filiã sibi matrimonio deuinxit.Mox in Mamertinos ꝓfectus de industria seditiosam militũ manũ hostib[9] trucidãdã obiecit,qbus ad vnũ propemodũ cęsis,cũ cętera legione incolumi in vrbẽ reuersus nouũ ac sibi fidũ militẽ cõducit.Paucis ĩde diebus,exercitu moribus & armis instructo,quũ hostẽ vario successu sciret pręcipitãtiorem factũ,stultiusq; sibi occursurũ,citata manu ex Syracusis duxit in Nyleũ agrum,cõflixitq; cũ hoste circa Longanũ fluuiũ,quem non solũ fudit fugauitq;,sed eorũ etiã duces captos Syracusas vinctos ꝑduxit:ea victoria tã grata Syracusanis fuit,vt Hiero cũ exercitu in vrbẽ reuersus,rex a ciuibus,& omni militari turba,magno sit fauore & cõsensu appellat[9].Mamertini vna aduersa pugna fracti,suisq; viribus diffisi,alii ad Carthaginẽses confugiunt,eisq; sese & arcem dedũt,alii legatione ad id prius missa,ciuitatẽ Romanis tradunt.Dubitatũ aliquãdiu Romę est,an Mamertini auxilio iuuãdi essent,q alienã vrbẽ infanda proditione occupassent,quũ id scelus,in Rheginorũ gratiã,nuper ipsi grauiter in legione vna vindicassent.Cęterũ quia Carthaginẽsiũ opes nõ in Sicilia & Aphrica solum,sed in Hispania quoq; maioribus in dies augebantur incrementis,q̃ tutum sibi & caeterę Italię esset,auxilia Po.decreuit,ne Messana a Poenis capta,in eorũ potestate foret,quoties libitũ esset,velut ponte ad id parato,in Italiã trãsmittendi.Erant tũ cõsules Appius Claudius,cui cognomentũ Caudex fuit,&.M.Fului[9] Flaccus(pro Fuluio apud quosdam,Q.Fabiũ reperio)fuitq; hic annus nonagesimus supra quadringentesimũ ab vrbe condita.Claudi[9] cũ exercitu Mamertinis opem ferre iussus est,de cuius aduẽtu illi certiores facti,Carthaginẽsiũ pręfecto,qui paucorũ studio fuerat in arce collocatus,partim terrore,partim dolo vrbe eiecto Romanũ ad se cõsulẽ accersunt,ciuitatẽ vrbẽq; illi tradũt.Carthaginenses ꝑfectũ,q praesidio excesserat in crucẽ sustulerũt,ac subito copiis terra mariq; coactis,classe ad Pelorũ constituta,Messanã obsidione cingũt.Hiero & ipse,Mamertinorũ odio,quos ĩsula eiectũ iri cupiebat,foedere cũ Carthaginẽsib[9] icto,cũ valido exercitu Messanã ꝓfect[9],diuersa parte vrbis circa mõtẽ quẽ Chalcidicũ vocãt fecit castra.Romanus cõsul tantã bellorũ ꝓcellã veritus,primo expertus est,an rebus pace cõpositis Mamertinos bello liberare posset:vbi vero legati ĩ vtraq; castra missi nihil pacati retro secũ tulerũt,Claudi[9] aduersus Hieronẽ egressus iusta acie cũ eo cõfligit.Diu anceps fuit praeliũ,postremo Romani fusis fugatisq; Siculis egregie vincunt.Multi hostium sunt in acie caesi,cęteri regem secuti trepide in castra refugiũt,Syracusani pręsenti clade perculsi,silentio noctis domum versus iter tendũt Hos Romani sub lucẽ assecuti(nã neq; silẽtio neq; tenebris falli potuerũt)noua caede per agros dissipãt.Per hosticũ inde consul euagatus castra Syracusas admouit.Philinus qui primũ bellũ Punicũ scripsit,Romanos a Carthaginẽsibus & Syracusanis duplici praelio circa Messanã victos prodidit,mox Hieronẽ & Poenos metu perculsos,relicta obsidione,tota insula dissipatos,pro victis abiisse,ac tũ demũ Romana castra Syracusis admota,quo nihil magis est a ß

Hiero.

Hieronis astus.

Hiero rex creatur.

Mamertini victi.

Mamertinis opẽ fert Ro.

Ro.prelio Hieronem vincunt.

de alienũ q̃ vt ii qui bis victores fuissent,bis cęsos & fugatos fugerint,sed vero ꝓpiora sunt quæ Polybius prodidit,qui eorũ est author,quę priore sunt a nobis loco relata,etsi in hoc quoq; habeo qđ mirer,q quũ bina hostiũ castra circa Messanã statuisset,Punica & Syracusana, Hierone victo confestim Syracusas itũ dixerit,cui fidei nemo non cũctãtius accesserit,Pœnis terra mariq; Messanę assidẽtibus,Claudiũ in hostium finẽ castra transferre ausum,pręsertim quũ nihil a tergo pacati relinqueretur,sed credibile est Carthaginenses sociorũ clade territos,soluta repente obsidione in tutũ concessisse.Phama rerũ a Claudio gestarũ Romã perlata in causa fuit, vt patres ĩ spẽ erecti Romanę rei in Sicilia propagandę,sequẽti anno,M.Valeriũ & C.Octaciliũ cõsules,cũ duobus exercitibus in eam insulã miserint,ad quorũ aduentũ plęraq; Syracusanorũ & Carthaginẽsium ciuitates ad Romanos defecere,quã Siculorum inclinationẽ Hiero intuitus, conducibilius sibi ratus Romanorũ partes,q̃ Pœnorũ sequi,præsertim quũ Syracusani inueteratũ odiũ aduersus Pœnos gererent,legatos ad consules misit,qui ab his pacẽ & societatẽ peterent.Romani,quia Carthaginenses maria circa insulã insederant,veriti ne cõmeatus sibi intercluderent,cõmodissimam Romanæ rei eam pacẽ arbitrati,his cõditionibus cũ Hierone societatẽ iunxere,vt rex captiuos Romanis sine precio restitueret,& centum argẽti talenta pẽderet.Eutropius.CC.scribit. Syracusani socii amiciq; populi Romani appellarent.Hiero per hęc cõciliat⁹ iã inde in studio & obseruantia Ro.nominis q̃diu vixit,cõstantissime perseuerauit,quo contigit,vt Romanorũ fauore & beneuolentia Syracusanæ res sub eo tam prosperę & felices fuerint,q̃ sub regũ nullo antea fuissent.Probauit Romanus populus eã pacẽ,fretusq; socii regis opib⁹,vt maior esset vni exercitui oĩm rerũ copia, alterũ ex insula consulẽ cũ suis copiis ĩ Italiã reuocauit.Lustrũ ꝑ id tẽpus Romę cõditũ est,cẽsaq; sunt.CCLXXII.milia ciuium.Decius Iunius Brutus primus in vrbe gladiatorium munus edidit,Coloniaq; Sarnia deducta est.Carthaginẽses posteaq̃ Hieronem cũ Romanis fœdus ꝑcussisse auditum est,maiorib⁹ opus esse virib⁹ arbitrati,Ligurum & Gallorũ vim ingẽtẽ mercede cõducunt,ex Hispania quoq; miles stipendio accersitus,copiasq; Agrigentũ cõtrahunt: Est vrbs ipsa in ora insulę sita quę meridiẽ spectat,inter Himerã flumẽ & Hispã.Agragas id oppidũ olim dictũ,Ioniũq; fuisse coloniã qdã arbitrati sunt.Thucydides Geloos locũ tenuisse ab initio existimat,& a ꝓpinquo flumine Agragantẽ appellatũ,Gelã ab EutimoCretẽsi & Antiphemo Rhodio cõditã.Nec eo anno quo cũ Hierone pax facta est,memorabile aliquid ĩ ꝓuincia geri cõtigit.Secutus est tertius belli Punici annus,q cõsules habuit L.Posthumiũ & Q.Æmiliũ.Quidã authores sunt,his consulibus fœdus cum Syracusanis ictũ,sed Polybi⁹,quẽ sequimur, prioris est anni author.Cõsules exercitu in insulã deportato,speculati hostiũ cõsilia,qui vnũ in locum oẽm bellicũ apparatũ cõtulerãt,Agrigentũ ad octo stadia ꝓxime cõsederunt.Erat anni ęstas, & iã maturę in agris segetes,cæterum qa lõgior futura erat obsidio,milites passim ꝑ agros frumẽtatũ effusi,in spẽ hostẽ adduxerunt rei ꝑ occasionẽ bene gerẽdę:itaq; eruptione ex oppido facta,vna pars castra inuadũt,alii in frumẽtatores faciunt ĩpetũ.Militaris disciplinę seueritas,quũ sæpe alias,tũ eo die rẽ Romanã tutata est.Morte mulctabanĩ q apud Ro.castra aut signa deseruissent, cõstitutove ꝑsidio decessissent.Id in causa fuit,vt quum Carthaginẽses multo plures essent,castra tamẽ nõ modo defensa sint,sed hostes cum multa cęde in vrbẽ reiectũ.Periculũ eius diei effecit,vt neq; Pœni ausi sint amplius castra inuadere,neq; Romani latius euagari.Cõsules exercitu ĩ duas partes diuiso,bina circa vrbẽ castra muniũt,vnũ ad Æsculapii tẽplũ,altera Heracleã versus, duplici deinde fossa vrbẽ cingunt,interius vna ad hostiũ eruptionẽ inhibẽdã,altera exterius ne obsessis auxilia alicũde inferri possent,ꝑsidiisq; ꝑ interualla dispositis,quinq; mẽsium spatio Romanus sedẽdo hostẽ fatigauit.Iã fames in vrbe sentiri cœperat,erãt eñ ad.L.milia hostium,q̃ obsidione ꝓmebanĩ.Hãnibal,penes quẽ erat summa imperii,Carthaginẽ misit,q nũciaret,ĩ quo statu res Punica ad Agrigẽtum esset,Carthaginẽses suorũ ꝑiculo ꝑmoti nouũ in Siciliã exercitũ, cũ magno elephãtorũ numero,& naues q̃plurimas ad bellũ instructas ad Hãnonẽ alterum ducẽ mittunt, vt Agrigẽtũ obsidiõe leuaret.Is cum oĩ bellico apparatu Heracleã ꝓfectus Herbesum,vbi Romani horreum habebãt,ꝓditione occupat:quo adẽpto cõtinuo in castris inopia sentiri cœpta est,fuissentq; coacti cõsules breui obsidionẽ soluere rerum oĩm egestate,nisi Hiero ex Syracusis cõmeatum & alia ad bellũ necessaria Romanis benigne suppeditasset. Hãno qa ingẽs pestilẽtia vniuersum exercitũ inuaserat,cerneretq; suos ad pugnã feroces,expeditis equitibus præmissis,qui Romanum ad pugnã elicerẽt,ipse cũ qnquaginta elephãtis,instructa acie,ex Heraclea est subsecut⁹. Iussi fuerãt Equites,iniecto prelio,retro paulatim abire secumq; procul a castris Romanũ trahere.Numidę quibus id negociũ datũ est,ex Romanis castris equitẽ irritatum ad Hannonẽ vsq; ꝓ

Consules.

Pax Hieronis & Rõa.

Gladiatorium munus primum.

Agrigenti vetustas.

Consules.

Institutum militare.

Carthaginẽsiũ apparatus.

traxerũt,qui velut in insidias praecipitati,cõspectis hostibus,statim terga verterunt,atq; aliquot in
fuga amissis trepide castra repetũt.Affuit haud multo post Hanno instructo agmine,collẽq; de- Hannõ
cẽ stadia a Ro.castris distantẽ occupat,nec duob⁹ inde mẽsibus quicq̃ est hinc aut inde motũ. In Agrigentũ
terea Hannibal,crebris per noctẽ ignibus ac nũciis,Hãnoni significabat multitudinẽ quae in vrbe venit.
erat,famẽ ampli⁹ ferre nõ posse,multos lõga inedia fessos ad hostes defecisse,atq; in horas plures
deficere,quo suorum periculo motus Hanno etsi parũ suis viribus fidẽs,in aciẽ tamẽ copias edu
xit.Cõsules qui ob eas,quas diximus,difficultates nihil magis q̃ pugnam volebãt, ne quid in mo
ra essent confestim & ipsi suos in procinctu statuerunt.Cruentũ ab initio fuit certamẽ, mox pri- Romanã Vi
ma Carthaginensiũ acie pulsa in Elephãtos Romanus victor incidit.Cęterũ tãtus fuit fugientiũ ctoria ad
sequẽtiũq; strepitus vt beluę exterritę in suos impetu auersę foedã cõtinuo stragẽ dederint.Poeni Agrigẽtũ.
rebus pditis alii alio fuga delati sunt:Cõsules elephãtibus,q in acie steterãt,& hostiũ spoliis po- Hannibalis
titi in castra copias reduxerũt.Ex re bene gesta negligẽtia,vt assolet,orta est apud Romanos,laeti fuga &Stra
milites pręsenti victoria minus attẽte p noctem vallũ asseruãt,quã occasionẽ nactus Hannibal cũ tagema.
omnibus copiis,quas Agrigẽti habuit,intẽpesta nocte vrbe egressus vtrãq; Romanorũ fossam pa
learũ manipulis adaequat,inde per medias hostiũ stationes silẽti agmine in pacatũ abiit.Romani,
cognita hostiũ fuga,in vrbẽ,quũ iã nemo repugnaret,hostiliter irrũpũt,multaeq; opulentiae refer
tam diripiũt.Patres nũcio victoriae huius accepto,rati fore,vt si aliquãdo enixius rẽ punicã vrge
rẽt,breui tota Sicilia potirẽtur,qua in deditionem redacta,nulli dubiũ erat quin Romana res ma-
gnũ esset incremẽtũ habitura,accuratiore delectu habito,L.Valeriũ & T.Octaciliũ cõsules in p Consules.
uinciã mittũt.Interea Agrigento a Romanis capto,quũ nemini dubiũ esset Romanas opes terre Prima Ro.
stri bello validiores Punicis esse,magna pars Sicilię ad cõsules defecerat.Obtinebãt tamẽ Carthã Classis.
ginẽses maris imperiũ,eaq; res in causa fuit,vt punica classe haud multo post in Siciliã appulsã,
omnes fere maritimę vrbes metu sint a Poenis receptę.Infestabãt iterea & Italię ora ab altera Car
thaginẽsium classe,quũ interim Aphrica ab omni hostili iniuria immunis esset.Hęc patres ani-
mo reputãtes,quũ plane pspicerẽt,pręter alia incõmoda,ne bellũ quidẽ ipm ad optatũ exitũ per-
duci posse,nisi hostiũ conatibus mari iretur obuiã,de classe publice parãda decretũ tulerunt,q̃ cẽ
tũ viginti haberet naues,quarũ cẽtũ quincuplici ordine agerent,terno reliquę.In hoc nauticę rei
apparatu quinqueremiũ aedificatio pdifficilis fuit,quarũ tũ nullus erat in Italia vsus, quo magis
mirãda est vetus illa animorũ pręstãtia,Populiq; Ro.magnitudo,q nauticę rei ad id tps ignarus
ita intrepide pelagus tractare sit ausus,priusq; cũ hoste nauali plio certarit,q̃ vllũ fecerit rei ma
ritimę periculũ.Nã quũ in Siciliã primo Romani trãsfretarũt,Tarẽtinorũ Locrẽsiũ & Rhegino
rũ fuerãt nauibus vsi,quũ ipsi ea tẽpestate ne lembũ quidẽ vllũ publice possiderẽt.Erãt per id tem
pus circa fretũ plęręq; Carthaginẽsiũ naues,ex quib⁹ quinqueremis vna semilacera forte ad Ro-
manorũ manus puenit,hoc vnũ illis exẽplar fuit ad nouas ędificãdas.Hui⁹ instar cẽtũ alię fabre-
factae breui in portub⁹ sederũt.Sed dũ hę studio naues texũtur,multitudo ingẽs ad remigiũ exer
cebatur,subselliis in arena dispositis futuri remiges insidentes,ad nutũ & vocẽ vnius stantis, q me-
dio ordine versabantur,remorum pulsum accõmodabãt,intẽdẽtes remos vna atq; inhibentes. Mo-
ueri simul cũcti ac simul residere.Sicq; plures dies exerciti,posteaq̃ naues q̃ instructę erãt,cõscen- Consules.
derũt,verã in salo experiẽtiã dedere.Exieratq; per haec annus.Secuti consules.Cn.Cornelius Asi
na & C.Duellius Cornelius, cui classis data est.Is cũ oibus nauibus ad fretũ vsq; Siculum pgres
sus,cętera classe in ora Italię relicta,ipse cũ septẽdecim nauibus Lyparã traiecit.Erat tũ Hãnibal Panormus.
Carthaginẽsiũ dux cũ Punica classe Panormi(est is locus in occidua insulae plaga) auditoq; Ro
mani cõsulis ad Lyparã appulsu, Boodẽ Carthaginẽsem nobilẽ cũ.XX.nauib⁹ad eũ opprimẽdũ Lypara.
ire iubet, nec incassum id cõsiliũ cessit.Intẽpesta nocte Poen⁹Lyparã delatus,Romanas naues cũ
cõsule intercludit faucibus portus insessis.Est Lypara ex Aeoliis vna,pręcipua inter alias magni-
tudine,a Lyparo rege qui eã tenuit nomẽ insulę datũ,procedẽte deinde tẽpore Gnidii coloniã de Cornelius.
duxerũt.Cornelius subito malo perculsus,inops cõsilii sese cũ nauibus tradidit.Liuius ait per spe deditur.
ciem colloquii deceptũ ab hoste Corneliũ captũ fuisse:& Hannibal praesenti successu elatus pau- Hannibalis
cis diebus interiectis,cũ quinquaginta lectis nauibus ex Panormo Romanã classem inspecturus, fuga.
pxime Italiã nauigauit.Cęterũ cõtrario q̃ Romani cursu delat⁹,eximprouiso in hostiũ cõspectũ
venit,subitaq; & inopinata vi oppressus,parte nauiũ amissa,ipse pręter spem omniũ aufugit.Age
bat tũ forte C.Duellius circa littus copias,hic de collegae casu factus certior,relicto tribunis exer
citu,cõfestim ad mare descẽdit,nec ita multo post quũ punica classis haud procul abesse diceretur,
appareretq; nouũ & insuetũ Romanis certamẽ instare,q̃ accuratissime potest,naues ad pręliũ or

nat, q̃ qa tardiores essent, ne Punicarum agilitate medio certamine eluderent, lignea instrumēta ad hostium naues innectēdas singulis quinqueremibus imponit: coruos nautę vocabant. Interea exploratorū indicio cognouit Duellius hostium classem ad Milas stare, est is quoq; locus in occidua insulę parte, inter Phalachrum pmōtoriū & Heliconis fluminis ostiū. Tenuerūt id oppidum Zanclei, q Himerā cōdiderūt: Huc Roman⁹ cōsul pugnādi studio deuehit. at Poenus audito hostium aduētu sese, in p̄liū expedit, cētum & .XXX: nauib⁹ in altū adductis. Erāt Carthaginenses magna spe victorię, haud aliter euēturum rati, q̃ vt eo die p̄spere pugnarēt, quādo cum eo hoste res futura esset q nullā rei naualis calleret peritiā, verum lōge aliter euenit, q̃ poeni animo cōceperant: enimuero vt classes inter se ppinquare coeperunt, corui in Romanarum nauium proris cōspecti, hostes nouitate rei pculsos cursu inhibuere, mox quęcūq; ea ars esset contēpta, facto impetu, pugnā capessunt. Romani machinarum iactu cōfestim q̃ primo loco cōgressę fuerāt tenaciter innectūt, innexasq; magno animo pōtibus irrūpunt. Erāt corui velut pōtes quidā sex vlnarum in gradus sua lōgitudine digesti, ligneęq; columnę q circa nauium proras stabāt, summo loco impositi, q libramētis quibusdā remissi, p̄cipiti rotę volubilitate, in aduersam nauim cadētes, quacunq; parte incidissent, tenaci nexu alligatā, quasi p gradus euntibus peruiā faciebāt. Cędunt itaq; Poenorum plęriq; ferocissimo Romanorum incursu, sed plures subito stupore depressi, sese turpiter dedunt. Fuit id certamē terrestri multo q̃ nauali similius. Triginta Carthaginēsium naues, q̃ principio p̄lium iniuerunt, ad vnā in hostium potestatē venere, & in his p̄toria septiremis, q̃ Pyrrhi regis fuisse ferebat. Hānibal, vbi rē pditā vidit, in scaphā desiliens ad suos p̄trepidus euasit. Cęterę interea nihilo segnius pugnā Carthaginēses, machinas tātum declinare, nō a frōte vt prius sed in latera incursantes, ignari coruos ea ratione cōpactos, vt nō solū in frōtē caderēt, sed vtroq; versum dextra lęuaq; hostē alligarent. Tum vero in alterum recēs discrimē dilapsi hostes, pari euentu excepti, sexaginta nauibus amissis, in fugā vertunt. Quidā authores sunt .XXX. Punicas naues eo pręlio captas. XIIII. mari depressas. Septē milia hoīm in victorū potestatē venisse. Tria milia desiderata. Romani maris potētiā p̄ter spē adepti, victorię cursum secuti, Segestā vrbem hostili obsidione liberāt, Macellā capiunt, vtrāq; mediterraneā in australi insulę plaga. Oritur interim inter Romanos & socios de virtute cōtētio, adeoq; ęmulatio illa vtrorūq; animos accendit, vt q̃q̃ in pximo tēderēt, bina tamē essent castra. Hāc occasionē Hamilchar, qui pedestribus praeerat copiis, secutus, eximprouiso sociorū munimēta aggressus, ad quatuor milia hominū occidit. Hānibal cum suis nauibus q̃ pręlio superfuerāt Carthaginē reuersus, nō multo post cum aliquot triremibus in Sardiniā mittit, vbi nihilo est meliore fortuna vsus, quum portum insedisset quendā a Romanis eximprouiso circūsessus, classem fere oēm amisit. Ipse media trepidatiōe elapsus, vbi primum Carthaginē venit, ob rē toties male gestā, est cruci affixus. Duellius Romā reuersus, prim⁹ Quiritiū naualē triumphū egit. Additus illi insuper honos, vt a coena reuertēti tubicines p̄cinerent, & incēsum funale p̄ferret. Polybius C. Sulpitium & A. Rutiliū Cōsules Duellio subiicit. C. Aquiliū Florū Eutropius & L. Scipionē, a quo Corsicā vastatā scribit & Sardiniā, multaq; captiuorū milia Romā abducta, atq; de his triūphatū. Sed nos Polybiū sequimur. Is author est Sulpitium in insulā p̄fectū, cōfestim copias Panormū admouisse, vbi tunc hostes erāt, Poenoq; pugnam detrectāte, Romanū inde cōsulē auersum, Hippanā oppidū occupasse, mox Mysistratū & Camarinā, quā Syracusani cōdiderūt. Cęterū dū hęc a Sulpitio gerunt, Rutilius, cui⁹ erat iperiū classis, ad Tyndariū stationē habebat, inter Heliconē & Tinethū flumina in occidua Sicilię ora, vñ hostiū naues in alto cōspicatus, mādat suis, vt se q̃ celerrime sequant, ipse cū .X. nauibus ante alterā classem in Poenos temere euehitur, Carthaginēses alios Romanorū adesse intuiti, alios aut ī portu stare, aut certe in ipsis faucib⁹ procursum moliri, rati illos sero suis subsidio affuturos decē naues, q̃ cum cōsule erāt subito circūsistūt. Has partim mari deprimūt, partim fuga dilapsas persequunt. Parū abfuit quin & p̄toria sit nauis capta. Caetera deinceps classis in cōgressum venit, ibi punicis nauibus disiectis, earū octo depressae sunt, decē captae, reliquę Lyparas cursum tenuerūt. Ex ea pugna ita est discessum, vt primas victorię partes sibi vtriq; vendicarēt, qua mutua persuasione contigit, vt tā hi q̃ illi maioribus, q̃ vnq̃ antea, votis nauale pręlium optarēt. Sub initiū igitur ęstatis instructi paratiq; vtrinq; ad bellū exeūt. Romani cū triremib⁹ trecētis ac trigita Messanā primo cōuenere, ad dextrā insulę Pachinū p̄teruecti, eo puenerūt, vbi tūc terrestres erāt Romanorū copię. Carthaginēses & ipsi .CCC. & L. naues habētes ad Lilybęū cōsederunt. Est id oppidū in pmōtorio ad Aphricū ventū obuerso, vbi cōfiniū Siculi est & Sardoi pelagi. Breuissim⁹ ex eo loco in Libyā cursus .CXXVII. milib⁹ passuū a Carthagīe distat. Mirū est qd Varro tradidit

Milę. Naualis pugna. Corui nauales. Numerus captarū nauium. Hamilcharis success⁹. Honores Duellii. Nauale prelium. Lilybęum.

ex hoc promontorio Strabonē quēdā ſolitū naues pſpicere,q̃ ex portu Carthaginis pficiſcerent, Strabonis
ita vt & numerū exponeret.Romanoꝝ cōſiliū erat in Aphricam nauigare,vt eo oēm vim belli ex viſus acu-
Sicilia auerterent,Pœniq; nō minus de ſolo patrio q̃ de Sicilia pugnare cogerent.Carthaginēſes tiſſimus.
qui haud ignari erant,q̃ facilis in Libya futura eſſet Romanis victoria,certi erāt omnia prius pa
ti,q̃ incolumi claſſe ſinerent Romanos eius nauigationis fieri cōpotes.Erant tum cōſules,M. At
tilius Regulus & L.Manlius Volſo, qui paratis omnibus q̃ ad nauale plium & Libycam expedi- Conſules.
tionem attinebant,e pedeſtribus copiis lectiſſimum queq; in naues imponunt. Claſſem oēm qua-
tripertito inſtruunt,& velut in terreſtri acie,quæ vltimo loco ſteterunt naues triariæ dicebātur.
Habebat Romana claſſis ſupra cētū quadraginta milia hoīm.In ſingulis nauibus.CCC.erāt re- Ingens bel-
miges,& legionarii milites cētū viginti numero.Aliq̃to maior vis hoīm,vt & nauium,Pœnis ad latorum nu
erat,ſed multo plures naualibus pręliis q̃ terreſtribus aſſueti:quē mortaliū numerum duarumq; merus.
potētiſſimarū vrbiū diſcrimē,nō modo q viderunt, ſed ii etiā ad quos hæc phama olim puenerit,
merito mirari poſſint.Romani duces,quū cernerēt ſibi obliq̃ nauigādū,pter hoſtiū occurſum qa
illi nauium agilitate plurimum pollebāt,ita aciē inſtruunt,vt in fronte duas ſexiremes ſtatuerint
parum inter ſe diſtātes,quarū vna Attilius,altera Manlius vehebat.Inde ſcd̄m duas illas cæteræ Ro.claſſis.
naues vna poſt aliā,certis īter ſe ſpatiis,gemino ordine,ſeq̄bant,ita vt quo magis a primis illis di-
ſtarent,ita a tergo ordines latius panderent,quo contigit,vt duarum alarum extremę maxime ī-
ter ſe diſtarēt,figurarētq; duos rectos angulos,velut duabus lineis æque a frōte qua ꝓrorię naues
ſtabāt diductis.Atq; ita primæ Ro.claſſis partes in pcinctu ſtetere.Tertia pars ex obliquo, velut
baſis q̄dā ab vno ordine ad alterū extēſa,abſoluti reddidit triāguli formā. Poſt hūc ordinē onera
riæ ſeq̄bant armis cōmeatu & eqs honuſtæ.Agmen triariæ naues cogebāt,ita diſpoſitę,vt pcedē
tis agminis cornua ab vtraq; parte ſuparent.Punicę claſſis præfecti,q in hoc ipſum erecti ſtabāt,
vt iniecto plio Romanum a curſu remorarent,ſuos paucis hortati,vt nō de Siciliæ poſſeſſiōe eo
die crederent ſe certaturos,ſed de patria liberis & omnibus quæ ſunt mortalibus chariſſima,qui-
bus,quoniā vera eſſe cōſtabat,non mediocriter Pœnoꝝ animi in præſens ſunt certamen accenſi. Pœnorum
Carthaginenſium pfecti erāt Hāno & Hamilchar,qui cōſpicati Romanæ claſſis ordinē,cōfeſtim claſſis.
& ipſi claſſem partiti ſunt,huius præcipua parte in altū delata,dextrū cęterarū viriū cornu Hā
no cum velocibus nauibus tenuit,ſiniſtrū pximus terrę Hamilchar,cui quarta pars claſſis vt fir
mius eſſet.Attilius & collega tenuē Carthaginēſium aciē intuiti, facto īpetu in aduerſum hoſtiū
agmen pruīpunt,qbus Pœni,qd̄ facere iuſſi fuerāt,facile ceſſerunt,ac ſimulata fuga duos primos Claſſium cō
ordines a cætera claſſe ſecū abſtrahunt,baſis cū onerariis,quæ remulco agebant,a fronte nudata flictus.
tardius ſeq̄bat.Tum ex Hamilcharis naui dato vt inter duces cōuenerat ſigno,qui in altum pro
uecti fugā ſimulauerāt,in pugnā redeunt,& Hamilchar a tergo inſtat. Fuit igit cruentum pliū
Romaniſq; ordinib⁹ p hęc diſiunctis Hāno ex alto circumuectus,a tergo triarias inuadit naues.
Hic quoq; laborioſa & anceps pugna fuit,mutuaq; cædes. Cæterum neqd alicubi laxamenti eēt,
ordo ille,qui onerarias & Hippagines trahebat,a fronte nudat⁹,ab eo punicæ claſſis qui poſt Ha
milcharē ſteterat ordine inuadit. Ita triplex pugna vna hora pugnabat, & quia nauiū numerus
vbiq; pene par erat,certamen & ipſum anceps.Poſtremo Hamilchar ſuperatus fugā arripit,Man
lius fugiētib⁹ ferociter inſtat.Attilius cum ſuo cornu in eos cōuertit,q triarias naues & q̃ Hippa
gines ppemodum obruerāt.Romanoꝝ animi aduētu cōſulis,multo ferocius prælium cient,atq;
ita hoſtes a fronte & a tergo preſſi nauiū celeritate in altū abeunt.Tota vis cōſulum verſa eſt in
eā punicę claſſis partē,q̃ pxima ſtetit littori.In hāc Manlius & Regulus cōuerſi,ad quinquagin-
ta Carthaginēſiū triremes momēto tēporis opprimūt. Atq; in hunc maxime modū eſt eo die cir
ca Lilybæum dimicatū.Cōuulſæ ſunt q̄tuor & viginti Romanoꝝ naues,Pœnoꝝ triginta & am-
plius q̄tuor & ſexaginta captæ.Cōſules,reparata claſſe,puniciſq; in pugna captis ad tp̄s inſtructis
prioriq; numero adiectis,in Libyam ire pergūt.Ad Mercurii pmontoriū (eſt is locus in fronte Li
byæ) Romana claſſis primo appulſa eſt,inde Clipeā petūt (eſt vrbs hęc in pmontorii parte ſita)
ſubductiſq; haud pcul hinc in terrā nauibus,foſſa & vallo valide cōmuniunt, pſidioq; tutiſſimo
firmāt.Subita inde oppugnatio Clipeam adorta eſt,quæ res magno metu leuauit Carthaginēſiū
animos,qui ab initio perſuaſum habuerūt,fore,vt Romani recto curſu Carthaginē peterēt, quo
accidit,vt poſt Lilybętanā pugnā irreqeto opere Pœni vrbē cōmuniuerint.Totis itaq; virib⁹ do-
mi foriſq; terra ac mari bellū reparāt.Conſules Clipea haud multo poſt potiti,eā pręſidio firmāt Primi Ro.
atq; vna in hoſtē profecti,Carthaginēſem agrum terroris & populatiōis cōplent,ſuburbana ædi ſucceſſus in
ficia incēdūt,captiuoꝝ ſupra.XXX.milia ad naues adducūt. Interea nuncii ad conſules venere Aphrica.

cum patrũ decreto,vt eorum vnus cũ iis copiis,quę ad bellum necessarię viderent̃,rem in Aphri
ca gereret,alter cũ classe & cętero exercitu Romã reuerteret̃.M.Attilius cũ.XL.nauib⁹,&.XV.
milibus pditum,equitibus quingentis,in prouincia relictus est.Reliquas copias, cũ ingenti pda,
& omni captiuorũ multitudine,in Siciliã primo , mox in Italiam Manlius incolumes deportauit.

Cartha.imperatores.

Carthaginenses rati,qđ erat,Aphricã a Romanis belli sedem destinari,duos imperatores Bosta
rẽ & Hastrubalem cõstituunt.Affuit & Hamilchar ex Heraclea,cũ quinq̃ milibus peditũ,q terti
us dux illis additur,vt cõi sententia tres duces rem punicã administrarent. Et iam illi Carthagi
ne mouerant,quũ Attilius Adan vrbẽ oppugnare adortus . Eo Pœni duces cũ oĩbus copiis sunt
profecti,vt suppetias laborantibus sociis ferrẽt. Vbi vero in conspectum hostium venere , collem
vrbi proximũ occupant,habebãtq̃ interim illi omnẽ spem bene gerẽdæ rei in equitatu & elephã
tis repositã,mox ex tumulo,in quo ab initio sederãt, in arduũ & prærupũ locum castra transfe

Reguli consilium.

runt,quo consilio parũ liquet.Cæterum Regulus elephantos & equites in eo esse loco intuit⁹, in
quo nullus eorũ futurus esset vsus,si pugna repente cõmitteret̃,priusq̃ hostes sui erroris admo
nerent̃,rem gerendã ratus,mõtis angustias ab vtraq̃ parte cingit, inde certamine iniecto Pœnũ
vndiq̃ sollicitat.Mercenarię copię nõnihil Romanos a præsenti conatu distinuere, & iam prope
modum ea parte pellebat̃ Romana legio,qua omnis peregrinorũ militũ impetus incubuerat, quũ
diuersa parte Attilianæ cohortes in summũ iugũ euasere. Tũ Pœni ancipiti periculo pculsi,p ab

Vincuntur Carthaginenses.

rupta loca beluas & equos in planũ pręcipites agũt.Passim hostes cęsi,fuga haud vno loco incli
nauit,alii alio dilapsi.Polybius cęsorum numerũ non retulit.Eutropius duodeuiginti milia hosti
um desiderata scribit,quinq̃ milia capta & cũ his elephantos duodeuiginti. Attilius hostium ca
stris potitus haud diu victoriæ cursum sedẽdo remoratus est,quin longe lateq̃ per hostiũ agros
euagatus,quũ ad Bagradã flumẽ forte cõsedisset,in nouũ & memorabile certamẽ incidit.Stabu

Serpens.

labat̃ loco flumini pximo serpẽs inusitatæ magnitudinis,quẽ quũ infesto occursu ex aquatoribus
quosdã necasset,nec aliorũ ĩpune qsq̃ illi occurreret,Cõsul ballistis & catapultis velut molẽ quan
dam grauissimã expugnauit.Eius exuuiæ.CXX.pedũ lõgitudine,& maxillæ, vsq̃ ad Numanti
nũ bellũ in publico pepẽdisse dicunt̃.Sunt hui⁹ rei authores,Gelli⁹ Tuberonẽ secut⁹,Liuius,Plini
us & alii plęriq̃,quo magis miror Polybiũ,q id bellũ diligẽtissime scripsit,totũ locũ silẽtio pteriis

Tunes capitur a Regulo.

se.Nec multi inde dies intercessere,qb⁹ Attili⁹ Tunes oppidũ. XV. milib⁹ passuũ a Carthagine
vi cepit,vbi castra fecit Ro.cõsul,inde aduersus Carthaginẽ velut ex arce quadã decursurus.Pe
tiit interim per literas ad senatũ missas Regulus,vt sibi successor mitteret̃, tãtũ causatus q suus
agellus a mercenariis cultoribus vastaret̃,tantũ ab initio res rustica Ro.aut studio aut honori fu
it.Cęterum quum Romano bello,supra q̃ ferre posset,res punica grauaret̃,ingens vis Numidarũ
eius temporis occasionem nacta,in Carthaginẽsium fines hostiliter irrupit.Fuit clades illa nõ mi
nus Carthagini calamitosa,q̃ quę a Romanis nuper fuerat illata.Magnus itaq̃ metus & despera
tio Pœnos inuaserat,fugaq̃ vndiq̃ ex agris in vrbẽ facta.Attilius etsi certo sciebat breui futurũ,
vt aut Carthago capet̃,aut iugũ coacta acciperet,veritus tñ ne nouus cõsul,qui propediem suc
cessurus dicebat̃,phamã rerũ a se magnifice gestarũ totam ad se traheret,vltro cœpit de pace cũ
hostibus agere.Carthaginenses,q soluẽdi belli cupiditate incredibili tenebant̃,cõfestim principes

Pœni de pace agunt.

ciuitatis in castra ad cõsulẽ mittũt,q rẽ cũ eo cõponerẽt. Sed tãtũ abfuit vt ob iniq̃ Reguli postu
lata quicq̃ cõfici potuerit,vt legati ne audire qdẽ æquo aĩo quierint conditiones,quę ab ipso pro
ponebant̃.Enimuero Romanus imperator omnia quæ Carthaginẽsibus relinq̃rent̃,beneficii loco
eos habituros arbitrabat̃.Legati igit̃ iniquas leges auersati,in vrbẽ,re infecta,reuertunt̃, q quum
in senatu retulissent q̃ ignominiosam pacẽ cũ Romanis habituri essent, adeo ira exarserunt ani
mi,vt omnia extrema prius ferre decreuerint,q̃ quicq̃ punico nomini ignominiosum,aut rebus a
se antea gestis indignũ,sibi imperari paterent̃.Redierant interea illi qui in Gręciam ad conducen
dum militẽ missi fuerant,adduxerantq̃ secum nõ paruã militũ manũ mercede cõductã, & in his
Xantippum Lacedęmonium virum ĩpigrũ,& in armis diu exercitatũ. Is audito Carthaginẽsium
cũ Romanis cõgressu,& q̃ parũ vtilit fuissent castra in arduum translata,quũ per plana & aperta
loca ob elephantos & equites,quos tum Pœni duces habebãt,in hostem iri oportuisset,nihil ob

Xantippo res punica cõmittit̃.

scure iactabat,nõ Romanorum virtute,sed suorũ ducum stultitia,Carthaginenses calamitoso prę
lio superatos:quæ hominis asseueratio in curiam delata,in causa fuit,vt in Senatum Xantippo ac
cersito,quum eadem constanter affirmaret,spemq̃ faceret punicæ rei breui tempore in integrum
restituendæ,si consilio & ratione bellum administraretur , totius rei summã patres decreuerint.
Continuo cum ipso duce mutati animi.Mox vbi apparuit q̃to tutior salubriorq̃ disciplina ab eo

ꝙ a prioribus ducibus adhiberet,oĩs militaris multitudo adeo restituta est,vt nihil magis optaa ret,ꝙ prelij.Hunc animorũ ardorẽ secuti duces,Xantippi iussu,copias in apertum educũt.Erant sub signis peditũ ad.XII.milia,& quatuor equitũ,elephanti circiter centum.Attilius audito hostium accessu,etsi nõnihil mouebatur,ꝙ videbat ductandi rationẽ apud hostes mutatã,per aperta enim & plana ducebat exercitus,venienti tamen Pœno obuiam ꝓcessit,castraꝗ mille & .CC. passus ꝓcul ab hoste metatus pugnã expectabat. Ibi Pœnorũ ducibus rem Xantippo permittentibus,vt ipse suo arbitrio oĩa disponeret,in instruenda acie tali est consilio vsus,vt in fronte beluas constituerit,in dextro cornu Carthaginensium legionem stare iusserit,læuo mercenarios.Attili⁹ vbi hostẽ ad pugnã instructũ vidit,cõfestim educit suos in aciem.Aduersus elephantos expeditissimus quisꝗ ex toto exercitu cõstitit.Post hũc ordinem multiplici subsidio acies firmata,equites per cornua distributi.Signa militaria nõ in fronte,sed intra aciẽ retenta,etarꝗ de industria in frõte Romana acies cõtracta,ne vi elephantorũ impetu agmen perrũpi posset. Obfuit Romanis coarctatio illa aciei,ꝓbitaꝗ est occasio hosti,qui eqtatu abundabat, circũueniendi agminis. Beluis enim a rectorib⁹ in aduersum agmen adductis,cõfestim Barbarus eqtatus vtriusꝗ cuneatã aciẽ inuasit.Romani equites hostiũ multitudine perterriti cõtinuo terga vertũt.Pedites qui in dextero cornu steterant,elephantorũ impetu paululũ declinato,mercenarium militẽ,qui exaduerso cucurrerat,facile ꝓpellunt,pulsumꝗ in castra ꝓsequunt. Contra qui altera parte beluarũ agmen declinare nequerunt,earum incursu fœde cõculcant. Anceps aliquãdiu certamẽ fuit,Romanis magis ad salutẽ,ꝙ in spem victoriæ pugnantibus, verũ vbi extrema acies a punico est equitatu circũuenta,& a fronte Carthaginensis legio infestius vrgebat,Romani ex oĩ parte degrauati,aliĩ ab beluis obtriti sunt,in vestigio alii interfecti.Qui ex profligata acie effugere conati sunt,eqtibus media planitie occursantibus periere,pauci in castra peruenerunt.Quingenti,qui cũ Attilio consule alio fugã intenderãt,cũ ipso duce in hostiũ potestatẽ redacti sunt. Octingenti ex hostibus atꝗ hi mercenarii eo die cæsi.Ex Romanis,præter duo milia,qui cũ signis in castra euaserãt, & qui cum Regulo capti dicunt,ad vnũ cęsi oẽs.Eutropius.XV.milia hoĩm cum Attilio capta prodidit,&. XXX.milia cæsa.Ego qua ratione id fieri potuerit,haud sane intelligo, si sexdecim milia peditũ authore Polybio,& quingenti equites ad obtinendã ꝓuinciã cũ ipso Attilio in Aphrica remanserant,nisi suspicet aliquis,tã numerosum exercitũ a Regulo post collegę discessum ex Aphris auxiliatibus cõflatũ,sed horũ fides sit apud illos qui hęcmemoriæ ꝑdiderunt.Pœni spoliatis hostium cadaueribus vrbẽ ouãtes repetunt,Attiliũ vinctum trahẽtes, cuius viri casus vtile exẽplũ eẽ potuit mortalibus,ne secũdis reb⁹ nimiũ elati,humanã imbecillitatẽ cõtẽnerent. Regulus qui tã superbas leges nuꝑ hostibus imponebat,vt nihil victis præter vitã relinqueret, paucis horis alienæ potestatis factus,ne vitã quidẽ in tuto habuit.Simul & Euripidis illud qd ad Xantippũ attinet,fidẽ inuenit.Vnius rectũ cõsiliũ magnã vincere militũ multitudinẽ.Superauit ille sua prudẽtia exercitũ ad eã diẽ inuictũ,restituitꝗ Pœnis ciuitatẽ multis cladib⁹ afflictã,collapsosꝗ virorũ animos in spem pristinã erexit.Ipse optime sibi cõsulens,punica re in pristinũ statũ restituta, priusꝙ parta gloria in inuidiam verteret,in Pelopõnesum abiit.Ensueto ꝙ pręclare ab hominib⁹ fiũt magnã sępe inuidiã cõtrahũt,cui ciues domestica ope fræti cõmodius resistũt,peregrina cõditio omnis pręsidii expers velut mole & ruina quadã obruit. Nuncius acceptæ cladis Romã perlat⁹, maiorẽ tristitiã,ꝙ metũ,ciuitati attulit.Cæterũ vbi satis constitit deletũ esse in Aphrica exercitũ consulẽ captũ,& qui in acie fuerãt Clipeę obsideri,cõfestim classis decreta est,quę opem laborantibus ferret.Carthaginẽses quũ aliquot dies Clipeã obsedissent,valideꝗ Romani mœnia tuerentur,incœpto abstinuerũt.Et quia cõstãs phama erat Romæ opulẽtã classem ĩstrui,quæ in Aphricã mitteret,ꝑculsi Carthaginẽses nouo hostiũ apparatu, cõfestim ad cursum impediendũ ducentarũ nauiũ classem expediũt.Erant tũ Romæ consules.M.Æmylius,& Seruius Fuluius nobilior. Hi cũ.CCC.nauib⁹ in Siciliã trãsgressi,in Aphricã primã tẽpestatẽ nacti oras soluũt, prosperaꝗ nauigatione vsi haud procul aberant a Mercurii ꝓmontorio,quũ punicã classem obuiã habuere, factoꝗ in eam repẽte impetu,cęteris in alto disiectis,centũ & quatuordecim naues, cũ naualibus turmis,hostibus ademerunt.Polybius est huius numeri author . Eutropius qui omnia in maius auget,cẽtũ & quatuor in alto depressas ait,triginta cũ ꝓpugnatoribus captas.XV. milia hostiũ eo die ꝑtim capta,partim cũ nauibus demersa.Cõsules,secũdũ eã victoriã,paucis dieb⁹ in Aphrica cõmorati,Romanoꝗ ꝓsidio ex Clipea per ociũ deducto,Siciliã ex Aphrica repetunt. Erarꝗ iã classis pelagus emensa qd inter Libyã iacet & Siciliã,quum in conspectu Camerinæ vrbis,insulæ oram legẽs,in tantã maris sęuitiem incidit,vt pro rei atrocitate citra fidem sit referre,ex tã opu

Prælium

Profligatur Ro.acies.

Cæsorũ numerus.

Attili⁹ Carthã.ꝑducit

Xantippi virtus.

Consules.

Pugna naualis.

Naufragiũ ingens

lenta & numerosa classe, octoginta dũtaxat incolumes superfuere. CCC. octoginta quatuor aut absorptæ sunt vndis, aut scopulis illisæ vniuersum littus naufragiis & cadaueribus ipleuere. Maiorẽ hoĩm iacturã vno tempore in mari factã, nemo ad id tempus, aut postea q̃d sciam memoriæ prodidit. Incidit ea clades in decimũ annũ primi belli punici, qui quingẽtesimus fuit ab vrbe cõdita. Fuerũt qui eã cladẽ cõsulum temeritati ascriberent, quippe qui inuitis gubernatoribus, atq; idẽtidẽ admonẽtibus, ĩportuosam Siciliæ orã inter Canis & Orionis signa nauigare non oportere, pręsenti tamen successu elati, institutũ semel cursum tenuerint. At sic habet, in terris vbi virt⁹ & audacia valet plurimũ, rem Romanã feliciter administrari contigit. Contra in mari, vbi ars & prudentia regnunt, quũ sæpe alias tum hoc bello ducum temeritate insigniter afflicta est. Phama cladis huius Carthaginenses in spem erexit Siciliæ adhuc armis retinendæ. Continuo itaq; Hastrubal cum classe. CCC. nauium, & elephãtis cẽtum. LX. in Siciliã est missus, q copiis Lilybęi expositis socias Romanorũ ciuitates ex occasiõe grauit infestaret. Patres etsi multũ ob cladẽ nup acceptã a re maritima abhorrebãt, ne tñ maris possessiõe cederẽt, classem tãto studio repararunt vt trium mẽsium spatio. CC. & XX. naues sint ad bellum instructæ. Cum hoc maritimæ rei apparatu. Au. Aquili⁹, C. Corneli⁹ cõsules in Siciliã tãsmisere. His cõsulibus, vt Eutropius significare videtur, argẽte⁹ nũmus est primũ Romæ percussus. Consules in Siciliã missi vbi Messanã venere, acceptis nauibus, quæ superioris anni naufragio superfuerant. CCC. nauiũ classem expleuere. Hinc digressi, Panormum subita vi adoriunt, duobus locis circa vrbẽ metati. Paucis inde dieb⁹ arcem tormentorum vi disiectam capiunt, & cum arce ea pars vrbis capta est. quam Neapolim dixere, quo casu oppidani perculsi haud multo post Romanis cessere. Nec aliud in prouincia, q̃d dignũ sit memoria, est eo anno gestum. Mox noui cõsules, C. Seruilius Cepio & Gn. Sempronius in prouinciam missi, classe & exercitu a veteribus consulibus accepto, in Aphricam traiecerunt. Hi diu multumq; per hosticum euagati, ad Lothophagorum insulam deuenere, Mirynx dicitur, haud multum a minore Syrti distans. vbi locorum inscitia in breuia delati, subito pelagi recessu aquis destituuntur, classeq; in arido constituta, consilii inopes, ad desperationem pene sunt redacti, mox alterno maris æstu naues fluctibus ablatę. plurimarum rerum iactura prius facta, vi remorum in altum abierunt. Consules in Siciliam relati, non nihil Panormi consederunt, vnde digressi subita & atroci tempestate iactati, centum quinquaginta naues amisere, quæ recentior clades adeo rem Romanam affecit, vt a mari iam inde abstinendum multi in curia fremerent. Missi itaq; noui cõsules pedestribus copiis, L. Cecilius Metell⁹ & Q. Curius (quidã Furium p Curio scribunt.) His sexaginta duntaxat naues datæ ad frumẽtum cõuehendum, & alia exercitui necessaria, quo cõtigit rem punicam iterum fieri superiorem. Nam & mare late obtinebat punica classis, & terrestribus copiis hostes non minus q̃ Romani pollebant. Accedebat elephantorum metus, qui post Libycam cladem Romanorum animos incesserat, vt biennio neq; in Aphrica, neq; in Sicilia ausi sint cum Pœnis æquo marte dimicare. Quo militum metu animaduerso, continuo latum est decretum, vt noua classis ad bellum instrueretur. Interea Curius alter cõsul in Italiam decesserat, erãt enim iam noui consules designati, C. Attilius & L. Manlius. Hastrubal audito consulis & exercitus digressu, Metellusq; cum dimidio copiarum relictus diceretur, ex Lilybæo profectus, exercitum in Panormitanum agrum induxit. Satis quidem Pœnus exploratũ habebat, nihil magis Romanum militem horrere, q̃ elephantorum occursum. Metellus vbi Hastrubalem pugnæ cupidũ sensit, intra mœnia exercitum tenuit, simulans se hostem formidare: quo vano consulis metu elatus Hastrubal Panormitanum agrum populatus, exercitum ad vrbem admouit. Tenuit se Metellus tandiu, quoad Hastrubal est proximum flumen tranare adortus, tum expeditos milites mittit, qui tela in beluas iacerent, atq; iritatis ĩ fossas vrbis refugientes earum impetum declinarent vim adhæc telorum ingentem & in muris & circa fossas disponit, vt vndiq; beluæ ex proximo incesserentur. Ipse auersa parte vrbis cum robore copiarum paratus constitit, in omnem occasionẽ intentus. Elephantorum magistri gloriæ cupidi, ne expectato quidem ducis imperio, in Rom. pedites impetum faciunt. Illi (quod facere iussi fuerant) fugam capessunt: præcipitesq; in fossas abeunt. Sęuiebant belue in extremo aggere destitutę, cęterum momento temporis, & iis, qui in muris stabant, & a militibus ad hoc ipsum p muro dispositis, telorum multitudine obruunt, vulneribusq; iritatæ in suos cum impetu vertuntur, agmina perturbant, magnamq; Pœnorum stragem sua sponte edunt. Nec a Romanis in tanta est occasione cessatum, quin hostem beluarum sęuitia turbarum adorti, facile in fugam vertunt. Multi igitur circa fluuium oppressi periere. Elephanti X. cum suis magistris in potestatem venere. Cęteri sessoribus excussis circa fluuium vagi, ad vnũ

Temporum supputatio.

Nautici apparat⁹ Carthagineñ. & Romanorũ.

Consules.

Breuia & Syrtes.

Naufragiũ.

Consules.

Consules.

Metelli stratagema.

Metelli victoria.

capti,qui centũ triginta numero fuisse dicunť.Sunt & .XX.milia Carthaginẽsiũ cæsa . Extulit
recens victoria Romanorũ aĩos,factũq; est vt omni ope niterenť cũ hoste in Sicilia bellare, missiq;
noui consules cõfestim in prouinciã.Metellus Romã reuersus egregiũ de Pœnis triumphũ egit,
quẽ elephantorũ numerus multo cõspectiorem fecit.Et res duorũ populorũ in hoc statu erãt circa
ca Siciliã:in Græcia post Pyrrhi interitũ res nihilo quietiores fuere, nã Peloponnesi ciuitates mu
tuis inter se odiis accẽsæ in bellũ ruebãt,multisq; cladibus citro vltroq; illatis & acceptis sollicite
tumultuoseq; agebãt.Sed Epirotarũ clades oĩm teterrima, qui Aristotimi subita tyrannide oppres
si quũ multi in Ætoliã cõfugissent,missiq; ab Ætolis legati essent vt exulibus suas necessitudines
tyrannus remitteret,annuere ille Ætolorum postulatis visus est,liberisq; extorrium & vxoribus
potestatem fecit abeundi:inde vrbem longo agmine egressos,preciosissima queq; secum asportan
tes,rebus omnibus spoliatos in carcerem coniecit. Ibi tyranni iussu pueri in matrum cõplexibus
sunt crudeliter interfecti,virgines ad stuprũ raptę.Hanc tyranni sæuitiam vltutus Helematus q Helemati
dã (erat is senex & liberis orbus vitæ & rerũ oĩm securus) fidissimos amicorũ domũ vocat,quos facinus.
quum ad libertatẽ ferro repetendã,& vltionẽ patriæ hortareť, nec ciues in sententiã tyrãni metu
traheret,clausa domo se ad Aristotimũ missurũ interminať,vt ad se tanq̃ ad cõiurationẽ oppri
mendã occurreret:quo metu illi adacti in Helemati verba cõtra tyrãnũ iurãt,eaq; cõspiratiõe ne
farius Aristotimi dominatus est extinctus.Et hęc in Epiris.Antigonus interea,& cum Ptolemæo
Ægypti rege,& Spartanis varie bellauit,sed maius illi a Gallogræcis negociũ iniectũ,qui aduer
sus regẽ acie dimicaturi,quũ ex auspiciis cognouissent magnum sibi periculum instare,non in me
tũ sed in furorẽ dira religio versa est.Expiãdi ominis gratia filios & vxores pmiscue trucidãt.Tã Gallorum
ta tum Gallos rabies inuaserat,vt ne ætati qdẽ parcerẽt,cui victor hostis haud dubie fuerat par inauditum
surus,bellũq; internicinũ cũ liberis liberorũq; matribus secuti,pro qbus bella suscipi a cæteris gẽ flagitium.
tibus solẽt,quasi victoriã scelere redemissent,vt domestico erãt cruore respersi, haud meliore euẽ
tu q̃ omine pugnã capessunt.Scelerũ furiæ,ac peremptorũ manes oculis obuersantes,multo facilio
rẽ Antigono victoriã fecere,vt dii hoĩes & omnia in parricidarũ exitium coniurasse credantur.
Antigonus hac victoria vsus,in cęteros hostes impetũ deflexit.Ptolemæus & Spartani per occa
sionẽ illius fines inuaserant,cæterũ victorẽ Antigoni exercitũ veriti in pacatũ pro victis cesserũt.
Hoc duplici successu Antigonus supra modũ elatus, Atheniẽsibus, qui a Demetrio patre aduer
sis illius rebus freti defecerant,bellũ intulit.Interea Alexander Epiri rex iniurię magis q̃ beneficii
memor,Pyrrhi patris mortẽ vlturus,Macedonię fines populatur:quo motu Antigonus ex Græ
cia excitus,vbi primũ est Macedonũ fines ingressus,subita defectione militũ, regnũ & exercitum
amisit.Tum vero Demetrius eius filius puer indole supra ætatem insigni,exercitu ad bellũ repa
rato,Macedoniã amissam nõ solũ recepit,sed patrio etiã regno Alexandrum spoliauit.Tanta vel Varia regũ
militũ incõstãtia, vel fortunę varietas fuit in regnis ea tẽpestate,vt plęriq; ex regibus repẽte exu fortuna.
les facti sint,rursus ex exulib⁹ reges.Sed quũ Alexãder ad Arcades confugisset,haud minor Epi
rotarũ desiderio,q̃ sociorũ auxilio,in regnũ restituiť.Per idẽ tp̃s Agas Cyrenarũ rex vita decessit
q priusq̃ morbo decubuisset,miserat in Ægyptũ q ad finiẽda cũ Ptolemęo fratre certamina ei⁹ fi
lio Beronicẽ,quã ex Arsinoe extulerat,mřimonio despõderẽt.Arsinoe viro interim defuncto,ve
lut se inuita ea cũ Ptolemæo affinitas inita eẽt,p infecto habuit id cõnubiũ,Demetrioq; ex Mace
donia accersito puellã mřimonio locat.Is placẽdi studio ab vxore ĩ socrũ conuersus,cũ ea stuprũ
haud multo post fecit,lõga deinde cõsuetudine mulieri addict⁹,oĩm in se odia cõuertit. Milites ĩ Demetrii
cestũ detestati,in Ptolemęi filiũ fauorẽ cõuertũt.Postremo eo pcessit militare odiũ, vt ĩ Arsinoes stuprũ cũ
cõplexu sit Demetrius a militibus cõfossus,a Beronice vxore,vt crediť,immissis.Audita certe est Socru.
vox eius pcipientis,vti matri parcereť:atq; ita illa domesticũ stuprũ vita diciť , incolumi pietate,
& in matrimonio sortiendo secuta est patris iudiciũ.Et hæc qdem procul Italia,vnde C . Attili⁹
& L.Manlius consules,post claram Metelli victoriã,in Siciliam missi,breui Pœnos recẽti clade p
culsos in Lilybæũ compulerunt.Erat hic annus primi punici belli.XIIII.qui quartus & quingẽ
tesimus fuit ab vrbe condita.Contulerãt hostiũ duces omnẽ bellicũ apparatũ in eũ locũ, quem se Temporum
dem belli & arcem sibi in Sicilia delegerãt.Lilybæi opportunitatẽ cõsules secuti,binis hostem ca supputatio.
stris circũsederũt.Turribus inde aliisq; bellicis operibus vrbẽ oppugnare adorti, omnia quę ad ex
pugnationẽ attinebãt terra mariq; huc studio cõtrahũt.Erãt Lilybęi ad decẽ milia propugnato
rũ,pręter vrbanã multitudinẽ,quorũ Himilcho dux erat,homo impiger, & in armis diutissime
versatus,Is nunc muros tormentis discussos interius reficere,nunc ire cuniculis obuiam , aliosq;
hostium conatus consilio & armis frustrari.Erumpere interdum ex vrbe, impetuq; in Romanas

stationes facto, bellica opera corrumpere. Sed dum nihil vtrinque remittitur, parũ absuit, quin paucorum cõsilio oppidũ sit Romanis traditũ. Fuit Pœnis res vna adiumento, quod tantisper dum proditores occulte in Romana castra ingressi, tradendæ vrbis cum consulibus tempus & rationem quæritant, proditionis indicium est ad Himilchonem delatum. Pœnus nefarii consilii authoribus vrbe exclusis, omnem militum metum intra mœnia compressit. Interim Carthaginenses reputantes in quo statu res Siciliæ essent, cum Regulo egerunt vt Romam reuersus, cum patribus de pace ageret, quæ si minus impetrari posset, de captiuis saltem commutandis transigeret, fide ab eo accepta vt Carthaginem rediret, si de captiuis nihil fieri placuisset. Ille vbi Romam venit, & vxorem & liberos a suo remouit complexu, tanquam Romanus esse desiisset iam inde ex quo in hostium potestatem venerat. Vocatis inde in curiam patribus author extitit, ne fœdus cum Carthaginensibus sancirent vllum, qui multis cladibus aliis super alias fracti, suis iam virib⁹ aperte diffiderent. Breui futurum, vt inuiti iugum acciperent. Nec quod ad captiuorum cõmutationem attineret, tã ci se faciẽdum testatus est, vt plura corpora vitorum fortiũ, pro se iam sene ac pene decrepito, & ob id gerendis bellis parum vtili, Pœno restituerentur. Vtroque per hæc negocio infecto Carthaginẽ rediit. Pœni non tam viri sanctitatem quam suam causam intuiti, illum peruigilio, variisque cruciatibus, vsque ad exitium torserunt. Quidam authores sunt, hæc de Regulo aliquãto prius accidisse, quam Lilybæũ sit oppugnari cœptũ. Lilybætana quod satis constat obsidione Carthaginẽ nunciata, Pœni secũ reputantes, in quanto discrimine essent præsidiariæ copiæ, quas hostis circumsederat, Annibalẽ Hamilcharis filiũ cũ quinquaginta nauibus & decem milibus peditum illis suppetias mittunt. Is ad Ægusam insulam prius delatus, inde seda aura, ne Romanis quidem obiicere se ausis magno suorum clamore & alacritate Lilybæum tenuit. His copiis Himilcho auctus, repente copias ex vrbe educit Romanorum opa inuasurus. Romani hoc ipsum prius suspicati, iamdudũ haud imparati stabant ad tales casus. Circa portas igitur hostibus ferociter occurrunt. Erant viginti Pœnorum milia, qui vno tempore eruptionẽ fecere. Romani vero aliquanto plures. Atrox vbique erat pugna, sed circa machinas multo atrocior, tantaque hic animorum contentione est dimicatum, vt quicunque cum hoste congressi sunt, pene ad vnum eo loco quo primũ steterant conciderint. Ad postremum quum nihil Himilcho præter militum iacturam lucrifaceret, signũ dedit receptui. Annibal post eam pugnam noctu cũ suis nauibus Lilybæo digressus Drepanũ profectus est ad Haerbalem qui vrbi præsidebat. Erat secundum Lilybæum is locus Pœnis charissimus, vtpote ad belli vsum peropportunus. Est vrbs sita in occidua insulæ ora, iter Bathum fluuium & Segestanum promontorium, in falcis speciem curuato littore, quod nomen ipsum argumento est, nisi potius sit fides poetis habenda, qui a Saturno falcem his locis abiectam fabulãtur. Distat Drepanum a Lilybæo, XV. milia passuum. Tenebat adhuc Lilybætana obsidio, imminebantque Romani hostibus terra ac mari, quum Rhodia nauis insigni celeritate, ex Carthagine Lilybæum ingressa est, hicque per ocium speculata in quo statu res essent, per medias Romanorũ naues elapsa, retro abiit. Ea res cõsules impulit vt fauces port⁹ sine obstruere adorti, onerarias aliquot in vnum vadum deprimũt ingenti materia illis superiecta. Cæterum immensa maris altitudo irritum opus fecit. Vix tamen ex altera parte ostii agger constitit, quo cõtigit vt paucis dieb⁹ Romani quadriremẽ vnam Carthaginensium velocissimam, velut vado hærẽtem, eo loco oppresserint, qua vsi haud multo post & Rhodiam illam Lilybæum reuersam ceperunt. His duabus circa portũ constitutis, omne suorum commercium Romani hostibus ademerũt. Eratque iam vndique Pœnis præsidii spes adempta quũ ex insperato bene gerendæ rei occasio illis est oblata. Vehementior ventus, & velut procella quædam repente orta, bellica Romanorum opera mirum in modum concutiebat, qua occasione hostes vsi, haud vno loco ignem ex aduerso iniiciunt, flãma aridæ materiæ insinuata turres, arietes & machinas fere omnes momento temporis consumpsit, quo contigit, vt iam inde Romani duces vallo tantum & fossa inclusum hostem habuerint, fame domituri quando aliter subigi non posset. Ab Roma interea decem milia hominum in supplementum missa, annoque per hæc circumacto Claudius Appius Pulcher, & Caius Iunius cõsules fiunt. Appius Lilybæum est missus. Is sub primum accessum, lectissima parte militum in naues imposita, Drepanum ad Haerbalem opprimendũ nauigat. Perculit Pœnũ Romana classis sub lucem ex alto conspecta. Idemque satius fore arbitratus fortunam experiri, quam pati se ab hoste, faucibus portus infessis, obsideri, militum turbam ad portum signo conuocat, ibi paucis affatus, aut fortiter dimicandũ esse ostendit, aut omnia mala, cuncque longa obsidio ferre potest, subeunda. Tum omnibus suam operã vltro deferentibus, poscentibusque alacri clamore pugnam, in naues illico conscẽsum est, nec mora vlla fuit, iussis nauiũ guber-

Regulus Romam mittitur.

Reguli exitus.

Atrox pugna.

Drepanum.

Incendium.

Consules.

natoribus eo cursum dirigere,quo se tendere vidissent,ipse primus portu egredit,egressus in Romanos appropinquantes cursum deflectit. Trepidatū primo a Romanis in explicanda acie,cū cōsuli ordinē ab initio mutari placuisset,demū subductis in altum nauibus, ipse in læuo cornu constitit.Haerbal in altū pteruectus,cū impetu a mari in Romanos reuertit. Diu æqualiter certatū. Lectissimi milites ab vtraq; parte pugnabant.Mox procedēte prelio, agilitate nauiū & nautarum peritia,Poeni supiores esse coeperūt.Illud interim Carthaginēsibus perutile fuit ad victoriā,ꝙ Libycę naues pelagus tenebāt,vn̄ pronior fiebat in Romanos impetus, & rursus quū degrauari coepissent facile pugnā eludebāt,celeri in altū recursu. Cōtra pximū littus oīa Romanis impeditiora reddebat.ꝑacta tn̄ in plures horas est pugna.Ad postremū Romanarū nauiū aliæ littorib⁹ impactę,aliæ medio fluctu vi hostiū depssæ,vix.XXX.nūero cū cōsule fuga dilapsæ sunt,cęteræ pręter eas q̄ in hostiū potestatē venerunt,ad vnā periere . Tres & nonaginta captas Polybius scribit apud quosdā reperio habuisse classem illā.CC.&.XX.naues,quarū paucæ cū cōsule fuga seruatę sint.XX.captę cū suis turmis,cęterę medio certamine depssę.Ad octo &.XX.Ro.milia,ꝑtim cæsa,partim in victorꝝ potestatē redacta.Auxit cōsulis inuidiā spreta religio,ꝙ in pugnā itur⁹,quū pulli ex cauea emissi tripudiū nō fecissent,eos in mare cōtēptu religionis abiecisset, ludibrio etiā verborum adhibito,vt biberēt qn̄ esse nollent.Nec multo se ciuiliorē post pugnam præstitit.Iussus a patribus dicere dictatorem,C.Glauciā dixit,vltimę sortis hoīem.Mox magistratu abire coactus,ludos prætextatus spectauit.Polybius eū in iudicio cōcidisse scribit.Cæterū nec ipsi tātum ea offensa ꝓbro fuit,sed sorori etiā Claudię,quę quum aliquādo solēni ludorum die nimia hominum frequentia molestius vexaretur,dixisse fertur,vtinam frater meus viueret , iterum Ro.classem perditurus,quæ vox siue omen fecerit siue cædis memoriam renouarit,adeo multitudinis aures offendit,vt mulier maiestatis rea subierit iudicium.Patres etsi ingens vulnus acceptum censebant,reparata tamen confestim classe,L.Iunium consulē in Siciliam mittūt.Ille cū sexaginta rostratis nauibus Messanā venit,quo ex tota Sicilia præterq̄ ex Lilybęo contractis in vnū nauibus, CXX.rostratarū classem impleuit,super onerarias,quarum vis ingens fuit. Harum dimidia parte quęstori data,vt cū his cōmeatū ferret in castra,ipse haud multo post cū.LXX.nauibus eunte secutus est,frumentum a mediterraneis ciuitatibus acceptur⁹.Miserat per eos dies Haerbal Carthalonem cum triginta nauibus ex Drepano,omnia circum littora scrutari iussum,atq; vbicūq; naues,siue integras,siue corruptas offenderet,daret operam,vt in suam potestatem redigeret. Ferox ille primum omnium in eam classem,quæ ad Lilybęum stabat,noctu impetum fecit,sublatoq; a stationariis clamore Himilcho excitus , cognita tumultus causa milite ex vrbe educto Romanos ferociter inuadit,qui vndiq; circūuenti, in non mediocre periculum sunt adducti . Carthalo aliquot Romanorum nauibus aut captis aut corruptis,ex Lilybæo profectus,Heraclean petiit,vt commeatus,qui ea parte in Romana castra vehebantur,interciperet. Oram legenti speculatoriæ naues Carthaloni nunciant ingentem nauium numerum aduentare. Ille fiducia rei nuper gestę, hostem aspernatus,obuiam ire pergit.Romanꝰ quęstor,cognito Poenorum accessu,imparem se hosti ratus,in proximum littus naues multa trepidatione subduxit . Erant littorum anfractus & rupes pelago imminentes,vnde Romani punicas naues sagittis & fundarū iactu arcuerunt. Carthalo paucis onerariis,quas sub primum accessum oppresserat,secum abductis, ad ostia proximi fluminis consedit,hostium nauium digressum obseruaturus,vt vbi eas in altum euectas vidisset, subito incursu caperet.Interea consul ex Syracusis Pachinum prætęruectus,Lilybæum versus australem insulę oram legebat, quum procul punicas naues conspicatus in proximum sese portum recepit,hostium fortunam simul & virtutem veritus.Cartholo quia haud facilis erat locorū expugnatio,portum inter vtranq; Romanorum classem medium cepit,vt abeundi facultatē vtrisq; adimeret.Interea punicę classis magistri foedam tempestatem,quæ imminebat, pręuidentes Carthalonem monent,vt confestim Pachino superato tutiorem portum caperet,quibus ille obsecutus,satis mature periculum euasit.Romana classis importuosis deprænhensa locis,adeo vehementer conflictata est,vt ex tanta nauium multitudine,nihil quod vtile esse posset superfuerit. Proximum littus exercitum seruauit.His maritimis cladibus,aliis super alias acceptis, fractus Roma. Pop.iterum hostibus maris possessiōe cessit,terrestribus deinceps viribus tantum staturus.Contra Poeni præterq̄ ꝙ & pelago imperabant, in magna etiam spe erant terrestris belli ex sententia conficiundi.Iunius Consul post amissam classem Lilybæum in castra se contulit,curarum plenus omnia circumspicere,an preclarum aliquod facinus a se peragi posset,quo presentis cladis apud suos leuaretur infamia,nec ita multi dies intercessere,quibus ille Erycem per ꝓditionem occupa

Naualebellum.

Numerus amissarū nauium.

Appii peruersitas.

Reparant Ro.classem.

Carthalo classem Ro. vrget.

Naufragiū Romanorū.

Eryx a Ro. capitur. uit, simul & Erycinę Veneris templo & oppido potitus est. Eryx mons Siciliç mari imminẽs inter Drepanũ & Panormum, huic tamen q̃ illi vicinior, omnes Siciliç montes prçter Ætnam sua magnitudine excedens, in eius vertice planities cum Erycinę Veneris templo, oĩm quæ tum in insula erant, opulentissimo, paulũ infra verticem vrbs longissimum ac difficillimũ vndiq; habẽs aditum. Carthaginẽses amisso Eryce Hamilcharẽ, cognomẽto Barchã, classi p̃fecerunt. Fuit hic Annibalis pater, qui postea sexdecim annos in Italia bellum gessit. Hamilchar in Italiã classe delatus, oẽm maritimã oram populatione foedauit. Erat hic annus inchoati belli decimusoctauus. Ex Italia Hamilchar Brutiorũ ora Locrorũq; vastata, Panormũ cũ classe se contulit, ibiq; locũ gerendo bello aptissimũ, haud ꝑcul Panormo, occupat. Hinc ille (erat enĩ situs loci natura munitissim⁹) ex arce quadã ꝓfectus, vsq; Cumas oẽm Italiç orã sæpius populat⁹ est, in his Pœnus locis quũ fere triẽniũ castra habuisset, terra mariq; rẽ Romanã vexare nõ destitit. Interea in Italia duæ a Romanis coloniæ deductæ, Fregellas circa Lyrim fluuiũ, & in Salẽtinis Brundusiũ. Duo etiã p̃tores tũ primũ creari cœperũt. Fuerũt eo triẽnio, quo Hamilchar in Panormitano agro habuit castra, multi variiq; vtriusq; ciuitatis conatus, multæ etiã clades hincinde illatę & acceptę, sed q̃tũ ad Erycẽ & Egusam insulã postremo gesta sunt, maiore phama ad posteros manarunt. Cętera Polybius Eutropi⁹ & Florus, quos authores Liuio intercepto seqmur, p̃sse & obscure, vt parũ cognitu necessaria p̃terierũt. Erat in Romanorũ potestate Eryx, dupliciq; p̃sidio tenebat, vno ad ingressum montis, altero circa templum in vertice constituto, nõ defuit tñ qui oppidũ Hamilchari ꝓderet, quo accidit, vt Eryce a Pœnis inito, Romanis qui in summo iugo erãt in magno discrimine cõstitutis, nec Pœni ipsi minus laboraturi erãt, opportunos ad vrbẽ aditus Romanis p̃sidio obtinentibus. Atq; ita obsidentes & obsessi incredibili animorum obstinatione durabant, certi extrema oĩa potius tolerare, q̃ hostibus cedere. Quum igitur in hunc modum bellum traheret, essetq; interim Hamilchar Italiæ maxime infestus, etenim iam annos fere quinq; Romani abstinuerant mari, cõmoti patres, simul hostium iniuria, simul quia haud dubie apparebat id bellum nõ aliter ad exitum perduci posse, summo studio classem comparant. Cæterum diuturni belli sumptu ærario exhausto, priuatim ciues in hunc vsum pecuniam contulerunt. Plæriq; quinqueremẽ vnam ꝓprio sumptu cõstruere & ornare nõ recusarũt. Tãta tunc erat reipublicæ charitas, ꝓpagãdiq; imperii studium. CC. quinqueremes ad Rhodiç illius circa Lilybæum captę similitudinem contextas, C. Luctatius consul sub initium veris in Siciliam egit. Is subito accessu Drepanitanum portũ & alia loca Lilybæo circũiecta occupat. Drepanũ machinas & bellica opa admouet, vrbẽ expugnaturus, eratq; haud procul inde punica classis, sed quo propinquior erat hostis, eo min⁹ ille remittere de iis, quæ ad remiges & nautas exercendos attinebant, haud ignarus quantum res maritimæ momentũ p̃senti bello attulissent. Carthaginẽses audito hostiũ in mari apparatu, & ipsi summa ope cõnixi naues ex aduerso cõparant, his Hannonem p̃ficiunt, qui cũ classe domo ꝓfectus, ad Hieronesum insulam cõsedit, vt inde prima tẽpestate in Siciliam transmitteret. Luctati⁹ audito Pœnorum aduentu, optimis quibusq; ex pedestri exercitu in naues impositis, confestim ad Egusam insulã nauigat. Liuius Ægatẽ vocat. Florus Ægates. Est ea insula contra Lilybęum. Ibi milites consul hortatus vt in crastinũ se ad pugnã compararent edicit. Vbi vero sequenti die illuxit, ventusq; hostibus secundus esset, nec mare satis qetũ, aliq̃diu consul dubius stetit, vtrũ cum hoste dimicaret. Reputans deinde quanto maiore spe pugna iniret, si cũ Hannone, qui cõmeatu classem honustam haberet, q̃ si postea cum expeditis ad pugnam nauibus, & cum Hamilchare duce, quo nihil per id tẽpus terribilius audiebatur, cõfligere cogeret, veniẽtibus satius occurrere visum. Ferebãtur Carthaginenses prosperrimo vento, qui Romanã classem ex aduerso cõspicati, subductis continuo velis, sese prælio accingunt. Confirmatis interim vtrinq; animis fit pugna, in qua quũ omnia diuersa essent, quę olim ad Drepanum fuerant, diuersum quoq; pugna sortita est exitum. Romani celerrimas & expeditas habebant naues, quibus remiges exercitatissimi inerãt, & ob eã rem acres, & ad oẽ facinus impigri, optimi adhęc milites, ex vniuerso exercitu delecti. Pœnis naues honustæ, & rudis aderat miles, quem, simul ac pugnari cœptum est, superari contigit. Quinquaginta naues vel fractæ vel submersę, septuaginta cũ turmis captæ, cætere mutato vento ad Hieronesum se fuga receperunt. Capta supra eos qui perierant ad decem milia hominum. Eutropi⁹ duo & triginta prodidit, tredecim milia interfecta: ex Romana classe duodecim naues in pugna depressæ sunt. Carthaginenses noua & inusitata clade perculsi, etsi ad ferendum bellum promptissimi erant, suis tamen rebus accisis, quum belli vlterius alendi initi ratio non posset, Hamilchari scribunt, rem punicam præsenti clade adeo collapsam, vt non esset cur ex domo cõmeatũ,

Fregellas & Brundusiũ ductæ coloniæ.

Prætores duo.

Erycina obsidio.

Consul.

Egusam Ægatem dici.

Naualis Romañ. victoria.

Cartha. desperatio.

aut classem expectaret amplius. Ipse igitur de pace & bello quicquid visum esset statueret, idq; faceret qđ e repu. sibi videret. Ille optimi sapientissimiq; ducis vsus officio, q̄diu Punicę rei spē aliquā supeṙesse vidit, nullū vnq̄ laborē aut periculū subire recusauit, oīa prius summa industria & audacia expertus pro insula retinēda, postremo Carthaginensium rebus vbiq; fractis, tempori & necessitati cessit. Neq; eñ optimum ducem vincere tantum scire oportet, sed cedendi etiam tempus nō ignorare. Legatos igitur ad Luctatiū misit (nā Aulus Posthumius eius collega Romę fuerat a Metello Pontifice, quia flamen esset, ad bellum exire prohibitus. Metellus sub id tēpus quo Romani sunt pręsenti bello defuncti, ex ęde Vestæ, quæ incendiū cōtraxerat, palladiū & sacra eripuit) Luctatius qui non ignorabat q̄ res Romana lōgo esset bello exhausta, pacem vltro delatam haud hosti denegandā censuit, quæ his demū conditionibus est inter duces cōposita, vt amicitia iam inde Romanis & Carthaginēsib⁹ esset, prorsus tota Sicilia Pœni abstinerēt, neq; deinceps bellum Hieroni inferrēt, neq; cōtra Syracusanos Syracusanorūve socios mouerēt arma. Carthaginēses captiuos oēs redderēt sine ꝑcio, talēta argēti Euboica duo milia & .CC. Romanis annos. XX. pēderēt. Has cōditiones populus Ro. ꝓbare noluit, sed in Siciliā. X. legatos cū authoritate misit. Hi pauca fœderi addiderunt, vt oībus insulis quæ inter Siciliā & Italiā iacēt Pœni abstinerēt, tēpusq; pēsionis corripuerūt mille talētis priori summę additis. Atq; in hūc maxīe modū terra mariq; est de Siciliæ possessione inter Pœnos & Romanos, ꝑterq̄ ad exitū, vario euētu certatū. Bellū sane diuturnum, in quo quū alia multa acciderūt memoratu digna, tū ꝙ quingētis quandoq; nauib⁹ hincinde est bellatū. Polybi⁹ author est amisisse populū Ro. eo bello naues septingentas, ꝑter eas q̄ naufragio perierunt, Pœnos ducētis minus. Fuit hic annus quo primū bellū est solutū, quartus & vigesimus, vel, vt alii scribūt, alter a vigesimo, ab eo quo arma vtrinq; mota sunt. Vrbis Romæ quartusdecimus supra quingētesimum, quo tēpore Macedoniæ regnum Demetrius tenebat maioris Demetrii nepos Antigoni filius. In Ægypto Ptolemę⁹ cognomēto Euergetes, Philadelphi filius, primiq; Ptolemęi nepos. In Iudęa Pōtifex Onias Eleazari, a quo ꝑ manū sacerdotiū accepit, ex fratre nepos, is vt Eusebius scribit, quia annuū tributū Ptolemęo non reddidisset, Ægyptiaco bello petit⁹ esset, nisi Iosephus, q ea tēpestate multū apud regē gratia pollebat, in Ægyptū legatus profectus esset, Ptolemæo satisfacturus. Is nō solū destinatū bellū deprecator excussit, sed Iudęæ etiā & finitimis præesse iussus est. Regnabat in Syria Seleuchus Antiochi fili⁹, q Laodices matris impulsu Beronicen nouercam suā, & fratrē ex ea natū ad cędē persecutus in Pataram compulit. Hāc Ptolemęi regis sororem Antiochus, qui fuit maioris Seleuchi filius, Laodice adhuc viuæ superduxit vxorem. Beronices & regii pueri miserabili casu commotę Asię ciuitates puero & matri auxilia aduersus Seleuchum decernunt. Ptolemeus & ipse sororis periculo commotus, cū valido exercitu in Asiam transiit. Beronice ante fratris accessum vi expugnari nō potuit. Cæterū fraude circūuenta cū puero trucidata est. Indigna res omnibus visa, atq; Seleuchi scelus Asię vrbes detestatę, vno tempore, magno cōsensu, ab eo deficiunt, seq; & classem, quā ad opem Beronice ferendam comparauerant, Ptolemæo tradunt. Erat is haud dubie Seleuchum spoliaturus regno, nisi ob domesticam seditionem, medio rerum actu, trepidis nunciis in regnū reuocatus esset: tantum, aut odium Seleucho nefariū parricidiū, aut Ptolemęo miserabilis sororis casus fauorē cōparauerat. Post Ptolemęi digressum quū Seleuchus, ingenti classe fretus, Asiaticas ciuitates hostiliter persequeretur, subita tēpestate naues amisit. Res quidē calamitosa, sed in primis Seleucho optanda, quippe qui adeo miserabilis infensis ciuitatibus visus est, ob cladē illam teterrimā, vt ira in misericordiā versa sua sponte in fidē redierint. Ille vero ꝑsenti successu erectus, Ptolemęo bellū infert. Sed homo ad ludibriū fortunę natus, quiq; ad hoc ipm videbat̃ ortus, vt q̄litas imperij opes ꝑderet, victus prælio in Antiochiā aufugit. Erat huic Antiochus frater admodū adhuc puer a quo Seleuchus auxiliū ꝑ literas implorauit, Asia citra Taurum montē cōditione ei delata, si incolumi regno, pręsenti bello defungeretur. Antiochus nō auxilium fratri sed impiū latrociniū laturus, studio se ad bellū cōparat. Ptolemeus de Antiochi aduētu factus certior, ne cū duob⁹ bellandū esset, inducias cū Seleucho in decem annos paciscit̃. Antiochus interea, Gallicis auxiliis ꝑcio cōductis, hostem se fratri obtulit. Fit igit̃ pręliū, quo puer Gallorū virib⁹ & audacia victor, parum abfuit qn ab auxiliarib⁹ ipsis ꝓditionis sit interfect⁹. Galli Seleuchū cecidisse rati Antiocho capitaliter insidiabant̃, vt regnū regia prole spoliatū sibi pręde & rapinę obnoxiū redderēt. Ille ꝑsenti periculo commotus a Gallis se auro velut a prędonibus, redimit, societatēq; cū iis iūgere coactus est, qui nuꝑ mercenario nomine militabāt. Eumenes rex Bithynię amboꝝ fratrū opes mutuo bello afflictas intuitus, vagātem Asię possessionem inuasurus, Antiochū & Gallos, etsi victo

Finis primi belli Punici

Leges Carthā. datæ.

Tēpoꝝ supputatio.

Asię mot⁹.

Beronices cædes.

Seleuchi scelus.

Seleuchi & Antiochi ꝑlium.

stes recenti tamē prelio adhuc fractos,eximprouiso aggreditur,facilisq; fuit victoria ex semiuicto hoste.Atq; ita Asia,velut in medio relicta,pluribus vno tempore aut pręmiū,aut pręda fuit. Seleuchus & Antiochus de Asia certabant,Ptolemęus sororię vltionis titulo hinc infest⁹ aderat,inde Eumenes & Galli terrā populabanť.Antiocho victo magnam Asię partem Eumenes subegit. Nec sublato prelio Seleuch⁹ & Antiochus fratres sibi min⁹ infesti erāt,sed ab externo hoste auersi,ceu q̄ ab Eumene fiebant ad se nihil attinerent,in mutuum exitiū bellum reparant,fuitq; proximum prelium Antiocho infelix,qui exercitu spoliatus,in Cappadociam aufugit ad Artamenē socerum suum,vnde haud multo post,quum capitales ab eo insidias sibi instrui indicio comperisset,occulta fuga dilapsus,quum nusq̄ sibi tutus videretur,ad Ptolemęum profectus est,tutius sibi fore ratus si se hosti q̄ fratri crederet.Ptolemæus eum nōnihil in custodia habuit, hincq; mulieris opera liberatus,quū pcul inde fugā intēdisset,a latronibus in quos p deuia errabūdus inciderat est oppressus.Seleuchus iisdē ferme dieb⁹ equo precipitatus tertio sui regni anno piit, post quem Antiochus,cognomēto Magnus,Syrię regnū annos sex & triginta tenuit.Is demū Asiā,& qcqd citra Taurū possedit,a Romanis bello vict⁹,vt suo loco explicabitur,relinquere coactus est. Erāt Romani,per id tēpus quo hęc in Asia gerebanť,Punico bello defuncti,& ne subito ab armis discederent Phalisci in causa fuerūt,qui vt sæpe alias rebellātes a Q.Luctatio & Mālio cōsulibus bello petiti sunt,magnoq; prælio victi.Quindecim milia hostium vno prælio cęsa.Sexto die q̄ ad hostes vētum erat in deditionē recepti,agroq; ex dimidia parte multati.Duæ trib⁹ per id tēpus, aut aliquāto antea priorib⁹ additę,Velina & Exquilina.Ennius poeta p id tēpus Tarenti ortus est.Liuius poeta primus Romæ fabulā docuit.Callimachus elegi carminis scriptor in ipsum primi belli punici initium Nepotis Cornelii testimonio incidit.Tēplum Iani,post Phaliscos in deditionem redactos,terra mariq; pace parta,est clausum,vt Florus prodidit,fuitq; hic annus ab vrbe condita quartusdecimus supra quingentesimū.A primo Numę anno sub quo primum claudi contigerat,septuagesimusseptimus ac quadringentesimus.Sub id tēpus.Sp. Caruilius Ruga togatorum primus cū vxore diuortium fecit.Eodemq; anno Næuius poeta fabulas ad populū edidit,M.Varro libro quem de poetis scripsit,hūc primo bello Punico stipendia fecisse prodidit.Cæterum Iani templum breui post bello a Ligurib⁹ orto est patefactum.Causam belli in Liguria gesti nō reperio.L.Cornelius,qđ satis constat,& Fuluius Flaccus ipsi genti bellū intulerunt.Ligures inter Macram & Varrum flumina sedes habuere circa ima alpium latera,qua in Ligusticū iacēt pelagus obuersa.Plinius eius gētis originem ignorasse videtur.Strabo ex Gręcia oriundos existimat,coniectura vsus,q; vt græci æreis vterētur scutis,totamq; in vniuersum gētē partitur in Ingaunos & Intemelios.Cōtra Plinius supra duodecim populos memorat.Ligurib⁹ plurim⁹ ex pecore victus,lacte hordeaceaq; potione.Naualis materia frequēs.Arbores eximię crassitudinis diametro resectæ octonis patent pedibus,mortaria & mensæ fiunt ex ea materia.Pelles inde & mella,Vinum genti austerū & picatum,muli & equi ex eadem terra,tunicęq; & sagula.Lingurium qđ electrum alii vocant,eandem terram habere arbitratur Strabo,qđ Grecorum plerįq; cum eo falso tradiderunt.Plinius pcul electrū nasci author est,falsaq; esse oīa,quę de Phaetonte & Eridano a multis Grecorū sunt memoriæ prodita,esseq; insulas in septētrionali oceano,vbi electrū gignitur,Glessaria eorum vna vocatur,Electrum Germani glessum vocāt,nasciq; medulla pinei generis arboribus defluente,vt gūmi in cerasis,vt resina in pineis manat arboribus humoris abundantia.Lingurium Demostratus ex vrina Lyncum fieri credidit,e marib⁹ fuluum & igneum,e fœminis languidius ac candicans.Quidam langurium id vocari existimant,esseq; in Italia bestias Langurias.Zenothenis eas Langas vocauit,circa Padum id ferarum genus stabulari arbitrať. Metrodorus & Sudines ex arbore,quæ in Liguria fit,id nasci prodiderunt.Sed taliū fides sit apud eos qui hęc tradiderūt.Deceatę Maxubii & Eburiates Ligusticę gentes in occultas latebras refugiētes diu Ro.Consules frustrati sunt,hos postremo Fuluius longa indagine adeptus,igni circūsessos expugnauit.Sunt qui tradant tum primū Lentuli & Fuluii ductu Romana signa trans Padū promota,pugnatumq; cum Insubribus & Liguribus,cęsaq; tria & viginti milia hostium, quinq; capta,deq; his Romę triūphatum.Si Eutropius verus est author,qui Ligusticum bellum statim Punico subiicit,in id tēpus incidisse oporteret bellū qđ in Aphrica Carthaginēses crudelissimum cum Spendio & Mathone gessere.Satis constat per hęc tēpora plura & terra pdigia fieri cōtigisse.In Piceno fluuius cruentis aquis sua sponte cucurrit.In Hetruria cęlū ardere est visum.Arimini noctu tres lunæ in cælo conspectæ.Id prodigium,Cn.Domitio & L.Annio cōsulibus factū Plinius author est,qđ ad cæli ardorem attinet,quum Gn.Papyrius & C.Cęcilius cōsules fuere, tē

Antiochi erratio.

Antiochi & Seleuchi mors.

Antiochus magnus.

Phalisci.

Ennius.

Templum Iani iterum clauditur.

Diuortium primum.

Næuius.

Ligurum sedes & diuisio.

Electrum.

Glessaria.

Lingurium.

Bellum ligusticum.

Prodigia.

pus aliosq; haud diserte posuit. Hęcq; post primum belli Punici in Italia a Romanis gestata. Car-
thaginenses interea in multo periculosius bellum, ꝗ q̄d ad id tempus cum Romanis gesserant, in
Aphricam reuersi inciderunt. Id Aphricum a loco in quo est gestum nominari cōtigit, cui9 origi-
Aphricum bellum.
nem fuisse ferūt. Quum Hamilchar percusso cum Romanis fœdere se magistratu abdicasset, co-
pias quas ex Eryce & Lilybęo deduxerat, Gisconi tradidit domum deportādas. Giscon res nouas
veritus, si tanta vis hominum vno tempore in Aphricam delata esset, presertim cum plura militi
bus deberentur stipendia, quę reddi ęrarii inopia non poterāt, pro magno habuit negocio, eos fa
ctis de industria interuallis, per partes mittere, vt qui primo altero ve loco transmissi essent, confe
stim exauthorati dimitterētur. Carthaginēses partim negligētia, partim stipendii defectu nō so-
lum non id fecere, sed iusserunt etiam vt qui primi venerant nouissimos expectarent. Mox vbi o-
mnes copię affuerunt, paululū pecunię est singulis datum, ac simul iussi duces copias vrbe edu-
cere. Id quum cunctantius fieret, vellentq; multi in vrbe impedimēta relinquere, cum omnib9 re
bus pene praecipites sunt Carthagine eiecti. Vt igitur in Siccā coiuere, in ocium & socordiā abie
runt, q̄d magnis exercitib9 perniciosissimū fuit semper. Hi igitur tumultuose stipendiū sibi debi-
tum reposcūt. Alii multo maius ꝗ deberet impudēter efflagitāt. Pręmia militaria repetūt, ab ip-
Militaris seditio.
sis ducib9 medio ardore belli supra stipendiū ꝓmissa. His sua spōte tumultuātib9 Hāno superuenit
qui multa de ærarii inopia locutus, quum aliquam stipendii remissionē postulasset, cōtinuo mul-
titudo, velut stipēdio & spe praemii vno tēpore fraudata, in tātā irā exarsit, vt magis dux deesset
ꝗ voluntas erupturę seditioni. Merebant tum Punicum stipendium Hispani, Galli, Ligures, Ba-
leares, Gręci quoq; non pauci, & Aphri. Quæ multarum gētium colluuio in causa fuit, vt discor
dia semel mota cohiberi amplius nequiuerit. Raptis itaq; per iram armis, Hānone & cęteris duci
bus contemptis, Carthaginem tumultuosius ire pergunt. Vbi vero ad Tunes ventum est, nunc
Tunes.
corrupta voce Tunisum dicunt, haud ꝓcul inde castra muniunt. Erāt hi supra viginti milia ar-
matorum. Carthaginenses subito malo perculsi trepidare metu, ac quibus remediis pręsenti peri
culo irent obuiam sollicite requirere, faterique sua errata, & ꝙ tantum mercenariorū militū vnum
in locū coire passi essent, & ꝙ impedimenta militum liberos & vxores penes se relinqui noluissent
vbi intra mœnia inclusi pro obsidibus ciuitati esse poterāt. Omnia igitur quę ad militarem iram
leniendā pertinere creduntur, censent mature adhibēda. Cōmeatus & alia ad vitę vsum necessa-
ria affatim in castra ferri iubent, ibiq; tanti nec pluris venire, quanti ipsimet milites vellent, quoti
dieq; legati in castra mittebant, qui benigne pro concione milites alloquerent, omniaq; a se expe-
ctare iuberent, quę a gratissima ciuitate expectanda essent. Hęc placamētorū genera tantū abfuit
vt sæuientem multitudinē aliquo modo deliniuerint, vt vel ex hoc ipso fit miles audacior factus;
quia nihil obscure se timeri intelligeret. Precia igitur equorū, quos in bello amiserāt, reposcūt, ad
duntq; in horam aliquid impudentius prioribus postulatis. Praeualebant in multitudine nouarū
rerū cupida, seditiosissimi quiq; demum eo est decursum, vt Giscon, quo illi in Sicilia duce vsi fu-
erant, suo arbitrio finiret, quid supra stipendium militib9 deberet. Is cum pecunia Tunes ꝓfectus
cum singularū gentium ducibus congressus, se venisse docet, vt stipendium militibus dissolueret
Gisconis studium.
hortaturq; vt singuli suos in officio cōtinerēt, futurū, vt omniū desideria publica gratitudine ex
plerētur. Erat ꝑ hæc Giscon facile motū compressurus, nisi Spēdius Campani sanguinis homo
seruus Carthagine fugitiuus & Matho Apher genere, proximusq; inuidiæ, quia ab initio insigni
ter esset in ea seditione versatus, suppliciū vterq; formidans, si cōcordia secuta esset, Aphros mul
tis implent suspicionib9, fore prędicātes, vt cęteris gētib9 exauthoratis, ipsi q Aphricæ indigenæ
essent, totius facti inuidiā suo capite haud multo post luerent, persuasum habere Carthaginēses,
totius discordiæ originē ab Aphricę terrę incolis ortā, quib9 stimulis priori irę adhibitis, adeo in
apertam rabiē erupit seditio, vt quicunq; aut ducū, aut priuatorū in mediū verba ausus est face-
re confestim sit lapidibus obrutus, turbaq; in hunc modū sęuiēte, quū nemo esset qui hiscere am
plius auderet, subito omnium consensu Spendius & Matho duces multitudinis creātur. Giscon
Matho & Spendius duces seditionis.
etsi nihil interea pręteremisit, q̄d ad pacem pertineret, omnia pollicendo, quum a quibusdā frumē-
ti quoq; militibus dandi mentio iniecta esset, id quoq; se daturum pollicit9 est, si Spēdium sibi de
derent, ad quam vocem adeo excanduit multitudo, vt pecuniam publicam, quam ille secum attu
lerat diripuerit, Gisconem ipsum pene discerptum in vincula coniecerit, ac tum demū omni spe
concordiæ abiecta, sęua cōiuratio inter milites inita est, animiq; ad bellum conuersi. Spendius &
Matho missis ad omnes Aphricę populos legatis, eos hortantur, vt ad sæuū & crudele Cartha-
giniensium imperium extinguendum sibi adiumento essent. Nulla fere ciuitas fuit quæ non his

libéter accesserit,certatimq; duces cõmeatu,pecuniis & milite iuuarũt.Duces ipsi bipertito hostẽ aggressi,vno tempore Hipponen & Vticam,nam hę duę tantũ vrbes adhuc in fide erãt,obsidione cingunt.Carthaginẽses graui & inopinato bello perculsi,nullã inire queunt rationem,nullum consilium,quo tot difficultatib⁹ vno tẽpore incumbentibus,eant obuiam. Exhaustum ærarium, exhaustos longo & difficili bello ciues.Tributarias vrbes cum hostibus sentire.Non amicos ad esse vnde subsidia expectarentur.Nam tãta in eos odia vndiq; exarserãt,vt mulieres,q̃ sępe viros & liberos,ob vectigalia nõ soluta,in seruitutẽ adductos viderãt,incredibili cõsensu hostiũ duces iuuerint,quicqd muliebris mundi adhuc supererat in mediũ cõferẽtes.In summa rerũ difficultate Carthaginẽsiũ animi haud oĩno cõciderant,copiis,quãtũ ea tẽporis angustia patiebat̃,contra ẽtis,ducẽ pręficiũt Hannonẽ.Interea Spẽdius & Matho pręterq̃ q̃ Vticã & Hipponen obsidione premebãt,ad Tunes etiã habebãt castra,ita vt ad septuaginta hoĩm milia in ternis eorũ castris militarẽt.Excludebant̃ Carthaginẽses ab oĩ Aphrorũ commercio his locis ab hoste insessis. Fuit vrbs quã illi habuerũt,in Chersoneso sita,cũ Isthmo triũ miliũ passuũ,quo Aphricę iungit̃.Hinc illi Vtica fuit,exaduerso Tunes.Ex his castris crebrę fiebãt Carthaginẽ vsq; excursiones. Processerat nõnihil bellũ,quũ Hãno Vticẽsib⁹ auxilio est missus,q quũ sub primũ accessum elephãtorũ obiectu hostes profligasset,cõtẽtus acie vicisse Vticã ingredit̃,vbi ad curã corporis cõuersus,occasionẽ hostib⁹ dedit,q fuga disiecti fuerãt,in pximũ collẽ sese recipiendi,peropportuneq; grassandi in ea castra,quę ille extra vrbẽ fuerat metat⁹.Hostes Carthaginẽsiũ negligẽtiã intuiti,facto in eorũ munitiones impetu,modico negocio expugnãt,ibi militib⁹ qui ad pręsidiũ relicti fuerãt foede cęsis,bellicas machinas & alia impedimenta diripiunt.Simili socordia nõ multo post ad Sorzã vsus,quum bis turbatos hostes vrgere destitisset,causam Carthaginẽsibus præbuit,vt abrogato ei imperio,Hamilcharẽ bello præficerẽt.Data huic.X.milia hoĩm,hæ enim copię tum Carthaginensib⁹ ex cõductitio vrbanoq; milite fuerũt,& elephanti.LXX.Celebre Hamilcharis nomẽ,eaq; res ciuitatem in spem maximam erexit,hostibus audaciã ademit.Ipse quãdo omnia circa Isthmũ a Spendio & Mathone tenebant̃,vt ne expedito quidẽ militi in Aphricã transcensus pateret,qa e repu.esse cernebat,exercitũ extra Chersõnesum traducere,p̃ter Macherę fluminis ostia, qua amnem lenius fluere borea Septẽtrioneve spirãtib⁹ sagacissime deprehendit,traiectis silẽtio copiis, Sephyrã petiit.Erat id oppidũ circa Macherã,qđ hostes sub initiũ belli occupauerãt.Erãt Sephyrę ad.X.milia hoĩm,&.XV.ex Vtica audito Hamilcharis aduẽtu cõfestim cũ Spẽdio affuere.Ibi Poenus dux vbi se hostes & a fronte & a tergo habere sensit,paululũ circũacto agmine,vt simulato metu Spendiũ ad cõgressum sollicitaret,hinc beluis, inde legionariis in hostẽ missis,subito fugam fecit,cæsaq; sunt eo p[illegible] ad sex milia hominum & duo capta.Cætera multitudo metu dissipata,partim Sephyrã,partim in Spẽdiana castra,ex trepida se recepit fuga.Hamilchar Sephyra capta late per hosticũ euagatus,plures ciuitates ad imperiũ retraxit:Spẽdius Mathonis hortatu qui ad Hipponẽ sedebat,& Autaricus Gallorũ dux Hamilcharẽ secuti,elephantorũ metu per ardua ductare.Hi vbi auxilia affuere(Erãt eñ cũ Spendio ad sex milia veteranorũ & duo Gallorũ, quæ sub Autarico militabãt)ternis castris Hamilcharẽ in planitie sedentẽ circũsistunt. Is in summa rerum difficultate cõsilii inops,diu secũ quæsiuisse dicitur,qua via,quave arte instans periculum discuteret,sed quũ plura animo explorasset,Harua Numidarũ quidã illustris,adolescens impiger,Hamilcharis phamã secutus,primo cũ eo in colloquiũ venit,inde cũ duobus milib⁹ hominum in castra ad ipsũ ducẽ sese contulit,cui Hamilchar filiam in vxorẽ despondit.His ille copiis auctus,pugnã,quã iãdudũ ciebat hostis,nõ amplius detrectãdam ratus,suos in aciem eduxit.Ferox & cruentus vtrinq; fuit occursus,& victoria aliquãdiu anceps.Demũ beluis aduersam aciem proculcantib⁹,Haruaq; strenue operã nauante,Carthaginẽses egregie vincunt,Spẽdius & Autaricus quatuordecim hominũ milibus amissis,victi acie cesserũt.X.milia circiter cæsi dicuntur,cęteri viui in hostium potestatem venerunt.Hamilchar clemẽter victoria vsus,captiuis potestatem fecit secum si vellẽt militãdi,aut cõditionẽ domũ abeundi,vt neqd rei ipsis amplius cũ Spẽdio esset.Interea milites,qui in Sardinia erãt,Spẽdianorũ exẽplum secuti,Bostarẽ & Poenos,qui cũ imperio in insulã venerant,in potestatẽ redactos,crudeliter trucidant,atq; arce occupata in apertã erumpunt defectionem.Huius motus fama Carthaginẽ delata,confestim Hanno cũ nouo exercitu est in Sardiniam missus.Hũc noui milites,inita cũ veteranis cõiuratiõe,cruci affigũt.Nec duplici scelere contenti tertium adiiciunt,quicũq; Carthaginensiũ in tota insula fuere, ad vnum interficiunt.Arcibus inde & oppidis potiti insulã nõnihil tenuere,donec orta iter eos & insulanos discordia,milites expulsi i Italiã abierũt.Atq; ita Sardiniã a Poenis alienari contigit.Spendius &

Mulierum studia ĩ cõiuratos.

Hãnonis socordia.

Hamilchar belli dux.

Hamilchar Spendiũ fugat.

Spendius& Autaricus duces.

Hamilcharis victoria.

Defectio Sardinici exercitus.

Autaricus veritꝰ ne Hamilcharis benignitas rebus ſuis officeret,atrox facinus cōmenti,veluti litterę ex Sardinia & Tunete vno tempore ſignificarēt,vt Spēdius & Autaricus ſua corpora cuſtodirent,cōpertū indicio eſſe,in caſtris vagari,qui a Carthaginēſibꝰ ſubornati,ipſorū ducum capitibus inſidiarent̃,multa pro concione queſti,eo militarē multitudinem perpulere,vt Giſconi,qui in cuſtodia erat,& ſeptingētis cū eo Carthaginēſibꝰ captiuis extra vallum deductis,manus pręciderint,mēbraq; laniarint,poſtremo fractis cruribus,viuos in ſcrobē ad id factā,coniecerint.Hoc illi ſcelus machinati,vt Hamilchar,ſuū exemplū ſecutꝰ,in captiuos ſęuire cogeret̃. Miſerūt Carthaginēſes legatos ad repetēda proiectorū cadauera,at nō id tantū negatū eſt, ſed reſpōſum etiā ne caduceator quiſq̃ aut orator ad ſe ex vrbe veniret ampliꝰ,futurū,vt ſiqui eo veniſſēt pari ſupplicio affecti,vt illi inſepulti abiicerent̃.Hamilchar hoſtiū crudelitate irritatus,quoſcūq; captiuorum tunc habuit,aut poſtea cepit,beſtiis laniandos obiecit, Hannonēq; cum altero exercitu ad ſe vocauit,cū quo breui in tā apertas ſimultates & cōtētiones venit,vt Carthaginēſiū decreto & militum voluntate,Hanno fit in vrbē reuocatus,hincq; ꝑpetui odii origo inter ipſos duces extitit, qd̕ vſqueadeo eorū animis inſedit,vt Hānibal qui Hamilcharis fuit filius,ſecundi belli Punici tēporibꝰ.nō magis infeſtos Romanos foris,q̃ domi Hānonem habuerit.Per id tempus Vticēſes & Hipponenſes,qui in Carthaginēſium fide,quum pręſenti bello,tum cęteris Aphricę motibus cōſtātiſſime ꝑmanſerāt,ſubita animi mutatiōe ad hoſtes defecerunt,Carthaginēſibꝰ, quicūq; apud illos tum forte erāt,interfectis,cadaueribꝰ in ſubiectas murorū foſſas,in argumētū publici odii,ꝓiectis,nequid pręſenti calamitati deeſſet.Quibus Carthaginenſium cladibus Spendius & Matho elati Carthaginē obſidere adoriūtur.Hamilchar interea & Hānibal,qui illi poſt Hānonē collega datus eſt,omnia hoſtibus reddebant infeſta,in eo pręcipue intēti,vt cōmeatus vndecūq; aduectos interciperēt.Nec vrbs interea arcta laborabat annona,Hierone ex Sicilia frumētū , & alia auxilia Carthaginēſibus mittēte.Ægre ferebat callidiſſimꝰ rex Punicū nomē extinctū iri,ratus Carthaginēſium opes Romanis ſuſpectas id pręſtare,vt ipſe charior ſemꝑ populo Rom.eſſet,q̃ ſi ſublato om̄i æmulationis ſtudio,inſulę ſecuritas ſe & Syracuſanos Romanis cōtēptibiles redderet.Quin & Romani ipſi,vt Polybius ſcribit,nihil ad ſociā vrbē ſubleuandā,per id tēpus,ceſſauere. Inciderāt ab initio leues inter eos ſuſpitiones,q; quingēti circiter homines,qui ex Italia in caſtra hoſtiū frumētū deferebāt,Carthaginēſes in vincula coniecerant,quibus haud multo poſt in gratiā Romanorū dimiſſis,factū eſt,vt & ipſi cōtinuo Carthaginē frumētū miſerit,& alia neceſſaria a ſociis ex Italia comportari ꝑmiſerint,vetuerintq; in hoſtiū caſtris quēpiā negociari.Nec Vticenſes ſeſe & vrbem dedētes ſenatus recipiēdos cenſuit,ne ictū foedus aliquo modo violaret̃,militū.quoq; legatos,qui ex Sardinia venerant inſulā daturi,audire noluerūt.His auxiliis Carthaginenſes adiuti,facile obſidionē pertulerūt.Cōtra Spēdius Hamilchare cōmeatus intercipiente,ad eam rerum omniū inopiā redactus eſt,vt ꝓximior obſeſſo q̃ obſidenti eſſet.Tū vero rerū egeſtate adactꝰ,ſoluta obſidione cū L.milibus hominū ex omni numero delectis,in Hamilcharē cōtēdit.Cęterū beluarum occurſum metuēs,ꝑ ardua libentius ductabat,fiebant tamē quotidie leuiora prælia,q̄bus Carthaginēſes plurimū vincebant.Hamilchar nūc ſimulata fuga hoſtem in inſidias trahere, nūc improuiſo acceſſu premere,demū locorū opportunitatē nactus,hoſtiles copias foſſa & vallo cinxit,breuiq; ad eā rerū omniū inopiā redegit,vt ſuis ipſorū corporibus inedia veſcerent̃. Vna ſpes ſupererat,ſi auxilia ſibi a Tunete mitterent̃:Interea captiuorum primo,mox & ſeruorū corporibus crudeliter abſumptis(hoc ſane ciborū genere nō alio aliquādiu vſi ſunt)vbi oēm ſpē, quā in ſuis repoſitā habebāt,irritā videbāt,fame domiti,Spēdius ab Hamilchare impetrauit,vt ad eū legatos mittere liceret,q̄bus has Poenus cōditiones pacis tulit,vt liceret ſibi decē ex hoſtibus,quos vellet,deligere,cæteri cū ſingulis veſtimētis abirēt.Spendius & Autaricus & alii qui inter hoſtes inuidię imminebāt,ad ſuppliciū ducunt̃,id quū Libyes ęgre ferētes tumultuari cœpiſſent, arma q; capeſſerēt,equitatu illis cū elephantis obiecto,ad vnū omnes,q ſupra quadraginta milia fuere, momento horę,Poenus imperator trucidauit.Serræ loco nomē fuit,vbi cędes edita eſt.Secūdum hāc victoriā magna parte Aphricę partim vi partim volūtate recepta,Tunes Poeni duces caſtra trāſtulerūt,vt Mathonē cū reſidua hoſtiū parte opprimerēt.Primū omniū Hamilchar Spēdium & Autaricū in ſuorū cōſpectu in crucē ſuſtulit.Matho interea Hānibalē Hamilcharis collegā cōſpicatus negligētius ſe in caſtra recipiētem(nā diuerſo loco ab Hamilchare metabat̃)facto in eū impetu,diſiecta militū manu quę illū comitabat̃,ducē ipm̄ in poteſtatē redactū depoſito Spendii corpore in eādem crucem ſuſtulit.XXX.q; nobiles Carthaginēſes circa Spēdii corpus trucidat & Matho per hūc modū in Carthaginēſes ſæuiit.Quæ Hamilchari tardius,q̃ in magna caſtrorū

Giſconis ſupplicium.

Hannonis & Hamilcharis ſimultas.

Hieronis officiū i Carthaginenſes.

Romanorū munificentia in Poenos.

Spendii piaculum.

Inſidius obſeſſorū cibꝰ.

Spēdii ſupplicium.

Hamilcharis victoria.

Mathonis facinus.

distãtia succurri posset, nũciata sunt. Nec multo post Matho Tunete digressus, ad Macharę flu tum castra circa littus fecit, & ex Carthagine Hãno iterũ ad Hamilcharẽ in castra cũ nouo exercitu est missus, & cũ eo. XXX. legati, q Punico nõie vtrũq; orarent vt priuatã simultatẽ patrię anteponerẽt, Quorũ authoritate duces pmoti, vterq; alteri ad tempus veteres offẽsas remisere, incredibiliq; animorum cõsensu bellũ in Mathonẽ gerere pseuerarunt. Itaq; post varios conat⁹, certo vtrinq; cõsilio apud Leptim de summa rei acie decretũ. Hic Mathonis exercit⁹ maxima ex parte cęsus. Qui ex acie fugerãt sese Hamilchari dediderũt. Hipponenses soli & Vticenses perpetrati sceleris sibi conscii, nullũ venię locũ relictũ arbitrantes, ptinacius in partibus mãsere. Verũ vbi omnẽ vim belli in se versam viderũt, quũ nulla reliqua spes externi subsidii esset, ea cõditiõe quã Carthaginẽses probarent in fidẽ redierunt. Atq; hũc exitum habuit bellũ Aphricũ, omnium quę ad id tẽpus gesta fuerant, crudelissimũ, in tertiũ annum & aliquot menses fortuna sępius variãte distractũ. Matho & cęteri captiui in triũphũ ducti meritũ sui sceleris suppliciũ luerũt. Nauigabant Romani interea in Sardinia suasu militũ, q ex ipsa insula in Italiã pfugerãt. Id ægre Carthaginenses ferre, qui neq; præsidium neq; locum vllũ in insula habebant, illius tamen possessionẽ sibi vendicabant, parabantq; cũ exercitu in insulam transmittere. Romani eam belli causam nacti, Poenos criminantes, q cõtra Sardos nomine, re vero ĩ se bellũ cõpararẽt, cõfestim & ipsi nouos exercitus in Sardiniã mittũt, velut hic primis eorũ motibus occursuri. Poeni duob⁹ grauissimis bellis defatigati, quũ se parum idoneos intelligerẽt, qui tuto Romanis viribus resisterent, tẽpori cedendum rati, nõ modo insulã, vt Polybius ait, Ro. populo habẽdã reliquerũt, sed maturata etiam pẽsione, mille &. CC. talẽta miserũt Romã, ne alieno tẽpore graui se bello implicarẽt. Sunt qui scribãt a T. Mãlio & C. Attilio cõsulib⁹ de Sardis triũphatum. Quo apparet, aut a Poenis nõ paruũ negociũ in recipiẽda insula iniectũ Romanis fuisse, aut ab ipsis insulanis imperiũ nõ sine armis receptũ, quãdo honos ille citra pugnã a Romanis haud decerni cõsueuerit, ac tũ demũ aiũt quidã tẽplum Iani secũdo clausum, qđ quarto circiter anno post primi belli Punici exitũ cõtigisse oportuit. Corsi quoq; p id tẽpus sunt victi, & Spoletũ colonia in Vmbris ducta. Nec Poeni Aphrico bello soluti ab armorũ studiis quieuere, quin Hamilcharẽ, p quẽ Aphricũ fuerat bellũ pfligatũ, in Hispaniã cũ exercitu mittũt, q a colũnis Herculis exorsus, magnã Hispanię partẽ Punicis opibus adiecit, multis Iberiæ ciuitatibus bello subactis, plærisq; æqua cõditione in societatẽ & amicitiam ascitis. Postremo quũ efferatissimis gẽtib⁹ bellum intulisset, medio gerẽdarũ rerũ actu, nono ferme anno, ex quo id bellum inchoauerat, fatalẽ diẽ obiit. Hastrubal ipsi⁹ gener publico decreto in copiarum imperiũ successit. Sed dum ea ab Hamilchare ĩ Hispania gerebant, Romani nõnihil in Illyrico bellarũt. Teucas Illyriorũ regina, quę in regnum Agroni successit, domesticis opib⁹ freta (nullus enĩ Illyriorum regũ maiores ea tẽpestate ductauit copias, pedestres eqstresq;, q̃ Agron cui Teucas nupsit) iuuit hęc primo auxiliis Medionios aduersus Ætolos, qui Illyriorũ interuẽtu nõ solũ obsidione liberati fuere, sed Ætolorum etiã spoliis q ab auxiliari manu fusi fugatiq; sunt insigniter ditati. Suarum igit rerum successu Teucas elata, suis potestatẽ fecit nauigãdi, marisq; latrocinium in quoscunq; finitimorũ exercẽdi. Classem adhęc suo nomine instructam emisit, quæ omnẽ oppositã Italię orã prędaret. Nec ita multo post Illyrii Phoenicẽ vrbẽ in Epiro nobilissimã Gallorum pditione occupant, militauerãt hi Galli primo in Sicilia cũ Carthaginẽsibus, inde ad Romanos, Punicis opib⁹ in insula fractis, trãsierãt, sed quum haud multo post Erycinę veneris tẽplum temere violassent, direptis hostiliter donariis, Romani scelus auersati, armis exutos, ĩ naues imponũt, impositos pcul Sicilia & Italia ablegãdos curãt, In Epirum delatos Phoenicẽses aduersus Illyricos, ad pręsidiũ vrbis, stipendio cõduxerãt. Epirotæ iniuriam vlturi, exercitu tumultuose collecto, Gallos & Illyrios in Phoenice obsident. Interea trepide in castra affertur, quinq; Illyriorũ milia, Scerdilaidę ductu, obsessis suppetias venire. Tũ Epirotę. partitis copiis, alii obuiã hostibus occurrũt vt in Antigonię angustiis veniẽtes exciperẽt. Alii ad obsidionẽ remanẽt. Illyrii & Galli audita hostium ex castris pfectione, fluuio noctu superato, locum hostib⁹ propinquum occupãt: inde prima luce in pugnã digressi, medio negocio hostẽ fundũt. atq; vno prælio psperę gesto Antigoniã cõtẽdũt, cęteras Epirotarũ copias cũ Scerdilaida oppressuri. Epirotę munitiora loca insidentes, pugna pertinaciter abstinebãt. Interea literæ a regina afferunt, quib⁹ copię domum reuocabant, q qdã Illyricę ciuitates ad Dardanos defecissent. Sunt Dardani Illyricorũ cognati, vtraq; gens, si Appianus verus est author, a Polipheino & Galathea est. Tres filii ex his geniti, Illyrius, Celthus, & Galus, vnde Illyrii, Celthæ, & Galatæ sunt. Ex Illyrio Achilleus ort⁹, Autaricus Dardanus, Medus, Taulãtius, & Perebus, Vnde Achillei, Autarici, Dardani, Medi, Taulantii, & Pere-

Aphrici belli finis.

Poeni Sardiniã Ro. relinquunt.

Spoletum Colonia.

Hamilcharis interit⁹.

Teucas Illyriorum regina.

Illyrii Phoenicẽ in Epiro occupãt.

Illyriorum origo.

bei,Illyricę gẽtes cõditę.Muliebris stirpis,Partha,Daorta,Dasara,a qbus Partheni Daortii & Dasareni nominari,& ipsi inter Illyricas gẽtes nõ obscuri.Autariꝰ Peonũ habuit & Scordiscũ,vnde Scordisci & Peones.Ex Peono Triballus Triballorũ author,q ad Istrũ fluuiũ sedes habuere. Gręci eos Illyrios arbitrati sunt,qui supra Macedoniã & Thraciã a Chaonibꝰ & Thesprotis ad Istrũ vsq; fluuiũ sedes habuere,cuius terrę lõgitudo habet quindecim dierũ iter.Romani scriptores lõgitudinẽ ipsam sex miliũ stadiorũ pdiderũt,mille & ducẽtorũ latitudinẽ.Mediterranei itaq; Dardani,agreste hominũ genus,speluncis sub fimo defossis pro domibus vtuntur,musicæ tamen studiosi,tibias & fides vulgo vsurpãt.Reginę literis Scerdilaidas reuocatus,inducias cum hostibus pactus,domũ reuersus est.Erat q; per hęc Illyricũ nomẽ Gręcis ciuitatibus non parum formidolosum.Nec ita multo post,legatis ad Teucã reginã missis,cũ Acarnanibus Illyrii societatem & amicitiam iniuere,quo contigit vt Illyriorũ amicitiam secuti Achæis & Ætolis hostes sint facti. Illyrii,quũ sæpe alias,tũ etiã quũ Phoenicẽ obtinerẽt,ex Italię ora prędã asportarũt,mercatoresq; italici generis alto mari interceptos prædati sunt.Quũ ergo multi questũ de Illyriorũ iniuria ad Senatũ venissent.C.& L.Corũcani ad Teucã legati ĩ Illyricũ mittunt.Obsidebat tũ forte illa Issam insulã,quę vna omniũ adhuc imperium detrectabat.Legati huc ad reginã venerũt,quibus sociorum querelas exponentibus,ita illis occurrit,vt diceret,daturã se operã, vt nulla publice iniuria Romanis fieret.Cęterũ prohibere suos,quo minus priuatim fructũ e mari caperent,neq; regii id moris esse,neq; se inhibiturã. Tũ ex legatis minor natu,fortiter quidẽ,sed parũ rẽpestiue,At quoniam inqt Romanis o Teuca optimus mos est,priuatas iniurias publice vlciscẽdi,iuuãdiq; iniuria affectos,dabimus operã,diis volentibus,vt vel inuita regiã istã cõsuetudinẽ emendes.Tã feroci responso eo iracundię,cuius ille sexus impatiẽs est,processit Teucas,vt iure gentiũ neglecto,misit qui legatos a se dimissos adorti iuniorẽ obtrũcarẽt.Legati cęde Romã nunciata,delectus cõfestim habetur,paraturq; studio classis:interea Illyrii,pluribus liburnicis in Gręciæ orã missis,alii Corcyrã adnauigarũt.Cęterũ portis admissi,arreptis gladiis,quos in vrnis habuerũt, portarũ custodes obtrũcant,clamore sublato occurrit eo ex cõposito alia maior manꝰ atq; instructior a portu,mœniaq; tumultuose occupãt,Dyrrachini etsi ĩ re subita perculsi armis ab initio abstinuerũt, paucitate tamẽ hostiũ inspecta,in eos impetũ faciũt,atq; modico negocio vrbe eiectos, præcipites ad naues agunt.Duces classis,solutis repẽte e portu nauibus,cæterã classem assecuti Corcyrã obsident.Corcyrei auxiliũ ab Achęis & Ætolis implorãt,matureq;.X.Achęorum triremes bello instructæ,Corcyrã cursum intẽdunt.Illyrii septem cataphractis nauibus Acarnanũ aucti,cũ qbus societatẽ iniuerãt,suisq; liburnicis fręti,ad isulas,quas Paxos vocãt,cũ Achęis cõfligũt. Hic multo maioribus est animis q̃ viribus dimicatũ,fuitq; pinde pugna ab initio acerrima,verũ circũuẽti a pluribꝰ Achęi vincunt,vna eorũ naui cũ tota turma altis fluctibꝰ depressa, quatuor ab hoste captis,cæterę in altũ abierũt. Tulerũt Corcyrei,secundũ eam pugnã,nõnihil obsidionẽ,postremo omni spe destituti,sese hostibꝰ dedunt,Demetrio Phario cũ p̃sidio intra vrbẽ accepto.Illyrii Corcyra p deditionẽ recepta Dyrrachiũ obsidiõe repetunt.Sub id tẽpus.C.Fuluius Cẽtimalus cõsul cũ.CC.nauiũ classe Corcyrã cõtendit,ratus Corcyrẽses nõdum deditos teneri adhuc obsidione. Alter cõsul.L.Posthumius terrestribus copiis per Italiã ducebat.Fuluiꝰ etsi Corcyra alienata venit in prouinciã,Demetrii tamen voluntatẽ experiri placuit.Is vbi plus æmulos ad reginã valere sensit q̃ sibi tutũ esset,Romã miserat,qui senatui vrbẽ & quę in ipsiꝰ potestate essent pollicerẽtur Pręstitit Barbarus fidẽ atq; vrbẽ cũ Illyriorũ pręsidio Ro.cõsuli tradidit,Fuluius Corcyrẽsibꝰ in societatẽ receptis,Demetrio duce vsus ex Corcyra Apolloniã transmisit.Eodẽ tẽpore L.Posthumius ex Brundusio copias traiiciebat.Erãt sub signis ad.XX.milia peditũ,& duo equitum.Apollonia in fidẽ recepta,Romana classis Dyrrachiũ cõtẽdit,ad cuius aduẽtũ Illyrii soluta statim obsidione in pacatũ cesserũt.Dyrrachini obsidione liberati & ipsi in amicitiã & societatẽ sunt asciti.Illyrię inde orã legẽs Fuluius Parthenos & alias littorales gentes vltro deditas in fidẽ recepit. Issam deinceps itũ,vnde hostiũ obsidione discussa plura Fuluiꝰ oppida paucis diebus ademit, & cũ his lẽbos.XX.cõmeatu honustos. Teucas multiplici clade fracta,cũ q̃paucissimis se Rizonem recepit oppidum procul a mari in Rizonis amnis ripa munitissimũ.Cõsules plerisq; Illyriorum vrbibus Demetrio traditis,Dyrrachium petiere.Nec ita multis interiectis diebus Fuluius cum classe in Italiam transmisit.Posthumius cum legionibus Dyrrhacii hibernauit, cũ quadraginta nauibus ad bellum comparatis,& nouo delectu veteribꝰ copiis ex sociis adiecto,deditas vrbes ab omni iniuria defensurus.Sub initium veris Teucas per legatos pacem a Romanis his conditionibus impetrauit,vt quotãnis tributum populo Ro.solueret,vt tota ora Illyrica, pręterq̃ paucis

Illyridis fines.

Legati Ro. ad Teucam

Legati feroce denũciatio.

Illyrii Dyrrachio pelluntur.

Illyrii Corcyram obtinent.

Ro.Corcyrã recipiũt.

Leges Teucę reginę datę.

locis excederet, ne vltra Lyssum nisi cū duobus lēbis nauigaret. Icto cū Teuca foedere Posthumi⁹ ad Achęos & Ætolos misit, qui vtriq; gēti nūciarēt, quā Romani causam habuissent in Illyricū trāsfretandi, & quę breui tēpore in prouincia gesta essent, qb⁹ dēmū cōditionib⁹ pax Teucę reddita esset. Benigne legati ab vtraq; gēte excepti, tacitus tamē metus omnē Gręciā īcessit, ꝙ Romana arma in Gręcię orā primū penetrassent, sed nihil æque Achæos Ætolosq; ac foedus cū Illyriis ictū sollicitos habuit, qui Gręcos omnis infense odissent. Posthumius Corcyram pfectus, ibiq; insulanorum rebus cōpositis in Italiā transmisit. Atq; hęc prima Romanorū in Illyricū trāsfretatio fuit. Hastrubal interea, incredibili virtute Punicū imperiū in Hispania augebat, vrbēq; egregiam
Hastrubalis successus in Hispania — cōdiderat, quę Carthago cognomēto noua dicta est, nec Romani diutius passi essent ęmulas Poenorū opes in ea terra adeo augeri, translatis illuc armis, nisi per id tēpus Gallici belli metus, vt se pe alias, ruendę Italię negocium iniecisset. Q̄ꝗ ne sic quoq; Hispaniarū cura omnino omissa est, legatis ad Hastrubalē missis, qui cū eo foedus renouarent, in quo diserte positū est, ne Carthaginēsibus Iberū amnē cū armis traiicere liceret. Scdm id foedus Romani bellum in Gallos cōparār, qbus incolumib⁹ satis apparebat nūq̄ rē Romanā in Italia stabilē futurā. Quieuerāt Galli annos quinq; & quadraginta, verū vbi seniores gētis, qui acceptarum cladiū nō ignari erāt, fato concesserūt, suboleuerat q; parua & rudis iuuētus veterū malorū prorsus ignara, quocūq; res ferret Romanum nomē temere infestare, inuitareq; transalpinos Gallos ad bellū secū I Romanos obstidū.
Gallorum motus. — Moliri hæc in primis ciuitatū principes nouarū rerū cupidi, inscia interdū multitudine, quo contigit, vt Transalpinis Gallis Ariminū progressis Boiorū exercitus a suis ducibus dissentire coeperit, vtpote nouorū motuū ignar⁹, pręliūq; cū trāsalpinis cōmiserit, qui cognatarū gētiū cōflictus in causa fuit, vt Romanus exercitus, q̄ ex vrbe ad occursum festinabat, iā domo profectus, audita Gallorū pugna, quasi cōfecta puincia, iter retro auerterit. Quinto dehinc anno, M. Lepido cōsule C. Flaminius legē tulit ad populum, vt ager, vnde Senones Galli eiecti fuerant, militib⁹ diuideretur, cuius rei phamaladeo eius gētis animos offendit, vt cōfestim atrocissimū ex ea gente bellū exarserit, multi Gallorum, & in primis Boii, qui omniū primi erāt periculo, palā fremere, nō de gloria amplius Romanos, sed de totius gētis pda & interitu certare: qbus stimulis animi ad vltionē accēsi, nihil magis q̄ bellū optabāt. Magno itaq; studio Boii & Insubres primi cōsilia cōferunt, cōmuniq; noīe per legatos trās alpes missos, Cōgolitanum & Anoerestē Gallorum reges in Italiam
Gessatæ. Accersunt Trāsalpini Galli. — accersunt, & cum his Gessatas Rhodani accolas, qui inde nomē credunt adepti, ꝙ alienū stipēdium merere cōsuessent. Hos magnopere hortanr, vt q̄ maximū exercitum possent, ad Romanum bellum cogerēt, quęstuosi belli in presentia socios admonētes, & quæ in posterū ab Romanis iniuriç vniuersam gentē manerēt, ni ipsius populi conatibus iretur obuiā. Simul dāt fidē se socios belli futuros, res a maiorib⁹ suis in Romanos gestas adiiciūt, qui nō solū eos vicissent acie, sed Romā etiam ipsam captā & direptā incendissent. His hortationib⁹ Galli accēsi haud multo post tumultuose in Cisalpinā Galliā trāsluere. Nullū vnq̄ agmen terribilius alpes ad id tēpus transcēderat. quib⁹ Boii & Insubres cōtinuo suas copias iunxere. Veneti & Cenomani Romanorū amicitiam Gallorum societati ptulerunt, q̄ res in causa fuit, vt Galli in Hetruriā transituri, coacti sint suarū virium partē ad Insubrū presidiū relinquere. Romani piculosi belli phama iā antea perculsi, accuratissimum delectū in vrbe & tota Italia habuerūt, studioq; oīa ad bellū necessaria ad id tēpus expediuerāt, & neqd nō ad presens periculū auertēdū adhibitum videret, Sibyllino carmine moniti, duos Gręcos virum & vxorē, duosq; Gallos viuos in foro Boario defoderunt, dirū sacrorū ritū
Superstitio Romana. — & Romanę ciuitati insuetū. Vbi igit alpes trāsire hostis dictus est, L. Æmyli⁹ cū exercitu Ariminum missus est, vt venientē hostē transitu phiberet. C. Attili⁹ alter Cōsul principio anni in Sar-
Consules. — diniā, ad insulanorū motus cōprimēdos exercitū deportauerat. Fuit curę patribus cognoscere, q̄tum auxiliorū in Italia ad bellū ex vrbe vniuersis sociis scribi cōrigisset. Polybius & Plini⁹ autho
Copiæ Ro. — res sunt, peditū septies cētena milia, & septuaginta equitū, eo tumultu, Romæ & in cætera Italia conscripta. Liuius. CCC. milia fuisse scribit, sed Polybio libētius accedo, qui diserte posuit singularum gentium copias. Socii tunc erant. Sabini. Tusci. Vmbri. Sassinatę. Veneti. Cenomani. Latini, quorum octoginta milia peditū & quinq; equitū, relata erāt in tabulis: Sānites, quorū septuaginta peditū & septē eqtū milia: Iapiges, Messapii, Lucani, Marsi, Marucini, Ferentani, Vestini, Romanorum simul & Campanorum. CCL. milia peditū, equitū. XXIII. milia. Nullo vnq̄ bello maiore animorū cōsensu est in externos hostes ab vniuersa Italia cōspiratū, vt nō res populi Romani geri videret, sed singulę gentes, pro libertate, pro patria, pro liberis, sibi dimicaturę viderentur. Galli superato Apœnini iugo in Hetruriā descēderunt, quib⁹. L. milia peditum fuere, vt Polybi⁹ scri

bit,& duo equitũ. Et iam Clusium pdabũdi pcesserãt. Distat id oppidũ triũ dierũ spatio ab vrbe Roma,ibi Gallorũ ducibus nunciatur,auxiliares copias Romanorũ,quæ circa Apœninũ sedes haberent,e vestigio hęrere.Pręerat his pretor Vrbanus.Galli simulata fuga,se Fesulas noctu recipiũt relictis ad hoc ipsum eqtibus in castris,vt postridie hostes castrensis prędę illecebrã secuti,in insidias precipitarent,quæ oĩa quũ ex sententia euenissent, ad sex milia auxiliariorũ iter Clusium & Fesulas occiderunt.Cętera multitudine metu disiecta,alii alio dilapsi in tutũ abierũt.Pars nõ parua quũ ex trepida fuga se in proximũ collẽ recepisset,a Gallis est obsideri cœpta. Affuit interea, L.Æmylius consul,qui audito Gallorũ transitu,ex Arimino,citato agmine,ad hostẽ contenderat. Ex ignibus q ex ipsis castris per noctem accensi sunt,qui in tumulo ab hoste tenebantur,cõsulem adesse coniectantes,confirmati animo,per densam siluam expeditos dimittũt, qui consuli nunciarent,in quo statu res essent.Ille in tãto sociorũ periculo haud cunctãdũ ratus, Tribunis militum mandat,vt prima luce legiones educere maturent,ipse cũ equitatu pręcedens ad tumulũ ire pergit.Galli & ipsi honusti præda,Anoerestis regis suasu statuũt vltra Apœninũ in Insubres prędã deportare,cõfestim vbi se ea exonerassent,in Hetruriã reuersuri.Soluta itaq; obsidiõe,priusq̃ Æmylius adesset,secus maris littus in Cisalpinã Galliam cõposito agmine iter intendunt. Sequi ab euntes Æmylius in oẽm recuperandæ pdę occasionẽ erectus, abhorrebat interea ab omni certamine animus,quoniam longe impar viribus esset hosti.Instabat tñ illi abeunti,quũm bona Romanorũ fortuna,Attilius alter cõsul ex Sardinia in Italiã reuocatus,copias quas Pisis exposuit,secus mare agens,haud pcul a Thelamone pmõtorio hostẽ obuiũ habuit.Est Thelamon inter Grauiscas & Populoniã.Æmylius abeuntiũ vestigio hærebat,quibus auditis Attilius fortunã po.Ro.admiratus,quę hostẽ in mediũ duorũ exercituũ cõiecisset,in certã bene gerẽdæ rei spem erectus,legiones tribunis militum tradit,iubetq; in hostẽ pgredi,quousq; locorũ opportunitas sinat. Ipse collẽ viç eminentẽ cõspicatus,quo Galli deflexuri videbantur,cũ lecto equitatu occupare cõstituit. Vix eo Romanus euaserat, quũ & Galli equites qui ad id missi fuerant appropinquantes ex captiuis cognoscunt,a C.Attilio altero cõsule locũ occupatũ.Tũ vero appãruit a frõte & a tergo rem gerendã esse,quũ ab initio persuasum habuissent Æmylianum id agmen esse,quod per viarũ cõpendia pgressum exaduerso occurreret.Igitur Galli sese prelio expediũt,vtrinq; aciẽ firmãt,Gessatæ & Insubres in Æmyliũ vertunt:Boii,Taurini & aliç gẽtes aduersus Attiliũ in fronte cõstiterũt: Boii & Insubres auratis fulgebãt sagulis,Gessatę incredibili ferocia & laudis cupiditate,nudi ãn aciẽ stabãt,rati sese per eum modũ expeditiores fieri ad prçliũ.Principio circa collẽ atrox fuit certamen,quo Attillius cõsul fortiter dimicans occubuit.Caput eius ad reges delatũ Galli ad terrorẽ circũtulerũt.Instare pptereа nihilo secius Romani equites, quin ob iram extincti cõsulis,ali quãto fortius cõnixi,Gallicũ equitatũ,cũ multa cęde,in fugã vertũt.Cruẽtũ inde prçliũ int pedites fuit,nõ modo videntib⁹,sed audientib⁹ etiã horrẽdũ, ac sola phama ad posteros mirabile futurum. Triplex exercitus duabus frontibus dimicabat,eratq; interim tantus vbiq; strepitus, adeo horrẽdę voces & vlulatus,vt montes, saltus,mare,littus,vno tẽpore mugire crederent.Sed nihil æque Romanã aciẽ terrebat q̃ pręgrandia & nuda Gallorũ corpora ante aciẽ cõstituta,bellico quodam motu sub clypeis agitata.Cõtra multũ ad pugnã incẽdi spe Gallicę prędę potiũdæ, tota enim ex aduerso torquibus & aureis sagulis fulgebat acies.Primo igitur Gessatę,qui nudi manũ cõserue re,telorũ multitudine a Romanis cõiecta,multi eodẽ quo steterãt loco trãsfixi cõciderũt.Alii velut rabie in Romanũ ferrũ moribundi ruebãt.Pauci ad suos vulneribus cõfecti retro abierũt. Cũ Insubribus inde & Boiis & Taurinis aliisq; ferocib⁹ gẽtib⁹,res fuit.Ibi pugna velut stataria,gladiis gerebatur.Hic quoq; Galli passim sternebantur.Erat Romanis ferrũ habili⁹ ad punctim & cęsim feriendũ,pgrande & obtusum hostibus,scutaq; Italis firmiora.Stetit tamẽ illis immota acies,donec Romanus equitatus,ex colle,velut procella quędã,effusus in aduersam aciẽ iã male cohęrentem impetũ dedit.Tũ demũ hostes perditis rebus fugam moliri sunt.Pedites eo quo steterãt loco ad vnũ cæsi.Equites alii alio dilapsi,acceptę cladis nuncii,in tutum abierunt.Cęsa sunt eo prçlio. XL.Gallorũ milia.X.capta,& cũ his Cõgolitanus rex.Anoerestes cũ paucis dilapsus,non multo post sibi mortẽ cõsciuit.Cõsul spoliis hostiũ lectis,ac Romã missis,in Insubrũ terrã victorẽ exercitum duxit,atq; ibi late oĩa prædatus,cũ ingenti prçda Romam reuersus, armis & torquib⁹ Gallicis capitoliũ ornauit.Secuti consules.Q.Fuluius & T.Manlius,qui Boicũ agrũ ingressi, omnem gentẽ ad deditionẽ cõpulerũt.Quo minus autẽ in cęteros sit Gallos bellatũ,pestilẽtia in causa fuit.Profecti sunt seqnti ãno,P.Furius & C.Flaminius in Galliã cũ exercitu: Flaminius etiã contra auspicia.Hi circa Padi & Abduę cõfluẽtẽ castra facere conati, subito Insubrũ accessu in pacarum abire cõpulsi sunt.Cenomanorũ inde auxiliis aucti consules, per loca magis Alpibus vicina Insu

Gallorum copię procedunt.

Gallorum consilium.

Thelamon.

Ro.Fortuna.

Duo consulares exercitus Gallum circũsistũt.

Attilii cõsulis casus.

Atrocissimum prælium.

Insignis Ro. victoria.

Consules.

Flaminii ferocia.

brum fines iterum ingressi,multo maiorem vim hostium in se conciuere.Quinquaginta milia ex ea gente cum Romanis castra contulerunt.Consules quia multo inferiores erant numero,aliquã diu addubitarunt,quid facto opus esset,nec multum credere Cenomanis, veriti ne subita transitione ex sociis hostes in acie fierent.Demum forte quidem,sed periculosum consilium secuti,Cenomanis vltra flumen traductis,pontem,qui Abduę erat impositus,rescindunt.Atq; ita vno tempore omnis insidiarum est metus ademptus,& necessitas fortiter dimicandi militibus iniuncta,oĩ spe fugæ sublata:Hæc quum illi maiore animo q̃ ratione fecissent,copias in aciem educunt, nec Galli pugnam detrectarunt. Vicerunt ea acie Romani,magis tribunorum arte,q̃ consulum disciplina , qui hastis a triario acceptis tam diu cum antesignanis hostilem impetũ distinuere , quoad Gallicus ille procedente pugna remisit impetus,quum consulum inscitia parum idoneo fuisset loco acies instructa.Galli multis cladibus affecti pacem per legatos petiere.Marcus Claudius Marcellus & C.Cornelius consules,gloriæ cupidi,non expectato vt prouinciæ ordinarentur,in Galliã

Consules.
Acerræ.

cum exercitu profecti sunt,Galli desperata pace vltimo se certamini accĩgũt,triginta milib⁹ Gesatarum circa Rhenum habitantium conductis Romanum præstolari. Consules Acerras vrbem inter Padum & Alpes obsidere,ad quam obsidionem soluendam Insubres, parte copiarum trans Padum missa,Clastidium Popu.Roma.oppidum oppugnare sunt adorti,quod vbi cõsulibus nũciatum est,Marcellus cum equitatu,& parte expeditorum peditum ferre auxilium laborantibus properat,cui venienti Galli ferociter occurrũt, intulitq; a principio trepidationem aliquam Romanis subitus Gallorum accessus,postea vero vndiq; hostes a Romanis circumuenti,cum multa cæde dissipati,multi ferro occubuerunt,alii in Padum flumen præcipitati sunt.Marcellus me-

Viridomarus.
Tertia opima spolia cui sint dicanda.

dio conflictu Viridomarum Gallorum regem (Plutarchus Britomarum appellat) obuium obtruncat,iacentiq; opima detrahit spolia, quæ tertia a Romulo supremaq; Feretrio sunt Ioui suspensa.M ror Polybium rem tantam in historiis silentio præteriisse.In Pompilii Numæ commentariis scriptum fuisse reperio,prima opima spolia Ioui fuisse dedicãda.Altera Marti.Tertia Quirino.Galli qui apud Acerras obsidebantur,simulac suos ad Clastidium victos audiuere, Mediolanum fuga petunt.Cornelius vrbe omni genere commeatus referta potitus,hostem e vestigio secutus,Mediolanensem agrum populatus est , ciuitatem quoq; ipsius gentis caput in deditionem accepit.Plutarchus Mediolanum ait a Marcello fuisse captum, ac tum demum Gallorum duces

Gallici belli finis.

nullam in armis spem amplius habentes,se & sua Romano Po.dediderunt Hicq; Gallici belli finis fuit,quo nullum ad id tempus,aut maiore animorum obstinatione,aut militum audacia, atrocitate præliorum,interfectorum multitudine,copiarũ numero, memorabilius in terra Italia fuerat gestum.Istris quoq; sub id tempus est bellum illatum, quia Romanorum naues frumento ho

Consules.
Istri vincũt.
Libertinorũ tribus.

nustas intercepissent. Minutius Rufus & P.Cornelius consules bellum intulere.Fuitq; ea prouincia perdifficilis, victi quidem Istri sed victoria Ro.haud incruenta fuit.Conditum Romę lustrũ, censaq; sunt ciuium capita.CCLXX.milia.Libertini qui ad id tempus in totum corpus ciuitatis dispersi fuerant,in quatuor sunt tribus digesti,Exquilinam,Palatinam, Suburranam,& Collinã. Coloniæq; Placentia & Cremona in agrum a Gallis captum sunt sub id tempus deductæ.

MARCI ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIÆ HISTORIARVM AB ORBE CONDITO,ENNEADIS QVARTÆ

FINIS.

M.ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIÆ HISTORIARVM AB ORBÊ CONDITO, IN ENNEADEM QVINTAM, PRÆFATIO.



Iqua pars fuit Rapſodię huius,in tam lõga rerũ ſerie,in qua mihi præfari licuerit,eo certe venimꝰ, vt nõ ſolum id facere liceat, ſed ne in ſecordiæ ſuſpitionẽ incidã,co gar etiã fateri,me bellũ oĩm,q̃ Po.Ro.terra mariq; ad id tẽpus geſſit,& periculi magnitudine, & rerũ apparatu maxĩe mẽorabile ſcripturũ. Eniuero ſiqs Romanoꝝ res geſtas a primordio vrbis diligẽt cõſideret, mlta qdẽ ſub regibꝰ facta repiet,ſed q̃ haud dubie,plus idolis prę ſe fe rãt,q̃ admiratiõis,fueritq; Tyrociniũ illđ futurę virtu tis.Mox pᵹa libertate,etſi multo maiora ſunt,ſub cõſuli bus cæteriſq; magiſtratibꝰ,domi foriſq; pclare geſta, tñ intra Italię fines,& cũ ipſis fere Italis,Athletici certami nis,eoꝝ cõpatiõe,quæ poſtea ſecuta ſunt,ſiĩitudinẽ quã dã habuiſſe videri pñt.Cũ Sabinis,Hetruſcis,Hernicis Volſcis,de finibus bellatũ.Cum Sãnitibꝰ,Campanis,Marſis,Appulis,Lucanis,& cętera Italia,de principatu.Fueruntq; hæc niciteria & gymnaſtica præmia.Certatum inde eſt,cum Pyrrho cum Gallis,ſed in eadẽ terra,fuitq; illud oĩno maius,ſed velut in ſtadio cõcẽdere.Cũ Pyrrho de gloria dimicatũ eſt.Cũ Gallis de agro,& tumultuoſe ſemp.Pria oĩm Carthago adultã ciuitatẽ arenæq; & ſtadio aſſuetã,in verũ traxit armoꝝ certamẽ.De Sicilię poſſeſſiõe intraq; inſulã primo bellatũ, ſed ignotis adhuc inter ſe viribꝰ,nec inueterato odio,magni terra mariq; vtrinq; conatꝰ, magnæ clades illatæ & acceptæ.Ceſſatũ inde aliquot annos,datũq; id neceſſitati potius q̃ ſtomacho. Tũ vero nõ multo poſt ad arma recurſum,nõ minoribꝰ aĩs,q̃ tũ vtriuſq; ciuitatis opes eſſent: nõ I Sicilia,vt ante,res geſta,nõ in Aphrica,ſed Italia ipſa ab initio belli ſedes facta.Huc tẽpeſtas & pcel la illa armoꝝ,Annibalis ductu,ex Hiſpania effuſa.In hoc theatro martis,tot annis,tantis viribus, tam vario euẽtu bellatũ,vt ppiores piculo fuerint,q̃ poſtea vicere. Nullo vnq̃ bello res Romana, tã multis ſæuiſq; cladibus afflicta eſt. Perculit Ticinus,fugauit Trebia,ſtrauit Traſimenus,afflixerũt Cannę, ac ppemodũ extinxerũt.Cõtra, iacẽtẽ Nola excitauit.erexit Capua,Metaurꝰ ſpe ſuſtulit,Aphrica palmã obtulit.Nec interea Sicilia tãtũ,vt prĩo bello punico cõcuſſa eſt,nec Aphrica vt extremo,ſed vno incẽdio,Italia,Gallia,Hiſpania,Aphrica,Sicilia, Sardinia,& cũ his oĩs ora Gręcię bello cõuulſa eſt.Quid q; ne Aſiæ qdẽ ſtatꝰ,ad eã belli rabiẽ imotꝰ mãſit,vt oẽs terræ vno bello laboraſſe credant?Magna & grauia bella Po.Ro.quũ prius tũ poſtea geſſit,ſed nullũ,meo iudicio,magis variũ,laborioſum,cruẽtũ.Nullũ,in quo Romana virtꝰ clarꝰ fulſerit, plus roboris & ferociæ ĩbiberit,maiores ſpiritꝰ extulerit ad reliquas gẽtes ſubigẽdas.De hoc igit̃ bello,tã memorabili,erã ego in fronte Enneadis huius dicturus,niſi pauca externa pferẽda eſſent,q̃ Polybius,tẽporum rationẽ ſecutꝰ,ipſi bello pculit,& quia ab illius authoritate diſcedere, nec hiſtoriæ in hac parte vtile ſit,nec mihi cõmodum,in Græcię rebus explicandis nõnihil immorabimur,priuſq̃ ſecundi punici belli cauſę a nobis referantur.

EIVSDEM ENNEADIS QVINTÆ, LIBER PRIMVS.



Rathus Sycionius,qui per id tempus Achæorum dux erat, quo Carthaginẽſes ad Æguſam a Luctatio victi,Sicilię poſſeſſiõe exciderãt,quũ plures Achęoꝝ vrbes a tyrãnis teneren̄t,Syciõe patria aliquãto antea liberata,Antigoni regis pſidiũ ex Corinthiaca arce deiecit,Corĩthiiſq; in libertatẽ reſtitutis,Megarẽſes pari ſucceſſu ſeruitio exemit. Fuerunt Achæi ab initio ſub regibus, ac primus omnium in his regnauit Tiſamenes Oreſtis filius,poſt Heraclidarum deſcenſum Lace.pulſus, ab eo ad Sygi regis tẽpora perpetua ſucceſſione regnatũ.Sygi filii,qui ex legitimo & moderato regno ad tyrannidẽ deſciuere,populorum conſenſu eiecti,a regibus ad populum rempu.tranſtulere.Inde res eius gentis ſæpius variari contigit,manſitq;,vtcũq; potuit, ad Philippi & Alexandri tempora,vetus illa publicæ adminiſtrationis forma.Ciuitates,quæ ex æquo agebant, decem erant numero.Olenũ,Elice,Patræ,Dimæ,Pharæ,Tritea,Leontia,Bura,Ceraunia,& Carina. Has

Arathus Sycionius.

Antiquus Achęorum ſtatus.

Sygus.

rum Olenum Elice,& Bura terręmotu interiere,accessit his Corinthus,postq̃ ab Antigoni,vt di
xi,dñatu liberata est.Restitit inde Arathus quum Antigoni conatibus,tum Demetrii eius filii q
decimo sui regni anno,sub id tempus,quo primum Romani in Illyricum aduersus Theucam re-
ginam transmisere,vita decessit.Tum tyrãni,qui in Peloponneso duorum regũ opibus freti plu-
Achæorum incrementa — res eius terrę vrbes violenter presserant,Arathi virtutẽ & felicitatem veriti, vltro principatũ de
posuere,atq; horum primus Lysidas Megalopolitanus,qui viuo adhuc Demetrio reipublicę vo-
lens ascriptus est.Secuti inde Aristomachus Argiuorum tyrannus,Cleonymus Phliasiorum , &
Hermioniorum Xenon,qui in ordinem redacti, publicum gentis nomen sunt & studium secuti.
Et hæc accessio breui est Achæorum rebus facta.Hoc rerum incrementum Ætoli labefactare cu
pientes,in Achæos & Acarnanes Achęorum fœderatos,Cleomenem Lacedæmoniorum regem,
Alexandrum Epiri,& Antigonum qui post Demetrium iuniorem tutor Philippo relictus pupil
li matre sibi matrimonio deuincta.XV.annos tenuit Macedoniæ regnum,vno tempore ad bellũ
concitabant,Acarnanum vrbes cum Alexandro,Achęorum vero cum Antigono diuisuri.Primi
belli motus a Cleomene extiterunt,qui quum Tegeã,Mantineã, & Orchomenũ fraude occupas-
set,ex miti & legitimo principatu,tyrannidem exercere adortus,in Megalopolitanorũ finibus fun
dauit oppidum qđ Atheniense est postea appellatum.Ea iniuria Megalopolitanos coegit Achęo
rũ opes implorare,Achæi & ipsi,suarũ viriũ nõ ignari,Antigonũ in societatẽ belli traxere. Semel
Vincuntur Achæi. — atq; iterum interea Achęi cum Cleomene congressi,iuxta Lycæum primo,mox ad Laodiceã,non
longe a Megalopoli,cęduntur.Tertio prope Dymeam ad Hecatombeum (id nomen loco fuit) fu-
si sunt acie,atq; fuga disiecti.Tot victoriis Cleomenes subnixus,Caphias,Pellenen,Pheneum,Ar
gos,Pliuntem,Cleonas,Epidaurum,Hermionen,Troezenẽ,postremo Corinthum Achaico nomi
ni ademit.Arathus,quia Corinthii,Achæorum præsidio eiecto, Cleomeni vrbẽ tradiderant hãc
occasionem nactus,Acrocorinthum eorum arcem,quod prius ne Achęorũ aĩos offenderet,haud
facere fuerat ausus,Antigono restituit , quæ res multo propensiorem Antigonũ reddidit ad res
Cleomenis conatus. — Achæorũ auxilio tuẽdas.Cleomenes quũ haud procul Sycione castra haberet , audita Antigoni
alienatione,ad Isthmum castra transtulit, locũq; inter Acrocorinthũ & Onios mõtes fossa & val
lo cõmunitur,ratus fore,vt Antigono ab Isthmi ingressu ꝓhibito,ipse haud multo post totiꝰ Pe-
loponnesi imperio potiretur.Antigonus per Euboeam, Ætolis Thermopylarũ transitum inhiben
tibus,ad Isthmũ venit.Ibi Cleomenes venienti occurrit,castra exaduerso metatus.Sed dum ambo
circa Isthmum sedẽt,Achæi Argos recipiũt,q̃ res non mediocriter fregit Cleomenis conatus,ve
riti ne dum a frõte validissimũ hostem sustineret,captis Argis a tergo intercluderetur. Igitur fu
Cleomenis fuga. — gienti similis ex Isthmo profectus,Argos subita oppugnatiõe tentauit, Argiuisq; fortiter resistẽ
tibus,copias in Laconiã reduxit.Antigonꝰ Pelopõnesum ingressus Acrocorinthũ primo,inde &
Argos recepit.Cęterũ aliquãto prius q̃ hęc in Achaia gesta sunt,Alexãder rex Epiri,qui Acarna
nibus,Ætolorũ impulsu,bellum intulerat,pluribus eius gentis vrbibus potitus,vita decessit.Fuit
huic vxor & soror Olympias Pyrrhi Epirotarũ regis filia,enixaq; ex eo erat virilis stirpis Pyrrhũ
& Ptolemæũ,alterius sexus Pthyam,quam Demetrius iunior sibi matrimonio iunxit, eaq; affini
Demetrii iunioris & Antiochi simultas. — tate grauis est offensa Demetrio contracta apud Antiochum regẽ Syrię,qui sororis impulsu De
metrium bello petiit.Fuerat hæc multo prius illi matrimonio locata,quæ iniquo aĩo ferens Pthy
am sibi superductã,eam iniuriã apud fratrẽ muliebriter questa,non solũ a viro alienauit,sed hostẽ
etiã reddidit infestissimũ.Nouę affinitatis caũsa Olympias a Demetrio adiuta,non solum Epiri
regnũ defendit qđ tutricis nomine filiis adhuc pueris administrabat, sed Acarnanię etiã partem
quã Alexander belli portionẽ acceperat,ab Ætolorũ iniuria tuebatur.Periit nec multo post Deme
trius,quo accidit,vt Olympias & Acarnanes Macedonũ auxilio destituti,ad Romanos miserint,
Romanorũ legatio ad Ætolos. — auxilium aduersus Ætolorum iniuriam implorantes,nec multo post ex vrbe legati sunt in Græ-
ciam missi,q̃ Ætolis denũciarẽt,vt ex Acarnanię vrbibus ꝓsidia deducerent, sinerentq; eã gẽtem
liberã esse,quę vna ex omnibus Græcis aduersus Ilienses,authores sui generis,olim ad Troiã nõ
Superbum Ætolorum responsum. — militasset.Superbe admodum Ætoli eam legationem audiuere,responderuntq; oportere Roma-
nos priꝰ portas suę vrbis aperire,quas punici belli metu clausissent,q̃ suũ in Græciã imperiũ trãs
ferre cogitarẽt.Simul illud,qui ex alienis vrbibꝰ ꝓsidia deducere conarẽt, propriã vrbem aduer
sus Gallos tueri nõ potuisse,neq; captã recipere,nisi auro redemissent:quam gentẽ,longe maiore
manu Gręciæ fines ingressam,nullis externis viribus Græci adiuti occidiõe occidissent,sede tãtũ
eorũ cadaueribus cõcessa.Cõtra Romanis domestica clade attonitis,totã Italiã illorũ armis occu
patã.Pellendos igitur prius Gallos Italię finibus,q̃ alienarũ vrbiũ tutelam susciperent.Qui prę-

terea hoies Romani essent,pastores quidẽ,qui solum iniustis dñis latrocinio adẽptũ tenerẽt, vxores
rapuerint,quando ob generis obscuritatẽ a finitimis cõnubia non impetrarẽt,quorum vrbs pene
prius sit parricidio fœdata,q̃ ædificari cœpisset. Ætolos semp Graeciæ principes fuisse,nec tantũ
dignitate sed virtute cęteros eius terrę populos pręstare,q nõ solũ Philippum regem sed Alexan
drum,quẽ totus orbis formidabat,contẽpsissent.Monere igit Romanos,vt præsenti fortuna con-
tenti essent,nec in se arma sollicitarent,quę Gallis perniciosa fuissent,Macedonibus formidolosa.
Legatione cum his dimissa,ne fortius loq̃ q̃ facere viderent,Epirotarũ fines tumultuose ingressi,
subita populatione vastant.Habuerunt sedes Acarnanes inter Acheloũ,q in Ambrachiũ sinũ ela
bit,ab Eueno Antiriũ vsq,Corinthiaco tenus Isthmo erãt Ætoli.Inde dextero littore Achæi cir
ca Corinthiacũ sinũ.Tradiderat iam regnũ filiis Olympias,cuius supra mentio facta est ,quum
Ætoli sunt Epirum adorti,& iã Pyrrho maiore natu defuncto Ptolemę⁹ ductabat exercitũ. Is cũ
in Ætolos infestũ agmen ageret,ita accidit,vt & ipse graui morbo correptus,paucis dieb⁹ defũ Æacidarũ
ctus sit vita.Nec Olympias diu supuixit.Superãt ex regia stirpe Nereis & Laodamia ex Olympia gẽtis exitus
de & Alexandro genitæ.Quarũ Nereis Geloni Hieronis Syracusani filio nupsit . Altera quũ ad
aram Dianę confugisset,incursu populi,interfecta est. Laodamiæ cædẽ tota gẽs fame postea & in
testina discordia luisse dicitur,Milo qui eã interemit subito furore captus,nunc ferro,nunc lapi-
dibus in semetipsum sæuiens.XII.parricidii die extinctus est.Et hęc in Æacidarũ stirpe venerũt,
aliquãto q̃ Antigonus esset ab Achęis in Peloponnesum accersitus,q Acrocorintho & Argis re-
ceptis,profectus Arcadiã versus,ex munitionibus a Cleomene instructis hostile præsidiũ deiecit.
Mox Ægii,frequenti Achæorũ conuentu,dux omniũ sociorũ creatus est.Nec hyems adhuc exie
rat,quum Tegeã petiit,sup Macedonicum exercitum,sociorum etiã appendicibus fractus. Tegea
metu dedita,Antigonus Laconicam terrã ingreditur.Hic aliquot leuibus pręliis cum Cleomene Antigonũ
per alterius partis occasionem gestis, in Orchomenũ iter deflexit , vnde auxilia Cleomeni missa expeditio.
audierat,vrbeq nullo maiore negocio potitus,Mantiniã oppugnatione adoritur,hac quoq vi ca
pta, Ετeam & Thelphusam recepit.Secutæ inde tam fœdæ tempestates,vt coacti sint Macedões
iterum in hiberna concedere. Vnde Antigonus cum expeditorum manu ad Ægium pfectus, vt
in publico Achæorũ conuẽtu de summa belli cõsultaret.Cleomenes hostis absentiam nactus,Me-
galopolim proditione captã diruit.Tenuerũt reliquum hyemis velut bellorũ ferię. Sub initiũ ve-
ris,quũ Antigonus Argis esset,& cũ eo exigua mercenariorũ manus (nã Macedones procul inde
hyemauerant) Cleomenes cum suo exercitu in Argiuũ agrum tumultuose irrupit,futurũ existi
mans,vt fatigatus Argiuorum querelis Antigonus,ad arcendam iniuriã in certamen exiret,quo
ob copiarũ absentiã haud par esset sibi futurus,aut si intra mœnia se teneret, Argiuo agro impu
ne vastato,suorũ animi eo successu ad res gerendas audaciores fierent.Nec Lacon sua est spe de-
ceptus.Antigonus absente exercitu prudentissimi ducis vsus consilio,qui vanos rumores publicę Antigonũ
saluti nunq̃ anteponit,q̃diu Cleomenes in proximo fuit,sese Argis tenuit.Mox recepto ex Mace consilium.
donia, vbi hyemarat,exercitu,cum mercenariis & auxiliaribus copiis, Laconum fines iterum in-
uisurus,castra mouit.Aderãt Antigono octo &.XX.peditũ milia,equites mille &.CC. Cleome-
nes hostium aduentu per exploratores cognito,omnes regionis aditus,suffossis cæsisq arborib⁹,
circũquaq obstruere est conatus.Ipse cũ.XX.milibus armatorũ ad Sellasię fauces cõsedit, velut Sellasiæ fau
cõpertũ haberet,ita fore,vt per ea loca Laconiã esset hostis inuasurus.Duo colles erãt,quorũ vnũ ces.
incolę Euam,Olympum alterum nominabãt. Via inter hos media, quæ per ripam præterlabẽtis
fluuii Spartam ducebat.Cleomenes,faucibus vtrinq insessis,in Eua gregarium militem & socios
collocat,quibus ducẽ Euclidem fratrẽ cõstituit, ipse cum Lacedæmoniis & stipendiariis Olympũ
insedit. Vtranq ripam fluminis equitibus & stipendiariorũ parte firmat. Antigonus ad hostem
progressus Cleomenis in disponendo exercitu diligentiam & industriam conspicatus, prælio ab-
stinuit,castris haud procul inde circa Gorgylum amnẽ locatis.Plures deinceps dies per irritos co Gorgylus
natus absumpti.Postremo ambo duces rẽ totã prælio decernere cõstituunt,virtute,prudẽtia, feli- amnis.
citate,inter se pares. Antigonus Macedones scutatos & Illyrios qbus Demetri⁹ Pharius præerat
iis qui Euã insederant opposuit,cohortibus alternatim dispositis.Post hos Cretẽses, Acarnanes,
& Achęos stare iubet.In hoc cornu Alexãder Admeti filius & Demetrius iussi sunt curare. Ipse
cũ mercenariis & Macedonũ phalãge aduersus Olympũ stetit. Accepto itaq signo vix Illyrii & Prælium.
scutati Macedonũ in aduersos eqtes impetũ dederant,quum Spartanorum stipendiarii circa ripã
locati, Achæorum cohortes nudas postremo loco cõspicati, per montis latera decurrẽtes in sum
mum discrimen hostem adduxissent, a fronte & a tergo incursantes ,nisi Philopœmenes Mega-

Philopœmenis indoles. lopolitanus adhuc admodum adolescens prudentia supra ætatē singulari,se & suos ab hoste circumueniri cōspicatus,ad equites,qui ꝓxime stabant,conuersus vt se sequerētur,si victoriam partam vellent,inclamasset.Atq; vna in hostilem equitatum inuectus Laconū stipēdiarios,vt equitibus auxilio adessent,proposito auertit:quo contigit, vt eo successu Antigonianæ cohortes elatæ aduersum collem,qui ab Euclide insidebatur,scandere occœperint, in quo Spartiatarū nō paru⁹ est error animaduersus,qui quū per montis decliuia occursare hostibus potuissent,facileq; in præceps deturbare vt vestigio adhuc titubantes, velut maiorem stragem edituri, quieto statu passi sunt eos in summū iugum euadere.Ibi Macedones & Illyrii planitiem adepti hostem ferociter vrgent,locoq; summotū,modico negocio fundunt,fusumq; cū multa cæde & strage,per supinū collem præcipitem agunt.Acre interim certamen erat inter equites,in quo præcipua Philopœmenis enituit opera,qui traiecto equo,quū pedestre cieret prœliū,ad extremū vtroq; crure sagitta transfixo,fortiter adhuc dimicās occubuit.In Olympo duo reges iādudū magno cōflictu cōgressi,cruētā inter se pugnā edebāt,eratq; interim mars vtrinq; anceps. Sed Cleomenes audita suorū fuga Cædes. ex Eua,cerneretq; equestre certamen sibi parū ex sententia procedere,cū Laconica phalange ꝑ hostes erūpere conatus est,ibi Macedonū vi afflictus,disiectis ac passim stratis Lacedæmoniis,cū eqtibus q̄paucissimis Spartā contendit.Incredibile est relatu,q̄ constanter Spartiatæ eam cladem tulisse dicantur,quum nemo in acie propriæ saluti pepercisset, nō amissum coniugem matronæ fleuerunt,filiorum mortem laudarunt senes,filiæ cæsis parentibus præsentem vicē gratificari,suā dolere q̄ non sibi quoq; pro salute patriæ mori contigisset, publicā nō priuatā fortunā lamētari. Superuenit his querelis Cleomenes suo hostiumq; cruore fœdatus, qui vrbem ingressus non humi sedit,non potū sibi afferri iussit,nō cibum quo haustum labore corpus reficeret,sed vt erat armis septus stans parieti accliuis,vbi quatuor milia tantū prœlio superfuisse vidit, hortatus ciues, vt se ad meliora reipublicæ tempora seruarent,cum cōiuge & liberis ad Ptolemæū Euergetem,cuius in bello societate vsus erat,in Ægyptum nauigauit. Qđ aūr ad regum societatē attinet,paucis diebus,quibus est ad Sellasiam dimicatum,Ptolemæus (vt Philarchus in historia scripsit)ad Cleomenem miserat,qui consueta Spartanis auxilia denegarent,quæ causa Cleomeni fuit prœlii maturandi,ne sui regia societate destituti,a præsentis belli studio auerterentur.Post Euergetis interitum,Cleomenes Philopatoris Ptolemæi fraude circumuētus,vt suo postea loco dicā,sibi manum intulit.Antigonus Lacedæmone nullo maiore certamine potitus,præter spem omnium permisit,vt Spartani suis legibus viuerent.Paucis inde diebus,quū Spartæ adhuc esset,ex Macedonia affertur fines regni ab Illyriis vastari, quo nuncio cōmotus, cū suis profectus per Arcadiam Argos est reuersus, vbi tantisper commoratus est,donec Nemeei ludi celebrarentur:inde citato agmine in Macedoniā profectus,sub primū accessum hostē acie cōgressum,magno prœlio superauit,quo certamine tātis vsus est clamoribus,vt ruptis venis profluuio sanguinis non multo post sit extinctus,Regno,qđ pluries annos tutelari nomine obtinuerat,Philippo Demetrii filio ꝑ manus tradito.Per id tēpus Ptolemæus Philopator sublato patre in Ægypto regnare cœpit, & Antiochus Seleuchi filius in Syria,post Seleuchi fratris interitum,vt supra est memoratum, dum se riem rerū longiuscule sequeremur.Nunc ad secundi belli punici primordia redeo,qđ Pœni Annibalis ductu po.Ro.intulerunt,atq; ob hoc ipsum quidam Annibalis bellū appellare maluerunt. Fuit is Hamilcharis filius cognomēto Barchæ,a quo & Barchina factio.Eo duce extremis primi punici belli temporibus Carthaginenses in Sicilia vsi sunt,idemq; Aphricum bellum, qđ illi continuo successit,non minori virtute,q̄ felicitate qnquēnio,vt Liuius scribit,ex suorū sentētia cōposuit.Polybius quadriennio id bellū profligatū author est.Postremo reb⁹ Aphricæ cōpositis nouē annos punicum imperiū in Hispania,incredibili successu,auxit.Idē Polybius.X. annos illū in Iberia exercitibus ꝑfuisse memorat.Quo vita defuncto,Hastrubal ipsi⁹ gener octo deinceps ānos,cū imperio,in eadem fuit ꝓuincia.Is quoq; Carthaginēsiū opes,vt loco nō multū diuerso est a nobis demonstratū,belli & pacis artibus magnopere auxit.Ab hoc Annibal,q nouē annoꝝ,vt Polybius scribit,patrē fuit in Hispaniā comitatus,incertū quādo inde domū reuersus,quū iam adolescere cœpisset,accersitus,Hānone diuersæ factionis principe frustra reclamante, atq; identidem admonente,illū sub legibus domi tenendū,hoībus Barchinæ gētis principibus exaduerso nitentibus,in castra est missus. Vbi adeo ꝑclara militiæ rudimēta deposuit,vt nō multo post nō plus illi pr̄is memoria,aut Hastrubalis authoritas,q̄ ꝓpria virt⁹,ad fauorē & gr̄am apđ milites cōciliādā valeret. Hinc cōtigit,vt Hastrubale extincto confestim prærogatiua militari īperator sit ab exercitu salutatus.Polybius Hastrubalē in lecto ꝑ insidias occisum ꝓdidit.Liui⁹ author ē ab ignobili Barbaro

Lacedæmoniorum cædes.

Gratulatio in cæsos.

Cleomenis in Ægyptum fuga.

Clamor exitialis.

Ptolemæus Philopator.

Scdm bellū punicum

Hamilchar.

Annibal accersitur in castra.

Hastrubalis cædes.

interfecto,qui domini sui,quem Poenus imperator necauerat,mortem ex sententia vltus,mediis
cruciatibus lætitia gestiens expirauerit.Carthaginenses militarem consensum secuti,vt Annibal Annibal im
cum imperio in prouincia esset publice decreuerunt:accepto itaq; imperio quũ ãnos sex.&.XX. perator de=
natus esset,cæterum tanq̃ Italia sibi prouincia fuisset decreta,nihil cunctandum ratus Sagunti= claratur.
nos bello inuadere constituit,quorum causa satis sciebat Romanum bellum concitari,sed ne tam
consilio q̃ casu ad id bellum tractus videretur,Olchadum fines (sunt hi trans Iberum) cum ex= Olchades
ercitu ingressus,Cartheiam vrbem opulentam ex ea gente captam diripit.Scriptorum q̃dã Car= Cartheia.
theiam eã esse memorant,quam veteres Tartessum dixere.Alii Betim ipsum Tartessum olim no
minatum crediderunt.Finitimę ciuitates,vnius clade perculsę,vltro imperiũ subiere.factæq; sunt Annibal
ex sociis stipendiariæ:Annibal benigne suis prædam partitus,Carthagini quæ in Hispania est,cũ successus.
exercitu hibernauit.In Vacceos inde,sub vernum tempus,mouit,Hermãdicaq; eius gentis vrbe
paucis diebus potitus,Arbacalem oppugnat.Hęc oppidanorum vi fortius defensa aliquãdiu Poe
num a præsenti victorię cursu retardauit,postremo & ipsa cessit,vnde Annibal digressus, quum
honustum pręda traheret exercitum,in discrimen incidit maximum. Ex Hermãnica profugi cũ
exulibus Olchadum & Carpentanis,quos ad bellum concitauerant , exercitum præda impeditũ
circa Tagum amnem eximprouiso adorti,subita vi turbant.Abstinuit pręlio Annibal,erat enim
numero militum multo hostibus inferior.Metatus itaq; citra amnem castra suos a pauore & con
sternatione recepit,noctu in vlteriorem ripam vado agmen transmisit. Habet Tagus ortũ in Cel Tagus flu.
tiberis,per Vectones & Carpentanos fluens.pari pene tractu a Beti & Ana fluminibus,mox Lusi=
taniam scindens,ad æquinoctialem occasum Oceano infunditur præalto ostio stadiorumq; vigi=
ti latitudine.Oceani æstu adeo circumiectos inundat campos,vt ad.CL. stadia late pateat pelagi
facies,nauigatur ab ostio introrsum aliquot milia passuum grandioribus nauigiis, mox fluuiati=
cis lembis.Amnis piscium feracissimus & ostreorum abundans.Poenus traiecto flumine loco pau
lulum ab alueo remoto instructum tenuit agmen, vt ea intercapedo hostem ad traiiciendum in=
uitaret.Erant Carpentani cum Olchadum & Vacceorum appendicibus supra centum milia.Hi
hostẽ metu cessisse rati,sublato clamore,qua cuiq; proximũ fuit,in amnẽ p̄currũt.Locauerat An= Annibalis
nibal in ripa fluminis equites,qui temere fluuiũ ingressos subito occursu exciperẽt,exceptos me= stratagema.
diis aquis trucidarẽt.Multi igitur ferro,alii equorũ impulsu in medios gurgites resupinati, vorti
coso amne perierunt.Siqui aduersam ripã pertinaci conatu,aut vi fluminis acti tenuerunt,ab ele=
phantis,qui aduersa ripa ad hoc ipsum stabant,fœde obtriti sunt.Poenus hac prælii parte defun
ctus,cæteram multitudinem sua sponte turbatam prius q̃ animum ab ea trepidatione reciperet,
toto agmine adortus,cum multa cęde disiecit.Agrum inde Carpentanum populatus omnẽ gen
tem ad deditionem compulit.Secundum eam victoriã omnes trans Iberũ gentes,præter Sagũti=
nos,punicis armis cessere.Hi quum cernerent quantum sibi periculi ab Annibale instaret , p̄ quẽ
accidisse cũ finitimis belli causæ ferebantur,Romã legatos mittũt,qui auxiliũ ad bellũ, q̃d haud
dubie impẽdebat,a senatu & populo implorarẽt.Erat in eo fœdere,q̃d Romani nouissime cũ Ha Saguntino=
strubale in Hispania percusserãt,diserte cautũ Saguntinis,vt ab iis Poeni velut a sociis Romani rum legati.
populi abstinerent.Zacynthii mixtis quibusdã ex Italia Rutulorum generis, Saguntũ condidere
vltra Iberũ mille ferme passus a mari,creuit ciuitas ipsa breui terrestribus maritimisq; opib⁹,atq;
in tantũ est aucta,vt oẽs vltra Iberum populos celebritate nominis,& opulentia anteiret. Eorum
legatos Romã missos vbi senatus audiuit,cõfestim legatio in Hispaniam & Aphricã decreta est,
vt Poeni a sociis populi Romani abstinerent.Cęterũ prius q̃ ii qui mittebant,ex vrbe profecti es=
sent,oĩm opinione celerius affertur Saguntum ab Annibale oppugnari. Tum certatũ sententiis
est in curia.Erant qui dicerent confestim exercitum in Hispaniam mittendũ,alii nõ Hispaniã so=
lum,sed & Aphricam prouinciam cõsulibus decernebãt.Placuit tamẽ nihil temere fieri , missiq;
P.Valerius Flaccus & Q.Fuluius Pamphilus Saguntũ ad Annibalem,qui si bello nõ abstineret Annibal Sa
Carthaginẽ irent,ad eũ,in rupti fœderis pœnam,deposcendũ.Et iam Poenus plures dies Sagun guntum op
tũ oppugnarat,multiq; & varii fuerant vtrinq; conat⁹.Oppidani,etsi plures turres , & quicquid pugnat.
has inter murorũ continebatur,hostes bellicis operibus diruerant,valide tamẽ vrbẽ ad id tempus
defenderant,machinisq; magna ex parte corruptis,Pœnũ a mœnib⁹ subita eruptiõe in castra cõ
pulerãt. Affuerunt interim ex Roma legati,ad hos nuper appulsos misit Annibal , qui diceret,
nec se graui bello occupatũ legatos audire posse,nec illis esse tutum inter tot efferatas gẽtes diu
tius versari.Et q̃a apparebat Romanos nõ admissos cõtinuo Carthaginem ituros, nũcios cũ lr̃is
p̃misit ad pricipes Barchianę factiõis,ne q̃d Hãno pro Romanis gratificari posset.Polybi⁹ priusq̃

Saguntus obsideri cœpisset ad Annibalem legatos venisse scribit, quum Carthagini Pœnus hi-
bernaret, auditisq; illorũ postulatis, vt Saguntinorũ amicũ respondisse, vlturum se affirmãtem q̃
Saguntinorum principes quidam, orta inter ciues seditione, Romanorum iussu interfecti essent.
Cęterum siue legati auditi sunt, siue vt Liuius ait, exclusi, vbi Carthaginẽ ventum est magnus in
Hannonis sententia. curia motus extitit. Fremere Hanno testatus ꝓdicare se ab initio non destitisse, fore, vt Hamilcha
ris stirpe incolumi, nunq̃ Pœni stabilẽ cum Romanis essent pacem habituri, ac ꝓ iis, quæ in ꝓsen-
tia postularentur, tris decernebat legationes. Romam vnam, quæ patribus satisfaceret. Alteram
quæ Annibalem a Sagunti oppugnatione abstractum Romanis dederet. Reliquam vt res ablatæ
Barchiana factio pręualet i senatu. Saguntinis redderentur. Hęc ille. Sed multo plus Barchiana valuit factio. Responsum est legatis
bellum a Saguntinis ortum, nec Romanos recte facere, si Saguntinos vetustissimæ Carthaginen
sium amicitiæ ꝓferant. Atq; cum his legati sunt Romã dimissi. Sed dum legati eunt redeuntq;,
Annibal parte vrbis capta Saguntinos in aptum discrimẽ cõpulit. Octo mensibus obsidio tenuit,
nullaq; interim, ꝓterq̃ ad extremum, pacis mentio hinc aut inde mota est. Tantum seruandæ fi-
Cõditiones Saguntinis propositæ. dei fuit in Saguntinis studium. Alorchus Hispanus, qui publice Sagũtinorũ hospes fuerat, ab An
nibale huiusmodi conditiones attulit, vt vrbem hostibus Saguntini relinquerent. Omne aurum
& argentum publicũ & priuatũ victori traderent. Ipsi cum liberis & vxoribus, & cũ binis vesti-
mentis ex vrbe egressi nouam vrbem, vbi ad ædificandũ victor Pœnus locũ dedisset, sibi conde-
rent. Has Sagũtini leges quũ Alconi prius ex vrbe misso ꝓposuisset Annibal, ratus ille vt erat po
pulares suos, non modo non eas conditiones accepturos, sed exitio etiam futurum huic, qui talia
in concionem attulisset, ex legato factus erat transfuga, ne vitæ periculum adiret, liberius Alor-
chus, vt hospes, locutus, estq; Saguntinos ad eam pacem, si non æquam at necessariam, vehemen
ter hortatus. Cęterũ tantũ abfuit, vt hortando & monendo quicq̃ profecerit, vt cõfestim nobilis-
simi quiq; curia egressi, prius q̃ respõsum vllum dari potuisset, oẽ aurum & argentũ ex publico &
priuato in forum contulerint, eoq; in ignẽ, ad id repente excitatum, deiecto, in eandẽ ipsi flãmam
se cõiecerint. Pauor ingẽs & trepidatio ex ea re orta, ciuitatẽ pñti atrocitate attonitã, ab oĩ imi
nẽtis periculi sensu auertit. Nec Annibal in tanta occasione desedit, sed copiis propius admotis ꝑ
ipsas murorũ ruinas in vrbẽ irrupit, dato militib⁹ signo, vt puberes ad vnũ interficerentur, multi
Sagunti excidium. vbi hostẽ admissum viderũt, se & filios, incensa domo, cõcremarunt. Alii armati nõ nisi cũ morte
ꝓliũ finiuere. Cętera multitudo capta sub corona vęniit. Et Sagũtini tã infeliciter socialẽ sunt fi-
dem ad extremũ vitę tutati. Mirabitur itaq; oĩs posteritas, ꝓclarũ vnius populi facinus. Nec Ro-
mani erga tantam fidem postea ingrati extiterunt. Sagunti excidiũ, haud multo postq̃ ex Aphri
ca legati redierũt est Romę auditũ, q̃ res ciuitatẽ ingenti mœrore & tristitia affecit, dolere simul
pudereq; nullũ fidelissimę ciuitati auxiliũ missum. Erãt tũ Romæ cõsules, P. Cornelius Scipio &
Consules. T. Sẽpronius, q cõfestim iussi inter se sortiri ꝓuicias, Cornelius Hispaniã est adeptus, Semproni⁹
Aphricã cũ Sicilia. Sex in eum annum legiones decretæ, & ex sociis quantũ ipsis visum esset: con
sulibus naues longæ. CLX. celoces. XII. cũ hac classe quatuorq; &. XX. milibus peditum, duobus
equitũ & quadringẽtis Sẽpronius in Aphricã traiicere est iussus, si alter consul satis esset ad Itali
am tuẽdã. Inde & ꝓtorib⁹ suæ ꝓuincię cũ exercitib⁹ decretæ. L. Æmyli⁹ eodẽ anno in Illyricũ est
missus aduersus Demetriũ Phariũ, q Romani bñficii oblitus vrbes aut socias aut deditas hostili
ter vexabat. Is Dimala capta quo hostis ꝓcipuũ cõtulerat belli apparatũ, oĩe fere Illyricũ nomẽ,
paucis dieb⁹, in fidẽ Romanorũ retraxit. Demetri⁹ Pharũ tenebat cũ valido ꝓsidio, Æmyli⁹ qa ap
ta vi loc⁹ natura munitissim⁹ capi nõ poterat, noctu in insulã, partẽ vnã exercitus occulte expo-
suit, suntq; hi in dẽsa sylua isidiis sedere iussi, donec ad cõsurgẽdũ signũ daret. Ipẽ orta luce, cum
XX. nauib⁹ portũ occupat. Insulani cõtẽpta nauiũ paucitate, vt Romanũ portu arcerẽt, catertua-
tim ad mare decurrũt: Tũ ibi pugna inita, breui oĩs vrbana multitudo eo certãdi studio conflu-
xit, q in insidiis erãt, ꝑ inuia loca occulte insinuati, collem inter portũ & vrbẽ medium cum cla-
more occupant. Pharenses subito tumultu reuocati, multa cõsternatione vrbẽ repetunt, metuq;
pręcipitãtiũ Romani nauibus egressi, terga cędunt, atq; ita Illyrii sunt in medio cęsi. Demetri⁹ fu
ga dilapsus, quũ in hos casus paratos lẽbos diuersa parte insulæ haberet, ad Philippũ Macedonię
Demetrii interitus. regẽ extorris abiit, qui certo ireriecto tempore, ex Philippi hortatu. Messenẽ occupare aggressus
temere hostiũ muros subiens, ignobiliter ictus concidit. Æmylius Pharum captã, ne hostibus re-
ceptaculũ aliquando esse posset, diruit, rebusq; suo arbitrio in prouincia compositis, sub initium
autũni victorẽ exercitũ in Italiam deportauit, clarũq; de hostibus egit triumphum. Annibal Sa-
gunto potitus, quum ex omni pręda, multã vestem, aliaq; preciosa munera Carthaginẽ suis do-

no misisset, in hiberna cõcessurus, õnib⁹ Hispanis q sub signis militabãt potestatẽ fecit domũ ab eũdi, vt desideria per ociũ ĩuiserẽt, sibiq; vt ad prima veris signa adsint edicit, fore dictitãs, vt diis bene iuuãtibus in aliam terrã secum bellũ tra nsferrẽt. Ipse Gadis transgressus Herculi vota sol uit, nouis se obligauit. Romani etsi magnope in ornãdo bello erant intenti, vt tamẽ omnia rite fie rent, priusq̃ arma mouerent, iterũ Carthaginẽ mittũt, qui a Carthaginẽsibus sciscitarent, an pu blico cõsilio Hãnibal Sagũtum expugnasset, atq; si id factum fuerent qd facturi videbant, bellum Carthaginẽsi populo indicerẽt. Missi sunt viri magno natu, Q. Fabi⁹, M. Liui⁹, L. Æmyli⁹, C. Lici ni⁹, & Q. Bebi⁹. Hic Fabius quũ nihil vltra q̃ mãdatũ erat sciscitatus esset, tum Carthaginẽsiũ vn⁹ Romanos cauillio insectatus, q duplici legatiõe duo inter se diuersa ãbitiose postulassent, eo decurrit vt diceret, nõ magis Carthaginẽses stare oportuisse recẽti fœdere, qd Hastrubal cũ Ro manis pcussisset (eo eñ de Sagũto cautũ erat) q̃ Romani cõditionib⁹ eius fœderis stetissent qd Hamilchar in Sicilia cũ Luctatio sanxerat, in quo ipi postea quædã mutari voluissent. Sũma ora tionis hæc fuit, vt diceret, nõ esse Romanoꝝ quærere publico an priuato cõsilio Hannibal Sagun tum expugnasset, quĩ omnib⁹ ãmbagib⁹ de Sagũto & Ibero omissis, aliud poti⁹ cogitarent, & qd eoꝝ animus diu parturisset pareret aliqñ. Tum Romanos toga in finũ collecta, Hic inquit vobis pacẽ & bellũ porto. Vtrũ libet sumite. Ad eam vocẽ ferociter est reclamatũ. Daret vtrũ vellet. Atq; quũ Fabius se bellũ dare dixisset, id se accipere oẽs respõderũt, & quibus acceptũ esset aĩs eisdem se gesturos. Gellius author est, veterib⁹ quibusdam Ro. rerũ monumẽtis proditũ, Q. Fabi um Romani exercit⁹ ĩperatorẽ, ad Carthaginẽses literas dedisse, quibus significauit caduceum, & hastam pacis & belli tesseram Po. Ro. mittere, vtrũ acciperẽt sibi Pœni missum existimarent. Ad quæ ita illi responderint. Neutrũ sese eligere. Posse tamẽ qui attulissent, vtrũ mallent relinquere Quod autẽ ipi reliquissent id sibi p electo futurũ. M. Varro neq; hastam, neq; caduceũ missum existimat, sed tesserulas duas in quarũ vna caduceũ incisum fuerit, in altera hastę simulacrũ. Cæ terũ quibuscũq; signis, nam res varie ad posteros tradita est, bellum fuit indictum, id facere quod Liui⁹ factum scribit, magis ex dignitate fuit populi Romani, q̃ de fœdere disceptare. Quinquies Romani fœdus ad id tempus cum Pœnis percusserant. Primum L. Iunio Bruto & M. Valerio consulibus, vt Polybius scribit, eo anno quo Tarquinius regno excidit. Idem author est primo illo fœdere Romanorum nomine, Antiatibus, Ardeatibus, Aricinis, Circeiis Tarracinensibus, & cæteris Latinis cautum, & quicunq; Ro. imperio parerent. Miror Polybium addidisse his consu libus templum Capitolini Iouis dedicatum, quum satis constet post Bruti interitum a Puluillo id templum dedicatum, si Dionysius, Liuius, & Plutarchus vera prodiderunt. Alterum fœdus ictum, quo eisdem populis est a Romanis cautum. Pœni vero, Vticenses & Tyrios nouos socios veteribus ascripserunt. Tertio loco sub id tempus quo Pyrrhus in Italiam venit. Mox in Sicilia quartum fœdus ictum ab Hamilchare & Luctatio. Postremum in Hispania cum Hastrubale, quo cautum Saguntinis erat, ac in eo expressum, nequid rei circa Iberum Pœnis esset. Nec tum adie ctum, vt in fœdere Luctatii, vt ita demũ id fœdus teneret, si senatus & Po. pbassent. Q; Romani aliqua in Luctatii fœdere mutarint, quia scriptum in eo fuit, vt ita demũ id teneret, si illis videre tur, ea iure mutata nemo inficiabitur. Contra Pœni, quando nihil tale cautũ esset in fœdere Ha strubalis, publica fide incolumi id irritũ habere nõ potuerũt. Causa igitur secũdi belli punici Ro. fuit Sagũtus contra fœdus a Pœnis excisa, qd Fabius Pictor & alii plęriq; scripsere. Nec possum non mirari Polybium tam acerbe Fabium insectantem, q Sagunti expugnationem belli initium fuisse dixerit, nõ causam. Ego vt Siciliã celeri desperatione relictam, & Sardiniam in ipso Aphri ci belli motu a Ro. interceptam, tributumq; acerbe nimis exactũ, rebellandi causam Pœnis fuisse arbitror, ita Romanis Saguntinorum iniuriam suscipiẽdi belli necessitatem imposuisse. Nec eñ principiũ illud belli dici debuit, si dũ Saguntus oppugnaret Ro. arma quieuere, nec prius quicq̃ hostiliter sit gestũ, q̃ q post eius vrbis excidium bellũ est solẽni modo indictũ. Romanorum legati ex Aphrica in Hispaniã, quod facere a senatu iussi fuerant, traiecere, partim ad pręparãda ciuita tum studia, partim ad ea quæ parata essent, in veteri amicitia retinenda. A Barguliis primo beni gne accepti, hos illi vt plęrosq; alios trãs Iberum in nouarũ rerum studium erexere. In Volcianis inde exprobrato illis Sagunti excidio ita dimissi sunt, vt neq; in Hispania amplius, neq; in Gallia prius q̃ Massiliã sit ventũ, benignũ vllũ respõsum tulerint. Hannibal vbi ea quę Carthagini facta erant audiuit, futuri belli molẽ secum reputans, cuius nõ tantũ dux sed concitator etiam fuisset & author, ad prima veris signa nihil cũctãdũ ratus, ne qs casus se in Hispania remoret, Aphrica Hispanico præsidio firmata, Hastrubalem fratrem suum virum impigrum Iberiæ præfecit, vt eã

Legati ſcdo Carthagi. missi.

Forma indi cti belli.

Quoties Pœni fœd⁹ cũ Ro. pcus serint.

Quę belli punici scdi causa fuerit Initiũ belli quod.

Prouinciarum ordi natio.

cum.XI.milibus Aphrorum,octingentis quinquaginta liguribus,& Libophoenicum Mauroruꝙ equitatu tueretur,ac super hos Hispani generis quidã,necnon elephãti.XIIII.sũt additi.Naues quinquaginta ad maritimã orã tuendã.Sicꝙ velut mutuis pignoribꝰ Hispania & Aphrica vtraꝙ alterius ꝑsidio firmaris,ipse cũ centũ & amplius milibus hoim(& in his.XII.equitũ milia) noua Carthagine profectus,maritimo itinere ad Iberum cõtẽdit.Oritur Iberus in Cãtabris ad ra-

Iberi ortus

dices Pyreneorũ montiũ.Labitur primo per cãpos,& aperta loca aequis spatiis ab Iubeda & Pyreneo montibꝰ remotus,ad.CCCCL.milia passuũ a fonte digressus,mari,qđ ab ipso Ibericum vocant,vno ostio infunditur:Graeci vniuersam Hispaniam ab eo Iberiam dicunt.Hic Hannibal per

Hannibalis insomnium

quietẽ sibi cernere visus est diuina specie iuuenem,qui diceret se a Ioue missum, vt ipm in Italiã perduceret,sequeretur proinde se ducẽ,nec vsꝗ flecteret oculos.Caeterũ vt mortaliũ cura est semper in vetitũ prona,sollicitus Hãnibal quid esset,qđ post se respicere fuisset ꝓhibitus,quũ tẽperare nequiuisset oculis,vidisse se eximia magnitudine serpentẽ,cum magna arborum & virgultorum strage euestigio sequi.Tum ibi perturbatum animo,percunctatumꝙ, quid prodigii id esset ex genio illo cognouisse eã Italiae esse vastitatẽ.Pergeret porro ire,patereturꝙ fata in occulto esse.Et Hãnibali talis in quiete est species oblata,nihil pręter Italiae excidiũ cogitãti,qđ sępe fit,vt diurni sermonis cogitationisꝙ similes quiescẽtibus repręsentent̃ spẽs, nisi pręstigiae fuerunt illae dęmonũ,innumerabiliũ animarũ saginã appetentiũ.Polybius id prodigiũ ꝓ mendacio reiicit,velut nulli vnꝗ hoim talia in insomniis obuersent̃,quo nihil est magis naturale.Hãnibal praemissis qui Gallorum animos donis cõciliarẽt,ipse copiis Ibero traiectis,Ilergetes,Barguntos,& Ausetanos,& Aquitaniae partẽ Pyreneo propinquã armis subegit.Cui orae Hannonẽ cũ.X.milibus peditum,& mille equitibꝰ pręfecit,vt angustię ꝗ Hispaniã Galliae iungunt,in Poenorum potestate essent.Totidẽ inde Hispani generis quos lõginqua grauari militia sensit domũ dimissis,ipse cũ cae-

Pyrenei mõtes.

tero exercitu Pyreneũ saltũ transgressus,ad Iberũ castra fecit.Protendunt̃ Pyrenei iuga ab interno mari Gallico nõ Tyrrheno,vt Appianus scribit,in oceanũ vsꝙ a meridie ad septẽtrionem extensa.Ad ortũ Celtas ꝗ & Galli sunt.Ad occasum Iberos habent & Celtiberos.A crebro fulminũ casu Pyrenei nomẽ factũ existimãt quidã,alii ꝗa fortuito olim incẽdio ipsa iuga deflagrassent,Poetę his locis Pyrenẽ indigenã puellã ab Hercule cõpressam meminerũt. Ex Ilibero Poenus ad

Rhodani cursus.

Rhodanũ pręter Ruscinonẽ processit. Varro vnũ ex tribus maximis Europę fluminibus Rhodanũ arbitratus est.Polybius eũ tribus fontibus oriri supra intimũ Adriaci maris recessum,ꝗ mox Lemano lacu exceptus,per aliena iura eodẽ impetu seruato,sibi restiturꝰ aliquandiu Gallias dirimit.Cursu deinceps ad meridiẽ deflexo,inter Volcas & Cauares in Gallicum mare internũ duobus ostiis defluit,vt idẽ author scribit in Sardoũ pelagus,flumina secũ defert Ararim, Isaram & Druẽtiã.Plinĩꝰ in alpibꝰ Rhodanũ habere ortũ arbitrat̃.Plutarchus nõ longe ab Istri & Rheni

Fluuii lacubus mixti.

fontibꝰ,qđ a Polybii opinione nihil est diuersum.Memorabile illud de eo tradit̃,supmeate ipm in corruptis aqs Lemanũ lacũ.Qđ & Abdua faciat in Lario,in Verbano Ticinus,in Benaco Mincius & Ollius in Sebino.Nomẽ fluuio dedit Rhoda oppidũ in Narbonẽsi Gallia a Rhodiis cõdi-

Rhodanus.

tum.Hãnibal huc progressus vbi vlteriorẽ ripã vidit a Gallis insessam,veritus ne diutius ibi sedẽdo a Gallis circũueniret̃ prima noctis vigilia,Hannonẽ Bomilcaris filiũ cum parte copiarũ ad ducenta stadia per ripam aduersi fluminis ire imperat,ac silentio ibi fluuium superare. Dari ad id duces qui vadum monstrarent.Hanno vbi ad locum venit,caesa confestim materia, ratibusꝙ subito contextis supra insulam qua fluminis impetus mitescebat,copias traiecit:inde agmine per diem refecto,priusꝗ in hostem moueret,signo qđ inter duces cõuenerat,ꝓcul edito secunda fluminis ripa praelio intentus ire pergit.Stabat interim Hannibal in omnẽ occasionẽ erectus,caeterũ

Superatur a Poenis Rhodanus.

fumo procul conspecto,confestim suos quos ad hoc ipm iandudum paratos habuit,in scaphas & rates impositos,sublato clamore in vlteriorem ripam emittit. Galli qui ex aduerso stabãt ad hũc motũ cõciti cũ vlulatu scuta(vt mos est gentis)supra caput quatiẽtes,ex sua statione ad ripam decurrunt.Obtexerat fluminis faciem vis nautarũ,clamorꝙ & strepitus impetum fluminis perrumpere conantium,prębuitꝙ ea res terribilẽ hostibus speciem.Excipiunt tñ Galli intrepide ho-

Galli funduntur.

stẽ ripis applicantẽ,ortũꝙ erat vtrinꝙ atrox ꝓliũ,quũ clamor a tergo eximprouiso redditus eos perculit.Iã Hanno captis hostiũ castris,cũ fremitu ad flumen vehebat̃.Tũ Galli ancipiti metu ꝑculsi,haud magno negocio funduntur,aliisꝙ alio dilapsis,Poenus copias per ocium traiicit,castraꝙ in vlteriore statuit ripa.Elephanti quomodo traiecti sint parum liquido traditur,quidã ratibus traiectos credidere.Alii vnũ aiunt a magistro de industria irritatum,atꝙ in fluuium praecipiti ira irruentem,reliquum agmen secum traxisse,atꝙ ita aquarum impetu in altũ euectos, vada

tim in aduersam ripā ꝓtendisse. Sed dū hæc circa Rhodanū gerunt, Boii Galli audito Hannibalis accessu, & ꝙ iā Pyreneos montes cū exercitu trāscēdisset, Insubribus ad defectionē sollicitatis, cōsternati arma capiūt, nō tā vetꝰ odiū secuti, q̄ ꝙ eodē anno Cremona & Placētia in suā terram coloniæ a Romanis missæ fuerāt. Triūuiri q ad assignādū agrū Placentiā venerāt, eiꝰ loci moenibus diffisi Mutinā metu petiere. Dubiū triūuiri fuerit illi, an legati q Boios expostulatū missi ex vrbe fuerant. Præter ius gentium quod satis cōstat hostiliter oppugnati sunt, atq; ex Mutina, publica fide interposita, ab hostiū ducibꝰ ad colloquiū vocatos, violato iure gentiū, Galli eos in vincula cōiecerūt. Mox Romanū præsidiū qđ in vrbe erat obsidiōe cingūt. L. Mālius q cū exercitu in Gallia erat, audito suorū periculo citato agmine Mutinā contendit. Eū ꝓfundā syluā parū caute ingressum Galli insidiis excipiūt, exceptū cū multa cæde & trepidatione fugientiū persequuntur. Agmen a tergo & a lateribus est cæsum, donec in apertos emersit cāpos. Octingēti milites desiderati, & aliquot signa militaria amissa. Manlius cū exercitu ignominia affecto Cannetū contendit. Est is vicus Pado ꝓpinquus, vbi Romanus ab hoste circūsessus est, atq; obsidione fatigatꝰ quoad C. Attilius prętor cū nouo exercitu affuit. Cæterū dū hæc circa Padū gerunt, P. Corneliꝰ consul Hetruriæ orā cū LX. nauibus prętervectus, Massiliā venit, ratus Hānibalē nōdū Pyreneos montes trāsgressum. Hic vbi exploratū habuit Pœnū circa Rhodanū esse, ignarus vbi illi potissimum occurreret, CCC. mittit equites cū Massiliensiū ducibꝰ, q ex ꝓximo hostiū cōsilia explorarēt, operęprecium ratus exercitū maritima iactatiōe fessum, quiete vnius diei reficere. Forte ita accidit, vt Hannibal audito Ro. cōsulis appulsu, quingētos Numidas, dū elephāti traiicerent, ad hostiū castra speculatū miserit. Hi cū speculatoria Romanorū ala fortuito occursu cōgressi, maius q̄ ꝓ numero prælium cōmisere. Multa vulnera & par ꝓpemodum cædes vtrinq; fuit. Postremo Numidæ metu pulsi victoriā Romanis iā labore fessis reliquerūt. Ex victoribꝰ ad CLX. cecidere. Numidarum amplius ducentis. Huius pugnæ euētus velut omen fuit Romanis futuræ victorię, q̄ multo ipsorum cruore esset quęrēda. Hānibal qui in aīo habebat nolle cū Romanis manū cōferere, priusq̄ in Italiam ventum esset, ne quis casus se ab instituto cursu retardaret, q̄ diuersissimus ab hoste porro ire cōstituit, qđ ipm vt liberius faceret, legati a Matalo Boiorū rege obuiā illi ex Italia missi, hortatu & precibꝰ effecerūt. Ibi vero cū niuosa alpiū iuga a suis formidari sensisset Pœnus, quę coelo verticibus surrecta, immēsa altitudine oculos fatigabant, pro cōcione est milites affatus, eorūq; metū castigare, q vanā vulgi phamam perhorrescerēt. Alpes ipsas passim habitari, sæpiusq; a magnis Gallorū exercitibꝰ cū liberis & vxoribus atq; impeditiore agmine trāscensas, nec credere se quicq̄ tā arduū inueniri, qđ non facile ab iis posset superari, qui ab occasu solis profecti tot flumina, tot saltus, tot ferocissimas gentes sua virtute domuissent. Iam Italiam nō procul abesse, vbi felix militia, amplaq; pręsentiū laborū pręmia militem manerent. Forti proinde animo essent, finemq; instituti itineris sibi campū proponerēt, qui inter Tyberim & vrbem Romam iaceret, cum quo nō tātū Roma ipsa, sed tota etiam Italia essent vno tpe potituri. Tali Pœnꝰ hortatiōe vsus læua Rhodani ripa pergit porro ire, nequa hostis priusq̄ in Italiam iretur, fieret sibi obuiꝰ. Quartis deinceps castris ad Araris & Rhodani cōfluentē consedit. Insulę loco nomen est, quem flumina in vnum decurrentia mediū amplectunt. Hoc terræ spatio Lugdunū vrbē ꝓcedente tpe Numatius Plancus condidit. Allobroges eā regionē tenebant, gens inter Gallos opibus & phama ea tempestate insignis. Ibi Pœnus inter regulos fratres de regno ambigentes factus arbiter, quū maiori natu ex optimatiū sententia regnū restituisset, cōmeatu & vestibus cōtra alpina frigora benigne est ab eo adiutus. Hinc per Tricastinos in Vocoutiorū oram deflexit. Mox per Trigorios ad Druentiam venit. Est is quoq; Alpinus amnis, cæterū eo transitu difficilior, ꝙ quū vim aquarum vehat ingentē, nullis coercitus ripis, nauigari non possit, in plures simul alueos diffusus, neq; semper eisdem fluens, globosa voluit saxa, & tūc forte imbribus auctus, violentius solito fluebat, quæ res non mediocrem attulit vadantibus trepidationem. Ex Druentia Hannibal pacate ad radices alpiū processit, tū ibi mōtium altitudo, niuesq; propemodū cælo immixtæ, tecta informia imposita rupibus, iumentaq; torrida frigore, inculti homines & intonsi, animalia atq; inanima gelu rigentia, omniaq; foediora q̄ phama ferrent oculis oblata, conceptū opinione metum auxerunt. Et iā in aduersos cliuos agmē erigi coeperat, quū mōtani tumulis insidētes ꝓcul apparuerunt. Hic Hānibal ꝑ Gallos, quos ad speculāda loca pręmiserat, factus certior, negari sibi trāsitū, cæterū ab eisdem instructus, per diem Gallos stationē asseruare, noctu in suos vicos dilabi, castra eo, quo deprehēsus erat loco in cōfragosa valle per diē habuit. Sub noctē vero pluribus ignibus, q̄ pro numero accensis, vbi remississas sensit oppidanorum custodias, cum expeditissima peditum parte, ac

Boiorū defectio.

L. Mālius in insidias pręcipitatur.

Exploratoria eqtū ala.

Prima Ro. victoria.

Hortatio Hannibalis ad milites.

Rhodanus. Lugdunū.

druētia flu.

Primę alpinorū īsidię.

proptissimo quoq; ad id facin⁹ delecto, silēti agmine angustias euasit, atq; iisdē tumulis, quos hostes tenuerāt, insessis, reliquū exercitū ad mouēda castra, nūciis & signis exciuit. Galli vbi agmen procedere viderūt, & iā loca editiora ab hoste occupata præsidio teneri, nōnihil se tenuerūt ancipiti metu desixi. Post vbi in ipsis montiū angustiis, studio properantiū, agmen sua sponte turbari vidēt, rati quicquid terroris adiiceret, satis ad perniciē exercitus fore, aduersis rupibus p abrupta & inuia loca in Pœnos impetū faciūt, ibi equi clamoribus cōsternati, oīa primo turbare, consauciati inde ex his aliqui calcitratu & inquietatione ingētem circa se sarcinarū & hominū stragē edidere. Multi simul equi iumētaq; honusta in abruptas sunt altitudines deuoluta, agmē interrumpi cœperat, cęterū pulsis loco hostib⁹ Hānibalis occursu, reliquū copiarum pacate in altiora est loca traductū. Pœnus castellū, caput ei⁹ gētis, vi captū diripit, circūiectosq; vicos hostiliter populatur. Triduo post aliquātulū vię cōfecit, inciditq; in multo maius discrimē. Alter freqūes populus misit ad eū appropinquātē legatos, q ipsi⁹ ducis amicitiā peterēt, doctos se aliena calamitate prædicātes pacē cū Pœnis multo potiorē Gallis esse q̄ bellū, polliceri adhęc duces & cōmeatū, in fidem quorū obsides darent. Hānibal, etsi nō omnino fidē Gallis habebat, ne tn̄ repudiati ex cōfesso hostes fierēt, obsidib⁹ benigne acceptis, præmisso cum elephantis equitatu, ipse cū robore peditū intentius circūspiciens sequebat. Vbi vero ad locorū angustias ventū est, tū ibi Galli ex insidiis cū strepitu & clamore coorti, ingētia saxa in subiectū agmen deuoluūt. Hic quoq; fœda strages edita, cōfestim montiū faucib⁹ ab hoste insessis peditū agmen ab equis disiungitur, certamine in noctē distracto, Hannibal curarū & sollicitudinis plenus noctē vnā sine eqtatu & impedimentis egit. Postero die Barbaris segnius incursantibus, saltus maiore iumentorū clade q̄ hoīm est superat⁹. Nono demū die in summū alpiū iugū exercitus euasit, per auia plurimū loca, mōtanorūq; latrociniis infesta. Biduū in sublimi vertice statiua sunt habita. Iumēta interim aliquot rupibus præcipitata, ac pro perditis relicta, vestigia exercitus secuta in castra peruenere. Additus his īcōmodis recens niuiū casus, occidēte iā vergiliarū sidere. Postridie quū castra moueri cœpta essent, pigritia & desperatio ingēs in ore omniū eminebat. Hānibal prægressus signa, in promōtorio cōstitit, vnde Italiā circūpadanosq; cāpos alpib⁹ vicinos militibus ostentat. Durare iubet ac sperare ita fore, vt vno aut altero prælio Romā Italię caput in manib⁹ haberēt, muros hostiū nō fines se transcendere arbitrarent, cætera plana & humilia victorib⁹ futura. Processerat inde nonnihil agmen per decliuia & lubrica loca, tetra militū colluctatiōe. Fœdū & miserabile erat, q vbi vnus aliquis semel vestigio lapsus, plures secū dū alius alii cupit auxilio esse, in pręceps trahebat. Quidam altis niuibus velut pedica capti medio lapsu hærebāt. Procedere tamē miles itineris duces secut⁹, quo ad ventum est ad rupem in mille fere pedum altitudinē abruptā. Ibi quū equites constitissent, Hānibal miratus quid rei exercitū retardaret, vbi ad visendū locū processit, tū demū sensit per inuia se loca ducere, ibiq; circūacto nōnihil agmine sicubi molliora alpiū latera iter panderent, postea vero q̄ abrupta omnia oculis occurrebant, tantū niuiū in summo iugo est militari opere exhaustū, in patentēq; areā locus purgatus, quanto satis cōmode castra statui potuerunt. Ingens inde lignorum materia raptim cæsa, rupibusq; adhibita incenditur, saxaq; ignibus perusta aceti iniectu emolliunt. Quatriduum super rupem absumptum, ea demum in cliuos rescissa est, per quos etiam Elephanti sunt ad humiliora loca emissi. Breui totum agmē velut in alterū orbē ad ima transcēdit. Ventū primo in apricos colles, & loca irrigua, ibiq; iumenta triduo refecta, quiesq; hominib⁹ data. Mox & plana loca Pœnum exceperunt, accolarūq; ingenio molliora. Atq; ita Hānibal, alpibus quintodecimo die superatis in Italiam venit, nouem milia stadiorum a noua Carthagine ad ipsos Italię fines dimēsus quinq; mensiū spatio. L. Alimetius qui fuit eo bello captus, memorię p didit, se ex Hannibale audiuisse, a Rhodani traiectu vsq; in Italiā amisisse se sex & XXX. hominū milia, & cum his equorū numerū ingentē. Cœlius authore Liuio, per Cremonis iugū Hannibalē descendisse tradidit. Alii per Apœnini iugū qua mons ipse alpibus iungitur, vnde etiā sit monti nomē inditū, sed ab agri incola plures crediderūt, in qua est opinione Liuius, q neutra parte iter Pœnis patuisse cōstanter affirmat. Nec quantū copiarū in Italiā perduxerit Hānibal liquido cōstat. Qui plurimum scripsere centum milia peditū & XX. equitū ponunt, q minimū XX. peditū milia, & sex equitum. L. Cincius scriptū reliquit prima acie, qua Pœnus in Ro. dimicauit, affuisse illi cum Ligurum & Gallorum appendicibus LXXX. peditum milia, & X. equitum. Polybius duodequadraginta milia peditū, & octo equitū Hannibalē habuisse author est, quū a Rhodano discessit, cęterū vix dimidiū copiarū illi supfuisse, quū Italiā est ingressus. Scipio triduo post Hannibalis digressum, quadrato agmīe ad Rhodanū processit, nullā pugnæ morā facturus: vbi vero

Pœnorum discrimen.

Pœni ex alpib⁹ Italiā pspiciunt.

Pœni aceto infringunt alpes.

Clades amissorū hoīm in alpibus.

Copię i Ita.

castra deserta vidit,nec hostē longius ꝓgressum operęprecijū credidit vlterius sequi, ad naues re
uersus Gn.Scipionē fratrē,cū exercitu & oīmi appatatu bellico,in Hispaniā aduersus Hastruba-
lē misit,ipse cū q̄paucissimis,celeri nauigatiōe,Italiam repetit,Pœno alpes trāscēdēti occursurus.
Vbi igit̃ Pisas venit,factus certior de Hānibalis descēsu,deq; eius exercitu alpinis frigoribꝰ affe
cto,tyrone a Manlio & Attilio accepto ad hostē ire pergit,vt cū eo prius acie dimicaret,q̄ p ociū
copias reficeret.Sed dū Scipio Pisas applicat,cū copias a prætoribꝰ colligit,dū Placentiā ire con-
tendit,Pœnus interim validissima Taurinorū vrbe triduo expugnata,qm̄ in amicitiā vltro tra-
here nequiuisset,ex statiuis mouerat,defecissentq; ad eū oēs circūpadani,nisi inopinatꝰ cōsulis ac
cessus Gallorū cōsilia oppressisset.Et iā diuersi exercitꝰ ꝓpe in cōspectu venerāt(nā Scipio Pado
superato ad Ticinū fluuiū cōsederat)erātq; ipi duces inter se vterq; alteri admirationi, ille quia
multa pręclara facinora ad id tp̄s in Hispania & Gallia feliciter gesserat,hic quia vnus oīm Ro- Scipionis &
manorū ducū aduersus se tali tēporū discrimine esset imperator declaratꝰ. Quia igit̃ apparebat Hannibalis
atrox certamen instare,P.Cornelius ita est militē pro cōcione affatus. Si cū eo exercitu quem in congressus.
Gallia habui,in prælīū descēsurus essem milites,superuacuū fuisset in pugnam q̄tūuis asperā itu
ros adhortari,quid em̄ attinuisset aut equitē virtutis admonere,q longe maiorē hostiū equitatū
magnaq; ex parte cæsum circa Rhodanū fudisset:aut militē cōfirmare,cū quo hūc ipm̄ hostē fu
gientē secutꝰ satis a me victū credidi,ꝙ acie cōgredi nō sit ausus!Nūc qa exercitus ille cū Gnęo
Scipione fratre meo rē in Hispania meis gerit auspiciis ad quod publice cōparatus erat,ne vobis
dux aduersus Hānibalē deesset,vltro me huic certamini obtuli.Pauca igit̃ verba sunt nouo impe
ratori apud nouum exercitū facienda,ne aut genus belli aut hostē ignoretis. Cum Pœnis vobis
res futura est milites,quos mari terraq; priore bello punico victos Sicilia & Sardinia spoliastis.
XX.annos stipendiarios habuistis.Erit spero in hoc certamine vobis illisq;,idē q in priore illo fu
it animꝰ,quiq; victoribꝰ & victis esse solet.Pugnabūt illi nō spe,non viriū fiducia, sed necessitate
coacti,nisi aliquis credat duabꝰ copiarū partibꝰ amissis,eos vltro dimicaturos qui incolumi exer-
citu certare nō sunt ausi.Quid ꝙ illi ipsi q perq̄ pauci supersunt non homines sed hominū effigi
es,immo vmbrę potiꝰ dici possunt,fame,frigore, squallore enecti,fracti,debilitati,perustis niue ar
tubus,neruisq; rigore cōtractis,torrida corpora,cōcussa arma,equi strigosi,claudi,debiles, nō cū
exercitu,sed exercitus reliquiis pręliaturi estis milites,vt merito timendū sit ne ab alpibus victus
nō a vobis Hānibal videat̃.Sed sic certe est,dii vltores fœderū bellū cū perfido duce sine humana
ope ita ꝓfligatū voluere,& neqs me vestri hortādi causa hęc magnifice locutū existimet, potuis-
sem ego ꝓcul ab hoc certamine abesse,atq; in Hispaniā q̄ ꝓuincia publice mihi decreta erat,cūm Magnifica
eo exercitu abire,ibiq; fratre meo adiutore bellū aduersus minorē ducē,minorē exercitū admini- Scipiōis de
strare.Pręteruectus tamē Gallię orā ad huius hostis phamam,in terrā exercitū exposui,equestriq; se verba.
certamine fugatū,quia ad pedestre cogere nō potui,per lōga maris spatia in Italiā reuersus vltro
me illi obtuli.Experiri constitui vtrū alios Carthago hodie habeat viros q̄ paucis ante annis ha
buerit,qui postremo ad Ægusam victi,Sicilię possessione cesserunt.Sit ne hic Hannibal itinerum
Herculis æmulus an vectigalis & stipēdiarius Po.Ro.a patre relictus,q a nostro consule iussus ꝑ-
fidiū ab Eryce deduxit!Qui graues leges Carthaginēsibus victis impositas,cū fremitu & mœro
re accepit!Qui Sicilia decedere,stipendium Pop.Ro.soluere est pactus!Quę fœdera manu patris
scripta hic bonus imperator respiceret,nisi Sagunti scelus eum in omne nefas pręcipitem ageret.
Qđ quū ita sit,velim vos milites nō minore animi indignatiōe ī hos pugnare,q̄ si seruos videa
tis vestros in vos arma ferre.Licuit si libitū fuisset,ad Erycē clausos fame ad vnū necare, victrici
classe in Aphricā trāsmissa Carthaginē delere.Veniā tn̄ dedimꝰ.Ex obsidione emisimus.Cartha
ginē Aphrico bello afflictam tutati fuimus.Pro quibꝰ clementer & humane pręstitis,furiosum iu
uenem secuti,nos nostrāq; patriā oppugnatū veniunt.Sed vtinā de dignitate solum dimicādum
esset.Pro Italia vobis pugnandū est milites,pro patria,pro liberis,pro vestra ipsorū salute.Nec ali
us a tergo est exercitus,q si qđ nolim victi simꝰ hostibus obiici possit. In cōspectu vrbis pugnare
arbitremini,Senatūq; & Po.Ro.parentes ipsos ac liberos vestras manus intueri,a nobis salutē im
plorare,postremo qualis hodie vestra virtus fuerit,talis patriæ & omnium necessitudinū fortu- Peroratio.
narumq; deinceps erit fortuna.Et Scipio sic suos hortatus dicitur.Hannibal non solū verba, sed
totius rei imaginem Pœnorum oculis subiiciendā ratus,ex captiuis Gallis aliquot in mediā aciē
protraxit,inde interrogari fecit,an essent qui inter se ferro dimicare vellent conditione proposi-
ta,vt victor libertate donatus incolumis ad suos abiret. Multi mira alacritate se ad id certamen Gallorū as-
extulerunt.Sortito igitur plerīq; incredibili lętitia & gratulatione circumstātium,cum tripudio

ex gentis consuetudine in pugnam processere. Fuitq; inter dimicandum talis hominum eius cō
dicionis habitꝰ, vt nō magis vincentiū fortuna, q̄ bene morientiū laudaretur, tū Poenus spectatis
aliquot partibꝰ, vbi suorū animos satis eo certamine affectos credidit, sic ꝑ militum concione lo-
Oratio Hānibalis ad suos. cutus dicit. Si qualē inquit aīm in alienæ fortunæ exemplo habuistis, eundē in re propria æstimā
da habituri estis, vicimꝰ viri fortissimi. Neq; enī spectaculū illud fuit sed præsentis fortunæ vobis
imago repsentata est, ac nescio an maior vobis pugnādi q̄ cuiuis illorū sit necessitas imposita, quū
maioribꝰ q̄ illi vīculis teneamini. Dextra lęuaq; duo maria claudūt, a frōte Padus violētior Rho
dano, a tergo alpes vrgent, quas victores per infestas gētes vix nup trāsire potuistis. Hic igit̄ vbi
primū hostē obuiū habuistis, aut vincēdū est aut moriendū viri fortissimi. Cæterū fortuna q̄ vo-
bis hanc pugnādi imponit necessitatē eadē magna pollicet̄ pręmia, quibꝰ ne ampliora quidē ali-
quis audeat a diis immortalibus exoptare. Enīuero Sicilia & Sardinia quæ hoc bello repetunt̄, sa
tis digna tāto periculo pręmia videri poterāt. Nūc quicqd Romani tot triūphis cōgestū possidēt
vestrū futurū est, agite nunc & diis bene iuuātibꝰ arma capite, tēpus est vos felicia stipēdia face-
re, debita militię pręmia sentire. Hic oīm itinerū & periculorū q̄ adhuc vobis exhausta sunt præ-
mium fortuna proposuit. Hic laborū oīm finem dabit, nec quia magnum sit belli nomen idcirco
& difficilem victoriam putate, sæpe contēptus hostis cruentum certamen edidit, & summi reges
ac populi leui momento victi sunt, adempto Ro. nois splēdore, nihil in his esse video quod vobis
merito comparari possint. Nam vt felicē taceā tot annorū militiā, & ꝙ ab oceano & occasu solis
ꝑ tot ferocissimas gentes huc vincēdo venistis, cōparabit̄ ne vobis hic nouus & rudis exercitus,
cuius militibꝰ siquis Poenos Romanosq; hodie ostendat, cōmilitonē ab hoste nequeat dignosce-
re: aut dux ille semestris sui exercitus desertor, cui neq; sui milites noti sunt, neq; ipe militibus, cū
vestro duce quē in armis educatū sub clarissimis imperatoribus institutū nō ignoratis, q pri9 ve-
ster alūnus q̄ imperator fuerit, q oīa singulaq; suorū militū facinora, quo loco, quo tpe gesta sint,
ordine referre possit, & nunc quacunq; oculos circūfero omnia aīorū ac roboris plena occurrunt,
veterani pedites, generosissimarū gētium equites frænati & infręnes socii fidelissimi fortissimiq;
vos Carthaginēses ob iustissimā irā pugnaturi, qui tāto fortius audaciusq;, vt spero dimicabitis,
quanto maior spes est & animꝰ inferentiū bellū q̄ arcentiū. Illud postremo vos meminisse oportet
cum vestro duce oēs q mecū Saguntū expugnastis esse ad suppliciū requisitos, qa ita Romani p-
suasum habent, vt nisi ipsorū permissu nefas sit Carthaginēsibus illatas iniurias vlcisci. Ne trāsie
ris Iberum. Nihil, tibi rei sit cū Sagūtinis. Nusq̄ te vestigio moueris. Parum visum est patribꝰ no
stris Siciliā & Sardiniam ademisse, iā & Hispania intercedere incipiunt, si inde quoq; cesserimus
in Aphricā transcendent, quin transcenderunt vt audio. Vni enī consuli anni huius decreta est
Aphrica, alteri Hispania, nihil vsq̄ nobis relictū est, nisi quod armis vindicauerimꝰ. Illis timidis &
ignauis licet esse, quos suus ager atq; idē pacatus, sua terra fugientes pōt excipere, vobis necesse ē
fortibꝰ viris esse, omnibꝰ inter victoriā & mortē certa desperatiōe abruptis, aut vincere igit̄ opus
erit, aut si fortuna dubitabit in prælio potius q̄ in fuga mortē oppetere. Id si destinatū infixumq;
Peroratio. vobis animo est, iterū dico milites victoria nostra est, nullū enī maius hoc vno deus īmortalis ho
mini dedit incitamentū. Vtrinq; animis per hęc ad pugnā accēsis: Romani Ticinū pōte iungūt,
Ticinus. quē vt validius tutarent̄ castellū superimponūt. Est Ticinus maximus oīm fluuiorū, qui Padum
influunt, deditq; olim vicinę vrbi nomen, eā nūc mutata voce Papiā vulgo nomināt. Scipio perfe
cto opere in Insubrum agrū copias traducit, locūq; castris. V. milia passuū ab hoste capit. Hanni
bal Maharbale quē in agrū sociorū populi Ro. cū Numidarū eqtatu populatū miserat, confestim
reuocato, qa haud dubie certamē instabat, priusq̄ copias ī pugnā educeret, iterū ꝑ cōcione mili-
tes affatꝰ, singulis sua pmia est pollicitꝰ, dira ī suū caput imprecatiōe adhibita, si falleret. Quæ res
adeo oīm animos ad certamen accēdit, vt passim militū voces pugnā poscētiū exaudirent. Haud
tantus ardor erat in Romanis castris pculsis metu animis ob ꝓdigia quędā, quę sub ipsum pugnę
Prodigia. tēpus extiterāt. Lupus Romana castra ingressus obuiis fœde laniatis incolumis euaserat, & Apū
examen supra pretorium sedit. Cęterū his rite procuratis, cōsul cum equitatu & expeditis iacula
toribus ad hostium castra ire pergit, vt ex proximo specularetur quantę in illis copię essent, & cu
ius generis. Nec multum a castris processerat, quū Poenus cū suo equitatu, & ipe speculatū egres
sus eximprouiso occurrit. Neutri alteros ab initio viderūt. Densior puluis hostiū aduētū vtrisq;
significauit. Ibi prælio repente inito iaculatores, quos Scipio cum equitibus Gallis in fronte col-
locarat, primo cōgressu pulsi, in confertos equitum ordines sese trepide recipiunt. Sustinuit inde
Romanus eques fortiter certamē, etsi mixti pedites, nōnihil impediebant, donec & Numidę, quos

ab vtroq cornu Pœnus iusserat latius adequitare,se a lateribus tumultuose intulerūt.Hostis pe
ne a tergo visus terrorē incussit Romanis,sed nihil ęque ac cōsulis vulnus aīos perterruit.Is quū
in apertū vitæ discrimē incidisset,filii tū primū pubescētis intercursu seruatus est,penes hūc inde
adultū fuit oīs belli huius cōfecti gloria,vñ & ipse primus Aphricani est cognomen adeptus.Cę
lius a seruo natione Ligure cōsulē seruatū pdidit,magnitudo rerū postea a Scipione gestarum fa
cit,vt Liuio accedā,q de filio q̃ seruo maluit credere.Sed cuiuscūq ille opa seruatus est, Romanꝰ
eques,qđ liquido traditur,sauciū cōsulē in medio acceptū,nihil turbato gradu neq fugienti simi
lis in castra abiit.Idq primū prælium cū Hannibale fuit.Quo appatuit Pœnū equitatu præstare.Et
quia omnia circa Padū loca plurimū cāpestria sunt,ac per hoc parū Romanis gerēdo bello apta
consul proxima nocte ab Ticino digressus,irrequieto ductu ad Padū contendit. Et iam ponte co
pias transmiserat,quū Pœnus affuit,oppressiq sunt moratorū pauci circa flumen,dū segnius ad
Ticinū ratem soluūt.Paucis inde diebus Hannibal copiis Pado traiectis,ponte vt plures tradide-
runt:Cælius vado credidit,ad quinq milia passuū pcul Placentia cōsedit,ad quē proxima nocte
duo milia auxiliariū Gallorū &.CC.equites vigilibus ad portas trucidatis,trāsfugerunt,eos Pœ
nus benigne allocutus in suas vrbes dimisit ad sollicitādos in partes suorū populariū animos.Sci
pio ratus fore,vt Galli ad vnū velut rabie cōtacti breui ad Pœnos deflecterent,q̄q̄ vulnus nō me-
diocriter grauaret,quarta noctis vigilia Placētia digressus,ad Trebiā trāstulit castra, ibi loco edi
to,collibusq impeditioribus metatus,collegā quē ex Sicilia reuocatū audiuerat,expectare consti-
tuit,nec multo post Hānibal affuit,q quū haud procul a Ro.castris cōsedisset,paucis diebus Cla
stidiū vicū,quo Romani vim ingentē tritici cōuexerāt,pditione occupauit,P. Brundusino psidii
prędecto quadringentis aureis nūmis corrupto,idq horreū fuit Pœnis ad Trebiā sedētibꝰ. Dum
hęc in Gallia gerunt circa Siciliā terra mariq aliqua a Romanis prospere sunt gesta.Nōdū Sem
pronius in Siciliā venerat,quū.XX.Carthaginensiū naues cū mille armatis ad populādū Italiæ
orā missæ cursu subita tēpestate excussę nouē Liparas,octo Vulcani insulā tenuere,tris in fretum
auertit ęstus.In has Hiero q tū Messanę erat cōsulē expectās,subito aliquot naues immisit, q̃ tris
illas punicas in potestatē redactas ad regē traxerunt.Ex captiuis cognitum est,præter. XX.trire
mes,ex quatū numero ipsæ fuerāt,quinq &.XXX.alias quinqueremes in auersam Siciliæ partē
cursum tetēdisse,vt improuiso appulsu Lilybæū occuparēt. Cæterū credere se eadē tēpestate ad
Ægusam insulam vi ventorū cōpulsas.Hiero pro magno habuit negocio id Æmylio Sicilię præ
tori significare.Ille cōfestim legatis tribunisq in maritimas vrbes dimissis, q diligēti cura littora
& portus asseruarēt,oīm diligētissime Lilybæū custodiri iubet.Ibi sociis naualibus imperatum vt
X dierū cibaria ad naues deferrēt,starētq in oēm occasionē parati.Alii ex littoralibꝰ speculis diu
noctuq attēte hostiū aduentū obseruare iussi,signisq appropinquantiū cursum significare.Erat
luna pernox,Pœniq de industria cursum retardauerāt,vt paulo añ lucē quo tpe mortales arctio
re premunt somno,Lilybęū tenerēt.Sublatis itaq armamentis vt facilius hostem fallerent appro
pinquabāt.Pręsensum tñ est cōfestimq cōclamatū ad arma & in naues pariter conscēsum. Pœni
vbi viderūt rē haud cū imparatis futurā portu abstinuerūt,vbi vero illuxit,classe ad pugnam in
structa sese in altū recipiūt,vt hostibꝰ spatiū darēt ad naues ī apertū deducēdas,nec Romani pu
gnā detrectauere militū multitudine & virtute freti.Fuit pugna illa leuis,Carthaginensibus cō
gressum ob nauiū agilitatē eludētibꝰ,quo hostiū metu animaduerso Romani facto impetu septē
punicas naues circūsistunt,q̃ cæteris fugiētibꝰ cū suis turmis in Romanorum potestatem venere.
Nondū pugnæ huius phama Messanā peruenerat quū Sēpronius eo ex vrbe appulit,cui fretū in
tranti Hiero obuiā instructa classe processit.gratulatusq ꝙ hospes cū exercitu & nauibus venisset
felicē in Siciliā transitū illi precatus est.Multa deinceps cū eo est de statu insulæ locutus, pollici-
tusq quo aīo priore punico bello iuuenis rē Romanā adiuuisset eodē senē adiuturū.Prębiturum
adhęc se gratis frumētū & vestimēta legionibꝰ sociisq naualibꝰ.Sempronius honorifice & ami-
ce exceptus.primū oīm Lilybęū nauigare in aīo habebat,& iā eo cursum intēderat,quū de nauali
pugna ad Lilybęū certior fit,lætusq suorū successu Hieronē cū sua classe dimittit, ipse in Melitā
insulā punicæ ditionis transmisit,cui appellēti Hamilchar Gisgonis filius,cum duobꝰ fere mili-
bus hoīm,insulaq cū oppido eiusdē noīs tradita est.Inde cōsul rediit in Siciliā,ex Sicilia in Vul
cani insulas cōfestim soluit,quo audiuerat punicas naues nup tēpestate appulsas.Cęterū eūti lite
ręa senatu reddunt,Vibonēsem agrū in ora Italię a Pœnis vastari,Hānibalē trascēsis alpibus in
Gallia esse.Properaret igit collegę auxilium ferre.Sempronius multis vno tempore curis anxius
exercitum in naues impositum supero mari Ariminum mittit. Sexto Pomponia legato mandat

Pręliū equestre.

Aphricanꝰ

Primꝰ patrē seruat.

Scipionis tecessus.

Ro.& Pœni ad Trebiā faciunt castra.

Prospera Ro.pugna ad Lilybęū.

Melita insula.

vt cũ.V.&.XX.longis nauibꝰ orã Italię tueret.M.Æmylio quinquaginta nauium classem explet
cũ qua Sicilię prǽsideret. Ipse.X.nauibus orã Italiæ legẽs Ariminũ primo venit,inde cũ suo exer-
citu ad Trebiã pfectus collegæ iungit.Hic cõsulibꝰ parũ ab initio conuenire cœpit.Scipio eque-
stri prælio victus,& vulnere cũctantior factus,bellũ trahi malebat:cõtra Sempronius ferox aĩo ga
satis apparebat aut illis copiis Romanũ imperiũ defendi oportere,aut nullã spem reliquam super
esse arcẽdis ex Italia hostibꝰ,oĩs erat moræ impatiẽs.Galli q̃ inter Padũ & Trebiã accolebãt,neu
tro adhuc sua auxilia inclinarãt,haud dubie victricis partis gratiã aucupãtes,quũ neutrius me-
rito expectanda essent.Ferre id æquo aĩo Romani duces,cõtra fremere Hãnibal,seq; a Gallis pro
ditũ testari,ad quos seruitio liberãdos in Italiã venisset.Ira itaq; percitus oẽm agrũ Pado ppin-
quum vastari iussit,qua iniuria Galli adacti ad Romanos aperte inclinãt,auxiliũ a consulibꝰ im-
plorant.Cornelio nihil moueri placebat,quippe qui ne multũ quidẽ Gallis crederet,Sempronius
vt socii in fide cõtinerent qui primi coiuissent auxilio iuuãdos censet,mille pedites cũ valida par
te equitatus,iaculatoribꝰ admixtis ad tuendũ sociorũ agrũ trãs Trebiã missi,hostẽ late diffusum,
ac præda honustũ adepti,cũ cæde & trepidatione in castra cõpellũt,mox istaurata pugna aliquã
diu ancipiti est marte dimicatũ,& quia neutro adhuc fortuna inclinãte prælium fuerat direm-
ptum,Sempronius pro victoria habuit,collegęq; metũ increpabat,per quem staret quo minus de
summa rei vno prelio decerneret.Cæterũ nihil eũ æque exagitabat ac ppinquum comitiorũ tem
pus,iniquo animo ferebat in nouos cõsules bellũ differri,demũ occasionẽ nactus totius glorię in
se vertendæ,si Collega adhuc ægro prospere dimicatũ esset,Cornelio nequicq̃ repugnante,iubet
exercitũ ad præliũ parari.Hannibal quia bellũ trahi hostibus expedire videbat,vix a principio po
tuit credere vt in præliũ Ro.cõsul descẽderet:ast vbi indicio cõperit militẽ ad pugnã expediri, in
spem haud dubiã victoriæ adductus,locũ insidiis circũspectare cœpit.Erat riuus præaltis ripis ab
vtraq; parte virgultis vepribusq; vestitus.Hũc locũ diligẽter cõtemplatus,vbi ad tegendos equi
tes satis latebrosus visus est,Magoni fratri suo ostẽdit,mãdatq; vt eo noctu cũ iis copiis quas ipse
daturus esset,inito in hostem prelio occupatũ ex transuerso impetũ faceret:Delige tibi inq̃ cẽtũ
viros ex omni equitatu,ac parẽ numerũ ex omnibꝰ peditibꝰ,cũ quibꝰ ad me venias prima vigilia
noctis.Post vbi Mago cum delecta manu affuit,tũ Pœnus robora virorũ inq̃ cerno,at vt nume-
ro quoq; valeatis,ite & singuli vobis nouenos ex turmis manipulisq; vestris deligite: Mago locũ
monstrabit quẽ insideatis,hostẽ harũ artiũ ignarũ habetis. Ita Mago per noctẽ cũ mille equitibꝰ
pariq; peditũ numero locũ insedit:Pœnus dux prima luce Numidas iubet trãs flumẽ adequita-
re,hostẽq; si fieri possit lacessendo cedẽdoq; pcul a suis castris abducere.Equitũ ducibꝰ mandat,
vt suos prãdere iubeãt,atq; instratis equis signũ expectarẽt.Pedites ignibus ante tẽtoria accensis
iussi sunt curare corpora atq; oleo vngere,vt habiliora essent mẽbra ad pugnam , minusq; rigori
obnoxia.Erat brumę tẽpus & dies ille niualis.Sed dũ Pœnus mature suos ad præliũ cõparat,Sẽ-
pronius ad primũ Numidarũ tumultũ omnẽ equitatũ effudit,mox sex milia peditum, postremo
vniuersas copias in aciem ducit,nõ cibo prius capto,nõ ope vlla ad arcẽdum frigus adhibita.Hi
posteaq̃ flumen transgressi sunt,confestim Hãnibal suos in hostẽ ducit.Baleares octo milia hoim
leuis armaturę locata ante signa,deinde grauiorẽ armis peditẽ,qđ viriũ & roboris fuit,in corni-
bus statuit.X.milia equitũ cũ elephãtis aciẽ claudebãt.Cõsul resistẽtibꝰ Numidis,signo receptui
dato,equites a cursu reuocat,reuocatos pediti circũiecit,duodeuiginti milia Romanorum erãt,
latini noĩs.XX.milia,& cũ his Cenomanorum auxilia,quę gallorum gens ex Trãspadanis adhuc
in fide erat.Pugna a Balearibus orta,quibus cum valide Romani resisterent, Pœnus omnem le-
uem armaturam in cornua reiecit,tum ibi Romanus equitatus(erãt enim ad quatuor milia nu-
mero atq; hi fessi)velut nube quadã telorum degrauatus,quũ iandudũ maiori hostium equita-
tui vix resisteret,equis ad id insueto elephãtorũ odore territis,haud multo post in fugam vertit.
Fuit inde pedestris pugna,magisq; par animis q̃ viribus Romanus in acie stabat. Pœni robusti,
vtpote qui curatis prius corporibus in pugnã descẽderant.Cõtra ieiuna fessaq; Romanorũ cor-
pora.Restitissent tñ si cũ pedite solum certamen fuisset,sed Balearium telis hincinde pressi, & ele-
phanti in mediũ agmẽ acti late stragẽ dedere.Accessit & nouus terror ab Magone illatus,qui cũ
tumultu & clamore ex insidiis ortus,ingentẽ a tergo formidinẽ iniecit.Pedites præter spem om-
niũ elephantos verutis cõfixos in fugã auerterunt,quos Hãnibal in sinistrũ cornu aduersus au-
xiliares Gallos agi iussit,quibus metu pulsis Romani in orbẽ pugnare sunt coacti, tũ auxiliis nu-
dati,& quia iã fortuna aperte inclinabat.X.milia hominum per mediã Aphrorum aciẽ cũ ingẽ-
ti cæde hostiũ perrupere.Hi quũ niuali cælo perspicere non possent , qua potissimum parte pu-

Marginal notes: Sempronius Scipioni iungitur. — Aphrorum fuga. — Hannibalis stratagema — Hãnibalis prouidentia. — Initium pugnæ.

gnam instaurarent,nec flumine interclusis in castra reditus pateret, Placētiā consternato agmine Romanorū
abierunt.Haud vno deinceps loco eruptio facta est , multi passim totis agris cæsi,alii circa flumē fuga.
oppressi perierunt,qdā etiā gurgitibus absorpti,imber niue mixtus, & intolerāda vis frigoris, &
homines multos & iumenta,& elephantos prope omnes absumpsit , ad Trebiam vsq Poeni sunt
fugientes insecuti,qui adeo torpētes gelu in castra rediere, vt psentis victoriæ lętitia non sentire
tur,quo contigit,vt castrorū pręsidium,& qui eo ex acie fugerāt, quū fluuiū noctu ratibus traiece
rint,vt in tutum inde abirent,nihil Poeni senserint,aut certe se sentire dissimularint.Tacito itaq
agmine Scipio Placētiā cōtēdit,diuisoq exercitu,ne colonia vna oīm copiarū hibernis grauaret,
pars militū Cremonā in hiberna cōcessit.Polybius,Plutarchus & alii,quos sequimur,cæsorū nu-
merū neq ad Ticinū,neq ad Trebiā posuere,sed cōstat cladē nō mediocrē acceptā, multoq ma-
iorē ad Trebiā,q̄ ad Ticinum.Polybius author est Sempronium,ad rumores aduersę huius pu- Sempronii
gnæ leuādos,Romā scripsisse pluuiū & niuosum diē sibi victoriā e manib⁹ extorsisse,attulit id mē mendacium
daciū aliquā ciuibus lętitiā:verū vbi res certiorib⁹ nūciis palā facta est,nō minor met⁹ ciuitatem
inuasit,q̄ si Hānibal castra ad vrbē admouisset.Augere īprouisa res metū,neq enī alii duces esse
aut alii exercitus,q victorib⁹ Poenis obiicerent. Eratq ciuitas in summo metu & moerore consti
tuta,quū Sēpronius cōsul,nō sine apto discrimine,int hostes dilapsus, q citra vltraq Padū pas-
sim vagabant,Romā venit:nec ita multo post eius accessum cōsularibus comitiis,qd vnū in psen
tia desiderabat,habitis,creati sunt noui consules Cn.Seruilius & C.Flaminius . Tentauit medio Consules.
hibernorū tpe Hannibal occupare emporiū,qd Romani haud pcul a Placētia habebant,cęterum
vigiles fallere non potuit.Tantus itaq clamor ab iis,qui pręsidio erant,per noctē sublatus est, vt
Placentiæ exaudiret. Eo consul prima luce cum suo eqtatu occurrit,legionibus post se quadrato
agmine seq iussis:Cōmissum interim eqstre pręliū, Hānibalq nō leuiter vulneratus pugna exces Vulnerat
sit.Carthaginēses ducis vulnere pterriti pugna abstinuerūt,oppidūq per hęc egregie defensum. Hannibal.
Paucis inde diebus Poenus ad Victūuias pfectus,fuerat id emporiū a Romanis Gallico bello cō-
stitutū,& tūc hoīm multitudine satis frequēs,qua freti,qui intus erāt,phamaq præsidii ad Placē
tiam defensi ferociores facti,incōposito agmine obuiā hostibus pdeūt, ad qnq & triginta arma-
torū milia.Hi a multo paucioribus fusi fugatiq,postero die ad deditionē cōpulsi sunt. In deditos
adēptis prius armis,nullo nō sęuitię genere Poenus hostis vsus est. Inde Hānibal , ad prima veris
signa,ex hibernis cū exercitu pfectus,in Hetruriā ire pergit,cōsilio ei⁹ gētis sibi,aut vi,aut volun
tate adiungēdę,& iā in summū Apoenini iugū euaserat,quū tēpestas subito coorta ducē & exerci Foeda tem-
tum itinere auertit. Ventus imbri mixtus ex aduerso spirans primo agmē in vestigio tenuit,quū pestas.
aut arma vis ventorum militi adimeret,aut corpus turbine rotarū humi affligeret, sed quum ne
deiectis quidem reciprocandi spiritus facultas esset ventis exaduerso flantibus , parūper procellæ
auersi consederunt.Secutus mox ingens coeli strepitus , interq horrendos aeris fragores crebra
corruscatio,capti itaq auribus & oculis metu torpere primo cuncti , mox deiecto ad terrā imbre
conati sunt ibidem metari castra.Cæterum quum nil omnino statui posset,oīa vento proscinden
te,ancipitesq adhuc cōsilii starēt,tam dēse vis grādinis,quę vi frigoris in montium verticib⁹ con
creuerat,stātes inuasit,vt omisso opere ad terrā procumberēt milites,magis tegminibus suis ob-
ruti,q̄ tecti.Obriguere interim iacentiū mēbra immēsa vi frigoris,adeo vt illa coeli intemperie re
mittente,ex miserabili strage sese ægerrime attollerēt. Postremo cū crebro conatu paulatim mo-
ueri coepissent,perrariq ignes accēsi essent,refecti aīo,eo quo dephensi fuerant loco,esse perseue-
rarūt.Biduū inde inuitis oībus,& velut obsessis,castra in Apoenino habita,multiq interim mor-
tales,multaq iumenta frigore consumpta sunt , & in his septem elephanti ex iis qui ex prælio ad
Trebiam cōmisso superant.Hannibal ex Apoēnino in Galliā reuersus, quum haud pcul Placen-
tia consedisset,postridie q̄ eo venerat.XII.milia peditū,& quinq equitū,ad Romanorū castra du
cit,nec Sempronius (iam enī ex vrbe redierat) leuandæ infamiæ cupidus certamen detrectauit,
fuitq primo cōgressu res Romana adeo superior , vt pulsos hostes Sēproniani sint vsq in castra Recens præ
persecuti,eorumq municiones oppugnare ausi . Hannibal paucis propugnatoribus circa vallum lium ad Pla
constitutis,omne robur peditū in reducta valle statuit,iussitq signū expectare,duabusq equitum centiam.
alis dextra læuaq in hostē missis,ipse cum peditū phalange e castris erupit. Fuisset certamen illd
vtriq parti calamitosum,si in longū extendi potuisset,tantā animorū pertinacia erat initū.Cæte-
rum pugna interuentu noctis dirempta,pari clade est in castra discessum.Sexcenti pedites, equi-
tes dimidio pauciores,ab vtroq exercitu cecidere. Sed maior Romanis fuit q̄ p numero clades,
q aliqui equestris ordinis cæsi sunt,& cū his tribuni militū qnq,sociorūq præfecti tres. Hānibal

haud multo postq̃ ita est ad Placẽtiã dimicatũ,in Liguriã cõcessit, cui veniẽti Ligures duos Ro. Quęstores C.Fuluiũ & L.Lucretiũ,cum duobus tribunis militũ,& quinq; equestris ordinis senatorum filiis insidiis interceptos,vt pax eo pignore firmior esset,tradiderunt. Sempronius & ipse secundũ Hãnibalis discessum Lucam vrbẽ Herrurię concessit.Atq; in hoc statu res Romanæ Punicæq; in Italia erãt.Gn.Scipio interea , q cũ classe & exercitu a fratre fuerat in Hispaniã missus classe Emporiis appulsa a Lacetanis exorsus,vsq; ad Iberũ flumẽ, quicqd populorũ erat aut gentium,fœdere & amicitia Romano nomini adiunxit. Interim adeo humane & clemẽter cum sociis agere,vt ea phama ad mediterraneas gentes in amicitiã trahendas nõ mediocre fuerit incitamẽtum.Conscriptis igitur ex sociis ciuitatibus aliquot cohortibus,plures vrbes partim ví, partí voluntaria deditione,procul a mari cepit.Hanno cuius ea ꝓuincia erat, his hostiũ successibus commotus,castris in Romanoꝝ cõspectu positis,copias in aciẽ educit.nec Scipio distulit certamen,tutius ratus cũ solo Hannone dimicare,q̃ cunctãdo cũ hoc ipso & Hastrubale, quẽ cũ altero exercitu sciebat paulopost affuturũ.Fuit ea pugna Romanis ꝓspa.Sex milia hostiũ cæsa dicunt,& duo cum castris capta,qbusScipio potitus,Cissam siue,vt alii habent,Scissam oppidum ví cepit.Hannonis castra Romanũ militẽ ditarunt,impedimentis eoꝝ,qui in Italiã Hannibalẽ secuti fuerant, referta.Hanno dux Carthaginensium & Andubal mediterraneæ regiõis tyrãnus viui in Romanorum potestatẽ venere.Traiecerat interea Hastrubal Iberum cum octo milibus peditum,& eqtibus mille,q audita suoꝝ clade,magno dolore percitus,iter ad mare detorsit, ibiq; non ꝓcul Taracone,nauales socios Romanoꝝ vagos in agris adeptus,cum multa cæde & trepidatione ad naues cõpulit,sed Scipionẽ veritus, ne subito eius accessu opprimeretur cõfestim trans Iberũ copias recepit,nec ita multis interiectis diebus,quum Scipio ex Taracõe Emporia repetisset,Hastrubal reuersus Ilergetes,q obsides Scipioni dederãt,ad defectionẽ ꝓculit,ad quos hostiũ motus Scipio ex hibernis excitus,phama sui aduentus Pœnũ iterum ad Iberum secedere coegit,ipse Ilergetũ gentẽ ad obsequm retractã pecunia multauit.In Ausetanos inde Iberi accolas mouit,horũ vrbem quũ obsidione ꝑmeret,indicio cõperit Lacetanos venire finitimis auxilio,noctu veniẽtes insidiis excepit,exceptosq; cũ multa strage dispulit.ad.XII.Hispanoꝝ milia sunt desiderata.Tenuit ea obsidio.XXX.dies,ꝑ quos raro nix min⁹ quatuor pedes alta iacuit.Postremo Ausetani.XX. argẽti talẽta cũ hostibus pacti dedunt.Scipio secundũ eã deditionẽ Taraconẽ ĩ hiberna cõcessit. Romæ terra hac hyeme ꝓdigia aut facta,aut animis religiõe imbutis temere credita sunt. Ingenuus infans semestris in foro Olitorio triũphũ clamasse dicit.Nauiũ species in cœlo visę, & ędes Spei fulmine icta est.In agro Amiternino pluribus locis hoĩes obuiã veniẽtes in cãdida veste visi, non tñ cõgressi sunt.In Piceno lapidibus pluit.Lanuuii hasta commota est.In Gallia lupus vigili gladiũ e vagina eripuit.Hæc & alia q̃dã visu audituq; formidolosa,vt tunc erat hominum supstitio,ꝑ id tꝑs nũciata.Nec multis inde diebus,alia auditu fœdiora , ingẽtẽ ciuitati metũ incussere. Solaris orbis minui visus est,& Arpis palma in cœlo visa . Sol & Luna inter se occurrere crediti. Duę interdiu lunę visę,& in Sardinia duo scuta sanguine manarũt,fulserũtq; littora crebris ignibus,bacul⁹ in circũeuntis vigilias manu arsit,in Phaliscis cœlũ scĩdi visum, apđ Antiũ cruẽtę spicæ in corbẽ cõcidere.Sortes sua spõte extenuatæ,vnaq; earũ excidit ĩscripta. Mauors cõcutit hastam.Capuæ species ardẽtis lunæ cadẽtisq; int imbrẽ visa.Ciuitas ob hæc ꝓdigia lustrata est.Lectisterniũ & supplicatio indicta,aliaq; aliis diis placamina decreta,C.Attilius Serranus ꝑtor publice vota suscipe est iussus,si in.X.annos respu.incolumis stetisset. His rite ꝓcuratis Flaminius cõsul designat⁹ edictũ & literas Placẽtiã misit ad cõsulẽ,vt idibus Martiis cũ exercitu Arimini eẽt, hic multis modis offensus erat patribus & populo,iam inde a primo suo cõsulatu,quũ enĩ res aduersus Insubres gereret,nunciataq; essent ꝓdigia q̃dã, ꝙ in Piceno amnis cruẽtis aqs fluxisset , & tres Græcoꝝ effigies circa Ariminũ apparuissent,augures ꝓnunciauerãt consules eo anno vitio creatos,publicæ ꝓinde literæ ad eũ & collegã datę,vt Romã cũ exercitu redirẽt,cõsulatuq; se abdicarẽt.Flamini⁹ nõ pri⁹ paruit,q̃ cũ hoste collatis signis cõflixisset,ꝓsperęq; ea pugna Romanis cessit,vt loco nõ multũ hinc diuerso est significatũ. Quia igit cõtra auspicia pugnasse credebat, publicisq; literis haud ab initio paruisset,nemo redeunti ꝓcessit obuiã,triũphũq; priuat⁹ egit,añ tꝑs se magistratu abdicare coactus.Residua igit in patres ira,se adiutorẽ ꝑbuit C.Claudio Trib. plæbis,qui legẽ tulit ad populũ,neqs senator senatorisue pater maritimã nauem haberet,q̃ plusq̃. CCC.esset amphoraꝝ capax,satis eã esse rat⁹ ad fruct⁹ ex agris cõuectãdos,oẽm aliõq ꝑfib⁹ q̃stũ indecoꝝ.Ea lex vt erat popularis,nõ authori tantũ , sed suasori etiã apud plæbẽ fauorẽ conciliauit,secũdũq; illi cõsulatũ peperit,ob hæc ille inuisus patrib⁹ atq; eisdẽ infensus,nequa religio se in

Scipiõis successus in Hispania.

Hãno a Scipione supat.

Prodigia.

Flaminius consul.

Lex flaminia.

vrbe moraref.priuatus clā in pūinciā abiit,qđ vbi palā est factū,fremere vniuersus ordo C. Fla-
minii nō cū Senatu solū,sed cū diis etiā īmortalib⁹ bellū gerere:Q. Terētius & M. Antistius ad
eū missi sunt,qui illū religionis & auspiciorū,quę ex vrbe in pūinciā deferēda erāt, publice admo Flaminii p̄
nerent,qbus nō modo nō paruit,sed cōfestim cōsulatu Arimini inito,cū quatuor legiōib⁹ in He uicacia.
truriā pfectus est,eratq̧ iā vernū anni tp̄s,quū Hānibal iterū ex hibernis egressus in Herruriam
& ipse iter intēdit,qđ ip̄m vt aliquāto maturi⁹ faceret,capitales Gallor̄ hortabanf insidiæ,horū
reguli vbi suā terrā belli sedē factā viderūt,auerso a Romanis in Poenū odio, in ducē ip̄m plures
simul ac sępius cōiurarūt.Nec interim alia res magis illi saluti fuit.q̄ cōiuratorꝝ infida societas,
q̄ ea leuitate qua cōsenserāt cōsensum ip̄m indicauere,qua gētis pfidia Hānibal instruct⁹, sępius
vestē mutādo,caputq̧ varie tegēdo,insidiātiū est cōsilia frustrat⁹.pīculi ergo declinandi causa &
quia iam phama erat Flaminiū cōsulē Aretiū venisse,breuissimū iter Hānibal ingressus,per palu
des,qua Arnus fluuius inter Apoenini āgustias labif,ducere est adortus. Orif Arnus ex Apoeni Arnus flu
no,interfluitq̧ Fluētiā vrbē Hetrurię clarissimā,mox priusq̄ ad mare fit vētū Esari fluuio miscef,
tanto aquarū assultu,vt in ripis stātes sese ex aduerso intueri nequeant. Fluebatq̧ tū forte Arnus
plenius solito.Aphri & Hispani,&.qđ veterani erat exercit⁹ robur cū suis īpedimētis p̄ibāt, seq̄-
baf Gallorꝝ agmen,nouissimi ire eqtes, Mago cū Numidarꝝ ala cogebat agmen , p altū limum &
pfundas fluminis voragines traducebaf exercitus,multi fesso corpore, vbi semel alto erāt coeno Difficile
immersi,neq̄untes se attollere,iter ipsas iumētorꝝ & sarcinarū strages expirabāt , ac maxime oīm Hannibalis
vigiliæ militē conficiebant,q̄ triduū,& tres noctes tolerarę,quum oīa aquis obtinentibus in sicco iter.
fessa sterni corpora nō possent,congestis in aquas sarcinis supincūbebāt aliqui, aliis stratorū pas-
sim iumentorum aceruii ea parte,qua aquis extabant,ad quietē parui tp̄is dabant cubile.Ipse dux
elephanto qui vnus superat sedens,vt alti⁹ extaret aq̄s,nocturno humore,palustriq̧ coelo caput
grauantibus,quū neq̧ locus,neq̧ tp̄s medēdi esset,altero est oculo captus, ad postremum multis
hoībus & iumentis foede amissis,Poenus imperator paludibus emersus,in sicco castra posuit, ide Oculo capif
oībus diligenter exploratis,& vbi esset consul,quæ cum illo copiæ,qua potissimum parte in hosti
um fines irrumpendū,eā Herrurię partem,quę inter Fesulas iacet & Aretium, omniumq̧ rerum
copia abundaret,inuadere constituit,omnium primū Flaminii cōsulis temeritatem secutus,cui⁹
ingenium ne hosti q̄dem erat ignotum:Fesulas progressus mittit qui subiectos campos late incē
diis & cędibus foedarent,ac q̄ maximam possent Romanorum oculis vastitatem ostenderent.Fla
minius qui ne Poenis quidē quiescentibus,ipse quieturus erat , vbi sociorum res ante oculos va-
stari vidit,quum legati & alii,qui consultāti aderāt,cēserēt alterum consulem expectandum , in-
terea equitatu & auxiliis leuis armaturę arcendam hostium populationem , iratus ex concilio se Flaminii p̄
proripuit,signūq̧ itineris ac pugnæ militibus proposuit,quin clamitans ante Aretium sedeam⁹, ceps inge-
hic patria,hic penates sunt ! Hannibal interim Italiam populef, Romam capiat,vt sicut olim ex nium.
Veiis Camillus,ita nunc Flaminius ex Aretio ad patriā ex hoste repetendam accersaf ! Hæc ille
vociferans,quum iratum plenus equum ascendisset,eo repente collapso in caput ad terram effu-
sus est.Nunciaf inde signa nulla vi molientis signiferi reuelli posse,num inq̄t conuersus ad nun-
cium,& tu literas a Senatu affers,quę me in pugnā descendere p̄hibeāt! Abi & dic vt signū effo
diāt,si ad cōuellēdū man⁹ torpescūt.Hæc mādat,atq̧ vna iter ad hostē intēdit.Insinuat se Corto
nensis agri mōtibus Trasimenus,viaq̧ angustior int̄ vndas,lacus,& montes relinquif trāsire vo- Trasimenæ
lentibus,q̄bus egressis latior se pādit cāpus,vndiq̧ fere collib⁹ circūdat⁹,p̄terq̄ a frōte,q̄ planities angustię.
lacu alluif,hūc lacū insidiis aptū Hānibal cōspicatus,in aperto cum Aphris & Hispanis castra lo Stratage-
cat,post mōtes leuē armaturā cū auxiliarib⁹ circūdedit,eq̄tes ad ipsas fauces mōtis tumulis apte ma Hanni-
tegentibus iubet cōsidere,vt quum Romani fauces euasissent,a tergo angustias improuiso occu balis.
parent,ita vt oīa aqua & mōtibus & armis vno tp̄e clauderenf.Flaminius,qui hostē e vestigio se
quebaf,quum circa solis occasum ad lacum p̄uenisset,postridie inexplorato angustias euadit,cui
egresso id hostiū prius occurrit oculis,qđ in ap̄tis sedebat cāpis,mox a tergo & a laterib⁹ detectę
insidię & clamor vndiq̧ redditus.Perculit Romanos īprouisa res,auxitq̧ pauorē nebula ex p̄ximo
lacu in planitiē effusa.Erāt Poeni ex īsidiis coorti int̄ se satis cōspicui,quū altiora loca tenerēt,vt
vno tp̄e in subiectos hostes decurrerent . Romani cōtra oīm sibi rerū p̄spectu adēpto ad strepitū
& clamorē vertebant ferri aciē,q̄q̄ ab initio tātus pauor aīos inuaserat,vt vix man⁹ ad sustinēda
tela sufficerēt.Hānibal postq̄,vt petierat,hostē vndiq̧ clausum habuit,aciē ex aduerso mouit.Plu
rib⁹ itaq̧ locis vrgeri coepat Romanū agmē,q̄ vt acies īstrui,aut arma aptari potuerit. Flamini⁹ Flaminij
cęteris metu p̄culsis,ipse,vt in re trepida,nihil territ⁹,suos alacri voce hortari,atq̧ ex oī p̄te, quæ ferocia-

reddebatꝰ hostilis clamor,aciē instruebat,stare suos,fortiterꝗ pugnare iubet,virtute ac vi,nō preci-bus & votis inde euadēdū,ꝑ medios hostiū cuneos prūpendā viā,quo plus audaciç adesset,eo mi nus piculi.Sed neqꝫ hortatio neqꝫ impiū,prç nimio strepitu exaudiri poterat,tantūqꝫ aberat vt ad ciendā pugnā animꝰ cōpeteret,vt ne arma qdē,vt dixi,ab initio miles satis valide tractaret, one-rareturqꝫ illis potiusꝗ tegeretꝰ,exaudiri interim vulnerū ictus,& gemitꝰ morientiū,eratqꝫ maior au rium ꝗ oculorum vsus.Hic quū passim Romani cæderentꝰ,conati sunt pluribꝰ locis vi prūpere,qđ vbi id frustra sępiꝰ tētatū est,desperatio aīos ad pugnā accēdit,ac tū atrociter aliqdiu est dimicatū; nec pugna talis fuit,qlis instructa acie esse solet,sed vt fors aut hos , aut illos in arctū cōpulit,ita acriter ꝑliū inibatꝰ,fuitqꝫ interim tāta ītēsio aīorū,dū hi de vita,illi de victoria dimicāt , vt quū eo ipso tpe adeo vehementi mota sit terra,vt plerqꝫ Italiæ vrbes magna sui parte corruerint, nemo tū pugnātium senserit eū motum,tris circiter horas dimicatū,vbiqꝫ atrociter, sed circa cōsulem maior ꝗ alibi pugna fuit,cum robora viroꝝ seqbantꝰ,& ipse qcunqꝫ suos degrauari senserat , īpi-gre ferebat illis opē,hostē etiā cōminꝰ petebat,quē fortiter dimicantē Insuber eques,Ducario fuit illi nomē,lācea trāsfixit.Triarii obiectis scutis corpus ꝓtexere,ne ab hoste spoliaretꝰ. Verū amisso duce haud multo post fuga ab iis q eum cadētē viderāt,orta est,inde passim remissa pugna diffu giṫ quocūqꝫ metus aut occasio spē ꝑbebat,in mōtes,in lacū abeunt, viri eqꝗ alii sup alios ꝑcipitā tur.Multi q in lacū refugerāt capitibꝰ aqs extabāt,hos Pœnꝰ eques insecutꝰ,passim ferro cōficit, pleriqꝫ in altos fluctꝰ nādo euasere,sed deficiētibus mēbris,paulatī ad littus relati,ab hostibus fer ro excepti pierunt:sex milia ferme,q in primo agmine steterunt,eruptiōe ꝑ aduersos hostes impi gre facta,ignari oīm ꝗ post se fierēt,ex saltu euasere.Cōsedit id agmē in ꝓximo tumulo euētū pu gnç expectās quum interim in dēsa caligine tātū aurium sensus vsus eēt.Verū vbi nebula sole de pulsa,mōtes in liqda luce,planiciesqꝫ romanā aciē fœde ꝓstratā ostēdere,tam sæua clade pculsi,ꝓ-sentisqꝫ periculi simul admoniti,ne in ꝓximo cōspecti ab hoste opprimerentꝰ,sublatis signis,ꝗ citis simo potuerunt agmine,sese in ꝓpinquum vicum ꝓripuerꝰ.Eos Maharbal ab Hānibale missus se quenti nocte eqtibus assecutꝰ,vndiqꝫ circūsessos,data fide fore vt traditis armis, cum singulis ve stimētis incolumes dimitteret,deditos contra fidē in castra reduxit.XV.milia Romanoꝝ ea acie cęsa dicunꝰ,totidē & amplius,vt Polybius ait,capta,decē milia diuersis itineribus Romā petiere, ad.LX.hoīm milia ꝑlio cōflixerāt,hoꝝ qtuor vrbanæ legiōes fuere,cæteræ auxiliares socioꝝ co-piæ,mille & qngenti hostium eo die cęsi,ac postea multi vtrinqꝫ vulneribus sunt absumpti. Hāni bal captiuos latini noīs,& alios Ro.socios benigne appellatos sine pcio dimisit,iussitqꝫ eorum pri cipes q in pugna pierant sepeliri,& vt saucii diligenter curarentur,dedit operam, testatus venisse se,non vt Latinis & cæteris Italię populis bellum inferret,sed vt supbissimo Romanoꝝ dñatu Ita liā liberaret,& hęc Pœnus ad cōciliādā clemētiæ phamā,quū fero alioq & īmani esset īgenio. Fla minii corpꝰ ad sepulcrum reqsitum inueniri non potuit. Romę ad primum tātæ cladis nuncium ex tota vrbe cum trepidatione in forum est cōcursum,alius aliū sciscitari,ecquænā clades nuncia ta esset:qñ,& vbi accepta.Cæterū quū nihil certi traderetꝰ,multitudo ingens in comitiū & curiā versa,magistratus euocabat:tū haud multū añ solis occasum,M. Pōponius ꝑtor vrbanus ad po-pulum egressus,magna inquit Quirites pugna victi sumus,ad quā vocem tātus terror & tumul tus ortus est,vt non minor animorum consternatio Romę,ꝗ in prælio fuerit.Peruasit rumor ci-uitatem,cæsum consulem cum magna parte copiarū.Sollicita & anxia multitudo postero die se-se ad portas effudit viri ꝓmiscue & fœminę,ꝗ suoꝝ fortuna esset exploraturi,varii hic sciscitanti um affectus,vt quisqꝫ de suoꝝ morte,aut vita,certior factus esset,mulierum multo maiores plan ctus & gaudia extitere,quarū vna filiū eximprouiso intuita,in eiꝰ cōplexu expirasse dicitꝰ,altera fi lii morte falso nunciata,quū mœsta domi sederet,atqꝫ ille icolumis ad eā irrupisset,subita lætitia velut ruina quadā oppssa,cōfestim exanimata est. Accessit Trasimœnæ cladis cumulo alia recēs iactura,quatuor milia equitum qui a Gn.Seruilio sub id tps,quo male pugnatum est , ad collegā mittebantꝰ.C.Centonii ductu,ab Hānibale in Vmbria circūuēti,in hostiū potestatem venere.His igitur cladibus alia super aliā ciuitas afflicta,ad vnicū reipub.remedium confugit,& quia consul aberat,Dictatorem,qđ nunꝗ antea fieri cōtigit,Q.Fabium maximū populus creauit,nisi prodi-ctator ille potius fuit,qđ & Liuius suspicari mihi videtꝰ.Is quācunqꝫ est potestatē adeptus, magi-strum equitum M.Minutium Rufum dixit.His negocium datum,vt muros & turres vrbis fir-marent,Præsidia quibus locis videretur,disponerent , pontes fluminum rescindi iuberēt,pro vr-be iā inde dimicādū,vbi Italia defēdi nō posset,vsqꝫadeo martius ille Po.Ro.vigor pręsenti clade conciderat.Pœnus interim Spoletum vsqꝫ per Vmbriam venit, quam vrbem oppugnare adortꝰ

Ad Trasimœnū Romanorum cædes.

Terræmotꝰ

Flaminii casus.

Rom. fuga.

Cæsorum numerus.

Simulata Pœni clemētia.

Duę matronę lętitia extinctæ.

cum multa suorũ cęde est a moenibus repulsus. Sedet Spoletum in ipsis faucib⁹ Vmbriæ, cui arx imminet & opere & natura insignis, acre & bellicosum genus hominũ, vt Romanos colonos cognoscas. Hannibal ex vnius colonię oppugnatione parũ prospere tentata secum reputãs, quanta esset ipsius vrbis moles, in Picenũ agrũ iter auertit, vbi aliquot dies statiua habita, regioneq; interim populationibus fœdata, per Preputianũ agrũ, & Adrianũ populabundus in Marsos trãsgressus est. Marrucinis inde & Pelignis pari clade affectis, circa Arpos & Luceriã consedit. Seruilius qui in Gallia erat, vbi collegã cũ exercitu cęsum audiuit, veritus ne se absente victor hostis ad vrbem oppugnãdã accederet, ex Gallia citato agmine Romam venit. Fabius interim patribus author fuit, vt decẽuiri Sibyllinos libros inspicere iuberent, quorũ monitu ipse dictator Erycinæ Veneri ędẽ vouit, Attilius ꝑtor Menti. Sunt & Marti sua vota nuncupata, & ver sacrũ Ioui votũ, si respub. in quinquẽnium eo quo fuerat, mansisset statu, vt qcqd ver vnum ex Ouillo, Suillo, & Caprino tulisset grege, id Ioui sacrũ esset. Supplicatio adhęc & Lectisterniũ indictũ. Et quũ per hæc satisfactũ religioni videretur, Fabius duabus vrbanis legionibus cõscriptis, via flaminia Seruilió veniẽti obuiã progressus, circa Otriculũ agmẽ intuitus ad cõsulẽ misit, vt ad se sine lictoribus veniret, paruit ille dicto, quę res venerandam magistratus ꝓpemodũ vetustate aboliti, speciẽ ciuiũ & sociorũ qui aderãt, animis astruxit. Quũ dictator adhuc ibi esset, literę ex vrbe allatæ sunt, quę significabãt onerarias Romanorũ naues, quæ in Hispaniã cõmeatũ ad exercitũ vehebant, a punica classe circa Cossanũ portũ in ora Hetrurię captas. Quo nuncio ꝑmotus dictator, Seruilium cõsulẽ Ostiã ire iubet, atq; nauibus quę ibi erãt, milite instructis, hostẽ ꝑsequi. Ipse cum exercitu Tybur primo, quo diem nouo militi vt veniret edixerat, Pręneste inde profectus, transuersis itineribus in latinã viã egressus, non nisi explorato ducens, haud procul Arpis in cõspectu hostiũ consedit. Hãnibal postridie structa acie Romanis pugnę copiam fecit, vbi vero oĩa apud illos quieta vidit, increpãs, victus est inqt martius ille Romanorũ anim⁹. Iã Pœnis de virtute cõcessum est. Hæc ille verbis, anim⁹ vero tacita cura ꝑculsus est, vbi sensit Ro. populũ suo malo edoctũ, parẽ sibi ducẽ qũsiuisse. Castris inde huc illucq; sępius trãslatis, nũc ꝓcul abeũdo, nunc eodẽ, vñ digressus erat, reuertẽdo Fabio insidiari. Ille ꝑ ardua loca ducẽs, neq; ab hoste vspiã abscedere, neq; cõgredi, non nisi ex tuto lignari pabulariq; suos permittebat, nullã insidiãdi occasionẽ hostibus relinq̃re, incidebantq; interim leuiora prælia, quę non nisi ex occasione commissa, plurimum prospere Romanis cedebant, fiebatq; per hęc in dies miles audacior & magis cautus ad hostium artes eludẽdas. Cæterũ quãtũ Fabii prudẽtia hostẽ sollicitũ habebat, tantũ Minutiũ magistrũ eqtum infestũ, q cũctatorẽ pro dictatore, segnẽ pro cauto, ꝓ circũspecto timidum, vicina virtutibus vitia affingẽs, appellabat. Transiit interim Hãnibal ex Arpis in Sãniũ, Beneuẽtanũq; agrũ depopulatus, Telesiam vrbẽ vi cepit, quũ nulla interim sociorũ iniuria Fabiũ impelleret ad aliqd temere agendũ. Edoct⁹ interim fieri posse, vt si in Cassinatẽ agrum duceret, occasio aliqua daret trahendi hostis in insidias sociis auxiliũ ferẽtis, duci imperat, vt se in Cassinatẽ agrũ ducat. Vox barbara effecit, vt dux pro Cassino, Casilinũ acceperit. Per Alifanũ igit Calatinũ & Calenũ agrũ in cãpũ stellatẽ descendit. Hic vbi Hãnibal oĩa montibus & fluminibus inclusa intuit⁹ est, vocatumq; ad se ducẽ rogat, in quẽ se locũ ꝑduxisset, respondit ille Casilini eo die cum exercitu futurum. Tum vero cognitus est error, duceq; ad aliorũ terrorẽ in crucẽ sublato, ipse quo dep̃hensus erat loco metatur castra, Maharbalemq; cum Numidarum ala in Falernum agrum prędatum mittit. Processit ea populatio vsq; ad Sinuessanas aquas, maiorq; fuit terror q̃ clades. Hannibal Vulturnũ ꝑgressus, amœnissimum Italię agrum, in cõspectu Romani exercitus, ferro & igni populatur. Consederat Fabi⁹ ad radices Massici montis, ostendebatq; se tantum hosti, q̃ cunctatio, quũ per se parũ grata erat militibus, tũ Minutii obtrectatione multo inuidiosior, ita vt parũ res a seditiõe abesset. Exaudiri itaq; militũ q̃relę dictatoris segnitiẽ ꝑscindentiũ. Fabius etsi satis cõpertũ habebat cunctationem suã nõ minus Romę q̃ in castris infamẽ esse, obstinatus tñ reliquũ ętatis suis artibus extraxit. Et iam hyems appetebat, Hannibal locorum naturã secum cõtẽplatus, quę magis p̃sentis voluptatis erant, q̃ perpetuæ copię, aliũ hibernãdi locum circũspicere cœpit, quæ vbi indicio sunt ad Fabiũ delata, ratus fore, vt per easdem Pœnus angustias qbus intrauerat abitur⁹ esset. Callicanũ montẽ & Casilinũ, modicis occupat pręsidiis. Casilinum Vulturnus amnis intersecat, Falerni agri Cãpanięq; cõfinium. Ipse eisdem iugis qbus antea ducens e vestigio sequit: mittit pręterea. CCCC. equites sociorũ exploratũ cũ L. Hostilio Mãcino, his mãdatũ erat, vt quãtũ tuto possent, hostium consilia & processus explorarẽt. Incidit ala hęc in vagos Numidas, quorũ paucis per occasionẽ cęsis, cęteri, sua arte, nũc cedẽdo, nũc ferociter in pugnã redeũdo, Mãcinũ & alios minime mãdatorũ

Spoletum. Seruili tedi tus ex Gallia. Vota. Ver sacrũ. Fabii prudentia. Tacita Hãnibalis cura. Minutii temeritas. Error ducis. Fabii constantia. Fabii cõsiliũ. Mancini temeritas.

Fabii memores cũ multa equorum fatigatione in sua ꝓpemodũ castra pertraxerunt. In eos Carthalo equitũ pfectus cum recenti equitatu inuectus ꝑ quinq̃ ferme milia passuũ fugiẽtes est secutus. Ibi Mancinus nullũ vrgẽdo finẽ fieri intuitus, q̃ circa erãt cohortat⁹, manũ cũ hoste cõserit. Sed pauci pro hostiũ numero & fessi momẽto tpis ferro pſternunt. Paucissimi, q̃ fugã occuparãt, in castra ad dictatorem nouæ cladis nuncii peruenerunt. Eodẽ die Minutius se cum dictatore iunxerat, a Taracinensi saltu insedẽdo reuersus, ne Poenus p Appiã viã in Romanũ agrum irrumperet. Postridie castra in viã delata, qua hostis ducturus erat, esto nõnihil vtrinq̃ dimicatũ, magis ex dictatoris q̃ Hãnibalis sententia. Hostẽ gradu summotũ Romanus miles psequi noluit. Sensit Poenus suis se artibus peti, vbi saltum p quẽ venerat ab hoste teneri exploratũ habuit, quia igiẽ p Casilinũ nõ poterat, p Caliculæ iugum euadẽdũ rat⁹, in punicã artẽ conuersus, tale est oculorũ ludibriũ cõmẽtus. Ad duo milia boum in vnũ coegit, qbus sarmẽta cornibus alligat, sub noctem inde armẽto mõtium radicibus admoto, materiã, q̃ cornibus applicita erat, simul incẽdit, simulq̃ boues in aduersum iugum concitari iubet. Hi flãma primo, mox calore exterriti, velut furiis acti, capita quatiẽtes, diuersũ p saltum pcipiti cursu abierunt, vt eodẽ tpe montes & siluę ardere viderentur. Qui saltum præsidio obtinebant, vbi omnia late conflagrare viderunt, ac supra se aliquot ignes vagari, circumuentos se rati, in altos montes abierunt. Tum in palatos boues incidentes, miraculo rei attoniti, paululum substitere, humana demum fraude deprehensa, maiore q̃ antea cura ne circumuenti obtruncarentur, in tutum concesserunt. Hannibal traducto p ocium exercitu in Alifano agro consedit. Sẽsit Fabius nocturnum tumultum, cæterum insidias veritus, in castris vsq̃ ad lucem se tenuit. Inde sub iugo montis diuersa parte prælium fuit, vbi haud dubie clades aliqua erat hostibus accipienda, Romanis eorum leuem armaturam degrauantibus, nisi Hispana cohors corporum & armorum agilitate, per abrupta & confragosa loca decurrens, Romanum militem grauem armis, statariæq̃ pugnę q̃ tumultuariæ aptiorẽ, facile elusisset. Fabius vbi hostẽ vidit e manibus elapsum, saltum transgressus, super Alifas loco alto ac munito cõsedit. Tum Hãnibal Romam se petere simulans, in Pelignos vsq̃ populabundus venit. Fabius mediis locis inter vrbem Romam & Poenum ductare, nec ab hoste abscedens, nec ꝓlio cõgrediens. Ex Pelignis ille retro flexit iter, atq̃ in Apuliam reuersus Glerenum vrbem metu ab incolis relictam occupat. Liuius Gerionem vocat. Dictator in Larinati agro castra communiuit, nec multo post Minutio in castris relicto, sacrorum causa Romam reuersus est.

Astutũ Hãnibalis consilium. *Nocturnũ oculorum ludibrium.* *Fabius sup Alifas facit castra.*

M.ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIÆ HISTORIARVM AB ORBE CONDITO, ENNEADIS QVINTÆ, LIBER SECVNDVS.



Rincipio æstatis, qua hæc in Italia gesta sunt, in Hispania, vbi iam antea terrestre bellum exardescere cœperat, mari quoq̃ est bellari cœptũ. Hastrubal .xv. nauium classe Himilconi tradita, ipse ex noua Cartha. pfectus, prope littus ductabat exercitum, confligere paratus, quacunq̃ parte copiarum hostis occurrisset. Cn. Scipio, audito Pœnorum exhibernis digressu, quia ipsos abundare terrestribus auxiliis cõstãs phama erat, lectissimorum militũ parte in naues imposita, qnq̃ & .xxx. nauium classe obuiam hosti ire pergit. Biduo q̃ Taracone pfectus erat ad stationẽ cõsedit .xx. milia passuum ab Iberi amnis ostio, vbi erat punica classis. Speculatoriæ Massiliensium naues significarunt, punicam classem in ostio fluminis stare. Nec pcul inde in littore Hastrubalem cum exercitu esse. Scipio vt improuiso accessu hostẽ opprimeret, sublatis anchoris ad Iberũ cursum tetendit, ex turribus quibus passim Hispani pro speculis & receptaculis aduersus latrones vtuntur, Romana classe pcul inspecta, datum est Hastrubali signum tumultusq̃ prius in castris, q̃ ad mare fuit. Nuncii inde alii sup alios ab Hastrubale missi, remiges & socios nauales, toto littore sparsos, ad naues subito cõpellunt, Romanã classem haud pcul abesse, cum tumultu & clamore nunciãtes. Mox & Hastrubal cum os exercitu affuit. Magna ibi trepidatio orta remigum militumq̃ in naues ruentium. Vixdum oẽs conscenderant, quum alii resoluunt lora & anchoras euellunt, alii ne anchoræ in mora sint, incisis loris in apertum euadere satagunt. Erat nautis miles impedimẽto, cõtra militi nautę. Sed dũ hi naues, illi arma studio cõparãt, festinãtq̃ poti⁹ q̃ necessaria expediunt, Romani tumultuose superueniunt. Breuis itaq̃ naualis pugna fuit, punicis nauib⁹ circa littora disiectis, milites iuxta ac remiges, quisq̃ pro se ad amicam aciẽ, quæ in littore stabat, perfugiunt. Duæ primo congressu naues captę, quatuor suppressę: Romani etsi hostium agmine

Hastrubalis consilium. *Scipio hostẽ petit.* *Scipio punicam classem profligat.*

totũ littus tenebatur,quinq; & viginti punicas naues,ftatũ puppib⁹ religatas,in altũ pertraxerũt.
Scipio post eã victoriã omni ora maritima potitus,Onustam vrbem vi captam diripit,nouã inde Carthaginem delatus, suburbanum agrum circũquaq; populatus est , tecta muro vrbis subiecta flãmæ iniectu cõcremauit.Ad Lõguticã deinceps classis appulsa est,vnde vim sparti ingẽtem ab hoste ad naualem vsum comparatam Romanus imperator sustulit. In Ebusum insulã victrix inde classis transmissa,vbi vrbs caput insulæ biduo frustra oppugnata est , agerq; vastatus,aliquot vicis direptis & incensis.Iacet Ebusus inter Hispaniã & Mauritaniã,ex iis vna quæ a pineo frutice Pytiusæ a Græcis dicuntur,patet quadringentoꝝ stadioꝝ circuitu.Ebusi terra serpentes fugare credit.Gignit & cuniculos populares messem.Constat baleares q eodẽ tractu sunt,aduersus animalis huius prouentum,ab Augusto principe militare auxilium quandoq; implorasse.Receperantq; se Romani ad naues,cum ex balearibus insulis legati affuere,pacem a Scipione petẽtes.Iacent Baleares insulę cõtra Hispanię orã,q̃ inter Taraconẽ & Sucronẽ extẽdit,duæ numero, fundaq; bellicosæ,eas Græci Gymnesias dixere,maior circuitu patet. CCCCLXXX. miliũ passuũ, cẽtũ lõgitudine,distat inde minor.CCL.stadiis,cui⁹ lõgitudo habet trecẽta stadia,circuitus mille &.CC.Scipio in citeriorẽ Hispaniã reuersus,plures dies,oĩm gẽtiũ,q̃ Iberũ accolũt,& ex extrema Hispania legatos audiuit.CXX.populi & ãplius Romanæ ditionis,datis obsidib⁹,facti sunt. Quib⁹ ille successib⁹ elat⁹ cũ terrestrib⁹ copiis ad Castulonẽsem vsq; saltũ ꝓcessit , Hastrubale in Lusitaniã ꝓpius oceanũ cõpulso,fuissetq; reliquũ æstatis quiete actũ,nisi Mãdoni⁹ Ilergetũ regulus,post Scipionis discessum, in pacatũ agrũ sociorũ populi Romani cum suis popularibus hostiliter irrupisset.Misit Scipio in Mandoniũ tria milia peditũ,cũ expeditis auxiliis,quorum aduentu Ilergetes partim cæsi sunt partim armis exuti:Cęterũ motus ille Hastrubalẽ cis Iberum reuocauit,vt Carthaginensiũ socios tueret:Celtiberi,q Romano duci obsides dederãt,ipsi⁹ literis moniti vt in Pœnos arma caperẽt,Carthaginẽsiũ vrbẽ adorti, breui tria ex hostibus oppida vi capiũt, bis inde cum Hastrubale prælio congressi,ad.XV.milia hostiũ interfecerũt,quatuor milibus captis,& cũ his plęraq; signa militaria adempta.Erantq; in hoc statu res Hispanię, quũ P. Scipio,q priore anno consul fuerat,cũ.XXX.longis nauibus,& octo milibus militũ,magnoq; cõmeatu in ꝓuinciam venit,prorogato ei post cõsulatum imperio,Taraconis portum tenuit, magna ciuium sociorũq; lætitia,exercituq; in terrã exposito,Taracone ꝓfectus,cũ fratre iungit,quicũ bellũ deinceps cõcordi animo gessit.Pœnis celtiberico bello occupatis,duo Scipiones Saguntũ ire pergũt. Erant ibi totius Hispaniæ obsides , idq; vnũ pignus Hispanoꝝ aĩos,a Romanorum societate ad quã amplexandã alioqui ꝓpensi erant Hispani,metu arcebat,ne defectiõis culpa filiorum sanguine lueretur.Haud dubie apparebat,si Saguntum Romani recepissent,essentq; parentibus restituti obsides,ipsoꝝ beneficio fore,vt ea res oĩm principũ Hispanię studiũ & amicitiã Ro.Populo cõciliaret.Cæterum Acedux homo Hispani generis,qui tum Sagunti erat , ad Romanos trãsitur⁹, Bostari,q arcẽ pręsidio obtinebat,ꝑsuasit,vt ad Hispanoꝝ animos beneficio occupandos,vltro illis obsides restitueret,expediturũ id rei punicæ demonstrans, si prius q̃ fauor ad hostes aperte inclinasset,populoꝝ & principum studia obsidũ restitutione in pristina fide retinerent , qñ oẽs sibi credi vellent,fidesq; habita fidẽ obligaret.Pollicitus ad id Acedux suam operam, si cura sibi puerorũ domũ reducẽdoꝝ esset delegata.Assensus est Bostar Aceducis cõsilio, tẽpusq; & modũ iter se constituũt.Placuit noctu,ne Romani sentire possent,puerile agmen deductum iri . Ille vero cũ Scipionibus de tota re colloquiũ occulte habuit,ꝓmissaq; obsidũ traditiõe,docuit,qua hora noctis,& qua regione,cum obsidibus ex vrbe egressurus esset,atq; ita velut imprudẽs in insidias delatus,cum pueris in castra perductus est.Obsides non parua Romanorũ gratia, eo ordine , quo a Pœnis restituendi erant,per Aceducem sunt ad suos reducti. Fuisset cõtinuo gratia id meritum secuta,nisi hyems tã Pœnos q̃ Romanos in hiberna concedere coegisset: & hęc in Hispania secũda æstate Punici belli gesta,Fecerat interim in Italia Fabii dictatoris prudentia Romanis cladib⁹ nõ nihil interualli,angebatq; res ipsa Hannibalem vehemẽter,ꝙ hostis bellum ratione non fortuna administrabat.Sed quãtum existimationis ea cunctatio apud hostẽ Fabio pepererat, tãtũ odii & obtrectationis apud suos,auxitq; ꝓsentem inuidiam,ꝙ Hannibal Punica fraude, vt eius morã suspectiorẽ redderet,ab eius agro sibi a perfugis cõmõstrato suos pertinacissime abstineret, adeo callidus imperator in omnes partes,Romanã simplicitatẽ,ne stultitiã dicã,suis versabat artibus. Accesserat huic inuidiæ, ꝙ Fabius sine patrũ authoritate cũ hoste de captiuorũ permutatione trãsegerat.At vtri plures captiuos acciperẽt q̃ darẽt,in singula militũ capita,bina põdo argenti & selibras pẽderent:quũ aliquãto igitur maior foret Romanorum numerus,essetq; summa quæ

Scipio Punicam classem profligat.

Ebusus.

Baleares insulæ.

Scipiõis successus in Hispania.

Mãdonius Ilergetum dux.

P. Scipionis accessus in Hispaniam.

Bostar obsidũ Hispanorum custos.

Hispanorũ obsides restituuntur.

Hannibalis ars.

Fabi⁹ agrũ vendit.

dam argẽti ex publico data, qđ de ea re tardius populus rogaret, filio Romã misso agrũ qui inta∗ctus ab hoste fuerat, vendidit, fidẽq; publicã priuato exoluit impendio: Sed nihil æque ac pugna, q̃ eo absente magis læte q̃ pſpere a Minutio pugnata est, dictatoris morã contemptibilem reddidit. Eo nãq; Romam pfecto, Minuti⁹ quũ ex mõtib⁹ in planũ castra detulisset, cũ Hãnibale apud Gerionẽ ita acie dimicauit, vt primo impetu Pœni sint vsq; in castra fusi: ĩde terrore in Romanos, ob subitã eruptionẽ, verso, ęq̃tũ sit certamẽ. Sed quũ atrociter vtriq; dimicaret, Numerii Decimi Sã nitis interuẽtu q cũ octo milibus peditũ & .CC. equitib⁹ veniebat in Romana castra, iterũ hostes intra vallũ sunt cõpulsi, suis a Pœno trepide receptis, ne ab hoste intercluderent. Cęsa eo die sex milia hostiũ, duoq; castella capta. Romanorũ qnq; milia. Cæterũ pari pene clade vtriq; accepta, va nissimis Minutii literis factũ est, vt velut Fabii cũctatio in mora esset, quo min⁹ cũ hoste debella∗retur. M. Metellus Tri. pl. rogationẽ tulerit ad ppl'm, de æquando dictatori & Magistro equitum imperio. Magno quidẽ studio id Tribunus rogauit, at maiore aliquãto C. Terẽti⁹ Varro rogatio nẽ suasit, homo sordido loco natus, etsi pto r priore ãno fuerat. maxĩo quidẽ studio qđ rogabat po pulus iussit, eã legem oẽs in dictatoris cõtumeliã latã accepe. Ipe qua animi grauitate criminãtes ad multitudinẽ tulerat, eadẽ & ppl'm in se sęuiẽtẽ tulit. Et iã Roma digressus erat, quũ literę a se∗natu redditę sunt de ĩperio ipi & Minutio æquato. At satis fidẽs cũ imperii iure ĩperãdi artẽ ęqri nõ potuisse, aĩo vt ab hostibus ita a ciuib⁹ inuicto in castra rediit. Minuti⁹ quo die primum cum Fabio cõgressus est, eũ coegit vt alternis dieb⁹, aut maiorib⁹ interuallis ĩperarẽt. Negare Fabius oĩa arbitrio vni⁹ cõmittẽda, cæterũ cõmunicatũ sibi cũ illo, non adẽptum ĩperiũ, nec se perpetuo gerendarũ rerũ cõsilio cessurũ, diuisurũ itaq; potius cũ eo exercitũ: vt qñ totũ nõ possit, partem saltem copiarum cõsilio seruaret. Atq; ita illi legiões partiti, Primã & quartã Minutius, secũdã & tertiã Fabi⁹ est sortitus. Pari ratiõe auxilia sociorũ ex ęquo diuisa. Minuti⁹ copiis ĩ hũc modũ diuisis, diuerso a dictatore loco castra cõmuniuit. Nec multi inde dies ĩterfuere, Hãnibal, quẽ ni∗hil eorũ pteribat, quæ in Romanis castris fiebant, ad Minutiũ capiẽdũ quiq; milia hoĩm in anfra ctu vallis, vbi cauę quędã erãt rupes, noctu in insidiis locat. Inde qđ certo futurum sciebat, vt om nibus suis conatib⁹ a Minutio ferociter iretur obuiã, ad tumulũ q medius erat inter vtraq; castra capiẽdũ prima luce mittit. Apparebat, qui prior locũ cepisset, oĩa hosti ĩiquiora facturũ. Vbi Pœ ni in colle cõspecti sunt, etsi multi eos sibi depellendos deposcerent: Minutius inter primos, stolide hostẽ increpãs, leuẽ in Pœnos armaturã dimitit. Mox conserto prælio, & eqtes, postremo ĩpe cum legionib⁹ successit. Hannibal alia atq; alia mittẽs auxilia iam iustam explicauerat aciẽ, leuis Ro∗manorũ armatura iniquo succedens loco, sub initiũ pugnę ad eqtes repulsa est, terror ĩde & equi tes ad signa legionum compulit, stabant tñ legionarii in acie, sua vi subnixi, quum ex obliquo ho∗stes ex latebris coorti clamorẽ extollũt, qui a lateribus & a tergo incursantes, tãtum terrorẽ Ro∗manis intulerant, vt neq; animus ad pugnã, neq; ad fugã pedes cuiq̃ supeteessent. Tum Fabius vbi rem in apertũ discrimen adductã vidit, haud citius inquit q̃ timui temeritatẽ fortuna deprehẽ∗dit. Iã Minuti⁹ Fabio æquatus, Hãnibalẽ virtute & fortuna videt supiorẽ. Sed aliđ succẽsendi tẽ∗pus erit, in Pœnũ cursum tendite, victoriã e manibus extorquete hostibus, erroris confessionem ciuibus. Iã multis cæsis, aliis fugã circũspectãtibus, Fabiana acies velut cœlo demissa auxilio sese obtulit. Vix ad iactũ teli ventũ erat, quũ suos a fuga, hostes a cæde cõtinuit. Et iã ex duabus vna acies facta ferocius prælium inibat, quũ Hannibal receptui cecinit, fassus ab se Minutiũ, se a Fabio eo die victum. Sunt qui scribant dixisse eum semper futurum putasse, vt nebula illa quæ tandiu in montibus sederet, fœdã sibi aliquãdo effunderet procellã. Posteaq̃ vtriq; in castra reuersi, Mi∗nutius vocatis ad se militibus, Credo vos inquit milites aliquãdo audiuisse, Primũ esse virum eũ qui per se ipse cõsulat, quid in re sit. Secundũ qui recte cõsulẽti obediat. Qui nec consulere sciat, nec parere, hunc extremę sortis esse. Nũc quia prior illa virtus nobis negata est, alterã saltẽ tenea∗mus, vt quoad imparare didicerimus, prudẽtioribus parere in aĩm inducam⁹, cũ Fabio iterũ castra iungere constitui, & quũ signa ad eius prætoriũ statuerimus, egoq; dictatorẽ patrem salutauero, quod & bñficio eius erga nos & maiestate dignũ est, vos milites, quorũ virtute salus vestra hodie defensa est, patronos appellabitis, atq; ita si nullã aliam laudẽ gratorũ certe animorũ hic dies no∗bis gloriã afferet. Signo deinde dato ad dictatoris castra agmine cõfestim itur. Mirari Fabius, & q circa illũ steterãt, Minutii & aliorũ accessum. Vbi vero signa in cõspectu substitere, magister eq∗tum dictatorẽ ipsum patrẽ appellauit, cæteri Fabianos milites, vt fuerat præceptũ, patronos vo∗cant. Tũ Minutius parentibus inquit meis, quibus te Fabi nomine, quo potui, fando æquaui, tan∗tum vitã debeo, tibi quum meam salutem, tum horum omnium, qui mecũ in acie descenderant,

Prospa Ro. pugna.

Æquatũ im∗periũ dicta∗tori & magi stro equitũ.

Fabi⁹ & Mi nutius par∗tiũt copias.

Hannibalis ars in Minu tio capiẽdo.

Verba Han nibalis de Fabio

Minutii cõ cio.

Exẽplũ gra∗titudinis in Minutio.

Plebiscitũ igitur,quo oneratus sum magis q̃ ornatus,primus omniũ antiquo atq; abrogo, & q̃d
tibi mihiq; atq; vniuerso exercitui bene vertat,sub ĩperiũ auspiciũq; tuũ redeo,legionesq; resti-
tuo. Tu precor mihi & aliis placat⁹,me magisterio equitũ apud te fungi,hos pristinos ordines te
nere patiaris. Tum dextrę iũctę,milites q; missa cõciõe inter se hospitaliter ĩuitati,ac lętus dies ex
tristi,ac ppemodũ funesto,est factus.Phama eius rei Romã plata multũ laudis attulit Fabio,lau- Fabii authoritas.
dare oẽs ipsius viri prudẽtiã,optimũq; imperatorẽ pdicare.Nec minor de eo opinio apud Hanni
balem & Poenos esse,nihil obscure pdicantes,sentire se iã demũ cũ Romanis sibi,& reliquã Italia
bellũ esse.Dũ hęc in Italia gerebant,Seruilius cõsul,cui a Fabio data fuerat prouincia hostiũ ma
ri insectãdorũ,Corsicę & Sardinię orã pręteruectus,in Aphricã trãsmissur⁹ Menigẽ insulã inua- Menix insula.
sit.Insulani.X.talentis argenti cõsuli datis,vt ab agrorũ populatione abstineret impetrarunt.Est
Menix ad alterũ minoris Syrtis pmõtoriũ,ipsam Syrtim Lothophagitim cognomine dixerũt, &
Menigẽ Lothophagorũ terrã quidã credidere,qa in ea Vlyssis ara ostẽderet,& Lothos arbor illic
plurima.Scio ego ex illustribus scriptorib⁹ quosdã,& in his Piiniũ Lothũ non arborẽ,sed hærbã Lothus.
arbitrari.Menigẽ vsq; sentit vicinæ Syrtis fluxus.Hinc classis digressa Aphricę littoribus est ad
mota.Hic milites sociiq; nauales inexplorato ad agrorũ populationẽ missi in hostiũ insidias inci-
derũt,quo factũ est,vt cũ multa cæde & trepidatione ad naues cõpulsi sint, mille hoĩm & cũ his
Sempronio Bleso quęstore amissis.Classis ex infesto littore pfecta in Siciliã rediit,qua Attilio pe
tori tradita,vt ab eius Legato P.Sura Romã reduceret,ipse cõsul pedibus Messanã pfectus freto
in Italiã traiecit,quo quũ venisset,literis Fabii dictatoris in castra cũ M.Attilio collega,qui in Fla
minii locũ fuerat subrogatus,accersitus est.His Fabi⁹ finito semestris dictaturę tẽpore legiões re Fabi⁹ dictaturã se abdicat.
stituit,quo tẽpore Hãnibal ad tãtã cõmeat⁹ erat inopiã redactus,vt cõstitutũ haberet,si noui co
sules Fabiana arte bellaturi essent,nulla spe alendi exercitus amplius relicta,in Galliã cũ oĩb⁹ co-
piis abire. Interim veteres consules hibernaculis ad tempus cõmunitis,nisi ex tuto aut per occa
sionẽ omni alioqui certamine abstinuere.Et iã impẽdente hyeme bellũ ad Gerionẽ,siue vt Poly-
bius scribit,Geroniũ cõsederat.Legati per id tempus a Neapoli Romã venere,ab his quadragin-
ta aureæ pateræ magni põderis sunt in curiã allatæ,atq; ita verba facta, vt dicerẽt magnitudine Legatio & munera.
belli q̃d in psentia gereret,ærariũ Po.Ro.in dies magis exhauriri,æquum proinde Neapolitanos
censuisse,qũ pro vrbibus & agris sociorũ pro capite & arce Italiæ vrbe Roma bellũ gereret, si q̃d Neapolitanorum.
auri sibi a maiorib⁹ ad fortunæ subsidiũ esset relictũ,eo populũ Ro.iuuarent.Gratũ sibi patres &
omne Romanum nomẽ facturũ,si oẽs Neapolitanorũ fortunas suas ducerẽt,dignosq; iudicarẽt,
a quib⁹ psens donũ,eo animo quo daret,acciperẽt.Legatis gratię actę,pateraq; minimi põderis ac
cepta est.Per eos dies explorator Carthaginẽsiũ,q̃ bieniũ Romę fefellerat,dephensus, pcisis mani
bus,dimissus est,quinq; adhęc &.XX.serui in crucẽ sublati,qui in cãpo Martio cõiurasse dicebã-
tur,indici libertas data,& XX.M.grauis æris.Legati ad Philippum Macedoniæ regem missi,qui
Phariũ Demetriũ a se bello victũ reposcerent.Alii in Liguriã ad expostulandũ q; Hannibalẽ suis
auxiliis iuuissent,& ad Pineũ regẽ in Illyricũ ad stipendiũ ab eo accipiẽdũ.Adeo medio etiã ardo
re belli Romani in multas terrarũ partes curas partiebant.Ædes cõcordię quã L. Martius biẽnio
añ in Gallia seditiõe militari vouerat,in arce faciẽda hoc anno a Gn. Puppio Cęsone,& Q.Fla- Ædes concordiæ.
minio locata est.Creati inde cõsules,C.Terẽtius Varro insectatione patrũ plæbi cõciliatus, & L.
Æmylius Paulus.Prętores,M.Claudius Marcellus in Siciliã,& L.Posthumi⁹ Albinus in Galliã.
Scriptę in supplemẽtũ nouę legiões,vt milia septẽ & octoginta armatorũ sub signis cõsules habue
rint quũ paulo post ad Cãnas est dimicatũ.Prodigia eo quoq; anno aliqua facta dicunt. Romę in Prodigia.
Auẽtino & Aricię lapidib⁹ pluit,& in Sabinis aliquot signa cruore sudasse creditũ.Legati ex Pe
sto pateras aureas Romã attulerũt,his vt Neapolitanis respõsum nec aurũ acceptũ.Ab Hierone
legati p eos dies ad patres missi nũciarũt,regẽ grauiter tulisse casum Flaminii cõsulis,cędẽq; ex-
ercitus ad Trasimenũ acceptã.Cęterũ multo id grauius laturũ fuisse,si nõ exploratã haberet ma-
gnitudinẽ populi Ro.q̃ admirabilior in aduersis reb⁹ esset q̃ in psperis.Missa tñ a se oĩa quibus a
bonis fidelibusq; sociis bella iuuari soleãt.Primũ ominis causã victoriã aureã pondo. CCC.XX. Hieronis
accipetent,eã ppriã ac perpetuã haberent,aduexisse se præterea.CCC.M.modiorum tritici. CC. munificentia in Ro.
hordei,& quãtũ ꝑterea iussissent posteã subuecturos.Scire adhæc milite equiteq; non nisi Roma
ni aut Latini nominis Po.Ro.vti,auxilia leuis armaturæ exteri generis vidisse se aliqñ in Roma-
nis castris,mitti ppterea a se mille sagittariorũ funditorũq; manũ aduersus Baleares Maurosq;
non inutilem,monere insuper vt prætorem,cuius Sicilia prouincia esset,cum classe in Aphricam
transmitterent,vti hostes & ipsi in sua terra bellum haberent,minusq; laxamẽti illis esset,ad sup

plemētū Hannibali summitteñdū. Legatis responsum est boni egregiiq; socii Hieronem esse, atq; iā inde ex quo in amicitiā Po.Ro. venisset nihil in eo desideratū, qđ ab amico & socio fidelissimo prestari potuerit, esse pinde eius munificentiā Po.Ro. perinde ac deberet gratā. Victoriā in Capitolio se dedicaturos, omen ciuitati gratissimū. Frumentū inde & funditores nouis consulibꝰ dari. Naues. V. & viginti Octacilii classi addite, pmissumq; vt si expedire reipu. arbitrarenť, i Aphricam transmitteret. Milites tum primū a Tribunis iureiurando adacti sunt iussu cōsulū se cōuenturos, nec acie aut signis abscessuros eorū iniussu, quū ad id tps tantū sacramēto adigerenť. Cęterū ipsi inter se cēturiati milites, equites decuriati iurarēt, fugę aut formidinis causa non abituros neq; ex ordine decessuros.

Iusiurandū militare.

Et quū iā cōsules ad bellū pfecturi essent, audirēturq; Varronis consulis conciones ferocissimę futurę temeritatis indices, fore vt paucis diebꝰ q̄ in castra venisset, vt Po.Ro. audiret debellatū esse cū Poeno in Italia, hāc hoīs vęcordiā, quū alii plerįq;, tū Fabius vt pnciolosam reipu. auersatus, pro magno habuit negocio Æmyliū cōsulem quē saniore ingenio nouerat, etiā atq; etiam monere nequid temere ex ea bellādi ratione quā ipse instituisset, & priores cōsules post se diligēter seruassent mutari pateretť: aut vnā illā viā esse prędicās hostis ex Italia eiiciendi, aut nullā supesse aliā q̄ ad resistendū illi tuto iniri posset.

Varronis vanitas.

Fabii prudentia.

Nec pateretť se collegæ temeritate distrahi, nec infamiæ sinistri ve rumoris metu eo adduci, vt temere aliqd auderet. Ius sępe a veritate laborare, extingui vero nūq̄. Gloriā sępe spretā cumulatiorē redire. Sineret se timidū p cauto, tardū p cōsiderato, imbellē pro perito belli a suis vocari, modo a sapienti hoste timereť, his & aliis Fabius cū Æmylio egit, ne aut collegę temeritatē aut rumorē vulgi sanis consiliis publicæq; saluti anteponeret. Ille magis vera esse q̄ facilia actu q̄ a Fabio dicerenť testatꝰ nō videre se respōdit, qđ collegæ cōsiliū aduersus seditiosum cōsulē valere possit, quū ne magister quidē equitū tolerabilis dictatori fuisset, orare se vt oīa pspere euenirēt. Sed siqd aduersi accideret, hostium se telis potius q̄ iratorū ciuiū suffragiis caput obiecturū. Ab hoc ille sermone in castra pfectꝰ est. Hānibal etsi hostiū copias magnope auctas videbat, gaudere tñ vehemēter nouorū consulū accessu, ratus fore, vt arte aliqua eos in certamē de summa rei traheret. Ad id inopię vētū erat, vt. XII. tātū dierū cibaria in Punicis castris essent, nec vrbs aut vllus erat locus vñ frumentū expectari posset amplius, Hispanorūq; transitio ad Ro. parata erat. Interea temeritati cōsulis præcipitiq; ingenio fortuna materiā prębuit aliquāto citius oīa pdēdi. Tumultuariū certamen incidit, magis pcursu militū q̄ impatorū iussu ortū, quo mille &. CC. hostiū cæsi, Romanorū sociorūve nō amplius centum, victoribꝰ effuse sequentibus metu insidiarū obstitit Æmylius cōsul, cuius eo die erat imperiū, alternis eñ imperabāt, Varrone fremente, vociferāteq; hostē collegę ignauia emissum e manibus, Debellari eo die ni cessatū esset cū hoste potuisse.

Prospera Ro. pugna.

Nactus Hānibal satis idoneā materiā ad insidias hostibꝰ instruēdas, velut diurna clade affectus sese metu proripuisset, noctu castra oīs publicę priuatęq; fortunæ plena reliqt. Ipse cū structo exercitu post pximos mōtes in insidiis cōsedit, & vt similior verę esset fuga, crebri ignes velut fallēdi hostis illa spēs fuisset, fuerant in castris relicti. Vbi igiť illuxit, cognitusq; est hostiū discessus, cōtinuo sublatꝰ est a militibꝰ clamor, vt iuberenť signa efferri ad insequendū hostē castraq; diripienda. Eratq; alter cōsul velut vnus militaris turbæ, contra Æmylius idētidē punicæ fraudis suos admonere, nihil temere mouendum prædicare, missa itaq; est turma vna Lucanorū equitū ad oīa certius explorāda.

Hannibalis ars in Ro. capiendis.

M. Statilius eius turmæ pręfectus, cęteris extra vallū relictis, ipse cū duobꝰ equitibꝰ castra ingressus, quū oīa diligenter explorasset, ad consules reuersus videri sibi dixit rē haud dubie ad insidias spectare. Nā pręterq̄ q̄ argentū & alia hoībꝰ charissima facilia alioqui translatu in prōptu velut ad prędā relicta essent, ne ignes qdē auersa pte castrorū vllos p noctē excitatos. Hęc a Statilio tāq̄ ad terrorē relata, multo magis milites ad pdā accēdūt. Erat iā Varro signū militibꝰ ad discurrēdū daturus, nisi Æmylius illi obnūciari iussisset, pullos auspicio nō addicere. Varro etsi inuitus fremensq;, Appii tñ Claudii olim, recentiq; Flaminii clade deterritꝰ signa q̄ portis efferri cœperant inhibuit.

Romani pꝫmodū capiuntur.

Interim duo serui q in potestatē hostiū venerāt ex illorū manibꝰ elapsi in castra nūciāt, hostes trās pximos mōtes instructos sedere, q popportunus nūcius cōsules imperii cōpotes fecit. Pœnus vbi hostē cadi non posse vidit in castra rediit. Paucis inde diebus interiectis frumēti inopia adactus, in Apuliæ loca messibꝰ maturiora magisq; trāsfugiis īpedita, noctu castra mouit ignibꝰ vt antea in insidiarū speciem in conspectu hostium relictis.

Digressus Hannibalis

Nec magis fames Pœnū in eā expeditionē impulit, q̄ periculū qđ sibi ab Hispanis mercenariis imminebat, q de transitione ad Romanos cōsiliū cepisse dicebantur, ipsm etiā Hannibalem interdū de fuga agitasse phama fuit, vt peditibus relictis sese cū omni eqtatu i Galliā priperet. Romani cōsules exploratis priꝰ hostiū castris vbi constitit Pœnos haud

dubie profectos,nã agmẽ procul digressum quidã viderãt,hostẽ secuti ad Cannas vicum Romã na clade nobilitandas & ipsi castra mouẽt.Hic vterqꝫ cõsul in suo proposito pertinaciter manere; Æmylius a prælio abhorrebat,Varro cui oẽs præter Seruiliũ prioris anni cõsulẽ assentiebãtur, nullã erat amplius pugnæ morã facturus.Fecerãtqꝫ Romani bina castra,minora altera trãs Aufidũ amnẽ,eratqꝫ in his Seruilius cũ parte copiarũ.Aufidus vnus oĩm fluuiorũ Apœninũ montẽ diuidit,vt quidã scribũt,in iis iugis ortus q̃ ad inferũ mare spectãt,per Apuliã tamẽ in superũ elabitur.Cõsules cũ robore copiarũ in maioribus castris erãt.Hãnibal locũ equestri pugnæ idoneũ nactus structa acie in cõspectu hostiũ stetit,nullã prælio morã facturus.Numidæ interea adequitando Romanũ ad pugnã lacessebãt.Hic dies cõsulũ altercatione sine prælio consumptus. Hannibal quũ suos in castra reciperet,Numidas misit trans flumen ad inuadendũ ex minorib⁹castris aquatores.Barbari lixarũ multitudine circa fluuiũ disiecta,Seruilianas munitiones tumultuose adequitarunt.Ea res quum aliis indigna visa est,tũ Varroni minime tolerabilis ꝙ ab auxiliis hostiũ Romana castra terrerent.Id solũ igit̃ in mora fuit,vt nõ aciẽ cõfestim in hostẽ instruxerit,ꝙ eius diei imperiũ Æmylii erat.Postero die ne Collega quidẽ cõsulto suis signũ dedit,instructisqꝫ copiis fluuiũ superauit,sequente Paulo qa magis nõ ꝓbare q̃ nõ iuuare cõsiliũ poterat.Trãsgressi flumen copias quę in minoribus castris erant maiori agmini adiungunt.Acies ita instructa est vt dexterũ cornu qđ ꝓpe flumen erat,Romanus clauserit equitatus,deinde pedites suo ordine constituti.Alterũ cornu sociorũ equites tenuere.In frõte ante leuiũ armorũ acies locata. In lęuo cornu Terentius,in dextero Æmylius procurarũt.Mediã aciẽ Seruilius tuẽdã suscepit. Atqꝫ in hũc modũ Roman⁹ exercit⁹ in ꝓcinctu stetit,obuersus oculos & ora ad meridiẽ.Hãnibal iã factus voti compos,trans Aufidũ & ipse copias traduxit.Aciẽ ad Septentrionẽ versam instruit.Sinistrum cornu dat Hastrubali tuẽdũ,Hannoni dexterũ.Ipse in medio cũ Magone fratre esse voluit.Caterum vterqꝫ exercitus ita instructus stetit,vt neqꝫ his,neqꝫ illis sol adimeret ꝓspectũ.Clamore igit̃ orto leuis armaturæ primũ ꝓliũ fuit,inde a Gallis & Hispanis equitib⁹ impetu ex sinistro cornu hostiũ in dexterũ Romanorũ facto cruẽtũ ꝓliũ orit̃,nõ ꝑcursatione sed aduersis frontibus pugnare cogebant̃,nullo ad circũagẽdos equos relicto spatio,hinc amne,illinc peditibus latera claudentib⁹,vt equis semel turbatis,alter alterũ amplexi equites dimicarẽt.Acrius hic q̃ diutius pugnatũ,victi equites Romani partim cæsi sunt,partim in subiectũ flumẽ ꝓcipitati.Scđm id equestre certamẽ orta est pedestris pugna.Parib⁹ ab initio animis viribusqꝫ inter pedites certatum, demũ Romani vi sua cõnixi,aduersam Hispanorũ peditũ Gallorũqꝫ aciẽ gradu submouent, submotã vtroqꝫ versum disiiciũt.Ipsi ꝓfugientiũ cuneos in mediã aciẽ illati,ad subsidia Aphrorũ nullo resistente ꝑuenerunt.Steterant illi velut de industria reductis alis,mediiqꝫ Galli & Hispani locati erãt nõnihil ꝓminente acie,quo accidit,vt his cedẽtib⁹ Romanũ in mediũ velut sinũ ferociter inuectum Aphri duabus alis a tergo reuinctis,a cæ̨tera multitudine exclusering.Hic periculo animaduerso Romana legio Aphris & Hispanis quorũ terga ceciderat omissis,in Aphros ꝓliũ vertit,eo iniquius ꝙ fessi cũ recẽtibus & vegetis dimicabãt.In sinistro quoqꝫ cornu sociorũ eqtes prę liũ iãdudũ aduersus Aphros eqtes & Numidas ciebãt.Addita etiã ab hoste fraus.Quigẽti Numidę occultos sub loricis gladios habẽtes transfugarũ specie parmis in terga reiectis ad sociorũ equites ꝓgressi,in mediũ accepti postremo loco sedere iussi sunt. Quieuẽte Barbari tantisper dũ vndiqꝫ præliũ cõserit̃,vbi vero oculos oĩm animosqꝫ certamen occupauit,tũ arreptis scutis q̃ inter cęsorũ corporũ aceruos strata iacebãt,auersam adoriuntur aciem,terga simul poplitesqꝫ feriunt.Ediderunt illi stragẽ eximprouiso nõ paruam:sed maior inde pauor fuit q̃ cædes,eratqꝫ iam alibi pugna magis pertinax q̃ ꝓspera.Verũ vbi Numidæ q in lęuo cornu erãt,neqꝫ insigne quicq̃ agere neqꝫ pati visi sunt,hos acie subductos Hastrubal in fugientes immittit,Hispanos & Gallos equites quibus pulsum fuerat dextrum cornu Romanorũ,Aphris iam cęde magis q̃ pugna fessis adiungit.Quorũ accessu apte res Romana inclinauit,teterrima cædes ibi edita,auctis Pœnorum subsidiis.Æmylius cõsul q ab initio funda grauiter ictus fuerat cũ globo equitũ haud vno loco pugnã reparauit.Postremo defectis virib⁹ quũ iã equo ad terrã deflueret,edictũ equitibus est, vt ad terrã descẽderẽt.Tũ Hãnibal dixisse fert̃,q̃ mallẽ vt eos mihi vinctos dedissent.Fuit inde pedestre ꝓliũ victoria iã nihil ambigua,Romani victi mori in vestigio maluerũt q̃ fugere. Cæsi itaqꝫ a victore irato,præter paucos q labore & vulneribus fessi acie cesserunt,ex equitibus nonnulli equis ex proximo repetitis fugam capessunt,& in his Gn.Cornelius Lentulus Tri. militum, qui præteruehens equo consulem saxo sedentem cruore respersum intuitus,L. Æmyli inquit q vnus culpæ huius cladis expers merito diis curæ esse debes,cape equum hũc dum tibi virium aliquid

Aufid⁹ fluuius.

Romani aciem instituũt.

Hãnibal instruit aciẽ.

Acierũ congressus.

Pellit̃ Ro. equitatus.

Circũuenit̃ pars Ro. peditum.

Inclinat res Romana.

S ii

Æmylii ver ba ad Cornelii. superest,ne pugna hęc satis per se funesta morte consulis funestior fiat. Macte esto inquit consul, tua ista virtute,Gn.Corneli,abi núcia publice patribus vrbē Romā muniāt, ac priusq̄ hostis ad sit prǽsidiis firmēt,priuatim Q.Fabio dixeris,me pceptorū ei⁹ memorē adhuc vixisse,& núc deniq̄ mori. Tu te proripe hinc quęso,ne hic tps terendo ab hostib⁹ opprimaris,meq̄ vt decet fine inter meos milites expirare,ne aut reus intereā,aut collegę accusatot existā. Eū hæc dicētem prius fugientium turba,inde hostes oppressere ignari quis esset. Cornelii equus in tumulum abripuit. Tū demū fuga passim facta,septē milia hoim in minora castra. X.in maiora,duo milia in vicū Canas perfugerunt,qui extemplo a Carthalone circūuenti,quū nullo sepirent munimento,in hostiū potestatem venere. Alter cōsul cum quinquaginta fere equitibus Venusiam profugit,quadraginta milia peditū,duo milia &.DCC.equites cæsi,pari prope numero ciuiū sociorūq̄,& præter alterum cōsulē questores duo. Vnus &.XX. Tribuni militū. Cōsulares,Prætorii,Ædilitii quidam,& in his Gn.Seruilius prioris anni consul,Polybius Attiliū quoq̄ q cū Seruilio nup consul fuerat ea acie periisse author est. Periit & Minutius,q sub Fabio equitū magisteriū gesserat. LXXX. senatores,aut q tali honore functi essent,vt merito in senatū legi deberēt. Capta i acie tria milia peditū &.CCC.equites. Ex hostib⁹,nā victoria illis haud incruēta obtigit,ad quinq̄ milia & sexcētos periere. Et hoc quidē euētu ad Cannas pugnatū reperio,q̄ clades incidit in annum quadragesimū ac quingentesimū Romanæ vrbis. In Olympiadē cētesimam ac quadragesimam,vt Polybius ait,cuius vltimus annus fuit quintus & octogesimus supra octingentesimū ac quater millesimū ab orbe cōdito. Eusebius qui author est duas vestales virgines hoc anno quo ad Cānas est pugna tū,incesti cōuictas,in annū primū quadragesimæ primæ ac centesimæ Olympiadis eam dānationē reiicit. Reliqtat Varro ad.X.milia hoim in maiorib⁹ castris,hoc vt Polybius scribit cōsilio,vt si Hannibal oēs copias in aciē eduxisset,Punica inuaderent castra: si pſidio muniuisset,cum paucioribus dimicaret. Liuius hāc manū ex plio in castra resugisse prodidit. Adiicit ille Romanos,vt a Terentio iussi fuerāt,inito plio hostiū castra oppugnasse,ac tādiu certamen tenuisse,quoad Pœnus victor acie suis auxilio venerit,ibiq̄ Romanos cū multa cæde in castra cōpulsos,duob⁹ milibus cæsis,cæteros viuos in eorū potestate venisse,ac nocte q̄ diē pugnę secuta est,missos ait ab iis qui in maiorib⁹ castris erant,in altera castra qui suos hortarent,vt dum hostis fessus prælio quiesceret,noctis silentio vū ad se agmine venirent,vt inde vna Canusiū tenderent,cæterosq̄ aio perculsos recusasse id facere,P.Semproniū Tuditanū Tribunū militū cū tribus milibus & sexcentis, translatis in dextrū humerū scutis,qua parte Numidæ iaculabant,p medios hostes in altera castra peruenisse,atq̄ inde altero maiore agmine adiūcto,Canusiū cōcessum. Hęc Liuius. Quę si vera sunt,ad.XIIII.milia & quingentos fuere qui vna Canusium peruenerunt. Cęterum idē author qd miror,loco nō multū ide diuerso,quatuor milia &.CC.ex castris Canusiū puenisse ait, q̄varia tio effecit,vt parum perspicue intelligi possit quot milia hoim fuerint,q̄ cū castris in hostium potestatē venerint. Maharbal præfectus equitū Hannibalē monuit,vt nulla quiete militibus data,ex Cannis Romā contenderet,vt prius perculsa ciuitas videret hostē q̄ venturum putaret,sic fore vt quinto post die in capitolio epularet. Laudasse id cōsiliū Hānibal dicit,sed viā maiorē esse dixerit q̄ aio facile cōcipi posset. Tpe opus esse ad id deliberandū. Tum illud a Maharbale subiectum, Non omnia eidem dii dedere. Vincere scis Hannibal sed victoria vti nescis. Plutarchus Bilium quendam Barcham nomine fuisse ait,a quo ea sint verba in Hannibalē dicta. Postridie quum victor Pœnus legeret spolia,multi reperti sūt,qui vulneribus matutino frigore obstrictis,iter cadauerum acetuos surrexerāt,hiq̄ hostiū iniuria obtriti. Alii nō pauci cæsis feminibus poplitibusq̄ iacentes,ad reliquū sanguinis hauriēdum porrecto iugulo hostes inuitabāt. Quidā tellure effossa caput immerserant,terraq̄ superiniecta expirauerāt. Subtractus est Numida Romano mortuo superincumbenti naso auribusq̄ laceris. Is manibus ad tractanda arma inutilibus factis in irā & rabiem versus,subiectum hostem dentibus moriens laniauerat. Lectis spoliis Hannibal suos sepeliendi causa vnum in locum conferri iussit,ad octo milia numero fuisse Polybi⁹ author est. Liuius quinq̄ milia & sexcentos,vt alio est loco significatum,scripsit. Consulē conquisitū sepultūq̄ prodidere quidā. Mulier Paula nomine Busa genere & diuitiis clara,Romanos a Canusinis tantum mœnibus tectisq̄ acceptos frumento veste & viatico iuuit, pro qua munificentia honores sunt postea illi Romæ publice decreti,erantq̄ ibi quatuor tribuni militum,& in his.P.Scipio,cui post ea Aphricano cognomen fuit,sed tunc admodū adolescens. Ad hunc igitur & Appiū Claudiū q & ipse tribunus erat,summa imperii ab iis qui aderant delata est,aderant ad.X.milia hominū,cō sultabantq̄ hi forte inter se de summa rei,quū.P.Furi⁹ Philus docuit,L.Cecilium Metellum, &

Margin notes: Æmylii interitus. — Cæsorū numerus. — ANNI MVNDI. — Tuditanisa cinus. — maharbalis vox in Hānibalem. — Cęsorū facies. — Cęsorū hostiū numer⁹ — Paula. Busa. — Cōspiratio

cũ eo plærosq nobiles adolescẽtes iã mare & naues spectare,vt deserta Italia,ad aliquẽ regũ trãsfugerent,quũ alii defixi stupore starẽt,Scipio q rẽpub.saluã vult inqt me sequatur.Atq ipse princeps paucis sequentibus,ad Metelli tabernaculũ deuolat,ibiq stricto gladio super consultantium capita,primus graui execratione interposita,in sua ipsius verba iurat,fore,vt nunq̃ Italiã & cum Italia patriã ipsam metu desereret.Inde in Metellũ cõuersus,tu quoq sic iures volo, sic & qui tecũ hic adsunt,siquis id facere recusauerit,hũc ensem in suum caput a me nudatum continuo experiet. Metellus & alii & subita re perculsi nõ aliter attoniti stabant,q̃ si tũ Pœnus suo capiti immineret.Ordine itaq in Scipionis verba iurant,seq illi ab hoste ptegendos tradũt,iuuẽtuteq p hæc cõfirmata ad Varronẽ cõsulẽ mittũt,qui viuus acie excessisse dicebat,exploratum ecquid copiarũ penes se haberet,Canusii secũ ad.X.milia hoĩm esse,videret qd fieri placeret,se cũ his Venusiã ire,an ipm Canusii expectare.Habebat consul circa se ad quatuor milia hoĩm,qui dispalati disiectiq fuga eo venerant.Hos Venusini,nõ tecto solum sed vestibus etiã,armis & pecunia iuuerunt,cum hac manu ille Canusium se contulit,vbi copiis vtrinq iunctis,cõsularis exercitus spẽs quædam facta est.Nuncius aduersæ pugnæ interea Romam perlatus fecerat vt ne hę quidem copię superesse crederent.Sed perditã deploratamq rẽpu.nũciari,cæsos cõsules cũ omnibus copiis, nec Romana castra,nec ducẽ,nec militẽ supesse vllũ.Victorẽ Pœnũ oĩa late obtinere.Nunq̃ Roma incolumi,tantus terror & metus ciuitatẽ inuasit.Nunq̃ maior luctus aut mœror incidit.Cæterũ ne pro rei magnitudine minus vero dicaẽ,verecundã Liuii cõfessionẽ secutus cedã rerũ oneri.Verũ nulla alia gens populusve,nõ modo tot cladibus aliis sup alias, sed vna earũ qualibet in perpetuum cõcidisset,qđ in Carthaginensib⁹ ipsis,quũ priore bello punico tũ hoc ipso qđ gerebatur postea accidit.Senatus ad primũ cladis nunciũ in curiã vocatus,dũ prę nimio strepitu & clamore ne cõsuli quidẽ posset,Fabius Maximus censuit expeditos equites Latina & Appia via mittendos,qui obuiã euntes percontarenẽ,q̃ fortuna cõsulum exercituũq esset.An aliquid ex pugna Ro.nomini superfuisset,quo Hannibal se post præliũ cõtulisset,quid paret,quid agat, quo motu⁊tus sit,hæc in primis explorãda.Præterea dandã esse operã,vt per patres id inter se munus partitos,mulieres quæ omnia planctu & eiulatu complebãt, ex publico arcerentur.Singulæ intra sua limina suũ nunciũ expectarent,compressoq tumultu & trepidatione,silentiũ fieret tota vrbe, custodes ad portas ponerenẽ qui prohiberent quẽq̃ egredi.Salutem nulli nisi patria incolumi,sperãdam.Inde quum hęc facta essent tum patres in curiã reuocati de summa rei consilium caperent. Omnes in Fabii sententiã pedibus iuere.Alii alio discurrũt ad tumultus tota vrbe sedãdos,omniaq impigre fiebant,quum literæ a Varrone consule allatę significarunt Æmylium consulẽ & exercitum Cannensi acie cæsum,euasisse se reliquias tãtæ cladis velut ex naufragio colligentem, ad.X.milia & amplius militum incõpositorum circa se esse.Hannibalẽ sedere ad Cãnas in captiuorum preciis aliaq præda æstimanda non victoris animo nec magni ducis more occupatũ. Tũ priuatæ clades domesticatim vulgatæ, qui luctus adeo totã vrbẽ cõpleuit,vt sacrũ Cereris sit eo anno intermissum,quoniã lugentes religione phiberenẽ.Et hęc quidem Liuius.Valerius author est,ne in tanta quidẽ ciuitatis cõsternatione id sacrũ interpolatũ,satis constat.XXX.diebus publico decreto finitũ ne ob eã causam cætera sacra publica priuatave desererenẽ.Scripsit inde Senatus ad Varronem,vt quantũ per rerpub.commodũ fieri posset,cõfestim Romam veniret.Claudium Marcellum ex Hostia vbi erat,Canusium ire iubent.Incidit alius terror, q non multo post priusve q̃ hæc clades accepta est,duæ vestales virgines Opimia & Floronia stupri compertę,vna ad Collinam portam viua vt moris erat sub terram necata est.Altera sibi mortem cõsciuit, & L. Caninius scriba põtificum,eius incesti conuictus,adeo atrociter in foro a Pontifice flagris cęsus est,vt inter verbera expirauerit,& hęc in pdigiũ versa.Placuit itaq.X.viros Sibyllinũ carmen inspicere,& Fabius Pictor Delphos est missus,sciscitatum quibus precibus suppliciisve deorũ iram placare ciuitas posset,quive tantis cladibus futurus esset finis.Ex Sibyllinorũ librorum responso extraordinarium est Romæ sacrum peractum.Gallus & Gallina, Græcus & Græca viui in foro Boario defossi sunt.Polybius author est id sacrum Gallico bello perpetratum.Marcellus cum legione quã in classem scriptam habebat,magnis itineribus Canusium accessit, & Romæ Decius Iunius dictator delectum habuit accuratissimum,scriptæq sunt quatuor legiones,& mille equites,& in his pretextatis adhuc quidã,ex seruitiis octo milia cõscripta,qui rogati pri⁹ an militare vellent,publice empti instructiq sunt ad bellum.Placuitq horũ opera potius vti, q̃ captiuos redimere,quibus Hannibal sui redimendi copiam fecerat,testatus se de imperio & gloria cum Po. Rom.non de vita certare.Cessisse maiores suos olim Romanorum virtuti,se contra adniti vt suæ

Scipionis facinus.

Copię q̃ suã perfuerunt.

Nũcius malorum.

Fabii sñiã.

Varrõis lrę.

Varro Rõ reuocatur.

Vestalium supplicium.

Marcellus Canusium mittitur.

virtuti & felicitati credãt. Sociorũ captiuos vt ad Trebiã & Trasimenum sine precio dimisit. Ro-
Preciũ redimendorum ciuium. manorũ captiuis preciũ in singulos equites quingenos quadrigatos nummos ascripsit, in pedites
trecenos, centenos in seruos. Lecti ergo. X. ex omni numero, q Romã irẽt captiuorũ causam actu-
ri. Hi iureiurãdo a Poeno adacti sunt, fore, vt ĩ castra reuerterent: & q̃ tantũ ad id iurati erãt, vt
redirẽt, eorũ vnus homo minime Romani ingenii, quasi aliquid oblitus in castra rediit, inepta nĩ-
mis interꝑtatiõe vsus, velut iã redeũdi sacramento nõ teneret amplius. Missus ab Hãnibale cum
his Carthalo nobilis Carthaginẽsis, q si forte ad pacẽ inclinarẽt animi conditionẽ ferret. Vbi hos
Carthaloni denũciata. Romã venire auditũ est, & iã eorũ accessum appropinquare, Carthaloni obuiã lictor missus est, q
dictatoris verbis nunciaret, vt ante noctẽ excederet Romanis finibus. Captiuorũ legatis senatus
Oratio. M. Iunii ad senatum. datus est, vbi Marcus Iunius princeps legationis in hũc modũ ad patres verba fecit. Scio ego pa-
tres cõscripti, nulli gentiũ magis q̃ Romanę ciuitati vilia fuisse semꝑ captiuorũ corpora. Cæterũ
nisi nobis plus æquo nostra placet causa, nulli vnq̃ vobis minus negligẽdi, q̃ nos, in hostiũ potesta-
tem venere. Nõ enĩ ꝑ timorẽ arma in acie tradidim⁹, sed ꝓcesorũ corporũ aceruis suꝑstantes, cruẽ-
tam pugnã fere ad noctẽ traximus. Tũ in castra reuersi labore & vulnerib⁹ fessi, illa in sequẽtẽ diẽ
tutati sumus. Ibi vero ab hostiũ exercitu circũsessi, cũ flumine arceremur, nec per cõfertos hostes
spes vlla erũpẽdi esset. XL. milibus nostrorũ hominũ in acie stratis, indignũ nimiũq; calamitosum
arbitrãtes, ex tã numeroso nuꝑ exercitu neminẽ suꝑesse, certũ preciũ pacti, quo redempti dimit-
teremur, arma quũ in his nulla iã spes esset, circũfuso hosti tradidimus, nõ ignari maiores nostros
aliqñ sese a Gallis auro redemisse, & a patribus nostris viris strenuis Tarentũ legatos redimendo-
rũ captiuorũ causa missos. Sed cũ Gallis & Pyrrho rege haud quidẽ tãta est clade dimicatũ, q̃ta
nuper a nobis ad Cannas, vbi patẽtes cãpi Romanorũ cadauerum cumulis teguntur. Nec funestæ
illi pugnę supersunt, nisi in quibus trucidandis ferrũ & vires hosti defuerunt. Nec conditioni aut
fortunę illorũ multũ inuideo, qui cursu & obscura nocte freti, abiectis armis, ex acie profugerunt
& nũc gloriãtur fortasse in se plus præsidii esse reipublicę, q̃ in nobis. At illis vt viris fortib⁹ vte-
mini patres conscripti, & nos ꝓpiores ꝑ patria habebitis, si vestro beneficio redempti fuerim⁹.
Delectum ex omni ætate habetis, & seruorum aliquot milia armari dicuntur, nõ minor numerus
noster est, ac precio pene minori redimi possumus, q̃ illi emuntur. Quibus si nos conferre velim
Romano nomini haud dubie sim iniurius. Illud etiã vobis in mẽtẽ veniat precamur, cui nos ho-
sti relicturi sitis, si redimi ꝓhibeamur: Pyrrho q nõ hostiũ numero captiuos habuit, an Barbaro
& Poeno q vtrũ auarior an crudelior, haud satis æstimari potest. Moueret vos ꝑfecto non minus
squallor & deformitas vestrorũ ciuiũ, qui in catenis & vinculis iacent, q̃ si legiones vestras Can-
nẽsibus campis stratas cerneretis. Videre & audire potestis preces & lachrymas nostrorũ affiniũ
& cognatorũ vestrũ decretũ expectantiũ, quũ hi pro nobis tã solliciti sint, quẽ arbitramini illorum
animũ esse, quorũ in discrimine vita & libertas sita est! Hãnibal ꝑter naturã ĩ nos mitis, at si a vo-
bis indigni cẽseamur quos redimi oporteat, nihil est cur amplius nostrũ quisq̃ velit viuere, suum
cuiq; ingeniũ est patres cõscripti. Scio ego vitã corpusq; meũ in discrimine esse. Multo magis me
phamę periculũ mouet, ne dãnati & repulsi a vobis abeamus. Neq; enĩ vos hoĩes precio pepercis-
se credẽt, sed nos indignos iudicasse, q in numero vestrorũ ciuiũ haberemur. Quare ne tali ignomi-
Peroratio. nia afficiatis, oramus supplices & obtestamur. Vbi is orãdi finẽ fecit, cõfestim flebilis clamor sub-
latus est ab iis qui in vestibulo stabãt, vt sibi liberos, fratres, cognatos redderẽt obtestantib⁹. Sub-
motis arbitris senatus cœptus est consuli, ibi cũ sententiis variaret, aliiq; de publico redimendos
censerẽt, alii eã impensam tali tẽpore publice faciendã negarẽt, cęterũ ꝓhibẽdũ non esse quin ex
suo q̃sq; se redimeret, mutuoq; dandã nõ habẽtibus pecuniã ex publico, prędibus prius vt cautũ
Ærario esset, acceptis, T. Manlius Torquatus, acerba oratione in illorum ignauiam inuectus, qui
T. Mãlii sententia. quum noctu Semproniũ Tuditanũ ducẽ secuti, in tutũ abire potuissent, metu & desidia torpen-
tes in castris opprimi, turpiterq; capi maluissent, cẽsuit eos nullo modo redimendos, quoniam tali
milite vti reipu. minime expediret. Quod si etiam vtile foret, hostẽ Romana pecunia ditari a præ-
senti rerũ statu esset alienũ. Traxit Mãlius huiusmodi sermone patres in sentẽtiã, respõsumq; da-
tum, non placere captiuos redimi. Tũ redintegratus est luctus, maiorq; lamẽtatio orta, ob tot ci-
uium iacturã. Propinqui cũ fletu & lamẽtatione legatos abeũtes sunt ad portas ꝓsecuti. Vnus q
praua interpretatione se iureiurãdo solutũ arbitrabat, quia in castra rediisset, domi mansit. Quod
Ro. seueritas ĩ piuros vbi in curiam est allatũ, vniuersus senatus eũ cõprehensum sub custodia ad Hannibalẽ duci cen-
suit. Est & alia de legatis phama, bis legatos missos, ac. X. qui prius venerant quia in castra ex iti-
nere reuersi essent, vt velut captiuorum nomina cogituri, tanq̃ soluti religione remansisse, ac in

bis dedēdis actū magna cōtētione in senatu,paucisq; sentētiis victos,q eos dedēdos cēsuerūt.Cęterū sequētibꝰ cēsoribus adeo ignominiose notati sunt,vt eorū quidā sibi mortē consciuerint, alii nō solū foro,sed luce hoīm,omniq; publico cōgressu in reliquū vitæ abstinuerint.Dum hæc Romæ fiebant,multi Italiæ populi rē Romanā in perpetuū cōcidisse rati,vt leuia sunt hoīm studia, & in meliorem fortunā propēsiora,ad Pœnū defecere.Fuere hi Attellani,Calatini,Sānites ferme omnes,Surrentini,Lucani,Brutii,& oīs magnæ Græciæ ora,Crotoniatæ,Metapontini,Locri,Apulorum pars non parua,Hirpini, & Cisalpini oēs Galli. Nec frequēs sociorū defectio Romanos mouit,vt pacis vnq̄ mētio in curia facta sit.Tāta in aduersis rebus fuit populi Romani cōstantia. In eo quoq; nō parū enituit inuictus ciuitatis animus,Varroni cōsuli Romā veniēti,etsi acceptæ cladis maxima fuit causa,frequēter tñ ab omnibꝰ itū est obuiā.Gratię insuper actæ, ꝙ in aduersis rebus de republica nō desperasset.Erāt res Romanæ in hoc statu,quū interim Philippus Demetrii filius in Macedonia regnabat:Achęus late terrā citra Taurū mōtē regis appellatione obtinebat.Antiochus cui magno cognomē fuit,in Syria.Atiarathes in Cappadocia.In Ægypto Ptolemæus Philopator.Cæterū Antiochus & Ptolemæus,dū Italiā Hannibal vexat armis, graue inter se bellū qd̄ Syriacū est dictū,gessere.Et Philippus cū Lacedęmoniis atq; Ætolis non minus hostiliter cōtēdit.Huius belli causa ex Ætolorū iniuria orta est,ꝙ eorū piratę,quū Messeniorum res latrocinio infestarēt,Dorimachū illustrē quendā Ætolū qui tū forte in Pelopōneso erat, ad res reddendas Messenii cōpulerūt.Reuersus is ī Ætoliā author suis popularibꝰ fuit,belli aduersus Messenios decernēdi.Nec multo post creatus dux gētis est cū Scopa viro inter Ætolos illustri,sed quū cūctātius Ætoli arma induebāt,quū nulla honesta decreti belli adesset causa,totiꝰ gētis iiussu duces ipsi bellū,Messeniis,Achęis,Epirotis,Acarnanibꝰ,& Macedonibꝰ,Philippi pueritia freti,q tū septēdecim erat annos natꝰ,vno tpe inferūt.Horū piratę in p̄dā dimissi Macedonicā nauim vi sub iea intercipiūt,p̄dāturq; maritimā Epiri oram.Cephaleniis quoq; plura adimūt,& in Pelopōneso Clariū circa Megalopolim occupāt,inde late piraticā exercēt.Nec ita multo post Scopas & Dorimachus Cephalensorū nauibus vsi ex Rhio in Pelopōnesum trāsmittūt,inde cū exercitu Messeniū agrū ingressi,oī populatione & incēdio fœdāt.Achęi publico decreto aduersus Ætolos pro Messeniis Arathi ductu arma capiūt.Fuit Arathus p̄clato ingenio,facūde loq,& prudēter multa excogitare,excogitata diligēter exequi.In ciuilibꝰ discordiis tolerādis miris.In societatibus & amicitiis iūgendis nemini secūdus.Pari ingenio fallere hostē,moliri insidias,machinas intendere. Audax adhęc & laboribꝰ tolerādis ac p̄iculis a pueritia assuetus.Cęterū tardus cōsilio,quū dimicādū erat,& ī adeūdis p̄iculis timidus,adeo nō solū corpa,sed aīos etiā sui dissimiles finxit interdū natura.Multi qdē r̄epti sūt q singulari certamine valeāt,in acie autem sint supra q̄ dici possit timidi,qd̄ in quibusdā etiā gētibꝰ est obseruatū.Thessali equites conferti insupabiles in p̄lio olim habiti,p partes dimicaturi timidi & fugaces.Cretēses terrestribꝰ & naualibꝰ p̄liis ad insidias, rapinas,nocturnos insultus,& oīa insidiarū gn̄a prōptissimi.p̄lio legitimo cōgressi pauidi & inutiles.Quibꝰ Achęi & Macedones maxime fuerint cōtrarii. Nec ita multi dies intercessere quibus Arathus cū tribꝰ milibus Achęorū,&.CCC.equitibꝰ ad Caphias Ætolis ex Messenio agro profectis occurrit.Hicq; p̄lio parū p̄spere cōmisso,fusi fugatiq; sunt Achęi,qua victoria Scopas & Dorimachus freti,exercitu p mediā Pelopōnesum ducto,p Isthmi angustias in Ætoliam abierūt. Et hinc quidē causę socialis belli cū Ætolis postea gesti,potissimū extiterūt.Arathus ab hoībus aduersę factionis in publico Achęorū cōcilio accusatꝰ,ꝙ ipsiꝰ opera ea nup esset clades accepta,qppe q neq; loco,neq; tēpore,neq; legitimis copiis in re gerēda esset vsus,in magno odio erat. Vbi vero domū venit,cōciliū ingressus,res a se pro salute Achęorū gestas explicauit,cladisq; paucis illis diebus acceptę rationē in mediū attulit,nec penes se culpā male gestę rei esse ostendit.Ita facūdo multitudinis circūegit aīm,vt odio in hoīes aduersæ factionis deflexo, nihil deinceps decernī placuerit,qd̄ ex Arathi cōsilio & authoritate non esset decretū.Et hæc in Pelopōneso terra mariq; gesta.centesima ac vndequadragesima Olympiade,quinquēnio ferme anteq̄ Hannibal Romanos ad Cannas vicisset,vnde nuper stilū & externarū gentiū gesta deflexi.Achęi post cladē ad Caphias acceptam,ad Philippum & Epirotas socios misere questum Ætolorum iniuriā, qui bis iā hostiliter essent Peloponnesum ingressi,vt Messenios in societatem accipere liceret , & vt Philippus & Epirotæ vna Messeniis indigna passis auxiliarentur.Miserunt & ad Lacedæmonios, vt ex formula pararent militem ad Ætolicum bellū.Illi per legatos diuersarum partium occulte sollicitati,haud multo post ab Achęorū societate alienari,cum Ætolis fœdus & societatē iungūt.Dorimachus & Scopas,q ne Achæis quidē & sociis quiescentibus quiescere potuissent, Scerdilaidæ

Defectio Italorū ad Pœnos.

Ro.cōstātia

Syriacum bellum.

Diuersum Arathi ingenium.

Thessali eqtes.

Cretenses.

Arathi facultas in dicendo.

Illyricorũ rege sibi adiſicto, duarũ gentiũ exercitibus quaſi ſuo ductu,nõ publico Ætolorũ conſilio,tertio Peloponneſum irrũpunt,Cynethãq; Arcadię vrbẽ pditione captã,magna ex parte diripiunt. Direptę pſidiũ imponunt. Inde ſacrã Dianę q̃ fuit inter Cynethã & Clytorium armenta gregeſq; populati,qa Achęi in armis eſſe dicerent,& ex Macedonia pſidiũ affuturum: Cynetha inceſa Rhiũ cũ copiis cõcedũt,& ex Rhio in Ætoliã trãſmittũt. Cynethẽſiũ cladẽ Achęi & cęteri Peloponnẽſes leuiter tulerunt,eã cladẽ merito illis accidiſſe rati,q patrio Arcadum more neglecto ſpretoq; muſicę ſtudio & exercitatione,in tantã deueniſſent feritatẽ,vt ob ſcelera q̃ aſſidue in ea vrbe patrarent,omnibus circũiectis gẽtibus odio eſſent. Vetus mos Arcadum fuit,vſq; ad trigeſimum vitę annum in muſicę ſtudiis exerceri,adeo vt eã artẽ ignorare pbri loco poneret. Perſuaſum habuit gens ipſa,mores & ingenia talib⁹ ſtudiis miteſcere:atq; eo fortaſſe ars ipſa ab his libentius recepta,q mõtuoſa fere ſit Arcadia, quibus locis aſperiora ingenia ac duriora, triſtitia cęli & frigoribus gigni oporteat. Philippus poſt Ætolorum digreſſum, cum exercitu in Peloponneſum venit, vbi Lacedęmoniorũ rebus cõpoſitis,q̃ domeſtica erãt ſeditione turbatę, renouataq; cum his ſocietate publico Achęorũ conuẽtu ob iniurias ſociis illatas author extitit,vt bellũ Ætolis indiceret,datis prius ad eã gentẽ literis,vt ſiquid haberent qđ iuſte afferre poſſent contra ſociorum querelas,mitterent qui corã ſe in publico Achęorum cõcilio facta excuſarẽt. Reſponſum eſt Ætolos ante publicũ gentis cõciliũ nihil decreturos. Philippus accepta ab Achęis pecunia ad conducendũ militẽ in Macedoniã conceſſit,Scerdilaidãq; ab Ætolis alienauit, certã ei pecuniam pollicitus. Sic ſane cõparatum eſt,vt malorum etiã ſocietas,niſi iuſtitia & æquitas in medio ſeruetur,facile frangat. Fraudatus Scerdilaidas ab Ætolis Cynethẽſi pręda,infidis ſociis iratus Philippi partes ſequi conſtituit,pollicitus ſe cũ. XXX. lembis Ætolię orã infeſtaturum. Et iã vtrinq; arma parabantur ad bellũ,quũ Meſſenii quorum cauſa id bellũ exarſerat moturos ſe prius aliquid negarunt,q̃ ſociorum opera Phigaleã vrbẽ in montib⁹ ſitã recepiſſent,quã Ætoli per iniuriã occupauerãt,p quod viſi ſunt ignorare,qđ ſuę reipu. potiſſimũ expediret. Siquidẽ fugiendũ eſt bellum,haud tñ ita fugiendũ,vt oĩa ne in id incidamus ſuſtinere perpetiq; velimus. Nec Pindarus omnino vtiliter in ſuis poematibus Thebanos ciues ſuos hortatus eſt,qui ita monuit, vt cęteris poſthabitis,pacẽ duntaxat & tranquillitatem amplecterent. Eſt pax ſi iuſta ſit & honeſta,oĩm rerum pulcherrima atq; optima. Cęterũ nihil faciẽdũ iniuſte aut turpiter,vt pace frui poſſimus. Et eñ Meſſeniis tale accidit,vt quũ cupidiſſimi pacis eſſent,vniuſq; rei in primis ſtudioſi, i maxima ſępe diſcrimina patrię ſtatũ adduxerint,qppe q quum inter Arcades & Lacedęmonios bellãtes ſe medios gererẽt,neutrius partis gratiã pmeriti,alterutrius ciuitatis iniurias ſępius ſunt experti. Lacedęmonii nõ ſolum nõ ambigue reſpõderunt,ſed ſolẽni die magiſtratib⁹ in tẽplo Palladis impie cæſis,fœdus cum Ætolis percuſſerunt,multum ſpei in Cleomene habẽtes,q in Ægypto tertium iã annum exulabat,cuius aduẽtum pſtolabant. Vſqueadeo mãſuetudo principum & benignitas valet,vt nõ ſolũ quũ pſentes ſunt,verũ quum lõgiſſime etiã abſunt,quoſdã quaſi fomites amoris erga ſe animis hoĩm relinquãt. Verũ Cleomenis morte nũciata,q̃ ſuo loco explicabit,Ageſipolim & Lycurgum reges creauere. Lycurgus cũ delecta manu Argiuorũ fiues ingreſſus Polchnã, Praſiã,Leuchã,Cyphãtẽ,& alia q̃dã oppida improuiſo acceſſu occupat. Agrum omnẽ Argiuum ferro & igni populat,ingẽti inde pda domũ abducta. Spartiatę pſenti ſucceſſu elati,bellũ Achæis indicunt,additi ſocii Ætolis & Elieſes. Ita accidit,vt Philippo adhuc in cogendo milite occupato Meſſeniis,Epirotis,& aliis ſociis quieſcẽtib⁹, Achęi plurib⁹ locis pter ſpem vno tpe premerentur. Erat tũ Scopas Ætolorum dux,q in magiſtratu adhuc paulũ mãſurus erat. Ætoli paulo poſt æqnoctiũ autũni,in vnũ de republica acturi coibãt. Achęi verno tpe circa vergiliarũ exortũ, q Arathũ Arathi filium belli ducẽ ſibi creauere. Inciderunt hęc i id tps,quo Æmyli⁹ Phariũ Demetriũ vicit i Illyrico,q prim⁹ annus fuit ſecundi belli punici. Et Antiochus Theodoti pditione,vt non multo poſt dicet,Tyrũ & Ptolemaidẽ occupauit. Et Rhodii Bizãtiis bellũ intulere. Colunt Bizãtii vrbẽ,quum loci natura munitiſſimã tum ad oĩm rerũ feracitatẽ,qb⁹ humana vita fruit,opportuniſſimã,in oſtio Põtici maris ſitã,qua vęnales ſerui olim,coria,mel,cęra,& ſalſamẽta,vt hodie, aliaq; Põtica negocia niſi ipſis volẽtibus,in Gręciã & cęterã Europã pteruehi nequeunt. Enimuero Põticum mare late ſupra Bizantium patet,cuius circuit⁹ duo habet &. XX. ſtadiorum milia binis oſtiis exaduerſo ſibi reſpõdẽtib⁹,quoq; vno Męotis palus, q̃ octo milia ſtadiorum amplectiẽ ſuo circuitu,ſeſe i Põtũ exonerat. Has freti anguſtias Cimmeriũ Boſphoq; vocãt,ſtadioq;. XXX. latitudine,duplo maiori lõgitudine. Altero Põtus in Propõtidẽ defluit. Ei⁹ lõgitudo cẽtũ habet ſtadia,latitudo vero. XX. nec vbiq; eadẽ. Inter Bizantiũ & Chalcedonẽ. XIIII. dũtaxat interſunt

Cynetha capitur.

Arcadum ritus.

Muſicę ſtudium.

Grauiſſima ſententia.

Qualis pax eſſe debeat.

Ætolorũ & Achęorum conuentus.

Bizantiũ.

Boſphorus Cimmeri⁹.

stadia. Habet id mēsurę genus, vt alio est loco demōstratū, centū & vigintiquinque passus, ita vt octo numero stadia miliarium vnum cōficiant. Circa Hermeū Europæ promōtoriū angustissimū est fretum, quinque nec amplius stadia patens, quas angustias Darius maior cōmisit ponte, in Scythas exercitū transmissurus. In vtroque Bosphoro vnicus a septētrione in meridiē obseruatur fluxus, aut quia aquę decursu fluminū in Męotim & Pōtū vsque adeo augeantur, vt ibi exonerari necesse sit, aut Pōti alueo fluuialiū ostiorū exaggeratiōe repleta, humorē ostio exinaniri oporteat. Sed de his lōgior alibi habitus est sermo. Tali igitur locorum opportunitate Bizātii freti, assiduis tū Thracum gēte bellis exhausti, Gallorūque iniuriis, qui post delphicā expeditionē periculo seruati locis Bizātio proximis cōsederāt. Ab his Bizantii quū quotānis sibi octoginta talētis pacē redimerent, pecuniarum inopia statuerunt vectigal exigere ab oībus, qui in Pontū nauigarēt. Tulerūt id grauiter alii Græcorū, sed Rhodii oīm grauissime, quorū opes tū late maris imperio pollebant. Miserūt itaque Rhodii ab initio legatos Bizātiū, qui de vectigali remittēdo amice agerēt. Cæterū quū nihil impetrarent, bellū Bizantiis intulere, Prusia Bithyniæ rege in belli societatē ascito. Bizātii & ipsi Acheū circa Taurū ample dominantē, & Attalū regē sibi iungūt. Erat Acheus Antiochi propinquus, qui a Seleuco Seleuci filio & Antiochi fratre maiore natu, ad arcēdā Attali vim missus, oīa circa Taurū montem incredibili successu occupauerat. Taurū trāsgressus breui ex tota pene regione Attalum eiecit. Interim Seleucus a Paturio Gallo & Nicanore dolis circūuētus interiit, cęteris ab Antiocho fre occupatis. Acheus Nicanore & Paturio in Seleuci vltionē interfectis, quasi eā regni partē Antiocho adhuc puero defensurus, quicquid armis occupauerat retinere persuerauit, oībusque prēter Pergamū, Attalo adēptis, eo audaciæ gestarum rerum successu euectus est, vt regium nomen & insigne receperit. Sed id aliquanto postea accidit. Huius igitur societate freti Bizātii, magno aīo illatū bellū excipiūt. Tiboetē adhæc ex Macedonia accersunt, quē Prusiæ opponerēt, ipsi Rhodiis mari occursuri. Prusias Phanum locum opportunissimū in aduersa parte Asiæ primo īpetu occupauit. Oēm prēterea Asiæ orā quā Bizātii plures annos possederāt fœde populatur. Rhodii prēterea vt Acheū a Bizātiis alienarēt, a Ptolemæo Ægypti rege impetrārunt, vt sibi Andromachū Achei patrē, quē ille in vinculis habebat, cōdonaret. Erat Andromachus frater Laodices, quę fuit Seleuci cōiunx. Acheus patre sibi Rhodiorum bñficio restituto, ne īgratus haberetur, Bizantiorum societate posthabita, Rhodios amice amplectitur. Tiboetes prēterea, quē ex Thracia Bizātii ad bellū expectabāt, sub id tēpus fato periit, quę clades vehemēter Bizātios afflixit. Prusias & ipse ob hęc ferocior coortus, hostes ipsos intra mœnia cōpulit. Interuētu inde Cauari Gallorum reguli, his cōditionibus bellū vtrinque est solutū, vt Bizantii nullū vectigalis exigēdi ius haberent, Prusias oībus, quę illis ademerat restitutis, Bizantiorum amicus fieret. Atque Rhodiorū & Prusię bellū, aduersus Bizantios, hunc exitum habuit. Sub id tēpus Gnosii & Creta legatos Rhodū misere, naues aliquot aduersus eos, qui a se defecerāt, a Rhodiis petētes. Gnosii & Gortinii inito inter se fœdere insulā subiugarāt, præter Lyttios, qui soli omniū iugum detrectabāt. Quū igitur duo principes populi Lyttiorum excidio iminerent, ita accidit, vt orta inter eos discordia, pleræque ciuitates relicta Gnosiorum amicitia, cū Lyttiis suas opes sociarint. Gortiniorum quoque varia erant studia. Iuniorū multitudo cū Lyttiis sentire, Seniores Gnosiorū erāt. Gnosii subita sociorū defectione cōmoti, mille hoīes ex Ætolia accersunt, quibus freti Gortiniorū iuuentute partim cęsa, partim in exiliū acta, Gortinā senioribus tradētibus occupāt. Inde & Lyttū ciuibus in expeditionē profectis subita vi capiūt, captā imbelli multitudine prius emissa incēdūt. Atque ita Lyttos Lacedęmoniorum colonia Cretæ vrbiū antiquissima interiit. Bellū erat tū nihilo secius cum Lampeis & Polynereis & aliis plærisque populis, & in primis aduersus Gortiniorum exules, qui Phęasiorum portu insesso, vrbē crebris excursionibus infestabāt. Ad hos vi cōprimēdos, maritima auxilia a Rhodiis per legatos Gnosii petierāt. Polynerei & Lampei, quia Ætoli Gnosiorū rebus fauebāt cum Philippo rege & Achęis fœdus & amicitiā iungūt, quo cōtigit, vt & ipsi nō multo post a sociis sint auxiliaribus copiis adiuti. Atque ita Cretēses inter se suis sociorūque viribus bellabāt, quo sane tēpore Sinopēses & ipsi a Rhodiis cōtra Mitridatē regē auxilia petiere. Fuit Sinope in Chersoneso sita, in parte dextra Pōti, circa Phasis ostiū. Cęterū dū res Sinopēsiū Mitridates oppugnat. Dorimachus Ætolorum dux Egirā in Pelopōneso proditiōe occupat. Fuit id oppidū inter Ægium & Sycionē, iuxta Corinthiacum sinū, septē circiter stadia a mari distās. Receperāt se ex Egiritis plerique subito malo cōsternati in arcē, quę nuda erat mœnibus: huc Dormiachus dux & Alexāder eius collega per contēptū succedentes nō solū repulsi sunt, sed Alexādro cadēte, Ætoli cū multa strage sunt ex vrbe eiecti, in agris quoque nō parua fuga & dispalātiū cædes fuit, adeo vt pauci incolumes domū reuersi sint. Eliēses qui cū Spartanis & Ætolis sentiebāt, Euripidis Ætoli ductu, Dymēses Pha-

Rhodii bellum Bizantiis inducunt.

Acheus.

Prusas.

Ptolemęus.

Gnosii.

Gortinii.

Lytti excidium.

Sinope.

Egira.

nenses & Tritēses insidiis exceptos cū cęde multa ꝓfligāt,quo successu Euripides elatus,Dymen
siū castellū cepit.Incolę Murū vocāt,ab Hercule olim,vt phama fuit,cōmunitū, quū Elienses bel
lo ꝑmeret.Pati inde successu aliquot Eliēses oppida Dymēsibus ademerūt,qui auxilio ab Aratho
Achæoꝝ duce frustra implorato,cū Tritēsibus vna & Phanēsibus decretū tulerūt,ne in bellicum
vsum amplius Achęis pecuniā soluerent.Tres itaqꝫ populi,virib⁹ inter se cōsociatis,aliquot pedi
tū cēturias cū eqtū auxilia publice cōducūt,atqꝫ ita velut ab Achæoꝝ societate disiuncti ꝑ se bellū
Ambracū. alebāt.Et res Peloponesiacę in hūc se modū habebāt,quū Philippus diuersa parte bellum gerens,
Philippi ge Ambracū.XL.dierū spatio expugnauit.Erat Ambracū Ambraciotaꝝ oppidū,naturali situ & du
sta in Æto- plici muro munitū,ita vndiqꝫ paludib⁹ clausum,vt vnū dūtaxat a terra haberet aditū,atqꝫ hunc
los. ipsum manu factū.Ambracū capetū Epirotis in quoꝝ gratiam locū expugnauerat, Philippus haben
dū tradidit,Ambraciū in Acarnaniā transmisit.Fluit is sinus a mari Siculo,ostioqꝫ sexcentorum
Poetia, passuum Acarnaniā ab Epiro diuidit,hāc a septētriōe,illā a meridie hñs. Extendit int̄ vtrāqꝫ ter
rā itrorsū tercētū circiter stadia.Macedo Acarnaniā igressus Poetiā Ætolię vrbē cōditiōe deditā
cepit.Cohortē interea Ætoloꝝ,quę ꝑsidio veniebat,incaute vrbi appropinquantē,cū multa cęde
disiecit.Poetia recepta,Strateusem agrū Philippus ingressus,ad Acheloum castra fecit, obseditqꝫ
aliquot dies Stratum,vñ digressus Metropolim a cultoribus metu relictum incēdit. Late inde cū
populatione & incēdio euagatus,plura Ætoloꝝ oppida in potestatē redegit.In Eniadas mox bel-
lum trāslatur⁹ Peanium non sine laborioso certamine expugnatū diruit,tignis & tegulis rate ad
Eniadas transuectis,ad tabernaculoꝝ & bellicorum opeꝝ vsum.Sed oppugnatione nulla opus fu
it,sine vi oppido est Macedo potitus,metu ab hoste nuꝑ relicto.Inde in Calydonia Elaon oppidū
expugnat,cui⁹ arcē ad vsum belli cōmuniuit.Hic Philippus literis & nunciis certior factus Dar-
danos Macedonię iminere,Achæoꝝ legatis,q & ipsi opē iploratū venerāt,bñ sperare iussis,quum
Philippi trā in Macedoniā se reciperet,Ambracium sinum trāsuehēti Demetri⁹ Phari⁹ occurrit,q ab Æmylio,
situs in Pe- vt supra est significatum,ex Illyrico pulsus exilii sedē q̄rebat.Hunc Philippus humane cōplexus
loponesum. Corinthū ire iubet,indeqꝫ in Pellā vrbē ad se venire.Redit⁹ regis in Macedoniā oēm Dardanorū
motū discussit.Sub id tp̄s Æmyli⁹ de Illyriis triūphauit,& Hānibal,Saguto capto,in hiberna con
cessit.Sed hæc in Romanaꝝ reꝝ relatione,q̄ ordine ꝑcedunt, suo loco diximus.Dorimachus post
Philippi discessum ab Ætolis dux creat⁹,Epirū ingressus,tēplū Dodonęi Iouis hostilit diripuit &
euertit.Instabatqꝫ iam hyems, quū Philippus sex milib⁹ hoim citato agmine Corinthum occul-
te ductis,vt hostes de suo aduētu celaret,Achæoꝝ ad se ducib⁹ accersitis; Euripidē Eliēsiū ducē,
duas legiones trahentē,& cū his mercenariū militē,ad Apearū collē.X.stadia a Stimphaliorū vr
be distantē adeptus,primo occursu fudit,mille &.CC.Eliensium captis,cætera multitudine pas-
sim a Macedonibus cęsa.Pauciores cētum ex tāta vi hoim fuga seruati sunt. Secundum eā victo
riā rex ferocior factus,ꝑ niuosa Arcadiæ loca,ad Caphias primo, inde ad Psophidē oppidum du-
xit.Erat vrbs omnium quę in Arcadia fuerunt,antiquissima,& in Media regione sita loco muni-
Erymāthus tissimo ad Erymanthum amnem,quam summa vi captam,arcēqꝫ cum Euripide duce & oppida-
fluuius. norum multitudine deditione receptā,Achæis habendā dedit . Euripides cum suis Corinthū &
ex Corintho in Ætoliā vñ venerat est dimissus,inde Lassionē Eliensibus ademit,quā territo ꝑsi-
dio vidit & cepit.Eliensis ager post hæc passim populatione & incendio fœdatus. Cœptæ sunt ꝑ
Apelles, id tp̄s iniurię Achęis a Macedonib⁹ fieri,eratqꝫ iniuriarū author Apelles Alexandri tutor , q ad
eā gentē Macedonibus subigendam animū adiecerat.Pellebant Achæi stationib⁹,ꝑda fraudabā-
tur,iam & verbera intētari cœperant,q̄ꝑ Arathum & Philippum delata, vt multa Philipp⁹ erat
eloq̄ntia & suauitate prędiitus,eum motum facile cōpressit.Ex Olympia deinceps Macedo ꝑfect⁹,
ad Eream venit, vbi vendita præda est quæ plurima hoim atqꝫ oīfariā pecudum ex Eliensi agro
fuerat abducta.Pontē suꝑ Alpheum amnē de manubiis struxit.In Triphaliam inde est itū, terrā
a Triphalo Arcade,vt Polybius credidit,appellatā.Strabo Triphyliā a triū gentiū incolatu vult
Triphalia, videri noīatam.Cæterū vndecūqꝫ nomen terra sortita est.Macedo eā ingressus, Alphiram edito
loco sitam,etsi Ætoloꝝ pręsidio tenebat̄,multa vi expugnat,atce,vt ad Asophidē,voluntaria de-
ditione potitus.Nec multo post Phialenses sese Philippo legatis ad id missis dediderunt.Samico
inde rex potit⁹ est,vnde Ætolorum præsidium eiecit.Post Samicum totā Triphaliā per deditio-
nē recepit.Hisqꝫ ꝑ mediā hyemem actis,Megalopolim Macedo cum toto exercitu se contulit ,ex
Megalopoli Argos.Interfuit inde Egii publico Achęorū cōcilio,in quo Apellis suasu,author ex-
titit,vt Arathus hō Achaicæ libertatis studiosissimus publica submoueret̄ administratiōe,Epa-
ratusqꝫ aduersę factiōis vir dux in sequentē annum crearet̄.Philippus Egio ꝑfectus,Eliensibus inde

dectis,vrbē Dymēsibus restituit.Per literas,Messeniis,Epirotis,Acarnanibus,& Scerdilaidæ edi-
cit,vt singuli cum suis nauibus,sibi in Cephalenia occurrerēt.Ipse Dyme prēsidio firmata,contra
Eliensiū incursionē,Lecheo soluēs,Paleā littoralē Cephaleniorū vrbem subita oppugnatione ad-
oritur.Erat is locus hostibus ad traiiciendū in Peloponesum cōmodissimus. Affuerunt interim
auxiliares a sociis naues,& iam muro vrbis machinis cōcusso,capta erat Palea , nisi qb⁹ datū erat
negociū I vrbē irrūpēdi vel ignauia,vel fraude tā segniter & timide mun⁹ obiuissent,vt cū igno-
minia sint Macedones a moenibus depulsi.Rex potiūdæ vrbis spe frustrat⁹,obsidionē soluit; atq;
ex Cephalenia ꝓfectus,in mediterranea Ætoloꝝ irrūpere cōstituit, etsi Achæi ꝑ legatos in Pelo-
ponnesum reuocabant.Leucadem itaq; primo venit,inde per Ambracium sinum in Ætoliā naui-
gauit.Aderant illi,ꝓter Macedonū copias,Acarnanes & Epirotę cupidi vtriq; iniuriarum , quas
ab Ætolis fuerāt passi,vlciscendarū.Rex copiis in terram expositis,itinere vnius diei & noctis ad
Acheloum venit,amneq; inter Caponē & Straton supato,Thermū ire pgit,Metapāq; inter eūdē
capit, eaq; ꝓsidio firmata, ꝑ angustias cōposito agmine, magna adhuc nocte, Thermum puenit.
Erat is locus celebris,solēniq; Ætolici nois conuentu,multaq; opulentia refertus,oīs hostilis iniu-
rię ad id tpš immunis,ibi non solū ꝓphana tecta,sed sacra oīa diruta & incensa,qbus indicat⁹ est
Philippus a maioribus degenerasse. Alexāder Thebis captis summā adhibuisse diligētiā dicit,ne
templa violarent.Sic Asiatica expeditione , ab omni lucoꝝ ædiumq; sacrarum iniuria abstinuit.
Est,quis non videt!impii hostis & furiosi ea populari,q̄ sunt ad religionis vsum comparata,statu
as,lucos,aras,qbus dirutis nullū pōt ad milites emolumentū puenire,neq; ad hostes detrimentū:
haud enī decet bonū imperatorē,ad internicionē vsq; bellare, sed quatenus eorū qui iniuriā fece-
re,malefacta corrigant.Tyrāni nō regis opus est,victis & inuitis terrifice imparé, & mutuo odio
cū his viuere.Legitime īperātis,liberalitate & clemētia subiectos gubernare , & inter suos mutua
charitate versari.Nec Ætoloꝝ exemplū regē imitari oportuit,qui Dodonæi Iouis templū incen
derāt.Pulchrū est hostē virtute nō scelere,clemētia nō sæuitia supare.Philippus Thermo ꝓfect⁹
cōposito agmine retro abibat,necdum angustias euaserat , quū ad tria milia Ætolorū ex insidiis
coorti,extremū agmē carpe incipiūt.Macedo,etsi ad tales casus subsidiis oīa firmarat,quia hostes
obstinatius instabant,scutatoꝝ manu in occulto sedere iussa,Ætolos ferocius inuectos insidiis ex
cipit,exceptos ad centū & amplius obtruncat:qua clade pculsi hostes oēm ferociā & impetū remi
sere.Inde Acheloo supato,circa Stratū Ætoli recēti prelio victi sunt . Macedo ad naues reuersus
Leucadē nauigauit,vbi ꝓdā large partitus est.In Peloponeso interea Lycurg⁹ cū Spartanorū ma-
nu Eleam cepit.Arcē,quo se oppidani receperāt,obtinere nō potuit.Dorimachus,qui in Thessali
am irruperat,ꝑ eos dies qb⁹ Philippus Thermū diripuit,vbi de Macedonū accessu factus est cer-
tior,nulla re memorabili in Thessalia gesta,vt ꝓfię auxiliū ferret, magnis itinerib⁹ in Ætoliā ve-
nit,ob domesticā cladē in suoꝝ moerorē incidit & luctū multo sua opinione maiorē. Macedo in-
terim Leucade ꝓfectus,oēm maritimā Ætolię partē populatus,Corinthū ꝓcessit , nauibus in Le-
cheo relictis.Corintho inde digressus,cū toto exercitu & Achæoꝝ appēdicib⁹, ꝑ ardua & deser-
ta montiū ad Menalū puenit. Spartanis subito accessu stupētib⁹,ad Amyclas nono die q̄ Corin-
tho discesserat,castra fecit.Erāt Amyclę in Spartano agro omi frugū gn̄e feracissimæ.XX.stadia
ab Lacedæmone.Postridie oēm circūiectā regionē populat Philippus,ac plures deinceps dies ꝑ ho
sticum euagatus,Cythiū Lacedæmonioꝝ nauale.XXX.stadia ab vrbe petiit . Quicqd agri huic
& Eleæ adiacet,quum pari clade afflixisset,ad Amyclas est reuersus.Lycurgus interea duo milia
Messenioꝝ q ad Philippū veniebāt in Glympē oppidū cōpulerat,eoq; successu ferox fact⁹, prælii
fortunā experiri cōstituit.Cū duobus igit milib⁹ colles,q Eurotę imminēt,occupat,edicitq; vt La
cedæmonii vbi cōsertū ꝓliū viderint,nō vno loco eruptionē faciāt ex vrbe,qui vt aliqto angusti⁹
interuallum regi ad euadendum relinqret,ruptis Eurotę aggeribus,oīa fluuio circumiecta loca ī
undatiōe cōpleuit.Philippus mercenarios in Lycurgū misit,inde quū scutatos & illyricos subie-
cisset,cētū circiter Spartanorū cæsis,cæteris cū Lycurgo fuga disiectis,loco est potitus,exercituq;
vltra flumē ꝑ ociū traducto, Corinthū rediit.Hic Philipp⁹ in grauē militū seditionē incidit,cu-
ius mot⁹ authores fuerāt Leōtius & Ptolemæus,qui primū apud regē locū obtinebāt. Cōiurauē
rāt hi cū Apelle tutore regis in Philippū adhuc adolescentē,qa ille Arathi viri prudētissimi con
siliis libēti⁹,q̄ suis vteret.Cæterū militari seditione compssa,Leōti⁹ & q cū eo cōspirauerāt,haud
multo post sui sceleris luerūt poenas.Nec regē latebat quorsum tēderēt suoꝝ procerū cōsilia, qui
maluissent se,vt puerū,obsequētiorē habere,& ad sua vota magis opportunū. Leōtius igit maie-
statis cōuictus in castris interfect⁹ est.Megaleas,quū ad suppliciū regreret, Thebis quo confuge-

Palea.

Thermi ex-
cidium.

Optimi im-
peratoris
partes.

Ætoli bis vi-
cuntur.

Amyclæ.

Lycurgus
vincitur.

Leontius.

rat sibi mortẽ cõsciuit. Apelles deinceps & filius supplicio dediti. Erat iam autũni tẽpus eius anni quo Hãnibal in Italiã descẽdit. Philippus militibus in hiberna dimissis nõ multo post in Macedoniã abiit. Spartani interi Lycurgũ regẽ, q̃a rumor erat eũ nouis rebꝰ studere, facto in eiꝰ domũ impetu vrbe extorrẽ eiiciũt. Eratq; hic rerũ status in Europa: in Asia interim graue inter Antiochũ & Ptolemęũ bellũ gerebaẽ, tulit is a paterna cęde Philopatoris cognomen, q quietiorẽ statũ tẽporum nactus, quũ Philippus & Antiochus admodũ adolescentes essent, ac propterea minime

Philopatoris ignauia. formidolosi, diuersa a maioribus via ingressus, se ocio & desidię tradidit, vt breui nõ externis mõtibus, sed domesticis quoq; cõtẽptui esse cœperit. Fœdis itaq; amoribꝰ & temulẽtiæ addictꝰ inuenit sui regni insidiatores. Primus itaq; Cleomenes Lacedæmonius fuit, is magno prælio ab Antigono victus, vt supra est memoratũ, in Ægyptũ nauigauerat, vbi hospitaliter ab Euergete Ptolemęo, qui Philopatoris fuit pater, exceptus, apud eũ quoad vixit in magno honore fuit. Mox vbi Philopator parricidio regnũ occupauit, tẽtauit ille, bona regis venia, Lacedæmonẽ abire, regnũ recuperaturꝰ, post Antigoni interitũ. Id ille nõ solũ nõ impetrauit, sed suspectus etiã ob egregiã animi virtutẽ Philopatori esse cœpit. Formidolosa est & suspecta tyrãnis virtus. Appulit interim Alexãdriã Nicagoras qdã Messenius, vænales equos aduehẽs, is recõciliatã hẽbat cũ Cleomene amicitiã, sed parũ integra fide, qd eiꝰ postea facinꝰ declarauit. Hunc Cleomenes, circa portũ inãbulãs, sub ipm̃ appulsum intuitus, quũ amice salutasset, ad qd venisset pcontatus, vbi nauigatiõis causam, & qd secũ veheret, audiuit, q̃ vellẽ inqt Cinædos potius aduexisses & Sambucas.

Nicagoræ perfidia. Nã his pręcipue rex delectabaẽ. Hęc quũ Nicagoras Sosibio, cuius summa erat apud regẽ authoritas, detulisset, barbari ĩpulsu ep̃lam in Cleomenẽ cõfinxit, suspitionibꝰ plenã, qua post Nicagoræ discessum ad regẽ delata, in custodiã Cleomenes adductus est, liberaliter tñ apud custodes & ĩ summo honore habebaẽ. Sed quũ nullã meliorẽ spem Cleomenes in futurũ haberet, rege Canobũ pfecto, custodibus deceptis, in publicũ cũ paucis suoꝝ stricto ferro erupit, ibiq; Ptolemæo quodã, ad custodiã vrbis relicto, qui forte ĩ eũ motũ ĩciderat, ĩterfecto, ciues ad libertatẽ hortabaẽ, ad quã vocẽ quũ nemo moueret, ĩ arcẽ ĩpetũ fecit, q̃si eã p occasionẽ occupaturꝰ. Hic quoq; vi exclu-

Cleomenis interitus. sus, cũ iis quos circa se habuit, vt fortiter moreteẽ, sibi manũ ĩtulit. Habuitq; Cleomenes hũc exitũ, in quo nihil regiũ defuit, pter regnũ. Theodotꝰ inde Ætolꝰ, q inferiori Syrię pẽrat, regis ignauiã ptesus, & offensus pterea illi grauiter, q quũ nup q̃dã aduersus Antiochũ mouisset, vt puinciã sibi creditã fortiter tueret, Alexãdriã accersitus, capite ppemodũ fuerat piclitatus. Ob hæc ille infesto aĩo in regẽ, occulte Antiocho se Syrię vrbes daturũ pollicet. Pręfecerat Antiochus Molonẽ & Alexãdrum fratres, hunc Persidi illũ Mediæ, quoꝝ defectio regi nunciata est sub id tẽpꝰ, quo occupãdę p Theodotũ Syrię occasio oblata est. Xeone itaq; & Theodoto quodã cũ copiis in Mediã & Persidẽ missis, ipse ad Syriacũ bellũ exiturus, dũ in Seleucia adhuc eẽt, Diognetꝰ classis pfectus Laodicen Mitridatis Põtici regis filiã virginẽ regi despõsã, naui aduexit. Celebratis itaq; magno apparatu nuptiis, regnoq; vxori relicto, Antiochiã cõtẽdit. Nec ita multo post illi nũciatũ ẽ duces quos in Molonẽ miserat, p victis Media excessisse, hostẽq; oĩa late obtinere. Quibꝰ nunciis Antiochꝰ pulsꝰ, Syriaci belli cõsilio omisso, ĩ Mediã cõtinuo occurrisset, nisi ab Hermia Cha-

Hermias Chares. re, q ob puerilẽ regis ętatẽ (erat tũ Antiochꝰ. xvi. ãnos natꝰ) oĩa suo nutu administrabaẽ, Xẽceta Achæo cũ nouis copiis in Mediã misso, ad ĩcœptũ bellũ exeq̃ndũ regẽ cõfirmasset. Copiis igiẽ

Massia. Apamiæ coacti, Laodiceã rex cõcessit, mox ex Laodicea cũ exercitu pfectus, ad Massiã venit locũ inter Libanũ & Antilibanũ pmõtoria. Est is locꝰ primo natura palustris, ex vna pte oppidũ ĩminet, qd Brochos diciẽ, exaduerso alterũ Gerra noĩe, inter vtrũq; arduus & inflexus collis. Per multos itaq; labores copiis huc traductis, rex Gerrã exercitũ admouit. Sed pter spẽ oĩa a Theodoro p̃sidiis ĩsessa offendit, & paludẽ fossa valloq; obseptã. Prĩo vim ĩferre conatꝰ ẽ, cæteꝝ q̃a nihil vis p futura videbaẽ, & Theodotꝰ ĩ Ptolemęi fide adhuc eẽt, ne plus incõmodi adiret q̃ ĩferret, ĩcœpto destitit. Sed nihil a pſenti bello ęque aĩm auertit, ac nouꝰ de Xẽceta nũcius ĩ castra allatꝰ, quo cognitũ est regis copias a Molone pfligatas. Xẽcetas ex Seleucia cũ Susianę & rubri maris oræ pfectis ad Tygrim puenerat, vbi facta spe, fore, vt si copias flumẽ trãsmitteret, magna ps exercitus a Molone, q odio eẽt militibꝰ, ad regẽ trãsiret, exercitu ĩ vlteriorẽ ripã ĩpigre traducto ad Molonis castra pfectꝰ, deserta ab hoste inuenit, multę opulẽtię plena. Ibi Xencetas verã fugã arbitratus, q

Xencetas fraude capitur. Molo parũ suis fideret, idcirco se expectare nõ fuisset ausus. Cũ suis igiẽ crapulę & ebrietati debitũ altꝰ oppssit sõnꝰ. Tũ Molo cõuerso p noctẽ cursu castra sine certamĩe igressꝰ hostes ebrios & semisomnes ad satietatẽ cecidit. Pars nõ pua metu in fluuiũ pcipitata verticibꝰ absorpta est. Scdm̃ eam victoriã Molo Seleuciã occupauit, mox & oĩa Babyloniæ loca, & quicqd circa rubrum mare

gẽriũ fuit eius armis cesserat. Antiochus igitur his nunciis turbatus, ex Syria cũ valido exercitu
ad hostẽ ꝓfectꝰ, Tygrim triptito copias traiecit. Dura oppidũ obsidiõe soluit. Orico deinde mon
te supato in Apolloniã descẽdit. Et iã Molo ad. XL. stadia a rege castra fecerat, q̃ quũ suspectã ha
beret militũ fidẽ, noctu expertus Antiochi castra inuadere, cũ lectissima manu a suis silentio digres
sus ad regias munitiones iter intendit. Ferebat̃ in hostẽ spei plenus, quũ ei nunciat̃. X. milites ad
regem transfugisse, tũ ille infecta re sub lucẽ in castra reuersus, tãtũ subito accessu tumultũ exci-
uit, vt parũ abfuerit quin castra desererent̃. Inde vbi illuxit rex quadrato agmine affuit, nullã pu
gnæ morã facturus. Molo etsi ob nocturnũ tumultũ cunctãtius exiit, eduxit tñ in apertũ copias.
Hic haud magno q̃dem certamine opus fuit, cõfestim sinistrũ Molonis cornu ad regẽ trãsiit. Ipse
ea parte qua præliũ iniuerat aliq̃diu hostẽ sustinuit, verũ vbi signa destitui sensit, & qui circa se
adhuc pugnabant fluctuarent aĩo, satis gnarus quas poenas regi daturus esset, si viuus in eiꝰ po- Molonis in-
testatẽ veniret, sibi manũ intulit. Nicolaus eiꝰ frat̃ ex acie digressus, vbi in Persidẽ venit, Molonis teritus.
vxorẽ & filios interfecit, inde seipm̃ trãsegit ferro, Alexandrũ alterũ fratrẽ itidẽ fecisse arbitratus
Molonis corpus in celeberrima parte Mediæ cruci est affixũ. In cęteros multa Antiochus est mo
deratione vsus. Inde ꝓuinciarũ rebus ex sñia cõstitutis, Artabarzanẽ, cui bellũ intulit, pene suppli
cem in amicitiam recepit, & Hermeam tutorem suum, quẽ supbia & auaritia corruptũ ad id tp̃s Hermeas oc
tulerat, occidi imperauit. Fuerat ille adeo oĩbus inuisus, vt Apameę vxorem eius mulieres popu- ciditur.
lariter occiderint, & pueri liberos. Misit Antiochus ad Achęum, cuius priore libro mentio facta,
q̃ de eius iniuria q̃rerent̃, q̃ per id tẽpus quo ipse aduersus Artabarzanẽ exercitũ duxit, ratꝰ fore
vt eo bello extingueret̃, regiam appellationẽ recepisset, nec minus interea quæ ad Syriacũ bellum
attinebãt, studio comparat. Mox vbi oĩa affuere, Seleuciam Phoenicię vrbem obsidiõe cingit. Est Seleucia.
hæc haud ꝓcul ab Oronte, qui ex Libano ortus in Antiochiam fertur, inde haud ꝓcul a Seleucia
Phoenicio mari infundit̃. Fuerat id oppidũ multis retro annis in Ægyptiorum regum potestate.
Ptolemæus Euergetes, qui Romana voce benefactor vocandus erat, primus vrbe ipsa fuit potitꝰ,
quum ob Beronices casum, vt alio est loco significatum, exercitum in Syriã duxit. Antiochꝰ vr-
bem terra mariq; adortus, posteaq̃ in suburbia penetrauit, & iam emporia capta erãt, deditã a ci
uibus pacate accepit. Seleucia potitus, Theodoti literis in Syriã accersitur, qui a rege aperte alie
natus, Tyrum & Ptolemaidẽ obtinebat. Ad Narsiam igitur prius rex exercitũ admouit. Hic Pto
lemaidem a Nicolao Philopatris duce obsideri auditum est. Tum vero haud cunctandũ ratus, cę
teris copiis Brochum admotis, ipse cũ expeditis militibus ad soluendã obsidionem occurrit. Ad
cuius aduentũ regius dux territus, priusq̃ Antiochus in cõspectũ veneris, præsidio ad Berytanũ
saltum obtinendũ misso, ipse cum cætero exercitu in tutum cõcessit. Antiochus hinc quoq; hosti
bus subito accessu depulsis, in ipsis locorũ angustiis castra fecit, hic reliquas copias expectaturꝰ,
quibus receptis cõtinuo mota sunt castra. Affuit interim Theodotus qui Tyrum & Ptolemaidẽ
regi tradidit. Eum Antiochus humaniter cõplexus vbi exploratũ habuit Ptolemæũ occulte Mẽ-
phim cõfugisse, eius vero copias ad Pelusiũ stare, confestim ad eas delendas occurrisset, nisi aquis Antiochi
omnia obtineri edoctus, pręcipiti cõsilio abstinuisset. Per Syriã inde euagatꝰ, multas vrbes in de- expeditio in
ditionem accepit. Mox appetẽte hyeme, induciis cũ Ptolemęo in certum tp̃s pactis, Seleuciã in hi Syriam.
berna cõcessit, vbi p Ptolemęi legatos disceptatũ est de iure Syriæ. Antiochus Seleucũ & Antigo
nũ, qui primi ea loca occupassent, post magni Alexãdri interitũ, verissimos aiebat iustissimosq;
fuisse dominos, quare ad se q̃ a primo Seleuco oriũdus esset, nõ ad Ptolemæũ Syriæ regnũ attine
re. Prætetea Ptolemęũ nõ sibi sed Seleuco aduersus Antigonũ pugnasse, quo sublato quũ Cassan
der Lysimachus & Seleucus inter se regna diuisissent, Seleuco Syriã adiudicarũt. Ptolemęi legati
ruptũ foedus ãte oĩa querebant̃. Inde dicere Ptolemęũ Lagi, ea cõditiõe cũ Seleuco aduersus An-
tigonũ bellasse, vt totius Asiæ imperiũ Seleuco, Syria & Phoenice Ptolemæo cederet. Hyeme per
irritas altercatiões absumpta, quũ iã ver appeteret, Antiochus instructo exercitu Marathũ prĩo
venit, per eum locum, quem incolæ dei Prosopon vocant, ingressus Berytum copias admouit, Bo
tra vrbe in itinere capta, Triere & Calamo incẽsis. Hic Theodoto & Nicharo iussis angustias cir
ca Dicũ amnẽ occupare, ip̃e cũ p̃cipua exercitꝰ parte ad Damurã fluuiũ cõsedit. Paucis inde die
bus ante Libanũ, cuius angustias circa mare Nicolaus Ptolemæi dux obtinebat, terrestri ꝓlio vno
tẽpore & ĩ mari dimicatũ. Vtrobiq; Antiochus victor, cæsaq; ĩterea ad duo milia hoim̃, reliqui fu
ga dispalati, magna ex parte Sidonem quo & Nicolaus deuenere, quo breui postea Antiochus cũ
exercitu venit. Sidonem rex oppugnare non est ausus, ob hostiũ multitudinẽ, quæ intus erat. Mo Antiochi
tis castris Philoteriã inuasit, iuxta paludem sitam, in quam Iordanis fluuius elabit̃. Ea vrbe An- gesta in Sy-
ria.

Antiochi successus. tiochus breui potit⁹, Atybirū expugnauit, & Pellam, inde Camū, Geprū obtinuit. Quē Antiochi successum Arabes secuti, illius partes amplexi, cōmeatu & auxiliis iuuerūt. Arabū opibus & amicitia fretus Antiochus, vlterius ꝓgressus, Galatē & Rabbata cepit. Hinc Cerea q a Ptolemęo trāsfugerat in Samariā cū quinqꝫ milib⁹ armatoꝝ misso, Ptolemaidē cū exercitu cōcessit, ibi proxima hyeme mansurus. Cæterū dum hęc in Syria gerunt, Achæus, Miliade & magna Pāphiliæ parte Attalo adēpta, Sardis copias admouit. Attalus Egosatas Galathas secū hñs, aliquot interim loca in Æolide recepit, quę ad Achæum defecerant, inde Mysiam ingressus vsqꝫ ad flumē maximū ꝓcessit, vbi deliquio lunę repēte facto, Galathisqꝫ vlterius sequi recusantibus, Egosatas circa Hellespontū collocauit, ipseqꝫ Pergamū hibernatū se recepit. Vere deinceps seqñtis anni ineūte, An-
Antiochi & Ptolemęi copiæ. tiochus & Ptolemęus, cū q̄ maximo vterqꝫ potuit belli apparatu, in mediū ꝓcessere. Ptolemæus Alexandria ꝓfectus, vltra. LXX. milia peditū & qnqꝫ eqtum secū trahebat. Tres &. LXX. elephātos. Antiocho duo &. LX. milia peditū, eqtum sex milia, elephanti centū & duo aderāt. Per Pelu
Raphia. sium Philopator & Casiū montem Gazam venit, inde quinis castris ad Raphiā vrbem consedit, quę post Rhinocolura sita est, prima ciuitatum Syriæ Ægyptū aspectātiū. Huc Antiochus cum oībus copiis ꝓgressus, decē stadia ab hoste castra locat. Nec ita multis interiectis diebus, ad qnqꝫ stadia ꝓpius translatis castris quotidie inter aquandū leuia vtrinqꝫ prælia ex occasione gerebantur. Interim Theodotus Ætolus, q ab Ptolemęo ad Antiochum defecerat, speculatus interdiu ꝓ
Theodoti facinus. cul regium tabernaculum, noctu ignoto habitu hostium castra ingressus sub aurorā deceptis custodibus ad regē ingressus, duobus qui in tabernaculo cubabant vulneratis, & cum his Ptolemæi medico interfecto, incolumis in castra rediit. Illud regi saluti fuit, ꝙ secretiore quodā loco quietē capiebat. Nec ita multo post, reges ipsi decreto in aciem descendunt. Vterqꝫ accuratissime suos ad pugnā instruit, opportunaqꝫ ad milites hortatiōe est vsus. Ptolemæus lęuum cornu cū Laodice sorore obtinebat, Antiochus cū regia phalāge dexterū. Primū fuit ꝓlium elephantorum, quo-
Regum cōgressus. rum mos est quum dimicant se dentibus incessere. Cęterum Ptolemæi elephātes, qa plurimū Libyci erant, & ob id timidiores, statim Indicis cessere, qui impetu auersi ingentē Ægyptiacæ phalangi attulerunt stragē, quo accidit vt ab initio in dextro cornu Antiochus superior fuerit. Sed quēadmodum hac parte fortuna prospere affuit, ita qui in læuo latere dimicabāt a dextero Ptolemęi cornu pulsi sunt. Resistebatqꝫ adhuc etsi beluarū īpulsu nō mediocriter cōcussa Ptolemaica phalanx a læua parte, quū Antiochus rat⁹ se vincere, sensit se magna ex parte victū. Cursu igi
Vincit Antiochus. tur in alterū cornu delatus, vt ea ꝑte pugnā repararet, vbi res perditas vidit, Raphiā ꝓfugit. Tū vero late cędes totis est campis edita, Ptolemęusqꝫ ingentē victoriā adeptus, summa cū lętitia & gratulatiōe suoꝝ, sese in castra recepit. Antiochi ad. X. milia peditū cecidere, eqtes plusq̄. CCC. quatuor milia capta. In dextero Ptolemæi cornu q̄plurimi equites & mercenarii milites periere.
Syriaci belli finis. Scd̄m hanc pugnā Antiochus Syria cessit, certatimqꝫ ciuitates in Ptolemæi fidē rediere. Secuta inde pax est, fœdereqꝫ inter ipos reges icto, Antiochus oēm belli impetum in Achęū vertit. Atqꝫ
Lycurgus. hoc euentu in Syria est bellatū. Interea Lycurgus Lacedæmoniorū rex ab exilio reuocat⁹, cū magna Spartanoꝝ manu, Messeniorum agrū ingressus, Calamā ꝓditiōe occupat, atqꝫ in animo habebat iungere se cum Pyrria Ætolorū duce, qui ex Elide eo venturus dicebat. Verum Cyparensibus Ætolo trāsitū inhibētibus, Lycurgus nulla re memorabili vlterius gesta, Lacedęmonē cum exercitu decessit. Elienses Pyrria duce exauthorato, vt hoīe parū strenuo, Euripidē iterum ex Ætolia accersunt, cuius ductu in Ægiadem regionem egressi, oīa terroris & populationis complēt. Ly
Lycus. ci Achęorū ducis occursu ibidē dimicatū, quadringentiqꝫ ex Eliēsib⁹ cæsi. Nec multis interiectis diebus, idē Lycus & Demodocus in Eliensem agrū irrupere, vbi Eliensiū. CC. temere in hostes inuecti, apud Phyxiū sunt cęsi. Eratqꝫ hic rerum status in Peloponneso. Ab Acarnanibus & Ætolis
Philippi successus. mutuæ & crebrę incursiones fiebāt. Philippus Bylazonē vrbē in Peonia occupauit ad ingressum Macedonię, ex Dardania inde multa ope Thebas nō ꝓcul a mari vrbē pluribus diebus oppugnatā, per deditionē cepit, captāqꝫ Macedonū fecit coloniā, ꝓ Thebis Philippopolim appellauit. Audita interea Scerdilaidæ alienatiōe, qui pacto stipendio a rege fraudatus, oēm orā maritimā vsqꝫ
Cataphractę & aphractæ naues. in Peloponnesum infestabat, cū aliquot cataphractis nauibus & aphractis qbusdā, euripo enauigato, nauibus circa Maleā & Lecheū dispositis, Argos venit, vt Nemeęis ludis interesset. Quo illi literę ex Macedonia allatę sunt, qbus significabat, Romanos ad Trasimenū lacum in Hetruria a Pœnis ingenti ꝓlio victos, & iam Hānibalē oīa late obtinere. Ostēdit Philippus literas vni dūtaxat Demetrio Phario, quē penes se habebat. Ille regē hortat⁹, vt Gręcię rebus cōpositis, ad Illyricū & Italiā occupandā animū adiiceret, facile ꝓpulit, vt cōfestim de pace cogitare cœperit, quæ

paucis diebus in hunc modum secuta est, vt Æeoli & Achæi atque eorum socii, pacate inter se agerent, ictumque in id fœdus. Incidit pax illa in tertium annum centesimę & quadragesimę Olympiadis, vt Polybius scribit, qui annus, vt idem ait, in eum coincidit, quo Romani ad Trasimenum prælio victi sunt. Philippus locis, q̃ Scerdilaidas occuparat, receptis, quum iam hyems instaret, milites in hiberna dimisit: ipse animo ad res Italiæ semel adiecto, centum lembos instruxit. Sub initiũ æstatis, Macedonibus leuiter remigio exercitatis, cum oĩbus copiis, per Euripum & Maleam, ad loca, quæ sunt circa Cephaleniam & Leucadem, classem appulit, vbi castris circa mare positis naues valide communiuit, Romanam classem præter cætera formidans. Antiochus initio æstatis societate cum Attalo aduersus Achæum inita, Taurum montem transcẽdit. Et Prusias rex Bithyniæ Gallos, quos Attalus circa Hellespontum collocauerat, quia Arisba capta circuniectis accolis iniurii essent, acie victos cum multa cæde difiecit. Vxores & liberi eorum nullo ætatis aut sexus discrimine ad vnum sunt occidione occisi. — *Achaici & Ætolici belli finis.*

M. ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIÆ HISTORIARVM AB ORBE CONDITO ENNEADIS QVINTÆ, LIBER TERTIVS.



IN HOC Statu erant res Asię, quũ Romani ad Cannas ingenti, vt diximus, sunt prælio supati, qua victoria fret⁹ Hãnibal ex Apulia profectus, in Hirpinis primo Cõsam sine certamine traditã recepit, ibiq; pte vna exercitus cum Magone relicta, quibus copiis ille ꝓpinquas vrbes aut sponte deditas reciperet, aut inuitas ad deditionem compelleret, ipse ad inferum mare cursum intendit, Neapolim oppugnaturus. Sedet Neapolis in Cãpano littore, cui Phlegræi campi a tergo circumiacent, nec Laborini multo inde remotiores. Eã Chalcidẽses cõdiderũt, Parthenopẽ primo a Sirenis tumulo appellatã. Surrentũ e aduerso illi respondet, diuersa parte sinus cũ Mineruæ ꝓmontorio vbi Sirenum fuit sedes. Pœnus loci opportunitatẽ secutus, vt portus aliq̃s sibi esset idoneus ad excipiendos ex Libya cõmeatus, huc progressus Numidas vrbem adequitare ꝓcepit, qui Neapolitanorum equitum aliquot temere in pugnam egressos, subito equorũ circũactu in medium exceptos interfecere. Hãnibal situ vrbis & murorũ apparatu inspecto, oĩ spe illius potiundę abiecta, Capuam duxit. Florebat tũ ea ciuitas longa felicitate & indulgentia fortunę, immoderateq; suam libertatem exercere, multoq; immoderatius plebs id facere, cuius ꝓprium est nihil scire, fuerat hęc semp antea senatui infesta, tum vero per Pacuuiũ Calaniũ aliq̃to pacatior facta. Is iam inde ex quo Romanis ad Trasimenũ victi sunt, ad Pœnorũ societatẽ animũ adiecerat, ad qđ facinus exeq̃ndũ, vt totius ciuitatis studia cõciliata haberet, noua arte in recõciliãdis ordinibus est vsus. Senatum primo docuit q̃tum sibi periculi a plæbe immineret, si nouandæ rei occasio aliunde affulsisset, haud dubie, nisi mature obuiã iret, fore, vt nõ multo post pauci a pluribus subita vi obtruncarentur. Verum habere se consilium multitudinis reconciliandæ, si suæ fidei senatus negociũ ꝑmittat. Oẽs ad vnũ metu ꝑculsi, Pacuuium orãt, vt ex sua fide vniuerso ordini consuleret. Senatu itaq; in curia clauso, Pacuuius in concionẽ ꝓcessit, ibi multitudinem affatus, multum diuq; inq̃t optastis ciues Cãpani vestros senatores tollere, at certe scio q̃ optatæ cædis potestas fiet a me vobis (clausi enim omnes in curia vt opportuniores ad iniuriam haberetis) nolle vos sine senatu esse, neq; etiã expediret ciuitati publico consilio carere. Legẽdi igit̃ noui senatores sũt, coniiciã igit̃ proinde singulorũ noĩa in vrnã, ac quotus quisq; eorũ fuerit sorte ductus, de eius capite vt libitũ fuerit statuetis. Sed priusq̃ de sonte sumat̃ suppliciũ, in dãnati locũ ali⁹ est vobis senator cooptãd⁹, atq; ita vno tpe inimicos vlciscemini, & nouũ ex sñia senatorẽ habebitis. Assensa est multitudo, nomẽq; vni⁹ sorte eductũ oẽs detestari, dignũ supplicio cõclamãt. Video inq̃t Pacuuius q̃ sit vestra de hoĩe sñia, agite nunc & priusq̃ supplicio afficiat̃, vnũ aliquẽ in huius locum cooptate. Tũ vero quũ vn⁹ atq; alter noiari ceptus eẽt, eorũq; noia vulgo sorderent, nec q̃sq̃ existeret, cui nõ ignauia aut obscuritas gñis aliudve sordidũ obiiceret̃, essentq; plęriq; nõ tam ad dignitatẽ, q̃ ad audiẽda pbra noiati, sensim ex cõciõe & cũ rubore plębs dilapsa est, notissimũ malũ maxime tolerabile eẽ dicitãs, remissoq; odio senatũ custodia educi iussit. Senatores & ipsi iã inde obseq̃ntiores in plębẽ facti, facile eũ ordinẽ sibi beneuolẽtia deuinxere. Erat q; Pacuuius ob hæc in magna celebritate, ac ciuitatis lõge princeps, ciuesq; mutuo int̃ se studio deuincti, vna oẽs a Romanis ad Pœnos idinarũt. Vnũ in mora eẽ, q; mutua cõnubia plęrasq; ãbarũ ciuitatum familias miscuerãt. Nã & Pacuui⁹ liberos ex Appii Claudii filia tulerat, & filiã Romæ nuptũ Liuio dede-

Neapolis situs.

Parthenope.

Repellitur Hannibal Neapoli.

Capua.

Pacuuii ingenium.

rat. Obstare adhæc p̄senti cōsilio. CCC. Cāpani eq̄tes, q̄ int̄ cætera Siciliæ p̄sidia, in eā īsulam fuerant delati. Cæteꝝ Romanis ad Cānas victis, vbi ex iis legatis q̄ ad Varronē cōsulē officii p̄textu Venusiā quo ille cū paucis ex acie fugerat, missi fuerāt, cognitum est res Romanas, supra q̄ credi posset, accisas, īmemor ingrata ciuitas veteris Romanoꝝ in se meriti, Sānitiū olim iugo de ipsius ceruice excusso, nō solū rē collapsam, vt fideles & gratos socios decuit, nō iuuerit, sed Virii Subii sibi & ciuitati magis q̄ Romanis funesta p̄suasione decretū tulere, vt cū Hānibale his cōditionib⁹ foedus iniret̄, ne q̄s imp̄ator magistratusve Pœnorū ius in Cāpanū ciuē haberet. Nemo Cāpanus inuitus militaret, munusve aliud nolens obiret. Vt suæ leges suiq̄ magistratus Cāpanis essent, vt CCC. ex captiuis Romanis Pœnus Cāpanis daret, quos ipsi legissent, cū q̄b⁹ sui eq̄tes, q̄ in Sicilia faciebāt stipēdia, p̄mutarent̄. Fuerūt q̄ traderēt priusq̄ Cāpani apte defecissent, eoꝝ legatos Romæ in curia petiisse, vt alter cōsul Cāpan⁹ fieret, si Romani a se iuuari vellēt, ad quā impudētem postulationē tāta sit indignatio orta, vt Cāpani curia summoti añ noctē iussi sint Romanis finibus excedere. Sed hi nō cōtēti fidē p̄didisse, Romanoꝝ plerosq̄ q̄ tū forte Capuæ erāt, in balneas custodiæ specie clausos, feruore & æstu interclusa aīa, crudelit̄ necarūt. Vnus oīm Decius Magi⁹, ne ea defectio fieret, summa ope obstitit, ne punicū etiā p̄sidiū in vrbē acciper̄, sup̄bā Pyrrhi regis in Tarētinos socios dn̄ationē referēs. Nec post p̄sidiū acceptū suos hortari destitit, vt aut Pœnos vrbe eiicerēt, aut his subita vi opp̄ssis sese Romanis restituerent. Huiusmodi hoīs cōstātia offensus Hānibal, Magiū in castra accersiuit, qui quū ad eū ire recusasset, negās aliq̄d rei sibi cū Pœno esse, p̄misso ad vrbis magistrat⁹ nūcio, postridie ipse Capuā venit, ad quē videndū, quū tota ciuitas certatim obuiā p̄diuisset, vnus Magius officio abstinuit. Cæterū dū oīs sexus & ætas in tā claro duce excipiēdo occupata est, ipse cū filio & paucis cliētib⁹ tacitus p̄ foꝝ īambulauit. Ingressus vrbē Hānibal cōfestim senatū vocari iussit, tū rogat⁹ ne q̄d ageret eo die, quo primū sociā vrbem ingressus erat, q̄d nō idē lætū & hilare esset, etsi in irā valde p̄pēsus, abstinuit tn̄ ac reliquū diei ī spectāda vrbe est ab eo cōsumptū. Diuersabat̄ Pœnus apud Steniū & Pacuuiū celebres nobilitate & opib⁹, Cāpanæ ciuitatis lōge clarissimos. Venit eo & Pacuuius Calanius princeps eius factionis, q̄ rem ad Pœnū traxerat, cū filio adolescēte ab Decii latere vi nup̄ abstracto. Huic recens p̄ris meritū nō solū veniā apud Pœnū īpetrauit, sed ad cœnā est etiā ab eo vocat⁹, cui valitudine excusata iuuenis adesse noluit, q̄n patrē paulo añ solis occasum triclinio egressum secutus, vbi eū secreto est loco adeptus (venerāt enī p̄ posticū in hortū ædib⁹ subiectū) ibi Perolla (hoc illi nomen fuit) toga ab humero reiecta latus gladio succinctū nudat, cepisseq̄ se cōsiliū ait Hānibalis eximprouiso obtrūcādi. Atq̄ ita fore, vt nō solū Cāpani defectiōis veniā a Romanis īpetrarēt, sed in multo maiore, q̄ vnq̄ antea, ap̄d illos honore futuri eēnt. Hoc te latere nolui inq̄t, vt adesse possis pater si velis, vel si mauis, inde p̄cul abesse. Ad ea senex nō aliter, q̄ si res geri cœpta eēt, territ⁹, per oīa iura, q̄ filios parētibus iungūt, cū lachrymis & multis p̄cibus obtestatus est, ne corā patre oīa infanda facere & pati vellet, ne fidē paulo ante publico & priuato iure cū Pœno iunctā violare aggrederet̄, atq̄ hospitalē mēsam, cui ipse tertius esset adhibit⁹, tā clari hospitis sanguine fœdaret. Q̄ si neq̄ fides, neq̄ iura valerent, manifestū vitæ periculū respiceret, quū tot seruoꝝ liberorumq̄ manus & oculi ducē ipsum obseruarēt. Iam corpus inq̄t meū pri⁹ ferias necesse est, q̄d ego illi obiiciā, ne publica & priuata fide periclitemur. Sine fili te poti⁹ hic exorari q̄ illic vinci, valeāt patris lachrymæ, valeāt preces apud te meæ, sicut pro te hodie apud Pœnū valuerūt. Hæc pat̄ locutus vbi iuuenē lachrymārē vidit medium amplexus atq̄ hærēs osculo, non prius & monere & p̄cari destitit, q̄ a p̄posito auertit. Tum Perolla. Ego inq̄t pietatē, quā patriæ debeo tibi q̄n ita vis exoluā pater. Doleo tn̄ tua causa, cui patriæ ter p̄ditæ sustinēdū est crimē, defectionis a Romanis factæ, fœderis cū Pœno initi, & q̄ arma q̄ p̄ publica fide induerā manib⁹ extorques. Inde arrepto gladio, Ferrū inq̄t o patria quo p̄ te in Pœnū vsurus erā, q̄n paterna pietas p̄hibet, recipe, atq̄ cū his illud trās horti maceriā in publicū abiecit, & quo minus res suspecta eēt ī tricliniū rediit. Postridie Hānibal, freq̄nti senatu, Cāpanis gr̄as egit, q̄ amicitiā suā Romanæ p̄tulissent, pollicitus breui fore, vt Capua Italiæ esset caput, vn̄ Romani cū cæteris populis ius peterēt. Vnum Decium Magiū exp̄tē esse punicæ amicitiæ, fœderisq̄ secū icti, is vt sibi dederet̄ pro amicitia nup̄ inita postulauit, in cuius sententiā vbi factū est senatuscōsultū, Magiusq̄ ad Hannibalis tribunal destitut⁹ nihil ex pristina ferocia remisisset, cōfestim sunt illi catenæ iniectæ, & in castra p̄duci est iussus. Ille vero quacunq̄ iret, concionanti similis, ad circūfusam multitudinem, Habetis inq̄t Cāpani viri libertatē quā petiistis. En inq̄t, ego nulli meoꝝ ciuiū sc̄ds, media ciuitate, celeberrima p̄te vrbis, ad supplicium rapior, quid violentius fieret si vrbs vi capta esset? ite nunc Hannibali obuiā diē eius

Campani cū Pœnis fœdus sanciūt

Cāpanoꝝ p̄fidia.

Decius Magius.

Magii constantia.

Perollæ facinus.

Perollæ pietas in patrē.

Magius Hānibali traditur.

accessus cõsecrare,vt sit q de ciuibus vestris in hũc modũ triũphet.Quũ hęc ille passim disse reret,videreturq; multitudo idignitate rei moueri,obducto capite i castra est deduct⁹. Ex ca stris mox in nauim imposit⁹,vt Carthaginẽ deueheret.Nauis vi tẽpestatis Cyrenas est dela ta,q tũ in Alexãdrinorũ regũ ditione erat.Hic Magius quum ad Ptolemęi statuã cõfugisset, Alexandriã ad Ptolemęũ est deportatus,q vbi qs esset audiuit,cõtraq; ius fœderis ab Hanni bale vinctus,vinculis liberari iussit,factaq; illi potestate quo vellet abeũdi,Alexãdrię esse ma luit quoad res Italię in eo motu essent.Sub id tẽpus quo hęc Capuę gerebant,Fabi⁹pictor est Delphis reuersus,Romęq; res diuina & supplicatio ex oraculi forma decreta est. Mago Ha milcharis filius Cãnẽsis victorię nũcius Carthaginẽ missus est.Hic frequẽti senatu res a fra tre in Italia gestas ita exposuit,vt diceret biẽnio,quo in Italiã vẽtũ erãt.CC.milia hostiũ,plu rib⁹ pliis,ductu & auspiciis Hãnibalis cęsa.L.capta,duos cõsules occisos,duos exercitu exu tos,vnũ sauciũ,magistrũ eqtũ acie victũ,dictatorẽ qa in pugnã nunq̃ descẽdisset vnicũ impe ratorẽ haberi.Capuã post Romanas opes accisas,Italię caput,Apulos,Brutios,Lucanorũq; & Sãnitiũ nõ paruã partẽ ad Pœnos defecisse,cui tã læto nũcio,vt maior fides haberet,rãtã vi aureorũ ãnulorũ i vestibulo curię effudit,vt metiẽtib⁹tris modios & dimidiũ expleuerit, vt q; dã pdiderũt.Phama tñ renuit vnũ,qd pplus vero est,fuisse modiũ. Adiecit inde in maioris victorię argumẽtũ eqtũ id insigne,atq; primorũ eius ordinis,apud Ro.esse. Miror eqdẽ Liuiũ, qd alio etiã sum loco testatus,aureos fuisse annulos pdidisse,quũ Plini⁹author sit,ante C.Ma rii tẽpora nullũ aurei annuli vsum priuatis ciuib⁹ fuisse. Sũma igit̃ orationis quã Mago ad senatũ habuit hęc fuit,vt qñ pcul domo bellũ gereret,& in media hostiũ terra,Hãnibalis no mine petiit,vt pecunię in stipẽdiũ,frumẽtũ,& qa exercit⁹ tot pliis esset diminut⁹,supplemẽtũ etiã ex Aphrica mitteret,vt bellũ magna ex parte confectũ,ad exitũ cõmodius pduci posset. Quũ in re tã lęta oẽs lętitia exultarẽt,tũ Himilcho homo Barchinę factionis,ecqd est inquit Hanno,etiã nũc pœnitet belli aduersus Ro.suscepti?Iube nũc Hãnibalẽ dedi,audiam⁹in Car thaginẽsium curia Romanũ senatorẽ.Ad ea Hãno. Tacuissem hodie inqt patres conscripti, nequid in cõmuni gaudio,qd minus lętũ esset loqrer.Nunc nisi ad ea respondeã,quę me sena tor nobilissimus rogauit,aut supbus credar aut timidus,quorũ alterũ viri est alienę liberta tis obliti,alterũ fuę.Quęris Himilcho an me suscepti adhuc belli pœniteat?dico me neq; pœ nitere desiisse,neq; prius desiturũ Hãnibalẽ authorẽ huius belli incusare,q̃ aliqua tolerabili cõditione id finitũ videro,neq; interruptę pacis desideriũ res vlla q̃ noua pax finiet.Quã nisi nũc quũ eã dare potius q̃ accipe videri possimus adipiscamur, vereor ne aliqñ frustra desīde raturi simus.Dic pterea Himilcho(nã tecũ mihi sermo est) occidit Hãnibal numerosos ho stiũ exercit⁹,& milites petit.Bina castra hostiũ opulẽtię plena,cepit.Frumẽto & pecunia eget. Quid aliud flat,si aut vict⁹ sit,aut castris spoliat⁹?Rñdeat & Mago velim adhęc pa uca,Ecqs Latinorũ pplorũ,post res Romanas extremo plio afflictas,ad Hãnibalẽ defecit?Ecquos legatos Ro.miserũt post aduersam pugnã ad petẽdã pacẽ in castra,aut quã scitis Romę de pace men tionẽ factã?Quũ nihil eorũ factũ dixisset Mago:Tã integrũ bellũ(inqt Hãno) cũ Ro.Po.no bis est,q̃ eo die fuit,quo Hãnibal est Italiã ingressus.Fortunæ inde volubilitate,prioris belli punici exẽplo,memorata admonuit patres,q̃ pax a Ro.sperãda eẽt,si qd nollet,fortuna varia ri cœpisset,quã ne toties qdẽ victi,accisisq; eorũ rebus darẽt!Quũ hęc Hãno & alia magia ve re q̃ opportune dixisset,senatuscõsultũ nihilo secius est factũ scdm Magonis postulata. De cretũ,vt.XL.milia Numidarũ.XL.elephãti, & argẽti põdus igẽs Hãnibali mitteret.Et dicta tor cũ Magone in Hispaniã iret,vbi.XX.milia peditũ,& q̃tuor eqtũ stipẽdio cõducerẽt,hisq; copiis Italic⁹exercit⁹ & Hispaniẽsis expleret.Cęterũ hęc segniter vt lętis reb⁹,ociosęq; nimis gesta.Romę pñs rerũ fortuna oĩa celeri⁹agere dictatorẽ cogebat,q rogato pplo vt equũ cõ scẽdere liceret pter duas legiones,q̃ ab initio anni ascriptę fuerãt,ex pecunia iudicatis,& capi talẽ fraudẽ ausis,qbus publicã fidẽ pstitit,aliaq; hoim colluuione,cũ qnq; &.XX.hoim mili bus ex vrbe pfect⁹est.Hãnibal Capua recepta,Neapolitanorũ aĩos frustra periclitat⁹, in No lanũ agrũ castra trãstulit,fuissetq; breui ea vrbe potir⁹,plębe ad defectionẽ iclinata,nisi Mar cellus Prętor,q cũ exercitu Casilini erat,trepidis senatorũ nũciis excit⁹, occultis itinerib⁹ eo venire maturasset.Pœn⁹ad mare iterũ reuersus,vbi Neapolim a M. Iunio Syllano ptore rene ri sẽsit,quẽ Neapolim accersiuerat,Nuceriã aliqdiu obsessã cõditiõe cepit,vt ciuib⁹,quo vel lẽt,abire liceret.In ppinquas vrbes dilapsi,vbiq; pterq̃ Capuę,benigne habiti,a Campanis ob id exclusi,qa Hãnibali portas nõ statim apuissent.Nuceria direpta est a Pœno & icẽsa,Nolæ

Magii feli citas.

Hãnibalis victoria.

Annuli inter fectorũ.

An aurei fuerint.

Himilchõis isolẽtia.

Vaticinã tio.

Dictator ex vrbe pficię scitur.

Marcellus Nolam ob tinet.

Bantii re a cōciliatio. interim Marcellus quū magis principū volūtate q̄ plebis vrbē obtineret, p magno habuit nē gocio sibi L.Bantiū principē iuuētutis cōciliare.Is in primis rē ad Hānibalē trahebat, q Can nensi strage ex cęsorū cumulis seminecē extractū diligēter curasset,eoq; hostis bñficio iuuenē

Marcelli in reconcilian do pruden tia. a Romanis alienatū,& ad res nouas spectārē Marcellus intuit⁹, bñficio magis q̄ supplicio ho sti eximēdū existimauit,eūq; ad se vocatū benigne alloquit,collaudatūq; q Cānensi acie forti ter p re Ro.stetisse diceret,insigni equo donauit,& qngētis bigatis nūmis. Inde maiora in fu turū pollicitus,lictorib⁹ īperat,vt quoties Bātius vellet,darēt illi ad se aditū. qua prōris mu nificētia ferox iuuenis anim⁹ adeo est mutatus, vt sociorū nemo fideliorē operā Ro. eo bello

Hannibal Nolā obsi det. deinceps exhibuerit.Nec ita multopost Hānibal ex Nuceria affuit,sub cui⁹aduētū Marcellus nō metu,sed ne plebi,q̄ Hānibalis erat,tradēdę illi vrbis facultas relinqret,cū exercitu in vr bē se recepit.Erātq; quotidie leuia vtrinq; plia,quū Marcellus senat⁹indicio cōperit,nocturna cū hoste haberi colloq̄a,cōsiliaq; a plebe cū iis inita,vt quū Ro.ad pugnā de more egrederet, tū clausis a tergo portis vrbe exclusum hostib⁹traderet trucidandū:Pœnūq; victorē ītra mu ros acciperet.Tū ille vbi rē ad defectionē inclinare vidit,fortunā tētare cōstituit.Oīne robur copiarū in porta,q̄ recta ad hostē mittebat,primo collocat,inde dextra læuaq; duabus portis auxilia,& eqtes cū legatis iubet cōsistere,signūq; ad erūpendū expectare , impedimēta cū lixis & calonibus seq iussa,ne ab oppidanis diripi possent,firmo cinxit p̄sidio.Edicit p̄terea nequis Nolanoȝ muros ascēdat,capitale futurū q edicto nō paruisset.Affuit Pœn⁹,vt antea cōsue uerat,cū parte copiarū dimicatur⁹,q mirat⁹,q nemo vrbe egrederet,quū ppius muros subiis set,patefacta repēte porta,cū impetu & clamore miles,vti iussus erat,in hostē inuehit, p̄lioq; cōfestim inito Pœnū pculit,vt in re subita,trepidū.Clamor inde a laterib⁹ sublatus turbauit etiā ac fudit.Mirū est quod eo die accidisse memorāt:vno dūtaxat Romanoȝ cadēte,ad duo

Pœnoȝ cæ des ad No lā mira. milia hostiū &.CCC.occidione occisos.Ea victoria maior Ro.visa,q̄ p numero cæsorū, q ab hoste toties vinci desiissent.Hānibal spe Nolę potiūdę abiecta,Acerras cōtēdit. Marcell⁹ ī vr bē reuersus,clausis portis,ī eos q noctu cū hoste colloq̄a habuissent,q̄stionē exercuit.LXX.q; pditionis cōuictos,securi pcussit.Permissa inde senatui vrbis administratiōe,cū exercitu pfe ctus,supra Suessulā castra fecit.Pœnus interim Acerras oppidanis nocturna fuga dilapsis di ripuit & incēdit.Ad Casilinū inde exercitū duxit:Erāt ibi cohortes duę,Prenestinorū vna,al tera Perusinoȝ,q̄ sub id tēpus quo ad Cannas est pugnatū,audita suorū clade, pcul īde quo iter intēderāt,haud vno tpe Casilinū puenere. Quū hic igit essent, cognouissentq; sibi ab op pidanis,q Cāpani erant,insidias parari,Capuāq; ad apertā defectionē spectare,oppidanis no

Hannibal Casilinum oppugnat. ctu interfectis,partē q citra Vulturnū erat amnē occuparunt. Sed cędes illa,priusq̄ Perusini affuissent,a p̄nestinis edita ē. Acre igit p̄liū sub hostiū accessum p mœnib⁹ cōmissū,multiq; Pœnorū prima Ro.eruptione cęsi,mox crescēte p̄lio ex p̄sidiariis haud qdē pauci occubuerūt in oppidūq; cōpulsi sunt.Hos atroci oppugnatione adortus Hānibal vineas,cuniculos,aliaq;

Cāpanę de litiæ corrū pūt Hāni balis exer citum. opera bellica munitionib⁹admouit,cuius conatus quū Ro.irritos reddidissent , pudore vict⁹, copiarū parte ad obsidionē relicta ipse Capuā cū cętero exercitu in hiberna cōcessit.Vbi ex ercitus ad eā diē inuictus,ita Cāpanis est delitiis emollitus,vt plus Capua Hānibali obfuisse q̄ Ro.Cannę crederent,maiusq; hoc Pœni erratū fuisse,q̄ q a Cānis victor nō cōtinuo Romā petiisset.Casilini interea in obsidione p̄seueratū,p̄sidiūq; ad vltimū inopię redactū, ita vt quī dā fame adacti,vltro sese pcipitasse dicant.Alii nuda corpora obtulerint hostibus cōficiēda. Missa itaq; ex Ro.castris secūdo fluuio dolia tritico plena p̄misso nuncio q magistratui signi ficaret,vt vētura dolia excipi iuberet.Atq; ita triduo hostis decept⁹, noctu.n. fluuio īposita, priusq̄ illucesceret,eo pueniebāt.Mox amne tumidius solito fluēte,quū forte doliū salictis ri pę innatis adhęsisset,re ab hostib⁹deprehēsa,qa id cōsiliū haud pcedebat ampli⁹,aliā viā in gressi ingl̄ādes in fluuiū deiecere,q̄s quū Pœnus crate exciperet,ad tantā rerū oīm penuriam

Fames summa. vētū est,vt lora & pelles scutis detractas aq̄ emollitas mādere conati sint,nec murib⁹ interim aliisq; obscœnis cibis abstinerēt.Satis cōstat.CCC.argēteis nūmis murē vnū mēorabili euē tu vęniisse emptorēq; ea alimonia seruatū,q vēdiderat extincto.Eruere adhęc hęrbarū radi ces īfimis muroȝ aggerib⁹.Qđ vitę subsidiū vt Pœn⁹ īclusis adimeret,oē hęrbidū solū circa oppidū inarauit.Pręsidiarii iaratę terrę raparū semina iniecere,idq; quū Hānibal resciuisset:

Dedit Casi linum. Ergo hic igt sedebit Hānibal,dū iacta semina nascāt?tū q nullas ad id tp̄s pacis cōditiōes ad miserat,ob Cāpanoȝ credo cędē.p̄sidiū incolume dimisit,certā ī deditoȝ capita pecuniā pa ctus.Casilinū receptū Hānibal Cāpanis restituit.Pręnestinis militib⁹,q ī p̄sidio fuerāt,Romāj

duplex ſtipēdiū cōſtituerūt,& vacationē in ꝗnquēniū. Manitii eorū ꝑtoris ſtatua loricata in
Pręneſtino foro diu poſtea māſit,cū tribus ſignis & in deſcriptione, Manitium ꝑ militibus,q
Caſilini in ꝑſidio fuerunt,votū vouiſſe. De Peruſinis obſcurior ad poſteros manauit phama.
Petelini a Philoctete oriundi(hi vni Brutiorum oīm adhue in fide erant) ꝑ id tēpus Romā
legatos miſerūt auxiliū petētes aduerſus Hānibalē & Brutios,a qb⁹ ob id ꯙ ſuū cōſiliū a cę
teris ſeparaſſent,aliquāto infeſti⁹ ꝗ a Pœno oppugnabanť.Bis ſuꝑ ea re cōſultus ſenatus, cir
cūſpectis oībus imperii virib⁹,nulla ratio fideliſſimę ciuitatis periculo eximēdæ inīri potuit.
Iuſſi ſunt abire,atꝗ ſuis reb⁹ cōſulere.Satis eorū fidē ꝑſpectā eſſe Po.Ro.Perſtiterūt nihilo ſe
cius illi in fide,certi oīa extrema citius pati ꝗ fidē ꝑdere,niſi illud poti⁹ odiū in cęteros Bru
tios fuit,aut ꯙ in cauſa eſſe potuit venię deſperatio.Sub idē ferme tēpus C.Octacilius & M.
Cornelius Māmula ꝑtores,Sicilię ille,hic Sardinię, ſtipēdiū & frumentū ad ſe mitti ꝑ literas
petētes iuſſi ſunt in ſumma ęrarii inopia,ſibi ea ſubſidia ex ſociis ciuitatib⁹ ꝗrere.Hiero fru
mentū & ſtipēdiū Octacilio obtulit, socię ciuitates Cornelio.Creati adhęc pecunię inopia tri
umuiri mēſarii,q æs & argentū a priuatis cōferendū,publica fide interpoſita,ſuſciperēt. De
dicata eſt & a duūuiris ad id creatis,ędes cōcordię.Et Spurius Carbilius,quū in curia de co
piarū ſupplemētis cōſultatio inita eſſet,cēſuit ad Latinū nomē arctius in fide retinēdū,binos
ex ſingulis Latii ciuitatib⁹ ſenatores legēdos.Ea relatio,vt a ꝑſenti ſtatu tēporū aliena,cū fre
mitu & indignatione reiecta eſt,cautūꝗ vt ſilētio tegereť,ac ꝓ nō dicta habereť,ne res intēpe
ſtiue mota ſuſpēſos sociorꝫ aīos ad defectionē ſollicitaret.M.Fabius Buteo Dictator ſine ma
giſtro equitū creat⁹,q ſenatū multis cladibus exhauſtū legeret.Dignitatis & meritorū ratio
habita,q ędiles,tribuni,ꝑtores,ꝗſtoreſue fuiſſent in curiā aſciti. Creati inde conſules ꝓximis
comitiis L.Poſthumius abſens & T.Sēpronius Graecchus.Cęterum paucis dieb⁹,qb⁹ comitia
ſunt habita ex Gallia recētior clades nunciata eſt,L.Poſthumiū conſulē deſignatū cū exerci
tu a Gallis cęſum.Hunc hoſtes ꝑ Litanā ſyluā ducturū, ſucciſis iuxta viā vtrinꝗ arboribus,
atꝗ ita libratis,vt minimo impulſu ſubitā traherēt ruinā,vbi ingreſſum viderūt,impulſis ar
boribus miſerabili ſtrage cū oībus copiis oppreſſerūt.Ex quinꝗ &.XX.milib⁹ hoīm, vix.X.
numero,hoſtiū man⁹ effugerūt.Poſthumii caput ꝑciſum Galli tēplo, qđ ipſi ſanctiſſimū fuit
gēti,intulerūt,quo purgato,caluā auro celarūt,idꝗ ſacrū vas illis fuit,quo ſolēnib⁹ ſacris li
barēt.Cladis huius nūcius tantū ciuib⁹ pauorē intulit,vt Ro.illico clauſę ſint tabernę, eratꝗ
velut nocturnū in vrbe ſilentiū,quū ędilibus datū eſt negociū,vt tabernas aperiri iuberēt,ſpe
ciēꝗ publicę mœſtitię demerēt vrbi.Et T.Sēpronius cōſul deſignat⁹ patres in curia cōſolat⁹
eſt,hortatuſꝗ,vt q Cannēſi cladi nō ſuccubuiſſent,ne ad minora damna animū demitterent.
Adnitendū totis virib⁹,vt Hānibalis conatib⁹ iretur obuiam,de Gallis in deorꝫ poteſtate ac
Po.Ro.fore,vt aliqū ꝑſentē cladē vlciſcereť.Placuit itaꝗ eo anno Galliā ꝓuinciā omitti.Cō
ſtitutę inde ſunt cęterę ꝓuincię,in qb⁹ ordinādis decreuit ſenat⁹,vt exercit⁹ q ex acie Cānēſi
fugerat,in Siciliā traduceret,ibiꝗ quoad in Italia debellatū eſſet,militaret.Sed dū Romę hęc
geruntur,duo Scipiones in Hiſpania ꝓſpere bellū gerebāt.Etenī Punicarū nauiū ꝑfecti poſt pu
gnā ad Iberi oſtiū cōmiſſam,ab Haſtrubale grauiter increpiti,quum haud multopoſt ad Sci
piones trāſiuiſſent,magnū in Carthesiorū gēte motū cōciuere.Plęręꝗ ei⁹ gētis vrbes a Pœno
trāſfugarū īpulſu,ad Ro.defecere.Vna etiā ab ipſis vi capta.Occurrit eo Haſtrubal,Calbūꝗ
nobilē in Carthesiis virū,ꝓ mœnib⁹ nuꝑ captę vrbis caſtra habentē,eximprouiſo adort⁹, pri
mo īpetu in caſtra reiecit,mox ꝑdatorib⁹ q diſpalatim vagabanť ad ducē refugiētib⁹, bre
ui numerus ad ducē creuit,vt nō ſolū ad tutandū vallū,ſed ad etūpendū etiā ſupeſſent ani
mi:igiť in pugnā egreſſi,Pœnū in ꝓpinquū collē cōpulerūt.Nec ita multo poſt Calb⁹ Haſtrū
bale ſine alio memorabili ꝑlio dimiſſo,Aſcuā vrbē,quo Pœnus ingētē vim tritici cōuexerat,
vi cepit.Cęterū Carthesii ꝑſenti ſucceſſu elati,Pœnorꝫ cōtēptu ſemel ꝑcepto,temere ſine im
perio,ſine ſignis euagari,quā hoſtiū negligētiā,poſteaꝗ Haſtrubal habuit exploratā, ſuos ad
rē gerendā hortat⁹,quadrato agmine ad eorꝫ caſtra ire cōtēdit. Carthesii Pœnorū aduentu
tumultuoſe nūciato,multo tumultuoſius caſtris egreſſi,incōpoſito agmine hoſtib⁹ occurrūt.
Fit ꝑliū,ꝓculitꝗ nōnihil Aphros Hiſpanorꝫ audacia,verū paucitate aīaduerſa Pœni fortius
cōnixi,incōſulte ruētes ferro excipiūt,exceptos partim trucidāt,partim loco ſubmouēt.In or
bē inde Carthesii pugnare coacti,ad multū diei cędunť.Pauci eruptione ꝑ hoſtes facta, in ꝓ
ximas ſyluas refugerūt.Caſtris Haſtrubal potit⁹,oēm gētē breui ī deditionē recepit, nec diu
poſtea in fide manſit.Nā ſimulac Carthagine decretū allatum eſt,vt Haſtrubal primo quoꝗ

Petelinorū fides.

Triumuiri menſatii.

Dictator.

Conſules.

L.Poſthumii interit⁹.

Scipionū ſucceſſus ī Hiſpania.

Res a Pœnis geſtę in Carthesios

tẽpore exercitũ in Italiã duceret,ĩcredibile dictu est quãtũ ea phama motũ in tota Hispania
cõciuerit,erectis ad defectionẽ animis haud dubie apparebat fore,vt sub ipsius ducis digref-
sum multę simul gẽtes a Pœnis ad Romanos deficerẽt.Id in causa fuit,vt priusq̃ Iberũ trai-
ceret Hastrubal,Carthaginẽ scripserit,suę ꝑfectionis phamã incredibili damno rei punicę fu
isse.Videre se vt ea q̃ oculis videnť,fore,vt nisi priꝰ sibi succederet,firmaretq; ꝓuincia vali-
Himilcho Hastrubali succedit. do ꝑsidio,anteq̃ ipse Iberũ trãsiret,Romani vniuersa Hispania potirenť.Quia Italię prior cu
ra erat de Hastrubale nihil mutatũ est,Himilcho in Hispaniã missus,q terra mariq; rẽ gere-
ret,ipse Hastrubal exercitu ad ꝑfectionẽ parato,ad Iberũ descẽdit,pecunia ingẽti ex sociis ci
uitatibꝰ exacta,vt p Galliã,regulorꝫ animis sibi auro cõciliatis,tutiꝰ iter faceret.Scipiones co
gnito hostiũ cõsilio,actũ putabãt de Ro.noĩe, si Hastrubal cũ nouo exercitu fratri iũgerer, q
vix p se esset Italię tolerabilis.Nullã in tali discrimine morã fecere, cõtractis vnũ in locũ co-
piis ad Iberũ cõtẽdũt,vrbẽq; Iberã a ꝓpinquo flumine appellatã,Punicę ditionis,vt Pœnũ ab
instituto itinere retardarẽt,oppugnare adorti, hostẽ ad opem suis ferẽdã ab inchoato cursu
auertũt.Cuiꝰ accessum Scipiones posteaq̃ exploratũ habuere,obuiã ꝓgressi qnq; milia passuũ
ab eo castra locãt.Nec inde lõgior mora fuit,eodẽ die vtrinq; in pugnã descensum.Peditum
pars a Ro.ante signa locata est,qcqd roboris inde fuit post signa stetit.Eqtes cornua cinxere.
Hastrubal mediã aciẽ Hispanis firmat,his ad dexterã Pœnos applicat,lęuo Aphros, Numi-
Desultores qui sint. das eqtes in dextro cornu stare iubet, q desultorũ more binos trahebãt equos.His mos erat
medio pugnę ardore ex fesso equo in recẽtẽ trãsilire,tãta hoibꝰ ipsis velocitas, docileq; in ea
gẽte equorũ genus.diuersa parte Apher fuit eqtatꝰ.Et Romani Pœniq; ita instructi stetere,
sed vt numero pene pares,ita dispari aĩo,cõflicturi.Romani deuoto ad moriẽdũ aĩo,ni hostes
cursu auerterẽt,cõtra Hispani ĩ patria terra vinci malebant, q̃ in Italiã ꝓcul a suis ablegari.
Hinc certe fuit,vt ad primũ cõcursũ pulsa sit media hostiũ acies, nõ nihil cornibꝰ dimicatũ.
Cęterũ peditibꝰ ꝓfligatis,ea quoq; ꝑte res hostiũ haud magno sunt negocio accisę.Hastrubal
vsq; ad extremũ moratꝰ,vbi aciẽ ex oĩ ꝑte ꝓfligatã vidit,cũ paucis effugit,eiꝰ castris Ro.poti
Scipiones Hastrubalẽ vincunt. ti sunt.Siqua dubia ĩ Hispania erãt,vna felix pugna Ro.adiũxit.Pœno nõ solũ facultatẽ ade
mit in Italiã trãsceũdi,sed ne spẽ qdẽ reliqt satis tuto in Hispania permanẽdi.Vbi hęc q̃ facta
erãt,Scipionũ literis sũt Romę cognita,nõ tã victoria grata fuit,q̃ ꝙ Hastrubal ab Italię ac-
cessu ꝓhibitꝰ esset.Sub id tp̃s Petelini in Brutiis,fame domiti in hostiũ potestatẽ venerũt.vix
sibi fidẽ ad posteros inueniãt,q̃ de illorꝫ tolerãtia tradita sunt memorię.Frugũ & carniũ ali
mẽtis absũptis,coria sutrinis detracta eos in cibũ vertisse.Herbis inde radicibꝰ,corticibusq;
deficiẽtibꝰ,nullꝰ fuit tã infandꝰ cibꝰ,a quo obscœna fames abstineret.Postremo corporibꝰ mi
serabili tabe cõfectis,vt ne vestigio qdẽ cõsisterẽt ãpliꝰ,ab Himilchone expugnati sunt. Inde
Pœnꝰ Cõsẽtiã paucis diebꝰ oppugnatã recepit:& Brutii Crotonẽ quę adhuc in fide erat,per
id tp̃s oppugnarũt.Arces tãtũ retẽtę.Iã & Locrẽses ad Pœnos defecerãt.Rhegini tãtũ adhuc
in fide erãt.Peruenerat & in Siciliã ea aĩorꝫ ad Pœnos inclinatio.Gelo Hieronis filiꝰ,cõtẽpta
ꝑrisq; senectute post Cãnẽsem cladẽ a Carthaginẽsibꝰ stare cœpit.Et iã res nouas in Sicilia mo
Gelonis mors. turꝰ erat,quũ medio armorꝫ apparatu ꝑopportuna est morte extinctꝰ. Fuerũt q crederẽt ꝑris
cõsilio eũ sublatũ,ne Ro.Po.hostis fieret.Romę p id tp̃s Ædẽ Erycinę Veneris Q.Fabiꝰ Ma-
ximꝰ,quã ipse ꝓdictator vouerat,& Attiliꝰ Crassus Mẽtis dedicarũt.Duplex tributũ eo ãno a
ciuibꝰ exactũ. M. Marcellꝰ in Posthumii locũ surrogatꝰ,qa vitio creatꝰ dicebať,se magistratu
abdicauit.Fabiꝰ Max. est illi suffectꝰ.Mare hoc ãno visum est ardere.Et Sinuessę bos equuleũ
Prodigia. ꝑpit,signa Lanuuii ad ędẽ sospitę Iunonis cruore manarũt,& circa tẽplũ lapidibꝰ pluit.No-
uẽdiale sacrũ de more ob id prodigiũ fuit,cętera rite expiata.Cõsules ꝑtiti inter se exercitus
vrbe ꝓfecturi edixerũt,vt quoties cõuẽto senatu opꝰ eẽt,ꝑses sibi ꝑsto ad Capenã portã ades
sent. Pretores quoq; eo ãno iurisdictio fuit,cõstitutis ibi tribunalibꝰ locũ iurisdictiõe celebri
orẽ fecere.Carthaginẽses iterea,audita clade in Hispania accepta,ꝑplorũq; ad Ro.defectiõe,
Magonẽ fratrẽ Hãnibalis,cũ duobꝰ &.XX.milibꝰ peditũ,& qngẽtis eqtibꝰ,& aliquot elephã
tis in Hispaniã mittũt,etsi copię illę ad hoc paratę erãt,vt cũ his ille ĩ Italiã traiiceret,& Ha
strubalẽ cognomẽto Caluũ,ĩ Sardiniã ire iubẽt,cui tãtũdẽ copiarꝫ decernũt.Sardi tributo &
collatiõe frumẽti a Ro.eo ãno ꝑssi,ad Pœnos, Harsicora insulanorꝫ lõge pricipe instigãte,stu
dia cõuerterãt,factaq; Carthaginẽsibꝰ occulte spes p pricipes ciuitatũ,fore. vt si exercitũ ĩ isu
lã mitterẽt,vti eã sine aliquo maiore certamĩe reciperẽt. Per id quoq; tp̃s Philippi regis legati
in Italiã ad Hãnibalẽ missi,cũ ad Romanarꝫ nauiũ stationẽ declinãdã Laciniũ ꝓmõtoriũ tenu

issent(Est is loc⁹ in frõte Italię qua maxime terra ipsa ad meridiem excurrit) cum Capuam iter intẽdissent, in media Romanoꝶ ꝑsidia inciderũt, deductiq; ad M. Valeriũ Leuinũ ꝑtorẽ, q circa Nuceriá castra habebat, Xenophanes legationis princeps, intrepide ꝑtorẽ affatus, se a Philippo rege in Italiã missum ad senatum & Po.Ro. dicit, vt amicitiá & societatẽ cũ eo iungerẽt. Leuinus tãti regis amicitia lęt⁹, legatos hospitaliter cõplexus, mittit q eos p tuta loca in pacatũ traducãt. Cęterũ Macedo qua ꝑximũ sibi fuit, ducib⁹ relictis, ad Hãnibalẽ in castra cõtẽdit, cũ quo fœdus his legib⁹ ꝑcussit, vt Philippus cũ q̃ maxima posset classe (videbať eñi ducẽtas naues effectur⁹) in Italiã trãsmitteret, bellũq; terra mariq; in Romanos gereret, vbi vero in Italia debellatũ esset, Romã & reliquũ Italię cũ omĩ ꝑda Hãnibal haberet, victorq; cũ toto exercitu in Gręciã aduersus eos reges, quos Philippus vellet, trãsiret, vt insulę & ciuitates, q̃ ad Macedoniã vergũt, ipsius regis essent. Fœdere in has leges ꝑcusso, legati ad Laciniũ redeũt, cũ Bostare & Gisgone, q vna cũ his ad sanciẽdũ fœdus, ab Hãnibale ad Philippũ mittebanť. Mox inde digressi, vbi Macedones in altũ abiere, Romani q cũ classe Calabrię littorib⁹ hęrebãt, eos intuiti, Corcyreas in abeũtis naues immittũt, ab his illi ad Valeriũ Flaccũ ꝑfectũ classis retracti. Xenophanes ĩ suas artes versus, se a Philippo ait ad Romanos missum ad Leuinũ ꝑtorẽ ꝑuenisse, inde Cãpanię orã hostibus infessam supare nequisse, fefellissetq; fortassis aliquãto feliciore mẽdacio Flaccũ q̃ Leuinũ Xenophanes, nisi punicus cultus inter comites cõspectus, cõtinuo rẽ suspectã fecisset. Tum comitib⁹ seductis, ac metu territis, res vt acta erat, cognita est, & Hãnibalis literę ad Philippũ deprehẽsę. Flaccus Xenophanẽ & cęteros Romã misit sub custodia, vt nihil iã inde inter se colloqui possent, qđ vt cõmodius fieret, qnq; naues L. Valerio Antiati datę, q eos Romã deportaret. Per id tempus patres edocti ab Aulo Cornelio Mamula, q̃ nuꝑ Sardinia decesserat, Sardos ad defectionẽ spectare, nec Q. Minutiũ, q sibi successerat, qa sub primũ in insulã appulsum ob cœli grauitatẽ in morbũ incidisset, satis idoneũ fore ad eã ꝓuinciã obeundã, rei ꝑiculo cõmoti T. Manliũ Torquatũ, cũ qnq; milibus ꝑditũ, & eqtib⁹. CCC. in insulã misere, qui tãtisꝑ dũ Minutius ęgrotaret, ibi cũ imperio esset. Bis hic cõsul fuerat, & in suo cõsulatu Sardos olim subegerat. Vno itaq; tpe Mãlius in Sardiniã appulit, & Hastrubal cognomẽto Ædus, quẽ eo missum a Carthaginẽsib⁹ dixim⁹. Is cursu tẽpestate excussus, ad Baleares est ĩsulas delat⁹, vbi dũ armamẽta nauiũ vi vẽtoꝶ cõcussa, alueosq; reficit, plures dies cõsũpsit. In Italia interim, quũ Sẽpronius cõsul circa Liternũ castra haberet, tyronẽq; exercitũ assiduis exerceret excursionib⁹, assuefaceretq; recursui, vt signa, vt ordines agnosceret, graui edicto militib⁹ ꝓposito, ne qs veterẽ fortunã volonũ cuiq; io co aut serio exprobraret (fuerãt hi nõ multo antea ex seruis milites facti) qn ita ꝑsuasum haberẽt oẽs, satis honestos gñososq; eẽ qb⁹ Po.Ro. sua arma & signa cõmisisset. His ille vt dixi curis erat occupat⁹, quũ Cumanoꝶ legati ad id missi, nũciãt se quotidie a Cãpanis ad defectionẽ sollicitari, ĩuitatosq; ab eis ad solẽnẽ Hamarũ cõuẽtũ, quo Cãpan⁹ senat⁹ cũ ꝑsidio venturus esset. Credere ad id se inuitari, vt ibi fraude opprimerenť. Iussit Gracchus Cumanos oĩa ex agris in vrbẽ cõuehere, seq; vt in suũ aduẽtũ tenerẽt intra muros: Ipse pridie ei⁹ diei q̃ hostes ad id sacrũ vẽturi erãt, cũ exercitu Cumas occulte ingrediť. Distãt Hamę tria milia passuũ a Cumis. Cãpani freqũtes excõposito eo venerãt, & Marius Alphius, summ⁹ Cãpanorũ magistrat⁹, in occulto haud ꝓcul inde erat, cũ. XIIII. milib⁹ armatoꝶ. Triduũ illic de more sacrificatũ, noctuq; sacra agebanť, Gracch⁹ militib⁹ p diẽ corpora curare iussis, prima noctis vigilia Cumis egressus, silẽti agmine ad hostiũ castra ducit, quę vt in ꝑuigilio neglecta, primo clamore sublato simul plurib⁹ locis, sunt capta. Alii somno pressi, inermes alii, vt sacro nuꝑ ꝑpetrato, cędunť. Ad duo milia cũ ipso duce Alphio ꝑierũt. Signa militaria quatuor & triginta capta. Nec Roman⁹ cõsul diuti⁹ est ibi cõmorat⁹, Hãnibalis metu, q ad Tiphata, haud ꝓcul Capua, castra habebat. Is vt ille opinat⁹ fuerat, trepidissimis ꝑcit⁹ nũciis, citato agmine ꝑter Capuã ducẽs, haud multo post patratã cędẽ affuit, rat⁹ fore, vt ibi hostẽ ab re bñ gesta incautũ opprimeret. Verũ opinione decept⁹, quũ nihil ibi ꝑter recẽtia nocturnę cladis vestigia offendisset, retro in castra abiit. Paucis inde dieb⁹ Cãpanoꝶ ꝑcib⁹ fatigat⁹, Cumas exercitũ admouit, agrũq; Cumanũ ferro & igni populat⁹ mille ab vrbe passus castra locat: Cõsul magis verecũdia deserẽdi socios, q̃ q; satis tyroni exercitui fideret, Cumis eẽ ꝑseuerauit. Est itaq; plures dies vrbs oppugnata. Postremo incẽsa turri quã Hãnibal aduersus muros vrbis extruxerat, eruptioneq; duab⁹ portis facta, Pœnorũ stationes fugatę, & in castra trepide compulsę sunt, vt Pœn⁹ obsesso ꝓpior q̃ obsidẽti eo die fuerit, mille & quadringẽtis ex ei⁹ exercitu

Xenophanis ars.

Philippi legati capiũt

Tyronum exercitatio

Hamæ.

Cãpanorũ cędes ad Hamas.

Hannibal Cumis repellitur.

cęsis,aliquot etiā captis.Tētauit inde Hānibal Romanū ad ꝑliū elicere,verū vbi nihil īde moueri vidit,soluta obsidione,in Tiphatina castra reduxit copias.Eisdē fere diebꝰ qbꝰ hęc circa Cumas gesta sunt,T.Sēpronius lōgus Hānonē,ad Gruentū in Lucanis,ꝑlio vicit,duobꝰ milibus hostiū &.CC.octoginta cęsis,vno &.XL.signis militaribꝰ captis.Pœnꝰ Lucanię finibꝰ pulsus in Brutios abiit,& M.Valeriꝰ ꝑtor,tria ex Hirpinis oppida,q̄ ad Pœnos defecerāt,sub id tēpus recepit,authoribꝰ defectionis securi ꝑcussis,cęteris venia data est. Naues cū Philippi legatis Cumas appulsę primo,vbi Sēproniꝰ adhuc erat,q lectis hostiū literis,oīa iterū obsignata ad senatū terrestri itinere misit,veritꝰ ne casu aliquo naues a cursu retardarenꝫ.Cęterū ita accidit,vt eodē die naues cū captiuis & lrę Romā venerint,qbus in curia recitatis magna cura patres īcessit,ꝙ supra Punicū bellū,qđ totis īperii viribꝰ vix sustinebaꝫ,potētissimꝰ rex sibi ex insperato hostis eēt factꝰ.Ad tātā igiꝫ belli molē auertēdā,duatū &.L.nauiū classis M. Valerio ꝑtori expleta est,mādatūq vt primo quoq tpe in Macedoniā trāsmitteret, daretq ꝑ viribꝰ operā vt hostē domestico bello implicitū ꝓcul Italia distineret. Philippus vbi legatos captos audiuit,ignarus qđ cū Pœno ab his actū esset,alios in Italiā misit. Tulerūt hi citro vltroq ꝑspere regis mādata.Sed priꝰ ęstas circūacta est, q̄ ex Macedonia qcq̄ moueri potuerit. Nolę vt priore anno,senatus Romanoꝝ erat,plebs ad Pœnū inclinabat,quo metu M.Marcellus propretor cū his copiis quas habebat est a Fabio cōsule missus.T.Mālius in Sardinia,eodē ferme tpe,quū supra veteres copias ex socioꝝ auxiliis ad duo,&.XX. milia peditū sub signis haberet,eqtes mille &.CC. classe Caralis subducta,nā Harsicoras iā in armis erat, & ex cōfesso Po.Ro.hostis,ad eū ire ꝑgit.Erat tū forte ille in Pellidos Sardos,ad delectū habēdū ꝓfectꝰ.Filiꝰ in castris ꝓ patre imperiū obtinebat.Ferox iuuenis sub Manlii accessum castris ad ꝑliū egressus,haud magno certamine fusus fugatusq est,ac castris exutꝰ,cęsaq ad.XXX.milia Sardorū,mille &.CCC.capti.Fuissetq haud dubie,vno secūdo ꝑlio in insula debellatū,nisi Hastrubal sub id tēpus ex Balearibꝰ,quo fuerat tēpestate cōpulsus, cū classe & exercitu affuisset.Mālius audito illiꝰ appulsu Caralis se recepit, & Harsicoras cōtinuo se cū Hastrubale iūxit.Nec ita multis īteriectis diebꝰ,haud ꝓcul a Caralis,collatis signis Māliꝰ cū hoste,atroci ꝑlio cōflixit.Quatuor horis dimicatū,fortuna neutro īclināte.Postremo Romanꝰ victor ad XII.milia hostiū,Pœnoꝝ,Sardorūq interfecit.Tria milia &.CC.sunt capti, & in his Hastrubal īperator,Hāno & Mago Barchini sanguinis,Hānibali ꝓpinqua cognatione iūctꝰ.Harsicoras q ꝑlio viuus excesserat,audita filii morte sibi manū intulit.Manlius Cornu vrbe,q̄ caput belli fuerat,aliisq vrbibꝰ q̄ defecerāt,receptis,pacatoq insulę statu,cū ea classe qua venerat, Romā reuersus,Sardiniā domitā pacatāq patribꝰ nūciat.Per id tēpus T.Octacilius cū.L.nauiū classe,ex Sicilia in Aphricā trāsgressus,Carthaginēsem agrū populatꝰ,quū in Sardiniā tēderet,quo audiuerat Hastrubalē ex Balearibus ꝓfecturū,forte incidit in naues quas exercitu in terrā exposito ille ex Sardinia domū remiserat.Ex his Octaciliꝰ septē cū sociis naualibꝰ captis,reliquas in alto fuga dissipauit.Eratq ꝑ hęc res Romana aliquāto meliore q̄ fuerat statu,quū Bomilchar ex Aphrica cū militibꝰ in supplemētū &.XL.elephātis,magnoq cōmeatu Locros appulit,ad quē opprimēdū.M.Claudiꝰ ꝑtor occurrit.Cæterū Pœnꝰ aliquāto antea incolumis in Brutios abierat.Marcellus interea,q Nolę erat, Hirpinū agrū & Caudinum crebris excursionibus infestabat.Legati ab vtraq gēte ad Hānibalē missi,multa q̄sti sunt de pręsenti fortuna,& ꝙ ea tēpestate,qua se maxime defensos esse oportuit, ob nouā societatē cum Pœnis initā,oīa,q̄ victi captiq pari solēt,a Marcello paterenꝫ : idq sibi accidere, qa iuuentus vtriusq gētis,sub punicis signis ꝓcul domo militaret, q alioq suos fines ab oīni hostili iniuria ꝑsentes tueri possent,nec dux ipse socioꝝ cladibꝰ motꝰ hostiū conaribꝰ iret obuiā. Hæc & alia cū q̄rula lamētatione publico noīe exponētibus:Hānibal vno tēpore eos oīa facere respōdit,& petere auxiliū,& suas clades cōqueri,oportuisse id sibi prius significari,ac tū demū conqueri si nullā sibi opē ꝑstitā sensissent,nec tū quoq se in Samniū,aut in Hirpinos exercitū abducturū,ne sociis grauis esset copiarū multitudo.Cęterū daturū se operā,vt & ipsi simul incolumes sint,vnaq audirēt aliū in Italia locū insigniore aliqua Romanorū clade nobilitatum q̄ Cānę supiore anno fuissent.Legatisq a se dimissis,ex Tiphatis Nolā ire pergit,quo Hanno & Bomilchar cū elephātis & supplemēto venere.Marcellus sub hostis accessum copias intra muros recepit,iubetq senatores rātū muris inambulare, ac ꝑspicere nequa haberenꝫ cum hoste colloquia.Subiit tamē muros Hāno,duosq ex principibus ciuitatis Marcelli ꝑmissu ad colloquium vocatos multis verbis hortatus est, vt Marcellum cum præsidio traderent,velletq

Marginal notes:

Pœnorū cędes in Lucanis,

Noui Philippi regis conatus.

Duplex Sardoꝝ cędes

Harsicoræ & filii interitus,

Hirpinorū querelæ.

Hannibal Nolam reuertitur,

potius amicũ Hãnibalẽ experiri q̃ hostẽ. Nec sperarẽt Romanum ptorẽ cũ tyrone milite Pœno parẽ futurum, cui ne duo quidẽ consules nup cum florẽtissimis exercitib⁹, resistere potuissent. Quin Cãpanos secuti Pœnorũ societate florere mallent, q̃ Nucerinorũ calamitatem experiri. Respõsum est, potuisse Nolanos, si cũ fortuna fidẽ mutandã cẽsuissent, minore infamia iã antea ad Pœnos desicere, verum quũ Romanorũ socii diutius fuissent, nec eorũ societatis adhuc pœniteret, vocasse vltro se Romanũ psidium, atq̃ cum iis qui sibi ad opẽ ferẽdã venissent, & consociata esse oĩa, & ad vltimũ fore. Hãnibal vbi nullã in voluntaria deditione spem repositã vidit, oppidũ corona cinxit, vt ex omni parte hostẽ fatigaret. Marcellus vbi hostem ad mœnia succedẽtẽ intuitus est, subita eruptiõe, aliquot hostiũ primo assultu cecidit. Atrox inde plium vtrinq̃ initum, fuissetq̃ non sine ingẽti clade alteri⁹ partis acie discessum, nisi dẽsus imber, cœlo effusus, certamẽ ferociter initũ diremisset. Animis p hæc ad pugnã irritatis, cũ Hãnibal partẽ copiarũ prædatũ misisset, idq̃ Marcellus indicio cõperisset, cõtinuo suos in aciẽ eduxit. Nec Hãnibal pugnã detrectauit. Clamor ad cœlũ sublat⁹ aliquot cohortes, quæ prędatũ ierãt, cõfestim ad signa reuocauit, & Nolani ex vrbe egressi sunt, Ro. suppetias laturi, q̃bus collaudatis Marcellus post aciem stare iussit, sauciosq̃ in vrbem efferre. Atrox pugna erat. Hortari suos Marcellus fortiterq̃ iubet dimicare, nõ cũ hostẽ esse clamitãs, qui nup fuerat, Cãpanis deliciis eneruatũ, emollitũq̃ esse ocio & libidine, nihil in eo roboris alpiniq̃ illi⁹ rigoris esse ampli⁹. Castigare suos Hãnibal, q̃ quum multo maiores copias vicissent, nũc vix tã paucis resisterẽt. Ad postremũ neq̃ dncis minę, neq̃ psentia pfuit: Pœni terga dãtes turpiter in castra cõpellunt. Mille in plio cęsi, sexcenti supra mille capti, Signa militaria duo & viginti. Elephanti quatuor in acie interfecti. Ro. minus mille desiderati. Marcellus cũ ingẽti lætitia & gratulatione plębis quę antea ad Pœnos inclinatior erat, in vrbẽ reuersus est. Tertio post die mille. CCCXX. duo eqtes mixti Hispani Numidęq̃, siue ob irã aliquã (nã causa alioqui non traditur) siue felicioris spe militiæ, a Pœno ad Marcellũ trãsfugere, horũ fideli opera Romani postea vbiq̃ vsi sunt, atq̃ vtrisq̃ ager finito bello in sua terra datus. Hannibal Hannone in Brutios remisso, ipse Apulię hiberna petiit, circaq̃ Arpos consedit. Q. Fabi⁹, vbi hostẽ i Apuliã pfectũ audiuit, exercitu Capuã admoto, agrũ vrbi circũiectũ militi ferro & igni vastandũ tradidit. Cãpani & ipsi extra vrbẽ castra muniuere, flebãtq̃ quotidie inter equites prelia tumultuaria quidẽ, & qualia ex occasione alteri⁹ partis fieri solẽt. Hic Iubeli⁹ Taureas Campanorũ equitũ, vt phama erat, fortissim⁹ puocat Claudiũ Asselliũ, cui⁹ olim hospes fuerat, ad singulare certamẽ: pcedit ille permissu cõsulis ad pugnã, stabatq̃ exercitus vtrinq̃ in procinctu spectans. Quũ igiť aliq̃diu libero spatio certamẽ sine vulnere extraxissent, tũ Taureas equorũ est inquit hic nõ hominũ cõcursus, quin in viã hanc cauã equos demittim⁹, vbi cõfertis manibus statim prelio defungamur. Ferox Claudius nihil morat⁹ equũ in viã demisit. Vbi Taureas minime sis inqt canteriũ in fossa, quę vox in rusticũ prouerbium abiit. Claudius abeuntẽ hostẽ, vt ignauum increpans, in castra cũ gratulatione victor abiit. Quidã memorię tradiderũt Claudium fugientẽ hostẽ ad vrbẽ secutum, p patentẽ portã ingressum, citato equo, stupẽtibus miraculo hostibus p auersam vrbis partẽ incolumem ad suos euasisse. Et res in Italia tunc ita habebãt. Interim ex Hispania, quũ duo Scipiones frumẽtum & vestimẽta p terrestri exercitu & naualibus copiis, p literas, ex vrbe petiissent, ærarii inopia, publicanis eã curã locari placuit, sic respublica aliqua ex parte priuata est pecunia administrata, cautum publicanis in tẽpestatis & hostiũ periculis. Frumẽto in Hispaniã delato, Scipiones ad Illiturci oppidum qđ ternis hostium castris oppugnabatur, Hastrubale Magone & Hamilchare Bomilcharis filio vrbi assidẽtibus, magno certamine peruenerunt. Cõmeatuq̃ sociis importato, vt in fide pstarent, multis verbis hortati in Hastrubalis castra impetũ faciunt. Conueneiãt eo forte & alii Pœnorum imperatores, a q̃bus. LX. milia hoĩm sunt in aciẽ educta, quum circa Ro. duces. XVI. milia ferme essent, tã prospero est euẽtu dimicatum, vt plures hostes cęsi sint, q̃ Ro. in acie steterint. Tria milia capta, & equorum pene par numerus. Inde. LX. militaria signa eisdẽ adepta. Quinq̃ elephãti in plio occisi. Roman⁹ victor ternis est castris potit⁹. Nec secũdum eã cladẽ hostis quieuit, quippe q̃ haud multopost, reparato exercitu, Incibilim oppugnare est adortus, quo Scipiones pfecti iterũ cũ Pœno cõfligũt, fuitq̃ ea pugna hostib⁹ nihilo Illiturcensi feliciot. XII. milibus armatorũ in plio amissis, tribus milibus captis cũ. LX. signis militarib⁹, & nouẽ elephãtis, castris exuti sunt. Tum vero oẽs fere Hispanię populi ad Romanos defecere, multoq̃ maiores res, hac ętate, sunt in Hispania q̃ in Italia gestæ. Liuius

Nolanorũ responsum

Pœnorũ cædes.

Taureas eques. Claudius Asellius.

Pœnorũ clades ingens

Locri Pœnorum fiunt, Locros per id tempus, in Italia Hanoni deditos scribit, quum in Ro. adhuc fide essent oppidanorum multitudine in agris, subito hostium accessu, intercepta, vrbs in Pœnorum potestatem venit L. Atilio cum præsidio clam ex vrbe ab oppidanis emisso, & in naues imposito. Locrensibus ab Hannibale vt liberi viuerent promissum. Tulerunt id ęgre Brutii, quod vrbem quam sibi prędam destinauerant, liberam viderent, quare haud multis interiectis diebus, ipsi suis viribus freti, Crotonem plębe & Aristone plębis principe tradentibus occupant. Optimates qui Romanorum erant, arcem in hos casus parati iam antea obtinebant. Eodem & Aristomachus paulopost fugit, velut vrbis Pœno & non Brutiis tradendę author fuisset. Patuit olim Crotonis circuitus ad. XII. milia passuum: quum vero hęc

Crotonis vetustas. in ea ora Italię gerebantur, dimidio minor facta erat, vt vix in ea. XX. milia hominum censerentur.

Lacinię Iunonis templum. Extra vrbem Iunonis Lacinię templum, multa per id tempus religione sacrum. Lucus proceris abietibus septus. Lęta in medio pascua, vbi omnis generis pecus deę sacrum sine custode pascebatur, gregibus sub noctem ad stabula sponte remeantibus, nulli hominum ferarumve iniurię obnoxiis. Solida ex auro columna ex illorum prouentu facta dedicataque deę est, templum diuitiis & religione inclytum. Mira-

Miraculum. culum loco affingitur ex ara, quę ibi sub dio fuit, nunquam cinerem ventorum impulsu dissipatum. Obsedere Brutii aliquandiu arcem a plębe adiuti, inde cum se parum proficere sedendo animaduerterent, Hanonis auxilium implorant, post cuius accessum, tandiu in obsidione perseueratum est, donec

Crotoniatum odium in Brutios. optimates Locrensium Hanonis interuentu pacti sunt cum hoste vt relicta arce Locros cum omnibus fortunis incolumes migrarent, maluerunt que illi extorres fieri, quam in natali vrbe cum Brutiis viuere. In Apulia hibernorum tempore leuiora prælia fuere, inter Hannibalem & Sempronium consulem, qui Luce-

Hiero moritur. rię erat. His Romanus, quia plurimum prospere pugnabat, in dies promptior fiebat, dediscebatque hostem formidare. Periit per id tempus Hiero Syracusanus iam senio confectus, Hieronymo Gelonis filio. XV. annos nato, hęrede relicto. Pręcepit puero & pueri tutoribus moriens Hiero, vt in Ro-

Hieronymus a Ro. alienatur. mana societate colenda suis vestigiis insisteret. Cęterum insolens ille, & in omne facinus præceps Andronodori impulsu (erat is Hieronis gener, & puero tutor cum plerisque aliis relictus) a Romanis breui alienatus est. Obstitit aliquandiu Thraso tutorum vnus, qui falso Theodori cuiusdam indicio, velut pupillo capitales tenderet insidias, interfectus est. Eo sublato puer aperte ad Hannibalem defecit missis ad hoc ipsum legatis, qui cum eo de fœdere agerent. Coniurauerat Theodorus, cuius modo mentionem habui, in Tyranni caput cum plerisque aliis, qua coniuratione ad Hieronymum delata, captus ille nullis cruciatibus cogi potuit, vt eorum quempiam nominarit, qui eius essent consilii socii. Et vt fidem verbis astrueret Thrasonem, qui aperte rem ad Romanos trahebat, & alios quosdam a latere tyranni nominauit, qui ad vnum falso indicio sunt ad supplicium ducti, quum interim socii coniurationis, Theodori fide & constantia freti, Syracusis esse haud veriti sint, dum destinati facinoris socius

Hippocra. Epicides. torqueretur. Missi sunt ab Hannibale cum Hieronymi legatis Hippocrates & Epicides fratres, Carthagini quidem nati, sed Syracusis oriundi. Per hos societas inter Hieronymum & Hannibalem iuncta est, ipsique ducis promissu apud tyrannum subsedere. Miserat a principio Appius Claudius qui in Sicilia erat Syracusas ad Hieronymum legatos, qui cum eo societatem renouarent. Hi per contemptum a rege auditi, rogatique per ludibrium: Ecquęnam fuerit Ro. fortuna ad Cannas? Non credere se vera esse quæ Carthagi-

Hieronymi cauillatio in Ro- niensium legati sibi nunciarent. Tum Ro. quum serius legationes audire cœpisset, ad eum se redituros dixere. Interim magis monitus esset quam rogatus, ne quid temere moueret. Misit inde Hieronymus Carthaginem qui in has conditiones fœdus sanciret, vt Romanis Sicilia eiectis, Himera amnis, qui mediam fere insulam diuidit, Syracusani regni imperiique punici finis esset. Paucis inde diebus interiectis totius insulę sibi regnum per legatos depoposcit, in quo nouo fœdere, modo a Ro. alienaretur, est a Pœnis assensum, ipse paucis diebus, quibus hęc citro vltroque iactata sunt, quum forte in Leontinos

Hieronymi cædes. venisset, ibi a coniuratis multis est vulneribus confectus, factaque a satellitibus fuga, percussorum alii in forum decurrunt, vt populum ad libertatem vocent, alii Syracusas contendunt ad Andronodori consilia occupanda. Significauerat interim Claudius senatui Siciliam a Romanis per Hieronymum alienari, seque arma ad occurrendum eius conatibus vertere occœpisse. Hęc quum Romę cognita sunt instabant consularia comitia, ad quę habenda Fabius Maximus fuerat a Puteolis reuocatus, quem ille locum, permissu patrum, emporium fecerat. Quum Romæ igitur Iuniorum prerogatiua, T. Octacilium &

Consules. M. Æmylium Regulum consules retulisset, vehementi consulis oratione factum est, vt centurię in suffragium missę, Fabium ipsum & M. Claudium Marcellum Octacilio frustra indignante, consules crearint. Niues eo anno supra modum alte iacuerunt, & Tyberis agros inundauit, cum magna tectorum strage, pecorumque & hominum pernicie. Fuit hic annus quintus secundi belli punici, quo Marcellus absens, & Fabius Romę consulatum iniere. Nec multis annis fuerant consules, qui cele-

britate nois & virtute, i maiore expectatione ciuitate erexissent. Etenim Fabiu clypeu vulgo appellabat Po.Ro. Marcellu ensem. Ipse quoq Hanibal pfessus aliquado dicit, se Fabiu vt pedagogu, Marcellu vt pugile formidare. Referebat adhec senes, sic olim T.Manliu cu Publio Decio ad bellu Gallicu, sic Papyriu & Coruinu aduersus Sanites & Brutios vna cosules creatos. Nec quisq Fabiu iperii cupidu, qa se cosule refici passus esset, existimauit, qn ab oibus est laudatus, q sua animi magnitudine nixus, minoris inuidia sua faceret, siqua ide oriri potuisset, q reipu. salute, cui optimis ducib9 opus esse, ea tepestate, videbat. Prodigia plurima & magna hoc ano facta dicut. In Apulia viridis palma ardere visa est. Matuq stagnu Mincio amne effusum cruetu apparuit. Romę sanguine pluit i foro Boario. In foro Istrico tata vis aquaru repete terra erupit, vt suo ipetu dolia forte obiacetia puoluerit. Atriu publicu in Capitolio de coelo tactu, Ædes in Vulcani capo, & alia loca publica priuataq fulmine sunt icta. Hasta Martis sua spote Pręneste mota est. Bos i Sicilia locutus. In Matucinis infans i. vtero matris Io triuphe exclamauit. Spoleti ex muliere vir est qda fact9, qd ipm ne qsp medacio repudiet, pręter Liuiu, q pdigii hui9 author est, Plini9 Licinio Crasso, & C.Cassio coss. Casini pueru scribit sub paretib9 ex virgine fieri cotigisse, q i desertā sit isula aruspicu iussu deportat9. Licini9 Mutianus visum a se Argis pdidit Aristonte, cui nome fuisset Aristusę, ac virgine nupsisse, moxq barba & virilitate adeptu duxisse vxore. Smyrnę quoq hoc ipsum aliquado accidisse ide authorpdidit. Et a Plinio i Aphrica visus q die nuptiaru ex foemina vir fuerat fact9, L.q Cossitius appellat9. Nuciata sunt p id tps, pter ea q dixim9, & alia pdigia. Adrię ara in coelo visa, hominuq species circa ea i cadida veste. Affirmabat qda se armatas legiones videre i Ianiculo, atq hmoi voce ciuitate ad arma cocitarut. Examen apu in foro Romano visum, qa id raru, idcirco pdigii loco acceptu. Hęc maiorib9 hostiis de more pcurata ex aruspicu resposo, vt vana tuc erat supstitio, supplicatuq ad oia deoR puluinaria. Inde animis ad rep. couersis placuit patrib9 eo ano duab9 &.XX. legionib9 rep. administrari: & qa bellu i dies gliscebat i Sicilia, apparebatq futuru vt magno nauiu opus esset apparatu, q pcipuo cesu i ciuitate pollebat, p fortunę dignitate, nautas priuato sumptu istruxere. Capani vbi hęc q Romę parabantur, explorata habuerut, trepidis nuciis Hanibale ex Apulia accersunt, veriti ne Romani bellu eo ano a Capuę obsidione ichoaret. Poen9 CapanoR piculo comot9, Tiphata cu oib9 copiis rediit, ibiq paucis dieb9 comorat9, Capua valido psidio munita, ad mare cu cęteris copiis cotedit, sacra ad Auernu facturus, vt rumor erat. Cęteru Puteolos occupare i aio habebat. Post vero q ad Auernu venit, ex Tatēto qda ad eu venere, p quos fides est illi facta Tateti, si ppi9 copias admouisset, pditioe occupadi. Lęto aio hos Hanibal audiuit, multisq a se pollicitationib9 dimissos, ire domu, req i suu aduetu pparare iubet, fore, vt ipe no multo post cu exercitu adesset. Inde sacro ad Auernu ppetrato, Puteolisq aliquot dies frustra oppugnatis, Cumano agro vastato, NeapolitanoR fines igressurus, Nola a plębeis occulte accersit. Pręuenit illu Marcell9 cosul, psidio eo pri9 misso. Hano quoq p eos dies, cu magna peditu equituq manu, Beneuetanu agru igressus, ad Calore amne cosedit. T.Graccus, q cu Volonu exercitu, aliquanto antea eo venerat, vrbe egressus, mille passus ab hoste castra metat9 est. Ibi Graccus milites p cocione affat9, libertate, de q ia antea sibi potestas esset a patrib9 data, Volonibus pponit. (Pręcipua em ps ei9 exercit9 ex hoc militu gne costabat) fore edicit, vt qcuq hostiu caput sibi detulisset, cotinuo ille p libero haberet, accigeret itaq se i crastinu, vt cu hoste acie dimicaret. Cęteru vt maior fides iis eet, q pmitterent, recitari iussit literas senat9 qb9 significabat ius manumittedi exercit9 Gracco publice dari. In certa igit spe milites erecti, postridie primi oim ante ptoriu istructi costiterut, Gracc9 copias i acie eduxit, nec hostis pugna detrectauit, qppe q ad.X.&.VII. milia peditu sub signis habebat magna ex pte Brutios & Lucanos, eqtes mille &.CC. Pugnatu est qtuor horis fortuna neutro inclinate, nec aliud RomanoR victotia morabat, q q Volonu plurimi hostiu capita altera gestabat manu, multo plurib9 i hostili capite sibi libertatis cupiditate vidicado, q i victoria idipisceda occupatis. Qd vbi p tribunos Gracco est nuciatu, cofesti edixit, vt capita abiiceret, & libertate ęque oes adepta spararet. Tu redintegrata pugna est, & eques i hoste missus, cui Numidaru eqtat9 occurrit, fuitq eqstre pliu nihilo min9 q pedestre laboriosu. Stabatq suo gradu inix9 hostis, cert9 mori poti9 q vt a seruis vici pateret. Tu Gracc9 vbi re i discrime maximu adducta vidit, alta voce iclamat no ee cur qsq libertate speret, nisi victor exercit9 i castra rediisset. Ibi Voloes renouato clamore tata vi sut i hoste euecti, vt sustieri apli9 nequerit, Prio atesignani, mox tota acies ipulsa iga dedit,

Fabii constantia.
Prodigia.
Qui ex foeminis facti sint mares.
Belli appāratus.
Hannibal Puteolos oppugnat.
Volonum libertas.
Atrox pugna.
Hostium cędes.

In castra primo fuga inclinauit, vbi maior cędes q̃ in acie fuit. Iuuerũt captiui, qui in castris erãt, victoriã, q repẽte vbi victis hostib⁹ suos instare viderũt, arrepto ferro, telisq; temere obia cẽtibus, in causa fuerũt, vt hostes ĩ medio cęsi sint. Ex tãto nuper exercitu, vix duo milia cũ Hãnone effugerũt. Alii aũt ĩterfecti sunt, aut capti. Signa duodequadragita capta. Ex victorib⁹ duo milia ĩ pugna occubuerũt. Prę̨da oĩs, pręter captiuos, militi cõcessa. Graccus postero die militib⁹ ad cõcionẽ vocatis, postea q̃ optime meritos militaribus pmiis donauit, ad Volones cõuersus, etsi ad quatuor milia eorũ erãt, q̃ segnius pugnauerãt, timerẽtq; poti⁹ suppliciũ q̃ pmiũ sperarẽt. Qđ populo Ro. & ipsis beneuerteret, oẽs liberos esse iussit. Vnũ adiecit Gracc⁹, velle ac iubere se, qñ publica fides psoluta esset oib⁹, vt q eo die min⁹ strenue dimicassent, iureiurãdo adigerent, ne q̃ diu stipẽdia facturi essent cibũ nisi stãtes caperẽt. Inde Beneuẽtũ reuersi p iocũ & epulas, cũ multa lętitia, a Beneuẽtanis ĩ publicũ platas, festũ diẽ egerũt. Oẽs ĩ ppatulo, Gracci pmissu, epulati sunt, Volonesq; hilarius cõuiuiũ reddidere, q capitibus alba lana velatis accubãtes, qbusdã (vt iussi erant) stãtibus cõuiuati sunt. hãc celebris diei speciẽ Graccus, posteaq̃ Romã rediit, figurari iussit ĩ æde libertatis, quã pater ei⁹ ĩ Auẽtino, ex multatitia pecunia, faciẽdã curauit, dedicauitq;. Sed dũ hęc ad Beneuẽtũ geruntur, Hãnibal ex Neapolitano agro, ĩ Nolanos fines castra trãstulit, quẽ veniẽtẽ Marcellus plio exceptur⁹, Tiberiũ Neronẽ cũ robore eqtũ pmisit, q occulto alarũ circũactu, vbi certamen initũ sensisset, a tergo hostẽ ĩuaderet. Ipse a frõte acri plio cõgressus hostẽ pculit, pculsum turbat cęditq;. Et iã victoria ĩ manib⁹ erat, si Nero ĩiũctũ mun⁹ obiuisset, verũ eo cessante, ĩcertũ, metu adesse noluerit, an viarũ errore retardat⁹ nequerit, Marcell⁹ nõ ausus hostib⁹ ĩstare, cani iussit receptui, duobus milib⁹ & ãpli⁹ ex Hãnibalis exercitu cęsis. Cõsul Nerone grauiter ĩcrepito, p eũ stetisse pfessus est, quo min⁹ eo die clades ad Cãnas accepta hostib⁹ redderet. Postridie Marcellus suos in aciẽ eduxit, iusta acie dimicatur⁹. Hãnibal tacita cõfessione vict⁹, se ĩ castris tenuit, nec diutius circa Nolã moratus, cui⁹ potiũdę oẽm spem abiecerat, motis castris Tarẽtũ ire pgit, quo nup fuerat accersit⁹. Per id tẽpus Romę Cęcili⁹ Metellus, & q cũ eo, post Cãnẽsem cladẽ, cõsiliũ deserẽdę Italię iniuerãt, a cẽsorib⁹ sunt ignominia notati. Equus qb⁹ publice erat, adẽptus est. Alii tribu summoti atq; ærarii facti. Parẽ ignominiã subiere & illi q vana iurisiurãdi interptatione, Romã a captiuis missi, ad Hãnibalẽ nõ redierãt. Inde ad duo milia iuniorũ tribu summoti sunt, q ĩ tãta reip. necessitate quadriẽnio nõ militassent, nec vacationis causam dicere iussi, vllã iustã afferre potuissent. Additũ Cẽsorię notę triste senatuscõsultũ, vt eiusdem noxę rei, eadẽ cõditione ĩ Sicilia militarẽt, qua & Cãnẽsis exercit⁹ reliq̃. Tũ quoq; pupillorũ & viduarũ cẽsus sunt ĩ publicũ delati, vt ĩ fide publica essent eorũ bona, sicq; tutiora illis futura, & ĩ summa ærarii inopia reip. vsuaria, qn & patresfamilias, q Volonũ libertate donatorũ precia accepturi erãt, pfessi sunt, nõ pri⁹ se eã pecuniã exacturos, q̃ ĩ Italia eẽt cũ hoste debellatũ. Manauit priuata hęc benignitas ex vrbe ĩ castra, vt nõ eqtes, nõ cẽturiones, tali tpe stipẽdiũ acciperẽt, mercenariusq; haberet siqs accepisset. Obsidebat p id tps Fabi⁹ alter cõsul Casilinũ, qđ Hãnibalis psidio tenebat: acciuitq; ad eã oppugnationẽ Marcellum collegã ex Nola. Bellicis ĩde opib⁹ muro admotis, territi hostes, quũ petiissent vt ĩde ĩcolumes abire liceret, essentq; iã aliquot egressi, medio colloqo Marcell⁹ porta vna repẽte occupata, ĩ oppidũ irrupit. Ad duo milia & septingẽti Pœni simul ac Cãpani vi capti Romã missi sunt, q prius sub fide egressi erãt, iussu Fabii, ĩcolumes Capuã abierũt. Casilino p hũc modũ recepto, Marcell⁹ Nolã rediit. Fabi⁹ ĩ Sãniũ ad populãdos fines hostiũ cõcessit. Et Hãno p eos dies, aliquot Lucanorũ cohortes cũ pfecto sociorũ pdatũ missas a Sẽpronio, ĩsidiis excepit, exceptas tãta strage afflixit, vt nõ mĩor clades hosti repẽsa sit, q̃ ipe ad Calorẽ amnẽ haud multo pri⁹ accepat. Fabi⁹ ĩ Sãnio Cõpulteriã vi cepit, Telesiã, Cõposam, Nelas, Fuisulas, & Orbitaniũ, cęsaq; iteri aut capta ad. XXV. hostiũ milia, receptiq; pfugę. CCCLXX. q Romã missi ĩ comitio virgis cęsi, ac de saxo ad vnũ pcipites deiecti sũt. Hęc Fabi⁹ paucis dieb⁹. Marcellũ iteri aduersa valitudo a gerẽdarũ rerũ cursu Nolę ĩplicitũ auertit. Q. Fabi⁹ ptor cõsulis, q circa Luceriã cũ exercitu erat, Accuã oppidũ vi cepit. Hãnibal ĩterea Tarẽtũ copias admouit, milleq; ferme passus ab vrbe metat⁹ castra, vbi aliquot dies circa vrbẽ versat⁹ ẽ, qa nihil it⁹ mouebat, rat⁹ vana fuisse eorũ, q ad se venerãt pmissa, spe haud tñ abiecta ei⁹ vrbis potiũdę, vt Tarẽtinis pacatus venerat, ita ĩnoxio exercitu Salapiã cõcessit, vbi hyemare cõstituit, fecitq; Pœn⁹ locũ ipm meretricio amore ĩsignẽ. Ingẽs vis tritici huc cõportata a frumẽtatoribus, & tãtũ pdę ex circũiectis agris abductũ, vt q̃tuor milia equorũ Hãnibal suis eqtib⁹ domãda distribuerit. Interi, qa gra-

Hilarẽ Volonũ conuiuiũ.

Vincit Hãnibal a Marcello.

Notę censorię.

Priuata studia ĩ rẽpu.

Casilinũ recipit a Ro.

Res a Fabio gestę ĩ Sãnio.

Salapia.

ue bellũ, post tyrãni cędẽ, erat in Sicilia cõflatum, patres eã prouinciã Marcello decreuerunt. Nã Hieronymo in Leontinis ĩterfecto, facta spe a cõiuratis regię pecunię militibus distribuẽdę, adeo repẽte vniuersus exercitus, q ab initio tumultuari cœperat, mutat⁹ est, vt passus sit regẽ insepultũ iacere. Leõtini & ipsi libertatis nomẽ libẽter cõplexi sunt. Theodotus & Sosis ex cõiuratorũ numero, qui statim perpetrata cęde, celerrimo cursu, Syracusas cõtẽderãt, sub noctẽ ingressi vrbẽ, exuuias cęsi regis ostentantes populo Syracusanos ad libertatem vocãt. Passim ad arma discursum, detractaq; sunt etiã aliqua ex ipsis tẽplis, properatũq; statim ad Andronodorũ opprimẽdũ, q aliquãto pri⁹ de cęde regis fact⁹ certior, insulã & arcẽ p̃sidio firmarat. Postridie populo ĩ Actadinã coeũte legati sunt ad Andronodoꝝ missi, vt Syracusanis insulã & arcẽ patefaceret, alioq reperituros se ab eo libertatẽ, nõ min⁹ hostiliter, q̃ ab Hieronymo nuper petita esset. Cessisset cõfestim ille populi cõsensu territus, nisi Demarata vxor, filia Hieronis, gerẽs regios adhuc spirit⁹ p̃pediuisset, idẽtidẽ Dionysii vocẽ vsurpãs, oportere tyrãnũ pedib⁹ tractũ, nõ equo sedẽtẽ tyrãnidẽ relinq̃re, facile esse oĩ tpis momẽto cedere magnę fortunę possessione, eã vero acq̃rere pdifficile & arduũ. Accersendũ ex Leontinis militẽ, cui si regiã pecuniã polliceret̃, fore, vt oĩa in potestate haberet. Id mulieris cõsiliũ Andronodorus haud aspnat⁹, publico eo die abstinuit, mox illud vt p̃ceps reformidãs, in Acradinã venit, vbi quũ suã morã excusasset, ĩsulã a se clausã testat⁹ est, ne cędes a tyrãno orta, regis necessarios & ministros attĩgeret. Probata deĩceps tyrãni cęde, pcussoribusq; laudatis, claues arcis regiarũq; pecuniarũ ante eoꝝ pedes cõstituit. Rato vnq̃ lętior dies Syracusanis illuxit. Supplicatũ est a viris pariter & fœminis circũ oĩa tẽpla, gratięq; diis actę q sine maiore motu, exinsperato antiqua esset libertas ciuitati restituta. Creati postridie p̃tores, Andronodorus ĩ primis, cęteri ferme ex pcussorib⁹ tyrãni, & ĩ his Sopatrus & Deomenes absentes. Erãtq; iã res Syracusanorũ ĩ tuto nisi Hippocrates & Epicides, post tyrãni cędẽ Syracusas reuersi, velut ĩ Italiam paulo post ad Hãnibalẽ abituri, pacatũ ciuitatis statũ iterũ ĩ discrimẽ adduxissẽt. Hi p̃ri optimates ad trãsfugas Romanorũ, & milites criminãdo, q Syracusę per speciẽ libertatis Ro. Po. traderent̃, Andronodoroq; ad nouatũ rerũ studiũ reuocato, eo rẽ traxerũt, vt senat⁹ Aristonis cuiusdã ĩdicio, de iis, q̃ parabant̃, certior fact⁹, Andronodorũ & Themistiũ, q Harmoniã Gelonis filiã vxorẽ duxerat, in curia occiderit. Erat Ariston tragœdiarũ actor, q Andronodori & aliorũ cõsiliũ sibi ab Harmonia creditũ, qa cõtra patriã eẽt ĩitũ, occultare nefas duxit. Multitudo, q̃ ãte curiã stabat, audita cędis cã, vt sua est natura ĩsolẽs, q̃ aut humiliter seruit, aut nimis supbe dñat̃, p̃toris rogationẽ, vt oĩs regia pgenies extĩgueret̃, pene pri⁹sciuit, q̃ vulgaret̃. Tũ pcussorib⁹ missis, Demarata & Harmonia sũt ĩterfectę. Erat & Heraclea altera Hieronis filia, cui⁹ vir Sosipp⁹, Hieronymi tyrãnidẽ fugiẽs, volũtariũ sibi exiliũ cõsciuerat. Hęc vbi q ad cędẽ missi fuerãt adesse sensit, ĩ sacrariũ ad penates cõfugit. Secutę sũt Heracleã duę virgines filię, ibi multũ atq; diu p patris Hieronis, & Gelonis fratris manes p̃cata ẽ. ne se cũ Hieronymo, ex cui⁹ regno nihil p̃ter viri exiliũ haberet, cõflagrare sineret. Cęterũ cũ nihil p̃ces & lachrymas aduersus destinatã cędẽ pdesse vidit, & iã ferrũ ĩ se strĩgi ĩtuita ẽ, omissis p se p̃cib⁹, vt saltẽ puellis pceret, orare ĩstitit: cęterũ dũ hęc loq̃t̃ Heraclea ab aris distracta ĩterficit̃. Filię velut furore captę p dẽsos gladios, cũ ĩpetu & clamore dilapsę, vago totis ędib⁹ discursu, post mlta vulnera, miserabiliter cõcidũt. Ea cędes adeo ĩdigna visa ẽ mltitudini, vt odio ĩ p̃tores accẽsa cõfesti Epicidẽ & Hippocratẽ ĩ Andronodori & Themistii locũ p̃tores creauerit. Et iã legati ad Appiũ Claudiũ missi erãt, de ãtiquo fœdere cũ Ro. renouãdo. Eratq; tũ forte Appi⁹ ad Murgãtiã cũ. C. nauib⁹, expectãs quo tẽderẽt post tyrãni cędẽ p̃ñtes Syracusanoꝝ mot⁹. Epicides ĩterea & Hippocrates, vbi punicã classẽ ad Pachinũ appulsã audiuere, videreq; legatos a Marcello q ĩ Siciliã ĩ horã traiectur⁹ dicebat̃ ad id missos, vt cũ Syracusanis de fœdere agerẽt, ad mercenarios trãsfugas cõuersi, factũ criminãt̃, palã p̃dicãtes, rẽ Syracusanã Rõanis pditũ iri, renouãdi fœderis p̃textu, fecitq; his fidẽ criminib⁹ Rõanarũ nauiũ ĩ portũ appulsus. Tumultuose ĩde aliquot dies acti, aliis alio ciuitatis studia trahẽtib⁹. Cęterũ qa satis cõstabat rei Syracusanę expedire, cũ Rõanis pacẽ hr̃e, visũ ẽ legatos ad Marcellũ mittere q cũ eo publice fœd⁹ renouarẽt. Interĩ a Leõtinis legati affuerũt p̃sidiũ suis finib⁹ petẽtes. Missus ẽ eo Hippocrates, cũ trãsfugarũ mltitudine, q nouarũ rerũ cupid⁹, prĩo Rõanę p̃uincię fines furtiuis ĩcursionib⁹ est ĩfestare adort⁹, ĩpetu deĩde ĩ Rõanũ p̃sidiũ facto, qd Appi⁹ ad tutãdũ sociorũ fines miserat, ex stationariis militib⁹ aliquot ĩprouiso accessu interfecit, q̃ vbi Marcello nũciata sunt (iã em̃ in prouinciã venerat) Syracusas misit, q paucis fidem violatã q̃rerent̃, belli cãm nũs

Marcellus in Siciliam mittitur.

Demaratę verba.

Andronodori cędes.

Oĩs regia progenies extinguit̃.

Miserabilis virginum cędes.

Epicides & Hippocrates discordiã serunt.

Leontini a Syracusanis desciunt.

q̃ defuturã, donec Epicides & Hippocrates ĩ Sicilia essent. Tũ Epicides ex Syracusis ĩ Leõtinos pfect⁹ cũ fratre, author Leõtinis fuit, vt a Syracusanis deficerẽt publice, pfessiq; sint se nõ staturos fœderibus, q̃ Syracusan⁹ populus cũ Romanis pcussisset, qñ ea res suę libertati minime expediret, qm̃ ĩ eo fœdere esset expressum, vt Leõtini Syracusanę ditionis essent vt antea q̃ tyrãnorũ pricipat⁹ esset euersus. Parati erãt Syracusani id mutare, cautũq; volebãt Leõtinorũ libertati, sed neq; pſenti ĩdulgẽtia, neq; vllo alio obseqo, potuerũt Leõtini ĩ officio retineri.

Leontini a Marcello capiũtur.

Id Syracusanorũ legati quũ Marcello nũciassẽt, cõfestĩ ille copias Leõtinos admouit, primoq; ĩpetu oppidũ cepit. Epicides & Hippocrates, q medio tumultu ĩ arcẽ cõfugerãt, nocte, q̃ secuta est, ad Herbesum cõfugere. Occurrit ĩterea nũci⁹ captę vrbis Syracusanis ṗtorib⁹ ad Milã fluuiũ, veniebãt hi cũ octo milib⁹ armatorũ ad Marcellũ. Erãt em̃ Syracusani ita pacti, vt Leõtini recepti suę ditionis essent. Hi audita vrbis direptione quũ falso oppidanorũ & militũ p miscua nũciaret cędes, Marcell⁹ em̃ ad duo milia trãsfugarũ securi pcusserat, cõsternato agmine ac pene a Romanis alienato, Megarã deflexerũt. Inde ad Herbesum ducũt.

Epicidis & Hippocratis ars.

Vnde Hippocrates & Epicides cũ olearũ ramis, & aliis supplicib⁹ velamẽtis, obuiã agmini occurrũt, ĩuitisq; ṗtorib⁹ ĩ agmẽ recepti haud multo post ĩ hãc sentẽtiã literas cõfingũt, q̃ a ṗtorib⁹ ipsis ad Marcellũ datę viderent, Syracusani ṗtores Marcello. Recte fecisti q; Leõtinis captis nemini peperceris. Sed qa vna oĩm mercenariorũ causa est, nec q̃diu qcq̃ seditiosorũ militũ, aut in vrbe, aut ĩ castris erit, res nostrę qeturę sunt, gratũ nobis feceris, si eos q sunt cũ nostris collegis circa Megarã, ĩ tuã potestatẽ redegeris, redactosq; merito affeceris supplicio, rẽq; Syracusanam certa pace stabiliueris. His literis ĩ cõcione militũ recitatis, tãta rabies militũ aĩos ĩcessit, vt ṗtorib⁹ metu dilapsis, in Syracusanos, q ĩ castris erãt, fieret ĩpetus. Hippocrates & Epicides in maiorẽ spem euecti, a Syracusanis oẽm militũ ĩiuriã arcuere, ex qb⁹ recẽti beneficio sibi astrictis subornãt, q Syracusas reuersi multa de crudelitate & auaritia Romanorũ in Leõtinos cũ suis popularib⁹ q̃rerẽt. Hi rumores facile multitudinẽ ppulerũt, vt portas Rõanis claudẽdas palã clamitarẽt.

Epicides & Hippocrates Syracusas occupant.

Affuerũt interĩ velut excõposito, cũ militũ agmine, Epicides & Hippocrates. Hi p necessarios eorũ, quos secũ habebãt, ĩ Hexapylũ recepti sũt ṗtorib⁹ ĩuitis, atq; ĩdẽtidẽ obtestãtib⁹ patriã tyrãnorũ satellitib⁹ pditũ iri. Mox & Acradina ab his occupata. Prętores, nisi q medio tumultu oppssi sũt, salutẽ sibi fuga q̃siuerũt. Postero die seruis ad pileũ vocatis, & carcere vi refracto, Epicides & frater ṗtores creãt, Legatiq; Rõanorũ Syracusas missi, eorũ triremi ĩtercepta, violati eẽnt, nisi terrestri itinere ad suos occulte euasissẽt. Marcell⁹ cõtinuo exercitũ Syracusas admouit, misitq; ĩ vrbẽ, q Syracusanis nũciaret, se cũ exercitu adesse, auxiliũ oppssę ciuitati laturũ. Hi ab Epicide & Hippocrate vrbe exclusi, ĩfecta re ĩ castra rediuerũt.

Obsidẽtur Syracusæ. Archimedes.

Tũ vero Syracusę terra mariq; obsideri cœptę. Et iã bellicis opib⁹ admotis, prim⁹ ille Romanorũ conatus haud irrit⁹ fuisset, nisi Archimedes vnic⁹ ea tẽpestate cœli & siderũ spectator, machinatorq; bellicorũ operũ, ab ĩtio oĩa Romanorũ cõsilia pleui momẽto discussisset. Eudox⁹ Gnidi⁹ & Architas Tarẽtinus, primi oĩm hãc machinãdi artẽ, multis variisq; geometricis cęlaturis exornasse dicunẽ, subtiles & occultas artis propositiones, machinarũ formis mortaliũ oculis subiicere adorti. Id Plato ægre tulisse tradiẽ, vt q̃ ĩgenii essent sensib⁹ subiicerenẽ, nec frustra ille augurat⁹, futurũ aliqñ, vt machinãdi ratio phia auulsa, alteri⁹ eẽ crederet, qd postea accidit militarib⁹ artib⁹ ĩserta, ĩ quo genere Archimedes tãtũ studio & ingenio pfecit, vt iactare solit⁹ dicaẽ, si alterũ terrę globũ nact⁹ esset, se alterutrũ alteri applicaturũ.

Archimedis inuẽta.

Inter pulchra artis experimẽta ab eo edita illũ est memorię pditũ, onerariã nauim mercib⁹ honustã sedẽtẽ altera dũtaxat manu organis ptraxisse, quũ ne vacuã qdẽ ĩgẽs vis hoĩm remoliri potuisset. Per quę Hieroni ĩsinuat⁹ multas ad vrbis defensionẽ machinas fabrefecerat, qb⁹ tũ Syracusani sunt aduersus Romanos vsi. Est & ĩ pſentẽ vsũ q̃dã machinatus circa Acradinã, qua pte Marcell⁹ ex nauib⁹ alias mœnib⁹ admouerat, cęteras exaduerso cõstituit, q̃ ĩgẽtẽ telorũ multitudinẽ ĩ ppugnatores mitterẽt. Has Archimedes grãdiorib⁹ saxis cõcussas, fœda laceratiõe discussit, quũ vno ictu multa simul saxa, ĩgeniosa libratione, ĩ Romanã classem torq̃renẽ, qb⁹ quũ afflicti nautę simul & naues submouerenẽ. Marcellusq; id iniquo aĩo ferret, sępius ĩclamasse diciẽ: qd vanũ illũ Briareũ fugerẽt! Naues q̃ muros subierãt, qa huiusmodi cladi minus erãt obnoxię, ferrea manica catenis deiecta, vt hãc vel illã fuerat forte adept⁹ a puppi ĩ prorã sublimes statuebat, mox vbi aliq̃diu suspẽsas cõcussisset, ex improuiso remissas nõ sine ĩgẽti nautarũ periculo vndis affligebat. Vt tuti⁹ ṗterea sui ciues vrbẽ tuerẽt, murũ a sũmo ad imũ cubitalib⁹ rimis excauari iussit, vñ velut ex tuto hostes crebro telorũ iactu ĩcesserẽt, qd ĩuẽtũ ad posteros

manauit,vt hodie quoq; vrbiū mœnia in huiusmodi angustiores aperiant rimas. Discusso p hęc oī nautico apparatu,Marcell9 a terra vrbē adort9,hac quoq; pte vni9viri īgenio est a muris repulsus. Perseuerauit tñ hostē terra mariq; obsidere,firmatisq; stationib9 dux ipse cū pte copiarū Herbesū & Peloꝝ recepit.Megarā vi captā diripuit ac diruit.Per eosdē dies Himilcho,q ad Pachinū aliq̄diu se tenuerat,ad Heracleā,q̄ Minoa dicta ē,vigīti milia peditū,&tria milia eqtū exposuit,quē apparatū Carthagīēses post Syracusas ab Epicide & Hippocrate ītas ī spem Siciliȩ recuperādȩ adducti,īcredibili studio īstruxerāt.In terrā itaq; egressus Himilcho primo Heracleā recepit,mox & Agrigētū,& ex Syracusis,vt rē iuuaret, Hippocrates cū X.milib9 peditū,& qngētis eqtibus,p Romanarū stationū īterualla noctu elapsus ad Acillas vrbē venit.Hic quū forte metādis castris Pœn9 esset īrēt9,Marcelli inopinato accessu,q Agrigēto a Pœnis occupato,ī castra cōposito agmine abibat, haud eīn tātas secū copias habebat, vt par eēt Himilchoni,Hippocrates metu disiect9 cū suo eqtatu Agrigētū cōfugit.Pedites a Romanis circūuēti,aut cęsi,aut capti sunt.Habuitq; ea victoria nōnihil momēti ad Siculos ī fide cōtinēdos.Himilcho haud mlto post cū Hippocrate ad Anatim fluuiū castra fecit.Quinq; adhęc &.L.Carthaginensiū naues,p id tps magnū Syracusarū portū tenuere Bomilcharis ductu,&.XXX.Romanoꝝ naues p eosdē dies,legionēvnā Panormi exposuere,q̄ sec9mare ad Pachinū venit,vbi Claudi9 cū classe erat.Nec ita multo post legione accepta, quū Syracusas versus mouisset,Bomilchar Romanȩ classis phama territ9,q; duplo maior esset punica,e portu ī altū euect9 Carthaginē abiit.Interea Himilcho Murgātiā recepit.Multȩ deinceps vrbes Romano p̄sidio,aut pulso,aut opp̄sso ad Pœnos defecerūt:quā Siculoꝝ ad hostes defectionē veriti q Ætnā p̄sidio obtinebāt,quoꝝ L.Pinarius erat p̄fect9,cernerētq; Ætnēses ad defectionē spectare,nullū illis locū ad īsidias relinq̄bāt.oppidani vbi oēm ad fraudē viā p̄clusam viderūt,sibi portarū claues restitui deposcūt, qn ī societatē,nō vt serui in custodiā traditi essent, Romanis bonis sociis fidē suā maximū vīculū esse.Alioq nisi bona venia restituant,repetituros se vi libertatē denūciāt.Pinarius primo hortat9 est,vt ad Marcellū mitterēt,capitale esse Romanis dictitās p̄sidio decedere,qđ vbi īpetrare nō potuit,p̄cat9 est vt ī sequētē diē sibi frequēs ppli cōciliū darēt,vt ītelligeret publicū an paucoꝝ id cōsiliū eēt.Id quū cōcessum esset, Pinari9 postq̄ ī arcē se recepit milites ad cōcionēvocatos docet ī quo discrimīe cōstituti sint. Futurū oīno,vt aut suo,aut oppidanoꝝ cruore,sequēti die Ætna īuaderet.Proīde parati essent,signūq; expectarēt,quo accepto īermē multitudinē īuaderēt.Precatus īde Cererē matrē, Proserpinā,& cęteros dęmones,ī quoꝝ tutela loc9 dicebať,vti sibi ppitii eēnt,si vitādȩ nō īferēdȩ īiuriȩ cā tātū facin9 pararet:postridie ī cōciliū descēdit,ibi eisdē ferme verbis qb9 antea rogitās,vt ad cōsulē mitterēt,nec videreť qcq̄ illi9 īiussu oppidanis remissur9,mltitudo ferociter coorta prīo minis īstare,mox vbi ne a vi qdē res pcul abesse cœpit,tū Pinari9dato togȩ signo,vt cōuenerat,suos strictis armis ad cędē īmisit.Ibi alii sup alios Ætnēses cęsi,siq dilapsi sūt,passim sūt p vrbē obtrūcati.Ea Ætnēsiū clades vno pȩ die totā Siciliā puasit. Sedet.n.id oppidū ī medio ferme tractu īsulȩ:alto & p̄rupto loco,q̄ res effecit,vt siq dubii erāt,tū demū ad Pœnos defecerīt.Marcell9appetēte hyeme ad Leōtinā qnq; milia passuū a Syracusis hibernacula cōmuniuit,& Hippocrates Murgātiā cōcessit,& Himilcho Agrigētū.Per id tps quo hęc ī Sicilia gesta sūt,Legati ab Orico venerūt ad M.Valeriū,q Brūdusii erat,nūciātes Philippū Apollōia frustra tētata Oricū noctu occupasse.Orarevtiq; vt aduersus regē Po.Ro.exp̄sso hostē Oricēsib9opē ferret.Nec dubiū eē Philippū eo cōsilio maritimā orā occupare adortū, vt ea potit9ī Italiā cōmodi9trāsmitteret.Valeri9eo nūcio cōmot9,classe cōtinuo īstructa,ī Macedoniā ad Oricū trāsmisit.Cōdiderūt id oppidū Colchi, q ad Medeā p̄sequēdā missi fuerāt. Sedet loco plano iuxta mare,Panormū ei9ēporiū dixere,stationē.s.oīb9 cōmodā:iuxta Ceraunia sūt,& sin9 cui9 os coē est Adriȩ & Ionio.Valeri9 pulso īde Philippi p̄sidio ,sub primū accessū Oricū recepit,quo exApollonia legati venerūt nūciātes se arcta teneri obsidione.q; deficere a Ro.nollet.Erāt Apolloniatȩ Corīthioꝝ Coloni,vrbēq; tenebāt qnq; milia passuū a mari,ī eoꝝ finib9Nympheū,vbi petra ē ignē vomēs,& fontes tepida aq̄ & bitumine scatētes.pximo tumulo metalli effossiōes,qb9locis qcqd excidit,tpis spatio naturȩ fœcūditate repōiť,terraq; fossis īgesta ī bitumē trāsformať.Apolloniatȩ polliciti oīa se q̄ Romāi vellēt facturos , si obsidiōe leuarēť.CCC.milites cū Nęuio Crispo Apolloniā Valeri9 misit,q noctu tacite sūtvrbē īgressi.sequēti nocte Crisp9 cū oppidanis hostiū castra aggress9 prīo īpetu cepit,ad tria milia Macedonū aut cęsa aut capta sūt.Rex ipē seminud9 ad naues q̄ ī ripa fluminis stabāt,sese

Marcelli expeditio.

Carth.copię.

Cartha.& Ro.motus in Sicilia.

Ætnensiū cędes.

Orici cōditores.

Apollonia. Mira natura.

Aous. Eas. proripuit (hūc Aoum esse crediderim, quē Hecateus Eantē appellauit) quo cęterorū noctur na fuga īclinauit. Castrorū pdā Apolloniatę Romanis militib9 cōcessere: & Valeri9 gestę rei nūcio excit9, ad ostiū fluminis classem admouit, ne Philippo pateret exitus, q quū neq; nauali

Philippi fuga. prælio, neq; terrestri par futur9 esset hostib9, incēsis nauib9 cū seminudo exercitu se in Macedoniā recepit. Philippo pulso, M. Valeri9 Orici hibernauit. In Hispania eadē æstate res varię gestę, Mago & Asdrubal īgētibus Hispanorū exercitib9 fusis, oēm vlteriorē Hispaniā ad imperiū rettraxissent, nisi P. Corneli9 Scipio, exercitu Iberū traducto, ad Castrū altū signa ptulisset. Erat is loc9 celeber magni Hamilcharis īteritu. Hic subito punici eqtat9 īcursu, quū ad. XX. hoīm milia in agris palātiū aut moratorū Roman9 ipetator amisisset, cōuersus retro castra ad victorię mōtē fecit, quo Gn. Scipio cū robore copiarū venit, secutus nec multo post Hastrubal Gisgonis fili9, terti9 Carthaginēsiū dux, q cū Magone & Hastrubale Barchinis castra cōtulit.

Castulo vrbs. Dū tā Pœni q̄ Romani ad Iberū sedēt, Castulo valida & nobilis vrbs Hispanię ad hostes defecit, hic Annibalis vxor fuit: īde hostes Ilitutgū oppugnare occœperūt, quo Gn. Scipio cū legione vna p strage hostiū puenit, īde cū oppidanis & Romano psidio qd ibi erat, subita ī hostes eruptione, adeo feliciter pugnauit, vt duob9 pliis supra. XII. milia hostiū interfecerit, ac paulo pauciores capti sint, cū sex &. XXX. militatib9 signis. Pœni Iliturgo digressi ad Mūdā

Mūda vrbs cōsederūt. Est Mūda vrbs ī pte Bethicę. Locū ipm magni Pōpeii filii sua clade illustriorē fecere, īgēti ibi plio a Cęsare dictatore supati. Huc Romani duces quū venissent, acie cōgressi vi-

Pœnorum strages. cebāt egregie, quū Scipione tragula icto, datū ē signū receptui, sic quoq; ad. XII. milia hostiū cęsa dicunt, ac tria milia ppemodū capta. Elephāti vndequadragīta pilis cōfixi, signa militaria septē & qnquaginta hostib9 adēpta. Inde haud multis interiectis diebus ad Aurigē vrbē dimicatū, vbi haud dubia victoria fuit, cęsi tn̄ dimidio minus q̄ antea. Verūenimuero gēs ad rebellādū nata, nouo militū delectu, breui exercitū īstaurauit: & q̄uis ter paucis dieb9 hostes victi essent, quatto cōfligere ausi, ad octo milia hoīm amisere, haud multo min9 q̄ mille capti. Signa militaria duodesexaginta, octo elephāti adēpti, tres interfecti. Rebusq; in hunc modū prospere fluētibus, Romani duces īdignū rati Saguntū octauū annū ab hostib9 teneri, punico prędidio inde pulso, oppidū recipiūt, antiqsq; cultoribus ī vrbē restitutis, siqui erāt qb9 olim fortuna belli pepercisset, inde Turdetanos, q olim Sagūtinis bellū cōflauerāt, fuerātq; excidii causa, bello victos sub corona vēdiderūt, deleuerūtq; funditus eorū vrbē. Quā Hispanię partē

Turdetania. Bethicā a flumine alii vocāt, ipsi incolę Turdetaniam dixere. Strabo Turdulos & Turdetanos eādē esse gētē arbitrat9 est. Polybius diuersam. Inter Hispanię populos sapiētia excellere

Legum vetustas. crediti. Literarū studiis primi oīm q eā terrā incolūt, vsi, legesq; versibus cōscriptas habuere, senū miliū annorū vetustate. Eratq; Scipionū ductu res Romana ī Hispania melior q̄ punica, quū Romę Q. Fabius Maximus Fabii consulis filius, & T. Sēpronius Gracchus sunt cōsules

Prodigia. creati, ambo absentes. Hoc quoq; āno sunt pdigia qdā Romę facta. Plurib9 locis publica sunt ædificia e cœlo tacta. Lōgarū nauiū species Taracinę in fluuio visę. Amiterni amnis quidam cruētis fluxit aquis. Armorū crepitus ex Vicilini Iouis tēplo ī Compsano exaudit9. Quę auriū & oculorū ludibria magno sunt errore credita, maiore quodā expiata. Cōsules ī puinciā pfecti, Sēpronius in Lucanos abiit, in Apuliā Fabius, cui pater q priore anno cōsul fuerat, quū legatus accessisset, atq; primo cōgressu, equo sedēs, pergeret ad cōspectū cōsulis ire, vbi ad vn

Exēplū maiestatis in Fabiis. decimū fascem venit, lictoresq; senis maistatē veriti taciti anteirēt, ibi Fabius cōsul proximū apparitorē misit, q̄ patrē iuberet cōsulē de more animaduertere. Monit9 vt equo descēderet, obediēs dicto fuit senex, mox ad filiū cōuersus. Experiri (ingt) volui fili, an satis scires te esse cōsulē. Per eos dies Classius Altinius noctu ad cōsulē cū tribus seruis venit, pollicitus, si res

Arpi. sibi pmio foret, se Arpos illi traditurū. Condidit id oppidū in Apulia Diomedes ex Troia in Italiā delat9, estq; ab initio Argos Hippiū appellatū, mox Argirippā, postremo Arpos dixere. Erat Classius Arporū authoritate & opibus lōge princeps, & qui eā vrbē Pœnis antea tradiderat, parū abfuit quin homo ambiguę fidei pręsenti supplicio sit a Fabio affectus, fecissetq; omnino, vt post Phaleriorū & Pyrrhi pditorē, tertiū esset documētū trāsfugis, nisi pater alieno tēpore id fieri mōstrasset. Custoditus itaq; est Calibus cōsulis iussu. Annibal vbi eum ad hostē trāsfugisse sensit, vxorē & liberos in castra accersitos viuos cōbussit. Ei9 bona diripuit.

Fabius Arpos occupat. Nec ita multis post dieb9 cōsul Fabi9 pluuia & intēpesta nocte, negocio paucissimis viris fortibus dato, qui custodibus deceptis, vrbē scalis trāsgressi sunt, Arpos occupauit. Erāt ibi relicta ad quinq; milia armatorū ab Annibale, & tria milia oppidanorum. Hi tumultuose arma

capiūt,pugnatūq; est nōnihil in angiportis & angustiis viarū. Postremo in colloquiū venere (nā consul legiones in vrbē immiserat)petuntq; vt venia defectionis impetrata,sese & vrbē dederēt.Secuti hanc inclinationē Hispani,q circiter mille numero in pſidio erāt. Hi pacti vt punicū pſidiū incolume dimitteretur,ad Romanos trāsiuere. Atq; Arpi per hūc modū sunt recepti.CXII.equites Campani,per speciē ex hostico prędādi,in Romana castra quę erant ad Suessulā trāsfugiūt,tātū cū Gn.Fuluio pacti,vt Capua recepta sibi bona restituerentur. Au. Sēpronius Tuditanus Aeternū expugnauit,vbi.LXX.hoim milia (nisi forte sit ī numero erratū) capta repio.Syphax quoq; Numidarū rex sub id tēpus Carthaginēsiū hostis fact⁹,cū Romanis societatē iūxit.Missi a Scipionib⁹ tres ad eū cēturiones,q cū illo de fœdere agerēt. Quorū Q.Sertorius,rogatu regis in Numidia remāsit,pedestris militię,cuius ad id tempus Numidę ignari erāt,institutor ac moderator.Ille lectā iuuētutē breui Romana disciplina ita instituit,vt rex nō magis equiti iā fideret,q̄ peditibus.signisq; cū Carthaginēsib⁹ æquo cāpo collatis prędio vicit.Carthaginēses adiūcto sibi Gala Massulorum rege (sunt & ipsi Massuli Numidę) bellū Masinissę filio aduersus Syphacē gerēdū crediderūt.Erat is clara indole, facileq; apparebat futurū aliquādo,vt sua virtute regnū augeret. Etenim iuuenis cū Syphace cōgressus,regē ingēti pſlio vicit.XXX.milibus hostiū ī acie cęsis,qua clade Syphax perculsus in Maurisios q iuxta oceanū incolūt,paucis comitatus cōcessit,qbus in locis ingenti hominū multitudine collecta bellū reparauit.Masinissa cū victore exercitu eo venit,diuq; nullis Carthaginēsium opibus adiutus,bellū ingēti gloria cū Syphace gessit.In Hispania eo anno nihil memoria dignū cōtigit,nisi q Celtiberorū iuuēt⁹ mercede est a Scipionibus cōducta, quū ad id tēpus Romani mercenariū militē nūq̄ habuissent.Annibal spe Tarēti potiūdi incassum eā æstatē cōsumpserat.Salentinorū tātū ignobiles qdā ciuitates ad Pœnū defecerūt.In Lucanis Pōponius Veientanus pſectus sociū,qui nōnullis fecūdis expeditionibus elatus,tumultuariū coegerat exercitū,in Brutio agro cū Hannone acie ausus dimicare,aliquot milib⁹hoim cęsis ipse temerarii dux certaminis ī hostiū potestatē viu⁹ venit.Interim reb⁹ vtriusq; Po.variātibus,essentq; inter spem & metū suspēsi hominū animi,incredibilis superstitio ciuitatē inuasit, vt sacris prophanisq; locis sacra nouo ritu fierēt.Ea res M.Æmylii ptoris edicto cū oibus vaticinis voluminibus,precationibusq; discussa.Creati in sequentē annū consules Gn. Fuluius Flaccus,& Appius Claudius pulcher.Posthumius Pirgensis publicanus multi nominis fraude & auaritia insigni,qa rēp.in iis fraudasse dicebať,q̄ in Hispaniā ad exercitū mittebantur, nauibus vilissima mercede honustis,atq; de industria,qa vi tēpestatis ei cautū erat,ſ alto depressis,quū a Tri.pl.accersir⁹,magnaq; publicanorū manu cinctus, cōciliū plebis disturbasset, maiestatis reus,quoniā ad diē nō affuit,absens dānatus est.Eius bona publicata, ipsi aqua & igni īterdictū.Plęriq; etiā ei⁹ ordinis,q noui mot⁹ authores fuerāt,aut ī carcerē cōiecti sunt, aut solū voluntario exilio verterūt.Hęc Romę. In Sicilia Cannēsis exercitus reliquię quę ī eā insulā fuerāt relegatę,militabātq; sub P.Lentulo, legatos ad Marcū Marcellū hibernorū tēpore miserūt,quorū vnus dicēdi potestate facta,his verbis est Marcellum allocutus.Nisi ita persuasum nobis fuisset Marcelle vir clarissime,Sicilię statu tyranni cęde turbato,non defuturā nobis materiā reip. nostro sanguine satisfaciēdi, q in Cannensi clade nō passi fuimus nos cū aliis trucidari,cōfestim,post triste illud,ne iniquū dicā, senatusconsultū de nobis factum , ad te consulē,priusq̄ in Siciliam deportaremur,aliqui nostrū venissent. Distulimus tamē q̄relas nostras,sperantes vt queadmodū patrū memoria,illi qui a Pyrrho rege ad Heracleam capti sunt,aduersus eundē pugnātes,siquid priore pugna fuerat offensum,correxere,ita nobis hic facultas dareť omnis ignominię pulchro aliquo facinore abolendę. quod nō solū nō cōtigit, sed ablegati etiā in ea insulę loca sumus,vbi omnis nauādę reip.operę adempta sit facultas. Sed quo nostro merito Marcelle tu & alii ita nobis succēseris?liceat pcamur apud te nostras calamitates deplorare,quē quū fruemur ambos cōsules & senatū īrueri videmur,& quo si cōsule ad Cānas vsi essem⁹,lōge melior & resp.& nostra fortuna hodie esset . Cęterū priusq̄ de pſenti cōditione nostra dicā,liceat q̄so noxā,cui⁹ arguimur,paucis purgare , si nō deorū ira, fatoq;,cui⁹ īmobili lege digeri res humanę credunť,sed culpa hoim periim⁹, cui⁹ tādē ea culpa fuit,militū an imperatoris ? Equidē nihil ego vnq̄ de eo imperatore dixerim,cui post rē male gestā gratias a patribus actas nō ignorē,q nō desperauerit de rep.cui etiā p plures annos sit continuatū imperiū,cęteros quos tribunos eodē pſlio habuimus,& honores petere,& ingenti fauore obtinere audiuimus. An vobis vestrisq; liberis ignoscitis Patres conscripti ? in hęc

Syphax rex.

Masinissa.

Qñ primū Ro. mercenario sunt milite vsi.

Aiaduersio in publicanos.

Oro relegatorum ad Marcellū.

vilia capita sequitis? Cõsuliq; & aliis primoribus ciuitatis licet fugere,quũ spes nulla in armis esset,milites nisi ĩ acie cadãt,ignominia notãdi sunt? Ad Alliam oĩs prope exercitus,vt ꝓditũ memoriç est,ex acie fugit. Ad Caudinas furcas,ne tẽtato quidẽ ꝑlio hostibus arma tradidit. Verũ tãtũ abfuit,vt aut hi aut illi sint aliqua ignominia notati,vt ꝑeosdẽ sit nõ multo post respu.restituta, q̃q̃ nõ video qs Cannẽsem exercitũ met⁹ aut pauoris ĩsimulare possit,vbi pl⁹ quinquaginta milia hoĩm ceciderũt. Vnde cõsul cũ.LXX.eqtibus aufugit. Vnde nemo sup stes euasit,nisi quẽ hostis cędendo fessus trucidare nõ potuit. Quũ captiuos redimi oportere negaret,tũ factũ nostrũ laudare oẽs,ꝙ nosmetipsos reip.seruassem⁹,ꝙ iusti exercitus speciem fecissem⁹. Nũc deteriore cõditione sum⁹,q̃ apud patres nostros fuerũt captiui,qppe illis tãtũ arma,atq; ordo militãdi,locusq; in quo tẽderẽt,in castris mutat⁹ est,q̃ oĩa simul nauata reip. opera recuperarũt,eoꝝ tñ nemo est ĩ exiliũ relegatus,nemini spes emerẽdi stipẽdii est adẽpta. Datus cũ quo dimicãtes vitã semel aut ignominiã finirẽt. Nos vero, qbus nihil aliud obiici potest,ꝑterq̃ ꝙ passi sumus aliquẽ ex Cannẽsi pugna militẽ reip.supesse,nõ solũ ꝑcul a patria, atq; Italia,sed ab hoste etiã relegati sumus,vbi in ocio & desidia senescamus, vbi nequa occa sio,nequa spes abolẽdę infamię sit relicta,placãdęq; p virtutẽ ciuiũ irę. Non ignominę finẽ pe timus,nõ ꝑmiũ virtutis,virtutẽ saltẽ experiri liceat, laborẽ & periculũ petimus vt virorũ & militũ officio fungamur. Bellũ iam alterũ annũ est in Sicilia,in ea loca traduci petimus, vbi qđ ad Cannas faciũdũ fuit, q̃primũ faciamus,quicqd post id tẽpus viximus ignominię datũ

Peroratio. est,non vitę. His dictis ille & cęteri legati cum lachrymis ad Marcelli pedes procubuerunt. Consul nihil se mutaturũ respõdit ex eo qđ patres statuissent,quãdo ne suę quidẽ potestatis esset,scripturũ se tamẽ ea de re ad senatũ,oĩaq; ex illius sentẽtia facturũ. Cũ his legati dimissi sunt,ac de iis q̃ postularẽt bene sperare iussi. Marcelli literis de ea re ĩ curia recitatis, placuit

Patrũ decretum. ita responderi,nõ videri patribus rẽp.credẽdã iis, qui ad Cannas cõmilitones suos pugnãtes deseruissent. Cęterũ si Marcello aliter videret,ageret ipse qđ e repu.fideq; sua duceret,modo nequis eorũ munere vacaret,donoq; militari virtutis gratia donaret,aut ĩ Italiã reportaret, donec cũ Pœno debellatũ esset. Refectę hoc anno Romę Fortunę & matris matutę ædes ĩtra portã Carmentalẽ,q̃ priore anno fuerãt incẽdio absumptę,& Spei tẽplũ extra portã vrbis. In

Prodigia. Albano mõte biduo lapidibus pluit. Multa Romę & foris loca sunt de cœlo tacta. Reate saxũ ingens volitare est visum. Sol rubere sanguineo similis:quib⁹ ꝓdigiis de more ꝓcuratis,erãt iã cõsules in prouinciã abituri,quũ allatũ est Tarẽtũ ab Annibale captũ. Fuerat iã antea spes illi facta eius vrbis paucorũ proditione obtinẽdę,dilataq; erat res in plures menses. Interim Tarẽtinorũ obsides,q Romę in atrio libertatis custodiebãtur, sub noctẽ vrbe dilapsi,domũ fu gã intẽderãt,q postridie ex Taracina Romã retracti,ĩ foro pri⁹ virgis cęsi sunt,atq; de saxo ꝓ cipitati,cui⁹ atrocissimi supplicii phama Tarẽtũ delata ĩ causa fuit, vt maturata sit ꝓditio

Tarentum Annibali traditur. X.coniurarũt,quorũ princeps Nico & Philomenes fuerũt. Hi per speciẽ venandi noctu vrbe egressi,cũ Annibale semel atq; iterũ locuti,his cõditionib⁹ vrbẽ se prodituros sunt polliciti, vt liberi Tarẽtini essent,neq; vectigal vllũ Carthaginẽsibus pẽderẽt, pręsidiũve inuiti accipe rẽt,atq; in hęc illi fidem ab Annibale accepere. Erat res interim minus suspecta,nã pręterq̃ ꝙ Philomenes venãdi studio insignis erat,canes & alius venaticus apparatus eũtẽ seqbat,assi dueq; aliqd syluestriũ ferarũ,etiã ab hoste ad id ꝑparatũ,aut portarũ custodib⁹ aut ꝑfecto da bat,& qa metu hostiũ noctu ire & reuerti putabat,sibilo custodes excitabat. oĩb⁹ itaq; cõpa ratis Annibal excõposito,quũ triũ dierũ spatio Tarento abesset,cũ expeditissimo peditatu,& oĩb⁹ eqtibus celeri cursu Tarẽtũ ire pgit,ꝑmissis Numidis q late lõgeq; ante agmen euagati oẽs ĩ viis & agris oblatos ĩterficerẽt.nequa phama sui accessus ad vrbẽ ꝑueniret. Percrebuit tñ sub noctẽ rumor,Numidas ꝑdabũdos vrbis fines ingressos,q̃ res min⁹ suspecta fuit,quia & pauci visi fuerãt,atq; iidẽ illi more latrocinãtiũ vagi,fidẽ fecerãt Annibalẽ castra nõ mouisse. Pœnus igit p portã Temenitida,q̃ illi a Nicone,cęsis vigilib⁹,patefacta est,in vrbẽ irrupit,&

Capit Tarentum. Philomenes p portulã,qua ire & meare erat solitus,custodibus excitatis, aprũ eximia magni tudine iussit inferri. Ipse cũ expedito iuuene secut⁹,custodẽ dũ ferę magnitudinẽ miratur,ĩcau tũ obtrũcat,patefactaq; deinde porta alterũ agmẽ ĩ vrbẽ ĩduxit, qđ silẽtio ĩ forũ traductũ, cũ Annibale se iũxit. Pręfectus vrbis tumultu excitat⁹,ĩ portũ se ꝓripuit, inde scapha exceptus in arcẽ cõfugit. Vbi vero illuxit Annibal Tarẽtinos p concione affatus hortatus est vt bono animo essent, singulosq; domũ suã iubet inscribere, a qbus milites abstinere iussi,Romanorũ militũ tabernacula diripuerũt,q ĩ vrbe dephẽsi sunt ad vnũ oẽs ĩterfecti. Intuitus ĩde Pœnus

arcem vbi inexpugnabilis apparuit,fossa est ab vrbe disiungere adortus.Romani q in eã confugerant,ferociter in hostes inuecti,nõ solum operas,sed statione etiã illis oppositã primo impetu disturbant.Cesserant hostes de industria,vt Romanos pcul arce distraherent, quo contigit,vt signo deinceps dato,qui pcul arce fuerant hostes insecuti,p angiportus & vias cũ multa cæde sint in arcem cõpulsi.Fossa ingẽs ducta,& vallũ intra erectũ,mox & murus excitat⁹,vt tutior ab omi eruptione vrbis eẽt.Hãnibal vrbe egressus ad Galesum amnẽ qnq; milia passuũ a Tarẽto castra fecit,nec multo post in vrbẽ reuersus,nauesq; q̃ in imo sinu erãt.p mediam vrbẽ curribus in aptũ mare deuexit,atq; arcẽ circũuectas in faucibus portus statuit.Hocq; maxime modo Romanũ psidiũ,quod in arce fuit,terra mariq; Poenus circũdedit.Fuit hic ann⁹quo Tarentũ est ab Hannibale occupatũ,decim⁹,vt Liui⁹ significare videt̃,secũdi belli punici,Octauus & quadragesimus supra quingẽtesimũ ab vrbe cõdita.A mũdi origine terti⁹ & nonagesimus supra nõgẽtesimũ ac quater millesimũ,quo tpe Philipp⁹ in Macedonia regnabat, Antioch⁹ in Syria Acheo iãdudũ citra taurũ sublato.Ptolemęus Philopator in Ægypto.Eratq; ĩ Iudæa põtifex Onias,q quũ tributũ cũctãtius exoluisset,facile regis irã incurrerat, imminebatq; illi a Ptolemęo discrimẽ maximũ,nisi Iosippus põtificis ex sorore nepos,mira indole adolescẽs, Athemone qui vectigal exactur⁹ in Iudæã venerat,hospitio sibi multaq; comitate cõciliato in Alexãdriã se ad Ptolemæũ iturũ dixisset,ac corã regi satisfacturũ,quo nõ multo post Athemonis discessum pfect⁹,illi ex Mẽphi cũ Athemone & Cleopatra cõiuge eodẽ curru redeũti,Iosippus obiter occurrit.Cæterũ Athemon rẽpẽstino eius liberalitatis testimonio,adeo veniẽtẽ iuuit,vt in regiũ sit currũ familiariter multaq; comitate acceptus.Venerãt forte p id tps Alexãdriã,Phoenices,Iudæ,& Samariæ publicani,vectigal earũ gentiũ licitaturi,q quũ octo milia talentorũ despondere̅t,duplicẽ summã se regi daturũ Iosippus pollicitus est,ibi Ptolemę⁹lætus fisci vna licitatiõe tã grãdi summa augeri,vt vades Iosippus daret postulauit,iamiã illi vectigal addictur⁹.Ille,tu inqt rex mihi & regina optimi vades eritis,quo adagio Ptolemęus pellectus,ne spõsorib⁹ qdẽ daris negocio pfecit.Diu itaq; rei pfuit,multaq; celebritate nõis,circa finitimos vixit,fuerũtq; eius filii cõplures,sed Nicanor,quẽ ex fratris filia tulerat,olim prudentia & animi elatione clarissimus.Is a patre ad regẽ missus,accepta ab ipsius dipẽsatore pgrandi pecunia,vno tpe cẽtũ venales pueros,puellasq; pari nũero,tot mãgonib⁹ egregie Iis aliisq; disciplinis instituros mercatus est,mares regi,puellas Cleopatræ dono obtulit,qua ille munificẽtia patri est & fratrib⁹ p Iſas a rege cõmẽdatus.Cæterũ in Iudæã reuersus in aptũ incidit discrimen.Fratres siue qa multũ paternæ pecuniæ vana ostẽtatiõe Alexãdriæ pfudisset,siue poti⁹ veriti ne regia cõmendatiõe sibi a pře pferret̃,veniẽtẽ insidiis excipiunt,qb⁹ nõ sine partici dio declinatis,Hierosolymis pfugus trãs Iordanẽ abiit,ibiq; turri ex albo lapide sibi ędificata, quã Tyrũ appellauit,manuq; hoim sibi cõparata,acerbe tributũ a barbaris exigebat.post Ptolemæi interitum,in Antiochi potestatem redactus,grauius suppliciũ veritus,sibi manũ intulit.

ANNI MVNDI.

Onias.

Iosippi facetum dictũ.

Nicanor Iosippi filius.

Nicanoris exitus.

M.ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIÆ HISTORIARVM AB ORBE CONDITO,ENNEADIS QVINTÆ,LIBER QVARTVS.



ERAT RES Romana adhuc inter spem & metum præsentis belli suspensa,fortuna vices vbiq; variante,ac propterea nullis non superstitionibus obnixa.Etenim præter multa visa & audita,quæ prodigiorum loco temere ferebantur,Martianum carmen per id tempus conquisitum ac repertum,maximam ciuitati curam attulit.Id partim veritissimo euentu probatum,haud dubiam futurorum fecit fidem. Scripserat quisquis fuit ille Martius, Amnem troiugena Cannam Romane fuge,nec te alienigenæ cogant in campo Diomedis conserere manum: sed neq; credes tu mihi,donec cõpleris sanguine campum,multaq; milia occisa tua deferat amnis In pontum magnũ ex terra frugifera piscibus atq; auibus,ferisq; q̃ incolunt terras his fiat esca caro tua.Hæc quia magna ex parte sunt hominum oculis repræsentata(nam & Diomedis campos & Cannam vbi pugnatum erat vulgus agnoscebat)maior cura subiit alterius carminis procurandi,quod in hæc fuit verba conscriptum.Hostes Romani si pellere vultis vomicam,quæ gentium venit longe,Apollini vouẽdos censeo ludos,qui quotannis comiter Apollini fiãt,quum populus dederit ex publico partẽ,priuati vti cõferant p se suisq;:his ludis præerit prætor,is qui ius populo plæbiq; dabit summum.Decẽq; viri Græco ritu hostiis sacra faciãt,Hæc si recte faxitis,gaudebitis semper, fietq;

Martianũ carmen.

Carmen alterum.

tes vestra melior,nam is dius extinguet pduellẽ,qui vestros cápos pascit placide.Hoc carmine
Vouent lu di Apollini — publice interpretato,ludi sunt Apollini voti,& ĩ circo celebrati.Pręțor ꝑsedit.populusq; stipẽ
in ludorũ apparatũ,vt qsq; potuit,cõferre est iussus.Ex publico.XII.milia ęris ꝑtori sunt expẽ
sa,Apollini bos auratus,& duę capræ aureę:Latonę bos fœmina,& ipa cornibus auratis ĩmola
ta est.Fuitq; hic annus quo Apollinates ludi sunt Romæ cœpti fieri,secũdi belli punici deci
mus,Rõanæ vrbis duodequinquagesimus ac qngẽtesimus.Sed dũ p hęc ciuitas in dies magis
magisq; se malorũ dæmonũ imperio addiceret,Cõsules q in Samnio erant, facti sunt certiores
Hãnonẽ,haud pcul Beneuẽto castra habere,eoq; magnã vim frumẽti cõuectã, vt Cãpanos fa
me laborãtes ea ope subleuaret.Fuluius conatus hostium oppressurus,citato agmine Beneuẽ
tũ cõtendit.Collega in Campanũ agrũ copias egit.Iã ad duo milia currum cũ incõdita mul
titudine ex Capua in castra venerãt.Hanno cũ parte copiarũ ierat frumẽtatũ.Hæc cũ Fului
us resciuisset,Beneuẽto profectus,castra hostiũ in arduo loco sita,primo accessu oppugnare est
ausus.Mox cõsul,loci difficultate,& quia hostes ab initio valide Romanũ a munitionibus reie
cerãt,deterritus,cani iussit receptui.Tum vero milites obstinatiore animo hostiũ vallũ subeũ
tes,per æqua & iniqua vincendi studio acti.pluribus locis in castra irrumpũt.Cæsa sunt ad sex
Cædes Pœnorum. — milia hoim,septẽ milia & amplius capta,cum ingenti currũ ac iumentorũ multitudine.Hã
no audita suorũ clade, in Brutios fugienti similis se recepit.Beneuenti præda diuendita,dona
tiq; sunt in primis militaribus donis,Vibius Pelignę cohortis præfectus,& T.Pedianus prin
ceps tertiæ legionis,q primi oĩm in castra irruperãt.Cãpani præsenti clade perculsi, Hãnibalẽ
precibus fatigãt,ne se in aperto discrimine cõstitutos Romanis ad excidium deserat,immine
re sibi duos cõsules,cum duobus cõsularibus exercitibus,qui vix vnius diei itinere abessent,ne
Tarentinæ arcis expugnãdæ studio,sociam vrbẽ hostibus proderet,quã Carthagini æquare es
set solitus.Misit Hãnibal duo milia equitũ Campanis,quibus in suum aduentũ ad arcẽdã po
pulationẽ vterent.Interim Metapõtini & Turini cum tota ora maritima, Tarẽtinorum defe
ctionẽ secuti,ad Pœnos defecerunt.Consules Capuã circumsessuri, ne Beneuẽtum sine præsi
Ostentum. — dio relinquerent,T.Gracchum accersunt,qui sociorum vrbẽ & fines tueretur.Graccho sub id
tꝑs sacrificanti ostento quod in sacris fieri contigit,est præmõstratum,futurum,vt hostiũ insi
diis esset haud multopost periturꝰ.Duo angues occulto allapsu circa aras,hostię iecur depasti
sunt,cõspectiq; ex oculis repẽte euanuerunt,idq; cũ semel atq; iterũ fecissent,monitꝰ ab Aruspi
cibus dicitur,vt insidias caueret.quas fatali necessitate repugnãte effugere nõ potuit.Flauius
Flauii perfidia. — Lucanus suæ gẽtis ꝑtor,ad Pœnũ defecturus,multo meliori fœdere se in amicitiam vẽturum
ratus,si id Romani ducis sanguine sanxisset,pactus occulte cum Magone defectionẽ, eũ in pa
catum venire iussit.atq; in insidiis sedere,quo Flauius Gracchum.p speciẽ colloquii,velut plę
rosq; Lucanorũ ad Romanũ imperiũ retracturus,quorũ prætores secũ vẽturi essent.ad insidia
rum locũ cum paucis equitibus pertraxit.Ibi Gracchus ab hoste circũuentus,suos hortatꝰ ad
Gracchus occiditur. — terram desiliit,ac maius q̃ pro numero prælii ciens, nõ sine hostiũ pernicie fortiter occubuit,
corpus ducis exanime Mago cũ fascibus captis ad Hannibalẽ misit.Fuerũt q traderent non in
Lucanis,nec pditione Gracchũ periisse,sed ad Calorẽ fluuiũ,cũ forte castris egressus, cũ lictori
bus & duobus seruis,vt lauaret ad amnẽ descendisset,ibiq; ab hostibus inter salicta ripis;ĩnata
latẽtibus oppressum.Alii quingẽtos passus a castris pgressum pdiderunt.pdigiũ, qd in sacris
acciderat,aruspicũ iussu expiaturũ,in Numidarum insidias incidisse,hostesq; Gracchi extin
cti tantum capite potitos.Consules Campanum agrũ ingressi,subita hostiũ eruptione,mille &
quingẽtos milites amiserũt.Nec multopost Crispinus Romanus eques a Badio Cãpano,olim
Singulare certamẽ Badii & Crispini. — hospite suo,ad singulare certamẽ puocatꝰ,hostẽ primo cõcursu humero traiectum,ad terrã ex
equo deiecit,deiectũ obtruncasset,nisi ille,dum Crispinus ad terrã desiliit,ꝑcipiti fuga ad suos
delatus,equũ & arma victori reliquisset.Hannibal & ipse post consulũ accessum præsto affuit,
in aciemq; vtrinq; descensum.Primo cõgressu res punica superior fuit,mox equitũ incursu re
stituta acie,Semproniani exercitus interuentu,qui velut excomposito affuit,qm̃ aduẽtãtiũ ho
stiũ vtrisq; præbuit speciem,ab vtraq; parte datum est signum receptui.Cõsules sequẽti nocte
ad distrahendũ inde Hãnibalem,castris profecti diuersi abierunt.Fuluiꝰ in agrũ Cumanum,in
Lucanos Claudius cõcessit.Hannibal Appium secutus.Cæterũ Romanus consul circunducto
Centenius. — qua voluit hoste Capuã est reuersus.Hannibal Appiũ frustra insectatus,in Centenium Penulã
duxit,qui in Lucania,cũ octo milibus hominũ & amplius erat, centurio dũtaxat, viribus alio
qui corporis & animi pollens,octo milia militũ a patribus impetrauerat extra ordinẽ,vt in Lu

cania rē gereret.Is igiť neq̧ rei militaris pitia,neq̧ fortuna par hosti,temere ī pugnā descēdere ausus,cū oīb⁹ copiis ab Hānibale est oppressus.vix.X.milites,ex tāto nup nūero,euasisse dicunť.Cāpana interim obsidio sedulo parabať,& q̄ in eā rē necessaria erāt Casilinū studio comportari,nec Hannibal id ociosis aurib⁹audiebat.Cæterū intētus ad alterū Romanoꝝ exercitū opprimendū,q sub Gn.Fuluio in Apulia erat,vbi p licētiam militarē oīa fieri cognouit,Capua omissa,eo cursum deflexit,quo qūū magnis itineribus venisset,noctu militib⁹ad insidias in occulto sedere iussis,ī sessisq̧ ab eqte oīb⁹ viis,qua hostiū fugā inclinaturā arbitrabať,etenī haud ignorabat Fuluianos in pugnā descēsuros,q sub primū suū accessum vix ī castris cōtineri potuere:postridie vbi primū illuxit,temerariū ducē in pliū elicuit, sed ne clamorē qdē hostiū sustinuit Rōana acies.Pretor par qdē Cētenio stultitia & temeritate,aīo nequaq̄ cōparād⁹,vbi primū aciē inclinare vidit,cū ducētis fugā arripuit,exercitu ad cædē relicto.Romani vndiq̧ circūuenti adeo fœde cæsi sunt,vt ex decē & octo milib⁹hominū,vix duo milia euaserint.Luctus & pauor ingēs ciuitatē inuasit,duab⁹ teterrimis cladibus,alia super aliā,paucis diebus acceptis, sed qa cōsulares exercit⁹ incolumes erāt,min⁹animi pñti militū iactura affecti sunt.Ipsi etiam cōsules p eos dies,Claudio Nerone ad se accersito,Capuā circūsedest,trib⁹ ptoriis circa muros hostiū vno tpe erectis,mox fossa & vallo vrbē cingere adorti,Cāpanos ad pugnā exciuere,impediēdi operis studio.Verū vbi oīs hostiū conat⁹irritus fuit,viderūtq̧ opus cōtinuari, priusq̄ oīa loca insederenť,mittūt q id Hānibali significarēt,& cōsules p pcōnē edixerūt, vt siq Cāpanoꝝ vrbe egredi vellet,ante idus Martias ipi cū filiis & vxorib⁹liberi essent,oīaq̧ sua haberēt. Post eā diē qcūq̧ ī vrbe essent se hostiū numero habituros.Ea publice denūciata nō solū Cāpani p cōtēptū audiuere,sed minas quoq̧ addiderūt,cōuicia in Romanos iaciētes.Hanibal post pugnā ad Herdoneā cōmissā,vbi Fuluianū deleuerat exercitū, Tarentū diuerterat,spe potiūdę arcis pcepta,verū vbi frustra oīa tētari vidit,Brundusiū cōtēdit.Hic quoq̧ quū parū profecisset,vanaq̧ spe tereret tps,nuncii ad eū venerūt Capuā a Romanis circūsederi:Respondit Hānibal affuturum se paulopost,nec dubium esse,quin hostes ad suū aduētū,vt nup fecerāt,obsidionem soluerēt.Cū his legati dimissi,quibus vix patuit in vrbem reditus,Capua iā ppemodū duplici fossa & vallo circundata.Sed dum hæc in Italia geruntť,Marcellus Syracusas recepit. Primo pauci,piscatoriis retib⁹operti,cymba delati,in Romana castra cū trāsfugis in colloquiū venere,de ciuitate Romanis tradenda.Inde ad LXXX.eius cōsilii participes facti.Habuissetq̧ res ipsa optatum exitū,nisi cōiuratione indicio patefacta,pditores Epicides medio conatu oppressisset.Deiectus hac spe Marcellus alterā continuo nactus est.Agebať forte inter Rōanos & hostes de Damasippo Lacedæmonio redimēdo,q ad Philippū regē ex Syracusis missus in Romanorū potestatē venerat.Vtrinq̧ igiť ad colloquiū circa Trogillorū portā ventum erat. Hic Romanus quidā muros vrbis aliquāto sua opiniōe humiliores intuitus, numerādoq̧ lapides qui in fronte erant,altitudinēq̧ tacitis oculis æstimādo,eo puenit, vt modicis scalis in vrbem euadi posse deprehēderet,si aliquo modo custodes possent decipi.Ea res ad Marcellū delata,cōfestim ducis animum in spē adduxit,vrbis furto potiūdę.Omnibusq̧ propemodū paratis, vna iniri ratio non poterat,qua arte nocturni vigiles fallerenť.Verū idquoq̧ fortuna ducis obtulit,qui hac vna defixus cura indicio comperit,festos Mineruæ dies magna animorū hilaritate in vrbe de more celebrari,multaq̧ vini licentia ciuitatē lasciuire. Quod sacrū vbi adesse sensit mille milites silentio noctis cum scalis ad vrbem misit,ipse haud multopost cū maioribus copiis secutus,qui præmissi fuerant intrepide negocium obeunt , murū tacito scalarum ascensu occupāt,porticula quæ fuit ad Hexapylon subita vi refracta suos in vrbem accipiūt.Custodes q̄ in pximo erāt somno & vino grauati interfecti sunt,cęteri improuiso tubarū cātu & clamore pculsi,rati id qd̄ erat,muros ab hoste teneri,metu dilapsi,alii alio diffugiūt. Epicides citato agmine ex insula(Syracusani Nasum dicūt)affuit,velut paucos hostiū q custodum negligētia in vrbē furto ingressi essent eiecturus.Verū vbi Epipolas & cætera loca circūiecta Rōanis armis teneri vidit,hoste paululū missilib⁹lacessito,retro in Acradinam abiit,veritus ne aliqua intestina fraude tutioribus locis excluderet.Marcellus vbi captā vrbē subiectam oculis habuit, illachrymasse diciť,partim tātę rei pperatę gaudio,partī veteri phama & splēdore vrbis.Occurrebāt aio inclytę victorię,q̧ Atheniēsibus terra mariq̧ victis Atticas classes,duosq̧ clarissimos duces,cū numeroso exercitu,Syracusani deleuissent. Bella cū Carthaginēsib⁹ gesta.Duo Dionysii eorūq̧ potētia.Recētissima Hieronis memoria,q prę omnib⁹ sociis regib⁹ Romanum po.pręcipua fide coluit.Ornatissimus vrbis apparatus in cinerē momēto tēporis abitur⁹.Ipse

Centenius Penula cū exercitu cæditur.

Hannibal ad fluuium contendit.

Ro.cædes ad Herdoneam.

Capua a Ro.circunsedetur.

Marcellus Syracusas capit.

Marcelli lachrymæ.

Acradina exclusus,tẽtauit an posset Euryalum occupare.Fuit is tumulus ĩ vrbe munitissim⁹: quẽ vbi præsidio teneri vidit,inter Thicam & Neapolim illustria vrbis loca metat⁹ est castra. Petẽtibusq́ suppliciter Syracusanis,vt ab incẽdiis & cæde abstineret,militib⁹ edixit,neq; liberũ corpus violaret,cætera diripiendi oĩbus copia facta est.Tum vero in prædã est tumultuose discursum,ac quicquid antiqua felicitas cumulauerat,momẽto tp̃is est vi & rapina exhaustũ. Nec ita multopost Marcellus Euryalum occupat.Himilcho qui in portu erat,parte nauiũ Epicidi relicta,Carthaginẽ reuersus,docuit quãto in discrimine res Syracusana esset.Quo nuncio Carthaginẽses p̃moti,paucis diebus Himilchonẽ ipsum cum centum nauibus Siciliã repetere iubẽt.Vno deinceps tẽpore,pluribus locis sunt Romani oppugnati.Hippocrates vetera Rõanorũ castra,quæ adhuc præsidio tenebãtur,est subita vi adort⁹, Himilcho media inter castra & vrbẽ loca cum naualibus copiis insederat,nequid præsidii ex vrbe laborãtibus mitti posset. Epicides ex Acradina in Marcelli stationes fecit impetum.Vtrobiq; prospere est a Romanis dimicatũ.Crispinus,qui in castris erat,non solũ Hippocratem a munimentis reppulit,sed fugientem est etiã insecutus.Et Marcellus Epicidem in Acradinam compulit.Secuta mox pestilẽtia, per autũni tempus,quæ Himilchonis & Hippocratis exercitum pene ad vnum extinxit,fuitq́ Pœnis ea cæli intemperies eo perniciosior,q̃ illorũ castra in aperto erant.Id veritus Marcellus omnẽ castrẽsem turbã,iam & ipsam non parua ex parte affectam, in vrbem transtulit, vt tecto & vmbra miles reficeretur.Nec Carthaginensiũ animi ad eã cladem conciderunt,quin ab Himilchone docti,futurũ,vt Romani Syracusis inclusi,facile caperẽtur, si paululũ adhuc adniti vellent,Himilchonẽ ipsum,cũ centũ q̃nquaginta lõgis nauibus ad bellũ instructis,& septingẽtis onerariis,cũ cõmeatu,cæteroq; belli apparatu,in Siciliã mittũt,q quũ Pachini p̃mõtoriũ superare nõ posset euro ab ortu sęuiẽte,fuissetq́ aliquot dies in eadẽ statione,ne naufragiũ faceret,veritus Epicides ne punica classis retro tẽderet cursum,mercenariorũ ducibus in Acradina relictis,ipse ad Himilchonẽ nauigat.Stabat Romana classis ad hoc ip̃m instructa, vt ad primos Himilchonis motus cũ eo cõfligeret,ne tantus rerũ apparatus Syracusis importaret. Remittẽte itaq; Euro,vbi punicæ naues in altũ sunt euectę,Pachinũq́ circũagi cœperũt,cõfestim Romana classis ex sua statiõe egredit:q̃d Himilcho intuitus,incertũ quo cõsilio,velis ĩ altum sublatis Tarẽtũ abiit,missis q onerarias naues iuberẽt Carthaginẽ repetere. Epicides tãta spe deiectus,ne ĩ vrbẽ magna iã p̃te captã reuerteret,Agrigẽtũ nauigat,poti⁹ euẽtũ rei q̃ q̃ aliq̃d ĩde moueri posset,expectatur⁹.Syracusani & ipsi oĩni spe destituti,Epicidis p̃fectos obtrũcãt. Prætoribusq́ creatis,legatos ad Marcellũ mittũt,q Hieronis in pp̃lm Ro.studiũ & beneuolentiã testati,excusataq; Hieronymi stultitia,cui⁹ ip̃e breui suo capite pœnas luisset,quonã modo Epicidis & Hippocratis fraude circũuenti,capti primo mox opp̃ssi essent,ordine exponũt,quo accidisset,vt a Rõana societate vi potius abstracti,q̃ alienati essent.Satis sup q; Marcellũ habiturũ,si q̃cq̃d gloriæ Syracusani terra mariq; adepti essent,sui triũphi titulo ascriberet. Parceret deinceps miseræ ciuitati,q̃ ab eo seruata,& in familiæ cliẽtelã recepta, multo maiori laudi futura esset,q̃ si ad excidiũ affligeret.Benigne auditi sunt legati,facileq́ de pace cõuenisset,nisi trãsfugę & mercenarii,rati se a Syracusanis p̃ditũ iri,p̃torib⁹ ĩterfectis,oĩa noua rebelliõe p̃turbassent.Præfectis itaq; ex suo corpe creatis,tres Acradinę p̃ficiũt,totidẽ & Nasũ iubẽt p̃sidio obtinere.Erat in his Meric⁹ Hispani sanguinis,q vt gratiã cũ Rõanis iniret,p portã,q̃ erat p̃pe Arethusam fontẽ,Rõanos noctu in Acradinã ĩmisit.Marcell⁹ copiis ex altera p̃te admotis,vbi ex insula ad opẽ suis ferẽdã cõcursum fieri vidit,partẽ copiarũ eo mittit, q̃ subito Romanorũ impetu,semiplenis stationib⁹ capta est,& ipse a suis,q noctu recepti fuerant,in Acradinã acceptus,vrbẽ militi,qua parte intacta adhuc erat,diripiẽdã dedit.Atq; ita Syracusæ tertio fere anno,q̃ obsideri cœperãt,captę direptæq; sunt. Archimedes in medio captæ vrbis tumultu nihilo secius,q̃ si oĩa circa pacata essent,figuris quibusdam geometricis,quas in puluere deliniauerat intẽtus,ab ignaro milite q̃s esset interficit.Marcellus eius mortẽ ægerrime tulit,sepulturęq́ extinctũ tradidit.Defuncti memoria apud victorẽ cognatis & affinibus præsidio & honori fuit. Ip̃e quũ talis extitisset,nihil eorũ q̃ speculatus est lr̃is cõmẽdauit.Sphęra cylindro ambita,eius sepulcro cũ quæstione imposita,ex continẽti firmamento ad contentũ quę esset excessus p̃portio.Cæterũ ęstate illa,qua hæc ĩ Sicilia gesta sunt,quũ biẽnio fere bellũ in Hispania cõsilio magis q̃ armis fuisset administratũ,Scipiones iã tẽpus adesse rati,vt bellum in prouincia finiretur,partiti inter se bellũ,P.Cornelius,cũ duabus partibus Romani exercitus,sociorũq́,in Magonę mouit,atq; Hastrubalẽ Gisgonis.Gn.frater cũ tertia parte copiarũ & auxiliaribus celtibe

Diripiũtur Syracusæ.

Syracusę capiuntur.

Archimedis exitus.

Scipiões in Hispania.

i.

risán alterũ Hastrubalẽ veterẽ in Hispania ĩperatorẽ profectus est. Vna itaq; digressi primo ad Anitorgi ponũt castra. Inde Publio ad destinatã belli partẽ ꝓfecto, Gnęus in castris Hastrubali oppositus substitit. Poenus vbi multo plures Hispanos in hostiũ castris esse q̃ Romanos sensit, occulte pactꝰ est cũ Celtiberorum ducibus: vt ex Romanis castris auxilia subtraherent. Id non modo est ducibꝰ ipsis auro captis, sed multitudini etiã facile ꝑsuasum, q̃ militiæ finiẽdę erat cupida. Nec erat cur a Romanis vim vllã metuerẽt, quũ ipsi valde numero ꝓstarẽt. Barbaris itaq; abeũtibus Scipio, posteaq̃ ꝑ hæc impar hostibꝰ factus, nec vt fratri iungeret, copia dabat̃ ãpliꝰ, qui iã ꝓcul inde aberat: statuit q̃ maxima posset celeritate in pacatũ decedere: nusq̃ quãtum in se esset prælio cõgressurus. Et ille, ob Celtiberorũ defectionẽ, in apto erat periculo constitutus quũ P. Frater in maius incidit discrimẽ. Erat in hostiũ castris Masinissa, q postea Romana amicitia factus est clarus. Is cũ sua Numidarũ ala adeo oĩa Romanis reddidit infesta, vt nõ solum tuto pabulari nõ liceret, sed stationes etiã ꝓ castris, ĩprouiso illorꝫ incursu, turbarentur. Eratq; iã res obsidioni pene sĩlis, quũ Scipio audito Indibilis Hispani reguli ad hostes accessu, q cũ septẽ milibꝰ *Suessanorũ* appropinquare ferebat̃, veritus ne Poenorũ vires, sociorũ appendicibꝰ auctæ, sustineri non possent amplius, cautus & prudẽs alioq; imperator, temerariũ & ꝓceps cepit consiliũ: vt venientẽ hostẽ nocturno ꝓlio exciperet. Cũ lecta igit̃ parte copiarũ, T. Fonteio cum cætero exercitu ad castrorũ præsidiũ relicto, noctu ꝓfectus, hostẽ fallere non potuit. Vix cũ Indibili initum erat ꝓliũ, quũ Numidæ a lęua & dextera cũ fremitu incursantes, militẽ ꝑculere: secuti inde cũ clamore & strepitu Poeni duces: ibiq; Romani vndiq; circũuenti, tandiu fortiter dimicarunt, quoad Scipio ꝑ suos hortabundus incedẽs lãcea traiectꝰ cõcidit. Ad cuiꝰ casum milites, remisso ꝓlio haud vno loco erũpentes, fuga dissipati, alii alio. cæterũ plures in castra reuersi sunt. Fuissent multo plures cæsi, nisi nox texisset fugientes. Cõfestim inde itum ad alterũ Scipionẽ opprimendũ. Ingẽs gratulatio inter hostes fuit, ꝙ alter Romanorũ ducum, cum præcipua parte exercitus, cęsus esset. In Romanis castris, etsi nondũ phama tãtę cladis peruenerat, moestum tamen erat silentium. Præsagium & cõiectura præsentis mali, oĩm aĩos occupauerat. Satis cõstabat altero exercitu ĩcolumi Hastrubalẽ & Magonẽ haud temere abducturos fuisse ex sua prouincia exercitũ. Scipio quod vnum salutare in præsentia videbat̃, retro q̃ celerrime abire est conatus, noctu motis castris, cõfectũq; est eo die aliquid itineris. Cæterũ Numidæ (nã eius discessus haud diu latuit) sub occasum solis agmen assecuti, iniecto ꝓlio tã diu Romanũ ducẽ remorati sunt, donec Poenorũ imperatores, q cum tribus exercitibus sequebãtur e vestigio affuerunt. Scipio in satis arduũ collẽ copias recepit. Sed ne virgultis qdẽ vnde milites vallum peterent vestitum. Sterile ad id solum minimeq; habile, vt in glebas recideret̃. Clitellis igitur sarcinisq; colligatis, vt aliqua valli species hostibus obiiceretur dux circũsepsit exercitum, quo vbi tres exercitus hostium sunt admoti, starentq; Barbari nouo genere muniminis pene attoniti ducibus acclamãtibꝰ qd starẽt: ludibriũ illud oculorũ esse, ne muliebres quidẽ conatus remoraturum, cũ clamore vndiq; Romanũ inuadũt, primoq; certamine fatigãt. Restiterũt aliquãdiu illi ꝓter spem, verũ refractis haud vno loco munitionibꝰ, ferrũ Romanos ad vnũ absumsisset, nisi in primas syluas patuisset effugiũ. Fuga inde delati sunt in altera castra, qbꝰ Fõteius ꝓerat. Hæc Liuiꝰ. Cęterũ quo pacto eo incolumes ꝑuenire potuerint ꝑ tã lõga spatia haud qdẽ intelligo, nec illud video, vñ resciuerint, quo ĩ loco tũc altera essent castra, & quõ retẽta. Quippe nuꝑ ea capta & deleta suspicati, conati fuerãt in pacatũ abire. Gn. Scipionẽ quidã prima hostiũ irruptiõe cæsũ ꝑdiderũt. Alii in ꝓpinquã turrim cõfugisse memorãt, vbi exustis ab hoste foribꝰ, dux ipse, & oẽs q cũ eo fuere, sint ad vnum trucidati. Atq; ita Gnęus Scipio, vndetrigesimo die post fratris mortem interfectus est. Luctus ex eorũ interitu nõ maior Romæ fuit, q̃ ĩ sociis Hispaniæ ciuitatibus. Sed maius sui desideriũ Gn. reliqt, q diutiꝰ ꝓuincię ꝓfuerat, priorq; apud socios fauorẽ occupauerat, dederatq; apud illos speciẽ Romanæ iustitiæ. Et iã Hispanię ꝓ amissis habebant̃. Quã L. Martius Septimii filiꝰ vnꝰ, ꝓter spẽ oĩm, rẽ ꝓpemodum collapsam incredibili celeritate restituit. Is post Scipionũ interitũ, collectis ex fuga militibꝰ deductoq; ex aliquot locis ꝓsidio, copias cũ Fõteio iunxit: Inde castris citra Iberum positis suffragio militari dux oĩm declarat̃, quum ad id tp̃s equo tantum meruisset. Hic vbi Hastrubal Gisgonis copiis Ibero traiectis, ad delẽdas Romanorũ exercituũ reliqas appropinquare est dictus, milites veterũ ducũ recordatione, in fletũ & lamẽtationẽ conuersi, Scipionũ noĩa inuocabãt, deosq; incusabant sublatis in cælũ manibus, ꝙ ita euenire voluissent, vt duobus imperatoribus, vno post alterum, paucis diebus, spoliati essent. Castigabant centuriones hos intẽpestiuos luctus, sed oĩm

Celtiberorũ defectio.

Indibilis.

P. Scipiõis interitus.

Ro. metus & fuga.

Gn. Scipionis Interitus

L. Martius.

acertime Martius,instabatq; vociferãs,qd in aperto rerũ discrimine,fœminarũ more, cũ fletu
& eiulatu.humi sedetẽt,quũ virtute opus esset,vt sese & rẽpub.tuerent. Hæc Martius castiga
Reiiciũtur bundus dicere.quũ subito velut rabies q̃dã olm aĩos inuasit,arreptisq; repẽte armis ad portas
Pœni a Val discurrunt,hostẽq; incõposite venientẽ feroci prælio exceptum,haud magno negocio fundunt
lo Ro. fugãtq;.Fuisset quidẽ insignis cędes secuta,nisi Martius receptui cecinisset.Mirari Pœnus vn
de illa Romanorum militũ multitudo in vnũ coiuisset,vnde tam cito dux quæsitus illis,vnde
ea fiducia victis superesset.Verũ qa inseq nõ fuerãt ausi,negligẽter sese ĩ castra recipiũt, negli
gentius custodiũt.Hic Martius secũ reputãs,q̃ impar futurus esset tribus imperatoribus: quĩ
haud multo post in vnũ coituri erant,ad eũ exercitũ opprimendũ q primus oblatus esset aĩm
adiecit:Consiliũ specie ipsa temerariũ magis q̃ audax secutus,vt hostium castra noctu inuade
ret,in qua re trãsigẽda,nequa trepidatio medio actu oriret,ita p concione est milites allocut⁹.
OratioMar Si in hoc afflicto reipub.statu,quo imperium hoc vt nostro iudicio amplum,ita re ipsa grauis-
tii ad mili- simũ sustineo,dolori & lachrymis indulgendũ esset:nemo hodie me vno,ob meã in clarissimos
tes. duces Scipiones defunctos pietatẽ,insignius doleret:& q vestrã vicẽ vnus olm consolor,aliena
ope indigerẽ:vt solatia aliqua ægro aĩo adhiberent.Verũ qa res eo loco sitę sunt:vt nõ tam la
chrymis defunctos nos sequi oporteat,q̃ propriæ saluti & publicæ vtilitati cõsulere, cogitare
nõ desino,quo cõsilio,qua vi,rẽ collapsam p virtutẽ restituere possimus,periculũq;,quod nobis
ab hostibus instat,ĩ eorũ capita vertam⁹.Sollicitãt ad hæc me die noctuq; Scipionũ manes,im
pellunt,hortant:vt neq; se,neq; milites fortissimos,q cũ ipsis perierunt,diuti⁹ inultos iacere pa
tiamur.Horũ ego monitus,nõ minus q̃ necessitatẽ secutus,experiri statui,qd meo ductu ausu
ri sitis,qui vestra sponte tã pulchrũ facinus nuper ausi estis:vt hostẽ nõ solũ castris repuleri-
tis,sed fusum etiã ac fugatũ,cũ cæde multa egissetis,nisi vos vlterius sequi prohibuissem.Sed
ego audaciã vestrã frangere nolui,qn ad maiorẽ gloriam reseruaui.vt postmodum præparati
incautos,armati inermes p occasionẽ aggrederemini.Illi qa heri fusos haud secuti fuistis, me-
tu id accidisse arbitrant:& q res nostras duplici clade accisas vident,contemptim & negligen
ter in castris agunt,cæteros duces & exercit⁹ expectãtes:nihil oĩm nũc min⁹ metuũt, q̃ ne nos
modo obsessi & oppugnati, vltro sua castra oppugnatũ eamus. Audẽdũ igit qđ illi nos mini-
me ausuros credunt,& qđ difficillimũ videt,facillimũ erit:tertia noctis vigilia tacito agmine
ad eorũ castra ibimus:primo,vt spero,clamore illa occupaturi:Exploratũ habeo nõ vigiliarum
ordinẽ,nõ stationes p portis esse:tũ somno pressos,aut metu pauentes sternite,eã cædem edi-
turi,a qua vos heri,vt tutius res gereret,reuocaui:audax scio videri potest id cõsiliũ,sed tutĩ-
us & satius erit nunc fortunã experiri,q̃ illud expectare,vt tres duces cũ tribus exercitibus in
vnũ coeant:qđ ne Scipio qdẽ summus imperator incolumi exercitu sustinere potuit.Aut hæc
aut nulla certe alia restituẽdæ rei,via est.Quã opportunitatẽ si p inertiã & ignauiam dimiseri
Peroratio. mus,satis scio,fore,vt paulopost frustra requiramus:Ire & diis bene iuuantibus corpora cura-
te: vt integri,vigentiq; aĩo hostiũ castra irrũpamus,quo heri nostra defendimus. Læti milites
ab ea concione dimissi,reliquũ diei,in expediẽdis armis,curãdisq; corporibus, consumptũ. Sil-
uosa cõuallis erat inter vtraq; hostium castra(nam ad sex milia passuum erat alter Pœnorum
exercitus,quia huc nocturna hostium fuga inclinatura videbat)Marti⁹ Punica arte vsus me-
dio interuallo cohortem vnam cum bona equitum parte abdidit:cæteræ copiæ ad proxima ho
stium castra silenti agmine abductæ,ad quæ occupanda tam facilis patuit aditus,q̃ si sua fuis-
set castra Romanus miles ingressus:quũ nullæ stationes custodiæve in portis essent. Signa in-
de cecinerunt,clamorq; sublatus omnia terrore cõplet.Multi semisomnes obtrũcantur.Alii stu
pore pressi,aut vestigio hærentes. Quidã per æqua & iniqua præcipites in ferrũ ruunt. Ignis
Pœnorum tabernaculis iniectus terrorem auxit.Portis a Romano milite insessis paucis fuga patuit.Cæ-
cædes. des ingens in castris edita,qui consternato agmine in altera castra abibant,in eos,qui syluã in-
sedetant incidẽtes ad vnũ periere.Tũ propere ad alterũ hostem decurritur,ita vt si quis eo ex
nocturna clade sensus peruenerat:prius Romanus victor affuerit,q̃ qcq̃ certi statui posset.Hic
cruenta Romanorũ scuta hostis intuitus, vix tentato prælio in fugam auertitur:multos pas-
sim totis castris & extra vallum victrix dextera absumpsit.Fuerunt qui traderẽt ad septem &
triginta hoĩm milia binis castris cæsa,mille & octingentos captos,& cũ cætera præda argẽteũ
clypeũ.CXXX.pondo Barchini Hastrubalis imagine cęlatũ.Valerius Antias septem milia tã
tum cæsa prodidit: inde cum Hastrubale dimicatum,ac decem milia Pœnorũ interfecta qua-
tuor milia &.CCC.captos.Calphurnius Piso quinq; milia nec amplius ex hostib⁹ desiderata in

annalibus tradidit. Sed quantacunq; fuit clades illa, post Scipionum cædē hostibus illata, Martii nomē apud scriptores oēs est ob eā rem nobilitatum. Addif veræ gloriæ miraculū, flāmā ex cōcionātis capite arsisse. Clypeus Martius, vsq; ad Capitoliū incēsum, monumētū victoriæ illi⁹ durauit. Quietior inde aliqādiu fuit post has mutuas clades Hispaniarū status. Marcellus Syracusis captis, tabulas & signa, cæteraq; ornamēta, qbus ea vrbs i primis abūdabat, Romā trāsmisit, vnde Græcarum artium mirādi initiū apud Romanos fuit. Siculæ vrbes, q̄ ante Syracusas receptas in fidē redierāt, sociarū numero sunt ascriptę. Cęteræ, vt bello captę, leges acceperunt. Erātq; non paruę adhuc belli reliqę circa Agrigētū, Hanno, Epicides, & Mutines vir impiger, quē in Hippocratis locū Hannibal in Siciliā miserat, castra ad Himerā fluuiū fecerāt. Erat Mutines Numidarū præfectus maximeq; Romanis infestus, ita vt iusto prope prælio Romanos in castra cōpulisset (Nam Marcellus ad primos hostiū motus Syracusis excitus haud pcul a flumine ceperat locū castris) inuidebat Hanno psentē celebritatē Mutini, quo accidit, vt eo absente cū Epicide flumen transgressus aciem in Romanorū cōspectu explicauerit, nec Marcellus pugnā detrectauit. Quippe q cū Hānibale tot claris victoriis elato, sæpius i aciē descēdisset. Fuit id prælium Romanis minime difficile, Numidis de industria qescentib⁹, vbi præfectū suum sub ipsum tēps ablegatū ab Hannone senserūt. Missus erat ille Heracleā ad Numidas eqtes, qui castrensi seditione eo cōcesserant, reducendos. Immoti itaq; Numidę cornua tenuerunt, primoq; cōcursu pugna decreta est. Hostes fugati passimq; cæsi sunt, multa milia hominum desiderata, octoq; elephanti a Romanis capti. Marcellus secundū eam victoriā Syracusas est reuersus. Romæ interim cōsules creati Gn. Fuluius Cētimalus & P. Sulpitius Galba. Veterib⁹ consulibus Claudio & Fuluio Capuæ assidentibus in sequentē annū ꝓrogatū est imperiū. Additū vt non prius inde abscederent, q̄ vrbs Ro. nomini inimica caperef. Nā præterq̄ φ in nulla iustior fuit Romanorum ira, certo sciebant fore, vt Capua recepta, quæ sua defectione multos a Rōanis socios alienauerat, inclinatura esset populorū animos ad veteris imperii respectū. Placuit adhęc eo anno tēpu. tribus &. XXX. legionibus administrari. Quæ Martius post Scipionū interitū in Hispania gesserat pgrata fuere patribus: titulus displicuit, φ ꝓprętorem se vocauerat iis literis, quas ad senatū dederat. Rem mali exempli senatus arbitrari imperatorē ab exercitu, procul a legibus, a magistratib⁹, ab vrbe, creari. Quare decretū tulere patres, vt Tribuni plæbis ad populum ferrent, quē in Hispania cum imperio esse placeret. Dixerat interim diem, C. Sempronius Blesus, Gn. Fuluio, ob exercitū in Apulia amissum, & φ Romanas legiōes ita corrupisset, vt milites inter socios ingeri & tumultuosi facti essent, inter hostes ignaui & imbelles, &φ ipse primus omniū ex acie fugisset, quū cæteri imperatores, C. Flaminius, L. Paulus, L. Posthumius C. Appius, duo Scipiones cadere maluissent, q̄ circūuētas ab hoste legiōes deserere. Erātq; hæc capita accusationis, quibus bis iam fuerat pecunia anquisitū. Cęterū vbi productis testib⁹ cōstitit terrorē ab eo ortum, milites qui in acie stabant, vbi præoccupatam ab imperatore fugā animaduersum est tum passim dispalatos, id crimen tātum inuidiæ reo adiecit, vt cōcio confestim succlamauerit, nō pecuniariū, sed capitis in eo anquitendū, itaq; dies illi perduellionis dicta est. Cæterum quū neq; Fuluii fratris gratia, qui tum Capuā obsidebat, neq; Tribuni appellati auxilio essent, ante iudicii diem Tarquinios in exiliū abiit. Plębs id exilium vt iustum sciuit, milites q ex ea acie fugerāt, in Siciliam ea conditione, qua & Cannēsis pugnæ reliquiæ, sunt quoad esset cū Pœno debellatum, relegati. Additum ignominiæ ne propius vrbem vllam. X. milibus passuum tenderent. Dū hæc Romæ fiunt, circa Capuam quū assiduis hostium eruptionibus crebra prælia fierent, essentq; equestria certamina hostibus plurimum secūda, cōsules, Q. Nauii centurionis inuento, ex omni militari iuuentute agillimum quenq; eligunt, qui septenis iaculis atq; breuiore parma instructi, equorū clunibus post equites sedētes in aciē deferrent, atq; vbi ad iactum teli prope hostem euecti essent, equis protinus desilientes, in Campanū equitatū impetum facerent. Primo itaq; cōgressu iidem pluribus telis aliis super alia in aduersum hostem cōiectis, confestim prælio auertunt, auersum Romani equites ad portas vsq; cum cæde & strage persequuntur. Atq; ita equestri pugna res Campana deterior facta. Milites ita instructi Velites sunt dicti, & hastæ, quibus illi vsi sunt, velitares, lōgitudine quaternū pedum, vt Liui⁹ ꝓdidit. Et iam Capuæ ob longā obsidionē fames sentiri cœperat, quū Hannibal accersitus, cum lectissimis peditū equitumq; copiis, &. XXX. elephantis ad socios obsidione leuandos ex Bruttiis profectus, ad Tiphata montem Capuæ imminentē consedit. Inde quum Romanū præsidiū ex Galatia deiecisset, in Ro. duces qui Capuam circunsedebant impetū facit. Vna Pœnus ipse

Miraculū I Martio concionante.

Marcelli victoria.

Consules.

Displicuit titulus in Martio.

Fuluius in exiliū abiit.

Velites.

Romani cũ Hannibale confligunt. & omnes qui Capuę erãt equites pediteſq;,plurib⁹portis ſubito effuſi,Romanos intra extraq; vallũ circũſono clamore inuadũt.Auxit terrorẽ imbellis Campanorũ multitudo,e muris ænea vaſa pulſantiũ,vt in deliquio lunæ moris fuit.Romani duces iã antea inter ſe negociũ partiti, Appius Claudius Cãpanis,Fuluius Hannibali diuerſi occurrũt,C.Nero ꝓprætor,cũ equitibus ſextæ legionis alia parte.Alia Fuluius Flaccus legatus,cũ ſociorũ equitatu,e regione Vulturni amnis procurabat.Appius facile Cãpanoꝝ impetũ ſuſtinuit.Maius Fuluio cũ Hãnibale negociũ fuit.Hiſpana cohors cũ tribus elephãtis p ſextã Romanorũ legionẽ,vſq; ad caſtrorum vallũ peruaſit,irrupiſſetq; in caſtra,niſi Quĩt⁹Naui⁹ cẽturio,& alii cũ eo fortes viri,hoſtes cũ ipſis beluis,circa foſſas,& in ipſo caſtrorum aditu,ſubito confeciſſent:atrox ibi prælıũ fuit, ac parũ abfuit,quin per beluarũ ſtragem ſit gradus hoſtibus factus in caſtra.Vna igit̃ & Campani cũ multa cæde ſunt in vrbem eiecti,& Hiſpana cohors a ſuis excluſa in medio cæſa eſt.& iã Romanus egregie vincebat,quũ Hannibal,ne maiorẽ cladẽ adiret,cecinit receptui. Fuluius & ipſe ratus ſatis ꝑfectũ eo die eſſe,ꝙ Cãpani ſentirẽt q̃ parũ ſibi præſidii in Hãnibale eſſet,cedẽti hoſti haud inſtitit.Cæſo eo die ex Hãnibalis exercitu octo milia hoĩm,ex Cãpanis tria milia. Signa militaria.XV.Carthaginẽſibus adẽpta,oppidanis duodeuiginti.Quidam eximprouiſo Hiſpanos & Numidas cũ elephantis in Romana caſtra irrupiſſe ſcriptũ reliquerũt, magnãq;, vt in re ſubita,cõſternationẽ ibi ortã,additãq; a pœno fraudẽ,vt Romanæ linguæ gnarus qdã inclamauerit,cõſulem iubere,quãdo caſtra capta ab hoſte eſſent,vt milites in proximos mõtes faceſſerẽt,ſed fraudẽ cõtinuo animaduerſam,magnaq; hoſtiũ ſtrage in pugna ꝑſeueratũ , atq; ita plus pauoris q̃ certaminis fuiſſe.Hannibal,vbi Romanos ad pugnã amplius elicere non potuit,cõſiliũ cepit Romã belli caput petendi,idq; per literas Cãpanis ſignificauit,quos bono animo eſſe iuſſit,fore pollicitus,vt paucis dieb⁹ Rõani duces laboranti patriæ opẽ ferre cogerent ſoluerẽtq; vel iuiti obſidionẽ.Ipſe.X.dierũ cibariis cõparatis,noctu exercitũ Vulturno traiicit. Significauit Fuluius p literas patribus,qd ab hoſte pararetur,quo metu Senatorũ alii iubebãt exercitus ex tota Italia Romam reuocari.Viſa eſt ea ſnĩa nimis meticuloſa.Plures eo decurrerũt,vt alter imperatorũ q ad Capuã ſedebat,cum parte copiarũ Romam veniret. Fuluius igit̃ (Nã Appius circa Capuã graue vulnus acceperat,eo die quo pugnatũ eſt)cum.XV.milibus peditum,quos ex tribus exercitibus ſibi legerat,& mille equitibus caſtris profectus,Romã iter intendit.Pœnus Calenũ,Aliphanũ,& Caſinatem agrum populatus,per latinam viam ad Lirim fluuium venit,recens Latii confiniũ,Glanicum olim appellatũ.Ex apœnino illi ortus,per Minturnas in Tyrrhenũ mare elabitur.Fregellani ad hoſtiũ curſum retardandum,pontem flumini impoſitum inciderant,inde Romã expeditiſſimis nunciis ſignificant Pœnum populabundũ appropinquare,ad quem nunciũ tantus eſt in ciuitate terror exortus,vt matronæ in publicum effuſæ,delubra deũ,& ſacras aras ſparſis crinibus verrerẽt,ſubnixę genibus ſupinas tollerẽt ad cælũ manus orantes,vt vrbẽ Romam ciuitatemq; incolumem ſeruarẽt.Inceſſeratq; hic metus ciuitatem,quum per literas affertur Fuluium Capua profectum.Cui venienti vt par eſſet cum conſulibus imperiũ decreuit Senatus.Hannibal Liri ſuperato, per Fruſinatem & Anagninum agrum,in Labicanũ venit,inde ex Algido Tuſculum petit,vnde excluſus Gabios iter cõuertit. Poſtremo ad octauũ lapidem ab vrbe caſtra fecit,multis interea in agris Numidarũ procurſu interceptis.Fuluius eodem tempore,per Capenã portã,Romã ingreſſus,media vrbe per carinarum cliuum in exquilias cõtẽdit,inde vrbe egreſſus inter Exquilinã & Collinã portã caſtra fecit.Ibi in caſtris Senat⁹ habit⁹.Decretum vt cõſules in vrbe caſtra facerẽt circa portas,C.Calpurni⁹ ꝑtor capitolio atq; arci ꝑeſſet,Senatus frequẽs in foro ſtaret,ſiqd in re trepida conſulto opus eſſet.Hoſtis interea ad Anienem amnẽ tria milia paſſuũ ab vrbe caſtra fecit,inde cũ duobus milibus equitum ꝓxime vrbẽ adequitauit,vt ex propinquo mœnia cõtemplaretur.Plinius ſignificare videtur haſtam ab eo intra muros coniectam,quod vni omnium hoſtiũ facere contigiſſet.In eũ ocioſe adequitantẽ Fuluius equites immiſit,atq; iniecto prælio mille &.CC. Numidæ equites trãſſugæ,qui in Auẽtino erãt,in Exquilias trãſire iuſſi,quum pręcipiti curſu ex ſuperiore loco in planum deuolarent,hoſtium ſpeciem conſilii ignaris præbuerunt, tãtuſq; ob eã rem tumultus eſt in vrbe exortus,tãta trepidatio,vt niſi Pœnus in ꝓximo caſtra habuiſſet relictura fuerit vrbẽ conſternata multitudo.Equeſtre prælium ꝓſperum Romanis fuit, pulſiq; ſunt hoſtes.Poſtero die Hannibal Anienem trãſgreſſus,oẽs copias in aciẽ eduxit.Nec Fuluius pugnam detrectauit.Stabant diuerſæ acies in eius pugnæ caſum iſtructę,vt vrbs Roma victoribus eſſet præmium,quũ imber mixtus grãdine,ſubito fragore,cęlo deiectus,ita vtraq; aciem

Ro. duplici ꝓlio vincũt

Matronarũ metus.

Fuluii acceſſus ad vrbẽ

Hãnibal vrbi Iminens.

Prodigioſa tempeſtas.

turbauit,vt vix retentis armis,in castra se miles receperit.Postridie copias eodē loco in procin ctu stantes,vt inter se cōcurrerēt,eadē cæli intēperies diremit,miraculoq́ vtrisq́ fuit,q̄ his cō tinuo in castra reuersis serenū affulsit.Audita est vox Hannibalis cōquerentis,nūc sibi mentē potiundæ Romæ,nūc fortunā nō dari.Mouit id prodigiū hostē,sed multo plus q̄ se in conspe ctu vrbis sedēte,acceperat milites in Hispaniā ex vrbe sub vexillis ī supplemētum missos,& q̄ ager in quo ipse castra fecerat,venierat Romę,nihilo minoris,q̄ media pace vēdi potuisset:quā cōtēptus speciē iniquo aīo ferēs,pcōnē in mediū pduxit,iussitq́ argentarias tabernas,q̄ in foro erant,licitātib⁹ pponere.Sed quū ibi sedēdo se nihil pfecturū cerneret,ad Thuriā fluuiū sex mi lia passuū ab vrbe transtulit castra.Feroniæ deinceps Lucum spoliauit,cui⁹ accolæ Capenates erāt.Quidā memorię pdiderūt,Hannibalē Romā vēturū ex Cāpania in Samniū trāsiuisse,inde p Pelignos & Albēsem agrū ī Amiterninū trāsgressum,ab Reateq́ Eretū venisse, postremo ad Aniené metatū.Fuitq́ opinionis huius Cęlius.Alii abeūti illi,nō venieti,id iter fuisse memo rāt.Sed ab Roma Hānibal digressus mira,qd satis cōstat,celeritate in Brutios abiit.Et Flacc⁹ in castra reuersus ingētē Cāpanis attulit admiratione,qd esset q̄ Hānibal cū eo non rediisset. Postremo edocti Pœnū in Brutios abiisse p cōperto habuerūt se ab eo destitutos,nec tū quoq́ (etsi trāseūtibus īpunitas publico edicto pmissa est)ex Cāpanis qsq̄ ad Romanos trāsfugit.Iā nobiles se in priuato tenebāt,omni reip.cura abiecta,de ppria salute solliciti. Ciuitatē ī medio relictā Seppius Lęsius,homo obscuro loco nat⁹,administrādā suscepit,Mediatuticusq́ est crea tus.Is erat sūmus apud Cāpanos magistratus.Phama est Aruspicē quedā matri hui⁹, p eo ad huc puero ostētū pcurāti,respōdisse,futurū aliqñ,vt ille summo ciuitatis magistratu potiret: ad quē illa,Prędicas ne tu res Cāpanoꝝ perditas,vbi summus honor ad filiū peruenerit?Fuit ea veri ludificatio,cæterū in verū vertit. Seppius quū ciuitas fame vrgeret vt diutius obsidio nē ferre non posset,cum presidii ducibus egit,vt Hannibalem per literas reuocarent,q suo non minus q̄ Campanoꝝ periculo cōmoti,ad Hannibalem scribunt,non pcibus sed asperrimis ver bis illū ex Brutiis reuocantes,ad cuius reditum ipsi & Cāpani subita eruptiōe essent ad extre mū vitæ dimicaturi.Numidę p speciē transfugii circiter.LXX.in castra venerūt, suo deinceps tpe ad Pœnū abituri,q Cāpanæ mulieris indicio pditi,virgis cæsi pcisisq́ manib⁹ in vrbē acti sunt.Id fœdū spectaculū adeo omniū aīos fregit,vt concursus ciuiū confestim fit factus in cu riam,minaciter postulantium,vt senatores consulturi de repu.continuo adessent,qd nisi illico fieret,abstracturos se illos domibus,in mediūq́,vt de summa rei consulerēt,vi pducturos.Is me tus frequētem magistratui senatum dedit.Tū ibi,quum cęteri de legatis ī castra ad Romanos duces mittēdis agerēt,Vibius Virius,q defectionis ad Pœnos factę author fuerat,dicere sentē tiā iussus,Negauit eos,q de legatis mittēdis mentionē ītulissent,satis meminisse,qd ipsi factu ri fuerāt,si Romanos ī potestate habuissent,nec qd tūc ipsi passuri essent,satis cōsiderare, inde quū ea,q̄ Cāpani plusq̄ hostiliter in Romanos fecissent,ordine disseruisset,queq́ Romani ī Ca pua obsidenda tolerassent,q præter cædes & alia pericula Romā etiā ab hoste obsideri passi es sent,ne Capuā omitterent,tanta auiditas supplicii expetēdi,tanta Cāpani sanguinis esset illis sitis.Nō pepercisse Albę Romanos,vnde oriūdi essent,nō mō parcere nollēt Capuę cui multo infestiores essent q̄ Carthagini.Sūma eius orationis fuit,vt diceret expedire sibi & aliis,q apd Romanos inuidia eminerēt,volūtariā mortē occūbere,q̄ in hostiū potestatē redactos,vrbe dire pta,matronis & virginib⁹ad stuprū raptis,p varios & exqsitos cruciat⁹ extīctū iri.Paratæ sūt inquit apud me epulę,quibus,siqui mecum se imminētibus malis subtrahere volēt,adhibebo po culū.Postremo oībus circūferetur.Ea potio corpus a cruciatu,animū a cōtumeliis eripiet.Hęc vna via & honesta & libera ad mortē,& ipsi virtutē mirabunt hostes,& Hānibal fortes a se so cios desertos adhuc magis dolebit.Plures id Vibii cōsiliū pbarūt,q̄ securi sint. Septē ferme & xx.cū eo curia egressi,mētib⁹ vino & epulis quātū fieri potuit alienatis,venenū ordine hause rūt,inde cū lachrymis sese cōplexi,suam patrięq́ vicē familiariter flētes,diuersi domū abierūt. Nōnulli apud Vibiū extingui maluerūt,vt cū eo vna sepelirent.Nocte illa oēs extīcti.Pauci in sequētē diē spūm traxerūt.Reliqua ciuitas Romanoꝝ clementiā secuta,legatos in castra mise rūt q vrbē dederēt.Postridie igiť Iouis porta,q̄ ī Romana castra versa erat,patefacta ē. Gn.Ful uius legatus legionē vnā induxit,inde ipse cū duab⁹ alis adequitans,custodiis circa portas dis positis,oīa arma publica & priuata vnum in locum conferri iussit,Punicumq́ præsidium cō prehēdi,Cāpanū senatum in castra ire. Senatores vbi ad imperatorū cōspectū venere, cōtinuo catenę sunt illis iniectę,Quæstorib⁹ inde cū auro qd possederant dati.Septuaginta pōdo Liui⁹

Hannibalis digressus ab vrbe.

Seppi⁹ Lęsi⁹

Vibii verba ad sena tum.

Vibii faci nus.

Capua Ro. deditur.

quã Honori & Virtuti bello Gallico vouerat,põtificũ iussu id facere est ꝓhibitus,negantiũ recte cellã vnã duob⁹ numinib⁹ dedicari,qa si ꝓdigiũ aliqđ incidisset,haud sciri posset, vtri numinum rẽ diuinã fieri oporteret,neq̃ duob⁹ nisi certis diis vna hostia mactaret. Marcellus pontificũ authoritate motus,alterã priori ædẽ adiecit,hancq̃ Virtuti,illã Honori dedicauit. Cõsulibus inde ad exercitũ ꝓfectis,Locri nõnihil a Crispino sunt oppugnati.Mox audito Hannibalis accessu soluta metu obsidione,ad Marcellũ se cõtulit.Duob⁹ inde cõsulibus cõsularibusq̃ exercitibus iunctis,Romana castra cõmunita sunt inter Venusiã & Bautiã(alii Bãtiã scribũt). Hãnibal & ipse in eã regionẽ venit auerso a Locris bello.Cõsules vt absente Hãnibale Locri obsiderent,ad L.Cincitũ scribũt,q cũ classe Locros traiiceret,a mariq̃ oppidũ obsideret.Partẽ ꝓterea copiarũ eo transire iusserũt,vt a terra quoq̃ hostes ꝓmerent.Qui a Tarento accersiti erant,in hostiũ insidias lapsi, maiore ex parte cęsi,multi etiã capti sunt,cęteri fuga elapsi Tarẽtũ acceptę cladis nũcii retro abierũt.Nec ita multi interiecti sunt dies,qbus Marcellus & Crispinus cõsules exploratũ egressi, vt collẽ occuparẽt,q medius erat inter sua & hostiũ castra,in insidias & ipsi inciderũt.Erãt cũ cõsulibus.CCXX.equites & M.Marcell⁹ cõsulis filius.Numidę eqtes q in cõualle occulti sedebãt,nec in talem spem eo ꝓgressi,sed vt aliquẽ ꝓcul a castris lõgius vagantẽ exciperẽt, subito ex laterib⁹ coorti,viis a tergo infessis,a lateribus & a fronte cõsules& eorũ equitatũ,cum clamore inuadũt. Restiterunt aliquãdiu Romani subita re ꝓculsi,mox cadentẽ Marcellũ intuiti,q,quũ prelium fortiter cieret,lãcea transfixus concidit,metu & pauore disiecti,pauci cum Crispino duobus iaculis icto,& Marcello adolescẽte saucio in castra refugiũt.quo iam clamor & tumultus ꝓuenerat,multiq̃ iam arma expediebãt,vt cõsulibus auxilio irent.Cęsi sunt cũ Marcello tres &.XL.eqtes,duodeuiginti capti,& cum his quinq̃ lictores consulũ.Nec vna de Marcelli interitu ad posteros phama est tradita.Satis cõstat eo die,quo cæsus est,sacrificãti prima hostia cęsa iecur sine capite iuẽtũ,in altera hostia nõ solũ inuentũ sed auctũ etiã,qđ Aruspex ostẽtum nõ minus q̃ illud pri⁹oblatũ sit auersatus.Hannibal Marcelli corpus honorifice sepeliuit,tumulumq̃ ab hoste petitum, vt Romanis terrorẽ incuteret,insedit.Crispinus castris in tutiorẽ locũ translatis,circa ciuitates & ꝑfidia nuncios misit,Marcellum cum paucis in insidias lapsum periisse,eiusq̃ corpore Pœnũ potitum,habereq̃ interfecti cõsulis annulũ,quare si quę literæ Marcelli noĩe alicunde allatę essent,crederent illas hostium esse,nõ eius qui hostili fraude periisset. Vix cõsulis nũcius Salapiã venerat quũ & Hannibalis literæ Marcelli noĩe eo perferũtur,quibus significabatur,vt milites parati starent,venturũ se quarta vigilia noctis,publicũ negociũ obiturũ.Hanc hostis capiendi occasionem Romani qui præsidio erant adepti,se vt iussi essent facturos respondent.Mox per muros & circa portas præsidiis diligenter dispositis,hostem noctu venientem excipiunt.Erant in primo agmine Romanorum transfugę cum signis,vt res minus suspecta esset. Et iam sexcenti hostium ingressi erant vrbẽ,quum cataracta ferrea cũ sonitu remissa,cæterũ agmẽ oppido exclusit,sublatoq̃ e muris clamore,saxa & tela in hostem deiiciunt.Cohors q̃ admissa erat momẽto tẽporis est telis obruta.Ita Hãnibal sua arte captus Salapia discessit.Patres vbi de Marcelli morte & alterius consulis periculo per literas certiores facti sunt,Qu.Fabiũ filium qui Marcelli exercitui pręesset, Venusiam mittunt,eo enim Crispinus post Hannibalis discessum secedere iusserat, ipse Capuam concesserat cum suis legionibus,quo tres legati,vt ipse a patrib⁹ petierat,sunt missi,Sextus Iuli⁹ Cæsar,L.Licinius Pollio,L. Cincius Alimetus,vt cũ his q̃ vellet de repu.loqueretur. Pœnus Salapia reuersus in Brutios abiit,sub cuius accessum Locri,qui terra & mari obsidebantur,a Cincio pretore oppugnari desierunt.Nec Leuinus interea in ocio fuit,qui cum centum nauium classe ex Sicilia in Aphricã transuectus in Clupeensem agrum excursione facta,quũ hostico absccederet punicam classem octoginta nauiũ obuiã habuit,cum his ꝓspere congressus, duodeuiginti nauib⁹ captis,cæterã in alto multitudinẽ dispulit.Atq̃ ita victor cum præda & captis nauibus Lilybæum paucis diebus est reuersus.Eadẽ æstate q̃ vndecima fuit secũdi belli punici,Philippus rex auxiliũ tulit Achæis,aduersus Machanidã Lacedæmoniorũ tyrannum.Lacedęmonii iã enĩ ex quo Cleomenis ductu ab Antigono Demetrii ingenti fuerãt ꝓlio victi,etsi Lycurgũ in Cleomenis locũ regem constituerant,vetus reipublicæ forma minus indies minusq̃ illis constitit,donec res ad tyrãnidem delapsa est,& Machanidas cum Ætolis a Romanorum patribus stabat,ita enim in fœdere cum Ætolis icto diserte fuerat expressum,vt liceret illis quos vellẽt in fœdus trahere. Nec Machanidas tantum Achęos lacessere,sed Ætoli etiam nauibus per fretũ quod Naupactũ a Patris diuidit(Rhiõ accolæ vocant)traiecto exercitu,Achaicũ littus vastare,expectabãtq̃ in horã Attalum regem,cui imperii summam proximo concilio detulerant.Cęterũ absente adhuc rege,cum

De virtutis & honoris æde.

Bautia & Venusia.

Cõsules in insidias incidunt.

Marcellũ interitus.

Hãnibal ad Salapiã cohortẽ amittit.

Punica classis a Leuino profligat.

Philippo Ætoli dimicare ausi,bis sunt prælio victi,quibꝰ se ad Lamiã recipientibus,Philippus ad
Phalerã exercitũ reduxit,vbi nõnihil p Aminãdrũ Atamanũ regẽ & Ptolemæi regis legatos de
bello cũ Ætolis soluendo est actũ.Re deinceps in publicũ conciliũ gentis delata , Philippus firma
ta præsidiis Euboea ad Attalũ,qui eo venturus credebať,excludendũ,ipse Argos concessit,vt Ne
mecis ludis interesset,quibus vt rex curator pſideret,Herei Nemeęq; suffragio decreuerant.Siq
dẽ Macedonũ reges vt phama erat ex ea ciuitate fuerant oriundi.Rhiũ inde rex concessit, vbi de
pace frequẽti Achæorũ cõcilio iterũ agitari cœptũ,tota Græcia libẽter ad pacẽ inclinante, ne Ro
manis aut Attalo materia dareť,tuendorũ sociorũ pteatu,Græciã intrãdi.Sed Ætolis Romana
societate fretis,multa superbe postulantibus,rẽ indignã Philippus fieri ratus,vt bis victi prelio le
ges victoribus darent,testatus ibi coram per se nõ stare quin pax fieret:quatuor milibꝰ armatorũ
ad Achęorũ pſidiũ relictis,ipse ad Nemeęorũ ludicrũ cuiꝰ tẽpus aderat,Argos est reuersus. Sul-
pitius interea Romanæ classis prefectus,copiis inter Sycionẽ & Corinthũ expositis,agrũ nobilissi

Philippus Ro.classem ex Achaia depellit.

mę fertilitatis ferro & igni vastauit,ad quã hostiũ phamã Philippus excitus, improuiso accessu,
Romanos temere dispalatos cum multa cęde & trepidatione ad naues cõpulit.Ita Romana clas-
sis parũ læta ex Achaia Naupactũ trãsmisit.Macedo ludorũ q reliqui erant,celebritate & recenti
successu lętus,in multam se lętitiam & libidinẽ immersit,vt vno duobusve comitãtibus, in priua
tas domos noctu irrũperet,in matronas & virgines grassabundus,viq; sibi venerẽ quærebat, quã
mercari non poterat,qua fœda licentia multas nobiles constuprauit matronas,& in his Polycra-
tiam Arathi Achęorũ principis cõiugẽ,quã spe nuptiarũ in Macedoniam deportauit. Nemeęis
peractis rex Elim profectus est,vt Ætolorũ præsidiũ inde eiiceret,ad Dymas Achęorum copię illi
præsto affuerunt.Oderant Achæi infense Eleos,q a se ad Ætolos defecissent.Rex aucto exercitu
sociorũ appẽdicibus Larisso amne superato q Dymeũ agrũ ab Eleo dirimit,hostilẽ agrũ vastauit
admotoq; ad vrbẽ exercitu,a Romanis q ad quatuor milia numero haud multo prius a Sulpitio
eo occulte missi fuerant,prælio excipiť.Hic regius equus Romano pilo cõfossus,cũ ipso rege cor

Philippi equus concidit.

ruit.Tum Philippo in apertũ discrimen adducto,Macedones atrocẽ circa illũ obeunt pugnã.fuit
q ipsiꝰ se tuentis certamen oim maxime insigne.Postremo multis cadẽtibus Macedo recẽti equo
impositus prælio excessit.Fecit rex castra quinq; milia passuũ ab vrbe,postridie vt presentem dele
ret ignominiã,ad Phrygũ Eleorũ castellũ profectus,quatuor milia agrestiũ,& pecorum omnis ge
neris vim ingẽtẽ in prædã abduxit.Diuidẽti prędã ex Macedonia nuncius superuenit cum literis
Bachindũ oppidum ab Europo occupatum,& cum eo Dassaretiorum vicos quosdã, Dardanosq;
ad arma concitari,quibus nunciis permotus cum exercitu in Macedoniã abiit,vix Thessaliam at

Dissipati de Philippi interitu rumores.

tigerat,quum recentioribus nunciis affertur Dardanos in Macedoniã effusos Orestidẽ obtinere,
atq; in Argesteum campũ irruptionẽ moliri,phamamq; inter Barbaros esse celebrem,Philippum
nuper interfectũ in ea pugna quã pspere alioqui in Romanos ad Sycionem pugnauerat.Enimue
ro medio procursu alterũ galeæ cornu arboris trũco inpactũ defregerat,quod Ætolus quidam
adeptus ad suos populares deportauerat,ex Ætolia inde ad Scerdi leũ Illyriorũ regẽ delatum. Is
regiũ galeę insigne agnoscẽs, interfecti regis rumorem dissipauit.Post Philippi discessum Achæi
pspere in Ætolos & Eleos dimicarunt.Sulpitius sub id tẽpus & Attalus in Ægina congressi sunt
vbi ambo hyemare constituerunt.Eratq; hic terũ status alibi.Crispinus in Italia,L. Manlio Tor-
quato dictatore ad habenda comitia creato,ex vulnere circa Venusiam Numidarum incursu ac
cepto mortuus est.Nunq̃ antea acciderat,vt duo cõsules sine aliquo maiore prelio interfecti fue-
rint.Creati itaq; in eorũ locũ C.Claudius Nero,& Marcus Liuius,q aliquot ante annos ex cõsu-
latu a populo dãnatꝰ,ad id tempus ruri se tenuerat,ab vrbe & omniũ ciuiũ cõgressu abhorrẽs.
Is haud multo prius in vrbem reductus,consulatum magno sibi patrũ & plębis consensu delatũ
pertinaciter recusabat,ciuitatis incõstantiam accusans,quæ sordidati rei non miserta fuisset, can
didam nolenti togam induceret,quę si bonũ se virũ iudicasset,quid ita pro malo & noxio damnã
dum duxerat:aut si prior consulatus male creditus esset,quid alterum sibi tanto studio delatum
cuperet:hæc & alia quærentem castigabant propinqui & necessarii,monebantq; patrię sæuitiam
patiendo ferendoq; leniendam esse vt parentum iram.Cessit ille patrum & aliorum authoritati,
passusq; est se cũ Tiberio Nerone consulẽ renũciari,cũ quo senatu id petẽte in gratiã rediit,erant
enim nobiles inter eos inimicitiæ.Vterq; igitur alteri reconciliatus prouincias sortiti,Nero Bru

Nũcii de aduẽtu Hastrubalis.

tios aduersus Hannibalem est prouinciam adeptus. Liuius Galliam qua Hastrubal erat in Itali-
am venturus.Constans fama erat eũ ex Hispania cũ ingẽti exercitu aut mouisse aut non multo
post moturum.Id Massiliensium legati primo nunciarunt,mox & qui ad hoc ipsum publice mis-

si fuerant,vt rem ex pximo explorarent,Sextus Antistius & Marcus Rhetius retulerūt, cōpertū a se esse Hastrubalē exercitū cōparasse,nec aliud eū morari q̄ hibernū anni tēpus,nouū ver expectari,vt cōmodius alpes superari possent.Hoc anno P.Sēpronius Tuditanus & Gn. Cornelius Dolabella cēsores lustrū cōdiderūt,censaq3 sunt ciuiū capita.CC.XXXVII.milia.C.&.XVIII.minor haud dubie numerus eo q fuerat ante Hannibalis in Italiā accessum.Et qa Veiis de cęlo lapidauerat nouendiale sacrū fuit.Nunciata & alia prodigia.Lucus Maricę & alia q̄dā loca īsignia fuerant de caelo tacta.Minturnenses sanguinis riuū ante portas fluxisse significabant, & Capuae lupus vrbē ingressus vigilē laniauerat,& in armilustro Romę visum est lapidib9 pluere. Frusinone natus infans dicebat quadrimo par ambiguoq3 sexu.Id mōstrū aruspices ex Hetruria accersiti alto mari mergēdū curarūt,ac pontificū decreto ter nouenę virgines p vrbē euntes,Iunoni reginae carmen decantarunt.Condidit id carmen Liuius poeta : puellae longa indutae veste,ab aede Apollinis p carmētalē portā in forū venere.X. viris cū laurea corona sequentib9,inde p man9 reste data virgines sonū vocis pulsu pedū modulantes,per Tuscū vicū,Velabrū,forū boariū,& cliuum publicū,ad aedē Iunonis itum,ibi duas boues albas.X.viri immolarunt,duoq3 cupressea simulacra phano intulerunt,& Matronae collata in mediū stipe auream peluim Iunoni dedicarūt. Consules inde acerrimū ob aduentum Hastrubalis delectū habuerūt,coactiq3 sunt maritimi coloni,qui sacrosanctā vacationē habebāt,milites dare.Hi erāt Hostienses,Alsienses,Antiates, Anxurites,Sinuessani.Et a supo mari Senenses,qui Senā Gallicam incolebant.Hostiēsib9 tantū & Antiatibus vacatio obseruata.Et iā Hastrubal ex hibernis mouisse dicebat, & in Liguria octo milia militū sunt conscripta,q̄ illi in Italia transgresso iūgerēt.Hęc cū L.Porcius Prętor ex Gallia scripsisset,cōsules aliquanto celerius in puincias abierunt.Iuuit magnopere rē Romanā q Hannibal haud immemor q̄ laboriose a se transcensae fuissēt alpes,& rarus haud multo id iter fratri expeditius fore,aliquāto tardius ex hibernis exiit,& Hastrubali oīa faciliora q̄ fratri fuerūt.Galliq3 non solum non impediuere,sed multi vltro etiā secuti sunt.Poenus igit oīm opinione celerius in Italiā transgressus Placentiā obsidione cinxit,vbi circa Coloniā vnā assidendo spatium Romanis dedit oīa maturius prouidendi.Liuius ex vrbe profecturus ciuitatē alioqui nouo bello sollicitam aliquāto sollicitiorē reddidit,tristi & intempestiuo responso.Quippe q a Fabio Maximo monitus vt memor eorum,quae temeritate ducū paucis annis acciderant,q̄ cautissime bellum administraret,ita occurrisse dicit,statuisse se quū primū in hostiū conspectum venisset dimicare.Rogatus ecquam tantū haberet festinandi causam:aut ex hoste inqt victo egregiā laudē,aut ex ciuibus caesis etsi non honestum,meritum tamen gaudium feram.Erat iam & Nero profectus ex vrbe quū C.Hostilius incompositum Hannibalis agmen in Salentinos ductantis cum expeditis cohortib9 eximprouiso aggressus,subito turbauit,ac quatuor milibus hostium caesis,nouem signa militaria Poeno ademit.Secundū haec Hostilius cū suis copiis Brundusiū ad consulem venit, ibi Claudius XL.milibus peditū,& duobus equitū,& quingentis ex omni numero lectis, quibus ipse aduersus Hannibalem vteretur,Hostilio caeteras copias dedit Capuam deducēdas,quę ibi prędidio essent. Hannibal vndiq3 viribus in vnum contractis,cū vniuerso exercitu ad Grumentū in Lucanis consedit,spe eius loci recipiendi:nec Claudius multopost ex Venusia eo venit,castrisq3 in propinquo positis,quantū ipse remorandi erat hostis cupidus,tantū ille abeundi,structaq3 acie Romanū ad p̄lium euocat.Erant nudi colles,qui nihil ad insidiarum vsum vtiles videri,post hos in conuallibus Claudius punica arte vsus,quinq3 peditum cohortes in insidiis locauit,ipse luce prima, vt omēs hostium sensus ab insidiarum loco auerteret,in aequum copias eduxit , nec Hannibal vllam pugnae moram fecit.Caeterum Poenos incomposite ruentes,immissis tertiae legionis equitibus consul graui praelio excepit,struxisset nihilo secius Hannibal aciem,vt vetus dux in veteri exercitu, etsi haud vna ex parte initum erat praelium,nisi a tergo exauditus Romanorum clamor ex insidiis consurgentium,Poenos in fugam auertisset.Propinquitas castrorū fugientibus auxilio fuit, quo minus in medio ad vnū interfecti sint,sic quoq3 octo milia hoīm cęsa,septingenti capti,signa militaria nouē adempta.Postridie Nero lectis hostiū spoliis,siqui suorū in praelio occubuerant sepeliuit,inde cōtinuis diebus instructa acie,hostē ad praeliū prouocare non destitit.Poenus triduo postq̄ pugnatum erat,silentio noctis,Apuliam versus mouit castra,paucis Numidarum ante vallum relictis,qui ostentando sese hostem distinerent,mox ad altum diē celeri cursu digressi amicum agmen sunt priusq̄ aduesperasset assecuti.Claudius cognita hostiū fuga postridie illorū vestigia securus,circa Venusiam eos assequitur.Hic tumultuaria pugna iterū cōmissa supra. XV. hostiū milia cęsa dicunt,tum vero duplici clade perculsus Hannibal,per montana ducens, ne pu

Prodigia.

Virginum chorus.

Sacrosācta vacatio.

Hastrubal Placētiā obsidet.

Liuii cōsulis ferox respōsum.

Hannibalis clades.

Punica clades.

gnare cogeret,Metapontũ cõcessit.Hinc Hãnone in Brutios misso ad nouũ cõparãdũ,ipse aucto iis copiis exercitu,quib⁹ fuerat ille ad vrbis pręsidiũ vsus,retro in Apuliã reuersus Canusium pe tiit.Instare Claudius,nec vestigiũ ab hoste abscedere.Mouerat interim Hastrubal ex Placẽtia infecta re,pręmiseratq; quatuor Gallos equites,& duos Numidas ad fratrẽ cũ literis, quib⁹ suũ illi significabat accessum.Emensi illi omnẽ fere Italię longitudinẽ,postremo viarũ errore Tarentum delati,in Ro.potestatẽ venere.Continuo inde ad cõsulẽ sunt cũ literis missi.Nero cognito hostiũ consilio,haud quicq̃ in tali discrimine cunctandũ ratus,Hastrubalis literis ad senatũ missis,quib⁹ significabatur illum fratri in Vmbria occursurum,monet vt legione ex Capua ad pręsidium vr bis accersita,accuratissimũ in vrbe habeãt delectũ,ipse pręmissis q per Larinatẽ,Marucinũ,Feren tanũ,& Prætutianũ agrũ cõmeatus in viis parari iuberent, qua erat citatũ agmen ducturus, ex vniuerso exercitu delegit sex milia peditũ,& mille equites,pfiticiatq; se in Lucanos iturum,ad vr bem quandã cũ Punico pręsidio occupandã,relictoq; Q.Tatio in castris,nocte pfectus in Picenũ flexit,quantis maxime poterat itineribus ad collegã ducturus:quacũq; iter faciebat,vndiq; effusa ex agris multitudo,virorũ pmiscue & foeminarũ,vrbis Romæ cæterę q; Italię vindices ire felices iubent,in illorũ armis dextrisq; suã suorũq; liberorũ salutẽ & libertatẽ repositã pdicãtes,deos deasq; precari,vt illis faustũ iter,felix pugna,maturaq; ex hostib⁹ victoria esset.Romæ præter publi cum terrorẽ,audax Neronis consiliũ varie animos affecerat.Dãnare quidã vt temerariũ & præceps,timereq; relictis sine duce copiis,quid si nõ hostis falleret?nõne ad prędã relictus videri posset exercitus?Horrebant & futuræ pugnę euentũ,q̃ si parũ pspere,qd dii auerterent , depugnata esset,actum de salute ciuiũ,si duobus ferocissimis ducibus cũ duob⁹ florẽtissimis exercitibus oĩa tenentibus,sine exercitib⁹,sine ducibus,vrbs Roma esset ad prædã & excidium relicta. Augebat hos metus clarum Hastrubalis nomen qui duos Scipiones cum duobus exercitibus in Hispania deleuisset,ac prætereã q tot annos in ea terra rem Punicã fortiter tutatus esset,in iis locis exercitum coegisset,quibus Hannibal eius frater pene totũ amiserat,cui tãtũ abesset vt Claudius Neto par futurus credi posset,q biennio ante ab eo in Hispania,vt puer turpiter fuisset illusus. Per has ille sociorũ preces ac ciuiũ omina,dies ac noctes cõtinuato itinere ad collegam venit, ad quẽ pręmissis nunciis ex ipsius sentẽtia noctu est Ro.castra ingressus,ne qd hostis sentire posset, data erat totis castris tessera,vt tribunus tribunũ,cẽturio cẽturionẽ,miles militẽ acciperẽt,ne castra di latarent.Erat Neronis agmen inter eũdũ voluntariorum manu nõ parua auctũ.Habebat Liuius castra tũc ad Senam Gallicã.Quingentos inde ferme passus Hastrubal aberat.Ibi paululũ est inter duces addubitatũ,cõtinuo ne cõfligendũ esset,an expectandũ vt miles longis itineribus fessus reficeret.Verũ Claudio negãte rei discrimen vllã pati dilationem, sed vtendũ esse hostiũ errore, quum nec Hannibal sciret sibi rem cũ paucioribus esse,ne Hastrubal cũ pluribus fore, signum pu gnę proponunt.Descendit Poenus in æquũ acie dimicaturus, interim priusq̃ signa canerent pro gressus in primã aciẽ,vbi vetera scuta & strigosiores equos in acie vidit,multitudo quoq; maior solita conspecta est nouitate rei territus pugna abstinuit, mandatq; simul ex aquatoribus , si fieri possit,aliquẽ exceptũ duci ad se,vt ex eo sciscitaret, equibus nouis copiis auctus esset hostiũ exercitus?simul obseruari iubet an castra aucta essent,an duobus prętoriis figna canerent.Vbi vero pluribus signis exploratũ habuit,qd homo militaris sciẽtię peritissimus sua spõte fuerat suspica tus,mirari secũ qd esset,q cõsul fratrẽ fallere potuisset, veteri simul nequa ille clade affectus sibi occurrere nequiuisset,ipseq; iam perditis rebus serũ auxiliũ venisset:suspicari interdum ne literæ quas ad fratrem de suo aduentu dedisset,ab hostib⁹ essent interceptæ,atq; ita Hãnibale inscio ad se opprimendum alterũ consulem festinasse.His anxius curis noctu,extinctis ignibus, mouet castra:vbi vero illuxit,& ad Metaurũ ventũ est,dũ in reperiendo vado qua copias traiiceret retarda tur,nam quanto longius a mari abscedebat,eo altioribus ripis coercitus amnis minus erat vadabilis,satis spatii datũ est Romanis ad hostẽ assequẽdũ.Nero prior cũ equitatu affuit,inde L.Porcius prætor cũ leui armatura.Hęrebat vestigio Liuius cũ robore copiarũ,sed quum primi fessum agmen carperẽt,incursandoq; pluribus locis incesserent,Poenus amisso itinere in tumulo flumini propinquo munire castra est conatus.Cæterum legionum interuentu, quum iam vndiq; premeretur,ab opere ad prælium conuersus , quantum temporis & locorum angustia patiebatur Gallos Neroni,q sinistrũ cornu tenebat,opponit,ipse aduersus Liuiũ dextro cum Aphris & Hispanis constitit.Ligures in medio accepti post elephantos q in fronte constituti erant. Primo itaq; inter Hastrubalem & Liuium cõcursum,nã cũ Gallis haud ita facile concurri potuit collem obtinenti bus.Elephanti antesignanos ab initio turbarũt,submoueruntq; signa loco.Crescente deinde cer

Equites ab Hastrubale missi capiũtur.

Festinatio Neronis ad hostem.

Nero occulte ingredit collegæ castra.

Hastrubalis peritia in re militari.

Initium pugnæ ad Metaurum.

tamine,beluę clamoribus perculsę,inter vtrāq; aciem primo ancipiti statu versari,velut naues sine gubernaculo,modo huc modo illuc impactę.Claudius interim vbi a suo cornu nihil geri posse vidit,hostibus munitiore se loco tenētibus,aliquot subsidiariis cohortibus occulte circūactis, sinistrū hostiū cornu a tergo inuasit.Ibi Hispani Aphriq; in medio cędunt, mox & Ligures cum strage disiecti,peruenerat q; iā cędes ad Gallos,qui vigiliis fatigati,& vt gens est laborū impatiēs, ægre sustinebant fessa æstu corpora,eratq; iā dimidiū diei.Sitis & calor hiantes hostis victoribus cędendos capiendosq; affatim prębebāt.Elephāti plures a rectorib⁹ q̄ ab hoste interfecti, qui eos vbi sæuientes regi amplius nequiuere,ne in suos cū pernicie ruerēt,scalpro inter aures ictu mallei adacto interfecerunt.Ea breuis via reperta est,ad tantā beluę molē subito cōficiendam,Hastrubalisq; id fuisse inuentum credidit Liuius.Qui nūc suos hortando,nūc castigando,pluribus locis pugnā reparauit,nihilq; eo die est ab eo prętermissum,qđ ad imperatorē optimū pertineret. Verum vbi res perditas vidit,ne tot milibus hominum superesset suū nomē & imperium secutis, dignus Hamilchare quo natus erat patre,dignus fratre Hānibale,equo in cōfertissimum hostium agmen adacto mortē occubuit.Nunq̄ eo bello vna acie plures cæsi dicuntur. Quinquaginta sex milia hominū interfecta,quinq; milia capta,&.CCCC.Liuius author grauissimus scribit.Nec victoria Romanis paruo constitit,octo milibus hominū ea acie amissis.Ingens pręda parta est, auri & argenti immensum pondus.Postridie nūciatū est Liuio Ligurū & Gallorum consternatam manum domū abire sine duce ac pene inermē,modico equitatu immisso,ad vnum occidione occidi posse.Sint inquit ille,aliqui hostium suę cladis nūcii,nostręq; virtutis testes. Adeo hostilis sanguinis satietas victores ceperat.Nero nocte quę pugnā secuta est,a Liuio digressus, haud minori celeritate q̄ venerat ad suos reuertitur,tāta omniū populorū lętitia,quacūq; iret,vt pręnimio gaudio vix homines animorū cōpotes essent.Post Neronis discessum quotidie magistratus vrbis, cū vniuerso senatu,in curia a prima luce ad vesperā permāserant,euentum pugnę expectātes.Matronæ ī templis esse,suppliciis deos & votis fatigātes.Anceps primo phama sollicitæ ciuitati accidit,victos ingenti prælio hostes,duo id equites ex eo exercitu qui erat in faucibus Vmbriæ attulerunt,venisse in ea castra qui consulū victoriā nūciassent.Primo id magis auribus q̄ animis acceptum,vt quiddā maius ac lętius q̄ satis credi posset. Secutę inde L.Manlii Acidini literę, q ex eisdem castris id idē scribebat,ad quē nunciū tantus cōcursus est in curiā factus vt tabellarius cū literis ad patres ingredi nō posset,clamante multitudine vt literæ publice recitarent. Secuti inde legati,quibus cōtinenti agmine ab vrbe ad Miluiū pōtem pręnimia lętitia est ciuitas obuiā effusa.Tum literę sunt in senatu recitatę,inde & in foro in cōcione populi,vnde ab aliis in alia est tēpla discursum,vt diis gratularentur.Multi domū ad liberos & coniuges cū lętitia reuersi,publicum gaudium nunciant.Supplicatio in triduum decreta,vix credi possit quātū ea victoria mutatus sit ciuitatis status,velut iam debellatum in Italia esset,vendendo,emendo,mutuum dādo,credirum soluendo,nō aliter q̄ si omnia pacata essent ciues inter se negocia cōtrahere cœperūt.Claudius Nero vbi ī castra venit,Hastrubalis caput proiici ante hostiū stationes iussit,duciq; aphros vinctos in Pœnorum conspectum,& ex his duos solutos ire ad Hannibalē permisit eiq; nunciare quid illis diebus ad Metaurum geri contigisset.Pœnus tā atroci nuncio perculsus, agnosco inqt fortunam Carthaginis,castrisq; repente motis in Brutios concessit,subductis pręsidiis ex omnib⁹ locis quę tueri non poterat.Metapontinos adhæc & Lucanos,qui suæ ditionis erant,propriis sedibus excitos,in extremum Italię traduxit angulum.

Elephātorū cędes.

Hastrubalis casus.

Liuii consulis dictum.

Neronis celer reditus.

Publica lætitia.

Hannibalis vox in subito dolore.

M.ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIÆ HISTORIARVM AB ORBE CONDITO,ENNEADIS QVINTÆ,LIBER QVINTVS.



EC in Hispania post Hastrubalis digressum multo res quietiores fuere,quin bellū sub Hannonis accessum, q cū nouo exercitu in ei⁹ locum ex Carthagine fuerat missus,latius exarsit.Bina in Celtiberia hostes castra fecerant.Syllanus cū.X.milib⁹ peditū,equitibus quingentis,citato agmine ad eos missus,pene prius in cōspectum venit,q̄ adesse diceret. Hanno cuius castra ex destinato petebantur,ad primū tumultum, quatuor milib⁹ scutatorū in fronte cōstitutis,leuē armaturam in subsidiis locar,in hos vixdum munitionibus egressos,Romani pila coniiciūt pręlioq; comminus conserto,locorū asperitas nōnihil victoriam retardauit.Neq; eīm cōtinua acie pugnabat,virgultis vepribusq; ordines dirimentibus,bini singuliq; inter se manum conseruerant.Cęterum eadem

Syllani victoria. res quae ab initio adiumento fuerat hostibus, postquam fusi sunt impeditiorem reddidit fugam, barbarosque ad caedem multo opportuniores reddidit. Scutatorum legione caesa, leuis armatura & qui ex alteris castris tumultu & clamore exciti auxilio aderant, fugam capessunt. Hanno cum magno suorum numero est captus. Alter imperator Mago qui cum omni equitatu, postquam fortunam inclinare vidit, sese periculo subtraxerat, decimo post die in Gaditanam prouinciam delatus, cum Hastrubale Gisgonis copias iunxit. Scipio Syllano ob rem bene gestam laudato, haud multum inde commoratus, ad Hastrubalem ire pergit, ad cuius aduentum Poenus cōtinuo in vltimas terras concessit, distributoque in vrbes exercitu Gadis traiecit. Scipio vbi bellum dissipatum vidit, quia lōgum erat ad singulas vrbes circumagere exercitum, relicto L. Scipione fratre cum .X. milibus peditum & mille equitibus, ad Origin vrbem in Messesum finibus oppugnandam retro abiit. Ille post fratris digressum, quum tertiam copiarum partem hostium moenibus admouisset, valideque Hispani muros tuerentur, essentque in magno discrimine qui muros subierant, confestim reliquum copiarum oppidanos longiore iam pugna fatigatos iubet inuadere. Origenses metu perculsi, relictis muris, veriti ne ad vnum caderent, si victor hostis in vrbem irrupisset, scutum altera manu habentes ne nuda corpora iritato hosti obiicerent, dextera inermi sublata, vt appareret non bellum sed pacem exposci, patefacta repente porta, sese vltro Romanis offerunt. Caeterum siue res sit parum animaduersa, siue dolus suspectus fuerit, non aliter caesi sunt, quam si cōflicturi in apertum processissent. Oppidum eodem impetu est captum, duo milia hostium caesa. Romanus victor. CCC. oppidanorum qui clauserant portas, cum punico praesidio in vincula coniectis, caeteris quibus fortuna belli pepercerat, nō solum veniam dedit sed liberum etiam oppidum restituit, atque ita prouincia egregie obita, cum exercitu se ad fratrem recepit, qui dimissis in hiberna legionibus (instabat enim hyems) Taraconem concessit, vnde Hānonem & caeteros captiuos nobiles Romam cum L. Scipione fratre misit. Eadem aestate iterum Leuinus in Aphricam transmisit, ibique extremos Carthaginis fines, atque Vticensem oram praedatus, quum Siciliam repeteret, in .LXX. Punicas naues incidit. Ex iis decem & septem captis quatuor in alto demersis caeterae fusae fugataeque sunt, ipse cum ingenti praeda victricique classe Lilybęum reuersus est. Hęc expeditio tam similis priori videtur, vt Liuius qui vtriusque victoriae est author, merito in suspitionem venire possit, vt velut eorum oblitus quae scripserat, bis idem posuerit. Potuit & annalium variatio in causa esse, qui alii alio tempore rem semel gestam tradiderint. Principio aestatis qua haec gesta sunt, P. Sulpitius cum rege Attalo, quicum Æginae hibernauerat, Lemnum transmisit, quorum conatibus Philippus occursurus, Demetriadem ad mare descendit, etsi regis animus alioqui haud in vnam belli curam distrahebatur, nam & Achaei opem implorabant aduersus Machanidam Lacedaemoniorum tyrannum qui in Argiuorum finibus castra fecerat, & Ætoli Romana societate freti ferocius quam antea Philippi rebus incubuerant: ex Macedonia quoque tumultuose nunciabatur, Scerdilaidam & Pleuratum in armis esse, Medosque Thracum gentem motam. Interim Attalus ex Lemno, maritimam Macedoniae oram populatus, Heracliam quo fuerat Panaetolium indictum, proficiscitur. Philippus, ad eum hostium conuentum disturbandum, Scotusam magnis itineribus contendit. Hic quum Ætolicum concilium dimissum audiuisset, segetes iam propemodum maturas, in Æniano sinu foeda populatione vastauit. Inde Philippo Demetriade reuerso Attalus & Sulpitius a Pepareto Niceam transmisere. Ex Nicea Oreum petierunt. Ea prima vrbium Euboeę ad lęuam occurrebat, Euripum Euboicum ex Demetriaco sinu petentibus. Rex a terra vrbem expugnare est adortus, & Romani a mari hostem premebāt, & iam Attalus ex cōposito auersa parte ferociter instās oppidanorum in se oculos verterat, quum Plator regis praefectus a mari Romanos in vrbem accepit. Oreenses subito metu perculsi, in arcemque refugientes in medio caesi sunt. Macedonum praesidium Platore id petente incolume est dimissum. Sulpitius praesenti successu elatus Chalcidem oppugnare cōstituit eoque classe admota infestam stationem intuitus, mare enim in angustum coactum, vt duo ab vtraque euripi parte fieri portus videantur, in ora sibi inuicem conuersi. Nec ibi vt phama ferebat septies die, quod & Plinius scribit, statutis horis huc mare & illuc cōmeare tunc animaduersum est, sed montium propinquitate subitis ventorum flatibus, procellisque alterutrius pelagi concitati fluctus, temere in fretum depelluntur. Quum neque statio tuta videretur, neque oppidum pręsidio vacuum, omisso oppugnandi consilio, ad Locridis emporium transmisit. Nec Macedo multo post suis auxilio terrestri itinere affuit. Est enim Chalcis, etsi in insula sita, adeo tamen arcto interscinditur freto, vt ponte continenti iūgatur, terraque aditum faciliorem habebat quam mari, tam proxima illa est Boeotiae, vnde olim motu fuit terrę abscissa, vt Cyprus a Syria, Sicilia ab Italia, Belbicus a Bithynia, Leucosia a Sirenum promontorio. Vehemētiores motus terrę in causa fuisse creduntur, cur haec loca sint terris adempta, vt quam

Margin notes: Poenorum ducum fuga. — Origensium deditio. — Leuini in Aphrica expeditio. — Philippi & Attali gesta in Graecia. — Res a Sulpitio in Graecia gestae. — Freti Euboici natura. — Insulae abscissae.

dam eadem de causa eisdem reddita, vt Antissa olim insula Lesbo iuncta, Zephyrũ Halicarnasso, Etusa Mindo, Domistos Mileto. Philipp⁹ deiecto Ætolorum ex Thermopylis presidio, Scotusam vsq; progressus, hostibusq; in Heracleã cõpulsis, iterũ ad hostẽ agmine rapto profectus, parum abfuit quin Attalum oppresserit, qui Opunte ex Locris capto, quum in diuidenda pda esset occupatus, Philippi accessu tumultuose nunciato, inermis sese ad naues recepit. Philippus ad mare vsq; progressus, nauticis ancoras remolientibus tumultum iniecit, deos hominesq; incusans q tãta sibi opprimendi hostis occasio esset manibus elapsa, Opuntem ingressus oppidanos ex eadẽ ira increpuit, qui hosti tam facile cessissent. Nec ita multo post Attalus, quũ Prusias Bithyniæ rex sui regni fines ingressus diceretur, Ætolico bello omisso, in Asiã traiecit, & Sulpitius sese cũ nauib⁹ quæ quinq; &.XX. erant numero, Æginam recepit, post cuius digressum Philippus Thoronem occupauit. Tenebãt eã vrbem pfugi a Thebis Phthioticis, qui veteri patria a Philippo capta eã sedem ab Ætolis incolendam acceperant. Aliquot ignobilib⁹ oppidis post Thoronem captis, quũ Elantiam venisset, vt ibi audiret Ptolemęi & Rhodiorum legatos, qui de bello cum Ætolis soluẽdo acturi venerant, subitis excitus nunciis, Machanidam Spartanum Eleis ludicrum parantibus imminere, in Peloponnesum per Bœotiam & Megaram mouit. Machanidas, audito Macedonis aduentu, in Laconiæ fines exercitum duxit, de cuius discessu Philippus factus certior, ad Achęorum consiliũ qd Ægiũ fuerat indictũ diuertit, vbi quũ multa de se magnifice disseruisset, illud testatus dicit, difficile sibi dictu videri, vtrũ audacius a se bellũ gereret, an ab hostibus fugacius, & ab Opunte Attalum sibi manibus elapsum, & Sulpitium a Chalcide, & tũc postremo Machanidã ab Elide fuga seruatum, manifesta hostiũ cõfessione habere eos nequaq̃ sibi pares, breui & victoriam habiturum, certo scire se eos nihilo meliore euentu q̃ spe secũ dimicaturos. Magnifica Philippi oratio haud mediocriter socios in certã spem victoriæ erexit, ipse cum Achęorũ nauibus, & quas suo nomine parauerat, vt Punicæ classi iungeret, quę in auxiliũ venerat, ad Erytras Ætolorum transmisit, vnde modica qdem ad littus præda abducta (nã Ætoli, qui illius aduentum prę senserãt, cũ pecore in profundas & deuias refugerant siluas) Macedo Corinthum primo, inde per ipsas fere hostiũ stationes Chalcidem nauigauit, vbi collaudata ciuiũ fide, q Romanis non cessissent, Cassandream abiit, hicq; carinis cẽtũ longarũ nauium impositis, ingentẽ vim opificum operi adhibuit, inde quũ omnia circa oram Græciæ, post Attali discessum, quietura essent, vt Dardanis bellũ inferret, in diuersam Macedoniæ partem cum exercitu trãsiit. Huius æstatis exitu Liui⁹ & Claudius Nero consules, ob rem aduersus Pœnũ prospere gestã, decreto patrum Romam ambo vno tpe venerunt. Eos circũfusa multitudo non solum salutauit, sed dexteras etiam victrices, quę Ro.Po. salutem peperissent, certatim osculati sunt ciues. Inde senatu ad ędem Bellonę illis dato, quũ petiissent vt pro re bene gesta diis immortalibus gratiæ agerentur, sibiq; triumphus decerneretur, responsum est, & eos iusta petere, & senatum libenter ea decreturũ. Supplicatio igitur amborum nomine indicta, pmissumq; vt vterq; triũphans in vrbẽ ingrederetur. Liuius in cuius puincia res gesta est, eiusq; auspiciis pugnatũ, curru est inuectus. Nero equo sedẽs, multo maiore celebritate & phama, q̃ collega est ante cõspectũ ciuitatis pręteruectus. Eum prędicabant sex dierum spatio Italiæ longitudinẽ emẽsum, atq; eodem die cũ Hastrubale illũ in Gallia dimicasse, quo ab Hãnibale in Apulia, velut in proximo sederet, timebatur. Itaq; vnum consulem, pro vtraq; parte Italię aduersus duos duces, duos potentissimos exercitus satis fuisse, hic præsentia ibi phama rem Romanã sustinuisse. Iret itaq; Liuius, curruq; sublimis, multiiugis si vellet equis præter ora ciuium veheretur, vnius equo verum per vrbem triumphum vehi. Per hos spectantium sermones illi in Capitolium deuecti sunt. Consularia inde comitia habita, quibus L. Veturius Philo, & Q. Cęcilius Metellus sunt consules creati, ambobusq; Italia prouincia aduersus Hannibalem, eo anno decreta, qui tertiusdecimus secundi belli Punici fuit. Cęterũ priusq̃ noui cõsules in prouinciam profecti sint, prodigia quæ sub id tempus facta dicebãtur, procurare sunt iussi. In æde Iouis duo angues foribus allabi visi fuerant. In Antiati metentibus cruentæ spicæ apparuisse ferebãtur. Cere porcus biceps natus, & agnus mascul⁹ idẽq; & fœmina, Albę duo soles visi. Lux Fregellis noctu oborta. Bos in Romano agro locutus. Ara adhæc, Neptuni in circo Flaminio multo sudore manauerat, & vestalis ignis extinctus, quapropter virgo, cuius custodia tunc erat, flagro admota est. His rite procuratis, quoniã metus submotus erat ab Roma & Latio, & res Romana in dies melior fiebat, senatuscõsulto plæbs cõpulsa est in agros remigrare, q plures annos metu hostiũ coli desierãt. Cõsules in puinciam profecti, quũ ex Consentino agro p angustũ saltũ exercitũ grauem pda abducerẽt, subito Bruttiorũ & Numidarũ incursu, turbato agmine & pda & milites

Insulæ iunctæ.

Attalus propemodum a Philippo capitur.

Attali transitus in Asiam.

Ciuium prędicatio de Claudio Nerone.

Consules.

Prodigia.

pene in discrimen venere,maior tñ tumultus fuit q̃ pugna,legiões ꝑmissa ꝑda incolumes in aptũ euaserunt.Inde in Lucaniã ꝓfecti omnẽ gentẽ sine certamine in fidẽ recepere.Cũ Hannibale nihil rei eo anno gestũ,qppe q neq ipse vspiã se Romanis obtulit,neq cõsules eũ lacessere sunt ausi,tanta in vno duce vis esse credebať, vt oĩbus circa illũ ruentibus,magno tñ terrori esset hostibus.

Hannibalis prudẽtia in exercitu regendo.

Nec mirum,in nullo impatorum maior viguit solertia,q̃ tãta in vno extitit,vt quum tot annos,ĩ hostili terra exercitum ex omni colluuione gentiũ mixtũ texit,quibus non lex,non mos, non lingua vna fuerit,alius quidem habitus,alia vestis,alia arma,alii ritus,alia sacra,ita tamen arcto vinculo oĩm animos copulauit,vt in summa stipendii & rerum oĩm penuria,nullã sit expertus seditionem.Eratq hic in Italia rerum status.In Hispania Hastrubal Gisgonis filius , post Barchinos duces oĩm eo bello ducũ celeberrimus,ex Gadib⁹ in cõtinẽtẽ reuersus,delectu in vlteriore Hispania cum Magone habito,ad.XL.milia peditũ,& quatuor equitum & quingentos ad arma conciuerat.

Pœnorũ bellici apparatus ĩ Hispania.

Quidam septuaginta armatorũ milia fuisse scribunt,adeo ea terra,quũ bellacissimis hominum ingeniis,tum virorũ fortiũ multitudine ad reparandũ bellũ fuit ferax.Prima oĩm terrestriũ prouinciarum a Romanis inita est,atq oĩm postrema,Augusti principis ductu & auspiciis,domita.Cũ hoc armorũ apparatu Pœni duces ad Silpiam vrbẽ eo consilio sederũt,vt cũ hoste , sub eı⁹ accessum,confestim acie confligerẽt. Scipio ad hanc noui exercitus phamã ex Taracone excitus Castulonẽ primo venit,inde cũ quinq &.XL.milibus armatorũ ciuiũ sociorũq,ad Betulã ꝓgressus,in eũ metari incipientẽ Masinissa & Mago,cũ oĩ eqtatu,impetũ fecere, turbassentq militẽ opi intentũ,nisi eqtes,qui in hos casus instructi post montẽ steterant, velut ex insidiis coorti hostium impetum pressissent. Fuitq eqstris pugna aliq̃diu atrox, donec miles in prælium eductus submouit primo hostem gradu,inde late fudit , fugauitq . Secunda inde certamina aliquot Romanis, quoad Hastrubal prior copias in aciem eduxit. Scipio & ipse continuo militem exaduerso instruxit,inde silentium vtrinq fuit.Hinc Pœnus,inde Scipio expectabant,vt ab altero prius signũ,ad concurrendũ,dareť. Atq ita vtraq acies p diẽ ĩmota stetit . Id quũ plures dies fecissent,starentq tã hi q̃ illi ad prælium instructi, ita vt tã Romani q̃ Pœni mediã aciẽ tenerẽt,in cornib⁹ socii locati essent,Scipio vt vidit oĩbus ita persuasum,vt eo ordine quo steterant,esset aliquãdo confligẽdum,mutatis ordinibus pugnare cõstituit,atq ita prima luce pransos eqtes cũ leui armatura in hostiũ statiões misit.

Scipiõis stratagema.

Ipse sociis in medio acceptis cornua Romanarũ legionum robore firmauit. Hastrubal tumultu excitus,præmisso eqtatu quo ordine consueuerat peditẽ eduxit.Fuit eqstris pugna quoad acies inter sese ad quingẽtos passus proxime stetere. Tũ Scipio receptis eqtib⁹, atq in subsidiũ post cornua locatis,iubet Hispanos,q in medio erãt , presso pede in prælium ꝓcedere, ipse a dextro cornu aciẽ extẽdit,missis q Syllanũ & Martium instruerent, vt in aduersa parte idẽ ipsi facerent,atq ita sinuata acie prius cornibus est conflictũ,q̃ media hostiũ acies,vbi erat omne veteranorum robur,cũ sociis Romanorũ,qui segnius ire in præliũ iussi fuerant,manũ cõseruerit. Stetit itaq Pœnus innixus scuto ad multũ diei immotus, media Romanorũ acie cõgressum de industria retardante,quoad in illũ fame & æstu languẽtẽ elephãti a Romanis in suos iaculãdo auersi impetũ fecere. Tũ suo loco submota acies ad colles vsq seruatis ordinibus cessit,ibi quũ Romanus ꝑter spem acrius instaret,neq loc⁹ neq ducis præsentia formidini obstitit,soluta acie hostes per saltus & abrupta loca diffugiunt.

Pœnorum fuga.

Præcipua pars fugã in castra inclinauit.Ingens pluuia,quæ interim cœlo effusa est,Romanos a castrorum oppugnatione arcuit.Secũdũ eam pugnam Attanis Turdetanorũ Regulus,cum magna suorum popularium manu,ad Scipionẽ transiit.Hastrubal veritus ne vnius exemplũ cæteri secuti ad hostes deficerẽt,silẽtio noctis mouit castra, Betiq superato ad oceanũ flexit iter.Scipio abeũtẽ secut⁹,primo agmẽ ĩmissis eqtibus retardauit, retardatũ legiones quæ haud multo post superuenerunt,ferro conficiũt,ingẽs ibi cædes edita.

Cædes Pœnorum.

Hastrubal cum aliquot milibus hominũ in editum collẽ sese a fuga recepit,vbi positis castris aliquot dies obsidionem ꝑtulit.Demũ Magone ibi relicto,ipse nauibus occulte paratis (uam haud ꝓcul inde mare aberat) Gadis noctu trãsmisit. Nec Mago multo post & ipse præsidio loci excessit. Tum vero q cũ ducibus eo fugerãt (fuerũt ad.XI.milia numero) partim ad Romanos transiuere, partim a ducibus deserti fuga in suas ciuitates dilapsi sunt . Scipio,q Syllano ad eã obsidionẽ relicto aliquanto antea discesserat,multis interim gentibus & populis in fidẽ receptis,Taraconem retro abiit.

Cedũt Pœni possessione Hispaniæ.

Atq ita Scipionis ductu & auspiciis Pœni,anno quartodecimo secundi belli Punici Hispania cessere.L. Scipio cum multis nobilibus captiuis Romã a fratre missus,receptæ Hispaniæ nunciũ attulit.Cæterũ quũ ea victoria vulgo omnibus speciosa & ingens videreť,solus Scipio pręiis quę animo conceperat,ꝑsentẽ successum ꝓ re nulla habebat.Iam enĩ ad Aphricã & ad decus fini

endi belli animū adiecerat,ad qđ ipsum vt via aliqua aperiret,Syphacem Massesulorꝫ regem (ea gens est Mauritaniæ affinis,e regione nouę Carthaginis in parte Libyę sita) in partes belli trahere cōstituit,misitq; ad hūc primo Læliū cū donis,eratq; tūc ille Carthaginēsiū socius, verū donis captus,speq; psperioris amicitię,Læliū benigne cōplexus,ad Scipionē cū his mādatis dimisit.Fore vt de fœdere & amicitia facile trāsigi posset,si imperator ipse ad se veniret.Prę stitit id Scipio intrepide,nec multo post cū duabus triremibus & Lælio,ex noua Carthagine pfect⁹,in Aphricam traiecit.Accidit vt eodē tpe Hastrubal ex Hispania pulsus,cū septem triremibus, & Scipio regiū sint portum ingressi.Syphax pclarū sibi quidē & honorificū credidit,φ duorū potētissimorꝫ populorū duces,vno die,suā amicitiā petitū venissent , p magnoq; habuit negocio hospitali mensæ vtrūq; adhibere.In vno loco ambo duces accubuerunt. Cæterum tāta erat in Scipione comitas, ingeniiq; in alloquēdo dexteritas,vt nō Syphacē mō Romanis moribus īsuetū, sed Hastrubalē infestissimum hostē sibi facile cōciliarit,multoq; maior mirabiliorq; sit Scipio illi coram visus,q̄ a fama,& rebus aduersus se & alios Carthaginēses duces in Hispania gestis fuerat. Mirari eximiam hostis īdolē.Credere simul Hastrubal Syphacē,Scipiōis opa,breui in Romanorꝫ ptib⁹ futurꝫ, cū gemitu testat⁹ int̄ suos,Hispaniis amissis iā de Aphrica retinēda Carthaginēses cogitare oportere:Scipionis consilia eo tēdere,vt p Syphacē Romanis armis Aphrica apiret.

Hastrubal Scipionis indolem miratur.

Scipio fœdere cū ipso icto nōnihil tēpestate iactatus,quarto die Carthaginē ad suos rediit.Hinc Syllano ad Castulonem oppugnandā misso,ipse cū cætero exercitu ad Illiturgim cōcessit. Hæ duæ vrbes etsi tum metu quiescebant,ad oēs Poenorꝫ motus,vtpote Ro.nomini p̄ter cęteras Hispanię ciuitates infestę credebant defecturæ.Stimulare ad id Romanorꝫ aīos Illiturgitanorꝫ iniuria,φ duob⁹ Scipiōibus paucis dieb⁹ in Hispania cęsis,Romanū p̄sidiū fœde trucidassent.Huc Scipio copias admoturus,milites hortat infandā cōmilitonū necē fortiter vlciscerent, & in oē tps atq; omnibus gentibus documentū sancirēt,nequis vnq̄ Romanū ciuē,militēve,in vlla sibi fortuna iniurię opportunum duceret.Milites vltiōis cupidi,muros hostiū ferociter subire. Hostes rati supplicium a se nō victoriā expeti,non solū ab initio portas clausere,sed tanta animorum ptinacia certarunt, vt aliquoties sint Romani a muris cū cæde & ignominia depulsi.Scipio īdignitate rei motus, militem increpans inter primos,nō sine apto vitę discrimine,muros subiit . Manifestum ducis periculum vniuersum agmē in pugnā reuocauit.

Scipionis ferocia.

Ibi scalis haud vno loco erectis, per saxa & tela superne deiecta,murum miles obtinuit.Capta & a tergo eodē tpe vrbs est,nullo, ob loca inaccessa , præsidio firmata. Per rupes & abruptos scopulos pauci fixis per crepidines clauis primi alios manu extrahentes,postremi subleuantes,in summū euasere.In medio itaq; hostes cæsi . Sęuitum in oēm sexū & ætatem,ne ab infantibus quidem ferrum ira abstinuit. Vrbs incensa & euersa est.

Illiturgitanorum excidium.

Ad Castulonē inde Scipio duxit.Mitior ibi victoria fuit,nam p̄terq̄ φ minor erat Castulonēsiū noxa,vrbs ipsa sub ipsum ducis accessum,est per Cerdubellū quēdā Hispani sanguinis dedita.Missus inde Martius ad cęteros populos,siqui adhuc indomiti erant,subigēdos. Ipse dux ad soluēda diis vota,gladiatoriumq; munus in memoriam patris edendū concessit.Hic nō a lanistis,vt assolet, venalis sanguis quæsitus,sed volūtaria gratuitaq; fuit pugnatiū opa,in gratiā Scipionis.Alii a regulis missi,alii ex puocatione in certamē descēderūt.Nonnulli,quū disceptando verbis litem diffinire nequissent,ferro decreuere conditionem,vt res victorem sequeretur , & in his Corbis & Orsua Ibenses patrueles fratres de ciuitatis principatu inter se ambigentes, qui celebri pugna,mortalibus documentum dedere,q̄tū regni cupiditas malū sit inter mortales,quod cognatas armet fraternasq; inter se manus,deq; vita disceptare contra ius naturæ īpellat. Victoria fuit apud Corbim,qui maior natu erat.Is vsu & peritia armorꝫ facile stolidas supauit vires .

Singularis pugna Corbis & Orsuę.

Additi gladiatorio spectaculo funebres ludi.Martius interea,Bethi superato,Cirtim sine vi vlla bellica recepit.Astapam inde petiit.Fuerat ea ciuitas semper Carthaginensium,præcipuumq; gerebat in Romanos odiū,in quorum nomen,quum implacabili esset animo,memorabile sub hostiū accessum facinus est ab oppidanis editū,filios & vxores,& oēm imbellē multitudinē cū pretiosa supellectili, in forū contulere, collatam,arida lignorū materia in speciem grādioris pyrę circūuallāt,quinquaginta inde iuuenibus mandāt,dira execratione adhibita nisi impata fecissent, si (qđ nollent) se ad pugnā egressos superari cōtigisset,cōfestim ferro in multitudinem grassati,pyræ ignē inicerēt,neqđ charissimarꝫ rerum ad hostes perueniret.Ipsi subita eruptione in Romanorum stationes facta militē inopinata perturbatū ī castra cōpellūt,vallū īde subeūt vertūtq; oēm in se exercitū,certatū nōnihil est ancipiti marte,postremo Hispani multitudine victi,ad vnū cædunt ıqua suorꝫ clade aīaduersa,iuuenes qui in vrbe erant imbellē multitudinē ferro cōficiūt,pyrā incēdūt,incēsæ se ipsos cum armis

Astapensium memorabile facinus.

iniiciūt. Supuenit Romanus victor crudelissimo spectaculo. Multi,q cupiditate īterfulgentis auri prime rogū adiere, vrgētis a tergo multitudinis īpulsu ptim igni correpti sunt, partim īsigniter ambusti. Et Astapenses hunc exitū habuere. Scipio interim graui morbo īplicitus, adeo periculo pximus fuit, vt totā Hispaniā phama puaserit eū vita decessisse, q̄ res in causa fuit vt pter alios Hispanię mot⁹, Mādoni⁹ & Indibilis puinciæ statū turbare adorti sint, & octo milia militū, qui ad Sucronē statiua habebāt, vt iis psidio essent, qui cis Iberū incolūt, stipēdiū sibi nō redditū causati Tribunis seditione eiectis C. Albiū Calenū, & C. Actiū Vmbriū sibi duces creauerint. Noui motus authores īperii īsignia fasces & secures suis īminētes ceruicib⁹ suscipere ausi, sociorū fines cupiditate pdæ infestabant, īperabātq; pximis ciuitatibus pecuniā, supbeq; exigebāt. Cęterum vbi Scipio cōualuit, Mādonius & Indibilis in suos fines cōfestim abierūt, ipseq; īperator, cū copiis Sucronem pfect⁹, seditiosum exercitū, p cōciōe, increpuit. Verū enimuero testatus multitudinē mari similē esse, qđ vt vēti & auræ cieāt, ita trāqllū esse cōrigat, aut pcellosum. Vt pœna igit ad paucos, exemplū ad plures pueniret, authores seditiōis, q qnq; & XXX. numero fuerūt, āte tribunal destitutos, primo virgis iussit cædi, inde cæsos securi pcussit, adeo oīb⁹ metu torpētib⁹, vt nō mōnō ferocior vox vlla aduersus supplicii atrocitatē, sed ne gemit⁹ qdē exaudiret. Sūpto de his supplicio, stipēdiū est oībus redditū, milesq; nouo sacramēto adactus. Sub id tps Hāno, ex Gadibus in terrā digressus, cū quatuor milibus armatorum Bethim vsq; pcesserat Hispaniæ statum quoquo modo sollicitatur⁹. Hūc L. Martius primo cōgressu fusum ac fugatū puincia expulit, & Lęli⁹ aliquāto antea a Scipiōe missus, cū classe Carteiā appulit. Est ea vrbs in oceani ora, vbi primū ex angustis faucibus pandit mare. Fuerat eni p Gaditanos quosdā spes facta, futurū, vt si Romana classis eo appelleret, sine certamine Romani Gadibus potirent, pstitissentq; fidē pditionis authores, nisi cōiuratio ad Magonē īdicio delata, ante Lælii accessum fuisset a Pœno oppssa. Est tñ nōnihil a Lęlio in aditu oceani, cū septē Punicis triremibus dimicatū, quarū Atherbal erat pfect⁹, a Magone missus, vt Gaditanos q pditionis conuicti fuerant Carthaginē deferret. Tumultuaria fuit pugna, vtpote hic, vbi plus æstus freti, q̄ remi aut nauis gubernaculū posset, sic quoq; duæ Punicæ sunt suppressę, & vni⁹ lat⁹ cū tota remorū serie detersum. Lęli⁹ vbi q̄ facta erāt Gadibus audiuit ne assidēdo frustra tps tereret, Carthaginē rediit. Mandonius & Indibilis, q aliq̄tulū qeuerāt, Sucronensis seditionis euentū expectaturi, vt si militibus venia data esset, ipsi quoq; in fidē redirent ducis clemētiā secuti, vbi in eius motus authores atrociter sęuitū phama ptulit, desperata venia cū quinq; & viginti milib⁹ peditū, duob⁹ eqtum, in Sedetano agro castra faciunt. Scipio suos pro concione hortatus, testatusq; se ad latrones & latronū duces, nō ad hostes ire, vt his oppssis pacata ex oī parte puincia cū oībus copiis Romā ad triūphū decederet, Carthagine profect⁹ decimis castris ad Iberum peruenit, mox eo superato, quatriduo post, cum hoste castra cōtulit. Hic primo leui est armatura dimicatum, mox militum pcursatione iusta fuit pugna, eaq; Romanis prospa. Ad quam cladem tantū abfuit, vt victi hostes quicq̄ de pristina ferocia remiserint, vt postero die prima luce in aciē descenderint. Scipio qa in angusta valle tota acies explicari nō poterat, Lælium circūagere equitē post colles iussit, atq; a tergo hostib⁹ pauorem incutere. Id quū ille nauiter fecisset, qcunq; hostiū in valle dimicauerant, equites ac pedites ad vnū sunt in medio oppressi, per pauci qui in collibus steterant fuga seruati sunt, & cum his Indibilis & Mandonius, qui omni spe armorū postremo abiecta, Romano imperatori sese tradiderunt. Mādonius ab Indibili fratre missus ad præsentem culpam deprecandam. Ambo perfidiæ increpiti in pristinam sunt amicitiā recepti, neq; arma illis adempta, neq; obsides imperati, stipendium tantum sunt iussi in præsens soluere militibus. Rebusq; in hūc modum alibi compositis, Martio in vlteriorē Hispaniam pręmisso, Scipio cum parte copiarum Syllanum Taraconem ire iubet, mox ipse cum paucis suorum vestigia secutus ad oceanum ire pergit, ibi excōposito cum Masinissa in colloquiū venit, qui vt occultius id fieret, audito Scipionis aduentu cum Magone egit vt in continentem pręadatum ire liceret, causatus equos corrumpi longo ocio, & insulæ feracitate. Equitatu igitur in terram exposito, tribus ad Scipionem missis, quorum duos obsides retineret, tertium secutus, cum paucis si ita videretur, Romanus imperator ad constitutum locum veniret. Pręstitit id Scipio nihil grauate, atq; ita ambo congressi, vterq; alteri fuit admirationi, ob ea quæ in Hispania ad id tēpus ambo gesserant. Cæterum Scipionis præsentia multo maior visa est barbaro, q̄ phama ferebatur. Nam pterq̄, q florenti erat ætate Scipio, maiestas plurima illi inerat, quam virilis habitus & promissa cæsaries adornabant. Ob hæc, quum nonnihil attonitus stetisset Masinissa, tandem Scipioni egit gratias q fratris ad se filium remisisset. Sic Liuius, quod nō possum non mirari, quum supra

Animaduersio Scipiōis in capite seditionis.

Lęli⁹ ad angustias Gaditani freti pgredit.

Indibilis & Mandonii motus.

Indibilis pręlio vincitur

Scipionis & Masinissę cōgressus.

sororis eũ non fratris fuisse filiũ scripserit. De amicitia inde inter eos & fœdere actũ, Masinissa victoriã pollicente, si Scipio cũ exercitu in Aphricã traiiceret, sed vt is cõgressus clam Magone eẽt, Scipionis permissu Masinissa ex sociorum finibus ingentem ꝑdam hostiliter abegit. Nec Mago multo post cũ classe, quã Gadibus habebat, in Italiã ire iussus, atq; ibi ex Gallis ac Liguribus mercede cõductis, nouũ exercitũ cõficere, quo pro viribus bellũ gereret, quum Hispaniæ orã legeret Carthaginem nouã nocturno ꝓlio tentare constituit, an eã subito accessu posset recuperare. Nec Romanos qui ibi erant latuit hostium cõsiliũ. Enimuero classis interdiu ex alto cõspecta fuerat, & ex agris trepide nũciatũ erat hostes aduẽtare. Statiõibus itaq; circa muros dispositis robur copiarum intra portam, quę ad stagnũ & mare obuersa est, ad eruptionem paratũ cõstitit. Pœni nauibus silentio appulsis, quum maiore tumultu q̃ vi muros subiissent, porta cõtinuo patefacta, Romani cum clamore & impetu erumpunt, hostemq; ad primum telorum coniectum turbãt, turbatum præcipiti fuga multaq; cæde, ad naues agunt. In ipsis quoq; nauibus est nonnihil trepidatũ ne hostes promiscue irrumperent, trahunt scalas, orasq; & anchoras, nequa in moliendo mora esset pcidũt, multi in aquas præcipitati, quum tenebris & metu impedientibus, haud tutus patuisset ad naues recursus, ad duo milia hominum inter muros & littus postridie sunt repta. Qua clade territus Mago retro ad oceanũ rediit, ibi Gadibus exclusus, Gaditanorum Suffeces & quęstorem sub fide, per speciem colloquii, ad naues accitos, verberibus dissectos cruci affixit, inde digressus in Pytiusam insulam tẽdit, benigne ibi acceptus remigium suppleuit, insulanis iuuẽtutem & arma vltro dantibus. In maiorem inde Baleariũ cursum intendit, vnde hostiliter eiectus in minorem hyematurus transmisit. Gaditani post Magonis discessum, continuo in Romanorum fidem cõcesserunt, qbus receptis, quum nullus amplius hostis esset in Hispania, Scipio ꝓuincia decessit, L. Lentulo, & Manlio Acidino, cum exercitu ad eius præsidium relictis, ipse cum decem nauibus Romam reuersus, in æde Bellonæ, vbi senatus est redeunti datus, de omnibus rebus a se in Hispania gestis disseruit. Quoties collatis signis dimicasset. Quot oppida ex hostibus vi cepisset. Quas gentes in populi Romani ditionem redegisset. Quatuor duces, quatuor exercitus Pœnorum a se deletos. Hispaniam totam Romani imperii factam. Pro quibus magis tentata est spes triumphi, q̃ pertinaciter petita, quũ nemo ad id tempus, q sine magistratu res gessisset, triumphans esset vrbem ingressus: equo itaq; sedens vrbẽ intrauit, ꝑtulitq; sibi. XIIII. milia pondo argẽti. CCCXLII. signati ꝑterea numerum ingentem. Comitia ĩde cõsularia habita, magnoq; oĩm fauore Scipio ad quem videndum multi mortales Romam confluxerant, cum P. Licinio pontifice maximo creat⁹ est consul. Sicilia Scipioni extra sortem data. Brutii Crasso, q quũ pontifex esset, Italia non poterat abesse. Scipio centum boues in Capitolio ex voto immolauit. Cõcessum etiã, vt & ludos quos in Sucronensi seditione vouerat, ex publica pecunia faceret. Inde Sagũtinorum legati sunt in curiam introducti, qui multa de fide sua in Po. Ro. & excidio ciuitatis locuti, multo maiorem se Romanorum clementiã & benignitatem expertos testati sunt, q̃ sua fides merita esset. Q; per eos patria, ꝙ ager, ꝙ libertas sibi restituta esset, quapropter vt senatui populoq; Ro. grãs agerẽt se a Sagũtinis missos, & vt vna gratularent, ꝙ res Romana in certissima eẽt spe victorię, ob hęcq; coronã aureã victorię dono attulisse se, quã vt sibi dedicare liceret, senatũ magnopere ꝑcati sũt. Sũma ei⁹ orõnis fuit, vt patres ipsi rata hr̃e vellẽt, q̃cunq; Romani imperatores ĩ se bñficia cõtulissent. Nã & Turdetanus ager a Saguntinis fuerat Scipiõibus addictus. Respõsum est Sagũtinorum in Romanos fidẽ, rursus Romanorũ in Sagũtinos eã ꝑsenti bello extitisse, vt documento oĩbus esset gẽtibus futura. Impatores suos rite ac recte fecisse, ꝙ oĩ bñficiorũ gñe Sagũtinis sociis fidelissimis, cõsultũ voluissent, eaq; senatũ populũq; Ro. oĩ tpe rata habiturũ, & iam inde ꝑ ratis hñda in ppetuum decernere. Permittere adhæc vt donũ in Capitolio ponerẽt. Inde locus lautiaq; ꝑberi iussa & dena milia æris in singulos data, datiq; duces vt Italiã p ociũ viderẽt, ac passim publicæ literæ datæ, vt vbiq; benigne acciperent. Inde qa rumor erat Scipionẽ Po. rogaturũ vt sibi Aphrica prouincia decerneret, si a patribus negaret, Fabius Maxim⁹ lõgã sup ea re habuit orõnẽ, qua patrib⁹ ostẽdit nõ expedire reip. priusq̃ hostis esset Italia eiectus, bellũ in Aphricã trãslatum iri, qñ ita sit natura cõparatũ, vt prius mortales sua defendãt, q̃ aliena oppugnare incipiãt. Pacãdã ꝑinde pri⁹ esse Italiã q̃ Aphricã bello incessendã, priusq; timorẽ domo ꝓpulsandum, q̃ vltro aliis inferendũ. Renouata inde Attilii reguli memoria, q cũ exercitu in Aphrica periit, & Niciæ Atheniẽsis q bello in Siciliã translato Atheniẽsiũ opes in ppetuũ afflixit, facile senatũ in sententiã traxit, ne Scipioni Aphrica decerneret. Cui ille quum nihilominus vehementẽ orationem cõtra habuisset, videretq; perstare in proposito, Q. Fuluius qui quater consul fuerat a Scipione quęsiuit, vt palam

Magonis ex Gadibus in Italiam profectio.

Mago cũ cęde a Carthagine repellitur.

Suffeces cruciffiguntur.

Scipio Romam reuersus.

Saguntinorum legati.

Responsum patrum ad Saguntinos

in senatu diceret, esset ne eo statutus qd patres de puinciis decernerēt, quū ille se qd e repub. esset facturū respōdisset. Nō inqt ignarus etā quid responsurus facturusve esses, qn nihil obscure prae te feras, te tentare nō consulere senatū, vt nisi puinciā quā velis tibi decreuerit, confestim plaebem roges, quare tribunos aduersus tuū istud incoeptū appello. Altercatione deinde inter cōsulem & patres orta, petiit diē Scipio ad consultandū de re tota cum collega. Postero die patribus pmisit, vt de puinciis q vellent ipsi decernerent. Decretum vt Scipionis Sicilia puincia esset, haberetq XXX. rostratas naues, cū quibus si videret e republica futurū, in Aphricā trāsmitteret, ita paucitate nauiū Scipioni facultas, ex Fabii sentētia, adimi visa est in Aphricā traiiciendi. Caeterū charitate patriç, an gloriae potius aemulatiōe, Fabius id Scipioni negandū censuerit, haud quisq̄ facile dixerit. Scio tamen nullū fere vnq̄ in aliqua republica militari gloria fuisse, qui non domi sit apta simultate petitus. Sic Themistocles Athenis a Phocione oppugnatus. Sic Lysander Lacedęmonius ab Agide, sic Hannibal ab Hannone. Sic postea a Catone C. Caesar, adeo gloria sine inuidia esse non potest. Scipio postq̄ delectus habendi copiam sibi ademptā vidit, petiit vt saltē voluntarios secum trahere liceret, qd quum facile obtinuisset, incredibile dictu est, q̄to oīm Italiae populorum studio sit ipse ad eam expeditionē adiutus. aliorum alia vltro pbentiū, frumētū, arma, milites, pecuniam: oīaq tanta celeritate acta, vt. XLV. die, q̄ materia syluis detracta est, naues instructae armataeq in salo steterint, ipseq nihil moratus, cū septē milibus voluntariorū trigintaq lōgis nauibus in Siciliā sit pfectus. Mago sub id tps ex minori insula Balearium, vbi se per hyemem tenuerat, cū. XXX. rostratis nauibus, onerariisq plurimis, duodecim peditū milia, & duo aequitum, in Italiā deportauit, improuisoq in Liguriā appulsu, Genuam nullis tum munitam psidiis occupat ac diripit, praedaq Sauonae Alpino oppido deposita, Epāterios montanos in Ingaunorum Ligurum gratiam oppugnat, cum qbus foedus pcusserat. Multos ille ex Gallia & Liguria. phama sui nominis, ad bellum conciuit populos, cuius opes quum in dies, magis q̄ tutum Romanis esset, augerētur, Marcus Valerius Leuinus cū duabus vrbanis legiōib⁹ Aretiū pcessit. Eratq bellū per hęc in Liguria renatū, quum octoginta Punicae naues, cōmeatu honustę, in Italiam ad Hānibalem cursum intenderāt. Has circa Sardiniā intercepit C. Octauius eius insulae ptor. Valerius Antias Ligustica pda honustas fuisse ait, quae a Magone Carthaginem mittebantur. Hac aestate, q. XIIII. fuit secūdi belli Punici, nihil memoria dignum est in Brutiis gestū. Hannibal circa Laciniç Iunonis templum castra habuit, vbi aram deç dedicauit, cum titulo rerum omniū a se gestarum, Graecis Punicisq literis sculpto. Interim Scipio in Sicilia, Siculorum nobiliū sumptu, qui ad tercentū numero iussi secum militare, quia Aphricanam militiam grauarentur, totidem equites ex iis qui se ex vrbe secuti fuerant, instruxit. Frumentum praeterea Siculis ad alendum exercitum imperauit, veteres naues refecit, omnia summa cura & diligentia parabat, quum in Hispania ab Indibili renouatum est bellum. Contemptu ille Romanorum ducū, qui tum erāt in Hispania, ratus venisse tempus liberandę Hispaniae, cum quatuordecim milibus armatorum in Ausetanis campis consedit. Lucius Lentulus & Manlius Acidinus primis Barbarorum motibus occurrendum rati, & ipsi haud multo post, iunctis exercitibus, in hostium conspectu metati sunt. Nec longior inde mora fuit, in aciem vtrinq est vno tempore descensum, fuitq pugna ab initio āceps. Postremo hostis a Romano equitatu circumuentus in medio est caesus, vix mille acie euaserunt, caeteri ad vnum occidione occisi sunt, & cum his Indibilis defectionis author. Ea clade fracti Ilergetes, Mādonio & caeteris belli authoribus ad suppliciū traditis, arma & seipsos Romanis dediderūt. Atq hunc exitum habuit bellum, quod ab Ilergetibus eximprouiso exarserat. Laelius interea in Aphricam cū parte nauiū a Scipiōe missus, circa Hipponē copias exposuit, sub signisq miles in hosticū egressus est, qui in agris cōspectus, tantum terrorē hostibus incussit, vt non minus sit Carthagini trepidatū, q̄ si Scipio castra ad vrbē admouisset. Vulgo ferebat Scipionē non Laeliū adesse, actūq de re punica credere, ducē inuictū exercitū in Libyā deportasse, breui futurum vt Aphrica velut Hispania nup armis subacta, Carthaginē ipsam oppugnet, nec prae nimia cōsternatione poterat aliqd salubriter consuli. Verū vbi Lęlius adesse dict⁹ est, nec tota cū eo classis, remittēre metu cōfestim militē in vrbe & agris cōquirūt, & Magoni grandē pecuniā decernūt, vt cōducto q̄ maximo posset exercitu, ad Hannibalem penetraret, āboq iunctis copiis Romā cōtēderēt, darētq operā vt Scipionē Aphricae iminentē ab incoepto auerterēt. Sunt & ad Philippū regē missi qui grāde argēti pondus illi pollicerent, si in Siciliā aut Italiā cū classe transmitteret. Hęc illi. Lęlius late oīa populatus, copiis ad naues cū pręda reductis, quū iā ex Aphrica soluturus esset, a Masinissa q ad phamā Romanę classis ad mare occurrerat, cōuēt⁹ ē. Hic ille multū q̄stus de longa Scipiōis

Contentio inter Scipionem & fratres.

Ducū aemulationes.

Quo apparatu Scipio in Siciliam transierit.

Ara Hannibalis ad Iunonem Laciniam.

Hispanorū, & Indibilis cędes.

Carthaginē siū metus.

mora idētidē hortat̄,vt primo quoq; tpe in Aphricā cū classe & exercitu trāseat,eā cunctationē quū Romano populo ad victoriā non parū officere,tū sibi admodū periculosam,q iandudū graue bellū sustineret,veniret tātum Scipio atq; certā spē secū ferret,fore vt breui tota Aphrica potiret̄,q ob crudele & auarū ipsorum imperium valde esset Catthaginēsibus infesta. Cum his ad Scipionē mandatis & pda ingenti,Lælius in Siciliā est reuersus.Nec ita multi dies intercessere,q bus Romani Locros receperūt.Erāt duę Locrorū arces,quarum altera est a Pœnis retenta.Ea res vno tpe Scipionē & Hānibalē ad suis opem ferēdā exciuit,iā & Locrēses Punicū imperiū pertęsi, in medio positi fauorē ad Romanos inclinabāt.Hannibal Romana arce parū feliciter tentata,vbi consulē adesse sensit,inde mouit castra,iussis q in altera arce erāt,vti cōmodius possent,suę saluti cōsulerēt.Illi pículo qd instabat perculsi domos arci ppinquas incēdūt, vt fumo hostibus prospectum adimerēt,moxq; auersa parte murorū dilapsi consternato agmine abeuntes,suos ante noctē assequunt̄.Scipio sumpto de iis supplicio,q authores fuerant defectiōis ad Pœnos,neq; se publice Locrensibus dare quicq̄ dixit,neq; auferre,Romā irent,eā fortunā habituri,quā senatus censuisset.Ipse Q.Pleminio ppratore ad p̄sidiū vrbis relicto,Messanā traiecit.Cæterū Pleminius, & qui cum eo erāt,multo crudelius q̄ Pœni sunt Locrēses vexare adorti,nihil oīm,quę inuisas opes potentiorū faciunt,nō perpetratū est in oppidanos ab duce & militib⁹. In ipsorum Locrēsium corpora,in liberos,in cōiuges,infandę cōtumeliæ editę,nec auaritia minor libidine,quippe q̄ ne a sacris quidem Proserpinæ thesauris abstinuit,quos quū Pyrrhus rex olim violasset,magno cōmissi sacrilegii piaculo,manubias in id sacrū retulisse ferebatur.Quin & Romani ipsi, q in p̄sidio erant, seditione agitati media vrbe inter se armis dimicarūt,violatusq; est Pleminius,nasoq; & auribus ferro desectis,semianimis a militibus est relictus, ad quā seditionē cōprimendā Scipio Locros pfectus,cognita causa,Pleminiū absoluit,tribunosq; ei tradidit, qui cū ipso in vrbe hostiliter conflixerant,vt eos sub custodia Romā mitteret.Ille recētis iniuriæ impatiēs,post Scipionis digressum deditos crudeliter necauit,atq; insepultos piecit,pari crudelitate in Locrēsiū principes vsus q ad Scipionem de sua iniuria questū iuisse dicebant̄.inde iræ indulgēs eo vsq; scelerib⁹ & flagitiis patrandis processit,vt non sibi solū,sed ipsi quoq; impatori qui ea pateret̄, infamię & dedecori esset. Romanus interea exercitus,qui in Italia erat Pœno obiectus,tā graui morbo conflictabat̄,vt P.Licinius consul Romā scripserit,breui futurū,vt milites cōtagione ad vnum absumerent̄,nisi exercitus solueretur.Cæterum quia iam Hannibal in hiberna concesserat,pmiserūt patres,vt Licini⁹ faceret,qd e repub.futurum arbitraret̄,& Romæ qm̄ sæpius eo anno fuerat lapidatū, decēuiri ex Sibyllinis libris carmen in apertum retulerunt breui Romanum populum victoriam ex hoste habiturum,si matris Idęę numen,ex Pesinunte Phrygiæ Romā accerserēt:M.Valerius Leuinus,qui res in Græcia gesserat,cū quatuor aliis legatis ad id missus est in Asiam. Hi cū Pergamū ad Attalum regem venissent,hospitaliter accepti,Pesinuntemq; adducti,lapidē,quē matrē deum incolę vocabant,in naues pmissu regis sustulerunt,pręmissus est inde Romā M.Valerius Falco,legatorum vnus,q id Romā nunciaret,moneretq; patres quærendū esse in ciuitate virum optimum, qui venientē deam exciperet.Creati sunt per id tēpus cōsules M. Cornelius Cethegus & P.Sempronius Tuditanus.Ludi Romani ter,plębei septies hoc anno instaurati, q quintusdecimus fuit secundi belli Punici.Ædē virtutis M.Marcellus Marcelli filius,q cōsul ad Venusiā periit,ad portam Capenam dedicauit.Philippus quia biennio res a Romanis in Græcia fuerāt neglectę,Ætolos sociorum ope destitutos,quibus voluit conditionibus,ad pacē secum iungendā cōpulit.Cæterum pace nupertime pacta P.Sēpronius Tuditanus procōsul Dyrrachiū,cum.XXX. rostratis nauibus,&.X.milib⁹ peditum,numerosoq; eqtatu applicuit,Ætolis opē laturus. Philippus cū exercitu Apolloniam venit,quo Romanus cū copiis processerat, ibi Rex quum sub primum accessum pugnę copiam fecisset,vbi hostem ad certamen elicere non potuit. (Erat enim Sempronius numero militū longe inferior) in Macedoniam concessit.Nec ita multo post per Epirotas de bello inter Romanos & Philippū soluendo cœptū est agi, neq; enim Philippus mediocriter de suis rebus cœperat esse sollicitus,postq̄ Punicis opibus vbiq; fractis, Romani in spē aptæ victoriæ venerāt.Nec ita multo post Romanus dux & Philippus in colloquiū venere,Sēproniusq; has pacis cōditiones Macedoni dixit,vt Parthini,Dimallū,Bargulū, & Eugenium Romanorum essent.In fœdere autem sunt a rege ascripti,Prusia Bithyniæ rex,Achæi,Bœotii, Thessali, Acarnanes,& Epirotę. A Romanis,Ilienses,Attalus,Pleuratus,Nabis Lacedæmoniorum Tyrannus,Elei,Messenii,Athenienses.His conscriptis & obsignatis in duos menses pactę sunt induciæ,dum legati ad sanciendam pacem Romam mitterentur,Sempronius compositis in Macedonia rebus in Italiam

Masinissæ mandata ad Scipionem.

Pleminii scelera, vitia.

Proserpinæ thesauri.

Exercit⁹ ro. pestilētia absumitur.

Mater deū accersitur.

Consules.

Scipioni Aphrica decernitur.

ad cõsulatum,quẽ absens adeptus fuerat,decessit:atq; in ꝓuinciarũ ordinatione Scipioni in annũ prorogatũ est imperium,cũ iis copiis & classe quã habebat, q̃q̃ Aphrica ꝓuincia occulte illi decreta, occultantibꝰ id de industria patribus,ne Pœnus id scire posset.Erat tñ ciuitas in eã expectationẽ

Prodigia.

erecta,vt eo ãno in Aphricã bellũ trãsferret.Multa interim ꝓdigia facta dicunt, duo soles visi,& nox interluxit.Fax stellę specie ab ortu ad occasum porrigi visa.Pluribꝰ locis sacra & ꝓphana sũt de cœlo tacta,pluit & lapidibus,q̃propter nouẽdiale est sacrũ de more idictũ.Et iã Taracinę lega

Scipio Nasica Ro.optimꝰ.

ti cũ Idęa matre esse dicebant,quũ Romæ Scipio Nasica Gn.Scipiõis filꝰ illꝰ q cũ fratre in Hispania periit,adolescẽs adhuc,senatꝰ iudicio,optimꝰ ciuiũ iudicatꝰ est,ac oĩm maxime dignꝰ,qui matrẽ deã acciperet.Sed qd ille ordo sit ꝑcipue in iuuene secutꝰ parũ tradit.Is cũ matronaꝝ coetu ire Hostiã est iussus,deãq; e naui acceptã matronis deferẽdã tradere.Postea vero q̃ nauis ad ostiũ Tyberini amnis accessit,Scipio ĩ salũ naui euectꝰ, simulacrũ a sacerdotibꝰ acceptũ ĩ terrã extulit.

Mirum in Claudia vestali.

Matronę primores ciuitatis exceperũt, int̃ q̃s Claudiæ Quintiæ insigne fuit nomen ad posteros. Huiꝰ quũ dubia priꝰ fuisset phama,clara est pudicitia eo ministerio facta.Alii authores sunt,nauim Tyberino vado hęrẽtẽ,qa circũfusa multitudo vario conatu remoliri nõ posset,cingulo vnã vestaliũ Claudiã secũ traxisse,sed hoꝝ fides sit apd̃ eos q talia tradidere. Dies ĩde illi sacer fuit,q Idus Aprilis ꝓxime ꝑcedit.Ipsa in æde victorię,q̃ in Capitolio fuit,locata est,quũ nullũ ad eã diẽ illi Romæ eẽt tẽplũ.Romanæ coloniæ,q̃ sexto añ ãno militẽ dare recusauerãt,hoc ãno duplicẽ militũ nũerũ dare sunt coactæ,decretũq; vt quotãnis singulę tria milia æris pp̃lo Ro.noĩe stipẽdii pẽderẽt.Tulit & aliũ decretũ senatꝰ,vt q in sũma ęrarii iopia pecuniã in mediũ cõtulissent,tribꝰ eã pẽsionibꝰ ex publico acciperẽt.Primã ꝑsentes cõsules nũerarẽt,reliq̃s duas,q tertio deinceps anno

Locrensium legatorum querelę.

ac quinto futuri cõsules essent.Eratq; tũ his curis occupata ciuitas quũ.X. Locrẽsiũ legati obsiti squallore & sordibꝰ,ramosq; oliuaꝝ Græcoꝝ ritu,manibꝰ habẽtes,ad cõsulũ cõspectũ,q forte ĩ comitio sedebãt,cũ flebili lamẽtatiõe humi ꝓcubuerũt.Quærẽtibꝰ consulibus,qui hoĩm essent, Locrenses se esse dixerũt,ea a Pleminio & Ro.militibus passos , q̃ ne Carthaginenses quidẽ pati Romanus populus velit,orare vt senatum adire liceret,fieretq; sibi potestas apud patres suas ærũnas deplorandi.Hi a cõsulibus in curiã introducti,vbi qd peterent dicere sunt iussi,tũ ex his maximꝰ

Oratio Locrẽsium ad senatum.

natu.Vellẽ ait patres cõscripti,qñ incertũ est quo aĩo sitis nostras hodie q̃relas audituri , primũ oĩm illud vobis cõstaret,quo mõ Locri Carthaginẽsibus ꝓditi fuerint, & rursus quo studio & cõsensu,pulso Hannibalis ꝑsidio , se vobis Locrenses restituerint, quũ defectionis culpa ꝓcul absit a publico cõsilio,& in vestrã deditionẽ reuersi simꝰ,nõ solum volũtate, sed nostra etiã opa & virtute,certo scio,si hæc vobis nota sint,multo magis indignemini vestros socios tam indignis & atrocibus contumeliis a Q.Pleminio legato vestro & eius militibus in ꝑsentia vexari. Caeterũ alienationis nostrę causam & reuersionis in aliud tp̃s differendã arbitror,quũ ob Scipionis absentiã, q oĩm a nobis recte ac ꝓperã factoꝝ optimus est testis,tũ q̇ qualescunq; in vos fuimus,multo atrociora patimur q̃ mereri potuerimus. Multa qdẽ fœda & indigna ab Hamilchare & Punico pręsidio passi sumus,sed illa cũ iis,q̃ nunc patimur,collata,multo minus atrocia ac pene mitia habenda sunt. Verũ enĩuero vos respiciatis necesse est ꝓditas res nostras P.conscripti,aut ne a diis quidẽ immortalibus qd̃ precemur aliud quicq̃ superest amplius.Q.Pleminius legatus q ad Locros a Poenis recipiendos missus est,quiq; nobis receptis,vt ꝑsidio esset,a Scipione fuit relictus,nostrarũ lachrymatum huiusq; afflicti & miserabilis status author est.Nihil in eo hoĩs est (dant animũ ad loquẽdum vltimę miseriæ) pręter figuram & speciem.Nihil Romani ciuis,ꝑter linguã,habitũ, & vestitum.Pestis & belua ĩmanis, qualẽ ꝓximum fretum olim nauigãtium ꝑniciẽ insedisse in fabulis ꝓditum est,q si libidinẽ & auaritiã solus ipse in socios exerceret,vnã ipsius etiã ꝓfundã & immensam voraginẽ,nostra tñ patientia expleremus.Nunc cẽturiões, militesq; vestros adeo fœda libidine & licentia corrupit,vt ꝓmiscue ferarũ more rapiãt,occidãt,laniẽt miseros socios,stuprant matronę,virgines & pueri ex parẽtum cõplexibus ad nefandos vsus extorquẽtur.Quotidie vrbs capitur,quotidie diripitur,exaudiuntur passim puerorum puellarumq; ploratus,a suorum conspectu abstracti,infanda patiuntur.Miretur qui sciat, quo modo aut nos ad ea patienda sufficiamus,aut illos qui faciunt,nondum tãtarum sacietas iniuriarum ceperit. Et quia neq; ego omnia exequi possum,nec vobis vacat singula audire,nulla,vt breuiter dicam,est Locris domus , nullus quidẽ homo,qui ad hunc diẽ sit iniuriatum expers,nullum libidinis aut auaritię genus est,qd̃ in eoꝝ quẽq̃ qui pati potuerunt,sit a Pleminio & aliis ꝑtermissum,oĩa q̃ vrbes bello captæ patiunt, passi sumus P.conscripti,& nunc maxime patimur,q̃cunq; crudelissimi tyrãni in eos quos metu & armis pressos habent,edere consueuerunt. Vnum est qd̃ nominatim dicã,& quod partim reli-

gione,partim vestra causa dicendũ existimaui, vt rẽp.vestrã religione, si ita videbit̃,soluatis. Vidim⁹ eñ quãta cerimonia,nõ solũ vestros colatis deos,sed externos etiã accipiatis.Est apd̃ nos phanũ Proserpinę multa religione insigne,de quo nimirũ aliqua ad vos phama puenerit: id olim Pyrrhus ex Sicilia reuersus,quũ Locris p̃teruehereť, ob singularẽ nostrã in vos fidẽ, hostiliter spoliauit.Postridie vero q̃ id sacrilegiũ fuerat a rege pp̃etratũ, classe fœda tẽpestate iactata,oẽs naues,q̃ sacrã pecuniã habebãt,nris sunt littorib⁹ impactę,qua clade rex territ⁹,cõgestã pecuniã in pristinos Deę thesauros reponi iussit.Nec illi postea qcq̃ p̃spere euenit. Multis aduersis casib⁹iactatus,postremo Argos ingressus infeliciter periit. Hæc & alia religionis documẽta,quũ Pleminius & milites q cũ eo sunt,a nobis sæpius audiuissent,haud sacrilegas ab eiusmodi thesauris man⁹ abstinuere,atq; nefãda p̃da se & domos suas cõtaminare ausi,qd̃ scelus priusq̃ fuerit expiatũ,expedit vobis vestręq; reipublicę p̃res cõscripti, nihil ĩ Italia,aut Aphrica gestũ iri,ne qd̃ illi piaculũ cõmiserũt,nõ tãtũ suo sanguine,sed publica etiã clade luant,q̃q̃ illi furiis sui sceleris agitati,nõ paruas deę pœnas ad hũc diẽ expẽderũt, sępius inter se media vrbe hostiliter p̃liari,vbi p̃ter multorũ cędẽ,Pleminius ipse sacrilegii author, a militibus naso & aurib⁹ trũcis pene iterfectus est,& Tribuni eiusdẽ furoris participes, ab eo post ea sunt crudeliter interfecti,corporaq; eo⁊ insepulta iacuerũt,habetq; has ab illis pœnas violatũ numẽ,nec prius desinet eos agitare,q̃ sublatã pecuniã in tẽplũ reposuerint. Sed nũc & sępe alias dea suã est sedẽ præsenti numine tutata,nostras iniurias vlcisci nõ potuit,nec possit alius q̃spiã volum⁹ q̃ vos.P.cõscripti,ad quorũ fidẽ supplices cõfugim⁹.Nã qd̃ ad nostra mala attinet,nihil ĩterest vtrũ sub Pleminii p̃sidio Locri posthac vestro iussu sint, an irato Hãnibali & Pœnis ad suppliciũ Po.Ro.iussu dedamur. Nec postulam⁹ vt nobis de absente aliqd̃ credat̃,veniat corã ipse,audiat diluat si potest,ac si quicq̃ sceleris,qd̃ hõ in hoĩem edere possit,nõ ad hũc diẽ ille in nos edidit,nõ recusam⁹,qn nos oĩa eadẽ si fieri possit, vt pati possim⁹ iterũ patiamur,ipseq; omĩ hũano & diuino scelere libereť.Quũ hęc legati questi essent,rogati sunt a Fabio Maximo.an eas q̃relas ad Scipionẽ detulisset.Rñsum est missos ad eũ legatos, sed eo p̃senti apparatu belli occupato,qp̃p̃ q aut iã in Aphricã trãsmisisset,aut certe nõ mul to post esset trãsmissurus,Romã quoq; sibi mittẽdũ duxisse.p̃sertim quum semel expti essent q̃tũ apud Scipionẽ Pleminii valeret gr̃a,q cognita seditionis causa, Tribunos illi vinctos velut ad suppliciũ tradidisset.Tũ Fabi⁹ legatis e curia abire iussis s̃niam dixit,vt Plemini⁹ vinctus Romã deportareť,atq; eo⁊ q̃ legari q̃tereñ cõuict⁹ in carcere necareť, eiusq; bona publicareñť.P.Scipio,q ad corrũpẽdã disciplinã militarẽ nat⁹ esset, ac regio more militũ licẽtiæ indulgeter,domũ reuocareť,agerẽtq; interim Tribuni plębis cũ pp̃lo de impio illi abrogãdo,& vt Locrẽses in curiã reuocati benigne appellareñť,docereñťq; ea q̃ facta eẽnt,neq; senatũ, neq; Po.Ro.p̃bare,iussuriq; oĩa publice & priuatim restitutũ iri, adiecit vt & milites q ibi essent deportareñť in Siciliã,quatuorq; latini noĩs cohortes Locros ad p̃sidiũ mittereñť. Assensum fuisset Fabio in his q̃ dixerat, etenim nõ parũ inuidiæ cõflatũ erat Scipioni sup̃ id crimen q; cũ pallio & crepidis diceba⁊ ociose Syracusis inãbulare,libellisq; & palęstrę dare operã,corrũpiq; eius desidia milites loci amœnitate,nisi Q.Metelli s̃nia ĩtercessisset, q̃ vt mitior ita ęqor visa est,vt.X.legati cũ duob⁹tribunis plębis & vno ędili,q q̃stionẽ sup̃ ea re haberet,in Siciliã mittereñť,ac tũ si ea q̃ facta diceban⁊ vera cõperissent,Scipionẽ p̃uincia decedere iuberẽt aut si in Aphricã trãsmisisset,duo tribuni plębis in p̃uinciã irẽt,eũq; duob⁹ legatis cũ exercitu relictis,Romã deportarẽt.Senatuscõsulto in hãc sentẽtiã facto,legati Locros p̃fecti,primũ oĩm cõgestã diligẽter pecuniã in sacrario reponẽdã curarũt,ac siqua nõ extitit ex publica adiecta est,vt rite sacrilegiũ expiareť.Milites inde Vrbani p̃toris edicto,q cũ legatis eo venerat iussi sunt sine armis vrbẽ egredi,p̃missũ est Locrẽsib⁹,vt oĩa sua q̃ in illo⁊ tabernaculis agnoscerẽt.p ociũ reciperẽt,inde potestas oib⁹ facta est Pleminii & Scipionis accusandi. Pleminio ante legato⁊ aduẽtũ Scipionis iussu iniectæ fuerãt catenę.Alii tradũt eũ ex fuga a Põponio p̃tore retractũ,atq; in vincula cõiectũ.Pleminiũ se accusaturos dixerũt Locrẽses, nullã a Scipione in se p̃fectã iniuriã,cur de eo conq̃ri possent,qn eũ esse Scipionẽ,quẽ amicũ habere malint q̃ inimicũ.Pleminius cũ triginta aliis sacrilegii & sceleris cõuict⁹,dãnatusq;,Romam ad suppliciũ est missus,vbi prius vita decessit.q̃ pp̃li sit iudicio dãnat⁹. Scipio vbi legati Syracusas iuere(neq;.n.ignar⁹erat ad qd venirẽt)postridie q̃ vrbẽ sunt ingressi oẽm exercitũ terrestrẽ maritimũq; illo⁊ oculis cognoscẽdũ subiecit,decursuq; militari,ac naurico cõflictu,velut cũ Pœnis res agereť,nõ solũ desidię calũniã diluit, sed vehemẽter a legatis collaudatus,

Proserpinæ templum.

Peroratio.

Fabii Maxi. sententia.

Senatuscõsultum de Scipione.

Vincit Pleminius.

Pleminii mors.

iussus est in Aphricā qđ dii bene verterēt,cōtinuo traiicere.Iret ac spei de eo semel praeceptę Po.Ro.cōpotem faceret,cōfessi aut eum ducē & exercitū,aut nullū aliū p̄senti bello finē impositurum:& ipsi Romā reuersi authores fuerunt,vt senatuscōsultum fieret,vti Scipio quoties vellet in Aphricā trāsmitteret.Sed dū hęc Romę & in Sicilia fiunt,Syphax Sophonisba Hastrubalis Gisconis filia in matrimoniū recepta,ictoq; cū Carthaginēsib⁹ foedere,ad Scipionē misit,qui eū hortarenť vt p̄cul Aphrica vellet cū Poenis vt antea bellare,nā si in Libyā traiiceret,fore,vt se nō hospitē aut sociū haberet,sed hostē,q p Aphrica in qua nat⁹ esset,& p cōiugis patria enixe esset dimicatur⁹.Scipio verit⁹ ne Syphacis alienatio occultādo magis vulgaretť,militūq; aīos frāgeret,legatis in cōcionē p̄ductis,se a Syphace rege cū exercitu ī Aphricā p legatos accersi vtiliter mētit⁹ est,p̄inde statuisse se,diis bñ iuuātibus,primo quoq; tēpore ex Sicilia p̄ficisci:pararēt itaq; se oēs,vt quū datū esset signū,nihil in mora esset.Legatis inde cōfestim dimissis Syphacē p lr̄as monuit,ne initā cū Po.Ro.temere violaret societatem,ne hospitalē fidē,ne deos cōuētoq; arbitros falleret.Ipse classem & copias Lilybęū traduxit.tāt⁹ nauiū fuit apparat⁹,vt Lilybętanus port⁹eas capere nō posset.Quātę fuerūt copię ad id bellū ductę varie p̄ditū scribit Liui⁹.Qui plurimū p̄didere qnq; & triginta milia peditū atq; eqtū posuerūt.Qui minimū decē milia peditū.Qui mediū secuti.XV.milia peditū,mille & qngentos eqtes.Scipio iussis militib⁹ silētiū nautis p̄stare,dexterū cornu tenuit cū L.Scipione,fratre & xx.rostratis nauib⁹.Lęuū.C.Lęlius agebat.p̄fectus classis onerarias in medio accepit.nulla vnq̄ Ro.classis maiore celebritate ex Sicilia in Libyā trāsmisit.Multi mortales ad eū apparatū visendū Lilybęū ex tota insula cōuenerāt.& iā oīa ad cursum parata erāt,quū Scipio ex summa naui deos p̄catus,vt eā p̄fectionē sibi Po.q; Ro.secūdarēt,cruda victimę exta,vt mos erat in subiectos fluct⁹ p̄iicit:inde cū tota classe p̄fect⁹,vētis a terra spirātib⁹,cōfestim in altū abiit ad p̄mōtoriū Pulchri copię expositę sunt.Secundā eā nauigationē Ro.fuisse,cęteri authores tradiderūt:Cęlius oīm vn⁹ nō sine tumultu & sęuitia maris appulsum author extitit.Classis primo ex alto,inde milites in agris cōspecti ingētē maritimis vrbib⁹ terrorē incusserūt,sed p̄cipuus metus Carthaginē caput belli,inuasit.Confestim,tanq̄ Scipio ad vrbē admouisset,ad arma cōclamatū,portęq; clausę sunt,vigilię & stationes in muris dispositę.Ro.imp̄ator postrī die q̄ in Aphricā appulit,vrbē Aphroq; satis opulētā cepit:vñ ad octo milia liberoq; capitum seruitiorūq; captorum in Siciliā misit.Masinissaq; principio gerēdarum rerum cum ducētis equitib⁹,nec amplius venit. Quidā cū duobus milib⁹ venisse authores fuerunt. Cæterū quia multis p id tēpus iactat⁹ fuerat casibus,regnoq; & fortunis spoliat⁹ multo ęquius credere est vt cū paruo equitatu venerit.Fuit Masinissa Galę filius,qui quum pro Carthaginensibus in Hispania militaret,patrem amisit,cui Desalces regno successit,is nō multo post moriens regnum Capusę filio adhuc Masinissa absente,p̄ manus tradidit,qui a Mezetillo,viro inter suos populares illustri,regięq; familię īfesto,armis vict⁹,cū multis occiditur,quo cōtigit vt oīs Massessuloq; gens in Mezetilli ditionē concesserit,abstinere tamē ille regio noīe.Verū fretus Carthaginēsiū amicitia,ex qua vrbe vxorē duxerat,fretus & Syphacis qui pro Carthaginēsibus stabat amicitia,in alieno regno obtinendo p̄seuerauit.Masinissa ex Hispania reuersus cū Numidarū ala,quę ad eum veniētē se contulerat,Lacumace Regulo,cui regnū deberi Mezetillus p̄dicabat,p̄rio accessu fugato,Tapsum vrbē cepit.Lacumax adhuc puer ad Syphacē,cū modica seruorum manu confugit,& Mezetillus cū suis copiis(habebat eñ ad quinq; & viginti milia hominū in armis)Masinissę veniā pollicēti facile cessit.Syphax Hastrubalis socceri impulsu bellū infert Masinissę,quē prelio victum,in Balbū montē cū paucis equitibus cōpulit.Massessuloq; quidā cū pecore & familia Masinissam secuti, locorū difficultatib⁹ freti,se & reliquū fortunarū cū rege aduersus Syphacis iniuriā tuebanť,in cuius ditionem cæteræ Massessulorum gens concesserat.ex his locis aliq̄diu Masinissa Carthaginēsem agrū latrociniis subitisq; excursionibus habuit infestū,donec Bocchar Syphacis præfectus, cū quatuor milibus ad eum debellandū missus,montibus delectum,cum.XL.equitibus fugientem, ad vrbem Clupeā circūuentū p̄pemodum oppressit,inde saucius medio tumultu cū quatuor eqtibus elapsus ad flumen peruenit,ibi p̄cipiti metu(hęrebat eñ vestigio hostis)vorticosum flumē ingressus,ægre cū duobus equitibus ad vlteriorem ripam pertendit,duo reliqui in hostiū conspectu aquarum impetu absorpti sunt,atq; ita ab hostib⁹ periisse creditus,in spelunca quadam plures dies latuit donec vulnus quo grauabatur hęrbis fit pene obductum.Tū vero iactationis patiēs factus,cū duob⁹ad paternū regnum repetendum,qđ vix ad posteros tam aug

Syphacis legati ad Scipionem

Copię Scipionis.

Scipionis ex Sicilia digressus.

Scipionis appulsus in Aphricā.

Masinissa.

Lacumax.

Bocchar.

Quibus casibus iactať Masinissa.

dax facinꝰ inueniat fidē,porro ire cōstituit.Iuncti sunt primo illi aliquot eqtes,inde vbi,ꝑter spem oīm,viuere dictus est,simulac in conspectū venit, ad sex milia hoīm & quatuor eqtū ad eū cōfluxere,qbus nō solū regnū recuperauit,sed Syphacis & sociorū fines multa noīs celebritate vexare est adortꝰ,castris iter Cyrthā & Hipponē loco edito,munitis.Quo Syphax cū filio Vermina ꝓfectus,eū magis arte ꝙ viribꝰ victū,iterū exercitu & regno spoliat. Ille cū modico eqtatu elapsus,ad minorē Syrtim cōfugit,quo se vsq; ad Romanę classis appulsum tenuit.Tū vero cū iis eqtibꝰ, quos forte circa se habuit, ad Scipionē,vt dixi,venit,a quo benigne est acceptus.Carthaginēses sub primū Romanę classis appulsum, Hānonē Hamilcharis filiū cū valido eqtatu Scipioni obiiciūt:Hastrubalēq; & Syphacē tumultuose accersunt.Hāno cū quatuor milibꝰ eqtū Salerā vrbē.XV.milia passuū a Ro.castris occupat.Scipio circa Vticam adhuc erat,q audito Hānonis accessu,Masinissam cū paucis eqtibꝰ ꝑmittit,q portis obequitādo hostē ad pugnā eliceret,ipse post altiores tumulos,cū cętero eqtatu cōsedit.Pœnus temere effusus,dū hostibꝰ sponte cedētibus cupidius instat,in medias incidit īsidias.Cęsus est Hāno cū mille eqtibus,cęteri metu disiecti passim,aut cæsi,aut capti sunt, & in his. CC.nobiles Carthaginēses.Scipio Salera ab eodē metu capta,ꝓsidioq; firmata, septē dies late ꝑ hosticum euagatꝰ,oppidis & vicis qbusdā occupatis, mortaliū iuxta ac pecorū numerū ingentē ad naues abduxit,ꝙ eo die quo fuerat ad Salerā ꝓspere pugnatū,ex Sicilia cōmeatū attulerant,eas recenti ꝑda honustas in Siciliā remisit.inde Vticā terra mariq; est oppugnare adortꝰ,vt eam captā belli sedē in Aphrica haberet. Nec Hastrubal multo post cū triginta milibus peditū & tribꝰ eqtū affuit,Secutꝰ est e uestigio Syphax cū.L.milibꝰ peditū,& decē equitū, motisq; confestim signis haud ꝓcul Vtica bina fecerunt castra.Scipio quadraginta diebꝰ ad Vticam frustra cōsumptis,sub hostium accessum,locum circa mare (exierat iam æstas)ad hibernādum idoneū cepit.In Italia ꝑ id tēpus P. Sēpronius cōsul in Crotoniēsi agro, tumultuario ꝓlio cū Hānibale cōflixit,milleq; &.CC.militibꝰ amissis,trepide ī castra se & suos recepit,nec ita multis interiectis diebꝰ,iūctis cū P.Licinio copiis,ex composito iterū cū Pœno dimicauit,quo pręlio primigenię fortunę vouit tēplū.fuitq; prospera Romanis pugna. Cęsa ex hostibꝰ quatuor armatorum milia,paulominus ꝙ.CCC. capti,signa militaria. XL.Pœno adempta. qua clade territꝰ Hānibal Crotonē exercitū reduxit.Eodē anno M. Liuius & Claudiꝰ Nero cēsores Magnę matris ædē faciēdā in palatio locauerūt.Vectigal etiā nouum ex Salaria annona cōstitutum,id oneris Liuio plæbs retulit acceptū,q ob veterem damnationē Romanis tribubꝰ adhuc iratus haberetur,eaq; res illi Salinatoris cognomē dedit.Secutū inde fœdū iter cēsores ipsos certamē,ita vt in cēsu agēdo vterq; alterius equū vēdi iusserit. Adiecit Liuiꝰ aliā maiorē notā,ꝙ omnes Romanas tribus,præter Metiā,quę nec dānasset,nec dānatū cōsulē,aut censorem fecisset,cæteras ad quatuor & triginta ęrarias reliquit,& quia se insontem damnatum voluissent,& postꝙ damnassent,consulē primo,mox censorem creassent.Hucusq; censorum odia ꝓcesserāt,quum Gn.Bębius Tri.plæ.vtrinq; diem ad populum dixit,sed consensu patrum amborū simultas est oppressa,ne nouo exēplo censura populari aurę in posterum fieret obnoxia. Creati inde consules Gn.Seruilius Cœpio,& Gn.Seruilius Geminꝰ. Quadrigę aureę hoc anno,q sextusdecimus fuit secundi belli punici,in Capitolio sunt ab ædilibꝰ positæ.In ꝓuinciarū ordinatiōe imperiū est Scipioni in Aphrica prorogatū,quoad in ea esset terra debellatum. Facta hoc quoq; anno sunt ꝓdigia quędā ac rite procurata.Corui non lacerasse solum rostris aurum in Capitolio,sed comedisse etiā dicebātur,& mures Antii coronā aureā arrosere. Locustarum vis ingēs Cāpanum agrum insederat,nec qua mundi parte ꝓfectę essent satis cōstabat.Reate equuleus cū qnq; pedibus natus. Anagniæ sparsi primū ignes in cælum, inde fax ingēs arsit.Frusinone arcus tenui linea est solē amplexus,inde orbē ipsius sideris sua magnitudine contractū inclusit circulo.Arpini terra cāpestri agro in ingentē sinum cōsedit. Et his vt dixi,de more expiatis,tota ciuitas in Aphricū bellū versa erat,studioq; cōmeatus & vestes ad exercitum conuehebant.Scipio haud ꝓcul Vtica castra habebat,tēdebātq; hostes propemodum in conspectu,eratq; nonnihil hyeme cum Syphace actum,vt Romanā societatē respiceret.Cæterū nisi rex Carthaginēses secū in fœdus traheret,nullo modo erat bellum soluturus.Sed dū legati citro vltroq; in castra eūt redeuntq;,calonum habitu missi sunt qdā a Scipione,q hostiū castra specularent.quæ vbi plurimum arundine & storia cōstare exploratum habuit,ad ea noctu incendenda Ro.imperator animum adiecit. Inde vt ab eo qđ parabatur hostiū aīos auerteret,tumulū occupat circa Vticam,quē superiore anno tenuerat,velut iterū

Recipit regnū Masinissa.

Hāno ꝓfligatur.

Scipio Vticam oppugnat.

Ro. cædes.

Pœnorum cædes.

Salinatoris cognomen.

Censorum contentio.

Consules.

Prodigia.

Scipionis cōsilium in opprimendo hoste.

vrbē oppūgnatur⁹,inde sub noctē prȩsidio circa tumulū relicto,ne eruptio fieret in castra ab oppidanis.ipse cum robore copiarū ad hostē silētio pfectus, circa mediā noctē pximus illi cō stitit.Hic Scipio parte copiarū Lȩlio & Masinissȩ tradita, vt eodē tpe Syphacis castra inuaderent,ipse ad Hastrubalē cū cȩtero exercitu ire pgit,non prius quippiā moturus, q̄ Numidarū tabernacula pcul vidisset incēsa. Obiuerūt nauiter illi iniunctū munus. Ignis pluribus locis iniectus subitū hostibus pauorē iniecit,additus inde terror,multiq̧,velut ad fortuitū incendiū accurrētes,primo oppressi sunt,inde cȩdes circa portas ac totis castris edita,& ex alteris castris quȩ pxima erāt,cōspectus ignis inermē multitudinē ad opē ferēdā temere exciuit.Hos qui cū Scipione erāt silētio exceptos ad vnū obtrūcāt,castra inde aggressi,vt in nocturno tumultu,stationibus deserta subito occupāt,igniq̧ in prima tecta iniecto,primo paucis locis relurit flāma,mox aliis in ignē abeuntibus,fœdū incendiū oīa corripuit.Ambusti hoīes iumentaq̧.Fuga & strages ingens cōtinuo edita,ac multo plures in ipso portarū exitu sunt ab hostibus oppressi.Multi mortales alii alio casu ea sunt nocte in vtrisq̧ castris absumpti: ad.xl. milia hoīm,aut cȩsa,aut ignib⁹ cōsumpta tradunt,sex milia capta,signa militaria.cxxviii.eq̄ Numidici duo milia.dcc.& ampli⁹.magna vis armorū capta,ea oīa impator victor Vulcano sacra incēdit.Hastrubal primo Vticā,mox veritus ne hostibus cū vrbe dederet,Carthaginē abiit.Syphax octo miliū ferme spatio ab hoste,loco satis munito,cū iis q̄ nocturna clade secū euaserāt,cōsedit.Liui⁹ad viginti milia peditū fuisse significare videtur &.D.eqtes,semiermē turbā atq̧ incēdio afflatā.Carthagini ad eā cladē nō min⁹trepidatū est,q̄ si hostis ad muros castra admouisset.Senat⁹a suffecibus(erāt hi apud Carthaginēses,q & Romȩ cōsules)in curiā accersitus,triplicē dixit sententiā.Vna pacē qbuscūq̧ cōditionibus petendā suadebat. Altera Hānibalē ex Italia reuocabat.Tertia cēsebat reparādū esse bellū, ac Romanoꝝ exēplo in aduersis pdurandū.Hęcq̧ Barchinȩ factionis hoībus adnitētibus tenuit.Nouus delectus est habit⁹,paucisq̧ dieb⁹ Hastrubal & Syphax cū triginta milib⁹armatoꝝ iterū in aperto metati sunt.Scipio etsi ad Vticā oppugnādā oēs vires intēderat,vbi noua hostiū castra in magnis cāpis esse exploratū habuit,parte copiarū ad obsidionē relicta,ipse cū robore exercit⁹ ad locū pficiscit,quatriduoq̧ postq̄ in cōspectum venit in aciem vtrinq̧ est descēsum. Primo cōflictu Numidȩ & Carthaginēses sunt ab vtroq̧ cornu pulsi,in medio quatuor milia Celtiberorum q p eos dies mercede conducti in castra venerāt,aliqd negocii vincentib⁹ fecere,desperata venia,quoad sint ad vnū cȩsi,victoriā ex confesso partā remorati sunt. Ea cȩdes Syphaci & Hastrubali satis spatii dedit ad fugā.Postridie q̄ pugnatū erat Scipio Masinissam & Lȩliū cū Romano Numidicoq̧ eqtatu ad ipsos duces psequēdos dimisit,ipse interim multas Aphricȩ vrbes subegit.Carthaginenses recentiore clade cōsternati,confestim in Italiā mittunt,qui Hānibalem & Magonem ad opem patriæ ferendā in Aphricā euocarent, simul quicquid nauiū domi erat instruunt,vt Romanā classem Vticȩ hȩrentem,subito accessu opprimerent.Scipio interim Tuneta locū & natura & opere munitū.XII.milia passuū a Carthagine,vn̄ ad ipsam vrbē patebat aspectus,occupat.Hinc punicā classem ad Vticam tendentē intuitus,confestim signa tolli iubet,ne suȩ naues improuiso hostiū accessu opprimerent.Hic quātum in re subita prouideri potuit,quaterno onerariarū ordine classem prȩmuniuit.Stabāt prȩsidiariȩ ita inter se nexȩ,vt speculatoriis nauib⁹ spatia relinquerēt ad impetū in hostē faciendū,& ad vim,quū opus esset,declinādam habilem darent receptū.Quȩ in fronte cōstitutȩ sunt antennis tenaci nexu alligatis sublimē pontē habuere,vn̄ vis telorū ingēs in hostē cōiecta est.Magnū ibi fuit certamē,ad postremū pōtibus vi solutis.sex onerariȩ sunt ab hostib⁹in altum abductȩ.Id maius Pœnis fuit,q̄ p re gaudiū,q̧ in tot cladib⁹ res ea parte prospere cessisset. Sed dū hȩc circa Vticā gerunt,Lȩlius & Masinissa quintodecimo die in Numidiā venerāt,ibi Massuli, Syphacis prȩfecto subita defectione eiecto,regē suum ingenti lȩtitia excipiunt.Nec Syphax interea quieuit,q exercitu breui reparato quātum ad eam diem nullum habuerat, hostibus ob uiā prodiit,ibi primū leuis armaturȩ prȩlium fuit,mox equestre certamē secutum.Sed posteaq̄ Romanarū legionū signa illata sunt,recentiū cladiū admonitu perculsi hostes fugā capere sunt.Syphax dū suos increpat,pugnāq̧ instaurare conatur, equo ad terram deiecto capitur, captus ad Lȩlium pducit.cȩdes minor q̄ victoria fuit.Cȩsa ad quinq̧ milia hoīm. Duo milia & quingenti capti.Masinissa cū leui equitatu Cyrtham vrbem regiam petiit,sequitur Lȩlius cū robore militū.Cyrthenses Syphacē captum intuiti,quem hostis vinctum in conspectu dedit,terrore pculsi portas patefaciunt: ibi Masinissa ad regiam occupandam cursu prouectus

Marginal notes: Incendium castrorum. — Suffeces. — Recens Pœnorum clades. — Scipio Tuneta occupat. — Syphax capitur. — Cyrtha capitur.

Sophonisbam Syphacis coniugē in vestibuli aditu obuiā habuit.Hęc Masinissam armis & cę
tero habitu insignē intuita,regē eū esse rata,ad eius pedes procubuit.Dii tibi inqt dederunt,
tuaq; virtus Masinissa,vt oīa demū quę velles in nos posses,sed si captiuę apud te victorē,vi-
tęq; & necis dominū,vllā licet vocē emittere,si genua victricēq; dexterā attingere,te p̄cor &
obtestor,p regiā maiestatē,in qua nos paulo ante fuimus.p deos huius regię,q te melioribus
opto ominibus accipiāt,q̄ hinc Syphacē miserūt,vnū hoc abs te ipetrari finas,vt ipse de hoc
capite qdcūq; libet statuas,nec me in supbissimū Romanoꝝ arbitriū venire patiaris.Etsi uero
si nunq̄ Syphacis vxor fuissem,mallē tamē Numidę viri,& in Aphrica geniti,q̄ alienigenę fi
dē experiri.Quid Carthaginēsi,qd Hastrubalis filię ab Ro.hoste sit timendū vides,Q; si nul-
la alia re potes,vt me ab infestissimi hostis arbitrio morte vindices oro & obtestor.Erat So-
phonisba insigni forma & ętate florēti,quo accidit,vt decoris lachrymis,dextera q; sępius pe
tita,ne hostib⁹ traderet,quū iā ppe esset,vt blādiri potius q̄ precari videret,feruidus iuuenis
animus,vt Numidarū sunt ingenia prona in venerē,ex misericordia facile est in amorē pla-
psus:dat ergo illi fidē in ea q̄ petebant,qd vt facilius p̄staret,temerariū ab amore cōsiliū mu-
tuatus,nuptias in eū ipsum diē iubet parari,ne qd Lęlio aut Scipioni de ea integrū relinqre-
tur.Peractis nuptiis supuenit Lęlius,qui tantū abfuit,vt Masinissę factū pbarit,vt parū defue
rit,quin Sophonisbā geniali lecto detractā ad Scipionē miserit.Cęterū flexus Masinissę p̄cib⁹,
satis in p̄sentia habuit Syphacē mittere,quē vbi in castra adduci nunciatū est,oīs multitudo
ad eū videndū sese effudit:mirari oēs in eodē maiestatē nominis,fortunęq; volubilitatē.Cęte
rū mouit quū alios fortuna regis,tū Scipionē ipsum,cuius animū vbi hostē ante suum tribu
nal pstratū vidit,veteris hospitii,dextręq; olim datę & acceptę subiit recordatio.Rex igitur
rogatus qd secutus Carthaginēsium amicitiā Romanę prætulisset? Tū ille peccaui inqt atq;
prorsus insaniui,quū aduersus Po.Ro.arma indui.sed tum ille mei furoris exit⁹ fuit nō prin
cipium,tū furialis inquit pestis domū meā inuasit,quū Sophonisbā mihi matrimonio deuin-
xi,illarū nuptiarū facibus domus mea Scipio cōflagrauit,illa oībus delinimētis animū recen
ti amore captū a Romana societate alienauit,nec prius egregia coniunx ab incœpto destitit,q̄
funesta mihi arma induit:verū in hac calamitate & fortuna vnū dūtaxat solatiū inuenio,q;
inimico capiti eā matrimonio coniunctā audio,satis scio fore,vt nō multo post illius impul-
su,Masinissa nō magis feliciter q̄ ego nup Ro.noīs fiat hostis.Iniecit tā audax Masinissæ faci-
nus Scipioni nō paruā sollicitudinē,nec tuto,nec pbabili exemplo id factū arbitrari,q; eo die
quo primū reginā vidisset,sibi eā matrimonio iungere esset ausus,& apud ipsos hostium pe-
nates nuptiale sacrū celebrare.Hæc illi aīo voluenti,Masinissa & Lęlius superuenerūt,quibus
hilari fronte acceptis p concioneq; laudatis.Masinissam in secretū abductum,& leniter casti
gatū admonuit,parū cōsiderate fecisse,q; Carthaginēsem fœminam Barchini sanguinis im-
peratoris hostium filiam,iure belli captam,sibi matrimonio iunxisset.Populi Ro.non suū esse
cōstituere,quid de ea fieri placeat.Videat igitur ne voluptas vna multa bona corrumperet.
Masinissa nō rubore tantū suffusus,sed lachrymis etiā obortis se in Scipionis potestate futu-
rū respondit,inde cōfusus aīo,vbi se in suū tabernaculū recepit,cū gemitu,vt a multis audi-
retur,ministrū cū veneni poculo ad Sophonisbā misit,iussitq; nūciari Masinissam præstare il
li fidem,quā possit,quando quā velit nequeat.Ipsa patrię memor familię,Hastrubalis patris,
duorumq; regū,quorum coniūx fuisset,sibi cōsuleret.Accipio inquit illa nuptiale mun⁹,neq;
ingratum,si nihil maius vir vxori p̄stare potuit.Sed melius moritura fui,si non nupsissem in
funere.Ac tantū locuta poculū intrepide hausit.Postq̄ Sophonisbę interitus Scipioni nūcia-
tus est,pro magno habuit negocio ęgrū Masinissę animū,familiariter castigatū,q; magnū er-
ratū aliquanto maiore correxisset,& re & verbis confirmare.Postridie ad se accitum,p cōcio
ne regem appellauit,appellatum aurea corona donauit,patera aurea,curuli sella,& Scipione
eburneo,toga picta,& tunica palmata,triūphalib⁹ scilicet ornamētis,quo honore nullus tum
maior fuit apud Romanos.Donat⁹ est & Lęli⁹ aurea corona,quē Scipio nō multo post,cū Sy
phace & aliis nobilib⁹captiuis,pulcherrimę victorię nūciū Romā misit.Ipse iterū ad Tunetē
castra retulit.Carthaginēses tot cladib⁹ aliis sup alias fracti,ex triginta seniorib⁹ (id sancti⁹
fuit apud illos consiliū)legatos ad Scipionē mittūt,de pace acturos.Hi vbi in castra venerāt
ad ipsius imperatoris cōspectū pcūbētes,omi belli causa in Hānibalē & paucos Barchinæ fa
ctionis viros reiecta,vt Carthagini parceret suppliciter p̄cati sunt.Etsi victoria inqt Scipio
in manib⁹ est,vt oēs tamē gētes intelligāt,Romanum Po.iuste bella suscipere,susceptaq; iusti

Sophonisbę preces.

Masinissa Sophonisbā sibi iungit.

Scipionis castigatio ad Masinissam.

Sophonisbę interit⁹.

Regalia insignia.

Cōditiōes pacis.

us finire,pacē his cōditionibus habebitis,vt Gallia & Italia vestri decedāt exercit⁹,nihil vobis rei in Hispania sit,nihil in iis insulis,q̄ medię sunt inter Italiā & Aphricā, oēs naues longas pter.XX.dabitis,qngenta tritici modiorū milia,trecēta hordei,captiuos & pfugas restituatis.Quātum pecunię imperauerit Scipio parū constat, quinq̨ milia talentoꝝ quidam posuere.Alii quinq̨ milia pondo argenti. Nōnulli duplex stipendium. Irēt ad suos atq̨ intra tridum redirent,si pacē his cōditionibus vellent.Carthaginēses dubiū studio pacis, an vt reges a bello esset in aduentum vsq̨ Hānibalis,pacē haud abnuerūt, missiq̨ Romā legati cum aliquot pfugarum,in speciē optatæ pacis.Romę interea cognitis,quę in Aphrica gesta erāt quatriduum circa omnia tēpla est supplicatum,& Masinissę legati,qui cum Lęlio Romā iuerāt in senatū introducti,benigne auditi sunt.Laudatus Scipio q eū regē appellasset, muneraq̨ publica ipsi regi decreta,eqstria arma,tabernaculū, & militaris supellex ,qualis cōsulib⁹ parari solet.Legatis quina milia ęris,comitib⁹ mille data,vestimēta adhęc his singula. Bina legatis & lautia decreta.Syphax Albā in custodiam missus.Per id tēpus Quintilius Varrus prætor & M.Cornelius pconsul in Insubribus Magonē Barchinū & Gallos ingēti ꝑlio vincūt.Sex milia hostiū in acie cæsa,& Mago dux grauiter vulnerat⁹. Nec Romanis gratuita victoria fuit, duob⁹ milibus & amplius in pugna amissis. Mago haud multo post Carthaginē reuocatus, copiis in naues impositis,in altū delatus,quū Sardiniā ptereueheretur,aut certe vix cursu superata ex vulnere qd in ꝑlio acceperat,morit̄.In Brutiis,G.Seruilius consul Consentiā Vffugum,Vergas,Besidias,Hetriculum,Sypheum,Argentanum,Dampetiam voluntaria deditione recepit.Traditur etsi obscura phama,eū in Crotonensi agro cū Hannibale congressum ad quinq̨ milia hostiū cecidisse.Nec multo post Hānibal & ipse auxiliū patrię ferre iussus, frendens fremensq̨,ac vix lachrymis tēperans,dicit̄ legatorū verba audiuisse.Iā nihil pplexe inqt sed palā reuocant,qui vetando supplementū & pecuniā ad Hānibalē mitti semp retraxerūt. Vicit ergo Hannibalē nō Po.Ro.toties cæsus fugatusq̨,sed Carthaginēsis senatus obtrectatione & inuidia.Neq̨ Scipio tantū deformitate mei reditus exultabit quātum Hanno,q,quādo alia via non potuit,domum nostram Carthaginis ruina oppressit.Inde inutili multitudine pręsidii specie in vrbib⁹relicta,cæsisq̨ in Lacinię Iunonis tēplo,quo se velut in asylū receperant,omnibus Italici generis in Aphricam ire recusantibus,cętero exercitu in naues imposito,quas in hunc vsum iā antea parauerat,velut diuinaret ita futurū, vt Italia excedere cogeret,nō minus tristis,q̄ si Carthagine exul abiisset,in Aphricā trāsmisit,se ipsum identidē accusans,q Cannensi victoria vti nesciuisset.Romę duplex lętitia deinceps fuit,vno fere tempore Magonis morte nunciata,& Hānibalis discessu.Erant qui Hannibalē retētum maluissent, ne Aphricanā victoriam suo reditu impediret.Quinq̨ dies circa omnia tēpla supplicatum,& maiores victimę aris adhibitę.Per eos dies Carthaginēsium legati,q Romā missi fuerant,vrbem ingredi prohibiti,in villa publica hospitiū,& ad Bellonę templum illis senatus dat⁹.Ibi ob ea quę petebant̄ facile apparuit Carthaginēses fraude agere,quū oīa incerta attulissent.Sine responso igitur in Aphricā sunt dimissi.Seruilius consul Hannibalē Italia excedentem in Siciliam vsq̨ cum exercitu secutus in Aphricam traiicere parabat,vt finiti belli laudem vn⁹ ferret. Cæterū ea res indigna patribus & populo visa, quapropter dictator ad hoc ipsum est Romę creatus,q eū ex Sicilia reuocauit,quibus diebus.CC.&.XXX.naues qbus Gn.Octaui⁹ cum cōmeatu in Aphricā ex Lilybęo transmittebat,tēpestate disiectę.Quęcūq̨ earū ad Ægimurum insulam,quæ ab alto claudit sinum Carthaginis, aut ad Calidas aquas in conspectu vrbis compulsę sunt,q̄q̄ inducię adhuc tenerent,a Carthaginensibus sunt tamen interceptę. Misit Scipio Carthaginem legatos,qui violatas inducias quererentur.Parum affuit,quin ii q missi sunt,multitudinis incursu sint discerpti,nauiq̨ retro ad Scipionē missi Pœnoꝝ fraude excepti,medio mari oppressi essent,nisi naui qua vehebant̄ littorib⁹impacta,pedib⁹ad Scipionē ęgre abiissent,quorū perfidiā tantū abfuit,vt Ro.impator imitari sustinuerit,vt Carthaginēsiū legatos,q in castra cū Lęlio nō multo post sunt ex Italia reuersi,incolumes domū dimiserit.Hānibal vbi Aphricā in cōspectū habuit gubernatorē sciscitatus,Ecquæ terræ ora oculis occurrisset?Sepulcrū dirutū respōdit,quā vocē ille auersat⁹,Leptim cursum detorsit.Exiit interim sextusdecimus secūdi Punici belli annus.Secuti cōsules M.Seruilius Geminus & T. Claudius Nero,qbus pmissum a patribus vt inter se Aphricā sortirent̄. Populus tamen Scipionis eam esse prouinciam malebat.Legati sub id tempus ex Gręcia a sociis Romā venerūt, querentes suos agros a regiis Macedonū præsidiis vastari, missi proinde sunt ad Philippum

Syphax Albā relegat̄.

Mago moritur.

Hānibalis querela.

Carth.legati infecta re dimittunt̄.

Carth.perfidia.

Omen Hannibali oblatum.

legati qui res repeterent,nunciarētq; fœdus violatū videri,q̄ socii Po.Ro.media pace hostili ter peterent.Fuit idē annus vrbico incēdio insignis, quo Cliuus publicus est ad solū vsq; exustus,& Q.Fabius Maximus vir iā grādis natu,quippe q.XL,ānos augur fuerat,morit, vel ea laude clarissimus,q̄ totius Italię cōsensu graminea est corona donatus.Et iā Scipio & Hānibal oīm gētiū aīos in expectationē erexerāt duces ad supremū bellū cōparati,veneratq; Adrumētū Pœnus cū exercitu,vbi qūū aliquot dies copias refecisset,ad Zamā ꝓfectus est. Trepide interim nunciabat oīa circa Carthaginē Romanis armis obtineri. Scipio hostiū exploratores in Romanis castrisdeprehensos tribunis tradidit p tota castra deducēdos,vt p ociū oīa explorarent,inde incolumes ad Hānibalē dimisit, quo facile apparuit q̄ parū Scipio Hānibalis accessu moueret.Perculit ea Romani ducis fiducia,Pœnū hostē, ac ratus oīa ęqora ipetrari posse,si integer pacē a Scipione peteret,cū eo in colloquiū venit.dubiū,sua spōte an publico cōsilio.Valerius Antias ꝓdidit victū a Scipione Hānibalē,cęsaq; ex Pœnis ad.XII.milia prius q̄ mētio vlla soluēdi belli fit a Pœno illata.ex cōposito duces castra ꝓtulerūt, vt ex ꝓpinquo coire possent.Roman9 ad Nagadarā loco opportunissimo cōsedit.Hānibal inde tumulū ad quatuor milia passuū cepit.Medio deinceps spatio summotis vtrinq; acieb9,cū singulis interpretibus cōgressi sunt,ibi vterq; alteri9 admiratione attoniti, mutuo se aspectu intuētes, sine voce aliq̄diu cōstiterūt.Tū Hānibal post mutuā salutationē,multa de varietate fortunę locut9,q̄ ipse qui prior bellū intulisset,sępius victoriā habuisset in manibus, postremo inermis ad petēdā pacē ꝓcessisset,inde clades execut9,quas Pœni Romaniq; ad id tēpus bellādo ꝓpessi essent, cū qb9 lōge melius actū esset,si ab initio tā hi q̄ illi,suo fuissent contenti,ad pacē inter vtrūq; populū iungēdā hortat9 est,testat9 se humanarū rerū mobilitate edoctū,libētius rōnē secututū,q̄ mobilē fortunę aurā:qđ vt Scipio faceret,Carthaginēsiū fortuna documēto esset, q paucis annis Italia ꝓpemodū domita,Romā oppugnassent,tū demū oīb9 mutatis ꝓ patria dimicare cogerent.Sūma ej9 orationis fuit,vt prius q̄ in pugnā descēderēt,iridē secū cogitarēt, cum quo exercitu & duce sibi res futura esset,vim fortunę mortēq; cōmunē vtrisq; esse,videret ne momēto vni9 horæ multa simul parta decora euerteret, qđ vt caueret Attilii Reguli infelix exit9 magnū ꝓberet exēplū,q quo alti9 vincēdo ascēderat,dū suę felicitati modū nō imponeret.fœdius corruisset.His Pœnus aliisq; plurib9 verbis Scipionē in sententiā trahere est conatus.Tū ille,si Carthaginēses inqt Hānibal,iis stetissent cōditionib9,quas illis nuꝑ dixim9,pax haud dubie secuta esset.Verū ob tuū reditū feroces facti pacē, quā suppliciter petierāt, nfis nauib9 prius interceptis,mox iure gentiū in legatis violato irritā habuerūt.Armis itaq; potius decernendū arbitror,q̄ vllā pacis mentionē inferendā,quę tuorū ꝑfidia nūq̄ aut fida,aut diuturna esse poterit.Eā sortē habendā,quā dii vtriq; ꝑplo dabūt.Qđ ad fortunę mutationē attinet,satis sum inqt humanę infirmitatis memor,& vim fortunę mecū cōsidero, & simul illud reputo,Populū Roma.pia arma induisse: quapropter spero eūdē eū exitū, quē dii priori bello punico dederūt,eundē huic ob fœdus a vobis semel atq; iterū violatū esse daturos.Ita infecta pace quū duces ipsi ad suos rediissent,armis decernendū ꝓnūciāt,arma expedirēt milites,vnā postremo pugnā decreturā,Romani an Carthaginēses iura sint gētibus daturi, nec Aphricā aut Italiā,sed orbē terrarū victorib9 pręmiū proponi,par etiā periculū victis, quum Romanis,si victi essent,nullū pateret effugiū,si Pœni,Carthago supremū casura esset.Multū ac varie vterq; dux suos hortatus,Scipio in pugnā ꝓgressus, ita aciē instruxit , vt in fronte hastati manerēt,inde principes,Triariis postremū aciē tuēdā assignauit.Lęlius sinistrum cornu tenuit cū Italico eqtatu,dexterū Masinissa & Numidę,relictis inter manipulos spatiis,qb9 via beluis irruētib9 pateret,dato signo,vt eas inter ordines receptas, dextra lęuaq; pilis cōfigerent,Hānibal octoginta elephātos in fronte statuit, quantū numerū in nulla vnq̄ acie Pœni habuerāt.inde auxilia Ligurū Gallorū Balearib9 & Mauris admixta.Carthaginēses & Aphri cū Macedonū legione,in secūda acie cōstiterūt.Postremo in subsidiis Itali locati.Dexterū latus Carthaginēsium equitat9 clausit,Lęuū Numidę. Diligēs inde ducū adhortatio fuit ad milites in procinctu stantes.Nec longior deinceps mora intercessit, Tubis a Romano canētib9,tātus clamor est exort9,vt elephāti magna ex parte exterriti in lęuum Pœnorū cornu ꝓcipites abierint,qua parte Numidas,beluarū strage territos,Masinissa ferociter adort9 facile turbauit.Pars elephātorū, quę in aduersam Romanorū aciē inciderat, modico certamine in dexterū Pœnorū cornu auersa,terrorē suis attulit,auxitq; Lęlius,q & ipse cum Italico eqtatu ea quoq; parte hostium aciē pręsidio nudauit. Inde pedestris fuit pugna, extemploq; Roma-

Fabii Maximi īteritus

Scipionis fiducia.

Scipionis & Hā. cōgressus.

Respōsum Scipiōis ad Hannibalē

Oratio ducum.

Romana acies.

Punica acies.

Prelium.

na acies duplici successu ferocior facta hostē loco submouit,actiq; sunt primi ad secūdā aciē, ibi quū Carthaginēses & Aphri nō modo nō sustinerent imperū,sed titubare etiā cœpissent, factum est,vt auxiliares suorū pauore pculsi,in secundā aciē refugerint,itaq; ab hoste in suos versa,quā nō reciperent,plurimos obtrūcāt.Ibi Carthaginēses,velut duplici ꝑlio grauati,multi a suis,plures aduerso hostiū ferro in medio cędunt,eratq; interim tāta hostiū pturbatio,vt ne Romani quidē quū oīa cęde cōplebāt,satis ordines seruarēt:qua re Scipio aīaduersa(nam & principū signa fluctuare cœperāt)Hastatis in mediū receptis, hinc principib⁹ inde triariis firmat latera. Tū velut noua acie ꝑliū instauratū.Romanusq; ob hostilē equitatū vtrinq; pulsum ferocior factus,totoq; militū robore,qđ in subsidiis erat cōnixus,vix p se erat hostib⁹ tolerabilis,quū Lęlius & Masinissa,q lęua dextraq; pulsum equitē fuerāt aliq̄diu insecuti,in pugnā reuersi, alacriq; clamore a laterib⁹ incursantes,hostē in fugā auertūt. Tū vero disiecta est acies,Pœnusq; totis cāpis ab eqtib⁹ q oīa obtinebāt,cęsus. XX. milia hoīm sunt eo die ex Carthaginēsibus interfecta,ac pene totidē capta,cū centū viginti trib⁹ signis militaribus,Elephātis quadraginta. Ex victore exercitu ad decē milia desiderata. Hānibal hortando suos ꝑliūq; plurib⁹ locis instaurando,tā diu in acie versatus est,quoad rem semel inclinatā,neq; vi,neq; arte vlla vidit sisti posse amplius.tū demū cū paucis equitib⁹ medio tumultu elapsus Adrumetū cōfugit,Scipionis & alioꝝ iudicio summi imperatoris cōsilio & arte, vt si qñ alias eo die ꝑcipue vsus. Hoc ille velut vltimo virtutis ope edito,quū Adrumetū se recepisset, Carthaginē accersitus,sexto &. XXX. anno,posteaq̄ puer inde abscesserat,fassus est in curia, se nō ꝑlio tantū,sed bello etiā victū,nec spem salutis alibi q̄ in pace reponendā. Scipio potit⁹ hostiū castris,C.Octauio Carthaginē cū legionib⁹ ꝑmisso, Lęliū Romā ire iubet,nobilissimæ victoriæ nunciū.Ipse.L.rostratis nauib⁹,centūq; onerariis,quas nup P. Lētulus duxerat,veteri classi adiunctis,Vtica pfect⁹Carthaginē petiit.Et iā haud pcul inde aberat, quum velata infulis ramisq; oleę Carthaginēsiū illi nauis occurrit.decē legati erāt principes ciuitatis ad petendam pacē missi. His velamēta supplicū porrigētibus , fidēq; imperatoris & clementiā implorātibus respōsum est vt Tunetū irent, ibi Romanū castra habiturū,ipse Carthaginis sitū ad hostium terrorē cōtēplatus,retro Vticā cōcessit,Octauio cū exercitu ad se reuocato , quo cōsilio non reperio.Interim trepide afferī Verminā Syphacis filium cum non paruo eqtatu & peditibus multis Carthaginēsibus auxilio venire.Misit cōfestim Scipio,q illū appropinquantem subito exciperēt ꝑlio,nauiterq; ea puincia nauata est.Ad q̄ndecim milia hostiū cęsa, mille & ducēti viui capti,eq Numidici mille & q̄ngenti,signa militaria duo & septuaginta. Verminas cum paucis eqtib⁹ vix fuga seruatus est.Nec multo post Scipio ad Tunetū reuersus triginta legatos ex Carthagine ad se missos,pfidię increpitos dimisit. postridie ad se reuocatos docuit his conditionib⁹ pacē habituros, si decē milia talentū argēti in quinquaginta annos æquis pēsionibus Po.Ro.pēderēt.Cētū obsides suo arbitrio darēt,haud minorem.X. annis nec maiorem XXX.Si frumētū & stipendiū auxiliis dū inducię tenerēt. Si naues oēs rostratas traderēt.si bellū neq; in Aphrica neq; extra iniussu Po.Ro.gererēt,neq; equos neq; elephantos deinceps alerēt, onerarias naues nup captas cū rebus restituerēt. Masinissę agrum quē ademissent redderēt,ipsi tantū vrbes & agrū in Aphrica haberēt,quē priusq̄ bellari cœptū esset tenuerant. Has cōditiones quū tumultuose multitudo audiuisset, & Gisgo ad dissuadendā pacē suggestum ascēdisset,ab Hannibale ex supiore loco est vi detractus,q̄ insueta liberę ciuitati species quū populi fremitū mouisset,pturbatus Hānibal imprudentiā excusauit, ꝙ puer patria profectus leges & iura ciuitatis,vt hō militię assuet⁹,parū calleret.Inde de pace disseruit,cętera executus,quę ꝑsenti statui rerum cōducerēt,pacē vt æquam & necessariam probauit,ac secū dum eam concionem authores fuerunt quidam,Hannibalem ad mare descendisse, vbi nauis ad id prius parata erat, sponteq; in exilium abiisse,postulantiq; Scipioni vt Hānibal sibi traderet respōsum esse,eū exilii noīe solum vertisse.Quidam alii aliquanto postea id factum prodiderunt.Legati ad Scipionē reuersi pacis conditiones probarunt, datæ inde in tres menses inducię,dum Romā irent ad confirmandam pacem, ea conditione vt legatos interim haud alio,q̄ in Italiā mitterēt,nec aliunde missos acciperēt,priusq̄ Romanos certiores fecissent ad quid mitterent.Romæ interea audita hostium rebellione sub Hannibalis aduentū in Aphricam,vehemēter fuerat trepidatū,alteraq; classis parata,cū qua confestim T.Claudius consul in Siciliam traiiceret,& ex Sicilia in Aphricā,vbi par illi esset cū Scipione imperiū.Turbabāt suspensam rei euentu ciuitatem multa & varia prodigia,quæ per id tēpus facta dicebantur.

Hānibal fusus.

Cæsorū numerus.

Hannibal Cartha. accersitur.

Carthaginēsiū legati

Numidarū cædes.

Hānibalis facinus.

Hānibalis exilium.

Solis orbis minui visus fuerat,pluerat& lapideo imbri, & in Veliterno agro terra ingẽtibus cauernis subsederat,arbores& in ꝓfundũ haustę, q̃bus oĩbus procuratis, Claudius consul cũ classe ꝑfectus primo ĩ Compsano tractu atroci tẽpestate est iactatus, inde circa Sardiniã multo atrocior ꝓcella classem adorta,fractis lacerisq́ nauib⁹, vix cõsul Carales ĩ Sardinia tenuit vbi dũ naues reficit,mare& intractabile circa brumã esset,circũactus est illi annus,priuatusq́ Romã rediit.Romę iterim cõsules creati erãt Gn.Cornelius Lentulus,& P.Ælius Petus,atq́ alteri eoꝝ Aphrica ꝓuincia decreta est,si pax cũ Carthaginẽsib⁹ nõ secuta esset,vt ipse mari, Scipio in terra vt antea rem gereret.Auditiq́ interim Philippi regis legati,qui quum multa perplexe aduersus socios Po.Ro.& M.Aureliũ,q illos cõtra Philippi ĩiuriã defenderat, locuti essent,superbe& regis noĩe postularẽt,vt Sopater dux,& qui apud Hãnibalẽ militassent, quos Scipio in vinculis haberet,sibi restituerẽtur:Respõsum est quęrere regẽ bellũ, & si pergat ꝓpe diem habiturũ.Fœdus ab eo dupliciter violatũ,& nũc socios Po.Romani cũ ĩiuria lacessere, hostẽ p̃terea ab eodẽ auxiliis adiutũ,quare recte faceret Scipio,qui Sopatrũ & alios in vinculis haberet,quia ꝓ hostibus in acie stetissent,& M.Aureliũ ex sentẽtia patrũ socios aduersus regis iniuriã tutari.Cũ his Philippi legati dimissi sunt.Auditi inde sunt,q a Carthaginẽsib⁹ missi fuerãt,in quibus erat Hastrubal cognomẽto Hedus,qui vt Hanno semꝑ fuerat author pacis,Barchinę factioni infestus.Is omni ruptorũ fœderũ iniuria in Barchinę gẽtis homines reiecta,quorũ impotẽtię a bonis resisti nequiuerit,Patres cõscriptos precatus est, vt pręsenti rerũ successu,secũdisq́ rebus modeste ac moderate vterẽtur,si se at& Hannonẽ sui ciues audire voluissent,pacis cõditiones daturos fuisse,quas nũc suppliciter peterẽt. Raro hominib⁹ bonã fortunã,bonã& mentẽ dari.Populũ Ro.eo inuictũ esse,ꝙ in secundis rebus sapere & cõsulere meminerit,qui pene plus parcendo q̃ vincẽdo imperiũ auxerit. Hęc & alia quũ ille & collegę miserabiliter locuti essent,appareret& iã senatum misericordia flecti, Senatorũ vnus Carthaginẽsiũ perfidię p̃ cęteris infestus,succlamasse dicit̃. Per quos deos Pœni fœdus percussuri estis,quũ eos ꝑ quos toties sit ictũ fefelleritis?Per eosdẽ inquit Hastrubal qui tã ĩfesti sunt fœdera rũpẽtibus. Quũ oĩm animi ad pacẽ inclinarẽt,eã& consul ambitiose impediret, Trib.plę.ad populum tulerunt,populusq́ sciuit, vt Scipio ex decẽ legatorũ sententia pacem Carthaginẽsibus,qb⁹ vellet legib⁹ daret.exercitũ& victorẽ ex Aphrica in Italiã deportaret. Secũdũ id publicũ decretũ Carthaginẽsiũ legati,quũ gratias patribus egissent,petierunt vt sibi liceret in vrbẽ ingredi,& colloqui cũ suis ciuibus q capti in publica custodia seruarent, eorũ propinquos quosdã esse,habere & propinquorũ ad alios mãdata,quibus conuentis,quũ iterũ petiissent,vt quorũdã redimẽdi sibi potestas fieret,factũ est senatuscõsultũ,vt legati,q ad Scipionẽ ituri erãt.CC.quoꝝ noĩa legati dedissent ĩ castra ad Scipionẽ adducerent,eos& si pax secuta esset gratis Carthaginẽsibus restituerẽt.Sũt & fœciales missi ad fœdus sanciẽdũ,secũ priuos lapides priuasq́ verbenas ferre iussi.p̃torẽ quo& Sagmina poposcerũt. Id genus herbę fuit ex arce sumptũ.Postq̃ legati cũ his in Aphricã venerũt, pax cõditionib⁹ iam dictis icto fœdere cõfirmata est.Naues lõgas,Elephãtos,ꝑfugas, captiuos ad quatuor milia numero tradiderũt,in qb⁹ fuit Q.Terẽtius Culeo senatorii ordinis.Scipio qngẽtas oĩs generis naues in altũ abductas,in Carthaginis cõspectu cremauit.Id incendiũ tã lugubre Pœnis fuit,q̃ si tũ Carthago tota deflagrasset. Trãffugas latini noĩs Scipio securi ꝑcussit.Romanos sustulit in crucẽ,vt ꝑfidos & patrię ꝓditores,de fugitiuis mitior fuit sentẽtia,quoniã id seruile sit,libertatẽ sibi effugio q̃rere.Fuit is ãn⁹ quadragesim⁹ ab eo quo primũ bellũ Punicũ a Q.Luctatio & M.Mãlio fuit ad exitũ ꝑductũ.Decimusseptimus,nõ octauus,vt ait,q̃ a Pœnis bellũ in Hispania,Hãnibalis ductu,est renatũ. Inter primũ & secũdũ Punicũ bellũ ãni tres & XX.interfuerũt.Ferũr ex Scipione sępius auditũ T.Claudii primo,mox Gn.Cornelii cupiditatẽ ĩ mora fuisse,quo min⁹ id bellũ exitio Carthaginis finiret̃.Quũ prima pecunię collatio ciuibus longo bello exhaustis difficilis videretur,exaudirentur& multorũ querelę,risisse Hãnibal dicit̃,q ab Hastrubale Hedo increpitus,ꝙ in publico malo rideret,cui⁹ ipse causa & origo extitisset,si ita animus inqt Hãnibal,vt oculi perspici possint,nõ lętitię risum hũc, sed amentię esse sentiretis,q ne sic qdẽ tã intẽpestiuus est,q̃ vestrę lachrymę.Tũ eñ fleuisse oportuit,quũ nobis adẽptę sunt naues,interdictum externis bellis,illo enim vulnere concidimus, quũ spolia victorię Carthagini detrahebant̃, quũ inermes relinquebamur inter tot armatas Aphricę gẽtes,nemo tũc ingemuit: Q̃ꝫ vereor,ne ꝓpediẽ sentiatis leuissimo in malo vos hodie lachrymasse.Hęc ille,quasi diuinãs q̃ postea tertio bello Punico euenere, locut⁹ dicitur.

Prodigia.

Consules.

Legati Carthaginẽſ. Romę auditi.

Liberalitas Ro.in Carthaginẽſ.

Sagmina.

Pax inter Ro.& Carthag.

Temporũ supputatio

Scipio Masinissam in paterno regno cōfirmatū, Cyrtha & oībus vrbibus ex Syphacis regno captis,ꝑ cōcione donauit.Ipse pace terra mariq; parta,exercitu i naues Iposito, Lilybæum in. Siciliā traiecit.Inde maiore parte militū nauib⁹ ꝑmissa,cū reliquis copiis,ꝑer Italiam pace & victoria lętā, effusis videndi studio quacūq; iret obuiā populis,Romam triūphans ingressus est.Mors Syphacem tā celebri triūpho subtraxit,qui haud multo pri⁹ ex Alba Tybur traductus,vita decesserat.Polybius in triūphū ductū scripsit. Terentius Culeo pileatus Scipionis currū est secutus,eūq; grato animo iā inde,vt suę libertatis authorē,coluit. Ipse Scipio, siue familiaris assentatio fuerit,siue militaris fauor popularis ve aura, primus Quiritiū, qđ satis constat,a terra quam bello vicerat,Aphricani est cognomen adeptus.

Scipionis triūphus.

Terētius Culeo.

Aphrican⁹

M.ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIÆ HISTORIARVM AB ORBE CONDITO, ENNEADIS QVINTÆ, LIBER SEXTVS.

Authorū variatio.



VTHORES, quos sequimur,adeo interdū diuersi abierunt,vt parum mihi compertum sit, quem ex multis potissimum pręferam. Accidit id mihi, quū sępe alias,tū in iis maxime,quę pſenti volumini dabūt exordiū. Liuius author est,sub Macedonici belli initiū legatos ad Ptolemęū regē missos,& in his M. Æmyliū Lepidum, q publice illi agerēt gratias,ꝙ Hānibale Italiam vexāte, nihil rei sibi cū Pœno,vt Philippus,esse voluerit. Hūc Philopatorē fuisse necesse est,qui secūdi belli Punici tēpore ī Ægypto haud dubie regnauit. Cęterū Macedonico bello nōdū inito,quia Antiochus, vt Trogus scribit,& Philippus reges Ægypto iminebāt, Alexandrinis per legatos id petēribus Ptolemęum puerū a Philopatore relictū publice tuendū Romani suscepe runt,Æmylio Lepido ad hoc ipsum Alexandrum misso,qui tutorio nomine pueri regnū administraret. Nec longior deinceps mora fuit, Attali & Rhodiorum legatis de Philippi iniuria querētibus,bellū est Macedoni illatum. Hęc Trogus parum scrupulose tēpora executus: Quo fit vt maior fides Liuio in hac parte accedat,qui ita res digerit,vt Philopator secundo Punico bello nonnihil superstes fuerit,ad quē missi sint legati a Po.Ro.posteaq̄ Punico bello est defunctus. Sed prius q̄ bellum sit Philippo indictum (Etenim Macedonicum non statim, sed post aliquot mēses,Punico successit) Philopator mortē obiit,ac tum iterum Æmylius in Ægyptum sit missus,aut certe,quod videtur Liuius significare, quū Ptolemęus obiit adhuc legati Alexandrię erant. Siquidē is author est Æmylium legatorum consensu ex Alexandria ad Philippum nauigasse,qui tum Abydū oppugnabat,nondū bello ipsi regi indicto. Sed quo quo modo res habet,Philopator post clarissimā illā victoriam, qua victor Antiochū regē ex Palęstina & Phœnicia eiecit, vt alio est a me loco memoratū, receptis vrbibus quas eo bello amiserat,in pristinam luxuriam iterū demersus, Eurydice sorore sua,eadēq; vxore interfecta (Polybius & Iosephus Beronicen,nō Eurydicē vt Trogus,scribunt) meretricio Agathoclię amori addictus,regię maiestatis immemor,noctes integras,& dies in stupris,& cōuiuiis con sumpsit. Quin & Agathocles meretriculę frater cū Ptolemęo faciebat stuprū, qua duplici illecebra ita sibi rēgē deuinxit,vt regnū suo arbitrio administraret,nemoq; minus in suo regno q̄ Philopator posset. In hoc fœdo vitę instituto rex vita decessit,paruo filio ex Eurydice,siue Beronice potius relicto. Agathocles Alexandrinorū incursu interficit, cuius soror Agathoclea & mater sunt postea crucibus affixę. Alexandrini,quia constās phama erat Antiochū & Philippū diuisisse inter se Alexādrinū regnū,Ptolemęū puerū a patre relictū, qui Epiphanes cognominatus est,ꝑ legatos Po.Ro.cōmēdarūt. Fuit in Iudęa,Philopatoris tēporibus, sacerdos summus Simō Onię filius,cuius pōtificatus incidit in secūdi belli Punici tēpora, qua tēpestate Iesus Sirachi filius librū Panareton scripsit. Eodē tēpore Colossus solis, quē Chares Lyndius Rhodiis fecit,septuaginta cubitorū altitudine,sexto & quinquagesimo anno q̄ fuerat cōstructus,terręmotu corruit. Cęterū iacens moles illa fuit visentibus miraculo, ꝙ pollicem pauci vlnis cōplecti poterāt. Fuit eadē potestatē Eratosthenes historiarū scriptor Eusebius. LX. Iudęorū milia p id tēps interfecta author est,sed presse nimis,vt cętera,locū pstrinxit: Adiicit tū quoq; ī Palęstina ea fieri cōtigisse,q̄ primo Machabeorū libro cōtinent. Sed Iosephus in Antiochi regnū,qui Epiphanes cognominatus est, oēm rerum seriem reiicit. Fuit ille magni Antiochi filius,qui,vno Seleuco interiecto,Syrię regnū tenuit. Iosephū igit secuti, Macha

Fœdissima Philopatoris vita.

Colossi Rhodii casus.

Epiphanes

beorũ res ꝑpiore loco explicabim⁹. Nũc ad Macedonici belli exordia redeo,cui⁹ gerẽdi resi dua Romanoꝝ in ipsum regẽ ira pcipuã pbuit materiã. Ille quidẽ nulla a Romanis lacessit⁹ iniuria,cũ Hãnibale & Pœnis socia arma decimo ante ãno iũxerat.Fuit hęc primaria,sed nõ sola bellãdi causa,nã ille pacẽ,quã triẽnio ante cũ Rõanis sanxerat,haud vno modo violauit, Carthaginẽsib⁹ auxilio & pecunia adiutis,sępiusq̃ socioꝝ reb⁹ p iiuriã lacessitis,nouissimeq̃ Atheniẽsiũ,eoꝝ agro fœde populato.Hi i vrbẽ cõpulsi Romã miserũt,q apud patres i senatu de Philippi iiuria q̃rerent.Auxerũt materiã futuri belli Attali & Rhodioꝝ legati,q eodẽ fere tpe nũciarũt,Asię ciuitates a Philippo ad bellũ sollicitari. Trog⁹ iiuriã a Macedone acceptã legatos,q̃stũ venisse pdidit.Vnũ i mora fuit,quo min⁹ bellũ sit cõtinuo regi indictũ, ꝙ tũ P. Ælius bellũ aduersus Boios Gallos gerebat. Pręmiserat Æli⁹ C.Appiũ pfectũ cũ tumultuaria manu i hostẽ,q a Gallis circũuetus,cũ septẽ milib⁹ hoĩm,fuit interfectus. Secut⁹ inde cõsul cũ legionib⁹, q Boicũ agrũ late populat⁹,cũ Liguribus Ingaunis,priusq̃ puincia decederet,fœdus icit.Romã inde reuersus,prima eius de Philippo relatio fuit.Senatus decreuit, vt M.Valeri⁹ Leuin⁹ cũ.XL.nauib⁹in Macedoniã iret.Creati sunt iterea.X.uiri,q Samniticũ & Appulũ agrũ bello captũ,ciuib⁹diuiderẽt.Creati & cõsules P.Sulpiti⁹ Galba & Gn.Aureli⁹. Peropportune accidit,vt his populũ rogaturis de bello regi indicendo,ad iritandos animos Atheniẽsiũ legati supuenerint,nũciãtes Philippum suis finibus hostiliter imminere.P.Sulpitius,cui Macedonia sorte euenerat,Po.rogauit,vellet,i uberetq̃,ob iiurias sociis illatas, bellũ Philippo Macedonũ regi indici:oẽs centurię fessis diuturno bello animis eã rogationẽ antiquarũt.Nec multis ide dieb⁹ interiectis, Sulpiti⁹ Po.iterũ ad comitia vocatũ, accuratissima oratione castigauit,docuitq̃ futurũ,vt si Atheniẽsiũ q̃relę,vt Saguntinoꝝ olim,negligerent, nõ quinto mẽse,vt Hãnibal,post socioꝝ excidiũ,sed quinto die ferox hostis Italiã inuaderet. Sic Alexander Epirota,sic Pyrrhus multo viribus inferiores, q̃ Philippus esset,in eam oram Italię trãsmisissent,q̃ magna Gręcia diceret.Illũ diu Lucanos & circũiectas gẽtes,bello sollicitas habuisse.Hũc Appulis Samnitibus & Lucanis a Ro.Po.alienatis,teterrimas eoꝝ maioribus clades intulisse.His cõsul verbis multitudinẽ mouit,vt bellũ Philippo indicẽdũ iusserit populus.Supplicatũ inde triduo est,diiq̃ obsecrati vt bene & feliciter euenire vellẽt, ꝙ bellũ Macedoni inferẽdũ populus iussisset.Sex Romanis legionibus & sociorũ auxiliis eo anno placuit rẽp.administrari.Eratq̃ p hęc ciuitas in noui belli expectationẽ erecta,quũ pter oĩm opinionẽ,Gallici tumult⁹ phama exorta est.Insubres Cenomani & Boii, Iluatib⁹ & aliis Ligustinis gẽtib⁹ad arma excitis,Hamilcharis ductu(subsederat is ex Hastrubalis exercitu i Gallia) Placentiã Romanã coloniã subito impetu capiũt,captam diripiunt,direptã incẽdũt.Traiecto deinde Pado Cremonam ire pergunt.Proximę colonię clades audita effecit,vt Cremonenses clausis portis pcul hostẽ a muris distinuerint.Obsideri inde cœpti opẽ a Romanis implorãt. Pręerat tũ puincię L.Furius Purpurio.Is Romã scribit Placẽtiã direptã & incẽsam a Gallis, Cremonẽses a.XL.milibus hostiũ circũsederi.Nouo exercitu opus esse,vt Colonia obsidione eximeretur. Se quinq̃ milia armatoꝝ habere, quã exiguã manũ haud operępreciũ sit tanto hostiũ numero obiicere.Furii literis in curia recitatis,decreuerũt patres, vt aut Gn. Aureli⁹ consul ad Gallicũ motũ opprimẽdũ pficisceretur,aut Q.Mutio pretori scriberet,vt acceptis legionibus,q̃bus vt ad certũ diẽ in Hetruriã cõuenirẽt edictũ erat,Cremonensibus suppetias ferret.Sũt & Carthaginẽ legati missi, q Pœnis denũciarẽt,cõtra fœdus fieri,ꝙ Hamilcharis ductu Galli & Ligures rebellassent,postularẽtq̃ si publico id cõsilio nõ fieret, vt hominẽ Po. Ro.dederẽt.Cõpertũ pterea habere se multos adhuc pfugas Carthagini agere,qui dediti nõ essent.Eos si pacẽ ratã vellent cõtinuo cõprehendẽdos curarẽt,ac Romã mittẽdos.Iussi iidẽ legati ad Masinissam ire,eiq̃ paternũ regnũ recuperatũ gratulari,posceretq̃ ab eo,vt ad Macedonicũ bellũ optimus amicus & socius,Numidarũ equitatu rẽ Ro.iuuaret.Verminę legatis qui p id tẽpus Romã petitũ venerãt,vt rex ille & socius Po.Ro.appellaret,respõsum est, Syphacẽ ipsius patrẽ,sine causa,ex socio factũ esse Romani noĩs hostẽ, & ipsum Verminam adhuc adolescentẽ,Romanos lacessendo primũ militię rudimentũ posuisse. Itaq̃ pacẽ prius illi petẽdã fuisse a Po.Ro.q̃ vt rex & socius appellaret,eius noĩs honorẽ, p magnis erga se regũ meritis,dare populũ Romanũ cõsuesse.Legatos suos in Aphrica esse,ad eos scripturũ senatũ, quib⁹ legib⁹ Verminę pacẽ dari placeret.Fœda iterim pdigia nũciabant. In Sabinis infans natus,incertũ mas an fœmina.Alter sexdecim annoꝝ ãbiguo & ipse sexu inuẽtus.Frusinone agnus cũ Suillo capite,& Sinuessę porcus cũ capite humano natus.In Lucanis equ⁹ cũ qnq̃

Causę belli Macedonici.

Consules.

Bellũ Philippo regi indicitur.

Galli Placẽtiã diripiũt.

Verminę legati.

Prodigia.

pedibus. Cœlũ adhęc arsisse credebat, & Priuerni sol plus nimio rubescere visus. Prodigiosi fœtus ĩ altũ deportati, Cętera ꝓdigia, vt tũ ei⁹ populi dira fuit supstitio, de more expiata. P. Sulpiti⁹ in Gręciã ꝓfectus, Atheniẽsib⁹ p legatos opẽ implorãtibus, Claudiũ Centimalum cũ XX. nauibus in Atticã misit. Obsidebat p id tẽpus Abydũ Philippus ferox quũ suo ingenio, tũ noua Antiochi regis societate, qui ambo fœdere inter se icto, post Philopatoris Ptolemęi interitũ, Alexandrino regno imminebãt. Bellũ Atheniẽsibus cũ Philippo ita cõflatum dicit. Duo iuuenes Acarnanes initiorũ ignari Cereris sacrũ ĩprudẽter ingressi, qa initiati nõ essent, tãq̃ scelus ab his inexpiabile fuisset ppetratũ, Antistitis iussu ĩterfecti sunt, qua iniuria Acarnanes adacti, auxiliari manu a Philippo accepta, Atticũ agrũ primo populant, ide aĩs ad bellũ ĩritatis Macedo, in Acarnanũ gratiã arma aduersus Atheniẽses induit. Philippus aliquot naualib⁹ ꝓliis, cũ Rhodiis & Attalo, parũ feliciter cõmissis, relicta Abydo ĩ Macedoniã concessit. Interea Attalus Athenas ꝓfect⁹ Atheniẽses ad bellũ hortatur, q ex veteri fortuna nihil ꝓter animũ gerẽtes, freti adhęc Romanoꝝ opibus, Attaliq; & Rhodioꝝ societate, bellum aduersus Philippum decernũt, & in Attali gratiã illata mẽtio est de tribu vna ad. X. veteres adiiciẽda, quã Attalidẽ vocarẽt: & Rhodioꝝ populus aurea est corona donat⁹, ciuitasq; Rhodii Atheniẽsib⁹ dederãt. Secũdũ hęc Attalus in Æginã cõcessit. Rhodii & ipsi Athenis ꝓfecti quũ Ægęi insulas legerent, ꝓter paucas, q̃ Macedonico tenebant ꝓsidio, cęteras a Philippo alienarũt. Macedo q Attalũ & Rhodios nup tulerat, haud minori aĩo, q̃ si illi a se victi essent, Romanũ bellũ ĩtrepide excepit, missoq; cũ parte copiarũ Philo ad Atticũ agrũ populatiõe fœdãdũ, classeq; Heraclidi tradita, quã ad Maroneã duceret, ipse terrestri itinere profectus eã vrbẽ primo ĩpetu cepit. Oenũ inde, Doriscũ & Sephũ occupat. Mox Thraciã Chersonesum ingressus, Eleuntem & Alopeconesum, volũtaria deditione recepit. Deditę inde Callipolis & Madotis. Abydus plures dies obsessa, multoq; conatu oppugnata, valide aliq̃diu defensa est. Postremo subrutis cuniculo muris, Abydęni a Philippo petierũt, vt ꝓsidio incolumi dimisso, sibi cũ vxoribus & liberis, singulisq; vestimẽtis, vrbe excedere liceret. Cęterũ legatis nihil pacati ab hoste renũciãtib⁹, Abydęni in rabiẽ versi, matronas oẽs in tẽplo Dianę, pueros & virgines cũ nutricibus & infantibus ĩ Gymnasio claudũt, aurũ & argẽtũ oẽ ĩ forũ deferũt, mox in vnũ collectũ in Rhodias naues q̃ forte ĩ portu stabãt, imponũt. Ipsi eo cõsilio ĩ hostẽ exeũt, vt nõ nisi victores in vrbẽ redirẽt, delectis q atrox facinus, nisi cõsiliũ ꝓcessisset, peragerẽt, dira execratione interposita, nisi ĩperata facesserẽt, vt si Abydęnorũ acies ad puguã egressa vinceret, cõfestim oẽm imbellẽ turbã obtrũcarẽt. Aurũ & alia q̃ in naues congesta essent, in mare deiicerẽt. Pugna multo atrocior fuit q̃ p numero dimicãtiũ. Verũ Macedo, Abydęnis maiore ex parte interfectis, animaduersa hostiũ desperatione, sub noctẽ pugnã inhibuit. Postridie vrbs paucoꝝ cõsensu dedit, sacerdotib⁹ ad eã dedẽdã missis, vbi hostis ĩtra mœnia est cõspectus. q ꝓlio supfuerãt, iurisiurãdi publiceq; execratiõis memores subito velut furore correpti stricto ferro suos cõficiũt. Sequiũt inde ĩ seipsos, quo hostiũ furore rex pculsus militẽ a cęde reuocauit, pfessus se tridui spatiũ Abydęnis dare ad mortẽ sibi cõnsciscendã, quo tẽpore plura in se victi facinora ediderunt, q̃ vel ab irato hoste pati debuissent. Superuenit huic cladi M. Æmylius, q Abydęnorum obsidione audita, ex Alexãdria, legatoꝝ cõsensu, eo nauigauit, vt Philippũ, in quẽ nihil adhuc hostiliter motũ erat, ex Abydęnorũ ceruicibus amoliretur. Ibi Æmylius questus, q rex bellũ Rhodiis & Attalo ĩtulisset. Philippus cõtracti belli culpã ĩ eos reiecit, a quibus primũ pfecta esset in se iniuria. Tum ille, quid Abydęni? nũ inquit, & hi tibi iniurii fuerũt? Ad eam vocẽ liberius emissam, q̃ ipse audire cõsuesset, indignatus Philippus, Ætas inquit tua & Ro. nomẽ te ferociorẽ faciũt, sed si fœderũ vos Romani immemores me bello lacesseritis, faxim spero vt Macedonũ regnũ non minus bellicosum sentiatis q̃ Romanũ. Abydęnorum nemo viuus venit in hostium potestatem, auro tamen & argento potitus est Macedo, qui vniusvrbis nõ ignobilis excidio, haud aliter q̃ Hãnibal ferocior factus, pręsidio Abydi relicto, quũ in Macedoniã se reciperet, p literas & nũcios cognouit Romanũ cõsulẽ cũ exercitu in Epirũ venisse. Carthaginẽses interea, postq̃ legati in Aphricã iuere, de Hamilchare nihil, qa pcul patria abesset, se statuere posse dixerũt. Vnũ sibi integrũ relinq, qd libẽter facturi essent, vt ei⁹ bonis in publicũ redactis, exilio damnarẽt, daturos adhęc operã, vt pfugę q̃ diligẽtissime cõquisiti, ad suppliciũ dederẽtur. A Masinissa. CC. equites sunt accepti, & vis ingens tritici, ad Macedonici belli vsum, exhibita. Cum Vermina pax sancita est. L. Corneli⁹ Lentulus, per id tempus ex Hispania reuersus, primus omniũ obtinuit, vt qui procul pugna

Belli causa inter Athenienses & Philippũ.

Rhodiis data vi olĩ.

Philippi gesta in Thraciã.

Abydenoꝝ facinus.

Abydenoꝝ excidiũ.

Philippi verba ad Marcum Æmyliũ legatum.

ciá administraret,qꝫ nõ cõsul,aut ꝑtor rẽ gessisset ouãs in vrbẽ itraret.In Gallia quoqꝫ eodẽ tpe L.Furi⁹ cũ Gallis & Liguribus ad Cremonã acie dimicauit.Conati sunt Galli multitudine freti aciẽ circũuenire,qđ vbi Furi⁹ aĩaduertit,extẽsis vtrinqꝫ cornib⁹,inde equitib⁹ dextra lęuaqꝫ imissis,ferociter mediã hostiũ aciẽ iuasit.Nec illi diu sustinuerũt Romanoꝝ impetũ,cũ cęde & multa strage i castra fugati sunt.His quoqꝫ primo ĩpetu captis maior est cędes secuta, supra qnqꝫ &.XXX.hostiũ milia sũt eo die cęsa.Ex victore exercitu ad duo milia ceciderũt. Nec multo postq̃ cũ hoste ita dimicatũ erat C.Aureli⁹ cõsul in Galliã venit,victoręqꝫ exercitũ a Furio ꝑtore accepit.In Gręcia Claudius,quẽ Atheniẽsibus subsidio missum alio loco diximus,cũ Romana classe,trib⁹ Rhodiis & totidẽ Atheniẽsib⁹ ,valide iterim Atticos fines tuebaẽ,q factus certior Chalcidẽ segniter a Macedonico ꝑsidio custodiri, eo noctu ꝓfectus vrbẽ occupat.Cędes i oẽm sexũ & ætatẽ,vt i vrbe vi capta,euagata est.Horrea regia icẽsa.Philippi statuę subuersę.Vrbs ipsa rapinis exhausta militũ inopia retineri nõ potuit. Erat tũ Philippus Demetriade,vñ nũciata Chalcidẽsiũ clade,magnis ad isulã itinerib⁹ venit,hostẽ oppssur⁹,eoqꝫ nõ repto,Athenas citato agmine ire pgit,pari icœpto haud disparẽ euẽtũ affuturũ ratus,affuissetqꝫ haud dubie,quũ nihil min⁹ q̃ ei⁹ accessus timereẽ,nisi speculator pcul agmẽ intuitus,magnũ die vn o emẽsus iter,circa mediã noctẽ Athenas peruenisset. Repẽte ad tã tumultuosum nũciũ est ad arma cõclamatũ,discursumqꝫ ad portas & muros.Philippus aliquãto ante lucẽ vrbi appropinquãs,audito ex muris fremitu,luminibusqꝫ crebris pcul inspectis, suspicat⁹,qđ erat,se ad hostẽ haud iparatũ venire,diẽ statuit expectare, priusq̃ agmen portis admoueret.Atheniẽses,vbi illuxit,Attali ꝑsidio freti circa Dipylon (fuit ea porta velut i frõte vrbis) aciẽ istruũt,qđ Macedo ituitus cõfestim & ipse, patẽti via, q̃ ab vrbe ad Academiã ferebat,ide aliquãtulũ agmẽ ꝑtergressus,ad bellicã virtutẽ ostẽtãdã,q̃paucissimis comitat⁹, in aduersam hostiũ aciẽ ferociter inuehitur. Ibi pecudũ more Atheniẽses disiecti cum metu & trepidatione intra mœnia cõpellũtur . Postridie quia nocte q̃ secuta est Romani ex Pyreo in vrbẽ venerãt,frustratus Macedo omni spe expugnãdę vrbis,mouit castra,Cynosarge, vbi castra fecerat,& Gymnasii luco,aliisqꝫ pcipua amœnitate locis incẽsis, sepulcra quoqꝫ in hostiũ inuidiã passim diruit,mox Eleusinę Cereris tẽplo castelloqꝫ frustra tẽtatis,Argos pcessit, quo p id tẽpus indictũ erat Achęis cõciliũ.Tentauit Philippus eo socioꝝ cõuẽtu iuuẽtutem Achęorũ p speciẽ militię pcul domo ablegare,vt toti⁹ gẽtis fidẽ sibi obstrictã eo pignore haberet,qđ quũ impetrare nequiuisset,cũ paucis volũtariis & iis copiis quas Argos duxerat,in Atticã rediit, ibi Philocles eius ꝑfectus occurrit,cũ duobus milib⁹ hoim,q & ipse Eleusinen expugnare nuper adortus,cũ multa suoꝝ cęde inde fuerat reiectus. In Pyreũ primo impetus est factus,vnde Macedo prędidiariorũ eruptione irrito incœpto abire coactus,oẽm belli iram in vmbras mortuorũ ac deos effundit,sacras ædes, q̃ passim tota Attica cũ vestigio vetustatis visebãtur,sepulcraqꝫ ferro & igni ab imo subuertit,omni materia,quę in illis nobilior fuit, aut fracta,aut flãmis absumpta.Atqꝫ p hęc ille i vrbẽ,quã infensę oderat,ira debacchatus, in Bœotiã cõcessit.Nec qcq̃ deinceps Philippus memoria dignũ i terra Gręcia gessit. Sulpiti⁹ interea qui inter Apolloniã & Dyrrachium castra fecerat,T. Apustium legatum cum parte copiarum ad populandos hostiũ fines misit. Cepit ille primo impetu ex hostibus Corrhagũ, Gerũniũ,& Orestum castella.Antepatriam inde in angustiis Macedonię faucibus sitam,vi captam diripuit & incẽdit.Ea clades,vt Indus oppidũ dederetur effecit. Et iam re ꝓspere gesta Apustius cũ exercitu ꝑda honusto ad cõsulẽ redibat,quũ extremũ agmẽ i traiectu fluminis, Athenagoras regis ꝑfect⁹,subito clamore adortus,vltimos ordines turbauit. Apustius,cõuersis ad suoꝝ clamorẽ signis,hostẽ cũ multa cęde fudit fugauitqꝫ.Atqꝫ ita duplici successu lętus,cũ ingẽti ꝑda est ad cõsulẽ reuersus.Vna felix expeditio,plerosqꝫ regulos Macedonię accolas ad Romanoꝝ societatẽ traxit,& in his Pleuratũ Scerdileni filiũ,Aminandrũ Atamanũ regẽ,& ex Dardanis Batonem,quib⁹ in fœdus receptis,aliis alio tẽpore dixit se cõsul vsurũ, Aminãdro i ꝑsentia negociũ datũ,vt Ætolos in Macedonẽ cõcitaret,Rhodiiqꝫ vt belli partes capesserẽt,p legatos sunt moniti,& vt Attalus qui Æginę hibernauerat, ibi Romanã classem expectaret.Nec Philippus in tãto motu rerũ qcq̃ ociose imperare aut facere,sed intra extraqꝫ regnũ laborabat,Perseo primũ misso ad tuẽdas Pelagonię fauces,ipse vrbibus parũ munitis, ne hostibus ꝑdę essent,disiectis,p legatos ad id missos hortaẽ Ætolos, vt i fide & amicitia ꝑstarent.Erat tũ forte indictũ vniuersę Ætolorum genti cõciliũ, quo ab Athenis legati occurrerãt,& a consule missi erant,qui Ætolos in pristinam amicitiam reuocarent.Primo Philippi

Teterrima Gallorum cędes.

Chalcis a Ro.occupatur.

Philippi ostẽtatio.

Philippi odium in Atheniẽs.

Apustii expeditio in Macedões.

Romanis armis iã antea q̃sitã,gens ipsa fraude interceperat,testatus nihil Achęis expedire ꝓcul a domo aliqd possidere,quippe qui testudini essent ꝑq̃ similes,quæ quum sua contegitur testa,tuta ab oĩ externa vi esset,eandẽ qualibet sui parte exerta,iniuriæ fieri obnoxiã.Sic gentẽ ipsam Peloponesi finib⁹ satis validã videri,cõtra ꝓcul euectã,externis armis ĩfestiorẽ fieri. Dũ hęc in Peloponeso fiũt,cõsulq; ad Naupactũ sedet,Philippus Attilii ꝑmissu Demetriadẽ recepit.Mox & Dolopiã Aperãthiã & Perrhebiæ aliquot ciuitates,& Ætoli obsidione ad Naupactũ,Quitii interuẽtu soluti sũt,cui⁹ fidẽ e muris ĩplorarũt,dateq; illis ĩducię ĩ certos dies quo ad Romã mitterẽt ad veniã ĩplorãdã.Philippi regis legati sub id tẽps Romã venerũt,victoriãq; de Antiocho patrib⁹ gratulati,coronã aureã cẽtũ põdo ĩ capitolio posuerũt. Laudata est fides regis,q̃ boni & fidi amici partes eo bello obiuisset:Demetriusq; ei⁹ fili⁹,q diu Romę obses fuerat,vltro est legatis restitutus.Et bellũ cũ Antiocho in Grecia hũc exitũ habuit.Romę p id tẽpus matris deũ ędes in palatio est dedicata,ludiq; ob dedicationẽ facti q pri⁹ Scęnici dicti fuerãt,Megalesia inde dici poterũt,vt Antias Valerius ꝓdidit.Duo boues q in carinis sua sponte p scalã in summũ ędificii euaserũt,iussu aruspicũ viui cõbusti sunt,& cinis in Tyberim deiect⁹ẽ adeo praua religio ciuitatẽ inuaserat.Taracinę & Amiterni lapidib⁹ pluit, & ĩ Vulturni ostio duę naues de cælo ictę,cõtinuo deflagrarũt.Quę ꝓdigia & ipa de more ꝓcurata sunt, institutũq; vt qnto quoq; anno nouẽdiale sacrũ fieret,qa bis eo anno lapidatũ esset.In Liguria Q.Minutius ad quatuor milia hostiũ cecidit,q noctu Romana castra oppugnare conati ꝑlio ĩ lucem distracto,subita militũ eruptiõe,fusi fugatiq; sunt,ac fœda strage dissipati.Duob⁹ inde mẽsib⁹

Legati a Philippo Ro. missi.

Megalesia.

Prodigia.

interiectis, cõsul P.Cornelius Nasica Gallos Boios ingẽti ꝑlio vicit.Ad duodetrigita hostium milia cęsa,authores qdã tradiderũt.Capta tria milia & ãpli⁹ cũ signis militarib⁹. CXXXVII. Ex victore exercitu mille & quadrĩgẽti perierũt.Boii(qđ satis cõstat)ea clade afflicti,haud multo post ĩ deditionẽ venere.Valerii Antiatis q tã ĩclytę pugnę fuit author,ĩ explicãdo cęsorum nũero fides(vt Liui⁹ ait)ĩfamat.Tũ primũ Boii obsides dare sunt coacti,ac dimidia agri parte multati.Scipio de Gallis clarũ egit triũphũ,in qua põpa.CCCCLXX.aurei torques sũt trãslati.Dũ hęc Romę & ĩ cętera Italia gerunt,Antioch⁹ Hãnibalis monitu,q vnus oĩm iã ĩde ex quo rex ad Thermopylas est vict⁹,ꝓdicare nõ destitit,fore,vt Romani breui postea ĩ Asiã bellũ trãsferrẽt,in Thraciã Cherronesũ ex Epheso cũ aliquot nauib⁹ trãsiit,eã ꝑsidiis aduersus Romanos si trãsire statuissent,firmaturus,cęterã classem Polyxenidę agẽdã dedit. Eodẽ fere tẽpe, Gn.Liuius Pyreũ cũ noua classe applicuit.Aderãt sex Carthaginẽsiũ naues ex fœdere,& aliæ plęræq; auxiliares,quas Neapolitani,Locri,Rhegini,cęterę q; magnæ Gręcię ciuitates dederãt. Ibi veteri classe ab Attilio accepta,cũ vna & octoginta rostratis nauib⁹,ex Pyreo ĩ Delũ traiecit.Polyxenidas audito hostiũ accessu,cũ rege ex Cherroneso Ephesum reuerso egit,vt priusq̃ Eumenis & Rhodioꝝ naues Romanę classi iũgerent,liceret sibi maritimę pugnę fortunã experiri,qđ vbi ĩpetratũ est,biduo in ornãda classe absũpto,cũ cẽtũ nauib⁹ quarũ.LXX.tectę erant, cæteræ minores & aptæ,Cissontẽ Erithreoꝝ portũ insedit. Rex interea,qa nauali pugnæ non erat interfuturus,Magnesiã q̃ ad Sypilũ est,cõcessit,vt terrestris copias pararet. Liuius ex Delo Phoceã ꝓcessit,quo & Eumenes cũ quatuor &.XX.tectis nauib⁹,& aliquãto pluribus apertis venit,vt nauali ꝑlio qđ instare dicebat,rem Ro.iuuaret.Ex Phocea dein classe aucta profe-

Galli a Nasica cædũt.

ctus Coricũ petiit,mox Cissontẽ petiturus.Interea naues ex alto cõspectę hostẽ ex sua statiõe exciuerũt,magnis vtrinq; est animis cõcursum,duæq; Punicę naues q̃ aliquãtulũ cæterã classẽ sua agilitate ꝓcesserant,a trib⁹ regiis primo sunt cõgressu circũuẽtæ, earũ vna defractis vtriq; remis oppressa est,altera ægre dilapsa ad Romanos cõfugit:ibi Liui⁹ indignitate rei accẽsus ꝑtoriam nauẽ in aduersos hostes cõcitat,atq; abiectis remis,manicas ferreas hostium nauib⁹ iubet suos iniicere,Romanæq; virtutis memores in vilissima regis mancipia alacrem pugnã capessere.Tum vero ad id spectaculum vtraq; classis prælium iniit,passimq; mixtis nauibus res gerebat.Eumenes qui aliquãto tardius affuit,cõspicatus læuum hostium cornu a Liuio turba

Naualis pugna ad Cissontem.

tũ in dextrũ vbi anceps dimicatio adhuc erat impetũ fecit. Ea quoq; parte rex haud dubiã fecit victoriã. Sensit Polyzenidas se militũ virtute superari sublatisq; dolonib⁹ fugã capessit. Eũ fugientẽ cæteræ sunt naues secutę, quib⁹ saluti fuit ꝙ tantũ ad pugnã instructæ aderant, & ob eã rẽ ad fugã expeditiores, Romanis cõtra cõmeatu honustis nec nisi ad statariã pugnã idoneis, sic quoq; XIII. numero naues sunt ab hostib⁹ captę. X. in alto depressę, vna tãtũ punica ex Romanis amissa, q̃ primo cõgressu vt supra est significatũ periit. Postridie q̃ ita erat dimicatũ, Liuius Ephesum ire pergit quo se ex fuga receperat, medioq; cursu quinq; &. XX. Rhodias naues obuias habuit, q̃bus priori classi adiũctis, ante Ephesinũ portũ suos aliquandiu in ꝓcinctu tenuit. Sed vbi nihil ab hoste moueri vidit, cõfessioq; est victis expressa, Rhodiis & Eumene domũ dimissis, ipse in hiberna cõcessit. Sequẽtis anni principio cõsules creati sunt, L. Cornelius Scipio &, C. Lælius. Ætolorum legati q Romã venerãt, qa de pacis cõditionib⁹ nõ cõuenerat, īfecta re abeũtes, iussi sunt intra quindecim dies Italia excedere. Vterq; cõsul sibi Gręciã ꝓuinciã deposcebat, quo certamĩe ad patres delato, Aphrican⁹ in curia ꝓfessus est se legatũ fratri iturũ, si extra sortẽ illi ea ꝓuincia decerneret, q̃ vox omne certamẽ e medio sustulit. Experiri libuit vtrũ plus ꝑsidii Antiocho in Hannibale esset, an cõsuli & Romanis legionib⁹ in Scipione. Atq; ita Scipioni Gręcia, Lęlio Italia prouincię sunt datę. Inter cętera huius anni ꝓdigia, Æsculi terra pluisse dicebãt, & Reate mula peperit. Aphricanus priusq̃ legat⁹ in ꝓuinciã iret fornicẽ in Capitolio erexit, cũ septẽ auratis signis, & duobus equis ac totidẽ marmoreis labris: & a Prolemęo legati venerũt, q regis nomine patres hortati sunt, vt in Asiam exercitum mitterent. Omnia circa Antiochum metu consternata iacere, post aduersam illam ad Thermopylas pugnam, paratum esse se in Syria & Phœnice totis regni viribus rem Romanã iuuare. Gratiæ regi actæ & legatis quaterna milia æris in singulos data. Nec Scipio multo post paludatus ex vrbe est digressus, qui pręter legiones ad bellum decretas & sociorũ auxilia. XV. milia voluntariorũ Italici noĩs qui sub Aphricano olim militauerant, secũ ad bellũ traxit. Attilius interea quia desperata pace Ætoli ad arma recurrerãt, Elatiam biduo oppugnatã vi cepit, captã diripuit. Et iã Amphisam ex ea gẽte operibus oppugnabat, quũ allatũ est Scipionem in Græciam traiecisse. Atheniensium legati ad eũ venerunt, Ætolorũ excidiũ deprecaturi, in quorũ gratiã induciæ in sex menses illis datæ, vt Romã iterũ mitterent. Eam quietem Scipiones passi sunt a se impetrari, vt rebus Gręcię pacatis, commodius in Asiam trãsmitterent. Attilio igit̃ Romã dimisso cõsul ex Amphisa ꝑ Macedoniã & Thraciã in hostẽ ducere cõstituit, exploratoq; Philippi regis aĩo, q iã sua spõte cõmeatũ cõparauerat, qua Romanus erat cõsul ducturus, & vias cõplanari fecerat, in Macedoniam transiit, vbi ambo Scipiones regio apparatu a Philippo accepti, multaq; comitate per terrã ipsam & Thraciã, sequẽte rege oĩaq; acccuratissime ꝑparante, ad Hellespontũ ducere ꝑseuerarunt. Antiochus interea in Phrygia erat terrestrib⁹ copiis cõparandis intẽtus, Hãnibalẽ ĩ Phœnicẽ miserat, vt inde naues accerseret, & Polyxenidas circa Ephesum vehemẽter erat occupatus in reparãda classe. Seleucus regis filius in Æolide maritimas vrbes in fide cõtinebat. Nec Liuius audito cõsulis in Gręciã accessu multum in mora fuit quin ex hibernis cũ septẽ &. XXX. nauibus egressus in Hellespontũ est ꝓfectus, vt cõsuli veniẽti oĩa ad traiiciendũ exercitũ in expedito essent. Achiuorũ itaq; portũ ingressus Iliũ ascẽdit, rẽ diuinã Mineruæ facturus. Tãtisp vero dũ his morat̃ locis, ex Rhetio Eleũte & Dardano ad eũ legati venerũt deditionẽ vltro faciẽtes. Inde parte nauiũ ad Abydũ oppugnãdã relicta ipse Seston cũ reliqua classe inuasit. Galli sacerdotes circa portas phanatico habitu occurrũt, veniã ꝑcãtes. Nihil ꝓinde violati sunt, cõtinuoq; Sestos dedita est. Classis retro ad Abydũ obsidendã cõcessit. Polyxenidas interim facta spe transitionis Pysistratũ Rhodię classis pręfectũ cũ omni fere nauiũ numero circa Samũ insulã incautũ oppressit, & Seleucus Phocẽ ꝓditione cepit, cui Cyma & Helia, deinde spõte deditæ sunt. Huiusmodi hostiũ successus ex Abydena oppugnatione Romanã classem ad Cannas reuocarũt, vbi ꝓxima hyeme stationẽ habuerat. Verebat̃ Liuius ne se absente Polyxenidas naues nuper relictas subito accessu opprimeret. His ita deductis classeq; Eumenis & duabus Mitylenéis suarũ numero adiũctis, in Samum cursum tetẽdit, ad Erythram primo classis appulsa, hinc postridie añ solis ortũ, ex quo cæli statũ gubernatores obseruãt plurimũ, in altũ euecta, aqlone subito ĩ septẽtrionẽ verso fœde iactata ẽ. Tenuit tñ Samũ, vbi Rhodias naues expectare cõstituit, nã Rhodii post cladẽ acceptã cuius supra mẽtio facta est, alterã sedulo classem ornauerant. Interim agrestiũ indicio cõperit Polyxenidę classem ad Eraleã stare, Liuius qa Rhodię nõ dũ aderãt, Corycũ trãsmisit, & Polyxenidas audito hostiũ digressu se Ephesum recepit, nec multo post Roman⁹ dux, Samo repetita Rhodiisq; nauib⁹ acceptis, Ephesũ dimicãdi cõsilio cõtẽdit.

Consules.

Scipiõis pietas ĩ fratrẽ.

Prodigia.

Prolemęi legati.

Scipiões ꝑ Macedoniã ducunt.

Liuii gesta ĩ Hellespõto.

Res mari gestę in ora Ioniæ.

Et

Hic quũ hostes se portu tenerent,biduo milites in littus expositi,Ephesinũ incursauere agrum. Priore die ob eruptionẽ ex vrbe factã cũ cęde & fuga milites sunt ad naues cõpulsi:postridie Romanus imperator conat⁹ hostes in insidiis excipere ad pugnam elicere nõ potuit.Nec ita multo post,L.Æmylius Regillus Liuio successit,q Paterã occupare tẽtauit.Est Patera vrbs Lyciæ. Atq; eo cõsilio Romani eã captã voluissent,ne classis q̃ ab Antiocho in Cilicia & Phœnice parabaẽ,cũ Polyxenida iũgi posset ampli⁹.Roman⁹ cũ aliquot nauib⁹ eo missus,q nõ solũ nõ loco potit⁹ est, sed partim locorũ accolis,partim asperiore fluctu pene interceptus,infecta re in Gręciã trãsmisit: Scipiones q tũ per Thessaliã ductabant cõuẽturus.Æmylius vbi rẽ a Liuio omissam audiuit, eũ q; ꝓcul abiisse,cũ tota classe intermissum negociũ executurus maritimã ei⁹ terræ orã petiit.Ibi a suis imperitię accusat⁹,q; Antiochi classe post se relicta,incertã spem secut⁹,socios ad prædã hostib⁹ reliq̃sset,ꝓ magno habuit negocio primis tẽpestatib⁹ Samũ repetere.Et iã Pergam⁹ a Seleuco Eumene absente oppugnabaẽ.Vbi itaq; Ro.classis Samũ attigit:Eumenes vt suã tutareẽ regiã ab Æmylio discessit,euntẽ Æmylius secut⁹ est,vt amico & socio regi auxilio foret, ad Eleanq; copias exposuit,quo Antiochus castra admouit de pace cũ Æmylio acturus.Audiuerat enim Scipionẽ p Thraciã ad Hellespontũ tendere,necessariaq; ad traiiciendũ exercitum parari. Misit Antiochus caduceatorẽ q Æmylio nũciaret regẽ de pace acturũ ab eo colloquiũ petere.Respondit Roman⁹ dux,neq; a se neq; ab alio posse q̃cq̃ ante cõsulis aduẽtũ de pace agi.Qua frustra tẽtata rex Seleuco filio ad Eleensem & Pergamenũ agrũ deuastãdũ relicto in Adramyteũ agrum opulẽtissimũ(Thebes olim noiabant)Homeri carmine celebratũ impetũ fecit.Ingẽs hinc ꝑda regiis est militib⁹ parta,& Naphanes interea cũ mille lectis peditib⁹ & cẽtũ equitibus ad Eumenis auxiliũ missus Pergamũ ingressus,incautos hostes primo adortus trepide in castra cõpulit, inde in incõpositũ agmẽ inuectus,fusos vsq; ad munitiones castrorũ a tergo instãs cecidit,qua Achęorum audacia Pergameno Seleucus agro excessit.Et Antiochus vbi Eumenẽ & Romanos Adramyteis auxilio venire audiuit,motis castris alio belli impetũ auertit,Phereaq; Mityleneorũ colonia expugnata,Cotonẽ,Coryleniõ,Aphrodisiã,Prienẽ vi cepit,inde p Tyatira Sardis reuersus est, Seleuco ad orã maritimã tuendã relicto.Æmyli⁹ Eumene Eleã remisso,vt ea q̃ ad traiiciẽdũ Romanũ exercitũ Hellespõto necessaria essent mature cõpararet,ipse in Samũ cõcessit,& q̃a phama erat regiã classem ex Syria aduẽtare,Rhodias naues.XIII.numero ex Samo misit,q̃ veniẽti hosti occurrerẽt.His totidẽ alię Rhodię nup ad eiusdẽ hostis phamã domo ꝑfectę medio cursu adiiciũtur.Cõsederũt primo Rhodii ad Phaselidẽ ĩ Lycię & Pãphilię cõfinio,ĩde cæli intẽperie (erat enĩ æstiuũ anni tẽpus) ex ea statiõe in Pãphiliã ꝓgressi,ad Eurymedontẽ fluuiũ cõsedere. Hic demũ est exploratũ,hostes Aspẽdiis esse,quo cõtigit vt postridie velut excõposito sibi obuię fuerit classes.Erãt septẽ &.XXX.regię naues & cũ his Hãnibal q sinistrũ cornu regebat.Dextero Apollonius pręerat purpuratorũ vnus.Eudem⁹ dextro cornu aduersus Hãnibalẽ pugnauit.Pãphilidas mediã aciẽ curabat.Heraclitus circa terrã Apollonio obiectus est.Perdifficilis fuit ab initio pugna,sed qua Hãnibal certamẽ obibat,multo acrius est q̃ alibi dimicatũ,fuissetq; Eudemus obrutus,nisi cęteri duces alibi ꝑlio defuncti,accepto signo,laborãti auxilio affuissent:Sic ea quoq; parte multitudine hostiũ vict⁹ Hãnibal fugã capessit,ꝑter Hepterim vnã,quã Rhodii ex hoste ceperãt,cętera naues,etsi magna ex pte cõcussę,retro abierũt.Rhodii vna felici pugna restituti,Eudemum cũ septẽ nauib⁹ Samũ mittũt.Heraclit⁹ cũ cętera classe ad Paterã deinceps stationẽ habuit, hostiũ aduẽtũ obseruatur⁹.Per id tẽpus nũciis & literis tẽtauit Antiochus Prusiã Bithynię regẽ sibi belli sociũ adiũgere,q̃d haud dubie fecisset,variis criminib⁹ Romanos insectat⁹, q; eo cõsilio in Asiã trãsmitterẽt,vt Europę & Aphricę regib⁹ sublatis,Asię quoq; regna euerterent. Peti se oĩm primũ,cæterũ breui fore,vt & alii eodẽ incẽdio flagrarẽt.Induisset Prusias his verbis commotus,haud dubie arma,nisi popportune Scipionis literæ & Aphricani nomen ab incœpto absterruissent.Venit ad regẽ ipm & Liui⁹ q classi supiore anno pręfuerat,is in q̃ aperta spe victoriæ Romani essent quũ plane docuisset,tenuit vt rex ab armis abstineret,præsertim q; satis cõstaret Masinissam regẽ quia Po.Ro.amicus fuisset,non solũ in paternũ regnũ a Romanis restitutũ sed alieno etiã donatũ,& q; Philippo armis victo Macedonia restitura esset,& filius vltro domum remissus.Sic & Nabidi subacto pacẽ cũ Lacedæmone redditã.Sic Eumenẽ auxiliis defẽsum. Antiochus desperata Prusię regis societate,ex Sardib⁹ Ephesum venit,ĩde veterẽ Colophonẽ exiptoui so inuasit. Colophonii opẽ ab Æmylio q Sami adhuc erat implorãt.Romanus socioq; piculo motus cũ tota classe ad Mynnonesum se cõtulit,aliquot hostiũ nauib⁹ iter eũdũ oppressis.Est Mynnonesus inter Theium & Samum ꝓmontoriũ in modũ metæ,a fundo satis lato ĩ cacumẽ fastigia

Patera.

Antiochus tentat pacẽ

Rex Sardis reuertitur.

Naualis pugna ad Eurymedõtẽ.

Criminaẽ Ro. Antiochus apud Prusiam.

tū,mox hinc ꝓfectus ad Gerestiū applicuit,Theiū agrū populaturus. Theii eā cladē per legatos
depcati,quinq; milia vasorū vini Æmylio se daturos pollicent. Id ille a Theiis exacturus, quū ad
Gerestiū sederet,agrestis cuiusdā indicio cōperit,regiā classem ad Macrin stare. Eo Polyxenidas
venerat,vt ea arte Romanā classem ad Gerestiū caperet,qua nō multo ante angustis faucibꝰ por
tus ad Samū insessis ceperat & Rhodiā:iuuabat hostis cōsiliū natura portus q̄ talis erat, vt duæ
naues coeuntibꝰ in arctū scopulis,vix e faucibꝰ in apertū exire possent.Periculo rei cōmorꝰ Æmy
lius,classiariis cū multa trepidatione ad naues reuocatis in apertū euasit.Nec multo post regię na
ues in cōspectū venere.Hic sese classes ex aduerso intuitę infestis animis cōcurrūt. Pugnabant a
Romanis.LXXX.naues,quarū duę &.XX.erant Rhodiæ:tres &.XC.regię.Robore nauium &
virtute militū Romani lōge pręstabāt,Hostes agilitate & remigū peritia,ꝓfuit nō parū ad victori
am ꝙ Italicę naues in proris pretentos habuerūt ignes,quarū occursum regię metu declinabant
sed multo plus militū virtꝰ rē Romanā iuuit.Fusi hostes atq; alto disiecti,duas &. XL.naues ami
serunt.Cætera classis cum Polyxenida Ephesum refugit.Romanarū duę fractę,vna Rhodia,ma-
gis casu q̄ hostium virtute capta.Cessit tum demū Antiochus possessione maris insigni clade af
fectus,Colophonisq; oppugnatione omissa in Lydiā se recepit,terrestris copias ad extremū certa
men quęsiturus.Æmylius Chiū ꝓfectus,vbi erat Romanorū horreū,L.Æmylium Scaurum cum
XXX.nauibus in Hellespontū ad exercitū traiiciendū misit,ipse refectis nauibꝰ q̄ recenti prælio
fuerāt cōcussę,Phoceā traiecit.Erat Phocea in intimo sinu posita oblonga forma, duoq; illi por-
tus esse,quorū maiorē qa multarū esset nauiū capax ab re Naustathmō appellabāt. Vtroq; igit̄ i Phocea.
sesso haud multo post q̄ eā Æmylius oppugnare cœperat,ꝑ deditionē recepit, vrbē spōte deditā
Æmylio inuito milites diripuerūt.Pretor libertatē qđ vnū potuit Phocensibus restituit,fuitq; ibi
reliquum hyemis Romana classis.Scipio interea per Æniorū & Maronitarū fines Lysimachiam Lysimachia
venit.Erat ea vrbs in Thracia Cherroneso ea tēpestate opulenta,quā Antiochus post aduersam
ad Mynnonesum pugnā reliqt,ibi aliquot dies exercitꝰ lōgis itineribꝰ fessus refectus est.Ex Lysi-
machia cōsul ꝑ Cherronesum in Hellespōtum descēdit,rebusq; priꝰ ab Eumene paratis, velut i Ro.exercitꝰ
pacatum copias in Asiā transmisit.Auxit ea res Romanis aīm q magnū ab initio certamē in ipso traiicit Hel
Asię limine ꝓceperāt animis.Inciderāt in id tēpus dies quibꝰ ancilia Romę mouebant,patriaq; re lespōto.
ligiōe ꝓhibebat miles iter facere.Ea res fuit in cā,vt eodē loco plures dies habita sint statiua,quo
primū copię in hostico cōstiterāt.Huc Heraclides Bizātius venit ab Antiocho missus q pacis stu
dio ꝑsidia deducturū regē dixit tota Europa,cessurūq; ex iis Asię vrbibus,quas Romani in liber-
tatē assertū iri vellēt,daturū adhęc dimidiū impēsę in bello ad id tēpus factę,& hęc fuit sūma eo-
rum q̄ dabant.Adiectę deinde ꝓces,iussiq; sunt Romani humanarū rerū meminisse, satis superq;
habituri ꝙ potētissimꝰ rex Asię studio Romanę pacis infra regię dignitatis fastigiū se ad ꝓces &
supplicia demitteret,cederetq; parte nō parua regni a maioribꝰ accepti. Respōsum est omnē belli
impēsam solui oportere si pacē rex vellet,decediq; nō Ionia solū & Æolide, sed tota Asia q̄ est ci-
tra Taurū mōtē.Legatꝰ secūdū id respōsum ꝓ magno habuit negocio,secreto Aphricanū cōueni
re,huiꝰ filiꝰ in ptāte regis erat,in Chalcide,vt aiūt qdā,eū Antiochus ceperat.Alii traiecto Hel-
lespōto itēt speculatorios eqtes missum ab hoste iterceptū,atq; apđ regē tā comiter habitū, q̄ si Vbi Scipio
vetꝰ Scipionū hospes Antiochus fuisset,nō po.Ro.atq; ducū inimicꝰ.Huiꝰ gratuitā restitutionē nis filius sit
Heraclides pollicitꝰ est,magnūq; ad id auri pōdus si Scipio daret operā,vt a cōsule & po. Ro.pax captus.
impetraret.Ad ea Scipio,ꝙ Romanos ingt & me ad quē missus es,ignores nō miror,quū & regis Verba Sci-
cuius nūciꝰ venisti fortunā ignorare mihi videaris.Lysimachia ab Antiocho obtinenda fuit,ne piōis ad An
Cherronesum itraremꝰ aut ad Hellespōtū obstādū,vt pacē a nobis de belli euētu sollicitis im pe tiochi lega
traretis,nūc cōcesso i Asiā traiectu,nec tātū frenis sed iugo etiā accepto,q̄ est ista disceptatio ex tum.
æquo quū iperiū patiēdū sit?Ego ex oī regis munificētia magnū donū filiū habeo.Deos ꝓcor,ne
vnq̄ fortuna egeat mea,aīo asit egebit nūq̄,plane gratū sentietꝑ tali i me bñficētia si priuatā gra
tiā pro priuato beneficio desiderat.Cęterum publice nec habeo quicq̄ ab illo nec dabo,vnū est in
pręsentia,qđ ei ꝓstare possum,fidele cōsiliū,idq; tu illi nūcia vt bello oīno absistat,nec pacis cōdi
tionē recuset vllā.Nihil ea Antiochū mouerūt,qn mentione pacis in ꝓsentia omissa se totū om-
nesq; vires regni ad bellū cōuertit.Scipio cōsul ex Hellespōto ꝓfectus,Dardanū primo,īde Rhœ
teū venit,mox Iliū ꝓgressus in cāpo vrbi subiecto castra fecit.Hinc arcē cōscendit Mineruę rē di
uinā facturus.Iliensibꝰ inde Romanæ gētis authoribꝰ omi verborū ac rerū honore appellatis,ex
Ilio ꝓfectus,sextis castris ad Caici caput ꝑuenit.Erant regia castra ad Tyatirā,vnde Antiochꝰ fi
liū ꝑ legatos remisit Scipioni,q ęgrotus ad Eleā delatus erat.Id munus nō solū patrio animo fuit Ilienses.

gratū,sed corpori etiā salubre gaudiū.Cōplexu filii satiat⁹,ite inqt,& regi dicite,me gratias illi i mortales habere,aliā nullā in psentia pter vnā referre possum,vt suadeā illi ne in aciē descendat, priusq̄ me i castra reuersum audiuerit.Erāt tū regi.LX.M.peditū &.XII.eqtū.Quidā multo maiorū copiarū sunt authores,quas cū Antiochus pn̄te Hānibale recognosceret,gloriareturq̄ quū numero militū,tū ipsorū armorū gn̄e exqsitissimoq̄ i his auro & argēto cęlādis apparatu, cauillāti similis Poenū rogasse fert,an tātū exercitum tā opulēte instructū crederet satis esse ad Romanos:ad quē ille renidēs,satis qdē rex,etsi Romani auarissimi sint.Significauit piritissim⁹ dux futurum vt irriti essent oēs Antiochi conat⁹,q plus auri q̄ viriū esset i aciē latur⁹. Cęterū quātęcūq̄ tū fuerūt Antiocho copię,his fret⁹ a plio nō abhorrebat.Secut⁹ tn̄ Scipiōis authoritatē,Phrygiū amnē trāsgressus circa Magnesiā posuit castra,eāq̄ fossa muro & turrib⁹ circundedit.Consul ad Tyatirā pgressus vbi rex castra habuerat,& ipse circa amnē quatuor milia passuū ab hoste metatus est.Biduo post Scipio supato amne ad duo milia & quīgētos passus propinquus Antiochi castris cōsedit:tumultuariū pliū ē cōmissum sub primū Romanorū accessum,facto a regiis eqtib⁹ i militē vallū iaciēte ipetu.Ad postremū fugati hostes,cētūq̄ i fuga cęsis,ac totidē captis in castra cōpelluntᷣ.Quatriduū ide acies vtrinq̄ ad pugnā istructę steterunt.Nihil tn̄ hinc aut īde motū. Tū demū cōsul pmotis castris quū ita aciē istrueret vt castra oppugnaturus videret, nisi hostis i aciē descēderet.Enīuero appetēte hyeme videbat Scipio aut militē sub pellib⁹ habēdū,aut trāsigēdā sine plio hyemē,si in hiberna cōcessum esset,qđ verū min⁹ vellet vix ipse expedire potuisset. Nec Ro.miles vllū magis hostē cōtēpsit.Antioch⁹ verit⁹ ne pliū detrectādo suorū aīos cōminueret in aciē descēdit.Erāt Scipioni duę Romanę legiones ac totidē latini noīs. Quina milia militū & qngēti erāt i singulis,quos ita disposuit vt primum ordinē tenerēt hastati,mox pricipes starēt postremo in subsidiis triarii locati sunt.Vtrūq̄ cornu socii latini noīs tenuerunt.Romani mediā aciē:Cornua equitib⁹ firmata q minus trib⁹ milib⁹ erāt.Post dexterum cornu Tralli,Cretēses,& Eumenis auxilia steterūt.Lęuū obiectu fluminis satis tutū sine subsidiis videbatᷣ. Sexdeci Aphri Elephātes post triarios stetere,vt aduersus Indicos q magnitudine & ferocia pstāt,haud dubie inutiles.Macedones auxiliares,cū M.Æmylio tribuno militum ad castrorum psidiū sunt relicti.Antiochus q ex oī colluuione hoīm exercitum cōtraxerat,multiplici ordine aciē instruxit belug indicę cum turrib⁹ in qbus singulis quatuor bellatores erāt ordinib⁹ interiectę,quarum octo & quadraginta Antiocho affuerunt.Falcatę ad id quadrigę,in his cuspides circa temonē ab iugo decē cubita extātes velut cornua prominebāt,quib⁹ qcqd obuium fuisset atrociter trāsfigeretᷣ:in extremis iugis binę prętētę erāt falces,vna æquata iugo ad terrā,altera deuexa,illa vt quicquid a latere obiiceretᷣ dissecaret,hęc vt plapsos aut de industria subeuntes demeteret. Erāt & ab axibus rotarum vtrinq̄ pari ratione falces deligatę.Stabāt Cameli quos Dromadas vocāt,& in singulis q ni Arabes sagittarii,q quum opus erat,tenuis gladios quaterna cubita lōgos velut superne in hostē vibrabāt.Fuerunt in cętero equitatu Tarētini equites q duos desultorios ductabāt equos in prelium.Huiusmodi psidiis aciē varie instructā rex e dextero cornu tuebatᷣ, a leuo Seleucus fili⁹, & Antipater ex fratre genitus.Mediā aciē Minio,Zeusis,& Philippus elephātorum magister tenuerunt.Fuit dies quo pugnatum est nubilus atq̄ humor ab austro velut imber perfudit oīa, q̄ res arcus fundas & iaculorum armamēta hostibus minus vtilia reddidit, qui his telis plurimū vt Romani pilis & gladio vtebantᷣ.Persuasum habuit Antiochus ita fore,vt primo cōcursu falcatę quadrigę aduersam Romanorum aciē turbarēt.Cęterum funditorib⁹ sparsim Eumenis cōsilio imissis clamore crebroq̄ telorum iactu medio cāpo inter duas acies p ludibriū exactę sunt atq̄ pene e medio sublatę,inde iusta fuit pugna,iniectoq̄ semel pauore quadrigarum fuga in hostium subsidia q̄ post læuum cornu stabant incidit,quib⁹ nō solum aciē nudauit, sed vsq̄ ad cataphractos equites pauor cum strage peruenit.Secuta est Romanorum equitū pcella, q̄ subito incursu regium equitatū sua spōte turbatum dispulit,totū deinde lęuū hostiū cornu inclinauit, puasitq̄ terror vsq̄ ad mediā aciē,nec tantum psidiarii & phalāges turbatæ sunt,sed belug ordinibus interiectę,a Romanis tali prelio assuetis confectę aut in fugam actę.Lōge diuersa fuit Romanorum fortuna in sinistro cornu in qđ circumuentū Antiochus totis virib⁹ incubuit. Id cū cæde & strage multa est pene in castra compulsum.M.Æmylius,q vt diximus ad illorū psidiū fuerat relictus suorū fuga aīaduersa cum presidio fugientibus occurrit,hortationeq̄ & minis fugam sistit. Affuit cōtinuo Eumenes,inde & Attalus Eumenis frater cū recenti ala equitū,quorū interuētu instaurato prælio,pauor cōtinuo a Ro.in hostes vertitᷣ. Antiochus vbi fortunā mutatā vidit,confestim equum in fugā vertit,cōtinuo & alii secuti regē sese prælio subtrahūt,fitq̄ aperta fuga. Ro

Antiochi copię.

Scipionis ferocia.

Antiochi acies.

Desultorii equi.

Quadrigæ desiciuntᷣ.

Laborant Romani in sinistro cornu.

mani vtroq̧ cornu victores p̃acetuos corpo℞,q̃ media maxime acie cumulauerāt,ad regiā castra
diripiēda ire pgunt.Hostes toto cāpo cęsi sunt,multi alii sup alios ruentes inter beluas & quadri
gas obtriti.In castris maior ppemodũ cędes edita est q̃ in acie,ad.L.milia peditũ cęsa eo die dicũ Cæsorũ nu
tur,equitũ tria milia.Mille.CCCC.capti,& cũ rectorib⁹.XV.elephanti.Romanorũ qđ vix histo metus.
rica fide incolumi scribi possit.CCC.nec amplius pedites acie occubuerunt,equites quatuor &
XX.Antiochus cũ paucis fugiēs primo Sardis cōtēdit,vrbeq̧ pśidio firmata cum vxore & filia
Apameā quo Seleuc⁹ cũ paucis amicorũ cōcesserat,est pfect⁹.Tyatira,Magnesia,& Sipilus vrbes
haud multo post pugnā dedit,e,& a Sardib⁹ quoq̧ & ab Ephesio legati venerūt deditionē facien
tes.Per eos quoq̧ dies Aphrican⁹ ab Elea i castra venit.nā ob morbũ pugnę non interfuit.Vene
rūt & ab Antiocho legati pacē & veniā orantes,q̃ post pauca verba pśenti fortunę accōmodata, Antiochus
Eoquas leges Antiocho victo Romani dicerēt q̃suerūt.Aphrican⁹ oīm pmissu leges dixit,vt to petiit pacē.
ta Europa Asiaq̧ citra taurũ Antioch⁹ abstineret.XV.milia talētũ Euboicorũ po.Ro. penderet.
Tria milia priusq̃ pax sanciret.Reliqua ęqs pēsionib⁹ in.XII.annos.Obsides.XX.Romanorũ ar
bitrio daret,vt Hānibal & Thoas Ætolici belli cōcitator,Mnasymachus Acarnā,& Philo Chal
cidēsis dederent.Adiecit Scipio regē serius pacē petiisse q̃ debuerat,q̧ si eā q̃ tūc daret repudia
ret,sciret regũ maiestatē difficili⁹ a summo fastidio ad mediũ detrahi,q̃ a medio ad imũ.Sed le
gati cũ his mādatis venerāt,vt nullas pacis cōditiões recusarēt.Missi itaq̧ sunt legati Romā ad
eā sanciēdā,& cōsul exercitũ in hiberna dimisit.Sub id tēpus Attilius de Antiocho ad Thermo
pylas victo,& de Ætolis triūphauit.CCXX.signa militaria sunt triūpho plata,ingēs vis argenti
signati infectiq̧ cũ supellectili argētea preciosaq̧ veste ex hoste capta,cũ coronis & captiuis nobi
libus.Eximii triũphi lętitiā tristis ex Hispania nūcius minuit,q̧ sex milia Romanorũ militum ad
Lyconē oppidũ,L.Æmylii pcōsulis ductu,a Lusitanis cęsi essent,cętera multitudo turpi fuga ma
gnis itinerib⁹ ęgre in pacatũ abiisset.Creati sunt inde in sequētē annũ cōsules,Fului⁹ nobilior,q̃ Consules.
sibi Gn.Māliũ collegā dixit,quũ comitiorũ die neq̧ is,neq̧ cęteri cōpetitores cēturias explessent.
Valerius Antias pdidit p id tēpus quo hę Romę gerebant,quũ nōdũ ad Magnesiā pugnatũ es
set,Romę phamā percrebuisse cōsulē Scipionē cũ fratre Aphricano p specie restituēdi filii in collo
quiũ a rege vocatos,in hostiũ potestatē venisse,atq̧ his captis Romana castra ab hoste expugna
ta,deletũq̧ oīno exercitũ.Liui⁹ neq̧ rē p vera execut⁹ est,neq̧ p vana silētio pteriit.Cũ Ætolis p
id quoq̧ tēpus de pace actũ.Legati q̃ ab ea gēte ad hoc Romā venerāt,rogati an in senat⁹ & i po.
Ro.ptāte futuri essent Ætoli,nec ad id q̃sitũ respōderēt,iussi sunt tēplo excedere,ab vniuersoq̧ or
dine acclamatũ frāgēdos eē vanissimos ei⁹ gētis spũs,belliũq̧ cũ ea gēte nihil intermittēdũ. Proui
cias cōsules sortiti M.Fului⁹ Ætoliā,& Māli⁹ est Asiā adept⁹.Q.Fabi⁹ Flamē Quirinalis,q̃ Siciliā Q.Fabi⁹ fla
sortit⁹ puinciā fuerat,a P.Licinio pōtifice sacrorũ causa Romę retēt⁹ est,vt olim Posthumi⁹ Al mē a Põti
binus primo bello Punico a Metello pōtifice ad bellũ exire phibit⁹,ac tũ demũ literę a Scipioni fice retentus
bus Romā platę,q̃bus nō solũ exercit⁹ & ducũ incolumitas sed victoria ingēs nup parta nūciaba
tur,nihil tñ de cōsule in Asiā mittēdo mutari placuit.Secuti deinceps Antiochi & Rhodiorũ le
gati.Venit & Eumenes,cui primo oīm datus est senat⁹.Rex victoriā de Antiocho patrib⁹ gratu
latus,pudēter & verecunde sua fratrisq̧ sui merita in Romanos ordine exposuit.Auditi sunt dei
de Rhodii & Antiochi legati,cũ q̃bus pax iis cōditionib⁹ quas Scipio dixerat firmata est. Et i ca Munificen
pitolio fœd⁹ ictũ,Eumeni & fratri datũ q̃cqd citra Taurũ Antiocho adimebat,pter Lyciā & Ca tia Ro.i so
riam vsq̧ ad Mēandrũ amnē.Hę Rhodiis attributę.Cęterę ciuitates Asię q̃ Antiochi stipēdiarię cios.
fuerāt,liberę & immunes factę.Decē postremo legati in Asiā missi,q̃ velut in rē pśentē irent,resq̧
eius puincię publico decreto cōstituerēt.Per id tēpus,L.Bebius pror q̃ in Hispaniā pficiscebat,a
Ligurib⁹ circūuētus,cęso eius comitatu,ipse vulneratus Massiliā cũ paucis fuga delatus,intra tri
duũ expirauit.& L.Æmylius,q̃ priore anno fuerat a Lusitanis victus,tumultuario fretus exerci
tu collatis iterũ cũ hoste signis,duodeuiginti barbarorũ milia cecidit,tria milia &.CCC. cepit.
Hic est Æmylius ille q̃ haud multopost Persen regē vicit.Eodē anno Bononia colonia Latina in Bononia.
Boios deducta:Triūuiri eā deduxerunt,L.Valerius flaccus,M.Attilius Seranus,&.L. Valerius
Tappo.Per eosdē dies,L.Æmylius regillus q̃ ad Mynnonesum Antiochi classem magno plio vi
cerat,nauale triūphum egit.Pralatę currui coronę aureę vndequinquaginta. Tetracini Attici
CCXXX.M.Cystophori maiore adhuc numero trāslati.Scipio & ipse Romā reuersus mēse inter
calario.pridie Calēd.Martias,triūphās vrbē ingressus est.Prelata currui signa militaria ex hoste
capta.CCXXIIII.Oppidorũ simulacra cētũ.XXXIIII.Eburnei dētes.M.CCXXXI. Aureę co
ronę.CCXXXIIII.argēti pōdo.CXXXVII.M.&.CCCCXX.Tetracinũ & Cystophorũ mul

Triumph⁹ Asiatici Scipionis.

ta milia, nũmi aurei Philippei. CXL. M. Argẽti facti mille põdo & . CCCC. XXIIII. Auri mille põdo & ampli⁹. Regii pfecti & purpurati duo, & XXX. añ currũ ducti. Ipse Scipio ne fratris cognomini cederet, Asiaticus appellari voluit. Interea, Gn. Mãlius cũ Gallogręcis in Asia bellũ cõflatũ habebat, q auxiliis Antiochum iuuerãt, & Q. Fabius p̃tor classis pfectus, ne ociosam ageret prouinciã in Cretã bellũ transtulit. Etenim multi Romanorũ in ea ĩsula iãpridẽ seruitutẽ seruiebãt, vbi classis eo est appulsa edictũ fuit p̃toris noĩe, vt captiui passim cõquisiti ad se cũ legatis mitterentur qbuscũ de reb⁹ ad Romanos & Cretẽses ptinẽtib⁹ ageret. Valerius Antias annalium scriptor, quatuor captiuorũ milia ab ĩsulanis minacissimũ a Romanis bellũ veritis, Fabio restituta tradidit q̃ popularis puincia effecit, vt Fabio Romã reuerso naualis sit triũphus decretus. Nec res

Aminãderi regnũ restituitur.

Gręcię interea in ocio fuere, dũ in Asia est cũ Antiocho bellatũ, Athamanes Philippi regis pręsidiis haud vno loco eiectis Aminandrũ q in Ætolia erat in paternum regnũ restituere. Heraclea Theudoria & Argithea vrbes vno tpe a Philippo defecerũt. Secuta est eam defectionem, cętera Athamania ingẽti studio. Occurrit eo multo post Philippus cũ sex milib⁹ armatorũ, q ad Argitheam ducẽs parũ abfuit, quin Athamanũ & Ætolorũ q Aminandro fauebant, subito fit incursu cum omnibus copiis oppressus. Fugienti itaq; similis sese in Macedoniã recepit, psidiũq; quod in Æthiopia supra Argitheã cõstiterat, post regis digressum ab Athamanib⁹ expulsum partim caesum est, partim sua sponte per locorũ abrupta praecipitatũ. Aminander recuperato regno Romã misit, q pacẽ suo noĩe a po. Ro. impetrarẽt. Nec Ætoli, Aminandro in regnum restituto quieuere. Amphilocho eñ & Aperãthia receptis, & Dolopes q sub Philippo erãt suę ditionis faciũt. Haecq; illi sub id tẽpus quo Antiochus est in Asia victus. Vno itaq; tẽpore & subactũ regẽ audiuere, & legati ab Roma sine pace domũ reuersi sunt. Secutus & Fuluii cõsulis trãsitus in orã Macedoniae, qbus oĩb⁹ territi Ætoli p Rhodios & Atheniẽses pacẽ impetrare sunt conati. Cõsul per Epirũ &

Ambracia defenditur.

Acarnaniã ducens Ambraciã oppugnare est adortus. Haud vno loco vrbs bellicis incessebat operibus, valide tñ defensa fuit Ætolorum psidio, q ab initio firmã eo ppugnatorũ manũ miserũt. Secuta inde alia cohors, quae tãtũ audacię obsessis attulit, vt eruptione ex oppido facta, partẽ operũ corruperint, multiq; Romanorũ tumultuoso sint praelio desiderati, fuissetq; eo die ingens clades accepta si Ætolorũ exercitus vt per nuncios conuenerat, exteriore parte Romanos pręlio occupatos inuasisset. Sed q Ambraciã venire debuerant, incertũ, metu an necessitate ducti in Amphilochiã diuerterũt, opẽ suis laturi q a Perseo Philippi filio oppugnabantur. Regius iuuenis audito Ætolorũ accessu, hostilẽ agrũ populatus in Macedoniã cõcessit. Ad Ambraciã quãtum murorũ cõsul discutiebat, tantũ oppidani ab Ætolis adiuti interiore parte reponebãt. Estq; interim pene in vrbẽ penetratũ cuniculo ad muros acto. Sed re aĩaduersa solũ Ætoli extrãuerso effodiunt, atq;

Ætolorum inuentum.

ita obuiã hostib⁹ eũt, dimicatumq; est in cuniculo, nec vlla vi magis victa fuit Romanoꝝ pertinacia q̃ nouo oppidanorũ cõmento, Doliũ pluma oppletũ cũ tenuib⁹ fistulis in cauerna ostio obiecerũt, inde a tergo follibus adhibitis nidore incensę plumę fumoq; miles a pposito est auersus. Tenuit inde aliquot dies obsidio, quoad Aminãdri regis interuentu Ambraciẽses deditionẽ fecere, q p̃ter aureã coronã. DCL. põdo, signa aenea marmoreaq; & tabulas pictas qb⁹ ornatior erat Ambracia (fuit eñ Pyrrhi regia) cõsuli obtulerũt. Ætoli & ipsi fessi his cõditionib⁹ pacem accepere.

Leges Ætolis datae.

Imperiũ maiestatẽq; Po. Ro. Ætolorũ gens conseruato sine dolo malo, ne quẽ exercitum q aduersus socios amicosq; eorũ ducetur p tuos fines transire finito. Bellũq; pariter gerito, pfugas fugitiuos captiuos reddito. Romanis sociisq; obsides quadraginta consulis arbitrio dato, Cephalenia extra pacis leges esto. M. talẽta argẽti po. Ro. soluito, dimidiũ in psentia pendito. Qui agri, quę vrbes a Romanis iã inde a T. Quintio & Gn. Domitio cõsulib⁹ sunt ipsi genti ademptę, Acarnanũ

Causa belli Gallis illati

sunto, & haec a. M. Fuluio in Ætolia gesta. Gn. Mãlius p id tẽpus cũ Gallograecis bellauit. Is initio veris cum eo exercitu quẽ a Scipione acceperat, ipsi gẽti bellum intulit. Hortatus est itaq; Mãlius milites ad rẽ secũ alacri animo gerendã aduersus eos q pro Antiocho in acie stetissent, quib⁹ etiã incolumib⁹ multo min⁹ pacata futura esset Asia citra Taurũ Romanis, q̃ sub Antiocho fuerat. Ex Epheso in hostẽ mouit, ad Męãdrũ primo ventũ, quo nauib⁹ supato (nã vado tranari non potuit) p̃ter Comenẽ, vbi Apollinis tẽplũ cũ celebri oraculo fuit, ad Harpasum amnem fecit castra. Hic quũ sederet castellum quoddã p tribunũ militũ receptũ Alabãdẽsibus restituit. Dein ad Antiochiã sup Męandrũ metatus. Est Męãdri ortus ex Celenis. Fuerũt Celenę olim caput Phrygiae

Apamea.

Nouęq; vrbi Apameę nomen fuit, ab Apamea Seleuci regis sorore, & Marsias haud pcul a Męãdri fontib⁹ oriẽs ipsi fluuio infundit. Obtinuit phama Celenis Marsiam tibiarũ cãtu cum Apolline certasse, Męander ex arce summa Celenarum ortus vrbẽ ipsam intersecãs, per Caras & Ionas

flu ns inter Prienē & Miletū ī mare elabit̃. Ad Thebas itū ī finib⁹ Pysidarū. Hic q̃a in Romanū
equitatū factus est ab locorū accolis impet⁹, victi prelio Barbari quinq; &.XX.talētis &.X. mili-
bus medimnis tritici, pacē sibi a cōsule redemerūt. Erizā vrbē cepere, mox ad Tabusiō castellū im
minēs flumini Indo vētū est. Labit̃ is ex Cybaritarū mōtib⁹, ꝑcul ab eo multo celebriore q̃ Indiæ nomē dedit. Q̄q̄ hic quoq; ob id nō parū celebris, ꝙ vt Plinius scribit sexaginta accipit perennes fluuios, torrētes ampli⁹ centū. Dedit huic fluuio nomē Indus ex elephāte casu quodā in eū deie-
ctus. Gn. Manlius a cōsule missus cū quatuor milib⁹ peditū, & quingentis equitib⁹, Cybaritarum
fines ingressus, obuios cōtinuo habuit a Cybara legatos, ꝑ quos Megeates tyrannus veniam pre
catus pollicet̃ se imperata facturū. Cui centū talenta &.X. milia medimnum tritici cōsul expīsit:
a Cybara per Idensiū agros ducēs Calaurē amnē supauit, dein praeter Carallitē paludem, & Ma-
damprū fecit castra. Lagū ab incolis desertā diripuit. Ab Lyseos fluminis fonte ad Cōbuletū am-
nem ventū est. Et ex Cobuleto in Pamphiliā cōsul detorsit iter, exemitq; Isiōdēses obsidione, quo-
rū arcē capta vrbe Thelmēses oppugnabāt, & Thelmēsib⁹ pax data. ex Pāphilia reuersus ad flu-
mē Taurū cōsedit: postero die ad Sylenē quā vocāt Comē metatus est, ad Cormala vrbē postea
ꝓcessit, Darsamq; habitatorib⁹ metu desertā diripuit, & Lysionē spōte deditam recepit, fuisset &
Gallassenus ager violatus, nisi Pysidę q̃ eū incolūt, pacē sibi. L. talētis &.XX. milib⁹ medimnū tri
tici, ac totidē hordei mercati essent. Inde circa Rutrinos fontes ducibus itineris a Seleuco q̃ eo ex
Apamea venerat acceptis ꝑ Metropolitanū cāpū ad Dymas Phrygię admouit castra. Synada de
inde ꝓcessum locū marmoris prestāria nobilitatū, hinc ad Alexādri fōres, & mox triduo ad Ab-
essum ꝓfectus Māliꝰ in Thelostobogorū finib⁹ fecit castra. Ea gēs Brēnonis ductu ex Gallia ꝓ-
fecta in Dardanis, q̃ a tergo Macedonię adiacēt, multū euagati primo cōsederūt. Ibi seditio inter
Gallos orta ē.XX. milia hoīm cū Lōnorio & Lutario regulis secessione facta ī Thraciā iter auer-
terūt, hui⁹ terrę accolas quū aliquādiu stipēdiarios habuissent, Byzātiū vsq; ꝓgressi oēm Propōti
dis orā sibi vectigalē fecere. Lysimachia fraude capta ac cū ea tota Cherroneso subacta, ad Helle-
spōtū descēdere, vū Asiā ex ꝓximo intuiti (dirimit ibi fretū septē stadiorū Asiā ab Europa) audi-
ta terrę feracitate, cupido aīm icessit ī aduersam terrā traiiciēdi. Hic noua rursus seditiōe turbati
Lōnarius retro cū parte copiarū Byzātiū reuersus est, Lutari⁹ haud ab icoepto deterrit⁹ copias
traiicit, duab⁹ tectis nauib⁹ & trib⁹ lēbis vsus quos Macedonib⁹ ademerat legatorū praetextu ad
speculāda Gallorū cōsilia ab Antipatro missis. Nec multopost & Lōnorius ex Byzātio Nicome-
dis opa cū suis copiis ī Bithyniā traiecit, vbi Gallorū auxiliis fretus, Zibota victo, totā Bithyniā
suę ditionis fecit. Tū vero Galli ex Bithynia ī Asiā ꝓcesserūt. X. milia armatorū erāt, pari mulie
rū & puerorū multitudine. Tā exigua bellatorū man⁹ tātū terroris oīb⁹ cis Taurū icussit, vt oēs
populi siue petiti bello, siue nō petiti breui sint illorū impio subacti. Tū demū quū tres essent gen
tes, Thelostobogi, Trocini, & Tectosagi, ita sunt sibi Asiā partiti, vt Trocini Hellespōti orā habe-
rent, Thelostobogi Æolidē cū Ionia. Tectosagi mediterranea sedēq; sibi circa Halim fluuiū obti-
nerēt. Horū opes adeo deinceps creuere vt & Syrię reges illis cū cętera Asia vno tpe tributū pen
derent. Attalus Eumenis pater, prim⁹ oīm cū his acie cōfligere ausus, quū magno ꝑlio vicisset, tri
butum gēti dare recusauit. Cęterū quū nihilo secius imperio abstinerēt, Antiochū vt supra est de
mōstratum bello inuertit, atq; eo acie victo, q̃ ꝑcul a mari incolebāt, satis fidere Romana ad se ar-
ma nūq̄ ꝑuētura. His quū iā cōsul immineret ita est ꝑ concione milites affatus. Sunt scio milites
hi Galli cū q̄bus nobis res futura est oīm q̃ Asiā incolūt, belli phama maxime illustres. Gens natu
ra ferox post varios errores sibi bello sedē q̄siuit. Procera corpora, comę promissę & rutilę, amplio
ra scuta, lōgiores gladii, & quū pugnam ineunt, cātus, vlulatus, tripudia & horrēdos cient armo
rū strepitus, oīa de industria ad terrorē composita. Hęc facile oēs circūiectos accolas vnius gentis
iniuriæ obnoxios fecere. Sed illa, Phryges, Cares, & q̃ illorū bellis sunt minime assueti reformidēt
Romanis q̃ ducētesimo adhinc anno cū ipsa gēte feliciter dimicāt, leuia & ridicula habenda sunt.
Semel id ludibrium maioribus nostris ad Alliam obfuit. Inde vero assiduis cladib⁹ ita prostrati,
caesiq; sunt a Romanis Galli, vt pene plures ex hac vna gente q̄ ex reliq̄s omnibus q̄ in toto orbe
sunt, triumphi sint Romæ acti. Etenim quū primū illum impetū quo feruida & cęca ira ī pugnā
ruunt, sustinueris, fluūt sudore & lassitudine mēbra, labant arma, mollia corpora, molles & animi
vbi ira illa remisit, sol, puluis, sitis etsi ferrū nō adhibeas ꝓsternit. Nec acie tantū id sum⁹ experti
sed vir viro cōgressus quātū Romana virtus ꝓstet sępius documēto fuit. Sic Torquat⁹, sic Cor-
uinus Gallicā ferociā strauere. Quid ꝙ M. Manlius totum agmē vnus e capitolio deiecit. Erat q;
tum maioribus nostris bellū cū iis Gallis qui patrio solo ferocissimaq; mundi plaga nup fuerant

Indus flu.

Calauris flu.

Thelmēses.

Synadicus lapis.

Galli Hellesponto in Asiā transmittunt.

Thelostobogi.
Trocini.
Tectosagi.

Oṙo consulis ad milites.

egressi. Hi vero Græcis immixti, vñ Gallogręci dicti, in molli geniosaq; terra diu cõmorati, quantum a ppria virtute gẽtis tã lõgo tẽporis spatio degenerasse credẽdi sunt! Nã si in frugib⁹ pecudibusq; nõ tãtũ semina ad seruãdã indolẽ valẽt quãtũ cęli sub quo alunt̃ pprietas, sane & hominum ingenia locorũ diuersitate mutari necesse est. Abiit Macedonũ ferocia, Alexãdriã, Seleuciã, & Babylonẽ colẽdo in vilissimarũ gẽtiũ molliciẽ. In Massiliensib⁹ nõ parua mutatio sub diuerso climate facta est, & vt breuiter dicã, nihil tã generosum extat qd in ei⁹ terrę naturã cui creditur nõ facile degeneret. Adde q oĩa in peius facilius mutant̃. Gallica igit̃ tantũ habebũt arma. Phryges p cętera experiemini. Sed qd experiemini dixi! quos ad Magnesiã superiore anno vt vilissimas pecudes cecidistis, victores victos cędetis. Nã vt ferę humana arte & illecebris omnẽ cum tẽpore exuunt feritatẽ, ita gens hęc Asiaticis opibus saginata, vbertimo agro, saluberrimo cęlo, clemẽtibus accolarũ ingeniis gentilẽ deposuere ferociã. Hoc ipsum quo verius est, eo impẽsius adnitẽdũ vt q̃primũ defuncti hoc bello domũ victores abeamus asiaticã amœnitatẽ fugiẽtes. Etenim tãtũ peregrinę voluptates ad extinguẽdũ vigorẽ animorũ valẽt, quãtũ cõtagio corruptaq; accolarum disciplina, eueniet q; illud feliciter, q cũ hi Galli parem inter Gręcos phamã obtineãt, velut si nihil esset in virtute degeneratũ, ex hac victoria nõ minorẽ laudẽ reportabimus, q̃ si cũ veris esset Gallis dimicatũ. Dimissa cõcione cõsul ad Aladrũ fluuiũ mouit castra, inde ad Tiscouicũ pgressus, Oroandẽsiũ legatis pacẽ petẽtib⁹. CC. talẽta imperauit. Ad Plitẽdũ deinceps & Alyattos nouissime atq; Axylon ductus est exercitus. Nomẽ loco a re factũ, nõ modo nõ ligni qcq̃, sed ne spinas quidẽ fert id solũ. Fimo bubulo incolę p lignis vtunt̃. Et iã castra ad Euballũ Gallogręcię castellum ptmota erãt, quũ subitus Gallorum equitũ accessus Romanoꝝ stationes turbauit, sed Romano equite in eos immisso, cõtinuo a pugna in fugã versi sunt fugientiũq; aliquot ĩterfecti. Cõposito deinde agmine ad Sangariũ amnẽ cõsul venit, is ex Adoreo mõte lapsus p Phrygiã fluẽs circa Bithyniã Tymbri fluuio miscet̃, tũ maiorẽ in modũ auctus p eãdem terrã decurrẽs in Propontidẽ euoluitur. nõ tã sua magnitudine q̃ pisciũ vbertate mirabilis. Cõsul Sangariũ põte trãsgressus pręter ripã ducens Gallos sacerdotes ex Pisinunte obuios habuit. Hi phanatico furore carmen cecinerũt, quo Romanis victoria portẽdebat̃, quo omine lætus cõsul Cordiũ puenit. Medius is locus inter Hellespontũ & orã Cilicii maris ab vtroq; littore paribus distãs spatiis. Hic ex Epessognoto regulo q vnus Gallorũ Antiocho contra Romanos auxilia denegarat, cognitũ est Gallos cũ vxorib⁹ & liberis, & his reb⁹ q̃ asportari potuerũt, populariter ex suis sedib⁹ migrasse, Olympũq; ab eis occupatũ, sedẽq; belli i eo mõte destinatã, vt locorũ arduitate & armis se & sua inde tuerent̃. Oroandẽsium inde legati nũciarũt a Tolostobogis Olympũ teneri, Magonam vero alterũ mõtẽ a Tectosagis & Trocinis, q̃q̃ hi dicerent̃ Tolostobogis auxilio ituri. Cõsul ad Olympum primo duxit, triduo postq̃ in hostiũ conspectũ venit tripertito est montẽ pręter hostiũ opinionẽ oppugnare adortus. Persuasum habuerũt Galli ab initio Romanos locorũ difficultate territos, nihil aduersus montis naturã ausuros. Est Olympus pene vndiq; aditu difficillim⁹ pręterq̃ a meridie qua parte colles castigatius assurgũt. Hic galli oẽ copiarũ robur hostib⁹ obiecerũt. Cæteris locis modico præsidio firmatis, quatuor milia tumulũ viæ immineñtẽ, procul a castris occupant. Id Romani intuiti locum ferociter subeunt, fuitq; his pugna ab initio difficilior vt parum æquo loco inita: mox vero vbi cõminus ventũ est, & Galli seminudi scutorũ angustia ad telorum ictus expositi, sagittis, glande, iaculis, obruebant̃, eratq; eorũ clades eo insignior q & nudi pugnabant, & candida corpora notabilius cruore rigabantur, tum vero in rabiem versi, partim corpora humi sternere, alii in subiectũ hostẽ pręcipites acti in suã perniciẽ ruebant. Postremo vbi se a leui armatura victos senserũt, & iã legiones sub signis aderãt, effusa fuga castra repetunt. Cõsul capto tumulo paululũ ibi militẽ cõtinuit, inde suos paucis hortatus iterũ leuẽ armaturã in castra pręmittit. Hic quoq; Galli q pro vallo steterãt, telorũ multitudine coopti momẽto tẽporis in castra cõpellunt̃, firmis stationib⁹ ad portarũ aditus relictis. Cadebat interim telorũ vis ingẽs intra hostiũ munitiões, multiq; mortales pmiscue vulnerabant̃, exaudiriq; pinde clamores & ploratus mulierũ ac puerorũ. Demũ abhibito legionũ robore, paucis hostiũ primo cõgressu pstratis, cæte ra multitudo perculsa cessit, diffugit totis castris cũ clamore & miserabili ploratu, ruuntq; Galli per vias & inuia, nõ abrupta saxa, nõ rupes obstãt fugiẽtib⁹, atq; ita multi pcipites acti, aut debilitati sunt aut ruinoso lapsu exanimati. Abstinuit suos cõsul a pręda, vt fugiẽtib⁹ e vestigio instarent. Quæ res effecit vt passim sint cæsi hostes, & vltimũ agmen qd extra pugnæ periculum fuit castra diripuit. Claudius Quadrigarius qui bis i Olympo pugnatũ credidit. XL. hominũ milia scripsit occidione occisa. Valerius Antias. X. milia tantũ interfecta pdidit. Captiuorũ numerus

Peroratio.

Axylũ solũ.

Sãgari⁹ flu.

Galli sacerdotes.

Olympus a Gallis occupatur.

Romanorũ ferocia.

Cęsorũ numerus.

haud dubie priorē numerū expleuit. Multi donati sunt p cōcione, & in primis Attalus Eumenis frater qui egregiam oīm consensu operā eo plio nauauit. Prædā in medio redactam consul militibus diuisit. Inde in Tectosagos itū, vētūq; est tertiis castris ad Angirā nobilē in ea terra vrbē, vbi quū cōsul statiua haberet, Cēturio q custodię captiuorum pērat, Orisgontis Gallorū reguli vxori eximia inter suas populares pulchritudine, ad oēm iniuriā obnoxiæ stuprū intulit. Inde vt moerētem illi⁹ aīm leniret, auri talētū pactus, occulte se illā e custodia ad suos dimissurū pollicet, fecitq; illi potestatē mittēdi seruū in altera Gallorū castra, q̄ ad decē milia passuū inde aberant, vt noctu duo ex necessariis ad cōstitutū locū cū auro venirent. Affuerunt illi ex cōdicto, & centurio cupiditate auri impulsus captiuā ex custodia eductā, ad destinatū pduxit locū. Ibi illa Gallica lingua hortatur suos, vt stricto ferro hostē obtruncent, cędeq; perpetrata iacentis caput ferox mulier abscissum sinu inuoluit. Inde ad Orisgontē, q in ea castra ex Olympo pfugerat, reuersa in eius cōspectum caput abiecit. Tū mirante illo ecqd rei id esset, vlta sum inqt, priusq̄ ad te venerim, corporis iniuriā, violatāq; ab hoste pudicitiā. Et Gallica mulier tale edidit facin⁹. Tētarūt interim Galli, p speciē colloquii, cōsulē insidiis excipere, mille lectis ad id facin⁹ eqtib⁹, fuissentq; voti cōpotes facti, psidio quingentorū equitū quos secū cōsul habebat, fuso, maioreq; ex parte cęso, nisi aliquanto maior eqtatus, qui pabulatoribus psidio erat, clamore audito, eo matute accurrisset, horum interuentu nō solū cōsul seruatus est, sed hostes fusi ac cęsi vsq; ad radices montis. Tertio itaq; die ab eo quo ita est pugnatum, in aduersum mōtē cōsul aciē erexit, q̄tuor &.LX. milia bellatorū iugum tenebant. Fuit tñ hæc victoria aliq̄to facilior, q̄ ad Olympū, pculsis recēti clade hostiū animis, restiterūt tñ nōnihil, quoad robur legionū admotū sit castris. Tū vero vt erāt magna ex parte saucii, vi telorum, velut grandine quadam, afflicti fugā capessunt, dextra lęuaq; per deuexa montium latera diffugiunt. Miles castris captis, pdæ cupiditate, ad insequendū hostē ægre trudebat, fuitq; proinde cædes longe minor q̄ victoria. Ad.X. milia occisa dicunt. Cętera multitudo vltra Halim fluuium quo filios & vxores pmiserant abierunt. Pręda tāta fuit, quātā gens rapiēdi cupida, quæ per multos annos Asiā cis Taurū tenuerat, coacerauasse potuit. Galli duplici clade fracti, postremo ad consulē legatos pacem imploratum mittunt, his Ephesum ad se venire iussis, ipse quia dimidium autūni exierat, vt pcul Tauro monte, q gelidissimus est, copias ante hyemē abduceret, motis signis in maritima loca hibernatum dimisit. Romæ interea T. Quintius & M. Claudius cēsores viam silice sternendā a Capena porta ad ædē Martis locauere, ab his Scipio Aphrican⁹ tertio lectus est princeps senatus, fuit enī quantū hinc colligi pōt honos ille annuus. Tyberis duodecies vno anno cāpū Martiū, & plana vrbis loca inundauit. In Gręcia M. Fuluius alter cōsul Cephalenios in fidē recepit. Samei, vna insulanorū ciuitas, post datos obsides, incertū quo cōsilio cōfestim rebellauit, quatuorq; mēses laboriose oppugnati, demū vrbs & capta vi est & hostiliter direpta, & q cum arce dediti sunt, sub corona vænierūt. Ex Cephalenia cōsul in Peloponnesum trāsmisit, ob bellum inter Achęos & Lacedæmonios nouissime ortum. Quintius & Romani, fractis Nabidis opibus, vicos & castella Laconici agri Achęis addixerant, & Spartani exules passim ea loca obtinebant, habebantq; p hęc Lacedęmonios vehemēter sollicitos, in primisq; ęgre ferre Spartani, q̄ ora maris parum sibi tuta esset. Indignitate itaq; rei commoti, Lalim vicū maritimū adorti vbi tum plærīq; exulum agitabant, maiorē tumultum q̄ cædem exciuerunt. Miserūt Philopœmenis impulsu, qui tum prętor erat, Achęi Lacedęmonem legatos, q eius tumultus authores ad supplicium deposcerent, alioqui foedus violatum videri. Achęorum postulata adeo Spartani iniquo animo tulerunt, vt interfectis qui illorum erant societatis authores ipsius gentis amicitię publice renunciarint, missis ad consulem legatis, qui Lacedæmonem illi populoq; Roma. dederent. Et iam Achæi sumpserant aduersus Spartanos arma. Cæterum consulis interuentu iussi vtriq; sunt armis abstinere, Romamq; ad patres mittere. Magna erat apud Romanos Achæorum authoritas, & de Lacedæmoniis nihil mutari placebat. Est itaq; legatis adeo ambigue respōsum, vt tam hi, q̄ illi in suum fauorem senatum decreuisse dicerent. Accensis proinde in pristinum certamen animis sub initiū veris Philopœmenis ductu Achęi Laconicos fines ingressi, defectionis authores deposcunt, polliciti fore, vt indicta causa nihil passuri essent. Ciuitate metu attonita, q deposcebant sua spōte se ituros pfessi sunt, & qa cōmunis causa agebat, plęriq; alii sunt secuti: vbi ī castra ventū est Spartanorum exulum qui cū Achæis erant incursu, fauēte multitudine, ad septēdecim eorū qui venerant cōtra ius gentium & fidē a duce in id datā interficiūt. Postridie cęteri, qui tres &.LX. numero fuerūt e vinculis iratæ multitudini obiecti, damnati ad vnū omnes supplicio traditi sunt. Principum clade territi Lacedæmonii, muros vrbis diruere sunt iussi, exules

Orisgontis Reguli vxor

Consul pene oppress⁹ est a Gallis.

Galli pacem poscunt.

Lacedæ. & Achæorum discordia.

Lycurgi leges sub'latę. reducere,Lycurgi legibus abolitis Achæorũ moribꝰ assuescere.Muri disiecti sunt,Lycurgiq; disci
plina sublata,qua octingẽtos ea ciuitas annos steterat.Post Fuluii & Manlii annũ secuti sunt cõ-
Consules. sules M.Valerius Messala & Gn.Liuius Salinator,ꝓuinciis in sortẽ cõiectis,Messalę Ligures eue
nerũt:Salinator Gallos sortitus est.C.Valerius Tappo tri.plę.legẽ ꝓmulgauit,vt Formiani Fun
dani & Arpinates municipes,q̃ ciuitatẽ sine legis latione adepti fuerant,ferẽdi ius haberẽt.Ea ro
gatio nõ caruit cõtẽtiõe,sciuit tñ legẽ populꝰ.M.Claudiꝰ Marcellus Lustrũ cõdidit.Cẽsa sunt ci-
uiũ capita.CCLVIII.milia.CCCVIII.In fœdere qđ cũ Antiocho fuerat ictũ diserte est expressum
vt Hãnibal dederet̃,qđ ille ꝓuidẽs,cõtinuo post pugnã, qua Antiochi opes ad Magnesiã concide
Hãnibal ad Prusiam regem se confert. rãt,in Bithyniam ad Prusiã regẽ se cõtulit.Cũ Ariaracte rege,in Eumenis grãm,q̃ illiꝰ filiã vxo
rẽ duxerat,iuncta est societas.Et Gallis his cõditionibus pax reddita,vt vagãdi morẽ finirẽt,seq;
tenerent suis finibus.Rebus Asiæ per hæc cõstitutis,Mãlius oẽs copias in Europã traiecit,inde ꝑ
Cherronesum ducẽs,q̃a per Thraciã erat iter facturus,copiis bifariã diuisis , partẽ vnã iussit præ
ire,reliqua cogebat agmẽ,in mediũ vehicula cũ omni ꝑda & publica pecunia accepit. Nec fefellit
Romanũ opinio.Thraces ad q̃nq; milia numero,insessis locoꝝ angustiis, impetũ eximprouiso in
impedimenta faciunt,& iam diripere oocceperant interfectis custodibus,quũ subito militum oc-
cursu ꝑlio occupãt̃,fuitq; anceps ꝑ diẽ pugna,multiq; vtrinq; cecidere, sed plures aliquãto ex Ro
manis.Remiserunt ꝑliũ sub noctẽ Barbari,nec ꝑda vacui domũ concesserũt. Romani bifariã no-
cte vna metati sunt,postridie iunctis aciebus signa mota sunt,ad Hebrũq; fluuiũ ventũ est.Inde ꝑ
Ænioꝝ fines ad alias angustias itũ (Tympira locũ vocãt) hic iusto ꝑlio,cęterũ in apto cũ Thra
cibus dimicatũ,fusisq; Barbaris ac eoꝝ pluribꝰ cęsis,Romani saltũ transgressi, in Maronitarũ fi-
nes venere,ꝑ pacatã inde regionem Apolloniã,& ex Apollonia ꝑ Abderitanũ agrũ,Neapolim &
reliquas Gręcoꝝ colonias copię traductę. Postremo ꝑ reliquos Thraces magis suspectos q̃ ĩfestos
ventũ est in Macedoniam,ac reliquũ hyemis Apolloniæ egit.In Liguria & Gallia nihil dignũ me
Consules. moria est eo ãno gestũ.Secuti noui cõsules M.Æmilius C.Flaminius . His cõsulibus L.Minutius
Myrtilus & L.Manlius,q̃a Carthaginensiũ legatos pulsassent,M.Claudii prætoris iussu ꝑ fœcia-
les traditi sunt legatis,& Carthaginẽ aduecti.M. Fuluius ab Ambraciẽsibus P. Æmylii consulis
impulsu est absens accusatus apud patres,ꝙ sine causa petiti bello essent,& hostiliter ab eo spolia
ti,erant nõ obscuræ inimicitię inter Fuluiũ & Æmyliũ.Cæterũ C.Flaminius cõsul,absentis cau-
Manlius a suis legatis accusat̃. sam cõplexus,author fuit ne q̃d decerneret̃ ante Fuluii reditũ.Sic eñi Gn.Manlius,vbi Romã ve
nit,quũ peteret vt triũphãs in vrbẽ ingrederet̃,a L.Furio Purpurione , & a L. Æmylio Paulo,qui
eius in Asia legati fuerãt,accusatus est,ꝙ Antiochi pacẽ turbare q̃siuerit,belli gerendi cupidita-
te,trans Taurũ Romana signa cõtra ictũ fœdus,oraculũq; sibyllini carminis ꝓferre conatus eẽt,
fecissetq;,nisi a legatis prohibitus fuisset,& ꝙ a tam audaci incœpto auersus,Pysidiæ,Lycaoniæ,
Phrygię ĩsontes vrbes circũductos ad oẽs recessus mercenario exercitu sordide expilasset, ꝙ Gal
lograecis,sine senatuscõsulto ĩniussuq; Po.Ro.bellũ intulisset,ꝙ illatũ adeo temere administrasset,
vt nisi fortuna Po.Ro.affuisset,potuerint Romanæ legiones semel atq; iterũ,locorum iniquitate
deleri.Postremoq; in Thracia ab incomposita latronũ manu fugatus eẽt,Ro.exercitus cęsus atq;
impedimentis non parua ex parte exutus.Cęterum si talis clades nunq̃ fuisset accepta,nõ videre
se aiebat,de quo hoste Mãlius triũphare posset,an de Gallogręcis,a q̃bus res repetitæ non essent,
neq; ipsi hostes a Po.Ro.iudicati,neq; solenni more bellũ indictũ,nisi confundi tolliq; iura fœcia-
lia placeret,neq; senatũ de bello cõsuli amplius,oĩaq; iura diuina & humana turbari.Excepit lega
Quæ Manlius responderit. torum accusationẽ Manlius lõgiore oratione,qua & Gallos armis iure petitos ostendit,q̃ ad Ma-
gnesiã ꝓ Antiocho in acie stetissent,appellariq; ambo Scipiones q̃ gerẽdo bello ꝓfuerãt, Gallogrę
ci hostes eo bello an amici fuissent.Inigore loco a se aciẽ instructã haud q̃dẽ inficiari,q̃ñ æquiore
instrui nõ potuisset.Sic ad Thermopylas ab Attilio,sic a Quintio antea ad Aoũ amnem dimica
tum.Eo igit̃ itũ,quo spes victorię traxisset.Ad centũ milia hostiũ debellata.XL. M.aut cæsa aut
capta.Pacatã a se totã citra Taurũ Asiã,q̃ incolumibus Gallis oĩm opiniõe quietura erat nũq̃.Qđ
ad Thracię latrones attineret tãtũ abesse,vt crimen,immo mẽdaciũ illud,glorię a se partę aliquo
modo obfuerit,vt ꝑ ea victoria,ꝙ bis multa milia Thracũ paucis diebꝰ fudisset occidissetq;, si ni-
hil in Asia esset gestũ,nihilominꝰ triũphũ petiturus fuisset . Sed cęcã esse inuidiã,nec quicq̃ aliđ
scire q̃ detrectare virtutes,honoresq; ac ꝓmia corrũpere, quã duo L.Purpurio & Æmylius secu-
Triumphꝰ Manlio decernitur. ti,ea accusarent,quorũ ipsi alioq̃ testes,si sine inuidia viueret̃,adhiberi debuissent, siquis alius la-
befactare esset ausus,Iactata inde in senatu res est, nitẽtibusq; Manlii necessariis,freq̃uẽs senatus
illi triũphũ decreuit.Maior deĩde cõtẽtio orta.Duo Petilii tribuni plæbis diẽ Scipiõi Aphricano

dixerit,nec defuerũt fortasse q Romanã ciuitatẽ,vt ingratã accusarẽt,q̃ tãtũ virũ a Trib. plæ.vexari pateret.Cęterũ & tũc q̃dẽ oportuit,oportebitq́ semp,virũ in libera ciuitate tãtũ eminere,vt legibus semp interrogari possit,nullũ enim maius ciuitatis vinculum q̃ ꝙ ita libertas ęquetur, vt potentissimus q̃sq́ possit causam dicere.Qui æquũ pati nequeat in eũ vim iniustam haud videri oportere.Nunq̃ igit̃ Scipio maiore ciuiũ frequẽtia in forũ est deductus,q̃ quũ ad dicendã causam venit,quã iussus dicere,sine vlla criminis mẽtione orationẽ de rebus a se gestis ita est exorsus, vt nemo vnq̃ melius,neq́ verius laudatus fuerit,oĩa eodẽ aĩo & ingenio quo gesta fuerant,ab eo memorata,aberatq́ interim ab auribus fastidiũ,quia ꝓ periculo & nõ ꝓ gloria dicebãtur.Tribuni ꝑ-ter Syracusana hiberna,quę infamia nõ caruerũt,Pleminianũ sacrilegiũ,militaremq́ seditionem, suspitionibus magis pecuniæ ab Antiocho captę,q̃ argumentis rerũ respgebant. Filium captiuũ sine ꝑcio restitutũ,oĩbus rebus Scipionẽ,tanq̃ in eius manu pax & bellũ Pop.Ro.esset,cultum ab iis Antiocho fuisse.Dictatorẽ eũ consuli nõ legatũ in ꝓuincia fuisse.Nec in Asiã alia de causa profectum,q̃ q̃d Hispanię,Aphricæ,Sicilię de eo iam antea ꝑsuasum esset,hoc Gracię & Asię & oĩbus ad orientẽ gentibus appareret,vnũ hoĩem caput ac columẽ eẽ Romani imperii,sub vmbra Scipionis ciuitatẽ late imperantẽ latere.Sic illũ infamia intactum,inuidia,qua poterãt,obruebant.Die illo ꝑ hæc cõsumpto,causa ꝑducta est,cuius dicẽdæ quũ postea dies affuisset,Tribuniq́ ꝑ rostris sedissent,Scipio vbi ad illorũ cõspectum venit,dixit diẽ illũ esse eũ,quo ipse Hannibalẽ & Carthaginenses in Aphrica ingẽti prælio vicisset.Omissa igit̃ oĩ altercatione iturũ se in Capitoliũ,diis immortalibus ꝓ ea Po.Ro.victoria gratias acturũ,q̃d vt cæteri facerent hortatus,totã secũ cõcionẽ traxit,adeo vt Tribuni cum modica suorum cliẽtium manu,& ꝑcone,qui reũ vocabat, in rostris relicti sint.Ex capitolio Scipio cętera deoꝝ tẽpla cũ ppl̃o circuiuit,fuitq́ lux illa fauore hoĩm non minus ei speciosa,q̃ quũ de Syphace & Poenis triũphauit.Ipse assuetus maiori fortunæ,q̃ ꝙ reus esse sciret,prius q̃ dies affuisset,qua causa dicenda erat,Liternum vbi villa illi fuit concessit.Tribuni plębis absentẽ insectati,eius sup̃biã & aptã secessionẽ in capitoliũ ad pplm̃ criminari. L. Scipio eius frater morbum excusabat,cęteriq́ Tribuni ab eo appellati ita decreuerunt , vt qñ morbi causa Scipio abesset,dies a collegis ꝓrogaret̃.Nemo ex toto Tribunoꝝ collegio erat,a quo tristior sñia expectaret̃,q̃ a T.Sẽpronio Gracco,cui inimicitię cũ Aphricano haud obscurę intercedebant.Is quum vetuisset nomẽ suũ decreto collegarum abscribi,erexissetq́ oĩm aĩos in expectationem alicuius durioris decreti,ita ꝑfatus dicit̃. Quãdo Scipio morbi causa abesset,non passurum se eũ accusari,priusq̃ Romã venisset,ac tum quoq́ si se appellarit auxilio futurum, ne causam diceret.Rem indignã fieri testat⁹ eum,q ad tãtũ rerũ fastigium deoꝝ hoĩmq́ cõsensu ꝑuenisset,sub rostris reũ stare,auresq́ ꝑbere adolescentiũ cõuiciis,non tã ipsi q̃ Po.Ro.esse deforme.Mouerunt Sempronii verba,quũ cæterã multitudinẽ,tũ accusatores ipsos,q̃bus ꝓnunciantibus se in posteꝝ deliberaturos,q̃d sui iuris & officii esset,dimissa cõcione Senatus est haberi cœptus,gratięq́ a toto ordine sunt ipsi Sẽpronio actæ,ꝙ remp.priuatis simultatibus potiorẽ habuisset. Petilii probris vexati,qui ex aliena inuidia splendorẽ sibi quæsiuissent,spoliaq́ ex Aphricano triumpho peterẽt. Silentium postea de Aphricano fuit.Literni reliquum vitę egit, in ea quoq́ solitudine tam venerabilis,vt ꝑdones maris dicant̃ qñq́ in littus descẽdisse,vt eũ viderẽt, dextrãq́ illã tot terrarum & gẽtium domitricẽ tãgerẽt.Ipse ne in patria,velut ingrata,funus sibi fieret moriens mandauit. Eius sepulcro id fuit carmẽ ascriptum.Deuicto Hãnibale,capta Carthagine,& aucto Imꝑio,hos cineres marmore tectus habes.Cui nõ Europa nõ obstitit Aphrica quõdam.Respice res hoĩm q̃ breuis vrna ꝑmat.Sed hæc aliquãto postea cõtigerunt.Eius morte creuit inimicis animus,quoꝝ princeps fuit.M.Cato,qui eo adhuc viuꝰ tanti viri magnitudinẽ allatrare erat solitus, quo authore Petilii illi diẽ dixisse credunt̃,& post eius mortẽ rogationẽ tulisse , vt q̃ pecunia capta,ablata, coacta ab rege Antiocho esset,q̃reret̃,& si q̃d ex ea in publicum nõ fuisset relatum . Eam iniuriã q̃stus est L.Scipio,ꝙ post mortẽ Aphricani ea rogatio orta esset,nõ satis videri Aphricanum fratrẽ suum ꝑ rostris nõ laudatum more maiorum,nisi mortuus etiã accusaret̃. Cõtẽtos Carthaginenses esse Hãnibalis exilio,Po.Ro.ne morte q̃dẽ Scipionis q Hannibalẽ vicit exatiari,nisi sepulti phama laceret̃,fraterq́ accessione inuidię insuper mactet̃.M.Cato suasit Petiliorum rogationem, quam oẽs tribus iusserunt.Q.Terentius Culeo,qui tum prętor erat,eã quęstionem habere est iussus,adeo Scipionum familię amicus,vt ad portã Capenam in Aphricani funere mulsum populo dederit,pileatusq́ vt olim ipsius triumphantis currum,ita sit funus persecutus.Hoc propius vero est,q̃ q̃d tradunt q̃dã fuisse eum familię inimicissimum,atq́ ab hoĩbus aduersæ factionis ad eã quęstionem habendã optatũ.Cæterum siue æquum sit expertus siue iniquũ, L. Scipio reus est fa-

Quid Scipio de se.

Quę obiecta sint Aphricano a Petiliis.

Scipio Liternum in exilium abiit.

Scipionis interitus.

Carmẽ Scipionis sepulcro ascriptũ

Terentii culeonis gratitudo.

ctus,receptaq; noſa quorũdã legatorũ,vt Hoſtiliorũ,Catonũ & C.Furii quæſtoris,ſcribæ cum his duo expoſtulati.

Qui peculatus cum Scipione conuicti ſint.

Scipio cum Hoſtilio legato & C.Furio,cæteris abſolutis,damnati ſunt,ꝙ ille ſex milia pondo auri,quadringẽta argenti,pluſq̃ in ærariũ relata eſſent,ab Antiocho rege accepiſſet. ꝙ Hoſtilius.LXXX.põdo auri,argenti.CCCC.tria.Furius.CXXX.auri.CC.argẽti. Tradũt quidã P.Scipionẽ rationariũ a L.fratre in curiã allatũ ſuis manibus cõcerpſiſſe,indignatũ ꝙ quũ tantum auri & argenti eſſet ærario illatum,quadragies (tanti ea lis reo æſtimata eſt) ratio repoſceretur.Cęterũ hæc de Scipiõib⁹ varie,vt video,tradita ſunt memorię.Alii a Petiliis Scipionẽ,alii a Nauio accuſatũ authores fuere,& illud diuerſum tradũt,quo ſit loco Scipio ſitus.Quidã Literni ſepultũ ꝓdiderũt,in qua opinione Plinius & Plutarchus mihi fuiſſe videnť. Alii Romæ extra portã Capenã,vbi tres ſtatuæ vno loco viſerenť,ſupra ſepulcrũ qđ Scipionis eſſe dicereť,quarum vna Aphricani fuerit. Altera L.fratris. Tertia Quinti Ennii poetæ. Quidã Aphricanũ fratri iam reo facto,& in carcerẽ duci iuſſo,ex Hetruria vbi legati munere fungebatur,auxilio ſuperueniſſe aiunt,atq; ibi magis pie q̃ ciuiliter,reũ ex viatorũ manibus extorſiſſe,quo audaci facto,quum Tribunitia poteſtas a priuato ſoluta videreť,eaq; oneraret Aphricanus inuidia, Gracchũ ꝓ Scipionibus interceſſiſſe,quũ iam L.Scipio in vincula duceret,iureiurãdo teſtatũ manere ſibi cũ Scipionibus inimicitias,verũ indignũ ſibi videri in carcerẽ L.Scipionẽ detruſum iri,in quem tot captiuos hoſtiũ duces Aphricanus duxiſſet,ac eũ demũ;ob id meritũ,minor Cornelia (maior Naſicæ nupſerat) ex authoritate patrũ,ab Aphricano Graccho in matrimoniũ ſit data.

Cornelia Graccho locatur.

Scipio domũ reuerſus,quũ Æmyliæ cõiugi filiã a ſe viro locatã renunciaret,mulier indignabunda,ꝙ talis cõſilii nõ particeps facta eſſet,nõ ſi T.Graccho inq̃t locata foret filia,ei⁹ rei expers eſſe debuiſſem. Tum vero Scipio lætus concordi iudicio,illi ipſi Graccho quẽ diceret,Corneliã a ſe deſpõſam affirmatur.Liuius aliã quãdam de L.Scipione opinionẽ eſt ſecutus,vt poſt Aphricani mortem ille dãnatus,quũ in carcerẽ traheretť,qa eius bona non tanti vænire poſſent,q̃ti lis fuerat æſtimata,Scipio Naſica de totius familiæ laudibus accuratiſſima vſus oratiõe,conatus ſit eũ piculo eximere.Cæterũ tribunis in ꝓpoſito manẽtibus,ſolus e collegio Gracchus eũ mitti iuſſerit, quo apparet Scipionẽ haud ſemel cauſam dixiſſe,alioq nõ video cur Aphrican⁹ Graccho filiã deſpõdetur,ſi nulla ipſius tribuni opera in cauſa fratris fuiſſet ad id tp̃s vſus, niſi quis dicat bis illũ ꝓ Scipionibus interceſſiſſe,& quũ Aphricano primũ dicta eſt dies,quo merito ille Cornelię ſit cõnubiũ adeptus:

Scipionum fortunæ a Tribunis concuſſę.

& mox poſt Aphricani interitũ,quũ Aſiaticus cauſam diceret.Satis conſtat L. ipſius bona oĩa in publicũ a Tribunis redacta,ac diuendita,pręter pauca quę ad vſum vitæ cognati & clientes illi redemerunt.Sed dum hæc Romę gerebanť,Flaminius conſul Friſinates Ligures pluribus pręliis victos in deditionem accepit,quibus quũ arma adimeret,ſubita defectione in Auginum montẽ confugere,atq; inde plures metu diſſipati,alii alio fuga dilapſi,in deuia abierũt, q in caſtris ſe tenuerũt a Romanis circunſeſſi expugnatiq; ſunt.Inde & Apuani Ligures deditionẽ fecere.Flaminius,

Via Flaminia.

pacata ꝓuincia,ne militẽ in ocio haberet,viã a Bononia Aretiũ vſq; filicibus ſtatuit, & Æmylius alter conſul,etenĩ ambob⁹ eo anno Ligures ꝓuincia dari,villis diuerſa pte exuſtis,hoſtes ſe montibus tenentes adortus, primo leuibus ꝓliis fatigauit , coactos inde in aciẽ deſcendere iuſto prælio vicit.Hiſq; cis Apẽninũ geſtis trãſmontanos ſubegit,armaq; ademit. Vltimo prælio,qđ cum ea gente geſſit,ædẽ vouit Iunoni reginæ.Multitudine itaq; ex mõtibus in cãpos deducta,pacatis Liguribus legiões in agrũ Gallicũ deduxit, viãq; a Placentia Flaminię commiſſam Ariminum vſq;

Via Æmylia.

militati opere cõmuniuit . Cæterum Strabo viã a Flaminio per Tuſciam & Vmbriam Ariminũ perductam author eſt,& alteram ab Æmylio ab Roma Bononiam,& inde, ducto ꝓpe alpium radices in gyrum circa paludes opere,Aquileiam vſq; M.Fuluius Romã reuerſus de Ætolis & Cephalenia triumphauit.Prelatæ currui,pręter aliam pecuniam,coronæ aureę Centum duæ.Signa ænea.CCXXXV,marmorea.CCXXX.& G. Mãlius de Gallogræcis triumphũ egit. Actus eſt triumphus ille aliq̃to tardius,ꝙ veritus fuit ne Scipionum exemplo apud tribunos vexaretur,qđ priuſq̃ præda triumpho prælata in ærarium relata eſſet,euenire non potuit.

Prima Ro. luxuriæ rudimenta.

Ferebatur ꝑterea ab eo exercitus Aſiatica mollitie corruptus,tum primum lecti ęrati,veſtis ſtragula precioſa, plagulę,& alia textilia Romę inuecta dicunť.Monopodia adhęc,& Abaci,pſaltriæ,ſambucyſtriæ & conuiualia ludionum oblectamenta epulis adhibita,& coquus in pręcio haberi cœptus.Erãtq; iam cõſules Q.Martius Philippus & Poſthumius Albinus,his q̃ſtio de clãdeſtinis cõiurationibus decreta.Gręcus qdã ignobilis aliquot ante annos in Hetruriã venerat,non iis artibus pręditus, quibus gens ipſa omnium erudiriſſima ea tẽpeſtate vtebatur,ſed ſacrificulus,ac vates occultorumq; ſacrorum antiſtes ,ea noctu multa vini & epularum crapula mulieres maribus mixtæ in abdi-

to celebrate,ibi neq̧ ętatis vlla,neq̧ sexus reuerentia, promiscua puerorũ ac matronarum stupra; Bacchanali
ex ea officina oĩa ciuitatis flagitia pmebant.Manarunt ex Hetruria Romã huiusmodi initia,ma um ritus.
gnitudoq̧ vrbis taliũ malorũ capax,diu id scelus occultũ habuit.Caeterũ sacrorum indicium ita
est ad Posthumium delatum.Amabat Hispala quędã Fecenia P.Ebutiũ adolescentem, pupillum
a patre relictum.Hęc enim ancilla corpore quaestum fecerat,mox libera huic vni animum adiece
rat,sustentabatq̧ suis opibus,haeredẽq̧ testamento cõsuetudine capta,destinauerat.Ebutii mater
nouũ matrimoniũ secuta,ne administratae tutelae ratio sibi aliquando reddenda esset vt quoquo
modo illius indolẽ pfligaret,matri impulsu voto se eũ Bacchis initiaturã ait.Denunciat id Ebu-
tius Hispalę,vetatq̧ simul eã mirari,si aliquot secubet noctes,religionis causa id se facere,vt Bac
chis recte initiet.Tũ illa dii meliora inquit,inde multa iis mala imp̃cata,q id suasissent , satius sit
inquit tibi & mihi mori,q̃ te officinã illam oĩm scelerũ subire,semel se sacrariũ illud suae dominae
comitem ingressam,at postq̃ libera fuisset,nunq̃ adiisse amplius,ob stupra & alia flagitia,quae ibi
perpetrari vidisset.Docuit adhęc p hostia in occulto mactari,siquis turpia pati recusasset, quib⁹
territus adolescẽs,vrgenti matri negat se velle initiari.Tum hęc vitricusq̧ irati Ebutium domo
eiiciunt,exprobrantes adolescenti meretricium amorẽ,quo implicitus,religionis causa,non posset
paucis ab Hispala noctibus secubare.Consulit se ille ad amitã suam Ebutiam, cuius authoritate
adolescens rem,vt ab Hispala acceperat,ad Posthumiũ consulem defert. Cõsul cum Ebutia locu
tus,apud Sulpitiam socrũ suã Hispalã eodem accersitam,initioq̧ perculsam atq̧ pauitantem,im
punitatis spe cõfirmatã audiuit.Hic illa sacrariũ illud docuit prius foeminarum fuisse, nec quẽq̃ Bacchanali
virũ admitti cõsuesse,inuicẽ matronas sacerdotes creari solitas.Esoponã quę fuit sacerdos primã um indiciũ.
velut dei monitu omnia immutasse,eãq̧ nouo exemplo viros initiare ausam,nocturnum sacrum
ex diurno,& pro tribus in anno diebus,quinos singulis mensibus initiorum fecisse . Ac iam inde
permixtis cum mulieribus viris,a nullo flagitii genere cessatũ,pluraq̧ inibi fieri virorũ q̃ foemi-
narũ stupra,siqui minus patiẽtes dedecoris essent,p victimis immolari,viros velut mẽte capta cũ
phanatica iactatione corporis vaticinari.Matronas Baccharũ habitu passis crinibus,cum arden-
tibus facib⁹ decurrere ad Tyberim,demissasq̧ in aquã faces,qa viuũ sulphur cũ calce insit, inte-
gra flãma efferre,raptos a diis homines dici, quos machinae illigatos e cõspectu in abditos spec⁹
abripiant,eosq̧ p hunc modũ necari q facere aut pati nollent turpia.Multitudinem esse ingẽtem;
quae in id facinus coniurasset,alterũq̧ ppemodũ populũ videri,biennioq̧ ante institutum nequis
maior.XX.annis initiaretur.Captam aetatẽ stupro & errori inhibendo idoneam.Consul Hispa-
la apud socrum locata,& Ebutio in domũ clientis sui misso , senatũ docuit, quae duorum indicio
per eos dies cõperisset.Patres,quũ rei atrocitate,tũ periculo pculsi,aedilibus negociũ dant,vt anti
stites sacrorũ in potestatem redigerent.Triumuiri capitales noctu pspicerent,ne q in vrbe motus
aut coetus nocturni fierent.Proposito edicto ne taliũ sacrorũ causa in vrbe , reliquave Italia con-
uentus vllus haberet,magnus terror puasit ciuitatẽ.Multi fugam moliẽtes , circa portas nocte q̧
secuta est a triumuiris capti.Multi etiã viri foeminaeq̧ sibi scelerũ conscii mortẽ occupauere.Cõ-
spirasse supra septẽ milia virorũ foeminarumq̧ dicebant:M.Catanius de plębe Romana, Au. Fali
scus,L. Opiterginus,& Minius Cerinius.(Hi erant sacrorũ antistites) cũ oĩbus q stupris aut cędi
bus violati essent,aut testimonia vendidissent,capitali sunt supplicio affecti.Qui tantũ initiati in Bacchanali
vinculis habiti,mulieres stupro pollutae cognatis traditae sunt, & iussum iis in quorũ manu erãt, um capita
vt more maiorũ suo arbitrio in illas aĩaduerterent.Siqua erat cuius idoneus vltor nõ extaret,pu necantur.
blice nẽcata est.Cõsulibus inde datũ negociũ,vt Romę ac tota Italia Bacchanalia diruerent.Indi
cibus Hispalae & Ebutio singulis cẽtena milia aeris ex publico data,additum vt Hispala ingenuo
nuberet,nec fortuna aut q̧ quęstũ corpore fecisset,apud virũ noxę illi esset,nec apud quẽq̃ q̧ ipsi-
us indicio fuisset in plures animaduersum,vt Ebutio emerita stipendia essent,nec inuitus milita-
ret.Sed dum Posthumius erat Romae in habenda de Bacchanalibus q̃stione occupatus Q. Mar-
tius alter cõsul in Liguribus Apuanis,ab hostibus circũuentus, quatuor milia militum amisit,&
cũ his aliquot signa militaria.Saltus in quo ea clades accepta est,Martius fuit ad posteros appel-
latus.In Hispania C.Catinius cũ Lusitanis prelio cõgressus,sex milia hostium cecidit. Ipse quum
Hastã vrbẽ oppugnaret,accepto circa muros vulnere, paucis diebus expirauit . Erat in citeriore
Hispania L.Mãlius Acidinus,qui ad Calagurã illis ipsis dieb⁹ ancipiti marte dimicauit. Nec ita
multis interiectis diebus iterũ in aciẽ descensum,caesa sunt.XII.M.hostiũ , duo milia & amplius
capta,castris potitus est Romanus imperator.Per eos dies , quibus haec ex Hispania nunciari con- Ludi
tigit,Ludi Taurii sunt Romae biduo celebrati religionis causa , eos M. Fuluius Aetolico bello Taurii.

uouerat.Hos Liuius,loco haud multū diuerso,Magnos appellauit. Cæterū quocūq; nomine dicē di sint,eo primū spectaculo Romę certarūt Athletæ, venatioq; Leonū & Pantherarum exhibita. Triduo hoc anno lapidibus pluit in Piceno,& puer semimaris duodecim annorū repente extitit.

Gallorum transitus in Italiam.

Galli transalpini p id tps in campestrē Carnorū regionē transgressi,oppidū haud procul vbi post ea Aquileia fuit, cōdere sunt adorti. Legatis ad hoc ipsum ex vrbe in Galliam missis sciscitātum publico ne consilio an priuato ea manus alpes transcendisset:responsum est neq; id ex authoritate gentis factū,neq; scire se ad qd illi patrio essent solo profecti. Habuit annus,qui pxime secutus est,cōsules Appiū Claudiū Pulchrū,& M.Sēpronium Tuditanū, quibus magistratū gerentib9

Belli cū Perse causę.

Sipontus colonia deducta est ad superū mare,ad inferū Buxentū.Belli causæ, qd est postea cum Perse gestum,sub id tps,& ex hoc qd dicā extiterūt.X.legati qui ad res sociorū inspiciūdas ex vrbe in Gręciā missi fuerant,quū p Thessalis Perrhibeis & Magnetibus,q aduersus Philippum stabant,q̄dam decreuissent,libere Macedo est questus de legatorum iniuria,auditaq; eius vox est inter disceptandū,nondū oīm dierum solē occidisse,qd hostili animo dictū,nō cęteri tantū,sed & legati,q a Roma venerāt,vna sunt interpretati,nec ab illo est propterea quicq̄ mutatū,quū oīa alioq consilia ad bellū spectarēt.In Italia L.Manlius ex Hispania reuersus,ouans vrbem ingressus est,& in Apulia magnus motus seruilis fuit.L.Posthumius prætor,cuius Tarentum prouincia erat, de

Res varię in Hispania gestæ.

pastoribus,q vias lattociniis insederant,quæstionē exercuit, ad septē milia hominum condemnauit.In Hispania sub id tēpus duo prętores C.Calpurnius & L.Quintius,duobus exercitibus iunctis,in Carpetanis acie victi,atq; fœde in castra sunt ab hoste compulsi.Vna aduersa pugna perterriti duces noctu castra reliquerunt.Cæsa sunt in acie ac fugata ad quinq; milia Romanorum. Dein reparato exercitu ad hostem pugnādi studio reuersi,Tagum duobus vadis copias trāsmittunt.Nā Hispani circa fluuium castra fecerant.Cæterū Romani priusq̄ vallum iacerent, confligere sunt coacti.Pugnabat hostis cuneo,qui quū aliter submoueri nō posset,p̄tores cū suo vterq;

Lusitanorū cædes.

equitatu,a lateribus inuecti hostē loco submouere,impressioneq; a legionariis facta,Barbari cum multa cęde in castra reiiciuntur.Eques e vestigio insecutus intra vallum tumultuose irrūpit. Tū vero Hispani totis castris cum cæde acti.XXX.circiter milia hostium aut cæsa, aut capta sunt. Signa militaria.CXXXII.victis adempta:ex Romanis sociisq; paulo plus trecenti acie occubuerunt.Equites quorū opa eo prælio maxime enituit,postridie armillis a C.Calpurnio donati sunt. Quintius suos catellis & fistulis donauit.Consules in Ligures pfecti.Sempronius vastatis Apuanorum agris,prælioq; demum hostes victos montibus deiecit. Appius Claudius aduersus Ingaunos aliquoties prospere dimicauit,sexq; eius gentis oppida cum multis milibus hominum vi cepit.Creatus est sequēti anno cōsul Claudius Pulcher Claudii cōsulis frater,q totis viribus,maiestateq; psonę quā sustinebat,annixus puicit vt frater nobilissimis cōpetitoribus deiectis locum obtinuerit.Datus est illi collega L.Porcius Licinius:his cōsulibus iterum legati missi sunt in Gręciam ad res sociorum cōponendas.Philippus iussus a legatis vt Maronitis libertatem restitueret, p Onomastū p̄fectū vrbis nocte vna oēs Romanæ factionis viros occulte interfecit. Ea res ita legatos offendit,vt haud dubie præ se ferrent, nihil eorum quæ Philippus fecisset sibi placere, & ille ita discessit,tanq̄ non multo post rebellaturus.Vnum in mora erat, q̄ immaturis adhuc viribus Macedo nunq̄ arma induisset.Sed dum in Græcia & Macedonia ita verbis disceptabaī, Quinti9 Næuius,cui de veneficiis q̄stio decreta erat,supra quatuor milia,partim Romæ, partim foris,ei9

M. Catonis censura.

sceleris conuictos damnauit.C.Calpurnius Piso,& L.Quintius ex Hispania Romā reuersi triumpharunt,vterq; de Lusitanis & Celtiberis,diuersis tū diebus.Erant aūt Romę censores L.Valerius Flaccus,& M.Porcius Cato, homo plæbei sanguinis, sed tā acri ingenio,vt ipse sibi fortunam fecisse videaī.Nulla illi ars defuit publicæ priuateq; rei gerendæ, plæriq; eloquentia, alii virtute militari, ad summos honores sibi gradū fecere:huic adeo versatile fuit ingeniū, vt ad id vnū qd

Catonis eloquentia & mores.

ageret,natus videretur.Strenuus miles,Imperator optimus,peritissimus iuris,Orator eloquētissimus.Quinquagies fere egisse dicitur,pro se,proq; aliis,aduersus alios.Orationes reliquit q̄plurimas,quippe qui non solum accusando,sed reus etiam fatigauit inimicos,quater ac quadragies accusatus,semperq; absolutus,quo contigit vt Romanus sit Demosthenes ab omnibus sui temporis dictus.Simultates nimio plures eum exercuerūt,& ipse eas exercuit.Nec est facile dictu, vtrū illum magis nobilitas,an ipse nobilitatem agitauerit.Asperi ingenii,linguæ acerbæ & immodicæ libertatis.Rigida in eo innocentia,gratię & diuitiarum contemptus, etsi ipsius est apophthegma illud,Virorum esse rem domesticam augere,viduarum deteriorem facere, ferrei prope corporis ad laborē,animi adeo vegeti,vt eū ne senectus qdē fregerit. Sex & octoginta natus annos causam

dixit.Inde nonagenarius Sergius Galbã ad iudiciũ populi adduxit. Vbi fuerit natus parũ perspicue tradit. Tusculanus tñ fuit genere, Priscusq; ab initio appellatus, inde a prudẽtia & animi solertia Catonis est nomẽ adeptus. Sic enim Ro. olim noíabãt, q multarũ rerũ vsum & experientiã callerent. Colore fuit subruffo, & glaucis oculis, vt carmẽ in eũ defunctũ testat. Porcius hic mordax glaucis subruffus ocellis, Interitus herebo sedes non ceperit vllas. Multa adhæc continentia & æquitate, vtpote q adolescẽs Tarẽti quũ sub Fabio Maximo militaret, Nearcho Pythagorico familiariter sit vsus, ex quo quũ multa alia audire sit solitus a Platone vsurpata, tũ illud, voluptatem esse maloꝝ oím escã. Patientia & labore cũ seruitioꝝ certauit turba, q̃diu villicatus est. Rigida ac pene immiti natura, qui seruos senio confectos, aut corpore debilitatos, vt mutas aíantes vẽditare cõsueuerit, velut nihil humanitatis causa homini deberet. Sed vt nõ ingrato animo ii merito habentur, qui cum mutis animalibus emeritis clementius agunt, vt Cymon ille Atheniensis q equas, quæ tertio vicerant olympia, tumulandas curauit: & Xantippus ille priscus, qui & ipse humasse dicit emeritos canes, ita durus & inhumanus sit merito dicẽdus, qui hoíbus vt vasis calceis ve vtat, q vbi longo fuerint vsu attriti, pro re vilissima abiiciẽdos putet. Alioqui talis fuit vt grauitatem comitate condiret, iucunditatẽ terrore. Huius illud est, difficile esse eã ciuitatem diu incolumẽ fore, vbi pluris piscis vnus q̃uis paruus, q̃ bos venderet, & Romæ vxores viris imperare, qui in cęteras gentes imperiũ obtinerẽt. Eũdẽ trium in tota vita pœnituisse aiunt, ꝙ mulieri arcanũ vllũ credidisset, ꝙ eo naui se vehi passus esset, quo pedibus ire potuisset, & ꝙ dies aliquando vna per incuriã inanis effluxisset. Græcas literas iam grãdis natu didicit, etsi latinos improbare sit solitus, q Græca studia mirarent: sępe testatus tũ Romanos imperiũ amissuros, quũ se gręcis literis dedissent. Impium arbitrari siqs vxorẽ aut liberos pulsasset, qbus p̃sentibus non minus q̃ si vestales adessent, omni liberiore verbo abstinuit. Sed iam plus nimio sumus, & p̃ter stili rationem in hac parte versati, q̃q̃ in vno velut flore hoím, talis sit relatio non iniucunda. Censor itaq; creatus, homo a multis lęsus, ac lędendi cupidus, vulgo formidini & terrori ab initio fuit. Septẽ oino e senatu mouit, & in his L. Quintium Flaminiũ virũ consularẽ, in quem adeo graui est vsus oforne, vt ne Titus Quintius eius frater, si tũ censor fuisset, fratrẽ in ordine retinere potuerit. Caput accusationis fuit, ꝙ quũ ille cõsul in Gallia esset, in gratiã eius scorti, qd ex vrbe in prouinciã acerserat, Gallũ hominẽ q a suis ad Romanos cum liberis transfugerat, ad colloquiũ admissum in multorum cõspectu, vt gladiatorii certaminis speciẽ, cuius videndi impudicus adolescens erat cupidus, ipsius oculis subiiceret, gladio cõfecisset, & qd atrocitatẽ sceleris haud mediocriter auxerat, Romanoꝝ fidem implorantẽ. Valerius Antias e custodia eum eductum prodidit, ac securi percussum, nec in pueri sed puellę gratiã, quã Placẽtię perdite adamasset, quæ conuiuio adhibita testata esset, se humanæ cędi nunq̃ interfuisse. Sed Catonis oratio priori opinioni, vt Liuius scribit, astipulata est. Ademit & L. Scipioni Asiatico equũ, ornamenta, & vestẽ muliebrem, vehicula, & p̃tiosiora mancipia in censum referri iussit, vt priuata luxuria grauior adhuc esset, publicam aquam in priuatum ædificium, aut agrum influentem ademit. Tam tristis & seuera censura effecit, vt cognomẽ sit cẽsoris ex ea re adeptus. Flaccus eius collega molẽ ad neptunias aquas cõstruxit, vt populo eo esset via p Formianũ. Cato duo atria Munium & Titium & Basilicã fecit. Duæ hoc anno coloniæ deductæ, in Picenum Polentia, Pisaurum in Gallicum agrũ. Sequenti anno cõsules secuti M. Claudius Marcellus & Quintus Fabius Labeo. His rempublicã administrantibus Caius Seruilius Geminus in Publii Licinii funere visceratione dedit, & ludi funebres per triduũ fuere, ac secundum ludos epulum, in quo quum toto foro strata triclinia essent, tempestas cũ magnis procellis orta coegit tabernacula statuere in foro, eademq; vbi disserenauit sublata ciuitatẽ vani terroris ex oraculo concepti admonuerunt, ꝙ inter cętera fatidica vates cecinisset futurum vt aliquando in Romano foro necessario tabernacula statuerentur. Sed animis veteri religione leuatis, altera recens iniecta est. Per biduum sanguinem pluit in area Vulcani. Aderant sub id tempus Romę ab Eumene, & plęrisq; Gręcię ciuitatibus legati, q q̃stum de Philippi iniuria venerãt. Quibus quum Demetrius eius filius a patre missus parum liquido responderet, senatus adolescẽtis causa (fuerat enim diu obses Romæ & ob id vulgo non ingratus) legatos in Macedoniam decernit, qui Philippo denunciarent, omnia ei integra adhuc esse cum populo Romano, Demetrii filii causa: daret modo operam, vt quę semel ex arbitrio Romanorum in Gręcia constituta essent, inuiolata manerent. Cæterum ea res adolescenti in perniciem vertet. Desciuerant per id tempus Messenii ab Achęorum concilio, Democratis persuasu, viri ob priuatas contentiones Philopœmeni infesti. Huius ductu Messenii Colonide vicum oppugnabant. Is motus Philopœmenem

Carmen de Catone.

Cymonis equæ.

Canes Xantippi.

Catonis dicta & facta.

Consules.

Prodigia.

ex agris ad opē suis ferendā cū modico eqtatu exciuit. Liuius ad Cheroneam occupandā ducem
ipsum profectum scribit. Cōmittiť ꝑlium ad Euandri tumulum, vincūturq; primo cōcursu Mes
senii, qui fuga disiecti, vnius cohortis interuētu collecto a pauore animo, pręliū instaurāt, hostēq;
iniquitate locorum in arcto deprehensum nō solum farigant, sed cogūt etiā retro moliri cursum.
Cogere interim dux ipse agmen, ac quacunq; se hostis inferebat, obiecto corpore sustinebat impe-
tum. Tum ibi caeteris turbatis ipse lapsu eq ad terrā effusus, quū graui casu, tū aetate iam grandi
(erat enī septuagenarius recētiq; morbo affectus) pene exanimis iacuit. Eū hostes haud aliter q̃
ꝓpriū ducē attolūt reficiūtq;. Pręcessit phama Messenē debellatū cū hostibꝰ eē, captū eorū ducē
Philopoemenē. Vix ab initio tāta res credi potuit, inde vbi certiores nūcii affuere, oīs multitudo
adducentibus obuiam effusa est, qua aegre submota, ante oculos ciuitatis velut in triūpho ductꝰ,
nocte vna in subterraneo est loco asseruatus. Postridie de eo consultatio tenuit in senatu, vicitq;
Philopoemenis interitꝰ. pars poenae cupida. Venenum ei mittiť, qđ intrepide accipiens, ministrum interrogauit, an Lycor
tas viueret: (erat Lycortas ipsius collega in ꝓtura) quē vbi cū oī fere eqtatu euasisse audiuit, bū
habet inqt, venenoq; impauide hausto, haud multo post est vita extinctꝰ. Et Philopoemenes hūc
exitū habuit, quē Graeci scriptores in rebus suis mirandis immodici, inter clarissimos externarū
gentiū duces reponere nō dubitāt. Fuitq; opinionis huius Polybiꝰ author, Philopoemenis muni
ceps. Cui Liuius (qđ miror) haud grauate accedit, eniuero haud video, cur Hānibali aut Scipio
ni cōparandus fuerit is q in Creta latrūculos potiusq̃ hostes fuerat insectatus, & in Peloponneso
cum semiplenis Achaeorum cohortibus, fugacissimo tyranno in vrbē cōpulso, Laconicū agrū eēt
populatus. Idē Polybius & Rutilius eodē anno Philopoemenē Hānibalē & Scipionē extinctos tra
didere, qbus Liuius de Scipiōe astipulať. Nā qđ ad Poenū attinet, Antiochi opibus fractis, Hanni
bal ad Prusiā, vt dixi, Bithyniae regē se cōtulit, veritꝰ ne ab Antiocho Romanis traderet. Quidā
ab Antiocho eū in Cretā ad Gortynios nauigasse ꝓdiderūt, ibiq; quū phama esset eum ingēs au
Hannibalis ars in Gortyniis fallendis. ri pōdus secū habere, hospitales insidias veritus, amphoras inaurato plumbo refertas, in Dianę tē
plo, velut sanctiore loco asseruarenť, constituit. Gortyniis itaq; tēplū obseruantibus, Poenus veris
opibus occulte in naues translatis, in Bithyniam nauigauit. Est in ea terra maritimus vicus, Li-
byssa noīe, vbi Hānibal iam inde esse ꝑseuerauit, haud inerti ocio deditus, sed aut naues interim,
aut milites instruere, aut equos alere, aliaq; in eo secessu meditari, q̃ a pristina gloria non abhorre
rent, qn orto inter Prusiam & Eumenē bello ꝑfectus Hannibal Bithynae classi, nouo ludibrio faci
le est victoriam adeptus. Hostē nauali certamine occupatū, subita vi serpētium obiecta, perpulit,
quos in fictilibus vasis cōditos ad hunc vsum habuit. Nec ita multo post T. Quintius Flaminiꝰ
ad Prusiā legatꝰ venit. Erat enī rex Po. Ro. suspectus, quū ob bellū, qđ cū Eumene Romanorū so-
cio habebat, tū ꝙ Hānibalē Ro. nomini infestissimū hospitio accepisset, acceptum tandiu penes se
haberet. Siue igiť (nā id parū ꝑspicue tradiť) Flaminius Poenū sibi tradi petierit, erat enī is illiꝰ
Flaminii filius, q ad Trasimenum lacū fuerat ab Hānibale cū exercitu caesus, siue Prusias Roma-
nis gratificaturus, ad eū tradendū sua sponte animū adiecerit, cōfestim a primo eorum congressu
missi sunt milites, qui Hannibalis domū custodirent. Poenus qui ab initio regis fidem vt mutabi
lem habuit suspectā, occultos exitus ad hos casus circa domum parauerat, & in his subterraneos
quosdā, vt tutius quū opus esset, declinare posset insidias: sed regū imperiū nihil inexploratū ha
Hannibalis exitus. bet, quod inuestigari voluit, milites ita domū circūquaq; insederunt, vt Hannibal effugere cona-
tus, vbi armis omnia teneri vidit, cōfestim venenū hauserit, tantū effatus, Soluamus Po. Ro. diu-
turna cura, qū senis mortem expectare longum est. Erat iam Hannibal septuagenarius. Sunt qui
venenum annulo inclusum habuisse credant. Caeterum siue sub gemma, siue alibi fuerit, Hanni-
bal, quod satis constat, sic periit. In quo merito aliquis miretur, tantā breui tempore in Romana
indole mutationē fieri cōtigisse, quorū patres Pyrrhum hostē infestissimum, lateq; Italiā vastan-
tem, domestica fraude extingui noluissent, in Bithyniā virum cōsularē miserint, ad senem & exu
lem deposcendum. Sed credibile est Romanos nō tam ob id Hānibalē sublatū voluisse, quia in prę
sentia formidabilis esset, q̃ ꝙ de Carthagine euertēda cōsilium senatus agitare coepisset, ne suis
extremis rebus Carthaginenses illius opera vti possent, nouumq; molirentur bellum, aut illatum
propulsarent, atq; ita de eo magis caute q̃ fortiter statuerint. Sub id tempus quo Philopoemenes
Demetrius & Persꝰ Philippi filii. periit, vt proximo est loco significatum, Demetriꝰ ab Roma cū legatis in Macedoniā rediit. Erat
is minor natu Perseo altero Philippi filio, legitimoq; thoro ortus, patremq; liniamento oris totū
referebat. Contra Perseus ex pellice, & quia vulgato corpore genitus, nullam certi patris notam
prae se ferebat. Magno itaq; Macedonum consensu, Demetrio regni successio debebatur. Ac-

cędebat & fauor Ro. Po. cui erat ille q̃ charissimus, frequētiorq̧ cū legatis erat. q̃ cū patre, vt appareret vix integrū illi futurū, vtrū duoꝝ post se regnare vellet, ea res quātū sollicitudinis Perseo iniecit, tantū illi apud patrē peperit odii. Philippus ne quā reparādi belli suspitionem legatis pberet, exercitū in Odrysas Dentelecos & Bessos duxit. Philippopolimq̧ oppidanorū fuga desertā psidio firmauit, nouūq̧ ad id oppidū in Derthopio cōstituit, Pęonū ea regio est ppe Erigonū amnē, q ex Illyrico p Pęoniā fluēs, in Axiū elabit, vrbē ipsam a noīe maioris filii Perseida appellari iussit. Dū hęc in Macedonia gerunt. Marcellus cōsul in puinciā pfect⁹, Gallos decreto petebat, q in Carnis haud pcul inde vbi mox paulo cōdita est Aqleia sibi locū cōmuniuerāt, sed hi vltro deditionē fecere legatis ad id obuiā Marcello missis. XII. milia armatoꝝ fuere, qbus nouo oppido iussis excedere, arma cōsul ademit. Galli id ęgre ferētes, legatos Romā miserūt, q de cōsulis iniuria q̃rerent. Hi excusata agri inopia, qua in Italiā trāscendere coacti essent, sine cuiuspiā iniuria dicere se in vacuo solo nouę vrbi locū optauisse, mox inde migrare iussi, quū imperata facerēt cōsulē arma & qcqd fortunarū sibi eēt abstulisse. Orare pinde ne in se innoxios, ac sponte deditos acerbi⁹ q̃ in hostes sęuirēt. Patres increpitis Gallis q temere alienā terrā occupare essent ausi, ad cōsulē mittūt q iuberet res & arma illis restitui, si ptinus abirēt vltra alpes. Et sic Galli reb⁹ suis receptis cōtinuo puincia cesserūt. Marcellus ex patrū sentētia bellū in Istros trāstulit, q negabāt se passuros coloniā a Ro. vllā sibi pximā deduci, nā eo āno pter Parmā & Mutinā, q̃ in Gallia deductę sunt, & i Caletranū agrū Saturnia & de vna in Carnos mittēda in curia cœptū erat agitari, q̃ incūbētib⁹ Barbaris opponeretur. Cęterū Marcellus nulla re memorabili in Istros gesta, dimisso exercitu, Romā ad comitia habēda rediit. Nec alibi puinciarū aliqd memoria dignū est eo āno gestū, pterq̃ q i Hispania Terēti⁹ ptor aliquot pspa plia, circa Iberū amnē cū Hispanis fecit. Cōsules Romę creati. Gn. Bebi⁹ Tāphilus, & L. Æmili⁹ Paulus. Sāguine hoc āno p biduū pluit Romę in area cōcordię, & iuxta Siciliā insula vna subito enata. Hierā fuisse Eusebi⁹ sentire videt. Valeri⁹ Antias hoc demū āno Hānibalē periisse pdidit. T. Quintio Flaminio, L. Scipione Asiatico, & P. Scipione Nasica ad eū deposcēdū in Bithyniā missis. Principio sequentis āni pridie Palilia, q̃ ad. XIII. Calēdas Maias celebrari, subita pcella medio die orta, multis sacris pphanisq̧ locis fœdissimā attulit stragē. Signa ęnea in Capitolio deiecit, & forē ex ęde lunę q̃ in Auētino fuit, turbine cōtortā, Cereris tēplo afflixit. Fastigia adhęc aliquot tēploꝝ eadē vi deiecta. In pdigiū res versa est, ac rite pcurata. Marti⁹ ex Macedonia reuersus, docuit se in Philippo nihil obseruasse qđ nō idē esset & hostile, & ad rebellionē spectās. qppe q pter alia multa q̃ hostilē in eo animū arguerēt, oēm accolarū multitudinē, ex maritimis vrbib⁹ i Æmathiā ab eo traductā. Auxitq̧ psentē inuidiā, q paulopost nūciatū est, quēadmodū Theoxena mulier Thessala, cuius maritū Philippus interfecerat, quū sororis filii a Philippo ad carcerē & ludibriū deposcerent, molita mulier cū pueris fugā, vbi se & suos vēturos eē vidit i hostiū potestatē, quos fallere nō potuit sibi & pueris mortē cōsciuisset. Orit interim inter regis filios discordia, quātū Demetri⁹ Ro. noī tribuere, tātū Perseus obtrectādo detrahere. Et iā Philippus tot⁹ in Perseū versus, Demetriū oderat, hūc auersari, oīa illi secreta credere. Aderatq̧ tēpus lustrādi exercit⁹, morisq̧ apđ Macedonas fuit, vt cęsa hostia atq̧ dimidiata partib⁹ dextra lęuaq̧ cōstitutis, medi⁹ exercitus traduceret, veteriq̧ instituto fiebat decursus, ibiq̧ bifariā diuisis copiis, Regii iuuenes, q diuersis agminib⁹ pērāt, ludicri ptextu pliū sudib⁹ cōserūt. Cęterū nihil ad iustā pugnā pter arma defuerūt, fuitq̧ lōgē supior pars, q̃ sub Demetrio erat. Mox inuitat⁹ Perseus a Demetrio illi⁹ cōuiuio interesse noluit, tū vero quū multa inter iuuenes, vt fit, iactarent, nec tātū militū sed ipsoꝝ etiā ducū psonę cōferrent, except⁹ apud Demetriū Persei speculator a iuuenib⁹ triclinio egressis male multat⁹ est. Tū Demetri⁹, qn imus oēs ad fratris tricliniū! sequunt eūtē cū cętera multitudine, hi q nup speculatorē verberib⁹ affecerāt, iniurięq̧ vltionē veriti, occultis armis succincti, ire pgūt. Perseus eā criminādi Demetrii occasionē nact⁹, obserari iubet ianuam ipseq̧ ex supiore parte ędiū Demetriū & comites, vt q ad cędē parati venirēt, pcul iubet abstere, ibi a Demetrio aliquot verba iuueniliter in Perseū, vt imbellē & timidū iactata, rē magis suspectā fecere. Postridie ille regiā ingressus, de capitalib⁹ Demetrii insidiis abūde multa ad patrē q̃stus, tātū inuidię absenti fecit, vt p magno negocio habuerit Philippus vtrūq̧ audire. Ambobus itaq̧ ad cōspectū suū cōstitutis, eoꝝ discordiā multis verbis insectat⁹, Agite inqt, & corā misero patre de criminib⁹ decernite, mox ferro decretuti. Ibi Demetri⁹ variis atrocibusq̧ criminib⁹ a Perseo est pene obrut⁹. Q; Romanū nomē cōplexus Macedoniæ regnum

Galli Italiā eiiciuntur.

Prodigia.

Theoxenæ facinus.

Demetrii & Persei simultas.

Con

qđ iure gentis ad se qui maior esset,attineret,fratris parricidio occupandũ destinasset. Lõga
fuit inde Persei q̃rela,nec magis longa q̃ atrox,quo accidit,vt Demetrius cõsternatus aĩo ali
q̃diu silentiũ tenuerit,dolorẽ animi lachrymis testatus.Mox vbi sumptis viribꝰ fari cœpit,ita
cõstanter & accurate obiecta diluit,vt si ęquus affuisset iudex, neq̧ falsum cogitatũ ođis ẽẽ
mẽ,neq̧ Romana amicitia noxę illi apud patrẽ fuerit futura.Et in eos queri posse aiebat,q̃ ar
ma tulisse dicebanť,quo cõsilio,aut quo authore id fecissent,& q̧ Romanũ nomen coleret,nõ
ipse,sed pater esset ĩ causa,q primo se obsidẽ,mox & legatũ Romã misisset,nã qđ ad suũ in Ro
manos studiũ attineret,q̃diu apud illos fuit,oẽm a se operã adhibitã,vt patri,Macedonumq̧
gẽti nõ dedecori,sed ornamẽto eẽt.Philippus ita eos dimisit,vt diceret se inquisiturũ in ambo
rũ vitã,obseruaturũq̧ dicta eoꝝ ac facta.quo apparuit regẽ Demetrii gratiã cũ Romanis nõ
solũ nõ ꝓbare,sed vehemẽter etiã fuisse illi suspectã.Et hæc semina eiꝰ belli fuerũt,qđ postea
Perseus cũ Po.Ro.gessit,quo victo,Macedonia ex regno ꝓuincia facta est.In Hispania ꝑ id tẽ
pus Fuluius Vrbicinã ex Celtiberis captã diripuit, aliquoties hostibꝰ media obsidione circa
vrbẽ ꝓlio victis.Nec in ipsa ꝓuincia aut Liguria eo ãno est mẽorabile aliud gestũ.Secuti inde
Consules. cõsules P.Corneliꝰ Lẽtulus,& M.Bebiꝰ Tãphilus.Hoc quoq̧ ãno in area Vulcani & cõcordię
Prodigia. pluit sanguinẽ.Lanuuii Iunonis Sospitę simulacrũ lachrymasse ferebať.Philippus interim ex
ercitu Stobos Pęonię vrbẽ indicto,ad Æmũ mõtẽ ducere cõstituit,eiꝰ verticẽ ascẽsurus,q̃dẽ
Æmꝰ mõs. phama erat,ex summo eiꝰ iugo duo maria ꝓspici,Adriaticũ & Ęgęũ,& a tergo Istrũ amnẽ,
qđ ad futuri belli rõnẽ nõ parũ ꝑtinere arbitrabať.Ex Stobis Demetrio in Macedoniã remis
so,ipse cũ Perseo & toto exercitu,septimis castris,ad Æmi radices ꝑuenit.Hinc digressus, cũ
iis quos sibi comites destinauerat,mõtẽ est scãdere adortus.Facilis prĩo & accliuis est visus,
mox loca edita,& ascẽsu difficiliora,& arboꝝ dẽsitate opaca,vbi vero iugis ꝓpiꝰ subiere,dẽsæ
nubes adeo oĩa obtexerãt,vt illis nõ minꝰ iter,q̃ nocturnis tenebris ĩpediref.Demũ tertio die
verticẽ tenuerũt,vbi sub Caniculę ortũ,qđ sidus media ferme ęstate oriť,brumale sunt ferme
frigꝰ experti,q̃ cœli ĩtẽperie,quã alii oẽs,tũ rex in primis,ob ętatẽ iã ingrauescẽtẽ,vehemẽter est
cõflictatꝰ.Duas ibi aras Philippus Ioui vnã,alterã Soli cõstituit.sacrificioq̧ diis ꝑpetrato ad
exercitũ rediit Macedo,nihil diuersum a vulgata opinione inde referẽs, potiꝰ credo ne vanũ
iter susceptũ videreť,q̃ q̧ fieri potuisset, vt duo diuersa maria tã lõgis spatiis ĩde eẽt ĩtuitꝰ.
Ex Æmo ꝓfectꝰ in Medis Petrã locũ nõnihil oppugnatũ,acceptis obsidibꝰ,in fidẽ recepit.Cæ
terũ quũ hic sederet indicio cõperit,Demetriũ filiũ ad Ro.fugã moliri,q̃re eiꝰ iussu asseruari
cœptꝰ est,nec multo post legati ex vrbe Roma reuersi,adulterinas reddiderũt literas,velut a
Adulteri- Quintio ad regẽ datas,qbꝰ deꝓcatio cõtinebať eoꝝ,q̃ secũ Demetriꝰ regni cupiditate egisset,
nę lrę ĩ De- nihil eũ aduersus suoꝝ queq̃ facturũ,nec se eũ eẽ,q̃ vlliꝰ ĩpii cõsilii author videri vellet. Hæ
metriũ scri- literę fidẽ Persei criminibꝰ fecere.Herodotꝰ Demetrii amicissimꝰ variis cruciatibꝰ affectꝰ,si
ptæ. ne indicio a rege primo necatꝰ est.Nec multis inde diebꝰ interiectis Demetriꝰ ex Astreo Hera
cleã ad solẽne cõuiuiũ a Dida vocatꝰ,cui id negociũ datũ erat a rege, in cœna ĩprudẽs vene
nũ hausit,poculoq̧ epoto sensit extẽplo vim veneni,obortisq̧ mox paulo doloribꝰ, quũ in cu
Demetrii biculũ se recepisset,patris crudelitatẽ,fratris parricidiũ,& Didę scelus incusans,a Tyrci Sta
interitus. bureo & Betteo Alexãdrino ad eũ ĩgressis,tapetibꝰ in faciẽ iniectis,occluso spũ necatꝰ est,quũ
annũ vitę ageret q̃rtũ & vigesimũ,q̃nq̧ ãnis minor Perseo.Et Demetriꝰ sic periit.L.Æmylius
quũ inducias in aliquot dies Ingaunis Liguribꝰ dedisset,vt de pace quã petebãt,cõmodius de
liberarẽt,ĩgẽti illoꝝ exercitu eximprouiso circũsessus,atq̧ oppugnatꝰ est.Sed quũ nec M.Be
biꝰ cõsul,q tũ Pisis erat,ferre posset opẽ,q̃a exercitũ in Sardiniã decreto patrũ misisset, nec ex
Gallia,q̃a bellũ cũ Istris cõflatũ esset,subueniri posset,Æmylius copiis,quatuor castrorũ por
Ligures in tis vno tpe in hostẽ eductis fudit Ligurẽ,fugauitq̧ ac castris exuit,ad.XV.M.hostium cęsa,
ditionẽRo. duo capta dicunť,quã demũ clade Ingauni fracti,triduo post datis obsidibꝰ ĩ Romanorũ di
venere. tionẽ venere.Grauiscę colonia sub id tẽpus deducta ĩ Hetruscũ agrũ de Tarq̃niẽsibꝰ olim ca
Lib.Numę. ptũ.Fuit hic ãnus siccitate ĩsignis.Sex cõtinuos mẽses nũq̃ pluisse diciť.Et libri Numę de q
bus in origine vrbis,aut certe loco originibꝰ ꝓximo,abũde dixi,sub Ianiculo in agro L.Peti
lii scribę sunt repti.Libri ipsi publice cõbusti,q̃a parũ ad religionẽ ꝑtinere crederenť.Fecerat
castra ꝑ id tẽpus Quintꝰ Fuluiꝰ Flaccꝰ ad Eburiã in Carpetanis Hispanię,q quũ ad.XXX.
M.Celtiberoꝝ(quãtus nũq̃ alias ex ea gẽte exercitꝰ)eo cõuenissent, ad duo milia passuũ ab
hoste cõsedit.Celtiberi,quũ innata ferocia,tũ nũero freti,plures dies explicata ĩ cõspectu Ro
manorũ acie,pugnę copiã fecere.Cõtinuit suos intra vallũ Flaccus de ĩdustria,inde vbi spem

fecit hostib⁹,fore,vt nihil ab Romāis moueret,noctu L. Aulū mittit cū alā eqtū & sex milib⁹ peditū,q circūacto agmine post pximos mōtes occulte sederet,auditoq; clamore a tergo hostiū castra inuaderet. Vbi vero illuxit,pmissi sunt eqtes q hostē ad pugnā elicerēt,quē nūc restitādo,nūc refugiēdo pcul a castris ptractū,Flaccus inopinato plio excepit. Necdū pugna satis cōserta erat,quū Acilius illoꝝ castra a tergo occupat,qbus ea parte qua certamē fuerat cōtractū incēsis,subitus terror hostiū aīos incessit,& Romanis creuit audacia. Restitit tñ nōnihil Celtiber sua virtute nixus. Et iā i sinistro cornu Roman⁹ laborabat,quū septima legio iussa laborātib⁹ occurrere,suoꝝ aīos firmauit. Qui erāt circa vrbē,relicta statione simul in hostē ruunt,& Acilius a tergo cū sua legiōe affuit,ita Celtiberi in medio cęsi,tria &.XX.hominū milia interfecta,qtuor milia & octingēti capti,signa militaria.LXXXVII. Cōtrebia secundū psperā illā Romanis pugnā dedita est,exercitusq; ob assiduas pluuias in vrbē recept⁹. Affuit interim altera ingēs Celtiberorū manus,auxiliū Cōtrebianis latura,nā de eoꝝ deditiōe nihil adhuc auditū erat. Celtiberi Romana castra intuiti nup deserta,rati pcul inde hostes abiisse,soluto agmine ad vrbē contēdunt,obsidionis solutionē gratulaturi. Hic a Romanis subito plio velut isidiis excepti,cū multa strage disiecti sunt. XII.M.hoc quoq; die cęsa,& qnq; capta cū duob⁹ &.LX.militarib⁹ signis. Duab⁹ cladib⁹ Celtiberi paucis dieb⁹ affecti,pter paucos populos,cętera gēs in deditionē venit. Et hęc in citeriore Hispania eo anno gesta. Diuersa parte Mālius ptor aliquot pspera plia cū Lusitanis fecit. Aqleia colonia latina eodē anno deducta est,in eū agrū vñ Galli fuerāt a Marcello deiecti. P.Scipio Nasica,C.Flaminius,& L.Manlius Acidinus deduxerūt. Tria milia peditū fuere. Ædes veneris Erycinę ad portā Collinam dedicata est,& Pietatis in foro holitorio. Eā Marcus Attilius Glabrio dedicauit,q prim⁹ Italorū auratā statuā patri posuit,illi q Antiochū ad Thermopylas vicit,quiq; ædē ipsam in eo plio vouerat. L.Æmylius de Ingaunis triūphauit,ac tū demū Ligures dānatis armis toties infeliciter sumptis pacē in perpetuū petitā impetrarunt. In Corcica p id quoq; tēpus pugnatū est a M.Pinario,Corsiq; plio victi,obsides dederūt. Et in Sardinia mot⁹ a Bilēsib⁹ ortus, pari felicitate interim opprimitur. Carthaginēsibus hoc anno cētū obsides restituti sunt. Au. Posthumius Albin⁹ & C.Calpurni⁹ Piso,cōsules inde fuerūt. Pestilētia iā in tertium annū vrbē Romā & Italiā vastabat. X.uiri Sibyllinos libros ad eius cladis remediū inspexere. Consul Posthumius,nā Calpurni⁹ p eos dies vita decesserat, Apollini Æsculapio & Saluti dona & signa inaurata p salute ciuitatis vouit. Et quę vouit dedit. Eadem de causa in vrbe & cętera Italia per omnia fora,& conciliabula est supplicatum.

Fuluii Flacci stratagema. | Duplex Hispanorū cædes. | Aqleia colonia. | Consules.

M.ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIÆ HISTORIARVM AB ORBE CONDITO,ENNEADIS QVINTÆ,LIBER OCTAVVS.



VÆ PO.RO.a principio Macedonici belli,qđ pxime secundū Punicū excepit,intra extraq; Italiā.XX.ferme annoꝝ spatio gessit, in hūc modū se habēt. Regnarūt p id tēpus in Macedonia Philippus, Antioch⁹ in Syria,q ābo vn⁹ post alterū a Ro.bello victi sunt. i Ægypto Ptolemęus cognomēto Epiphanes. fuerūtq; hoꝝ ętatib⁹ interiecti Plaut⁹ comœdiarū scriptor,q inopia pressus,suā pistori operam locasse tradit,quoties ab ope vacu⁹ fuerat fabulā scribere solit⁹,in quo gñe tantū claruit,vt secūdas inter id gen⁹ scriptores sit pluriū iudicio sortit⁹. C.Nęuius q Sedigiti sentētia tertiā in comicis obtinet palmā,eodē tpe Vticę mortu⁹ est,factione nobiliū, ac Metelli in primis ex Vrbe pulsus. Ipse vt Varro scripsit,anno cōditę vrbis qngētesimo ferme ac vigesimo,fabulā Romę edidit,quo anno Spurius Carbilius Togatoꝝ primus, cū vxore diuortiū fecit,ei⁹ sterilitatē causat⁹. Militauit Nęuius primo bello punico, qđ ipse est postea carmine cōplexus. Vixit cū his Q.Ennius,q septē annos & septuagita nat⁹, duodecimū annalē scripsit. In Gręcia clari fuerūt philosophię studiis eodē tēpore Carneades Academic⁹, Diogenes Stoicus,& Critolaus Peripateticus,q ab Atheniēsibus Romā missi,ad orandā Oropi causam(est id oppidū in finibus Bœotię)ostētandi ingenii gratia celebri hoīm cōuentu,in vestibulo curię seorsum disputasse dicunt. Scitaq; & teres fuit oratio in Critolao. In Diogene modesta & sobria. Violēta in Carneade. hūc quū Porcius Cato in vtrāq; partē de iustitia differentē audiuisset,curiā ingressus cēsuit Carneadē audiri nō oportere,qñ eo viro argumētāte,non posset intelligi vbi lateret veritas. Cęterū admissi auditiq; Cęcilio,vt Gellius scribit,interprete

Plautus. | Næuius. | Q.Ennius. | Critolaus. | Diogenes. | Carneades. | Cęcilius.

Statio ne Cęcilio quē Sedigitus Comicorū fecit principē apud Romanos,an alio haud facilē dixerim.Qui comœdiā scripsit,Q.Ennii,qđ satis cōstat,cōtubernalis fuit, vnoq; āno post eū vita decessit.In Ianiculo situs est,siue Mediolani,qđ plures volūt,siue alibi nat⁹.Erat in Palæstina pōtifex Onias maioris Onię nepos,vt quidā scribūt,ad quē Lacedęmonioꝝ rex Arius literas dedit,qb⁹illi significauit Laconicis monumētis cōtineri Lacedęmonios p Abraamū iudęorū cōsanguineos esse.Hortari ꝓinde gentē ipsam,vt q̄ Lacedęmonioꝝ essent,ꝓ veteri necessitudine,sibi cōmunia ducerēt.Epistola quadrāgula fuit figura,vt Iosephus scribit,& Aqla quę draconē gestabat,obsignata.Antioch⁹ q magni cognomē tulit,sup cęteras belli clades qbus fuerat afflict⁹,grauissimo etiā tributo,quo pacē a Ro.redemerat,exhaust⁹ ad sacrilegiū animū adiecit,exercituq; ad Didymei Iouis tēplū noctu moto, vt id tumultuario impetu donatiis spoliaret,finitimorū incursu cū oīb⁹ est copiis oppressus,āno sui regni sexto & trigesimo.Seleucus ei⁹ fili⁹ successit,cui Philopatori cognomē fuit.Periit Antioch⁹eo fere tpe,quo Philopœmenes est a Messeniis necat⁹.Nec multū inde tpis intercessit,quū Philippus rex animi ęgritudine cōfectus,q; Demetriū filiū falsis criminib⁹oppssum temere necasset,cerneret q; Perseū sublato ęmulo cōtumaciorē in se factū,qppe q nō solū hęredē, sed regē iā aperte ageret,capitalesq; patri molirēt insidias,iā supstitis quoq; filii necē aliquāto iustius aīo meditabaē,quū fatali est morte ꝑuētus,satis cōstat sub id tēpus quo vita decessit,in aīo habuisse,Perseo sublato,Antigonū successorē regni sibi substituere.Et duo clari reges in hūc modū perierūt.Romę interea vestalis ignis est extinct⁹,qđ nō sine vltione,ꝓdigii loco,expiari cōsueuit. Tribunitia rogatione est cautū,ne qs mulierē hęredē cōstitueret.Q.Volūni⁹ Saxa tribu.plę. ppl'm rogauit.Cato Porcius legē suasit.In Hispania vero Sēpronius Gracchus pręclare bellū administrauit,Celtiberoꝝ opibus adeo accisis,vt trecētę illoꝝ vrbes ab eo euersę sint, si Polybius verus est author.cōstitutū inibi post victoriā ab ipso victore oppidū Gracchoꝝ,vt rerū in ipsa terra gestarū,clarū esset posteris monumētū.Pari successu Vaccei & Lusitani,Posthumii Albini ꝓcōsulis ductu armis subacti,estq; p id tēpus aduersus Sardos bellatū, & ī Istros in Liguria aliq̄diu,cęterū parū memorabili euētu.Perseus,q bellū a Philippo patre magna ex parte cōparatū acceperat,vt infesto erat aīo in Romanos,iā inde ex quo regnare cœpit, ad id exequēdū totā mentē & animū adiecit.Plęriq; illi reges populiq; ex barbaris accolis, ac ferocissimi qq; aderāt,& in his Scordisci. Fuerūt Scordisci Galli q Brēnonis ductu Delphos oppugnauerāt.Perpetrato sacrilegio alii ex eo comitatu in Macedoniā, nōnulli in Galliā vt in pacatū abierūt,& ex his nō parua man⁹ inter eūdū ad Danubii & Sabi cōfluētē cōsedit, q se Scordiscos dixere.Tectosagoꝝ multitudo,qđ non multū diuerso sermone tradit ab eo qđ de euētu Delphicę oppugnationis alio est a me loco memoratū,cū Delphica ꝓda Tolossā reuersi(ea tū ciuitas toti⁹gētis erat caput)graui pestilētia excipiunt,qua oraculo defuncturi oīne argētū & aurū sacrilegio q̄sitū,in Tolossanū merserūt lacū.Id nō paruo ānoꝝ interuallo, Q. Cępio cōsul,quū in Gallia bellaret,sustulit.Cētū &.X.milia pōdo auri fuisse dicunt. Argēti qnq̄gies cētū milia.Trog⁹est author,q̄ res ipsi duci & exercitui excidio fuit.Trāsiit idē Tolossanū aurū in ꝓuerbiū,velut res infausta habentib⁹.Et Ro.Cimbrici belli tumultu id factū publice expiatū crediderūt.Nec Tectosagi diu inde qeuerūt,qn ꝓdę illecebra adducti, domo iterū ꝓfecti,spoliatis Istris in Pānonia cōsederūt.Credunt Istri a Colchis oriūdi, & ab Æeta rege missi,q Argonautas & ipsum filię raptorē Iasonē seq̄rent.Hi phamā hostiū secuti,ex pōto Istrū primo īgressi sunt,ex Istro in Sabū,obseruatis inde fugiētium vestigiis,naues p iuga mōtiū ī Adriā trāsuehūt.Mox hoste nō repto in Cherroneso,haud ꝓcul Agleia,incertū,regis sęuitiā veriti,ob ꝓuinciā parū feliciter nauatā,an lōgioris nauigationis tedio,cōsederūt,seq; a fluuio Istro,quē maxīe nauigarāt,Istros ꝓColchis dixerūt.Id ꝓpi⁹vero est,q̄ qđ NeposCorneli⁹ ꝓdidit,ab eo Istros nūcupatos,q; Istri fluminis pars in Adriā corriuet.Plini.de Colchis Trogo astipulat,q Polā vrbē q̄ in ea est terra,ait Colchoꝝ eē oppidū.Sollicitabant sup hos a Perseo ad Ro.bellū & Daci,Gethę olim dicti,Trog⁹ Getharum sobolē eos eē tradidit. Circa Istrū ad septētrionē gēs ipsa pōtū accolit,tā seuera militia,vt quū aduersus Basternas semel male dimicassent,Oloris regis iussu coacti sint tādiu vxorib⁹ministrare,& somnum capturi obuersis ī imas stibadii partes capitib⁹cubare quoad bellica virtute eā ignominiā deleuissēt. Iā & Coth⁹rex Thracū,& Gēthi⁹ Illyrioꝝ , ꝓ Macedone stabāt.Sollicitati & Carthaginēses vbi noctu auditi ī curia Macedonū legati.Gręcię quoq; ciuitates nōnullę sunt suspitiōe aspsę,velut ad Macedonē defecturę.Plutar.Basternas q ad Istrū habitāt gētē Gallicā & Illyrios

Lacedęmonii cōsāguinei iudęoꝝ

Anthiochi interitus.

Gracchus CCC.Celtiberorum vrbes euertit

Scordisci.

Aurū Tolossanum.

Tectosagi.

Istri populi

Daci.

Gethæ.

Basternæ.

p Gēthiū Perseo cōciliatos scribit. Nec ex pfesso adhuc hostis erat Perseus Cęterū Eumenes rex de ipsius iniuria Romę q̄stus in curia, causa fuit cur illi bellū sit indictū. Publi⁹ Licinius Crassus consul, cui ea puincia euenerat, cū exercitu in Macedoniā trāsmisit, atq; in Thessalia post aliquot expeditiones eq̄stre p̄liū psp̄ere, vt Liui⁹ ait, cū hoste depugnauit. Plutarch⁹ Romanos p̄lio victos scribit, duoq; milia & ampli⁹ Licinianoꝝ cęsos, sexcētos viuos in hostium potestatē venisse. Pari inde Macedonū successu, Romanā classem q̄ ad Oricū stabat eximprouiso oppressam, vigintiquinq; onerarias cū qbusdā aliis ad bellū instructis interceptas. Hostiliū p̄terea p Thessaliā irrūpere conantē instando Perseus terruit, vt acie cōgredi nō sit ausus & q̄q̄ Romano hostis bello esset implicitus, impetu in Dardanos auerso, ad decē milia ei⁹ gētis vno p̄lio peremit. Romæ p id tēpus, quo in Macedonia armis cū Perseo disceptari cœpit, quū Fuluius Flaccus Cēsor marmoreas tegulas ex tēplo Lacinię Iunonis Romā deportasset, vt his ędē a se dedicandā integeret, parūq; iā inde mēs illi cōstate visa esset, patria supstitiōe senatus pculsus, id tegumēti gen⁹ in pristinū locū publico decreto restituit. In Ligures quoq; & Corsos eodē tēpore est nōnihil bellatū. Pretorii adhęc quidā viri damnati, q̄ auare nimis & crudeliter puincias administrassent. Pari iniuria Græcę q̄dā vrbes a P. Licinio crudeliter sunt direptę, q̄ res adeo mouit patres, vt ii q sub corona venierant in libertatē eoꝝ decreto restituti sint, ac domū remissi. Missus inde ad Persicū bellū Q. Martius Philippus cōsul, qui per Astrudē paludē Macedoniā ingressus, qua minime Perseus rebaṫ, tantusq; inopinato hostiū ingressu illi terror iniect⁹ est, vt velut sibi min⁹ cōstare cœpisset, pecuniā in mare mergi iussit, ne periret, classemq; incēdio absumi, ne ab hoste incēdereṫ. Eratq; Macedo ī hoc metu, quū C. Auitius p̄tor (apud quosdā L. p Caio reperio) in Illyricū missus celeritate pene incredibili bellū cōfecit. Gēthius vno p̄lio victus cū matre, vxore, & duob⁹ liberis vltro in Romanoꝝ potestatē venit. XXX. dierū spatio in ea puincia debellatū. Prius Romę cognitū est hostem cū suis captū, q̄ bellū īchoatū crederet. Flor⁹ author est Loscordā caput gētis captā a Romanis ac deletā. Sub id tēpus Romę Paulus Æmylius cōsul creaṫ, cui extra sortē Macedonia puincia data est. Nā cū Perseo adhuc integrū bellū erat, q magna officioꝝ frequētia domū reductus, in magnū victorię omen incidit. Erāt Æmylio plures liberi, & in his Tertia admodū puella, quā plorantē pater intuitus, ab ea qd fleret sciscitaṫ, tū illa, mortuus est inqt Perseus (id nomē erat catello, quē puella in delitiis habuerat, ac tū forte extinctū vbertim cōplorabat) atripuit ea verba Æmylius puellāq; exosculat⁹, Accipio inqt filia omen. Nec ita multo post ad bellū pficiscit, in quo cōficiēdo incredibili est felicitate vsus. Sed nihil ęque ac Persei auaritia ad victoriā pfuit, q nō multo pri⁹ q̄ Paulus in puinciā venisset. X. milia Basternarū eqtū, ac totidē auxiliariū, qa eorū p̄fect⁹ exiguā quandā ab eo pecuniā petiisset in stipēdiū, a se dimiserat, res auro & nō aurū reb⁹ emi opinat⁹. Modicę itaq; pecunię parcēs, se, filios, & regnū pdidit. Erāt Basternę viri nō colēdo agro, nō pascēdo pecori, sed militarib⁹ studiis dediti. Vnū opus, vnāq; artē norāt, pugnare & vincere. Supererāt tn̄ Perseo copię haud cōtēptibiles, quatuor milia eqtū, peditūq; in phalangē redactoꝝ quadraginta milia, qb⁹ copiis fręt⁹ ad Olympū mōtē fecit castra, rat⁹ fore, vt bellū de industria trahēdo, Romanū consulē rerū oīm inopia laborātē fatigaret. Erat ob hęc hostis Romano militi formidolosus, quē metū vt vanū insectat⁹ Æmylius, edicit parati sint, vt quoties in Perseū mouere vellet, nulla in milite mora esset, & qa incōmode Romani ad Olympū pgressi aquabanṫ inter littorales aquarū scaturigines, faciē mōtis cōtēplat⁹ cōsul, q̄ virēti vestiebaṫ sylua, ex eo occultos laticū meat⁹ subesse rat⁹, circa ei⁹ radices haud vno loco vastos effodit lacus, qb⁹ aqua velut viuis fontib⁹ affluēte cōtinuo aquādi copia militi facta est. Fuerūt qd ad fontiū origines attinet q crederēt neq; aquarū fontes, neq; cōceptos lacus sub iis locis esse vnde fluerēt, neq; eruptionē eam videri liq̄scētis materię, sed ḡnarionē & cōcursum ad ipsas scaturigines fieri, dēsitatēq; atq; humiditatē liq̄scere in cauernosis & frigidis terrę locis, velut in cōceptaculis muliebriū māmarū, q̄ nō sint velut vasa lactis fluere parata, sed nutrimēto in illa corriuato lac generēt & emittāt: sic frigida & cauernosa loca terrę nō cōceptā aquā cōtineāt, & quasi ex p̄parato quū aperiūtur effundāt, sed spm̄ & aerē dēsando, pmēdoq; in aquā cōuertāt, vt vbera, q̄ magis resoluuntur, quū sunt manu agitata. Prębuerūt q in hac sentētia fuere, materiā ambigēdi, & recte, an sanguis sit ī animātib⁹ venis velut cōceptaculis īclusus, an vi cuiusdā spūs, carnisq; mutatione genereṫ, vt ad vulnera, tāq̄ ad effossos lacus decurrat. Sed hmōi opinionē flumina sub terrā pleno alueo decurrētia, vt vanā redarguūt. Fuit itaq; plures dies in vtroq; exercitu velut

Fuluii dementia.

Q. Marti⁹ in Macedoniā mittiṫ.

Persei insania.

Omen Æmylii.

Persei auaritia

Basternarum ars.

Æmylii prudentia.

Speculatio de aquarū venis.

ex cõposito qes,mox vero fact⁹certior Æmylius,vnũ sibi locũ relictũ,p quẽ ad hostẽ adit⁹ pa-
teret,eũq ob asperitatẽ ipsam nõ asseruari,q cũ eximprouiso occuparẽt,occulte misit. Assur- (Olympimõtis situs.)
git parte sui Olympus in tãtã celsitudinẽ,vt a summo iugo ad imũ perpẽdiculo. X.stadia &
ampli⁹ Xenagoras geometrica rõne collegerit.Testabať id epigrãma in tẽplo Pythii Apolli-
nis,ita cõscriptũ. Olympi vertex ex qua parte est Apollinis Pythii tẽplũ,altitudinẽ habet ad
subiectũ examussim.X.ĩtegra stadia,& vnũ plethio min⁹ quadrupedali. Xenagoras Eumellii
filï⁹ mẽsurã posuit.cęteri geometrię artis piti,neq mõtis altitudinẽ,neq maris pfunditatem
X.stadia excedere arbitrati sunt.Sed quoquomodo res habet, Æmyli⁹ Scipionẽ Nasicã & Fa- (Æmylii stratagema)
biũ ex filiis natu maximũ,q ad id facin⁹obeũdũ suã vltro operã polliciti sunt,ad locũ occulte
occupandũ cũ parte copiarũ ire iubet,q vt hostẽ cõmodius fallerẽt,ad mare cõcesserũt, velut
nauib⁹ alio traiecturi.Nocte q̃ secuta est, Nasica cũ lecta manu occulte mõtẽ circuire cœpit,
relicto Fabio ad litt⁹,nequa hostib⁹ suspitio moueret.Resciuit interim Cretẽsis trãsfugę indi
cio Perseus,qd a Romanis pararet,subitoq Milonẽ Macedonẽ cũ.XII.milibus hoim ad iugũ
insidẽdũ celeriter dimisit.Polybi⁹ Milonẽ & q cũ eo erãt dormiẽtes a Romanis subito acces-
su oppssos pdidit.Plutarch⁹ Nasicã,q gerẽdę rei pfuit,secut⁹ attocẽ cũ hoste pugnã cõmissã (Pydna.)
author est.Iugo a Rõanis trãscẽso rex turbat⁹retro ad Pydnã mouit castra,ibiq cõsilii ãceps
pugnaret ne acie,an exercitũ ad psidia vrbiũ dimitteret,amicis ad pliũ hortãtib⁹fortunã cõ-
stituit experiri,locũq ad phalangẽ explicãdã idoneũ circa Æsonẽ amnẽ,& Leucũ delegit.Æ- (Æson & Leucus fluuii.)
myli⁹ iũctis cũ Nasica copiis hostẽ e vestigio secut⁹,vbi in cõspectũ venit,cõtẽplat⁹ Macedo-
nũ multitudinẽ,etsi Nasica recẽti victoria author erat pugnę capessẽdę,militẽ tñ metari ius-
sit,veterũ ducũ errata documẽto sibi eẽ dictitãs,ne ex via cũ istructa hostiũ phalãge de sũma
rei decerneret.Nocte igiť,q̃ pxĩe secuta est, luna suo repẽte defecta est lumine. Attulit ea res
multũ formidinis & terroris Macedonib⁹,nec Ro. ĩterim & ipsi liberi religiõe erãt,qppe qb⁹
talis deliquii causa parũ vulgo adhuc nota eẽt.Hic accidit vt tinnitu ęris milites patrio mo
re,facibusq in cœlũ iactis,sideris lumẽ reuocare conati sint.Cõsul Sulpitio Gallo q ĩ ipsis ca- (Sulpitius Gallus.)
stris militabat,in cõcionẽ pducto(erat is cęlestiũ rerũ ea tẽpestate Ro.lõge pitissim⁹) defect⁹
rõne exposita,siqs timor militũ aĩos ĩcesserat,facile excussit.Liui⁹ id futurũ aliq̃to ãtea ab Æ
mylio militib⁹denũciatũ pdidit,quo min⁹illi sub ipm pugnę tẽpus rẽ nõ adeo vulgatã expa-
uescerẽt.Erat Æmylius vt idẽ author pdidit,talis disciplinę nihil ignar⁹. Sed vt multa erat
religione,sacrificulaq natura pdit⁹,ad primũ Lunę defectũ.XI.illi tauros mactauit,inde pri-
ma luce Herculi sacra faciẽs,vsq ad vigesimã primã hostiã litare nõ potuit,mox & Hecatõ-
ben vouit.Acie deĩceps p primores ĩstructa,ipse declinationẽ solis expectãs,ne suis ĩpedimẽto
esset,tabernaculo adaperto vsq ad nonã diei horã cũctat⁹ est.Prælium inde ex cõposito exortũ
infręni equo in hostẽ ĩmisso.Alii facto in Ro.pabulatores a Macedonib⁹ ĩpetu,dũ plures suis
laborãtib⁹ hincinde opẽ ferũt,totis vtrĩq virib⁹cõcursum pdiderũt.Nũq̃ Romani ad id tem
pus cũ tã valido Macedonũ exercitu cõflixerãt.Pugnabãt Thraces in pría acie pceritate cor
porũ insigni,nigra tunica amicti,albis & lucẽtib⁹ scutis,enses dextera manu quatiẽtes. Proxi
mi mercenarioꝝ agmẽ variis armis ĩstructũ,Macedonica phalãx iũcto stetit loco, auratis ar-
mis,sagisq rutilãtib⁹fulgẽs.Incutiebat spectãtib⁹ horrorẽ acies sole repcussa,collesq & valles
ppinquę terrifico clamore resultabãt,tãtoq a barbaris Thracib⁹ardore est dimicatũ, vt eoꝝ (Acierum concursus.)
cadauera ad duo stadia Ro.castris ppinqua sint repta,sed cũ Macedonica phalãge oĩno plus
negocii fuit,qppe q̃ nũc sarissis clypeos refringebat,nunc velut signo dato peltis & gladio vsa
Romanã submouebat aciẽ.Circuibat suos apto capite Æmyli⁹,& q̃ plus piculi & laboris erat
rẽ voce & auxiliis iuuabat.Perseus sub ipm plii tẽpus metu pculsus, in pximã vrbẽ cõcessit,
velut Herculi,vt Polybi⁹ scribit,sacrificatur⁹.Possidoni⁹qdẽ q rei gerẽdę ĩterfuit,atq bellũ p
scripsit,Perseũ eqno calce pridie q̃ pugnareť ictũ pdidit,etsi grauiter haberet,phibereťq a su- (Æmyli⁹ suos circuiẽs.)
is plio ĩteresse,miscuisse tñ sese inermẽ phalãgi,eiusq lat⁹ Ro.pilo leui vulnere cõfossũ. Tẽta
uit interim Saus Pelignę cohortis pfectus phalãgẽ soluere,coniecto in cõfertos hostes signo
qd quũ Peligni ptinacius repeterẽt,in crebra sarissarũ vulnera ruentes, cũ magna cęde retro
pulsi sunt.Is hostiũ successus effecit, vt Romana acies paululũ loco submota sit, qd Æmyli⁹
ĩtuit⁹,p nimio dolore sibi vestẽ scidit.Cęterũ media afflictatiõe cõspicat⁹ phalãgẽ haud totã (Phalangis Macedonicę successus)
sibi cohęrere,sed loci natura,& dimicãtiũ insultu,qbusdã velut ĩterualliis pugnare, continuo
spatia illa a suis occupari iubet,ac plurib⁹simul locis manũ cõseri.Ibi Macedões trãsuerso pi
loꝝ iactu,gladioq cõmin⁹cõfossi,quũ sibi ĩuicẽ auxilio eẽ negrẽt,soluto ordis robore cũ mul

ta cęde & strage,tota planitie acti sunt.Trogꝰ author est.M.Catonē Porcii Catonis filiū atq; Æmylii generū,adolescētē alta indole,medio ardore pugnę dimicātē,quū equo lapsum densa hostiū manꝰ circūstetisset,in pedē mira corporis agilitate erectū,obiecto scuto,ferrū cōminus vibrasse ibiq; strage edita,gladiū manibus excussū,p densos hostiū mucrones,aliquot interim vulneribꝰ acceptis,reperisse.Plutarchus excussum ait manibꝰ ensem,aliquotq; ex cōmilitonibus ad se clamore cōcitis,ex medio hostiū cuneo repetere ausum.verū quoquomō res acta est egregiꝰ adolescēs egregiū virtutis opus pstitit, a nona diei hora ad decimā pugnatū. Breui eñ victoria parta est,qnq; &.XX.milia hostiū cęsa,alii.XX.milia scribūt.Ex Romano exercitu cētū nec ampliꝰ.Miles victor,quū hostē decima hora pulsum lōgius seq psequtasset, sub noctē in castra reuersus est.Et iā oēs redierāt,pter Æmylii impatoris filiū.Is quū nusq̄ existeret,nō sine luctu & moerore a patre reqrebaẗ,deplorataq; iā ppemodū erat eius salus,quū ille ad altā noctē tribꝰ dūtaxat comitibꝰ,multoq; hostiū cruore respsus,in castra rediit,qppe q longius q̄ cęteri fugiētē hostē fuerat insectatꝰ. Is ille Æmylius est, q postea in Scipionū familiæ adoptione insertꝰ,Carthaginē & Numātiā deleuit.Perseus paucis eqribꝰ comitatꝰ, ex Pynda Pellā venit,ex Pella cū duobꝰ amicoꝝ & Euandro Cretēsi,paucisq; mulieribꝰ,quos vt fideliores fugę comites haberet,vasa aurea diripiēda dedit,Amphipolim primo,mox Alepsum pfectus est.Ibi partim pcibus partim vi,auro Cretēsibꝰ erepto,qđ nuper illis dono dederat, in Samothraciā q̄ cōtra Iberi ostiū iacet,traiecit.Ibi se tēplo,velut asylo quodā,aliq̄diu tenuit.Interim Macedonia biduo fere tota in Romanoꝝ potestatē cōcessit.Florus eodē die quo Perseus victꝰ fuit,Romā duos eqtes victorię nūcios venisse author est,q ad Iuturnę lacū cōspecti sint recēti cruore respersi,crediti q; Castor & Pollux q ea in acie p Romanis steterint. Valeriꝰ P.Vatinio Reatinę pfecturę viro duos iuuenes obuiā venisse ait albis eqs sedētes,q nūciarint pridie illius diei Perseū ingēti plio victū.Id Vatiniꝰ quū senatui indicasset, quasi cōtēptor maiestatis primo sit in custodia habitꝰ,mox nūciata victoria,qa Pauli litterę nūcio respōdissent,vinculis liberatū,publicoq; agro & militię vacatione donatū.Plutarchꝰ quatriduo,q̄ pugnatum erat,ludoꝝ die,rumorē īcerto authore totā caueā puasisse ait,Macedonas ab Æmylio victos, populūq; sedētē ingēti lętitia exultasse,posteroq; die phamā illā,quū nullus certꝰ extaret author p vana resedisse:postremo certiorē nūtiū secutū,q quū oīa palā fecisset vulgo creditum psagium illud fuisse φ priusq̄ nūciata esset Po.Ro.suę victorię applausisset, qđ lōgo post tēpore Antonio in Germania victo accidisse cōstat.Perseus postq̄ Gn.Octauiꝰ ab Æmylio missus in Samothraciā venit,nec tēplū violare auderet,quo se Macedo velut ad asylū cōtulerat fugā meditatꝰ,cū Oroande quodā Cretensi q littoribꝰ lembū appulsum habebat,vt se occultissime inde asportaret pactus est.Ille vero Cretēsi arte vsus, Macedone cū suis in littore relicto,in altū cū tota gaza abiit.Tū Persei filii circa mare capti, causa fuerūt, vt pater vltro se Octauio pmiserit,q ad Æmyliū pductꝰ,adeo infra regiā maiestatē sese ad illiꝰ genua miserabiliter demisit,vt cōsul q multa alioq veneratione illum fuit exceptutꝰ,turbato vultu dixerit. Quid ita Persen fortunā crimine liberas,vt nō psenti, sed supiore fortuna indignꝰ videaris? qđ ita te gerēs nostrā victoriā deformare pgis?magnā fert secum reuerētiā, vel apud hostes, cadētiū virtus,vt ignauia in summa etiā fortuna cōtemptū.Atq; his dictis illū attollēs,Tuberoni genero tradidit,inde multa cū filiis & amicis de volubilitate fortunę locutꝰ,Macedoniā documēto mortalibꝰ esse affirmās,q̄ parū hūanis rebꝰ fidere oporteat.Inde ad regni statū ordinādū cōuersus,vrbes & populos dimidio stipēdio leuauit, qđ regibꝰ soluere cōsueuerāt. Aurū regiū ne spectare qdē voluit,ex regū Bibliotheca libros quosdā filiis,lr̄arū studiosis, deligere pmisit.Inde epulū & coenas eximia comitate & diligētia suis & puincialibꝰ dedit,eiusdē esse animi pdicās,& aciē & cōuiuiū bene instruere.Illā vt formidolosus sis hostibꝰ,hoc vt amicis gratꝰ in militibus donādis Ælio Tuberoni genero suo Phialā qnq; talētoꝝ dono dedit,idq; argētū primū in eā familiā deuenit,quū ad id tēpus ita paup fuisset,vt Tubero cum qndecim eiusdē cognationis,modicis ędibus,paruoq; fundo vixisset.Paucis inde diebꝰ interiectis,decreto patrū militibus p partes in pdā alterius rei ptextu dimissis, septuaginta vrbes eius gētis vno die hostiliter diripuit,oīni prius auro cōmuni & priuato in publicū p ciuitatū principes redacto.Cētū.XX.milia hoīm vna hora capta dicunẗ.Plin.duas & septuaginta vrbes haud direptas tātū,sed vēditas etiā ab Æmylio vno die scripsit.Ex tāta oppidanoꝝ vastitate.XI.dūtaxat Drachmę militi datę pdę noīe,q̄ res tantū oīm aīos offendit,vt velut pda ab ipso duce fraudati eēnt,adeo illū Romā reuersū sunt criminibꝰ īsectati, vt occasione inde

Catonis indoles.

Scipio Æmylianus.

Presagia victoriæ.

Capit Perseus cū vxore & liberis

Æmyliꝰ aurū spectare noluit.

Septuagita vrbes vno die direptę

supra Sergius Galba,q tribunꝰ militũ sub Æmylio fuerat,eũ ad pplm criminatꝰ in causa fuerit,vt tribubꝰ ad comitia vocatis,prima earũ q̃ suffragia iniit,triũphũ illi denegauerit.Eã iniuriã patres & magna pars populi iniquo aĩo ferẽtes,cũ Tribuno plebis agũt,vt tãtisper centurias a suffragio remoraret,quoad aliqs p Æmylio diceret.

Verba M. Seruilii p Æmylio.

Ibi M.Seruiliꝰ vir consularis q ter ac vicies ex puocatione hostẽ pstrauerat,in mediũ pgressus,Qualis fuerit Æmylius imperator,vel ex hoc ipso intelligo inqt,ꝙ militẽ tã improbũ sortitꝰ,res gesserit ãplissimas. Sed non tã hoc miror(vicit enĩ sepiꝰ cõsiliũ & prudẽtia ducis q̃ militaris ferocia)qn illud nõ possum nõ satis mirari,ꝙ ppls Ro.q ob res in Illyrico & Hispania gestas,iis q eas gesserũt summo studio triũphũ decreuerit,Æmylio q oẽm Alexãdri & Philippi gloriã,cũ eoꝝ pgenie captiuam Romã duxerit,tãq̃ res parua ab eo sit gesta eũdẽ honorẽ deneget.Ergo Perseo nup victo,diis ĩmortalibꝰ a tota ciuitate supplicatũ est,is cuiꝰ noĩe honor est diis habitus, militari inuidia, honore fraudabit? vsqueadeo ne inqt corrupta est militaris disciplina, vt Sergius Galba, hõ nitida cute,& corpore ppter vrbanũ ociũ molli,& q nũq̃ vulnus in ꝓlio accepit, de fortitudine & ignauia impatoris apud Po.Ro.verba facere audeat, aduersus eos q vulneribꝰ honeste acceptis attritũ pectꝰ gerũt! Atq͡ hęc fatus simul pectꝰ denudans,innumeras pene cicatrices pplo ostẽdit.Rideat hęc inqt Galba: Ego vero hæc p patria accepisse glorior. Sed age Sergi voca istos in suffragia,sequar eos,hodieq͡ intelligã q grati sint ciues,q & ingrati & improbi.

Æmylii triumphus.

Hęc Seruilii oro,adeo multitudinẽ mouit,vt oẽs deinceps tribꝰ triũphũ decreuerint. Nullus vnq̃ Ro.impator opulẽtiorẽ prę se tulit ꝑdã.Triduo est triũphatũ,primꝰ dies,signis,tabulis,& colossis trãsmittẽdis cõsũptꝰ est.Ducẽta qnquaginta vehicula hmõi rebꝰ honusta,lõgo ordine ante oculos ciuitatis traducta.Postero die ornatissima Macedonũ arma auro & argẽto cęlata,galeę,scuta,thoraces,ocreæ,Cretẽses peltę,Threicia gesa,pharetrę,equoꝝ frena, enses,sarissę,vt fuerãt in ꝓlio armis infixę.Post armorũ currꝰ,vasa trecẽta qnquaginta argẽtea,ducẽtarũ circiter &.XL.librarũ, quoꝝ singula quaterni viri subnixi argẽteis nũmis referta gestabãt.Alia deinceps multitudo lõgo ordine Crateres argẽteos Phialas Calices ornatissimos prętulerũt,vt q hęc oĩa ferrẽt,ad tria milia nũero fuisse dicant.Tertia luce tibicines bellicũ canẽtes ꝓcessere.Post hoc cẽtũ.XX.boues auratis cornibꝰ secuti,vittis ac sertis de more istructi. Ducebãt eos ministri ad sacrificiũ succicti, & totidẽ pueri aureas argẽteasq͡ pateras ad eũdẽ vsũ ferẽtes.

Miserabile spectaculũ ĩ triumpho.

Vasa deinceps tria &.LXXX.pari põdere quo priora illa ꝓcipua aureis numismatis plena.Inde.X.talẽtoꝝ phiala ꝓciosissimis munita lapidibꝰ,Antigonea inde vasa,Seleucia, Thericlia,& q̃ Persei fuerãt,ex auro oĩa.Post hęc currꝰ cũ armis Persei & diademate supposito.Mox altero curru Regii filii,mares duo,& vna fœmina,trãsuecti.eoq͡ maiore spectãtiũ misericordia,ꝙ suũ ĩfortuniũ adhuc p ętatẽ nõ ĩtelligebãt.Cęterũ a nutricibꝰ & pędagogis instructi,manꝰ ad pplm supplices tẽdebãt,tãq̃ misericordiã ĩplorarẽt,qd̃ spectaculũ passĩ lachrymas circũfusę multitudini elicuit.Seq̃bat filioꝝ currũ rex ipse pulla veste amictꝰ,& crepidas more patrio habẽs,maloꝝ magnitudine ad oĩa trepidus,vultũq͡ turbatꝰ. Post illũ amicoꝝ & familiariũ turba mœsta,regẽ cũ lachrymis intuẽtes.Nouissime aureę coronę q̃dringẽtę nũero, quas honoris grã Gręcię ciuitates Æmylio dederãt,curru ꝑlatę.Ipse Æmyliꝰ purpura auro cõtexta,lauri ramũ gerẽs dextra,insigni curru vehebat,sequẽtibꝰ suo ordine militibꝰ,& ipsis laurũ habẽtibꝰ,partim iocularia carmina salibꝰ pmixta iactãtibꝰ,partim impatoris laudes habẽtia.

Oro Æmylii ad pplm

Et Æmyliꝰ in hũc maxie modũ de Perseo triũphauit,q ne ex tã inclyto triũpho ĩtegrũ gaudiũ ferret,paucis diebꝰ duos amisit filios.vnũ sexdecim annorũ,qnq͡ diebꝰ priꝰ extinctũ q̃ triũphũ egerit,alterũ aliq̃to minorẽ natu triduo postq̃ triũphauit,ĩ cuiꝰ funere graui est oratione ad pplm vsus.Nihil ĩqt Quirites ĩ hoc ꝓsperrimo rerũ a me gestarũ cursu magis ab initio extimui,q̃ inopinatũ aliquẽ insidiãtis fortunę casũ,nec p tep.priꝰ timere destiti,q̃ illiꝰ ꝯquiẽtis imperꝰ me priuatim ĩuasit,qd̃ sępiꝰ erã a deo optimo ꝓcatꝰ,vt siqd diri Po.Ro.ex ea felicitate ĩpẽderet,id totũ in me,domũq͡ meã verteret.Duos suauissimos filios, quos mihi successores destinauerã,pene cõtinuatis funeribꝰ extuli,nũc oĩni piculo liberatꝰ videor,bonãq͡ mihi spem ppono,fortunã Po.Ro.sine labe pmãsurã,qñ satis inuidię mihi ac meis duplici clade ad hũc diẽ inflixit.Nec ego q de Perseo triũphaui,minꝰ insigne documẽtũ quãta sit hũanarũ rerũ fragilitas eẽ possũ,q̃ is de quo a me est triũphꝰ actꝰ.Perseus etsi victꝰ,filios tñ habet.Æmyliꝰ,q eũ vicit,ple orbatꝰ est.Hęc ille nõ minori aĩo ꝑtitit,q̃ sit verbis executꝰ.Mox p Perseo annixus vt mitiori loco custodiret,nihil ĩpetrare potuit,quo cõtigit, vt ille mœrore animi & carceris

Persei exitꝰ

iniq̃tate,paucis diebꝰ expirauerit,Interierũt & ex filiis duo,Alexã.q suis supstes fuit,latinas li

tetas,Romanũq; sermonem didicit,priuatãq; agẽs vitã,magistratibus scribę operã pręstitit. Atq; Macedonię regnũ hũc exitũ habuit. Stetit ab Agrano qui primus ĩ ea regnauit,vsq; ad Perseum,qui trigesimus rex ab illo fuit, annos noningentos viginti tres. Potiti rerum sunt Macedones annis octo minus ducẽtis. Triũphatũ est sub id quoq; tẽpus de Genthio.affuitq; horum triumphorũ spectaculis,aut certe non multo post Romã venit Prusias rex Bithynię Nicomedẽq; filium suũ senatui in cura cõmendauit.Ipse infra regiam dignitatẽ adulationis plenus,libertũ se po.Romani fatebatur. Affuerunt Eumenes & Attalus,vt Eutropi⁹ scribit. Liuius Eumenẽ venisse ait,verum quia se Macedonico bello mediũ gesserat,latam in comitio esse legem,ne cui regum,Romam venire liceret,atq; ita vt anceps in fide fuerat,ita suspenso est animo dimissus,vt nõ velut hostis sit exclusus,nec in vrbẽ admissus,vt crimine liberatus. Hoc ano cẽsa sunt Romę ciuiũ capita.CCCXII.milia.DCCCV. Medio Macedonici belli ardore a Ptolemęo & Cleopatra venere legati,vt Liui⁹ scribit,auxiliũ a Po.Ro.ĩplorãtes aduersus Antiochũ Epiphanẽ,a quo graui bello pmebanẽ. Fuerat is magni Antiochi filius successeratq; Seleuco fratri,q patre defuncto.XII.annos ĩ Syria regnarat. Nec Liui⁹ a quo Ptolemęo missi sint legati,satis explicat,sed ab eo videri possunt,q & ipe Epiphanes cognominat⁹ est,cui Cleopatra,vt Trogus ait,magni Antiochi filia nupsit.Cęterũ Iosephus haud dubie demonstrat ab Antiocho bellũ Philomatori & Ptolemęo & Phisconi illatũ,q ab Epiphane patre pueri relicti fuerãt,quo apparet Cleopatrę matris & Ptolemęi filii legatos fuisse,q auxilia ĩplorantũ per id tẽpus Romam venere.Pupillarẽ igiẽ amborũ ætatẽ Antiochus nactus,ratus fore vt eos sine vllo maiore certamine paterno regno spoliaret,res primo ĩ Iudęa est turbare adort⁹, Onia summo Iudęorũ sacerdote defuncto,Iesum eius fratrẽ.qui Iason diei maluit,in defuncti locũ instituit.Is breui postea in domesticã seditionẽ incidit.Menelaus eius frater inuidia motus,cũ Tobię filiis,qui Iasonem infense oderant, secessione ad Antiochum facta patrias se leges abnegare testati sunt,iam inde Gręcorũ ritu & lege omnia facturi,locoq; a rege ad ædificãdũ impetrato,sibi Gymnasiũ cõstruxerũt,in quo quũ postea exercerenẽ,neqd a Gręcis viderenẽ differre,verẽda summo studio traxere. Nec Antiochus multo post Ægyptũ bello petiit Scopãq; plio superauit.Hic est Scopas ille,q primi Macedonici belli tpe ex Ætolia, vt alio est loco memoratũ,aliquot hoĩm milia stipẽdio cõducta in Ægyptũ deportauit. Et iã Antioch⁹ Mẽphi occupata,Alexandriã obsidere cœperat,quo Philomator Memphitica sede pulsus, ad Phisconẽ fratrẽ cõfugerat.Legat⁹ iterim a senatu ad Antiochũ venit P.Popilius,vt eũ Ægypto excedere iuberet, abstineretq; reb⁹ Ptolemęi regis, q amicus esset & socius ppli Romani. Excepit Popiliũ veniẽtẽ Antiochus osculo multaq; comitate, quippe quẽ Romę obses pcipue coluerat. Tũ legatus missam fac inquit Antioche priuatã amicitiã, & ad ea q̃ Po.Ro.mãdat animũ aduerte:exposita ĩde legatione,nõ minus ille Popilii seueritate motus,q̃ Romani noĩs maiestate,bello abstinuit.Inde p Iudęã ducẽs, per hoĩes suę factionis Hierosolymas occupat, ferrũq; in eos ĩmisit,q authores fuerãt ne ĩ vrbẽ acciperenẽ,estq; ĩ cęteros sęuitũ. Postremo ad prędã cõuersus,oĩa sacra & prophana,sacrilega & violenta rapina fœdauit,Arã aureã q̃ in tẽplo fuit, Mẽsam,Lucernas,oẽmq; sacrorũ vasorũ apparatũ e tẽplo sustulit,Sacra patrio ritu fieri vetuit,arcẽ vrbi impositã psidio firmauit. Demũ Ide pfecturus ad.X.milia hominũ oĩs ætatis & sexus secũ in captiuitatẽ abduxit.Nec meliore cõditione esse,qui ĩ vrbe relicti sunt multa indigna & nefaria passi ab his q ad Hierosolymorũ psidiũ relicti fuerãt,in minore erãt luctu & mœrore cõstituti,quo longius ab ea malorũ facie aberãr,pculq; ab oĩ sensu eorũ quę Hierosolymis ĩ cõtẽptũ religionis,cõtraq; leges & patriũ morẽ fiebãt.Suilla hostia mactabanẽ in tẽplo,malorũ dęmonũ simulacra cogebanẽ Iudęi Gręcorũ ritu venerari.Capitalis noxę fuit, siqs filiũ circũcideret, siqs Mosis volumẽ,aut pphetarũ haberet, verberibus cęsi alii sup alios obtrũcari.Pueri laqueo enecti e parẽtũ ceruicibus suspendebanẽ.In tẽplo dei optimi maximi Olympii Iouis erat statua cõstituta.Samaritę & ipsi ĩ Antiochi gratiã tẽplũ qđ ad Gazarim erexerãt Ioui cõsecrarũt.Erãtq; in hoc statu res in Iudęa, quũ Mathathias vir acer, cui qnq; numero erãt filii,florẽti ætate,& in his Iudas cui cognomẽ fuit Machabeo,pmoleste ferẽs diuino sacrorũ ritu abolito,passim a suis popularib⁹ Gręcanico more sacrificari, & p vera pietate dęmonib⁹ seruiri,natorũ fiducia fret⁹,se primũ pietatis assertorẽ exhibuit.Habitabat is ĩ Modine vico,vbi vnũ ex suis popularib⁹ extrario cuidã deo arã erigẽtẽ ĩtuitus, eximprouiso adortus,medio ope obtrũcat,mox & Apolloniũ Antiochi pfectũ ferro opprimit, q ad impiũ cultũ populũ cogebat.Alta deinde voce Iudęos pietatis patriiq; ritus admonẽs,cũ liberis &

Antiochi Epiphanis motus.

Iudęi legis pręuaricatores.

Antiochus Memphim occupat.

Antiochi sęuiria in Iudęos.

Iudęorum calamitas.

Mathathias Iudę Machabei pater.

Con v

non parua paganorum manu in deserta montiũ concessit. Iudices & qui Hierosolymitanam arcẽ pſidio obtinebant, promissa impunitate, Mathathiam & qui cũ eo erãt e montibus dedu cere sunt conati. Cęterum quũ neq́ hortatione, neq́ minis flecti potuissent, sabbatorũ die quo Iudęi gẽtili instituto pugnare prohibebãtur, hostes mõtibus insinuati, nullis repugnãtibus supra mille in spęluncis ferro & igni crudeliter necarũt. Mathathias & multi cũ eo media cõ sternatione dilapsi, ardua mõtiũ tenuere. Nec ea clades Iudęorũ studiũ in Mathathiã inhibuit, sed plęriq́ mortales, antiquę pietatis respectu, ad eũ assidue confluebant, eoq́ sibi iudice creato, crebris excursionibus oĩa fœdabãt, deorũ aras disiicere, obtruncareq́ eiusmodi sacris operãtes, lata tũ primũ lege, vt & sabbatis pro vita aduersus hostes dimicare liceret, puerosq́ quicunq́ nati essent, nondum recutitos, patrio ritu circũcidere. Annoq́ per hęc vixdum acto Mathathias vita decedẽs ita statuit, vt Simon qui secũdo erat loco natus, quia prudẽtia cęteros anteiret, velut pater a fratribus coleret, Machabeus adhuc iunior, ꝙ feroci & inuicto esset animo, patriã religionẽ ab iniuria vindicaret. Huius itaq́ ductu breui hostes Modinensi sunt agro eiecti, atq́ vna interfecti oẽs legũ desertores. Apolloni⁹ Samarię pfectus suorũ clade irritatus, cũ tumultuario exercitu ad Machabei conatus opprimendos occurrit, cui veniẽti Iudas ferociter obuiã iuit, hostẽq́ plio victũ ꝓpria manu obtrũcat, iacẽtiq́ opima spolia detrahit. Multi ex Antiocheno exercitu circa ducẽ occubuerũt, sed plures oĩno in fuga. Magn⁹ idẽ cõcursus ad Iudã est factus, secũdũ vnã ꝓsperã pugnã, cuius vires, quũ in dies inualescerent, Seron q̃ inferiori Syrię pꝛerat, cũ iis copiis, q̃s tũ forte penes se habuit, magnaq́ euocatorũ manu ad Bethoron castra fecit (est is Iudęę vicus) quo Iudas progressus cõflixit, quũ nũero multo esset iferior, cęsa tñ ad octo milia Antiochenorũ. Rex duob⁹ exercitib⁹ cũ ipsis ducib⁹ amissis vt q̃ validissimũ exercitũ i Iudęã cõpararet, i Persidẽ ꝓficiscit, Lysia cũ filio & iis copiis, quas ex finitimis gẽtibus cõtraxerat, ad bellũ relicto. Nec Lysias in cõparãdo exercitu qcq̃ remisit industrię, qppe q nõ multo post q̃ Antiochus i Persas abiit, cũ. XL. milib⁹ peditũ, & septẽ eqtũ Palęstinã ingressus, ad Emaũ cõsedit. Iudas ad primã hostiũ phamã tria milia fortiũ virorũ sibi ex omni numero delegit, quos i hostẽ iturus, ita affatus dicit. Pręsens fortuna necessitasq́ viri fortissimi, & suadet & cogit, vt pericula cõtemnamus, omnis spes recuperandę libertatis, quã sua sponte desiderabilẽ, ipm pietatis studiũ adhuc desiderabiliorẽ facit, in nostra virtute sita est, quales p aulo post in plio erimus, talẽ fortunã habituri sumus. Q̃q̃ si qd nolim, victi simus, ne vita quidẽ nobis speranda ab impio & irato hoste. Multa quidẽ & magna homines sua sponte faciũt, sed multo plura & maiora necessitate coacti. Quare eo cõsilio nos i pugnã ire oportet, vt nõ nisi victores inde abscedamus, p lucro mortẽ habituri, si cadẽdũ in plio sit, quia pro patria, pro iustitia, ꝓ religione dimicamus, si vt spero vicerimus, asserta libertate, vt patriis legibus in ea pietate quã a maioribus per manus accepimus, q̃ florẽtissime viuamus. Nec nos hostiũ numerus terreat, virtus nõ multitudo pugnã decernit. Q̃q̃ nõ video quid minus timeri possit q̃ hostis, semel atq́ iterũ victus. Ita sane cõparatũ est, vt miles ignominię assuet⁹, nullius sit rei, ꝓterq̃ fugę, memor. Parate vos igit in crastinũ, vel vna pugna decretu ri in libertate ne posthac nobis agẽdũ sit, & in antiqua pietate manẽdũ, an ꝓ patria, quo nihil in morte potest homini gloriosius cõtigere, fortiter moriẽdũ. His Iudas suos hortatus haud ignarus quantũ momenti in celeritate esset, noctu ad hostiũ castra occultis itineribus ducit. Ita sane accidit, vt eodẽ tẽpore Gorgias vir impiger, cũ cohorte vna, & mille equitibus speculatũ missis, ad Machabei castra, & Iudas cum suis, diuersis itineribus ad hostẽ peruenerit. Cęterũ Gorgias, vbi oĩa deserta vidit, ratus hostes metu in deuios mõtes abiisse, aliq̃diu deliberabũdus stetit, pergeret ne illos sequi, an retro ad suos rediret. Iudas interea hostiũ munitiones eximprouiso adortus, tãtũ terroris ad primũ clamorẽ hostibus iniecit, vt sine plio aliove maiore conatu, castra irrupit, ignẽq́ tabernaculis iiecerit. Tũ vero ferro & flãma late grassan tib⁹ fuga facta est, multi mortales ĩtra extraq́ munitiones cęsi, cędesq́ Gazarã vsq́ distracta. Ad tria milia hominũ cęsa dicunt. Supuenit Gorgias suorũ cladi, qui ꝓcul ardẽtia intuitus castra substitit, inde vbi res perditas vidit, ne tẽtato qdẽ plio fugã capessit. Tũ Iudas lectis p ociũ spoliis, castrisq́ direptis, cũ ingẽti pda, sed multo maiore gloria domũ reuersus est. Nec hostis toties victus diu postea qeuit, qn exercitu multo validiore q̃ antea ad Bethsurã cõsedit, hic quoq́ Iudas diuina magis q̃ humana ope fretus, egregie aduersus tãtas Syrorũ copias dimicauit. Quinq́ milia hostiũ hoc plio cęsa. Lysias bello ifeliciter reparato scdm eã cladẽ Antiochiam concessit, post cuius discessum Iudas hostium metu liberatus, cũ sociorũ manu

Iudęorum clades.

Machabe⁹ dux instituitur.

Recẽs Iudę victoria.

Oro Iudę ad suos.

Iudas incẽdit hostiũ castra.

Hierosolymas igressus,primio tēplū iuisit,vbi oīa desolata & horroris plena ītuit⁹, nō potuit
lachrymis tēperare.Parte itaq̧ copiarū ad regiū p̄sidiū ex arce deiiciēdū missa, ipse cū cętera
multitudine ad tēpli purgationē cōuersus,externorū deorū focos,& simulacra disiecit,deoq̧
optimo maximo veterē aram instaurauit.Candelabra reposuit.Pristinū sacrorū ritū induxit:
Atq̧ ita tēplū triēnio postq̄ fuerat pphanatū,ab hostiū impietate est assertū.qd̄ fieri cōtigit
Olympiade supta cētesimā quarta & quadagesima,quo tēpore Perseus est ab Æmylio victus,
& Ennius poeta septuagenarius, vt Eusebius scribit, articulari morbo periit;& in Scipionis Ennii mors
monumēto via Appia sepultus,vt idē author pdidit.Fuerūt q Rhodiani ei⁹ ossa ex Ianiculo
translata pdere nō dubitarint. Daniel propheta annis quadringētis & amplius q̄ hęc Hiero Danielis vaticinatio.
solymis acciderint,nihil obscura diuinatione fore p̄dixit,vt tēplū deo cōstitutū a Macedoni
bus violaret. Octo diebus sedulo sacrificatū,id sacrū Lumina dixerūt, qa repatatę religionis
lumen exinsperato affulsisset. Vrbē muro & turribus summa ope Iudas cōmuniuit; multaq̧
interim p̄lia cū finitimis psp̄ere gessit,q inuidia & odio accēsi,vltro armis Iudęos incessebāt,
& in his Ammonitę,quorū Azotū vrbē vi captā diripuit Iudas,& incendit. Factus deinceps
certior,q̧ Ammonitę oēs i armis essent,belliq̧ ab ea gēte summa ope Thimothei ductu repa
rari,& sup hęc nūciabat,ex Galilea,Sidone,Tyro,& Ptolemaide multos ad arma cōciri,belli
curas cū fratribus partitus,Simonē cū tribus milibus peditū in Galileā mittit.Ipse cū altero
fratre Ionatha in Ammonitas iturus,octo milia militū ad id bellū sibi delegit,cęterę multitu
dini Iosippū p̄fecit Zacharię filiū,cui mādatū est, vt tātū a Iudęę finibus iniuriā arceret p̄liō
alioq & ab hoste lacessendo abstineret.Simon psp̄ere in Galilea dimicauit,trib⁹ hostiū milib⁹
acie interfectis,cęteros porro fugatos Ptolemaidē vsq̧ est psecutus. Iudas triū dierū itinere
trās Iordanē pgressus,primo Bethsurā ex hostib⁹ cepit,inde pari celeritate Thimotheū triq̧
tito adortus,ad primū clamorē fudit fugauitq̧,octo milib⁹ ex ei⁹ exercitu occidione occisis:
Ea victoria potit⁹ cōplures Galaatidis vrbes i deditionē recepit,alias vi captas euertit.Nec lō Iudę Machabei successus.
go iteriecto tp̄e.Thimotheus cū aliquāto maiore exercitu,i apto castra fecit.Cęterū pari euē
tu ad Rophon vrbē p̄lio vict⁹ est,ac castris exut⁹.Rophus simul expugnata,quo multi ex fu
ga se receperāt,magnaq̧ hostiū cędes hic edita.Iudas post rē i Ammonitas p̄clare gestā,copias
Hierosolymā reductur⁹,Iudęos q i Galaatide erāt,ne p̄dę eēnt finitimis,cū liberis & vxoribus
oīq̧ supellectile i Iudęā traduxit,Ephrone vrbe i reditu,qa sibi portas clausisset,expugnata,p
Bethsamū(eā Gręci Scythopolim vocāt) cū īgēti gestarū rerū gloria,Hierosolymas ē reuer
sus.Sed dū i Galaatide Iudas bellaret,& Simō i Galilea,Iosipp⁹ Zacharię fili⁹ ad Iudęę p̄sidiū
relict⁹,etsi ab īitio iussus fuerat nihil extra pułciā mouere,glorię tū cupid⁹,nō pua manu ad
Iamniā cū Gorgia regis p̄fecto cōflixit,amissisq̧ duob⁹ milib⁹ hoīm,trepide i pacatū refugit. Iudęorum clades.
Post Iudę reditū aliquot ex Idumeis vrbes vi captę sūt,direptęq̧ & icēsę.Per id tp̄s Antioch⁹
quē in Persidē pfectū dixim⁹,quū aliq̄diu ad Helimaidē vrbē cōsedisset,expugnādę studio,vt
Dianę tēplū qd̄ ibi fuit multarū gētiū donariis opulētū diriperet,demū ignominiose īde re
pulsus,quū Babylonē veniret,accepto nūcio de his q̄ i Galilea facta erāt,nimia aī ęgritudine
in morbū īcidit,paucisq̧ dieb⁹ vita decessit,priusq̄ expiraret idētidē īter suos testat⁹,se ima Antiochi interitus.
tura morte extīgui,q̧ Hierosolymitanū tēplū īpie pphanasset.Hoc mlto veri⁹ est,q̄ qd̄ Poly
bi⁹ pdidit,id illi accidisse qa Dianę tēplū violasset,quū si ver⁹ est Ioseph⁹,ne violarit qdē,nō
qa noluerit,sed qa nō potuerit.Atq̧ Antioch⁹ Epiphanes i hūc modū piit,filio Antiocho sub
Philippi vni⁹ purpuratorū tutela relicto,Eupator ē puer cognoiat⁹.Iudas audito Epiphanis
interitu,Hierosolymitanā arcē maiore q̄ vnq̄ ātea oppugnatione adortus,aggere & bellicis
machinis circa muros erectis,sūma ope hostes fatigabat. Arx tēplo imminebat,etatq̧ ob eā rē
sacrificātib⁹ assidue īfesta,q̄ iiuria maiorē Iudęis necessitatē īponebat illius totis virib⁹ oppu
gnādę.Regii milites,& Iudęi trāsfugę,q locū p̄sidio obtinebāt,ad Eupatorē mittūt,q eū doce
rēt,quāto discrimine tenerēt,nisi mature laborātib⁹ suppetias veniret. Ille supta ętatē suorū
piculo cōmot⁹,exercitū i Iudęos igētē cōtrahit.Cētū milia peditū,&.XX.eqtū ad bellū istru
cta scribit Iosephus.Et cū his Indicę beluę qnq̧ &.XX.nūero. His copiis rex Antiochia pfe
ct⁹,p Idumeā Iudęę fines igredit,ad Bethsurā primo castra fecit,quē locū i hūc vsum aliquot Antiochi bellū in Iudęos.
ante āños Iudas cōmuniuerat.Bethsurei forti aīo regē excipiūt, exceptū valide se tuēdo fati
gāt.Nec Iudas desedit i tā terribili hostiū apparatu,omissa arcis obsidione cū suis copiis ve
niēti regi occursur⁹,Bedușcatiranas āgustias.X.milia passuū ab hoste occupat. Apd̄ quosdā
X.stadia reperio Antiochus Bethsura relicta, ad fauces quas Iudas insederat,ducit exercitū,

Iudęi locoꝝ natura fręti sub primũ cõgressum aliquot ex regiis ferociꝰ inuectos obtrũcãt,estq̧
aduersus beluas dimicatũ,quarũ vna ab Eleazaro Iudę fratre,quē Maurone vocabãt, cõfossa
in vulnꝰ cortuēs sua mole pcussorē oppssit.Iudas vbi mõtes & oĩa teneri ab hoste vidit, se &
Iudę redi-
tꝰ ad vrbē.
suos pugnę subtrahēs sine aliqua maiore clade,retro ad tuẽdã vrbē abiit.Bethsurei ol spe de
stituti,cũ rege salutē pacti,vrbē illi tradiderũt.Eã Antiochus oppidanis sine vestibus eiectis,
suo psidio firmauit,Ad Hierosolymã īde copię admorę,tenuitq̧ plures dies obsidio. Interim
Antiochꝰ factꝰcertior,Philippũ,q a patre darꝰerat ei tutor,regni administrationē sibi vēdica
re,molitiq̧ res nouas cœpisse,Lysię īpulsu,quo militię magistro & cõsiliario vtebat̃, ad eũ op
primēdũ animũ adiecit.Ne qs igit̃ motꝰ ī castris oriret̃,simulato obsidionis tędio,pactꝰ est cũ
Iuda,vt ii q ī tēplo essent ab armis discederēt,viuerētq̧ suis legibꝰ.Cęterũ tēplũ deditũ,con-
Templum
diruitur.
tra fœdus ac iusiurãdũ a sũmo ad imũ Antiochus dirui īperauit.Oniã sacerdotũ principē in
Veriã Syrię vrbē ablegatũ īterfici iussit,Alchimo ī eiꝰ locũ īstituto.Id iniquo aĩo ferēs maio
ris Onię filiꝰ,q̧ Menelao pdecessario suo sublato,sũmũ sacerdotiũ esset ad Alchimũ regis ius
su trãslatũ,cui talis honor haud qdē gētilis esset,ad Ptolemęũ ī Ægyptũ abiit,a quo benigne
Nouũ dei
templũ in
Ægypto.
acceptꝰ,īpetrauit,vt ī Heliopolitana regione Ægypti,nouũ deo tēplũ patrio more ędificaret.
Sed hęc aliquãto postea secuta.Eupator ī Antiochiã reuersus Philippũ tutorē suũ ī potesta
tē redactũ,extremo supplicio affecit,īterceßitq̧ haud multũ tpis quũ Demetriꝰ magni An-
tiochi filiꝰobses Romã a patre missus,audita Epiphanis fratris morte,tatꝰ Syrię regnũ ad se
ptinere,vt quēadmodũ ipse duobꝰ fratribꝰ cessisset,q vnꝰpost aliũ regnauerãt,ita pupillũ sibi
cedere oportere,a senatu petiit,vt ad paternũ regnũ capessendũ, in Syriã abire liceret,neq̧ id
illi oĩno negatũ est,neq̧ cõcessũ.Fuitq̧ postea Demetrius tãtisper Romę,donec q ad fugã ne
cessaria videbant̃ cũ amicis cõposuit:īde ex vrbe venãdi specie occulte pfectꝰad mare delatꝰ,
in Tyrũ nauigauit,vbi magno oĩm fauore exceptꝰ diadema sibi īposuit,breui postea aulã oc
Eupator a
Demetrio
occiditur.
cupat,Eupatorēq̧ sibi traditũ obtruncat, quũ duos oĩno regnasset annos.Eodē tpe aut certe
nõ multo poꝰ q̃ hęc ī Syria gesta sunt,C.Sulpitiꝰ Gallus psperę in Ligures bellauit,lustrũq̧
Romę cõditũ,cēsaq̧ ciuiũ capita.CCCXXVII.milia.XXII.Ptolemęus Pilometor a Phisco
ne minore fratre pulsus,Romani ppłi authoritate,legatis ad hoc ipm Alexãdriã missis, in re
gnũ restituit̃,moxq̧ ipsi ita īter se regnũ partiti sũt,vt hic Alexãdrię,ille Cyrenis regnaret.Pau
Pauli Æmy
lii interitus.
lus Æmyliꝰ,q ex Hispania poꝰ,īde ex Macedonia,īmēsũ auri & argēti põdꝰ ærario īntulerat,
adeo paup hoc tpe vita decessit,vt vix ex auctione bonoꝝ eiꝰ tãtũ cogi potuerit, q̧ dos vxo
ri redderet̃.Tãta tũ fuit ī qbusdã ciuitatis prīcipibꝰ a publico abstinētia. Plutarchus patri-
moniũ septē & trigīta miliũ filiis eũ reliqsse scribit,cuiꝰ ptē Scipio ī Cornelioꝝ gētē adopta
tus fratri habēdã cõcessit.Duas oĩno Æmylius habuit vxores,Papyriã cũ qua diuortiũ fecit,
de qua notũ est eiꝰ ad necessarios respõsum,q quũ ab eo sciscitarent̃,ac moleste nimis q̃rerēt,
ecquid esset q̧ talē a se fœminã alienaret: quę pudica esset,formosa,fœcũda.Tũ ille pedē ex-
tulit,inde ad eos cõuersus.Videtis ne inquit q̃ hic calceus pulcher sit,q̃ recēs,q̃ aptus,& tñ
ignoratis qua parte ille pedē offendat.Ex Papyria duos filios tulit , quoꝝ vnus a maiore est
Aphricano adoptatus,vt Plutarchus scribit,alter a Fabio maximo qnquies cõsule.Filias ad
hęc duas,quaꝝ vna Marci Catonis filio,altera Ælio Tuberoni nupsit,viro singulari virtute,
inopia īsigni,vt sexdecim viri ex Ælioꝝ gēte cũ cõiugibus & liberis vnas ædes,easq̧ p modi
cas colerēt.Pontinę paludes a Cornelio Cethego cõsule, cui ea puincia euenerat, corriuatis
Paludes
Pontinę.
multifariã aquis,sunt eodē tpe exiccatę,atq̧ ex his ager factꝰ , locus olim quatuor & viginti
vrbiũ,vt Mutianus pdidit.In Ligures & Corsos bellatũ est p id tēpus,cęterũ pditis rerũ mo
numētis parũ celebris phama,a qbꝰ& quo euētu res vtrobiq̧ gestę sint,ad posteros manauit,
minꝰ obscura q̃ in Hispaniis gesta sunt,ãno circiter sexcētesimo ab vrbe cõdita,duobꝰ Luciis
Posthumio & Licinio cõsulibus. Sed q̃ ab his puincię sunt feliciter administratę,tã a Sergio
Galba ignominiose multaq̧ suoꝝ clade,qppe q a Lusitanis magno plio victus vix ipse cũ pau
cis acie effugit,cęteri ad vnũ cęsi.Vlti sunt eã cladē L.Minutius & Marcꝰ Marcellus, q vnꝰ
post alterũ psperoeuentu in Hispania bellarũt.Romę Gn.Tremilius pecunia multatus est,q̧
Trib.plę.cũ M.Æmylio Lepido põtifice maximo iniuriose cõtēderat, q̃ vltio facile demõstra
uit sacroꝝ magistratuũ ius multo sanctius fuisse apud maiores , publica potestate.Delmatę
Illyricos fines populari,qa res a Rõanis repetitę essent nec redditę (erãt eñ Illyrii ī fide ppłi
Delmaticũ
bellum.
Romani) bello sunt petiti.Delmatę & ipsi Illyrica natio,vt alio est a me loco demonstratũ,a
Delminio oppido id nomē adepti,si Appianꝰ verꝰē author,mediãq̧ orã habuere īter Titiũ am

ne & Lissum C.Marti⁹ cõsul aduersus Delmatas primo cõgressu parũ pspere dimicauit, secũda Ro.pugna felicior fuit,qua oĩs ignominia priori plio accepta,duci & exercitui adepta est. Secut⁹ ĩde cõsul Nasica,q eã gẽtẽ late domuit,quo tpe Q.Opimius & ipse cõsul,trãsalpinos Ligures q Massiliẽsiũ veterũ socioꝝ Antipolim & Niceã vastabãt,bello subegit. Sequẽti anno quũ i dies maiores ex Hispania mot⁹ nũciarent,multiq̃ iã Hispanoꝝ rebellassent,cõsules cõ festim comitiis pactis magistratũ iniuere, legati adhęc q ĩAphricã missi fuerãt,vt Masinissę & Carthaginẽsiũ de finibus disceptãtiũ veterẽ cõtẽtionẽ sopirent, Romam reuersi nũciarũt vim naualis materię ingẽtẽ a se Carthagini animaduersam,nimirũ vrbẽ ad rebellandũ & ad Romana arma exercẽda natã occulte bellũ aliquod moliri. Secuta& alia recẽs suspitio,ꝙ post legatorũ reditũ nũciatũ Romę est Ariobarzanem Syphacis nepotẽ, cũ magno Numidarum exercitu in Carthaginẽsium finibus sedisse,qui etsi in Masinissam paratus diceretur Porcius Cato lõge aliter interptatus,bellũ haud dubie Pœnos moliri criminabatur,exitiali bello pętẽdã ciuitatẽ cẽsebat,q̃ inexpiabili odio Romanũ nomen persequeret. Plutarchus Catonem cũ cęteris legatis in Aphricã iuisse ait,ad Masinissę & Carthaginẽsiũ litem inspiciendam, vnde Romã reuersus,quũ in senatu multa de suspecto Carthaginẽsiũ statu disseruisset ꝙ iuuẽtute armis & oĩm rerũ opulẽtia ea ciuitas,siquãdo alias,rũ maxime floreret,vt maiorẽ belli necessitatẽ locorũ vicinitate ostẽderet,recẽtẽ ficũ in suburbanis hortis Carthaginis decerptã, sub toga in curiã attulit,eãq̃ sinu depromptã patribus ostẽtãs dixit. Rogo vos pattes conscripti,q̃dudũ hãc ex sua arbore ficũ dẽptã arbitremini? quũ inter oẽs recens esse cõstaret,ac nuperrime decerptã: Atqui hoc triduo inqt ex Carthaginis pomario huc delatã scitote,tã pp hostẽ habetis. Eã pręcocẽ ficũ fuisse Plinius interprãt. Et Cato posteritati cauens,per hęc bellum Carthagini inferendũ cẽsuit. Cornelius Nasica nihil cõtra fœdus mouẽdũ existimabat. Satis proinde visum i psentia iterũ i Aphricã mittere,p speciẽ litis ĩter regẽ & Pœnos finiendę, q res punicas diligẽter inspicerẽt: Ibi quũ ager de quo cõtẽtio orta erat Masinissę addiceretur, Gisgo Hamilcharis fili⁹ homo seditiosus,q rũ i magistratu erat, quũ senat⁹ Carthaginẽsis se legatoꝝ iudicio staturũ pfiteret,priusq̃ de ea re declaratio vlla secuta esset, ita populũ suadẽdo cõcitauit,vt legatis sola fuga saluti fuerit,quo min⁹ cõtra ius gentiũ violarent. Ea res patres q sua sponte Carthaginẽsibus ĩminebãt,multo infestiores reddidit. Cato interim filiũ amisit,quẽ modico sumptu extulit. Erat eñ vt Liui⁹ scribit,Cato admodũ paup. Ad hũc pater quũ ęgre ferre audisset,ꝙ senio cõfect⁹ Salonii clientis sui filiã sibi nouercã supduxisset, nõ nouercã fili tibi supducere volui,sed eo cõsilio vxorẽ iã exacta ętate duxi,vt si fieri possit multos qdẽ mihi natos,& plures patrię ciues tui similes pereẽ. Ex Salonii filia genuit Cato Saloniũ,q quũ publicũ exercitũ ĩperator ductaret,mortẽ obiit,ei⁹ fili⁹ cõsulatũ gessit. Is auus fuit Marci Catonis,q secũdo bello ciuili Vticę sibi mortẽ cõsciuit. Erãt p hęc q̃ dixim⁹ iacta tertii punici belli semina,de quo priusq̃ dicã q̃ i Iudęa & cętera Syria aliqͣto ãtea sunt gesta, breuior sermo explicabit. Demetri⁹ post Syrię regnũ parricidio occupatũ,Iudęorũ q̃relis cõpulsus,q legẽ trãsgressi a Machabeo Iuda ĩfestabant,Bacchidẽ vnũ ex purpuratis,cũ magno exercitu Hierosolymã misit: is vbi Iudã p colloquii speciẽ cape nõ potuit,fautores legis qcũq̃ in potestatẽ redigi potuerũt,ad vnũ obtrũcauit. Ioachim relicto,& cũ eo valida militũ manu, ex Iudęa cęteras copias abduxit. Iudas decessu hostis ferocior fact⁹, mltos puaricatoꝝ ĩsidiis exceptos ĩterfecit: lateq̃ p Iudęã euagat⁹,ĩmeritã suoꝝ cladẽ ipioꝝ cęde vlciscit,cui⁹ rei phama ad Demetriũ delata,Nicanorẽ cũ numeroso exercitu misit in Iudęã, estq̃ illi ĩ primis mãdatũ,vt Iudã & q cũ eo ĩ patria lege tuẽda pseuerarẽt,ad vnũ ferro extigueret. Nicanor pui ciã pacate ĩgressus,vbi Hierosolymas adeqtauit, pacis studiũ p se ferẽs, regia fide suaq̃ iure iurãdo ĩterposita, cõponẽdę pacis ptextu,Iudã ad colloquiũ traxit,quẽ dato militib⁹ signo, frustra capere conat⁹,vbi irritũ id cõsiliũ cessit,vt sui arma expediãt edicit. Iudas & ipe celeri fuga agmẽ repetẽs,hosti ĩfensior fact⁹,pliũ ferociter init. Pugnatũ est ad vicũ Copharsama,ibiq̃ Machabeus victus ĩ pximã arcẽ cõpellit. Nec ita multo post cũ mille dũtaxat circa Adassis vicũ,qui minus quatuor milib⁹ passuũ a Bethoro pcul aberat, iterũ cũ hoste est congressus. Nicanore cadente,ita Demetrianos afflixit,vt ex nouẽ milib⁹ hoĩm nemo fere super fuerit,quũ mille interim nec amplius Iudę adessent. dies quo Iudas tã feliciter in Nicanorem dimicauit,solennis mãsit apud Iudęos,quieuerũtq̃ inde nõnihil res eius gẽtis ab externis armis. Ioachim interea q summus erat sacerdos, quũ sanctuarii murũ vetus prophetarũ opus demoliri aggressus esset, ĩprouisa sideratione pcussus,mut⁹ cõcidit,multoq̃ corpis cruciatu casus.

Nasica Delmatas bello afflixit.

Carthago res nouas molitur.

Catonis cõmẽtum ad curiam mouendam.

Causa vnã tertii belli punici.

Catones.

Nicanor ã Iuda vicit.

Ioachim casus.

paucis diebus expirauit.Sacerdotiũ Iudę ingenti oĩm fauore est delatũ,q dignitatẽ adeptus,
Romã ad senatũ legatos misit,vt cũ inuicto populo societatẽ & amicitiã iũgerẽt,quo ĩpetrato
Iudas cum Ro. societatem inir.
multo ferocior Iudas factꝰ,nouũ Demetrii exercitũ,Bacchidis ductu Iudęã ingressũ,fortiter
excepit.Erãtq; Iudę duo milia armatorũ.His ille,suaq; felicitate fretꝰad Barziton castra fecit.
Audito deinceps hostiũ accessu cęteris metu dilapsis,cũ octingẽtis relictꝰ, nullis suorũ pcibus
flecti potuit,vt ĩ tutũ priusq̃ hostes ĩ cõspectũ venirẽt,vellet se recipe,sępiꝰ testatꝰ nũq̃ futurũ
vt sol sua terga hostibꝰ obuersa aspiceret. Nec lõgior ĩde mora fuit, vbi Demetrianos adesse
vidit,& aciẽ a Bacchide explicari aĩaduertit,ĩtrepide & ipse ex sua statione veniẽtibꝰoccur-
rit:pugna,qd vix credi possit,ad noctẽ vsq; extẽsa est.Ibi Iudas Bacchidẽ ĩ dextro cornu pu-
gnã ciẽtẽ ĩuitus,cũ lectissima suorũ manu,in eã partẽ ĩpetũ fecit. Fuga ibi cõtinuo facta est,
cędebatq; iã alteriꝰ cornu terga,quũ ii q ĩ lęuo cornu dimicabãt,cõtẽpta vincẽtiũ paucitate,
confestim circũducta ala, Machabeũ & q circa illũ pugnã ciebãt,a suis excludũt. Hic vndiq;
hostibꝰ septus,quũ nulla ĩ tãta hostiũ multitudine eruptio fieri posset , Iudas ĩ orbẽ dimicãs
Iudę Machabei interitus.
diu multũq; ĩ terra Demetrianorũ cęde versatꝰ,pluribꝰ cõfossus vulneribꝰ cõcidit,eiꝰ corpo-
re cęteris aut ibi cadẽtibꝰ,aut ægre ex media acie reuulsis.victor hostis potitꝰ est.Id Simõ &
Iouathas fratres redẽptũ ad Modiu villã,vbi patet situs erat,multo Iudęorũ luctu & moerore
sepelierũt.Atq; is exitꝰ fuit Iudę viri fortissimi,quũ tris esset ãnos sacerdotio functus.Sęuire
tũ Bacchides ea victoria elatꝰ ĩ Iudęos diuersarũ partiũ,ac quãto magis pii affligebant,tãto
Pietatis studiũ in Iudęis.
desertores veritatis ĩ maiore apd hostes celebritate esse & existimatione. Sed adeo antiq̃ pie-
tatis studiũ animis ĩsederat,vt p exqsitissimos cruciatꝰ mallẽt extingui.q̃ pûaricari. Occulte
itaq; Ionathã hortant,vt fratris viri fortissimi vestigia secutꝰ,reliquã piorũ multitudinẽ tuẽ
dã susciperet.Ionathas etsi rebꝰiã haud dubie pditis,verũ ne a patre suo fratreq; degenerare
crederet,ducis nomẽ tãto ad se cõsensu delatũ ĩtrepide recepit. Cęterũ Bacchidis metu,q ad
primos motꝰ affuit,cũ duobꝰ fratribꝰadhuc superstitibus & ea manu quã studio cõtraxerat,
circa Iordanẽ sup Aphar lacũ loco munitissimo cõsedit. Lacus quẽ Affar Iosephus appellat ,
Asphaltites est a Gręcis,ni opinione fallor,nũcupatꝰ,I quẽ Iordanis ex Peneade fonte ĩfusus,
laudatas amittit aquas,etsi ille nõ vniꝰ sit lacus ĩcola,sed & Genesarę a quo scdo loco ebibit.
Hinc Ionathas Ioannẽ fratrẽ suũ ad Nabatheos misit cũ tota supellectile , vt si ab hoste quẽ
haud multo post affuturũ arbitrabat,castris fuisset exutꝰ,qd reliquũ fortunarũ esset in tuto
haberet.Sed ille ĩ Nabatha Arabũ psidia oppssus,& res & comites vno tpe amisit.Certatũ ẽ
Arabũ iniuria in Ionathã & fratres.
interĩ ab Ionatha circa Iordanẽ cũ Bacchide,ibiq; duobꝰmilibꝰ hostiũ cęsis,qa multo erat nu
mero ĩferior ad flumẽ cõpulsus,vt ĩminẽti sese piculo subtraheret,fluuiũ trãsnare est coactꝰ.
Bacchides pñti victoria cõtẽtꝰ,Hierosolymã copias recepit.Ibiq; arce p ociũ psidio & cõme
atu ad tps munita,Hiericõtẽ,Bethorũ,Betuliã.Psammatã,& alias nõ paucas vrbes ope & ar
mis aduersus hmõi motꝰ valide muniuit.Ionathas ĩteri cladẽ I Arabia acceptã ex occasione
fortiter est vltꝰ.Ducebãt sibi spõsã ex Madaba vrbe Amiri filii,q iiurię sibi ab Arabis illatę
authores fuisse dicebãt.Vbi Ionathas exploratũ id habuit,qua illi iter facturi essent,locis op
Vltio Ionathę in Arabes.
portune ĩsessis,ĩ Nabatheorũ agmẽ nil tale suspicãs ĩpetũ fecit,ceciditq; ad q̃drigẽtos ex iis q
cũ eo I comitatu fuere,oẽmq; nuptialẽ apparatũ diripuit.Perseueratũ ĩde biduo ĩ statione est
circa Iordanẽ,nec ĩterĩ ab ĩpiorũ ĩsectatione cessatũ,q̃ iiuria effecit,vt Demetriꝰ suorũ q̃relis
fatigatꝰBacchidẽ cũ exercitu tertio ĩ Iudęã miserit.Is noctu ad Ionathę stationẽ pfectꝰ soler
tissimũ haud fefellit hostẽ,qppe q explorato Bacchidis accessu,ĩ locũ munitissimũ cõcesserat.
Ibi aliq̃diu obsidione fatigatꝰ,Simone fratre ad psidiũ loci relicto,ipe noctu p hostiũ statiões
occulte dilapsus,paucis diebꝰex finitimis armatorũ manu collecta,Bacchidis castra tumultu
ose ĩuasit.Simon & ipe accepto signo ex oppido,cũ psidiariorũ manu erũpẽs bellica opa eodẽ
tpe ĩcẽdit.Bacchides,ancipiti metu pculsus,quũ cerneret assidẽdo nihil se pter ignominiã lu
Pax a Demetrio Iudęis reddit
crifacere,pacẽ Ionathę p legatos petẽti,nihil grauate reddidit,libertasq; p hũc modũ Iudęis
reddita est.Gesta sunt hęc Olympiade qnquagesima sexta ac cẽtesima,quũ nõ multo prius in
Arcadia ĩteriisset P.Terẽtius comoediarũ scriptor. Vixit eodẽ tpe Aristarchus grãmaticus
anologię ppetuꝰ assertor.Demetrius maioribꝰ rebꝰ iã inde occupatꝰ,a Iudęa ĩfestãda destitit.
ipse Syrię regno pupilli cęde occupato,quo tutior domi esset, finitimis sese regibꝰ formida-
bilẽ effinxit,priorq; Ariaracti Cappadocũ regi,pptet fastiditas sororis nuptias,bellũ intẽdit :
Oloferne eiꝰ fratre ad se recepto,q p ĩiuriã fuerat ab Ariaracte pulsus : sed Olofernes medio
belli appatu Demetrio ĩsidiatꝰ,vt subita Antiochẽsiũ defectiõe eũ regno pelleret,qab ĩcœpto

abſiſteret effecit. Dedit veniã ꝑfido hoſpiti Demetriꝰ, Seleuciq́ꝫ cuſtodiri iuſſit, ne ſublato fratre Ariaractes belli metu liberaret. Nec Antiochẽſes ab ĩchoata defectiõe deſtiterũt, itaq́ꝫ adiuuãtibꝰ Ptolemęo, Attalo, & Ariaracte a Demetrio laceſſitis, Prompalũ quẽdã ſortis extremę virũ ſubornãt, vt Syrię regnũ velut Antiocho genitꝰ, hęreditariũ repetat, & nequa deeſſet cõtumelia Alexãdrũ nominãt. Adeo tũc oĩm odia in Demetriũ exarſerãt, q̃ ille ſuperbia pluſq̃ tyrãnica in ſe cõciuerat, turri quadã haud ꝓcul Antiochia incluſus, nulli ſui adeundi faciebat poteſtatẽ. Alexãder tot regũ auxiliis fretus, ferociter bellũ Demetrio infert. Ille tantã belli molẽ haud aſpernatus, vt Iudęã pacatiorẽ haberet, Hieroſolymã miſit, q obſidibus Ionathę reſtitutis (cuſtodiebant hi ĩ arce, q̃ tẽplo iminebat) ipm hortarent, vt ex tota gẽte auxilia ad bellũ cõtraheret, quo cõtigit, vt ſumma totiꝰ rei, Demetrii fauore, ad vnũ Ionathã velut pricipẽ gẽtis, ſit ex ĩſperato deuoluta. Alexãder quoq́ꝫ ad Ionathã ſcribit, vt ĩiuriarũ, quas a Demetrio accepiſſet, memor ĩ ptibꝰ eſſe mallet. Sũmũ adhęc ſacerdotiũ ei tradidit, miſit & dignitatis inſigne, purpureã ſtolã, & cũ ea aureã coronã. Sic quadriennio poſt Iudę interitũ, quũ nemo ĩ eius locũ ſurrogatus eſſet, Ionathas itermiſſam dignitatẽ recepit, qđ vbi Demetrius audiuit, metu perculſus, ad Ionathã & oẽm Iudęoꝝ gentẽ ſcripſit pollicitus ſe ꝑſidiũ ex Hieroſolymitana arce deducturũ, ꝓmiſſurũq́ꝫ iã inde Iudęos ſuis legibꝰ viuere, ſi ĩ officio ꝑmanerent. Adiicere his & tẽpli reſtitutionẽ, cũ magna pecunia ad vſum ſacroꝝ, cũ tributi qđ pẽdere cõſueſſent abolitione. Hęc ille. Alexãder vero cũ magno ĩterea exercitu per Syriã ad Demetriũ ꝓfectꝰ, vno ꝓlio debellauit, fuitq́ꝫ id ſane atrox viciťq́ꝫ Demetrius ſiniſtro cornu, dextro vero quo rex ipſe pugnabat victus, cęteriſq́ꝫ fugiẽtibꝰ dũ multũ diuq́ꝫ victoriã hoſtibꝰ extorq̃re conať, poſtremꝰ acie exceſſit, hic equo alta cœni voragine ĩmerſo, tãdiu quũ fugam expediret, eſt ĩ veſtigio retardatꝰ, donec ĩcurſu hoſtiũ periit, quũ annos vndecim Syrię ĩperaſſet. Per id tp̃s Onias Onię filiꝰ, q ad Ptolemęũ Philometorẽ trãſfugerat, Heliopoli tẽplũ deo optimo cõſtruxit, Hieroſolymitano pq̃ ſimile, vetuſtiſſimi tẽpli ac diruti area ĩ hũc vſum purgata, cui per literas Ptolemęus & Cleopatra aſſenſi, memorabile illud adiecerũt. Vidẽdũ eſt gratũ ſit deo tẽplũ qđ ędificaturꝰ ſis tã luxurioſo loco, ſacriſq́ꝫ aĩalibus referto, ſed ſi Eſaias multo antea id futurũ ꝓdixit, cõcedimꝰ qđ petis, modo ſiquid cõtra legẽ fiat, nihil nos ĩ deũ peccaſſe videamur. Eã tẽpli cõditionẽ Eſaias ſexcẽtos ãnos ãtea ꝓdixerat. Eſtq́ꝫ Alexãdrię eadẽ tẽpeſtate diſceptatũ de iure & ſanctitate tẽplorũ, corã Ptolemęo, vtrũ Samaritę an Hieroſolymitani verius tẽplũ, auſpicatiuſq́ꝫ deo cõditũ tenerent. Cõſtitit tãdẽ ꝙ Hieroſolymis eſſet legitime ędificatũ, & ob eã rẽ ab Aſię regibus multis donariis excultũ. Cõtra qđ in Gazari mõte, Alexãdri tpibus fuiſſet cõditũ, obſcurũ & inhonoratũ iã ĩde ab ipſa ędificatione manſiſſet, ſine vlla regũ dignatione. Sabeo itaq́ꝫ & Theodoſio, q diuerſum illud tuebanť, Ptolemęi iuſſu ĩterfectis, Hieroſolymitanũ ſanctius veriuſq́ꝫ iudicatũ. Laudatuſq́ꝫ eſt Andronicus q auguſtiſſimi tẽpli gratia ĩ capitalẽ diſceptationẽ deſcẽdere nõ dubitaſſet. Alexander Demetrio ſublato, Ptolemęi filiã ſibi vxorẽ popoſcit, nuptięq́ꝫ regio appatatu ſũt Ptolemaide celebratę, vbi magno mortaliũ cõuẽtu Ionathas purpurea eſt veſte ab Alexandro donatus, & amicoꝝ princeps appellatꝰ. Romę interea M. Æmylius, q princeps ſenatꝰ ſexies fuerat, vita decedens filiis mãdaſſe ferť, vt lecto purpura & linteis nudo ſuũ efferrẽt corpus, ĩ funꝰ haud plus denos ęris ĩſumerẽt, imaginũ ſpecie nõ ſũptibꝰ funera nobilitari ratꝰ. Publia & Licinia nobiles fœminę q̃ſtione de veneficiis publice decreta, quia viros ſuſtuliſſe dicebanť, cognatoꝝ decreto necatę ſunt. Afferť interim Carthagini delectũ haberi accuratiſſimũ, claſſemq́ꝫ & bellum haud dubie inſtrui. Id Guluſſa ſiue Gelo Maſiniſſę filius nũciauit. Appianꝰ Geloſſem ꝓ Guluſſa ſcribit. Erãt tũ cõſules L. Liciniꝰ Lucullus, & Aulus Poſthumiꝰ Albinꝰ, q quũ ad bellũ acerbiſſimũ haberẽt delectũ, nec quẽq̃ gratia dimitterẽt, a Tri. plę. q ꝓ amicis vacationẽ impetrare nequerãt, ĩ carcerẽ cõiecti ſunt. Interi ſup punici belli terrorẽ, res ĩ Hiſpania a pluribus parũ ꝓſpere geſtę ciuitatẽ maxĩe ſollicitã habebãt, & iã tãtꝰ metꝰ oĩm aĩos ĩceſſerat, vt ne ii q dẽ ĩuenirenť, q ĩ eã ꝓuinciã tribuni militũ, aut legati ire vellẽt. P. Scipio Æmylianꝰ publice ꝓfeſſus eſt, ſe iuſſu ppľi ĩ ꝓuinciã iturũ, obiturũq́ꝫ ꝓ viribꝰ q̃cũq́ꝫ ſibi militię ptes decernerenť. Ea vox ĩgẽs, vt fit, accẽdit militaris ętatis ſtudiũ, vt multi ĩ Hiſpaniã ſe mitti poſtulauerĩt. Scipio tribunꝰ miſſus eſt cũ Claudio Marcello, vbi Barbarũ ex prouocatione ſingulari vicit certamine, & in validę vrbis expugnatione, nõ ſine manifeſto vitę ꝑiculo, murũ primus oĩm aſcẽdit. Subacti ſũt eo bello Vaccei, Cãtabri, & alię q̃dã Hiſpanię gẽtes, ad id tp̃s Romanis incognitę. Sed q̃ ꝓſpero euẽtu hac ꝓuincię pte bellari cõtigit, tã ĩfeliciter cũ Luſitanis eſt eodẽ

Odia regũ in Demetrium.

Ionathę principatꝰ honores deferuntur.

Demetrii interitus.

Alexandri & Ptolemęi affinitas.

M. Æmylii decretũ in morte.

Conſules.

Scipionis Æmyliani indoles.

tẽpore a Sergio Galba dimicatũ. Amisso exercitu dux ipse cũ paucis ęgre seruatꝰ est. Alii ali
quãto priꝰ eã cladẽ acceptã, qđ supra est significatũ, meminerũt. Romę interea quũ censores
Theatrũ extruẽdũ publice locassent, P. Cornelio Nasica authore senatꝰ demoliẽdũ iussit, tãq̃
ea res publicis obstaret moribꝰ, adiectũq; decreto, vt Valeriꝰ scribit, neq; ĩ vrbe nec ppiꝰ mille
passus subsellia poneret, ludosve sedẽs spectaret: & qa satis cõstabat bellũ Carthagini summa
ope parari, cẽsebat Cato, & alii pricipes ciuitatis exercitũ ĩ Aphricã deportãdũ. Cõtra Nasica
cõstãter negare vllã sibi videri iustã inferẽdi belli causam. Placuit itaq; vt bello abstinerent, si
Carthaginẽses exusta classe exercitũ dimisissent, quorũ vtrũq; cõtra fœdera fieri constabat, si
minꝰ id pstarẽt, pximi cõsules de bello Pœnis iferẽdo primũ oĩm referrẽt. Carthaginẽses in
terea bellũ Masinissę iferũt, erat iã fere ille nonagenariꝰ, verũ ita adhuc viuido corpore, vt sine
pulmẽto cibũ mãderet, scãderetq; equũ sine ephippiis, nudo capite militaria & ĩperatoria obi
Causa belli ĩter Carth. & Masinissam. ire munia. Cõflati belli causa fuit ĩter Masinissam & Carthaginẽses, q pter veterẽ de finibus
cõtẽtionẽ, quadragita circiter Carthaginẽses nobiles, q Masinissę ptes ĩ publica disceptatione
tueri videbant, vrbe electi, sese ad regẽ ipm cõtulerãt, de qbꝰ ĩ vrbẽ reducẽdis, quũ Gulussa &
Micipsa Masinissę filii acturi Carthaginẽ venissent, nõ solũ nõ auditi sunt, sed ex Gulussę co
mitatu qdã a Carthalone, q abeũtibꝰ occurrerat, fuerãt iterfecti, qua iiuria Masinissa cõmotꝰ,
Horoscopã Carthaginẽsiũ vrbẽ oppugnare adortus, Punica ĩ se iritauit arma. Hastrubal ho
mo popularis dux ad bellũ lectꝰ, cũ qnq; & XX. milibꝰ peditũ, & CCC. equitibꝰ vrbanis, pter
Duo prętores a Masinissa deficiunt. externas copias, ĩ regẽ pfectꝰ, secũdã est ab initio fortunã expertus. Asasio & Susabes regis pfec
res, orta ĩter eos & regis filios ĩ castris discordia, cũ sex milibꝰ militũ, ad Hastrubalẽ trãsfuge
re, quo ille successu elatꝰ, castra castris pene cõtulit. Masinissa ad ĩsidias cõuersus, copiis ex im
prouiso subductis, fugã simulat, Pœnũq; effusę sequẽtẽ deducit ĩ cãpos vndiq; collibꝰ pcinctos.
Huc vbi vẽtũ est, Masinissa cõuersis retro signis, media planitie castra locat. Hastrubal & ipse
loco eminẽtiore cõsedit, iminebatq; vtriq; pliũ, quũ Scipio Æmylianꝰ, q sub L. Lucullo tribu
nus militũ ĩ Hispania militabat, ad regẽ venit, Luculli nomine ab eo elephãtes postulaturus,
Masinissa ĩ aciẽ pcessit, quũ iã duodenonaginta natus esset ãnos, erat ille vt dixi, supra q̃ ętas
Temperata Numidia. pateret, vegeto corpore, idq; in Numidia potissimũ euenire arbitrati sunt qdã, q nec frigida
nimis sit ea regione hyẽs, nec nimis torrida ęstas, vt in Æthiopia, ob idq; imanissimas belnas
nutriat tellus. Accedere huc ritũ gẽtis, q̃ sub dio plurimũ degat, assiduoq; labore exerceatur,
quũ neq; ęmulẽtia multa, neq; vllus adsit ciborũ apparatꝰ, sed simplex parsimonia. Hastrubal
vbi regẽ vidit suos pugnę ĩstruere, in equũ descẽdit, acie dimicaturus. Hic Scipio cõcursuras
acies ĩtuitus, priusq̃ signa canerẽt, editiorẽ locũ occupat, vt cõmodiꝰ ĩde pliũ spectaret. Ferũt
postea dicere solitũ nullo vnq̃ tpe se tãtã ex quouis alio spectaculo pcepisse voluptatẽ, q̃ quũ
supra cẽtũ milia hoĩm ĩter se pugnãtiũ ipse oĩ sollicitudine & cura liber, ex alta cõtẽplatꝰ eẽt
Pugna. specula. Pugna a prima luce ad noctẽ distracta est, multis hincinde cadẽtibꝰ, ad postremũ rex
aliquãto supior acie excessit, cui ĩ castra redeũti gratulabũdꝰ Scipio occurrit. Eũ Masinissa ob
Aphricani memoriã quẽ oĩm maxime coluerat, arctissime est cõplexꝰ, multaq; comitate penes
Visio Scipionis. se habuit. Tũ Scipioni species illa est p quetẽ visa, quã Cicero diserte ĩ sexto reip. est postea exe
cutꝰ. Tẽtata quãdiu ibi fuit Scipio pax est ĩter regẽ & Carthaginẽses, cęterũ iritatis vtriusq;
aĩs ad exitũ pduci nõ potuit. Ipse acceptis a rege elephãtis, ĩ Hispaniã abiit. Masinissa post p
liũ Hastrubalis castra ĩiquo loco sita & fossa & vallo cinxit. Habuit ab ĩitio Pœnus ĩ aĩo priꝰ
erũpere, q̃ vndiq; hoste clauderet, regẽq; ad pliũ cogere, sed audito legatorũ ex vrbe Roma ac
cessu ratus fore vt eorũ arbitrio bellũ solueret, certamine abstinuit. Legatis occulte mãdatũ
erat, vt si Masinissa ĩferior esset, pacẽ suaderẽt, si res eꝰ melior q̃ punica videret, sinerẽt bellũ
trahi. Quo apparet Romanos parũ sancte ius sociale p id tps custodinisse, ac quãtũ Pœni pri
Rom. dolo malo cum Cartha. agunt. oribꝰ bellis pfidia egerãt, tãtũ tertio hoc punico bello Rõani dolo malo egisse merito videri
possunt. Spe igit frustratꝰ sua Hastrubal, ad eã est inopiã redactꝰ, vt equos primo, mox scutorũ
lora, & habenas mãdere fine milites coacti. Tela adhęc lignorũ defectu cõbusta. Sequuta ẽide
pestilẽtia famis alũna, magnaq; ps exercitꝰ paucis diebꝰ teterrima illa clade cõsũpta est. Tũ de
speratis rebꝰ, Hastrubal tria milia argẽti talẽta ĩ qnq̃gita ãnos, & exulũ restitutionẽ pactꝰ, vt
ipse & sui cũ singulis vestimẽtis domũ abirent, pacẽ cũ rege sanxit. Gelosses regis filiꝰ, dubiũ
ignaro patre, Numidicũ eqtatũ ĩ agmẽ morbo & fame affectũ imisit, tãtaq; cędes est edita, vt
Carth. cędes. ex octo & qnq̃ginta hoĩm milibꝰ (tot eñ fuisse dicunt) pter paucos q cũ ipso duce Cartha
ginẽ peruenere, cęteri etsi alii alio casu, ad vnũ perierint. Carthaginẽses nõ tñ pñti clade pcula

si,q̃ ꝙ Romani,quos merito suspectos habebãt,accuratissimũ tota Italia delectũ habere dice-
bantur,vt nullũ nõ remedium ad id bellũ,qđ instabat,euitandũ q̃siuisse viderent,Hastrubalem
primo q gesti cũ Masinissa belli author fuerat,& Carthalonẽ,cæterosq; eius cõsilii participes,
partim exilio,partim capitali supplicio afficiunt. Mittunt & Romã legatos,q Numidici belli
culpã in paucos suorum ciuiũ,q publice poenas luissent,& in Masinissam reiicerẽt, docerentq;
publicũ cõsilium ab omni culpa ꝑcul abesse. Interrogati ab vno seniorũ legati,cur nõ authores
belli a principio coercuissent,sed postq̃ res male gesta esset,quum nihil ad ea respõdissent,cum
his dimissi sunt,vt diceret illis,nondũ videri Po.Ro.a Poenis satisfactũ. Idẽ ferme respõsum da
tum legatis,q scđo loco missi sunt. Interea Vticẽses Carthaginẽsib⁹ infensi Romã occulte mit-
tunt,q vrbẽ Rõanis dederẽt,qua opportuna deditiõe arrepta senat⁹ in capitolio, vbi talia de-
cerni cõsueuere,bellũ Carthaginẽsibus inferendũ statuit. Erant tũ cõsules, M.Mãlius & L.Mar Consules.
tius,q in Aphricã trãsmissuri,clãdestine iubent nõ prius a Carthagine copias abducere,q̃ eam
funditus euertissent. Fuit hic annus sexcẽtesim⁹ secundus ab vrbe cõdita. Nec lõgior inde mo Copiæ in
ra fuit,cõsules oĩb⁹ ad bellum paratis,cũ cẽtum quinquaginta nauib⁹ ad pugnã instructis,& vi Aphricam
onerariarũ ingẽti,octoginta milia peditũ & quatuor equitũ,in Aphricã deportarunt. Pri⁹ clas delatæ.
sis ex alto cõspecta est,q̃ in se qppiã moueri Carthaginẽses resciuissent. Stupẽtib⁹ itaq; nouita
te animis,quũ ne ad tolerandã qdẽ obsidionẽ satis parati essent,visum est celeriter Romã mit-
tere,q a senatu q̃rerẽt,qd Ro.Po.Carthaginẽses vellet facere. Respõsum his est,vt irẽt,&.CCC.
pueros ex oĩni nobilitate lectos,cõsulib⁹ obsides darẽt,tũ fore vt cæteris,q̃ postularent,mitius
aures accõmodarẽt. Carthaginẽses,etsi tota res suspecta erat,vt neq́d eoꝝ,q̃ ad flectẽdos Rõa-
norũ aĩos attinerẽt,nõ datum videri posset.CCC.pueros,ex omni nobilitate lectos,cõsulib⁹ de- CCC.
dere,q quũ in naues iponerent,in Siciliã deportãdi,lachrymosum ciuitati spectaculũ ꝓbuere, Carth. pue
lamẽtari eoꝝ matres,capillosq; sibi laniare,multũq;,vt ĩ tali dolore,testatæ,& filios sibi adimi, ri obsides
& Carthaginẽ haud ꝑpterea incolumẽ futurã,velut imminẽs excidiũ ante oculos haberẽt. Et dati.
illi e cõspectu suorũ ĩ altũ delati sunt. Erãt interim Cõsules ad Vticã,quẽ locũ primũ ĩ Aphri
ca tenuerũt. Ad eos ex Carthagine legati quũ venissent,ad terrorẽ icutiẽdũ,editiore sunt loco
auditi,vt vniuersum exercitũ,ad hoc ipm instructũ,& in ꝓcinctu stãtẽ,oculis intuerent. Illi mi
serabili oĩne vsi,& ad ꝓsentẽ fortunã accõmodata,diu multũq; ꝑcati sunt, vt humanarũ rerũ
memores,ꝓsenti fortunæ moderarent. Carthaginẽ quoq; aliquãdo floruisse terra mariq;,intra Carth.pre-
extraq; Aphricã late ipasse,nũc supplicẽ ad ipoꝝ pedes iacere,nõ classẽ,nõ exercitũ,nõ socios, ces.
nõ ꝓsidia vlla,nõ deniq; aliud qppiã,ꝑter spem,quã in Romanoꝝ clemẽtia reposirã haberẽt,re-
liquũ sibi fortunã fecisse. Cõtẽti inq̃t fuerũt maiores vestri,cum q̃bus bella gessimus,armis vi-
cisse. Ceterũ tãtũ abfuit,vt victoria abusi sint,ꝙ & nos victos sibi foedere deuinxerint,numero
amicoꝝ habuerint,foedera publice icta sanctissime seruarint,quo magis mirari oporteat,qd fit
ꝙ vos illoꝝ ꝓgenies,cũ q̃bus nũq̃ bellauimus,nihil dicto aut facto læsimus, ita subito ad arma
prosilueritis,an tributa vobis non exoluimus? aut naues habemus? aut elephantos alimus? quę
oĩa in foedere sunt,nihil certe hoꝝ a nobis factum criminari põt quisq̃. Quid igit vobis arma
induit? res nostræ credo,quę q̃m sunt adeo afflictæ,quum oĩm iniuriæ sunt obnoxiæ,nũ vobis
merito ludibrio,sed misericordia pori⁹ digni sum⁹,ꝙ ꝑter alia mala,q̃ lõga tẽpoꝝ serie misera
ciuitas perpessa est,octo & quinquaginta milia hoĩm,his paucis mẽsib⁹ amisimus, more ferarũ
a Masinissa circũuenta,fameq; & ferro absumpta. Sed vos aliquis dixerit,Masinissæ bellũ intu-
listis,mirro ꝙ ab eo omnis belli causa orta est. Sed cur non huic inferri debuerit, q terrã illã in
qua nutritus est & institutus,vi,ferro,flamma,rapinis,non minus impie, q̃ ingrate,tot annos Efficacissima
hostiliter infectat? Masinissa nos arma capere coegit,Masinissa foedera vobiscum icta confudit, Carth. con
ꝙ siquid hinc etiam peccatum esset,& quia eius tumultus authores publice poenas luerũt,& questio.
ꝙ Romã misimus,qui vos docerent publicũ consilium procul a culpa abesse,abunde satisfactũ
arbitrabamur. Nunc vero,quid per deum numerosa hæc classis sibi vult? quid imẽsus hic exer
citus? aduersus eos qui nec se peccasse intelligunt,nec si intelligant,recusent vobis se subiicere,
omnia quæ veliris ferre humiliter parati. Sed iã in vestra potestate est,acceptis obsidibus veli-
tis publicã fidẽ seruare,pariq; Carthaginẽ suis legibus viuere,an documento esse cęteris mor
talibus vt qui plus possint q̃ soleant,plura velint q̃ debeant. Et hæc legati palam questi sunt.
Tũ L.Martius inquit,De iure foederis vobis Romę responsum est Carthaginẽses,& quum ob-
sides tradidistis,ꝓdixerat senatus fore,vt Vticę cętera q̃ Po.Ro.vellet a nobis audituri essetis.
Nunc quando vobis in pace victuris arma nullo modo vsui futura sunt,edicimus,vt quicquid

Rum

Eratq̄ hic rerū status in Hispania,quū in Syria Ionathas Hierosolymitanæ arcis recuperādæ cupidus(adhuc enī a trāsfugis & regio ꝓsidio tenebat̃)cū magna suoꝝ populariū manu eā oppugnare aggressus bellicis operibꝰ hostē fatigabat,cuius obsidionis phama Demetriꝰ cōmotus (is ille est q Ptolemęi auxiliis regnū recuperauit) ex Antiochia cū exercitu Ptolemaidē venit, quo Ionathas accersitus,& obsęqo & muneribus adeo sibi regē cōciliauit,vt ex suspecto & infenso,amicus sit illi factus,aliquotq̄ donatus immunitatibꝰ pristinā retinuit dignitatē. Demetriꝰ vbi oīa circa se pacata vidit,ꝑter Cretēses & eos,quorū ꝓsidio septus ad repetēdū regnū venerat,cęteros milites exauthorauit,vnū vix credibile est quāta illi inuidia sit orta,a veterano exercitu ꝓsertim,quū ex illiꝰ edicto,ne frumētū qdē amplius,qđ sub cęteris regibꝰ cōsueuerāt,veterani acciperēt.Huius militaris odii haud ignarus Diodotꝰ Apamēsis(Triphon huic cognomē fuit)ad Malchū Arabū quēdā,apud quē Antiochus Alexandri filius alebat̃, occulte ꝓfectꝰ,primo docuit quāto Demetrius rex apud milites odio flagraret,inde vti ipse ī aīo haberet puerū in paternū regnū restituere.Igit̃ cū eo egit,vt Antiochū sibi traderet,quē apud exercitū cōmēdaret,haud dubie futurū affirmās,vt cōfestim eo inspecto,arma aduersus Demetriū mouerentur.Ægre id est a Malcho impetratū,regio alumno patria charitate metuenti,tradidit tñ Diodoto puerū,fidē viri & authoritatē secutꝰ,nec lōgior inde mora fuit,puero ī Syriā adducto,secuta est statim militū defectio,etsi iā antea parū pacate Syria agebat multis ciuitatibꝰ regis sertiā auersantibꝰ. Ad eū domestico iā antea bello implicitū Ionathas misit,q peterēt,vt ex Hierosolymitana arce ꝓsidiū deduci īperaret,qđ ille nō solū se facturū respōdit,sed multo etiā maiora volētibꝰ Iudęis cōcessurū,mō ī subita defectiōe militū,sibi copiarū inopia laboranti, auxiliares mitterēt copias.Id nihil grauate Ionathas ꝓstitit,triaq̄ Iudęoꝝ milia ad regē misit,qbus ille vsus Antiochenos,quoꝝ defectione fuerat ī arcē cōpulsus,igni ex ipsa regia in priuatas domos iniecto,factoq̄ a ꝓsidiariis ī ciues incēdio cōsternatos īpetu,regiā ciuitatē ad officiū retraxit.Sed tñ abfuit vt eo noīe sit Demetriꝰ Ionathę & Iudęis gratificatꝰ.ꝙ multo minaciꝰ q̃ antea tributū exigere sit adortꝰ,exegissetq̄,vt siqū alias,acerbissime,nisi Diodotꝰ īterea regē ipm maiore negocio occupasset,qppe q Diademato puero ī mediū ꝓlato,cōcitisq̄ ad arma militibꝰ cū valido exercitu,ad Demetriū expugnādū est ꝓfectꝰ,victūq̄ ꝓlio ī Seleuciā cōpulit, vnde ille postea Parthicū est bellū molitꝰ.Hęc alii.Trogus Demetriū bellū Parthis intulisse author est, ad abolēdā segnitię maculā,q̃ ī causa fuerat,vt multę,velut ꝑrimo est loco ꝑditū,ab eo ciuitates defecerint,cōstāti phama īstructꝰ orientis pplos Demetrii accessū non inuitos audire ꝑpter Arsacidę Parthoꝝ regis crudelitatē,q veteri Macedonū impio assueti,īdigne noui regis superbiā ferebāt.Persarū & Elimeoꝝ Bactrianorūq̄ auxiliis fultus Demetrius,pluribꝰ ꝓliis Parthos supauit,ad postremū pacis simulatiōe deceptꝰ ab hoste,vt ille ait,ex victore ī victi potestatē venit,traductusq̄ velut ī triūpho ꝑ ora pplorꝝ,in eo Arsacides tēperauit ꝙ dolo captū nulla maiore affecit clade,in Hircaniā tñ ablegauit vbi benigne etiā sit cultꝰ ꝑ dignitate pristinę fortunę.Tū Demū Diodotꝰ Antiocho Demetrii priuigno,cui tutor ab exercitu datꝰ erat,insidia

Odiū militū in Demetrium.

Vincit̃ Demetrius.

Capit̃ Demetriꝰ fraude.

Rum vi

rus,puerũ e medio sustulit,eoq̃ sublato aliquãdiu rerũ ĩ Syria est potit⁹, donec ab altero Antiocho Demetrii fratre minore natu,q,vt loco non multũ diuerso diximus,apud Gnidiũ hospitem fuerat cũ fratre educatus,seq̃ ad id tp̃s in Asia tenuerat,regnum vi est a Theodoro receptũ.Atq̃ ita Trogus rẽ digerit:qđ si sic est,Iosepho & Liuio parũ cõstitit,quo casu Demetrius Syria excidit. Diodot⁹ igit̃ priusq̃ Antiochum puerũ opprimeret,Ionathã statuit e medio tollere,q regẽ ipm̃,etsi adhuc puerũ,vnice tñ coleret,vtpote q multas maritimę Syrię vrbes q̃ ad huc in partib⁹ Demetrii erãt,ad illi⁹ obsequiũ partim vi,partim studio traxisset:qua expeditione Ionathã fret Tyrũ & Galileã,hostiũ ĩsidiis circũuẽtũ,cęteris metu dilapsis,cũ.L.fortibus viris q circa illũ dimicabãt,hostes nõ solũ sustinuisse aiũt,sed loco etiã submotos, totaq̃ planitie ad Cedessam vsq̃ actos,ad duo milia ĩterfecisse.Sed fides rei hui⁹ sit apđ Iosephũ,q tã feliciter a tã paucis dimicatũ pdidit.Ionathas pstiti successu elatus,vbi Hierosolymã est reuersus,Romã legatos misit,q cũ senatu de fœdere renouãdo ageret,iidẽ Lacedęmonẽ ire iussi sunt,atq̃ cũ Spartanis memoriam veteris cognationis iã inde ab Ario eoꝝ rege cũ Onia suscitatã,instaurare. Vtrobiq̃ legati feliciter sunt mandata executi.In Iudęa iterea tres erãt velut sapiẽtũ sectę, Pharissęi,Esseni,& Saducei.Fato gubernari q̃dã nõ tñ oĩa Pharissęi arbitrabant̃,cętera q̃ accidant p se consistere.Esseni fato cuncta fieri affirmabant.Nihil esse qđ hoibus non illius decreto eueniret.Saducei nihil fatũ esse ea istimare,neq̃ inferiora aliter q̃ hoĩm arbittrio dispont̃, ve hi sibimetipsis bonoꝝ iuxta maloꝝq̃ oĩm authores essent.q̃ si quis fatũ p̃ puidẽtia accipiat; haud multũ pharisseũ dogma ab epicureo discrepate repiet, vt Essenicũ a Stoico,Saduceũ a Leucippo & Democrito.Demetriani duces, qui ad Cędessam ab Ionatha victi fuerãt,vt aliqñ ignominiã ibi acceptã sibi demeterent,citato agmine Iudæam inuadere cõstituũt. & iã domo p fecti cursum in hosticum intenderant,quũ Ionathas subitis nunciis excitus,ad Anathetidmen illis occurrit,& iã castra ad quinquaginta stadia inter se ppinqua erant,quũ hostes suis vitib⁹ diffisi,nã & miles paucis ante dieb⁹ victus ad fugã potiusq̃ ad pugnã spectabat,noctu vasa colligũt,incẽsaq̃ & vastata,q̃cũq̃ irẽt,regione ĩ pacatũ cõcessere.Ionathas ad hostiũ castra pgressus,vbi ea deserta vidit,cõuerso in Nabatheos cursu,oẽm gentem in deditionẽ recepit. Simon eius frater & ipse magno qđẽ successu in parte Syriæ Ioppẽ littoralẽ vrbẽ, ad deditionẽ cõpulsam,valido firmauit psidio.Et iã res Iudæoꝝ vbiq̃ lętę erãt,Ionathasq̃ bellicis curis liber vrbẽ magno studio mœnib⁹ & ędificiis excolebat,pariq̃ industria Simon oppida vrbi circũiecta, aduersus oẽs belloꝝ impetus,fratris iussu,psidio & opere firmabat. Adeoq̃ p hæc res illorum creuerant,vt Ionathas,q̃a armis nõ poterat,fraude sit a Diodoto oppssus. Sed quib⁹ sit ille dolis capt⁹ haud multo postea memorabit̃.Nũc ad Romanoꝝ gesta,vt oĩa ordine differant̃,reuertit̃ stilus.Eũ uero dũ in Syria hęc gerunt̃,p id tp̃s,aut certe nõ multo prius,Appius Claudius consul Salassos,gẽtẽ Alpinã,domuit. Hos Taurisco⁹ sobolẽ credidit Porcius Cato.Tenuerũt Salassi regionẽ ĩ Alpib⁹ pfundã,vndiq̃ altis rupib⁹ inaccessam.Eã Durias amnis interfluit,Padi incola ortus in eodẽ Alpiũ iugo,quo & Druẽtia,q̃ Rhodano infundit̃.Habuit Salassoꝝ terra aurifodinas quas olim possedit gẽs ipsa,quũ potẽtatu valeret,afferebatq̃ illis adiumẽtũ maximũ ad ærarias effossiones,& aurũ diluendũ Durias,q plurifariam iam diductus quum exinanito pene alueo cæteros accolas destitueret,neq̃ tot suppeditaret terris,assiduis finitimorũ certaminibus diu gẽtẽ ipsam exercuit,Sed posteaq̃ Romani sũt rerũ potiti,aurificiũ Salassi & agrũ amiserũt,quũ sic quoq̃ aquam & aurifodinas publicanis vẽderẽt, vectigaliũ auaritia effecit,vt Romani ptores ac pfecti,qui in finitima loca mittebant̃,sępius cũ his vi & armis discepṭauerint.Verum fuerit ne tunc hæc,an alia causa Salassici belli,haud facile dixerim.Ab Appio Claudio consule,qđ satis constat,armis domiti sunt sub id tp̃s quo Carthago & Corithus vrbes excidio sunt delete.Procedente deinde tempore,ex occasione sæpius rebellantes, Romana in se arma irritarũt, potiusq̃ exercuerũt.Augustus princeps eam gentem postremo deleuit, vniuersosq̃ sub corona vẽdidit.Sex &.XXX.capitũ milia vno tpe venierũt.Is mortaliũ numerus tũ fuit in tota gẽte,& ĩ his octo milia,q arma ferre poterãt.Sed hęc mlto post gesta. Ea vero tẽpestate,qua cũ his prio est bellatũ,tercẽtior qđã Pseudophilippus Macedones ad arma cõcitauit,nihilo tñ meliore q̃ antea Andriscus euẽtu.L.Tremilius Quæstor tumultuariũ hostẽ medio rerũ conatu victũ exercitu & vita spoliauit.Est & ĩ Hispania psp̃ere bellatum.Cæcilius Metellus pconsul Celtiberos cecidit.& a Q.Fabio Maximo,q pari ptãte cũ exercitu in Lusitania erat,magna ei⁹ pars est armis subacta,circũducto ad singlas vrbes exercitu,ĩfregeratq̃ Fabi⁹ vsq̃adeo Viriati opes,vt,iã in possessiõe victorię Rõan⁹ esset.Cęterũ eã speciose adeptã Põ

Ionathę virtus.

Pharissæi. Esseni. Saducei.

Ionathæ successus.

Salassorum origo & situs.

Salassoꝝ excidium.

pilius qui Fabio successit,nimia vincendi cupiditate foedauit,q dū finire bellum nimis prope-
rat,perdidit omnem finiti laudem,domesticis percussorib⁹ hosti subornatis, qui quū ille sæpi⁹
Viriati cæ-
victus iam deditionem agitaret,eam gloriam victo contulit,vt aliter vinci non potuisse videa
des,
tur.Liuius Seruilii Cæpionis consilio Viriatum interfectū author est,qui quū pcussores patra
tę cædis pmia reposcerēt,respondisse fert(vt pudēdū credo consiliū celaret)nūq̄ Romanis pla-
cuisse imperatorem a suis militibus interfici.Periit Viriatus.XIIII.anno ex quo bellare cū Ro
manis coeperat,dux maximus,& qui cū hoste cōgressus sæpius vicisset.Eū extinctū barbari hō
Monstrum.
norificentissime funerarunt.Romę per id tempus puer natus est ex ancilla quadrupes & qua-
drimanus,quatuor oculos,totidēq; aures hñs,duplicíq; natura,atq; vtraq; virili. Cæterū quū
pax alibi esset,cū Hispanis gente nata ad Romana arma exercenda,mutuis cladibus bellabat.
Q.Pōpeius consul,quū Termestinos in ea terra domuisset,a Numantinis,cum quibus Viria-
Numantiæ
to adhuc incolumi contractū fuerat bellū,supatus ignominiosam cū his pacē composuit. Fuit
situs.
Numantia in Vracis,qui Celtiberiæ partem ad Carpetanos & Tagi fontes obuersam tenent,
colle modice edito sita,sine muro,sine turrib⁹,a quatuor milib⁹ Celtiberoꝝ quatuordecim an-
nos ita defensa,vt pleriq; Romanoꝝ duces ignominiā inde,p victoria,reportarint.Raro vnq̄ ci
Numātino
uitas vlla iustius in Romanos arma induit,Sedigēses socios & cōsanguineos suos, Romanorū
rū ferocia.
manibus elapsos,Numantini in vrbē acceperāt.Pro quibus multa depcati,quū nihil a Ro.Po.
impetraretur,abstinerēt́q; interim omni belli contagione,iussi arma deponere, id ita est a bar-
baris acceptū,quasi manus sibi cū armis adimerent.Megara igit duce arma capiūt,Pōpeiūq; p-
lio victū quū debellare potuissent,foedere,vt primo est loco demonstratum,vadari maluerūt.
Romæ interea,lustro condito,censa sunt.CCCXXVIII.milia ciuiū.Ex Macedonia,p id tps,le
gati ad senatum venerunt,multaq; sunt de Iunio Syllano prætore qsti,q puinciā foede spolia
ret,pecuniis a quocūq; acceptis.adeo rei indignitas mouit senatū,vt ad vnū oēs cognitionē su
per ea re decernerent. T.Manlius Torquatus Syllani pater a senatu impetrauit,vt eiusmodi si
bi cognitio mandaretur,futurū vt oēs intelligerēt se ex ea familia natū,in qua plus leges oī tē-
pore valuissent,q̄ natoꝝ charitas.Id quū facile impetrasset,priuato iudicio,more maioꝝ,domi
Syllanus a
sedens filium adeo acerbe cōdemnauit,vt suspendio ille vitā finiuerit. Additum ignominiæ q
patre dāna
ne funeri quidē interesse voluit.P.deinde Scipione Nasica,cui Serapioni fuit cognomen, & Iu-
tus.
nio Bruto consulibus.C.Macienus accusatus apud tribunos plæbis, q exercitū ī Hispania de
seruisset,damnatus,ac diu virgis sub furca cæsus,sestertio nūmo venīit.Quidā authores sunt,
hos cōsules,qd alio est loco nec multū hinc diuerso dictū,a trib.plæbis in carcerem adduci ius
sos,quia in habēdo delectu ab his impetrare nequiuissent , vt denos ciues quos psentis militiæ
immunes esse voluissent,sua causa paterent eo munere vacare.Post tribunitias cōtētiōes Bru
tus in Hispaniam pfectus,iis qui cum Viriato militauerāt,agrum & sedes ad habitandū assi-
gnauit,Valēria oppidū est vocatū,quo tpe in eadē terra M.Popilius(apud quosdā Pompilius
Valēria a q
pro Popilio legitur)si is mō ille est,q Viriatinæ cędis author extitit,vt Eutropi⁹ pdidit, Flo-
bus cōdita.
rus Pōpeiū p Popilio posuit.Sed quodcūq; illi nomen fuit,cū Numātinis acie cōgressus,fusus
fugatusq;,pacem cū hostib⁹ fecit,quā irritā postea senat⁹ habuit.Missus inde ad id bellū C.Ho
stilius Mancinus,cui clades q̄ eo bello accepta est,manifestis fuit signis pri⁹ demonstrata. Pulli
cauea emissi.& ī primā syluā dilapsi,inueniri nō potuerūt.Mox nauim ascēsuro vox audita est,
Mācinus a
Maneas Mancine.Profectus nihilo secius a quatuor milibus Numantinoꝝ, quū ipse.XXX.ar
Numātinis
matoꝝ milia sub signis haberet,sępius victus,& ad postremū castris exutus,ignominiosam &
vincitur.
ipse pacem est suppliciter complexus.Hostis victor cū hoc quoq; duce foed⁹ maluit,armorum
spoliis contētus,quū ad internicionē sęuire potuisset,ita Romanoꝝ animis metu pculsis,vt ne
vocē quidem,non modo aspectū ferocissimi hostis sustineret āplius. Romanus populus nō mi
nus Numātini foederis ignominia cōmotus,q̄ veteris illius ad caudinas furcas icti,psens dede
cus Mancini deditione expiauit.Multo qdē felicius res a D.Iunio per id tps in Lusitania gesta
plurimis vrbibus Galacię & Lusitaniæ,incredibili successu vi subactis. Quum igit medio rerū
cursu,ad Lethē amnē copias admouisset(id flumen Romani obliuionē dicūt) miles subita re-
Lethe flu.
ligione adductus,quū imperio cōpelli non posset,vt id flumen vadaret,Dux signū in vlterio-
rē piecit ripam,in quo repetendo fluuius a paucis primo mox ab vniuerso exercitu superatus
est.Is a plęrisq; Essemea,ab aliis Belion est dictus,labiturq; ex Celtiberis & Vacceis.phama est
Celtiberos & Gallos,q circa Anā fluuiū agitabār,olim iunctis inter se armis ad Lethen puenis
se,vbi seditione iactatos,ac duce amisso,tota regione dispalatos,velut patriæ oblitos, his locis

defediſſe,atq; ab eius tei euentu accidiſſe,vt iam inde Lethe ſit fluuius dictus, quã Romanus
exercitꝰ phamã ſecutus, teligioſius q̃ credi poſſit eſt amnẽ tranſgreſſus.Iniecta eſt & altera ma
De occaſu ior circa oceanum teligio:nã eo vſq; Brutus victor Romana ſigna ꝑtulit.His cadẽtẽ in oceanũ
ſolis. ſolem ſibi dux & exercitus ſpectare viſus ẽ,eũq; aquis obtui non ſine ſacrilegii metu ſe cerne-
re arbitrati ſunt. Vetꝰ opinio fuit ipſum ſidus ſub occaſum marinis fluctibus immergi,ac ve-
lut candentis ferri maſſa in lacũ aliquem immerſa,feruorem quẽdam terrificum exaudiri. Fue
runt qđ miror,ex nobiliſſimis ſcriptoribus quidam,qui huius rei meminerunt,quũ lõge aliter
rem habere ipſa naturæ ratio demonſtret.Sed q̃ ꝓſpere Brutus prætor in Celticos Luſitanos,
& Callecos,vnde Calleci illi poſtea cognomen fuit,ꝑ id tp̃s bellauit,tã infeliciter M.Æmylius
Lepidus proconſul,aduerſus Vacceos,cuius ductu clades Numantinæ ꝑeq̃ ſimilis eſt accepta.
Tam vario euentu ad occaſum ſolis res gerebanẽ,quũ Fuluius Flaccus conſul Ardeos in Illy-
rico ſubegit,& M.Carſonius prætor in Thracia,cũ Scordiſcis ꝓſpere dimicauit. Neutrius belli
cauſam reperio,ſed Macedoniã,quæ facta erat Po.Ro.prouincia,bellorum materiã ꝓbuiſſe cre-
diderim,cuius terræ fines vtraq; gens crebris ſolita eſſet excurſionibus inceſſere. Vincebat ita
q; alibi Po.Ro.circa Numantiam,tñ nihil iã multos annos ꝑter ignominiam lucrari,quã indi-
Scipio con- gnitatẽ ciuitas vincere aſſueta,quũ haud vltra ferre poſſet,Scipionẽ,Carthaginis incendio im
ſul creatur. butũ,cõſulẽ creauit,ſolutũ priꝰ lege,qua intra.X.annos nemo bis cõſul creari poterat . Fuitq;
huic ab initio maius certamẽ cũ ſuo milite,q̃ cũ hoſte,dũ corruptũ exercitũ ad ſeueriorem mi
litię diſciplinã reuocat,q ſeruilibꝰ opibꝰ,priorũ ducũ ignauia,aſſuetus,multo aptius vallũ cir-
ferebat quo ſuã imbelliam tuereẽ,q̃ ſcutũ & haſtam,malletq; foſſa & congeſto luto ſe, q̃ hoſtiũ
cruore,inquinari.Suſtulit igiẽ dux ſolertiſſimus oĩa deſidię inſtrumẽta , ſcortis & inſtitoribus
numero bis mille extra vallũ eiectis,militẽ quotidie decurrere,aut militare opus aliqđ obire,ſe
ptenoſq; vallos ferre cogebat,vt ſui opprobrii aliqñ pigere inciperet,crebro militem onere de-
Scipiõis di grauatũ inceſſens,quũ gladio recte vallare didiceris,vallum ferre definito. Quendam ſcutum
cta in cori- nimis apte ferentem, aliud amplius,grauiuſq; iuſto ferre coegit,reddita etiam cauſa cur id fa
genda mili- ceret,quoniam ſcuto melius q̃ gladio vteretur.Si quem extra ordinem deꝓhendit,ſi Romanꝰ
tia. eſſet vite,ſi extrarius virgis cecidit,vendiditq; iumenta omnia,ne nimium exonerarent militẽ.
Militiaq; per hæc in integrum reſtituta breui apparuit illud vere dici. Tanti quẽlibet exercitũ
eſſe,quanti ſit is qui in eo imperet.Sæpius igitur iam inde contra hoſtiũ eruptiones feliciter di
micauit:Vacceoſq; obſeſſos,liberis & coniugibus trucidatis,ad mortem ſibi cõſciſcendam cõ-
pulit.Interim magna ad eũ munera ab Antiocho Syrię rege adhuc puero ſũt miſſa,legatis ad
idipſum in Hiſpaniã vſq; ire iuſſis,quæ quum cæteris imperatoribus regum dona celare mos
eſſet,pro tribunali ſe accepturũ reſpondit,atq; ita accepta quęſtorem in publicas tabulas refer
re iuſſit,ex his daturum ſe p̃mia fortibus viris pollicitus.Mox Numãtia obſidione clauſa,quũ
famẽ hoſtes ſentire cœpiſſent,pabulatores in agris captos occidi vetuit,quin permiſit incolu-
Seruile bel- mes in vrbem abire,vt aliquanto citius fames inualeſceret.In Sicilia per id tempus,quo Scipio
lũ ĩ Sicilia. in Hiſpaniã ꝓfectus eſt,ſeruile bellũ repẽte extitit.Author eiꝰ motus Eunus fuit, natione Sy-
rus,qui in ipſa inſula ſeruitutem ſeruiebat.Is contracta ſeruili manu,ſolutis ergaſtulis, iuſti ex
ercitus magnitudinem impleuit.Acceſſit huic & Cleon,& ipſe ſimili fortuna,q ad.LXX.mi-
lia ſeruitiorum contraxerat.Ad id bellum Gn.Fuluius cõſul primo miſſus eſt,fecitq; cum his
aliquot ſecunda prælia,debellare tamen nõ potuit.Sed dũ Sicilia in eo motu erat,in Syria Dio
dotus,qui Antiochi pueri ad id tp̃s tutorem egerat,nefaria illius cæde ſtatuit regnũ occupare.
Id vt commodius exequereẽ,Ionathã prius tollere conſtituit.Erat ille,vt dixi,Antiochi pueri
rebꝰ ſupra modũ addictꝰ.Igiẽ ad Bethſurã Diodotꝰ cũ exercitu ꝓgreſſus(Scythopolim Græ
ci eã vrbẽ dixerũt)Ionathã,cũ.XL.milibus hoĩm,obuiũ habuit. Erat Diodori acceſſus meri-
to ſuſpectus,quum nulla illi petendæ Iudeę euidens adeſſet cauſa. Vbi igitur omnem ſibi viã
ad vim ex aperto inferendã obſeptam vidit,in fraudẽ cõuerſus,amicũ & hoſpitẽ Ionathæ ve-
niſſe ait,mandatq; ſuis ducibꝰ vt Ionathæ imperio parerent,hortatus inde vt oĩbus gentibꝰ,
& terris circa pacatis,ne fruſtra tantũ exercitum fatigaret,cum ea manu,quam ſibi legiſſet,ſe
Ptolemaidẽ ſequeretur,ſtatuiſſe ſe regimẽ eius vrbis cum circũiecta regione ipſius adminiſtra
Ionathas tioni permittere.Hanc ſpem Ionathas ſecutus,cætero exercitu dimiſſo,mille lectis militibꝰ ſe-
Fraude capi ptus,ad Diodotum Ptolemaidẽ venit.Hic portis repente clauſis Ionathas viuus capitur,mi-
tur. lites qui eum ſecuti fuerant , ad primum clamorem telis obruti, mortem ad vnum occubue-
runt.Inopinatus Ionathæ caſus,non minorem attulit Iudæis metum , q̃ mœrorem . Fortiſ-

ſimo hoſtiū duce ſublato, finitimi accolę aīo elati, vim & arma Iudæis intētant. Simō Ionathæ frater vir impiger ſuos ad patriā religionem tuendam hortatus, tēpeſtiua oratione aīos pſenti clade proſtratos erexit. Cōfeſtim itaq; ad muniēdā vrbē cōuerſi irrequieto opere muros & propugnacula reficiunt. Mittunt qui & Ioppē eximprouiſo occuparent, ne oppidani, audito Ionathæ caſu, Diodotum in vrbem acciperent. Ille paucis dieb⁹, quibus hęc acta ſunt, cū valido exercitu intrepide occurſurus, noua fraude, etſi prius aīaduerſa, petitus eſt. Certū argenti talenta dare iuſſus, & duos Ionathæ filios obſides, ſi fratrem ſibi reſtitutum vellet. Nec Simonē fefellit hoſtium perfidia, cæterū poſtulante exercitu id fieri, obſidib⁹ cū pecunia ad hoſtem miſſis, Ionathā non ſolū ꝓpterea non ſoluit, ſed motis caſtris vt Antiochiam abiret, in Galaatide interfici iuſſit, anno eius principatus quartodecimo, vt Euſebius ſcribit. Illius oſſa ex Acca vrbe deportata Simon patrio intulit ſepulcro, qđ ipſe in Mauſolei ſpeciem parenti & fratribus ex cādido lapide extruxerat. Simon ſuorū veſtigia ingreſſus infeſtos accolas bello domuit. Gazarā, Ioppē, quę in eo motu fuerat alienata, & Laminā vrbes vi captas, magnis cladibus afflixit, eiectoq; ex Hieroſolymitana arce pſidio, non tm̄ diruendæ arcis author fuit, ſed tumuli etiā, cui fuerat impoſita, ſolo adæquandi, qđ opus triennio ciuitatē exercuit. Monte in planitiē redacto factū eſt vt ipſa area templo ſubiaceret. Sed hæc aliquot poſt annos geſta, ab Ionathæ interitu. Diodotus Antiochū. X. annos natū ſuſtulit, corruptis medicis, qui ad populū mētiri dicerent eū calculi dolore cōſumi, ſecādo itaq; puero adhibiti, dum curare videri volūt, in Diodoti gratiam necauerūt, quo ſublato Diodotus hō nequā ab exercitu pecunia corrupto rex Syriæ cōſtituit. Igitur mutata perſona cōtinuo ad vitium male diſſimulatū praua recurrit natura, & ne domeſticis, per quos fuerat regnū adept⁹, ꝓmia perſoluere cogeret, ſuū corpus externo ſepſit pſidio, nouoſq; & obſcuros hoīes cōplexus, his ſua cōſilia, his bella oīa, regiaq; negocia credere. Id veteranus exercitus ægre ferens, ſubita defectione, ad Cleopatram Demetrii vxorem ſe contulit, quæ tū Seleucię cum filiis erat, quo quū regno excidiſſet, ſe Demetrius contulit. Verum vtra fuerit Seleucia parū expediūt ſcriptores quos ſequimur, quū duę illuſtres eſſent Seleucię, Syriaca vna, altera Babylonica, de qua nūc intelligi oportere arbitror. Cleopatra exercitu ſubnixa Antiochū Demetrii fratrē minorē natu, per Aſiæ vrbes incertis erroribus vagantē, vt Euſebius ait, vt Trogus, adhuc nutritori hærentē, ad ſuas nuptias & regnū capeſſendum inuitat; quā inſperatā occaſionē ille complexus Seleuciā venit. Huc Diodotus cum valido exercitu occurrit. Cæterum a veterano exercitu victus, ex ſuperiore Syria in Phœnicen fugā intendit. Antiochus fugientem ſecutus aliqdiu in Dora Phœnices obſedit, vnde Diodotus Apameam fugere conatus, in hoſtiū manus incidit, captuſq; interficitur, tertio ſui regni anno. Euſebius hūc Triphonem vocat quē ne inter reges qdē Syriæ repoſuit. Sic Syrię regnū ad Demetrii ſtirpem iterum rediit. Antiochus, cui Sedeti cognomen fuit (Ioſephus eū cognomēto patris Soterē appellauit) tertiuſdecim⁹ in Syria regnauit. Incidit eius regnū in ea tpa, qbus Numātia eſt a Romanis exciſa, cuius excidium prætuliſſem iis, quæ de Diodoto ſcripſi, Euſebiū ſecutus, niſi ſcirē a T. Liuio, quem omniū libentiſſime ſequimur, ea eſſe prius in ordinem redacta. Inciderūt hæc in Olympiadem centeſimam ac ſexageſimam, ſi Euſebio cōſtat tēporū ratio, qua ſane tempeſtate floruit Accius Tragœdiarū ſcriptor libertinis parentibus natus, qui Pacuuio iam ſeni quū ſua Tarenti ſcripta recitaſſet, viſuſq; eſſet illi durior, dixiſſe Accius fertur, placere id ſibi, quando certo ſciret futurum, vt durior ſtilus cum annis miteſceret. Obſidebat interea Numātia in Hiſpania, quū Romæ ob agrariæ legis lationem, ſeditio inter ordines orta eſt: eam T. Gracch⁹ tulit. Fuit huius pater Sempronius Gracchus, qui Corneliam ſuperioris Aphricani filiam duxit vxorem. Eam tantopere dilexit, vt quū duo angues, in eius lecto forte dephēnſi, ab aruſpicibus ambo dimitti prohiberent, ſed ex his alterū interficiendū cenſerent, affirmātes futurum vt ſi maſculus miſſus eſſet, Cornelia prior moreretur, cōtra Gracchus prius interiturus ſi fœmina dimitteretur, tum ille mittatur inquit fœmina, vt ſuperſtes ſit Cornelia mihi maiori natu. Atq; ſic accidit, vt ipſe, non multo poſt, ſit vita defunctus. XII. filiis quos ex Cornelia tulerat ſuperſtitib⁹. Eos mater tanta coluit pietate, adeo defuncto viro in amore reſpondit, vt Ptolemæi regis nuptias reſpuerit, pluriſq; ſepulti viri memoriā fecit, q̄ diadematis & regni oblati ſpecimen, ſed cæteris pupillari ætate amiſſis, tres liberi ex tā numeroſa ſobole adoleuere, virilis ſtirpis duo, & filia vna Sempronia, quæ minori Aphricano nupſit. Gracchorum maior Tyberius pacatiore vultu ingenioq; fuiſſe tradit, contra Caius minor natu, vehementi ſpiritu & facinoroſo, varia itaq; illis actio, varium dicendi genus, Tyberius honeſte decoreq; locum, quem

Ionathæ interitus.

Arx Hieroſolymorum diruitur.

Seleuciæ duæ.

Diodoti interitus.

Accius Pacuuius.

T. Gracch⁹ Cornelia.

Diuerſa Gracchorū fratrum natura.

ab initio occupasset, inter agendum seruabat. Caius pulpitum inambulabat, togam ab humeris
dissoluere, q̃ duo primus Romanorum inter agẽdum factitasse dicitur, vt aliquot ante ætatibus
Cleones apud Athenienses. Dulcis in illo sermo, & ad misericordiam aptus: in hoc terribilis &
ad rixam promptior, vt sępe dicẽdo ita efferret, iratusq; ad jurgia & maledicta prŏriperet, ptur-
baret etiam institutã orationẽ, in cui⁹ rei remedium, Liciniũ seruũ a manu haud insulsum, post
se, quũ ageret, habere fit solit⁹, vt quoties ĩ irã puectus esset, ac modũ excederet, ꝑterq; decorũ
ꝓceps taperetur, tenui modulatoq; fistulę concentu monitus, ad actionẽ magis compositã reuo
caret. Sed de maiore nũc sermo habendus, qui ob egregiam indolẽ, fuit ab ĩitio oĩb⁹ charus, co-
optatumq; in collegiũ augurũ, Claudi⁹ vir cõsularis & cẽsorius sibi generũ asciuit, Claudia fi-
lia ei vltro in matrimonium oblata. Is domũ reuersus quũ filiã a se viro locatã Antistiæ cõiu-
gi nũciasset, indignabũda mulier q; eiusmodi salrẽ consilii nõ facta esset particeps. Quid ita in
quit festinare oportuit? an Tyberio Graccho eã despõdisti? Id Liuius de Graccho patre & Cor
nelia ꝓditum author est. Cæterũ plures, si Plutarcho credimus, posteriori sunt phamę astipu-
lari, & in his Polybius, qui post Aphricani interitum scripsit Corneliam matrimonio locatã.
Militauit Tyberius primo sub Scipione in Aphrica, primusq; hostiũ muros ascẽdisse dicit, in-
de cũ Mancino in Hispania ad Numantiã, atq; in transigendo fœdere nullũ Romanorum alium,
præter Gracchum, sunt Numantini passi ad se mitti, vulgata iã ĩter hostes ipsius viri phama.
Accedebat huc gloria rerũ a patre in Hispania gestarũ, cũ quo Numantini olim fœdus ꝑcusse
rant. Suo itaq; accessu Gracchus .XX. milia Romanorum, q̃ cũ ipso cõsule circũuenta fuerãt, im
minenti periculo exemit, etsi pax illa non tenuit, Mancinusq; ea de causa deditus sit hostib⁹. Fa

Lex a Graccho ꝓmulgata.

ctus est inde Tyberius tribun⁹ plæbis, multitudinisq; causam cõplexus, legem ꝓmulgauit, qua
ꝑscriptũ erat, qui plus agrorum possiderẽt q̃ veteri lege ꝓmitteret, vt agros iniuste ad id tẽps pos
sessos veteribus dñis, cũ fructib⁹, restituerẽt: aut ꝓ ꝑcio qđ restituendũ esset, æqua ęstimatio fie
ret. Vetus lex erat, nequis supra quingenta telluris iugera possideret, neq; maioris armenti su
pra centum capita, minoris quingenta pasceret. Per hæcq; veteres Ro. inopi multitudini cau-
tũ voluere, ne oĩa locupletib⁹ ꝑdę cederẽt. Enĩuero Romani ab initio Italiam sibi per partes vẽ
dicantes telluris portiones inter se diuiserant, in hisq; vel vrbes cõdiderant, vel in eas quæ con
ditæ essent colonos deduxerant, quos q̃sq; sortitus erat, locorũ habitatoribus aut colendos tra
dere, aut ꝑcio attribuere. Siqua vero tellus bellorũ iniuria humano cultu fuisset deserta, eã co
lere volentibus ita locabant, vt decimam seminũ, cæterarũ frugũ quintã, publice penderent. Pe
coribus quoq; adhibitus fuerat pendẽdi vectigalis modus. Et vetus illa agrorum distributio per
hũc modũ se habuit. Cæterũ immoderata auaritia eo, ꝓcedẽte tẽpore, euecta est, vt inopi mul-
titudine, partim ꝑcio, partim vi propriis prædiis eiecta, velut antiquatis legibus, pauci diuites
omnia obtinerent: quæ res effecit, vt quantũ Gracchanę legis ꝓmulgatio multitudinẽ in spem
melioris fortunę erexerat, tm̃ locupletũ aĩos ira & odio accẽderit. Gracchus haud obscure prę
se ferebat, indignã rem fieri, ac minime ferendam circunscribi a diuitibus plæbem, cõtraq; præ
scriptũ legis paucos possidere, quicquid soli ad id tempus Po. Ro. intra extraq; Italiam bello q̃
siuisset. Alii aliam ferendæ legis causam eũ habuisse ferunt, sed quam dixi, vt honestissima, ita
omnium verissima videtur. In ea describenda ferunt authoribus vsum Crasso pontifice maxi
mo, Mutio Scæuola iurisconsulto, qui per id tempus consul erat, & Appio Claudio socero. Lo-
cupletum factio legẽ criminari adorta, ad reip. & libertatis euersionem eam rem spectare dicti-

Gracchi actiones ꝓ plębe.

tabat: accepturam plębem cum lege seruitutis iugum, nisi pestiferæ rei iretur obuiam. Contra
Gracchus, qui vel malam causam sua eloquentia sustinere potuisset, perpetuis cõcionibus mi-
serorum ciuium causam deplorabat: feras dicere & bestias cubilia & lustra in Italia habere, eos q
pro ipsa Italia omnibus terris suum sanguinẽ effudissent, non habere quo se reciperent, sine do
mo, sine laribus, cũ coniugibus & liberis errare, pugnare Romanos milites & vincere, verũ nõ
sibi sed paucorũ luxuriæ & auaritiæ. Et iam nemo erat aduersariorũ, qui cum Graccho in cer-
tamen verborũ auderet descẽdere. Eo itaq; tota factio inclinauit, vt M. Octauium vnũ e colle-
gio tribunorum (vnus em̃ satis erat ad oẽm tribunitiã actionẽ impediendã) subornatũ ad inter-
cessionem compulerit: hunc multis modis Gracchus ab incœpto absterrere conatus, vbi in ꝓ
posito obstinatius stare vidit, vt legẽ magis popularem redderet, mutata ei⁹ forma ita scripsit,
vt agri sine vlla precii restitutione possessoribus adimerent, vetuitq; edicto quicq̃ ab vrbanis
magistratib⁹ prius fieri, q̃ ad ppl'm de lege relatum esset. Ærario sigilla impŏsuit, ac ꝑ quæstores
quicq̃ inde depromi vetuit. Agrorũ occupatores ad id edictum perculsi oẽs vestẽ mutarũt, in-

fidiasq Tyberio moliebantur,percussorem illi subornãres.Gracchus haud ignarus eoꝝ q̃ para
banẽ dolone accinct9 in publico deambulabat. Vocato deinceps populo ad cõcionẽ,conarẽturq
locupletes cum clientum & amicoꝝ manu cõciliũ impedire,pulsi fuissent cũ cęde e foro,nisi cũ
lachrymis consularium quidã Gracchum obtestari essent,vt cõciliũ solueret, p̃mitteretq rem
totam senatui.Cessit ille in pręsentia tantorum virorum authoritati:cæterum vbi in curia nil
transigi posse vidit,per possessores agroꝝ qui oĩa corrumpebant,iterũ populo ad comitia vo-
cato,blande & amice admodũ est Octauium obtestatus,vt eã intercessionem remitteret sibi &
Po.Ro.Quem vbi flecti non posse vidit,sic est inq̃t Octaui,quũ æquali ambo potestate p̃diti si- Gracchi
mus,multumq diuersi vterq ab altero tendamus,expedit nobis & reipu.vt alteri nostrũ ma- modestia.
iestas abrogetur,& si placet Po.Ro.roga velit iubeatq mihi potestatẽ abrogari. Id eo se factu-
rum negãte,ita Gracchus p̃nunciauit futurũ,vt nisi ipse ab incepto desisteret,postridie de eo
rogaturus esset plębẽ.Sequenti die quũ populus in cõcione staret,pergeretq interim Octaui9
rem impedire,tribus missę in suffragia oẽs ad vnũ Octauio magistratũ abrogarũt,ad quem de
tribunali excitandũ quũ Gracchus apparitorẽ misisset , confestim locupletũ & plębis incursu
vis ibi orta est,Gracchiq libertus(huiusmodi enim homines illi apparebant)est in ea rixa vio
latus.Octauio per tumultum elapso,cæterisq eius factionis toto foro deiectis , agraria lex per Fertur lex
ocium lata est,suntq tres viri ad agros diuidendos creati.Tyberius ipse legis author,Appius agraria.
Clodius socer & C.Gracchus Tyberii frater,qui tũ apud Numantiam sub Scipiõe militabat.
Mox Tyberio tabernaculũ de more peteñti,quo triũuiri agrarii vterenẽ,Senatus,Scipione Nasi
ca authore,qui ob agrorũ multitudinẽ quã possidebat,erat oĩm maxime legi infestus, id mini
me dandũ censuit,nouẽ dũtaxat nũmis in singulos dies ad victũ decretis . Secuta inde subita
mors vnius amicorum Gracchi,qui præter alia veneni signa,iccirco sublatus veneno credeba
tur,q̃ eius corpus cremari non potuit ,quo casu consternatus Gracchus mutata veste velut li
micorum insidiis circũuẽtus iã vitę diffideret,liberos in cõcionẽ p̃duxit(sunt qui tãtũ filiã il- Attali re-
li fuisse scribãt)horum ille & matris salutẽ plębi cõmẽdauit.Per eos dies Attali regis testamẽ gis testamẽ
tũ Romę est a Pergamenis missum.Fuerat ille rex Pergami,lateq Romanoꝝ beneficio in Asia tum.
regnũ obtinuerat,moriẽsq adeo grata fuit in Po.Ro.memoria,vt illũ pecuniarũ & regni hære
dẽ scripserit.Gracchus statim ad populũ tulit de regia pecunia iis viritim diuidenda, quibus
agri restituerenẽ vt possessoribus p̃ciũ p̃soluerent,Po.Ro.non senatũ hęredẽ esse a rege consti- Odia patrũ
tutum dictitãs.Patrum aĩs ea re adhuc magis iritatis,grauiter Gracchus est a principibus ci ĩ Gracchũ.
uitatis in curia accusatus,q̃ ad regnũ ille sibi huiusmodi rogationibus viam faceret,q̃ noctur
nos domi haberet cõuẽt9. Iam ex tribunorũ collegio a T.Annio illi palam inuidia conflabaẽ,
q̃ Octauio potestate deiecto,sacrosanctũ læsisset magistratum,ad quod crimen diluendum,ac-
curatissimam ille habuit orationẽ ad populũ.Et iã satis constabat conspiratum esse a potẽtio-
rum factione in Gracchũ,amicisq censentibus iterum tribunum fieri oportere,vt Gracch9 in-
columis esset,ipse quoq populũ ad concionẽ vocatum,in frequentiorem solito coiuisse intui-
tus,ratus,qđ erat,plæbis fauorem patrum opera magna ex parte a se alienatum,concionem di
misit.Postridie mutata veste in forũ descendit,q̃ sibi periculũ ab inimicis ĩstaret multis lachry
mis conq̃stus,adeo multitudinẽ cõmouit.vt noctu præsidiĩ causa non parua pars plæbis circa
eius ædes excubaret.Interim p̃digiis q̃busdã tristis vitæ exitus ei est p̃monstratus.Erat illi ga-
lea insignis,in qua anguis fœta reperta est.Capitoliũ quoq ascensurus quo populus coiuerat, Prodigia
quũ domo egrederetẽ,ita limẽ pede grauiter offendit,vt vngue pollicis cõsciffo , totus calceus mortis
sanguine inundarit.Et corui ex stillicidio depugnantes, ante eius pedes lapidem proiecerunt. Gracchi.
Quo casu & ipse Gracchus & amicoꝝ audacissimi,adeo sunt perculsi,vt retro ille fuerit abitu
rus nisi Blosius Cumanus hortatus esset,monuissetq indignũ facin9 fieri,si plębs frequẽs tri-
buno destitueretur.Tũ vero in Capitoliũ p̃gressus,multo fauore & plausu acceptus,confestim
tribus vocari iubet. Cæterũ tumultu orto,quũ per hoĩes aduersę factionis nihil expediri pos-
set,fluctuaretq multitudo,poti9 q̃ in ordinẽ coiret,p̃ Fuluium Flaccũ senatorẽ fit Tyberi9 cer
tior ab aduersariis vim parari,habere eoꝝ seruos & libertos secũ arma.Ad quã vocẽ oẽs q cir-
ca Gracchũ steterant & ipsi succicta toga ad p̃liũ sese expediunt.Interim concionabũdus Ty
berius quũ capitis periculum,p̃ defensione plębis,sibi a nobilibus instare,manu capiti apposita
significaret,qui remotiore loco steterant,longe aliter rẽ interpretati, quasi diadema sibi posce-
ret,rem ad senatum trepido nuncio deferunt. Tum cæteris rei atrocitate perculsis,Nasica cõ-
sulem hortatur,vt publicę libertati succurreret.Cõsul neq inquit ego Nasica ĩtestini belli au

thor eto,aut indemnatum quenq̃ occidam, neq; siquid populus a Tyberio seductus sanxerit, sum pro lege habiturus. Tũ ille, qñ respublica pditur a consule, quicūq; vult leges saluas esse, me sequatur, togeq; lacinia capiti imposita in Capitoliũ ire pergit, multi post eũ toga brachiis inuoluta in templum decurrũt. Horum plærīq; clauas fustesq; secũ habuerũt, qui vbi in cõspectum venere (cesserat enim multitudo venientibus ordinis authoritatẽ reuerita) primores patrum subselliorum pedibus refixis obuios cædũt, amicorumq; cęde circa Tyberium facta, continuo ab aliis fit fuga, Gracchus quũ calcata toga lapsus assurgere conaret, a P. Saturnino ei⁹ collega subsellii fragmento vulneratur, mox alteram iacenti plagam L. Rufus inflixit. Ceciderunt momento temporis circa illum. XXX. ex amicis & iis qui proximi steterant, fustib⁹ & lapidibus necati. Et hæc prima seditio in vrbe post exactos reges sanguine & cęde ciuiũ imbuta est. Periit Tyberius quũ nondũ annos. XXX. natus esset, quem si patres verbis & authoritate flectere voluissent facile eorũ voluntati cessisset, quãdo & primo impetu in se facto cesserit. Sed tũ nimiũ patres vt sępe alias suæ iræ indulserunt, quippe qui ne mortuũ quidem Gracchũ sepulturę dederint, eius cadauere in Tyberim deiecto, & oĩm qui cũ eo eadem de causa fuerant interfecti. C. Villius, Tyberiorũ vnus culeo insutus, iussu patrũ est in pfluentem deiectus. Blosius Gracchi familiaris ad consules perductus quũ Tyberii iussu se cuncta fecisse diceret, tum Nasica, quid si te Capitolium incendere iussisset? an id quod facturus fuisses? haud hoc inquit Blosius iussurus ille fuit, sed si id fieri mandasset, paruissem: quia nisi in vsum reip. fuisset id facere, nunq̃ tale facinus probasset. Cæterũ Blosius in Asiam ad Aristonicũ profugit, qui Attali regnũ post eius mortẽ occupauit, cui⁹ reb⁹ postea pfligatis, sibi mortẽ consciuit. Senatus ad leniendũ dolorẽ plæbis, agrorũ diuisionẽ impugnare destitit, facta illi potestate alterius in Gracchi locũ eligendi, qui agros cũ duob⁹ aliis plębi assignaret. P. Crassus est illi substitut⁹, sed nec sic quoq; plębs dolori suo temperare potuit, oderat ifensĕ senatũ, sed oĩm maxime Nasicam eũ maledictis ppalã incessere, pręterĕũtẽ execrari, vt impiũ abominari, q; tribunitio pollutus esset sanguine. Et iam accusatores illius ad populũ parabant, periissetq; sub tã infenso iudice, nisi senatus de eius salute sollicitus, legationis prætextu in Asiã ablegasset, vbi haud multo post circa Pergamũ fato decessit. Parũ absuit qn & Aphricanus absens sit eadẽ inuidia respersus, atq; fauore populi destitutus, q; ad primam Gracchanæ cædis phamam Homericum illud pronunciauerit. Sic pereant & qui moliri talia pergent. Et quia stilus ad Scipionem sua spõte deflexit, non ab re fuerit, quæ in Hispania per id tempus ab eo gesta sunt vrbanis rebus subiicere, pręsertim quũ & Liui⁹ ita eas non aliter digesserit. Numantini longa obsidione fatigati, multũ diuq; pacem qũuere, eam cupide complexuri, si tantũ viris tolerãdã Scipio impetrasset. Sed quum nihil ab hoste impetraretur, in quo spem reponerent, desperatis rebus, vltimo se prelio accingũt, satius ducentes pro patria fortiter occumbere, q̃ per ignauiam deditos, vt oues iugulari. Consilio itaq; moriendi, si victoria non contingeret, carne semicruda Celiaq; (sic eñ potionem ex frumento factam indigenæ vocant) velut inferiis ingurgitati, in hostem decurrunt. Sensit statim Scipio eam desperationem esse, non pugnæ cõsilium, inhibuitq; suorũ impetũ, vt hostem vallo circũdatum, fame potiusq̃ ferro conficerent. Poscere illi suppliciter a Romanis pliũ, vt tanq̃ viris occumbere liceret, id vbi sibi negatũ iri animaduertunt in rabiem acti, in aduersa castra irrũpere conantur, hoc conantur, hoc quoq; illis parum prospere cessit, quin multis circa vallũ vulneribus acceptis, infecta re, in vrbẽ reuersi sunt. Pertulit inde hostis aliquandiu obsidionem, nouissime quum fugę cõsilium cepisset, vt noctu p stationum internalla silentio si posset vel si minus id pcederet, vi subita in apertum erumperet, vxores abruptis equorum cingulis ab incœpto retraxerunt, q; illorum desiderium nequirent ferre. Atq; ita demum consilium ineunt oẽs vna moriendi, potiusq̃ turpiter dederentur. Incensa vrbe natos & vxores, partim ferro, partim veneno sustulerunt. Postremo & ipsi se mutuis vulneribus conficiũt, vt ne vnus qdẽ Numantinorũ supfuerit, qui in triumpho duci posset, nec prędã vlla parta, oĩb⁹ de industria ab eis pri⁹ corruptis, de nomine tantũ, quod vix vnq̃ antea aut postea accidit, est triũphatum. Concidit itaq; Numantia anno quartodecimo post Carthaginem, q̃ fuit vrbis Romę vndeuigesimus ac sexcentesimus, in quæ tempora Eutropius, qđ miror, reiecit Machabei Iudæ interitũ. Sed vbi, qñ, & quo casu ille perierit, potiores authores secuti, suo loco diximus. Secundum Numantiæ excidium, in Sicilia, seruile bellũ, cuius supra mentio facta est, profligari contigit. Gn. Fuluius consul, non parua ex parte cõfecit, inde P. Attilius, siue Rutilius vt alii scribũt, ipse quoq; consul eam prouinciam ad exitũ perduxit. XX. milibus seruorũ & amplius vno plio cæsis, ex his

Nasica vocat patres ad rēp. tuendam.

Gracchi cadauer ĩ Tyberim deiicitur.

Odiũ plæbis in Nasicam.

Numãtinorũ desperatio

Numãtinorũ excidiũ.

Seruilis belli exitus.

qui viui in potestatem venerant.CCCC.L.Minturnis sunt in crucem sublati,& quatuor milia ferme ex eodem hostium genere ad Suessam a Q.Metello & Gn.Seruilio sub idem tempus oppressa,quo apparet Italiam quoq; eum seruilem motũ aliqua ex parte sensisse.Eusebius author est seruos obsidione pressos,ad tantã rerum omnium inopiam redactos, vt ab humanis carnibus non abstinuerint.Illatum est inde bellum Aristonico.Attalus Pergami rex,qui cũ Romanis imperatoribus in Antiochum regem,& Gallogræcos admodum iuuenis militauit,vita,vt dixi,hoc tempore est defunctus.Fuit is vt Liuius ait,Eumenis frater, vt Trogus fratris filius. Florus Eumene genitum credidit,a quo regnum florentissimũ per manus acceptum, amicorũ cæde,inuidiosisq; cognatorum fœdauit suppliciis,nunc matrem anum,nunc Beronicẽ spõsam, eorum maleficiis extinctas,vlcisci se testat⁹,atq; ita in suorum perniciẽ varie debacchatus,barbam & capillum reorum more submisit,non in publicum prodire non amicis aliisve sui adeundi copiam facere,non conuiuari,nihil sani hominis præ se ferre amplius. Postremo regni cura abiecta,hortos fodiebat,gramina,venenaq; noxia innoxiis miscens ferebat indeq; venenatã frugem,vt peculiare munus,hospitibus & domesticis mittebat.Mox ab eo studio ad ærariã fabricam animum adiecit,multumq; ac diu in fundendo cudendoq; ære versatus,quum demũ matri ex ea materia sepulcrum facere instituisset,essetq; operi intentus.graui morbo ex solis ardore cõtracto,septimo a primo decubitu die vita decessit.Attalo defuncto Aristonicus ex Eumene & pellice quadam Ephesia citharistrię filia genitus,Asiæ regnum vt sibi hęreditarium partim studio & fauore populorum,partim vi & armis,vt Mindum Samum & Colophonem subegit.Nec populus Romanus eam diu tulit iniuriam,quia ab Attalo scriptus erat hæres,P.Licinium Crassum pontificem maximum ad bellum cum exercitu misit,quod nunq̃ antea acciderat,vt belli causa summus pontifex Italia abfuisset.Aderant Crasso non solum domesticæ vires,sed multorum etiam regum auxiliares copiæ,vt Nicomedis Bithyni, Mithridatis Pontici, Ariaractis Cappadocis,& Polemenis Paphlagonum regis.Crassus valido Romanorum exercitu totq; sociorum appendicibus fultus,magno prælio victus ac captus ab hoste est, qui familiæ Romaniq; nominis memor,mori maluit q̃ ad Aristonicum adduci,pręclusaq; omni alia ad mortem via,virga qua equum regebat,abducentiũ vni oculum excussit,a quo in vltionem obtruncatus est.Crassi caput ad Aristonicum est delatum.Corpus Smyrnæ sepeliri cõtigit. Erat iam M.Perpenna ex vrbe profectus,qui Crasso successor mittebatur quum nũcius illi de Crassi morte & clade nuper accepta obiter occurrit,ea res effecit,vt aliquãto celerius ille in Asiam transmiserit,Aristonicumq; primo congressu victum, & in Stratonicen compulsum non nihil obsidione fatigauit,ac non multo post in potestatem redactum,Romã misit,vbi in carcere iussu patrum est necatus.Triũphari de eo non potuit.Perpenna priusq̃ prouincia excederet,Pergami defuncto,orta prius inter eum & M.Aquilium contentione vtrius victoria esset. Cæterum Perpennæ interitus accensum certamen diremit.Attalica gaza nauibus imposita aliquãto prius Romam fuerat delata.Atq; per hũc modum Asia citra Taurum quæ olim Antiocho adempta fuerat,inde Eumeni concessa,iterum ad Romanos rediit.Nec po.Ro.ingratus fuit ĩ reges,quorum auxiliis proximo bello vsus minori Syria Mitridati Pontico attributa, Ariaractis qui eo bello cecidit filiis Lycaonia & Cilicia.Fuitq; Popu.Ro.multo mitior in Ariaractis prolem,q̃ Laodice mater,quæ quinq; filios veneno sustulit,vnus cognatorum custodia seruat⁹ subtractusq; matri superstes fuit,qui in paternas opes successit. Mitridates & ipse non multo post vita defunctus filium sibi cognominem regni reliquit hæredem,qui postea cum pop.Ro. bellauit.In Aphrica sub idem tempus tanta vis locustarum coorta est,vt fruges,hærbas,arborum folia,immensa multitudo absumeret.Ea mox ventorum flatu,marinis fluctibus immersa, omnia late littora proiectarum acerui contexere.Putrefacta inde congeries tetrum odorem exhalauit,secutaq; statim corrupto cæli tractu ingens pestilentia,quæ in Aphrica vastitatem fecit incredibilem,vndecies centum milibus Numidarum Aphrorumq;, si vera tradunt authores,quos sequimur,breui tempore consumptis,ac supra eam Barbarorum cladem, Romanorũ quoq; multa milia extincta eadem pestilentia traduntur,qui tum forte ĩ Aphrica præsidii causa fuerunt.

Attali mors & variũ Ingenium.

Crassus põtifex ad bellũ exiit.

Crassi exit⁹

Aristonici interitus.

Laodice gnatos filios necauit.

Locustarũ vis.

Pestilẽtia ingens.

Enneadis Quintæ Finis.

Rursus in ædibus Ascensianis ad Nonas Octob.Anno pietatis christianæ.M.D.XXVII.


BIBLIOTECA NAZIONALE
TORINO

2
(: VI:16

